SACRORUM
CONCILIORUM
NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA, QUÆ

PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS,

Et novissime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere,*

EA OMNIA INSUPER IN SUIS LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.^MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS CURATA,

Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,

Ad MS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS VICESIMUS SEPTIMUS.

Ab anno MCCCCIX. usque ad annum MCCCCXVIII.



VENETIIS MDCCLXXXIV.

APUD ANTONIUM ZATTA.

SUPERIORUM PERMISSU, AC EXCEL. SENATUS PRIVILEGIO.

SYLLABUS

EORUM, QUÆ TOMO XXVII. CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice ☞ notata sunt, huic nostræ Editioni noviter accessere.

ANNO CHRISTI

ANNO CHRISTI

Capi-

Sche-

XXIX.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. D. Filippo Rosa Lanzi* inquisitor Generale del Santo Offizio di *Venezia* nel libro intitolato: *Sacrorum Conciliorum &c. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jesu, curante Nicolao Coleti, & Joanne Dominico Mansi &c.* Non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator *di Venezia* che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 20. Dicembre 1767.

(Sebastian Zustinian Riform.
(Alvise Valaresso Riform.
(Francesco Morosini 2.° Cav. Proc. Riform.

Registrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304.

Davidde Marchesini Segr.

CON-



CONCILIUM PISANUM

ANNO CHRISTI 1409.

SUPER ELECTIONE UNICI SUMMI PONTIFICIS CELEBRATUM.

Ex Historia MS. Caroli VI. regis Francorum a monacho Sandionysiano.

A Longe lateque per orbem qui Spiritus sancti gratia inspirati tamdiu sub nefandissimo schismate fidelium universalem matrem ecclesiam doluerant ancillari, amborum contendentium de papatu, & summo ejus culmine ambitionem improbam execrabiliter damnantes, conventionem utriusque collegii cardinalium, ut viam facilem veniendi ad pacem & concordiam, commendabant. Ubique obtemperando eorum monitis, de Francia, Anglia, Boemia, cæterisque Christianitatis regnis & dominiis, metropolitani, episcopi & abbates, ex collegiis B cathedralium ecclesiarum universitatibusque regnorum jam solemnes nuncii mittebantur, & iter arripuerant gaudentes ut in concilio Pisano interessent pro diuturno schismate sopiendo. Nec quemquam ex ipsis scio, qui non feliciter vitæ finem attigerit præoptatum: nisi dominum Guidonem de Raya Remensem archiepiscopum, qui quamvis in colloquiis publicis hucusque & coram principibus, Petrum de Luna tenuerit summis laudibus efferendum: quia tamen ad id beneplacitum Deo negotium cum cardinali de Baro obedienter procedebat, occasum suum non immerito deflendum, hic inserere dignum duco.

C Cum enim ambo ad villam quamdam duabus dietis a Janua distantem gratia hospitii divertentes, & orta verbali controversia, occasione equorum memorati cardinalis, marescallus ejus, alium qui hoc officium publice exercebat, occidisset: mox populares commoti & eidem subito vicem pro vice reddentes, & ad hospitium cardinalis accedentes, quinque ex suis, quos habuerunt obviam, ferali rabie peremerunt. Ulterius ad facinora volentes procedere, cum præfatus archiepiscopus ad fenestras domus se ostendens, eos verbis lenibus tentaret compescere, ictu jaculi trans præcordia confossus interiit, nec ultra vocem emisit. Nec sceleribus contenti, jam tentabant ut igne suffocatorio cæteri spiritum exhalarent: cum nuncius inopinate supervenit, qui tantam vesaniam auctoritate gubernatoris Januæ repressit. Qui, quia villa subdita sibi erat, ad perpetuam memoriam facinus inultum non reliquit: sed peractis archiepiscopi exequiis, quantis studiis funus ullum celebrari poterat, quotquot ad detestabilem commotionem convenerant, conditioni, ætati, aut sexui non parcendo, variis exterminari suppliciis, & domum in qua * locatus fuerat solo æquari præcepit.

Ad promotionem autem causæ ecclesiæ sanctæ Dei rediens: quia domini cardinales vicesimum quintum diem Martii assignaverant pro prima sessione, in pulchra & spatiosa navi ecclesiæ cathedralis urbis Pisanæ celebranda, in qua & sedes prælatorum ibidem assistentium aptari fecerant: secundum exigentiam ordinum & dignitatum ibi convenientes nominandi, sic fuerunt collocati. Primam namque sedem altitudinis altaris constituti in introitu chori a dextra, ab eoque pedibus XII. distantem, domini cardinales, Prænestinus, Albanus, Ostiensis, Podiensis, de Turejo, de Saluciis, ac de sancto Angelo, qui obedierant domino Benedicto;

a *Forte*, necatus. H.

ANNO CHRISTI 1409.

Neapolitanus etiam, Aquilejæ de Columna, de Ursinis, de Brancacio, de Ravenna, de Laude, & de S. Angelo, qui Gregorio adhæserant, occupaverunt, ut decebat, & in facie altaris ante dicti, cujus latera paulo longius sacri palatii protonotarii ambiebant. De ambassiatoribus regis Franciæ, episcopus Meldensis solus interfuit; pro rege Siciliæ Ludovico, episcopus de Gap, duo milites, quidam doctor in legibus, cum uno secretario; necnon pro rege Angliæ, cum quodam milite unus doctor cum clerico qui de Alemannorum deliberatione facta apud Francquefort veniebant, solum præsentes fuerunt. Et his qui prælati erant episcopis & abbatibus, ab utroque latere dictæ navis usque ad valvas ecclesiæ sedes præparatæ erant: sediumque scabella nuncii capitulorum & conventuum tenuerunt. In residuo capacitatis dictæ navis, longe humilioribus scamnis, ambassiatores regum non prælati cæterorum [b] dominorum & comitatuum cum doctoribus, cæterisque nunciis capitulorum & conventuum, consederunt. Et his debite locatis, dominus cardinalis Prænestinus Missam de Spiritu sancto celebravit solemnem. Qua finita, & quodam doctore collatione facta, in qua disertissime causam tangens congregationis concilii, cum assistentes orare monuisset devote pro unione ecclesiæ, nil amplius actum est ipsa die.

b *Forte*, dominorum, H.

Die Martis, Martii scilicet XXVI. hujus sacri concilii fuit secunda sessio vel convocatio celebrata, & inter Missæ solemnia, quæ peregit quidam alterius partis cardinalis Mediolanensis, omnes monitione solemni hortatus est, ut Dominum devotissime orarent, quatenus causa ecclesiæ inchoata bono fine clauderetur. Et inde singuli prælati se cappis ecclesiasticis induentes, albasque mitras sumentes, cum unus ex assistentibus cappellanis alta voce intonuisset, *Orate*, tunc omnes flexis genibus spatio dicendi psalmum, *Miserere mei Deus*, proni in terram se dederunt. Pausam istam quidam cardinalis una collecta finivit: & cum similem dixisset post antiphonam a cappellanis cantatam, unus eorum continuavit litaniam alta voce, cui prælati responderunt. Et cum post orationem idem hymnum, *Veni Creator Spiritus*, inchoasset: hymno dicto, *Erigite*, alta voce intonuit. Et sic omnes surrexerunt: & erectis, a quodam cardinali dalmatica insignito evangelium unum devotissime audierunt.

His peractis, publice indictum fuit auctoritate concilii, ut omnes, prælatis, nunciis & doctoribus exceptis, ab ecclesia recederent. Inde unus advocatus, notarii, procuratores, & promotores plures statuti sunt ad accusandum ambos contendentes de papatu. Quidam iterum eliguntur, qui nomina accedentium ad id sacrum concilium in scriptis redigerent, & quandiu in prælaturis vixissent, ut sic secundum suum ordinem in sedibus locarentur. Super officiis istis debite exequendis, juramentis præstitis advocatus cathedram eminentem ad denunciandum statuta in concilio ascendens, intelligibilique vocis oraculo pertinaciam amborum contendentium recitans, quorum unum pro Benedicto *benefictum*, alterum pro Gregorio, *errorium* pluries nominavit, prolixiori sermone proposuit quamdiu in hoc deflendo schismate ecclesiam Dei tenuerant, & ut pro pace obtinenda fuerunt sufficienter ad sacrum concilium evocati, concludens, ut evocati publice si dedignarentur comparere, reputarentur contumaces. Cum autem dixisset de illis de Fleise, Auxitanensi, de Chalento, qui sub uno, atque de illo de Thode, qui sub altero contendentium se cardinales dicebant, unus ex promotoribus mox surrexit instanter postulans, ut quod advocatus requisierat concilium approbaret, & super petitione a protonotariis clericis cameræ, ac cæteris notariis præsentibus fieri sibi postulavit publica instrumenta; servando judiciarium ordinem conciliorum, petitis assentiendo: inde duo cardinales cum uno archiepiscopo, & uno episcopo, advocato quoque & notariis prædictis miserunt ad valvas ecclesiæ; quas protinus aperientes, cum prænominatos alta voce evocassent, a popularibus ibi stantibus quærentes, si scirent aliquem ex eorum familiaribus in urbe locatum: ad sedes suas redeuntes ab ore unius retulerunt neminem eorum reperisse, sicque accusatores petierunt, ut reputarentur contumaces, & super hoc sibi fieri instrumenta; tunc cardinales Prænestinus Pictavensis alias nominatus, cunctis antiquior, & qui ante schisma ad cardinalatum assumptus fuerat, cæteris quæsivit, quid agendum. Qui omnes negotium dignum duxerunt differri usque ad diem sequentem: quod cum cæteri assistentes approbassent iterando, placet, placet, sic illa sessio soluta est.

Die igitur sequenti tertia evocatio concilii celebratur cum solemnitatibus prius tactis: fueruntque dicti contendentes, nominati * qui prius sibi adhærentes evocati: qui cum non comparuissent, nec aliquis vir pro ipsis, promotoresque instarent ut reputarentur contumaces; de benignitate tamen omnium assistentium, quæ petebant, usque ad diem sabbati sequentem, quæ fuit Martii dies ultima, dignum duxerunt differre: & sic concilium illud solutum est.

* *Corr.* nominatique prius, sibi adhærentes.

Die dicta quarta sessione celebrata cum solemnitatibus solitis, cum prænominati contendentes minime comparuissent, ad advocati & promotorum requestam reputati sunt contumaces: & in scripto quod tunc legit cardinalis Prænestinus, dixit, quod de eis adhærentibusque expectaretur usque ad aliam sessionem assignatam ad diem Lunæ, post octavas Resurrectionis Dominicæ, quia illa hebdomada non debebant jurisdictiones exercere; sicque omnibus concedentibus quod ecclesia Pisana apta erat ad concilium celebrandum, ita discessum est.

Quæ in synodo facta ac deliberata fuerunt a die Aprilis XV. *usque* XXII. *mensis Maji.*

ULterius procedendo in facto unionis, XV. Aprilis iterum celebratum est sacrum concilium cum observantiis prius tactis in sessione secunda: ibique domini cardinales Mediolani, & de Baro, qui Alemannorum deliberationi interfuerant apud Francquefort, venerunt: præsentes quoque fuerunt octoginta & decem archiepiscopi & episcopi, nonnulli quoque abbates, doctores, clerici, notarii, qui non interfuerant in congregationibus antedictis. Et tunc quatuor prænominati cardinales, qui cum duobus contendentibus se tenebant, evocati iterum minime comparuerunt, sicque de benignitate assistentium fuit continuata dicta usque ad aliam sessionem; nuncios regum Franciæ, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, ac multorum domi-

ANNO CHRISTI 1409.

dominorum Alemanniæ, qui (ut fama referebat) veniebant, expectando.

Die dicta quidam archiepiscopus, duo episcopi, & totidem clerici, qui se nuncios dicebant ducis Ruperti de Bavaria, quem regem Romanorum nominabant, in concilium sunt inducti: qui tamen cum aliis non sederunt, nec, sicut ipsi, decorati fuerunt indumentis ecclesiasticis, sed mox proponi fecerunt per episcopum dictum de Berde, & in sua propositione ambiguitatibus plena solum fecit XXI. quæstiones, inter quas principaliores fuerunt: si cardinales sui collegii poterant se subtrahere ab obedientia sui papæ? si poterant evocare dictum papam? si poterant ᵃ evocare concilium generale? si duo collegia poterant se mutuo habilitare ad tenendum concilium? concludendo quod dictum concilium debebat mutari & differri, attento quod ille, quem papam nominabant suum, promptus erat comparere: dum tamen esset in alio loco, & promittebat complere quæ juraverat, si alter etiam adimpleret, dureque redarguendo suos cardinales dixit, quod injuste & irrationabiliter fecerant subtractionem prædictam. Cum verbis finem fecisset, & se paululum nuncii retraxissent, unanimi assensu assistentium conclusum est, ut revocati, eisdem præciperetur auctoritate concilii, ut scriptis, quæ proposuerant, traderent, & qualem a domino suo habebant auctoritatem: quod tandem non sine difficultate magna peregerunt.

Iterum, dum hæc agebantur, qui extra valvas ecclesiæ custodiebant equos suos, magnam contentionem commoverunt, & ad invicem rixati sunt: præfati enim domini recedentes, in scandalum omnium aspicientium mutuo altercabantur; indeque clare patuit, quod non venerant nisi ad impediendum factum ecclesiæ.

Nondum exacta hebdomada ad villam Pisanam venit quidam Ivo nominatus Karlut, malum caput, dominus civitatis Darmin, in qua tunc Gregorius vel Errorius morabatur, qui ut erat litteratus, & facundus, & summe in rhetorica expertus, instantissime dominis cardinalibus requisivit, ut concilium differretur, & locus mutaretur: sed ad eum audiendum constituti valde solemnes clerici, domini cardinales Albanensis & de Thurejo de parte nostra, de parte vero altera, Aquilejæ & Mediolani; qui multis rationibus ostenderunt, hoc non posse fieri; & sic inefficax, unde venerat, rediit.

Dominica Aprilis mensis die XXI. in præsentia omnium de concilio existentium, in ecclesia S. Martini archiepiscopus Tolosanus Missam celebravit: & inter solemnia Missæ quidam frater Minor episcopus Dignensis in Provincia sermonem faciens, & pro themate capiens; *mercenarius fugit*, ostendit luculentissime quo modo duo contendentes non erant veri pastores, sed mercenarii, ideo expellendi, attentis viis, quas tenuerant: propositiones eorum etiam evidentissime improbavit, nec tenendas ostendit quas proposuerant ambassiatores ducis Ruperti de Bavaria: qui tamen nuncii eadem die subito sine responsione (nescitur quo ducti spiritu) recesserunt, quamvis assignata eis esset ad comparendum dies sequens.

Aprilis XXIV. die, in majori ecclesia congregatio sacri concilii facta fuit, missaque cum observantiis præfatis celebrata. Quia domini cardinales totum processum divisionis ecclesiæ a principio & huc usque, & quidquid summi pontifices, & ipsi interim egerant, in scriptis redigi fecerant: de consensu omnium assistentium advocatus sacri concilii cathedram ascendens, spatio trium horarum processum illum alte, & intelligibiliter legit: indeque fuerunt lectæ requestæ promotorum, continentes contra ambos contendentes: Primo, quod concilium acceptabat aggregationem, & unionem mutuam duorum collegiorum, & totum quod ex ea poterat dependere: approbabat etiam evocationem concilii generalis per eos factam: citationem & evocationem contra duos contendentes roborando, firmas etiam decernebat: iterum, & quod locus Pisanus habilis erat ad celebrandum concilium ulterius; attento quod ambo contendentes fuerant debite evocati, & contumaces reputati. Ultra, & quod contendentes privarentur a dignitate papatus, eorum quoque fautores omnibus beneficiis, dignitatibus, officiis privarentur: & si contra privationem istam aliquid attentarent, puniri possent per judices sæculares. Iterum, quod omnes reges & principes, & generaliter omnes cujuscumque status essent, penitus absolverentur a juramentis præstitis duobus contendentibus.

Ordinatum & tunc fuit in eodem concilio, ut viri litterati, honestæ conversationis, & bonæ conscientiæ, eligerentur ad recipiendum ᵃ reformationem testesque producendos per promotores præfatos contra duos contendentes, & specialiter super continuatione schismatis pertinaci, & super ᵇ conclusionibus mutuo inter se factis: & ad nominandum prædictos viros, ut procederetur ulterius in facto dicti concilii, fuit continuata dieta ad diem Martis propinquam, ultimam mensis Aprilis.

Ipsa die dominus patriarcha Alexandrinus, magister Simon Cramant universitatis Parisiensis, nuncii ducum Brabantiæ, Hollandiæ, ac patriæ Leodicensis, villam Pisanam ingressi sunt: subsequenter quoque ambassiatores Angliæ, videlicet archiepiscopus * Salberiensis, cum uno episcopo, duobus abbatibus, uno milite, & duobus doctoribus, in comitiva nobili ducentorum equitum. Applicuerunt postea ambassiatores archiepiscopi Maguntinensis & archiepiscopi Coloniensis, cum apparatu insigni: nuncii tamen Colonienses ad duas dietas de villa Pisana, a gentibus marchionis de Mala Spina capti fuerant & detenti, sed interventu & favore domini Boussicandi gubernatoris Januæ, cum omnibus bonis suis fuerant liberati.

Ultima die Aprilis congregato concilio, & Missa ab episcopo Luxoviensi in præsentia nunciorum Angliæ celebrata, post litanias & observantias prætactas, archiepiscopus * Salberiensis Anglicus cathedram ascendit: & sermonem faciens, unum & alterum contendentium rationabiliter increpando, exhortatus est dominos cardinales & concilium, ut procederent diligenter ad unionem ecclesiæ. Nihilque amplius actum est die illa, sed fuit continuata ad diem quartam Maji: dieque sequenti cardinalis Burdegalensis, altera quoque sequente cardinalis Hispaniæ, villam illam ingressi sunt.

Die quarta Maji concilio congregato, dum Episcopus Ebroicensis Divina celebrabat, Anglorum nuncii, qui tunc præsentes aderant, ad latus sinistrum; patriarcha vero, episcopi Meldensis & Constantiensis, nuncii regis Fran-

ᵃ *Forte*, revocare. H.

ᵃ *Forte*, informationem. H.

ᵇ *Forte*. Collusionibus.

* episcopus.

* Episcopus Salesberiensis.

ANNO CHRISTI 1409.

ciæ, episcopus quoque de Gap nuncius regis Siciliæ, ad latus dextrum post cambellanum Romæ sederunt. Peractisque Missæ solemniis, cum prælati post consuetas observantias, ornamenta sumpsissent ecclesiastica, & patriarcha post primum cardinalem episcopum, dominum scilicet Prænestinum, sedisset, sicut statutum fuerat: quidam excellentissimus doctor Bononiensis Petrus d'Aquaran * nominatus, cathedram ascendens, quæstionibus factis ab ambassiatoribus ducis Ruperti de Bavaria respondens, subtiliter & profunde ostendit, contendentes per cardinales & concilium sufficienter evocatos; & quod contra eosdem poterant juste procedere; sed & illi domini sub quibus tunc residebant: prolatas dubitationes a nunciis dicti ducis Ruperti penitus annullando. Postea etiam advocatus ascendens cathedram, dixit, quod ad examinandum testes pec promotores producendos contra duos contendentes, cardinalis de Laude Italicus, & cardinalis S. Angeli, pro duobus collegiis; pro regno Franciæ episcopus Lexoviensis, & tres doctores; pro regno Angliæ unus doctor; pro Provincia unus; & pro Alemania duo; velut ad id idonei nominati fuerant: & hoc omnes approbaverunt assistentes. Addidit finem dans verbis, quod quia dominus Ladislaus, qui se dicebat regem Siciliæ, armis Sanæ urbem infestabat, quæ erat Florentinorum, impediendo sacrum concilium, ut aliqui ad eum mitterentur, qui auctoritate concilii præciperent, ut inde recedens resipisceret ab inceptis. Et hic sermo bonus in oculis omnium assistentium visus fuit; dieque continuata fuit ad diem x. Maji. In congregatione ista, nuncii Maguntini & Colonienses non interfuerant, ob discordiam motam inter eos pro prioritate sessionis: ordinatumque extitit, ut reducerentur ad pacem.

* de Ancharano.

Octava die Maji in ecclesia S. Michaelis, quia tunc celebrabatur festum Apparitionis ejusdem archangeli, præsentes fuerunt in concilio cardinales, Missamque celebravit dominus patriarcha: qui prædicationes faciens, sex rationes posuit, per quas, propositiones nunciorum ducis Ruperti de Bavaria efficaciter destruxit & annullavit; qui ponebant in dubium, si cardinales poterant evocare papam suum? si poterant sibi subtrahere obedientiam? si ambo collegia poterant se habilitare mutuo? nam luculenter probavit, quod hæc omnia rationabiliter poterant pro tanto bono, sicut extirpatio schismatis, & unio universalis ecclesiæ; & quod quidquid factum fuerat, concilium poterat confirmare; multaque ibi tetigit facienda ad bonum unionis. In isto concilio interfuerunt archiepiscoporum Maguntiæ & Coloniensis nuncii, & sicut statutum fuerat, intermixti consederunt, & primus de Colonia: Missaque peracta per promotorem & unum clientem *, multi prælati citati sunt ad comparendum die sequenti in domo Carmelitarum coram commissariis per concilium ordinatis, ad jurandum in causa amborum contendentium. Ista die post prandium in ecclesia S. Martini, cum dominis cardinalibus nuncii regum & prælati congregati: tunc cardinalis Prænestinus dixit, quod fratres sui in prosecutione unionis nihil agere intendebant sine deliberatione concilii; & quia omnes nequibant in his deliberationibus interesse, bonum erat aliquos ordinare, qui semper præsentes, cum deliberaretur, essent, & deliberata aliis nunciarent; & si aliquos dignos ad hoc reperirent, illos nominarent. Ad hoc patriarcha dixit: jam conclusum pro natione Franciæ, ut de qualibet provincia archiepiscopus, si præsens esset, & in absentia episcopus, vel doctor hujus provinciæ interesset. Fueruntque nominati postea pro Francia patriarcha, archiepiscopi præsentes: pro provincia Senonensi episcopus Meldensis: pro Rotomagensi episcopus Lexoviensis: & sic de aliis: pro Provincia, quæ semper cum Francis stabat, episcopus de Gap: statutumque, ut sic cæteris nationibus fieret, & ut soli nominati in deliberationibus remanerent.

* f. clericum

Inde cardinalis Albanensis novam materiam intrans, nuncios Petri de Luna nunciat brevi venturos: quærens tamen quomodo reciperentur, audirentur, vel etiam tractarentur. Addidit & requestis per promotores factis XXIV. Aprilis, ut per dictum decerneretur concilium, quod ad ipsum ut repræsentans universalem ecclesiam cognitio pertinebat extirpationis schismatis, aut decisionis ipsius: statutumque est, ut die crastina post prandium, provinciarum deputati cum cardinalibus propter hoc congregarentur.

Super hoc IX. Maji locutus patriarcha pro natione Franciæ & Provinciæ, dixit, quod mutua deliberatione habita, rata habebant per cardinales postulata: adducens ultra, ut promotiones prælaturarum duorum contendentium, usque ad limitatum tempus approbarentur pec dictum concilium; cui mox visum fuit, quod in finalibus fieret. Quantum ad receptionem nunciorum Petri de Luna, indiscussum reliquit, qualem honorem ipsis exhiberent, qui nondum scilicet subtraxerant obedientiam. Quoad audientiam concedendam, dixit quærendum ab eis qualem auctoritatem habebant, & quibus dirigebantur, antequam audirentur: nec negavit quin honestatem servando, sine molestiis vel injuriis semper tractari deberent. Post patriarcham locutus archiepiscopus Salzberiensis, pro natione Angliæ in puncto unico D. patriarchæ contradicens, mirari se dixit, quod aliqui subtraxerant, aliqui non: addens, quod necesse erat ut in concilio omnes essent unius voluntatis, & quod subtractio communis esset omnibus: concludens, quod nullus honor erat nunciis Petri da Luna exhibendus: in qua opinione tandem stetit patriarcha, quidam episcopus de Cracovia regis Poloniæ nuncius, Maguntini & Colonienses nuncii, & alii: sed super hoc, cardinales qui non subtraxerant, deliberationem petierunt.

Veneris decima die Maji, post Missam celebratam ab episcopo Massiliensi, & observationes prætactas, cum electis provinciarum inito consilio, cum advocatus proposuisset quæ prolocuta fuerant, non faciendo de subtractione nostrorum cardinalium mentionem, a a promotoribus Anglicis super hoc interrogati adhuc deliberationes peterent: tandem super hoc interrogati assistentes omnes, subtractionem debere esse communem unanimiter concluserunt. Tunc dominus patriarcha, sedem suam, quam habebat inter duos cardinales antiquiores, relinquens, & cathedram ascendens, pronunciavit alta voce, auctoritate concilii, subtractionem obedientiæ duorum contendentium licite fieri potuisse & debere; & illi qui eam fecerant, debebant, & poterant; nec deinceps a quoquam obediendum erat eis; & quod super habi-

a Corrige. & promotores Anglici. H.

ANNO CHRISTI 1409.

habilitatione promotionum per eos facta, de post quod cessaverant a prosecutione unionis ecclesiæ, mature deliberaretur ulterius. Et quia dies prima productionis testium contra duos contendentes servari non poterat, quia diebus festivis acciderat: pro secunda productione diem XVII. Maji assignavit ad procedendum ulterius in causa prædicta.

Maji XI. die in præsentia Electorum provinciarum, quidam episcopi & doctores fuerant deputati, qui minutam facerent subtractionis prætactæ, quæ traderetur concilio, ad corrigendum, si correctione indigeret, & correcta mitteretur ad omnes Christianitatis nationes. Dieque XIII. hujus mensis, in generali concilio dominus cardinalis Prænestinus dixit, quod omnes fratres sui consentiebant subtractioni per concilium ordinatæ.

Maji XVII. die ad instigationem promotorum, in generali concilio statutum est, ut subtractio prædicta in scriptis publice legeretur, ut consuetum est de jure. Insuper aliæ requestæ factæ & concordatæ fuerunt, quæ continentur in cedula sequenti, assignataque est dies ad XXII. mensis Maji, qua, consensu universalis concilii dominus patriarcha cathedram ascendens, prædictam cedulam alte legit, quæ sequentia continebat.

Anno Domini MCCCCIX. XVII. die mensis Maji, quæ fuit Veneris, sancta & universalis synodus, &c. *Ut supra*, *pag*. 1213.

DE ELECTIONE PAPÆ ALEXANDRI.

Ex eadem historia MSS.

UTriusque collegii dominis cardinalibus a sancta synodo auctoritate concessa, ut ad electionem procederent unici vicarii Christi, devotissima ejus sponsa ecclesia (quam tamdiu obstinata ambitio amborum contendentium ancillari coegerat) honorem recuperaret pristinum, & regnis dominaretur universis: invocata Spiritus sancti gratia, quæ agenda susciperet dirigenda, conclave circa festum S. Joannis Baptistæ ingressi sunt. Ne a semitis rectitudinis deviarent, preces validas principum compatriotarum, favorem, opulentiam, vel quorumdam generis claritatem, justo favorabilius attendentes, ut actu simili annales sæpius referunt accidisse; quotquot pestiferum schisma oderant & reprobabant, devotis orationibus Divinas aures pulsabant, ut votis eorum sic condescendere placeret, quod inchoata valerent commendabili fine terminare. Qui regis assistebant assidue consiliis, ambigendum dicebant, domini justo remissius in agendis se habentes, mora nimia aliquod impedimentum intermedium allatura esset. Quapropter ipsis compendiosam epistolam accelerationis exhortativam misit. Sed antequam nuncius medium itineris attigisset, eos audiens negotium consummasse, non ulterius progredi dignum duxit. Sane sanctæ conversationis ac devotionis virum Petrum de Candia ordinis fratrum Minorum, in sacra pagina excellentissimum professorem, de archiepiscopatu Mediolanensi ad cardinalatum assumptum, (quem sciebant ex Candia Græciæ remotissima Insula, & ex ignota prosapia ortum, cum nec opum acervi, sed tenuis facultas res etiam familiares ministrabat) in summum pontificem elegerunt circa finem Junii; Juliique VII. die Alexandrum quintum vocaverunt. Quæ cum Regi litteris intimassent, sui nuncii Parisius missi, & quam laudabiliter olim studio Parisiensi sacræ Scripturæ flores odoriferos ubique longe lateque per orbem spargere docuerat: promotionem ejus tam favorabiliter acceptavit, ac si regnicola, vel de regio sanguine procreatus extitisset.

G. C. ADDITIO ALTERA

Ad Acta concilii Pisani.

HAbuit Odoricus Raynaldus alia concilii Pisani acta, ex quibus excerpta quædam annalibus suis inseruit. Nos ex iis delibabimus quæ singularia sunt, & quorum nulla in actis superioribus mentio.

SESSIO I. *Advocatus concilii, qui in prima sessione concilium allocutus est, Simon Perusinus vocabatur.*

SESSIO IV. *Sessione IV. Roberti Romanorum regis oratores quatuor, Joannes Rigensis archiepiscopus, Matthæus Varmatiensis, & Ulricus* [b] *Rigensis, episcopi, Conradus e Susato Spirensis ecclesiæ canonicus, & theologiæ professor. Ulricus primo statim accessu peroravit unus, seque ac suos venire professus est, ut pacem inter Gregorium & cardinales conciliarent.*

[b] Lege, Ulricus Wardensis. H.

Die consequenti, qui fuit XVI. *April. Conradus, non in publica sessione, sed in sacrario ecclesiæ, coram cardinalibus, proposuit dubitationes supra descriptas, pag.* 1179. *& seq. cum responsionibus quas esse lectas sessione VII. a Petro Ancharano ipsarum auctore, constat ex actis superius editis ex Dacherii Spicilegio, sess. VII. & ex opusculo, cui titulus:* Quæ in synodo gesta, &c. *pag.* 1253.

IX. April. provocationem a Pisano concilio ad Gregorium ediderunt. Denique die Dominico XXI. *ejusdem mensis, salutato nemine clam abierunt. Provocationis autem a concilio, hoc instrumentum habe ex Raynaldo.*

IN nomine Domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo nono, Indictione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Gregorii Divina providentia papæ XII. anno tertio, die decimanona mensis Aprilis, hora Primarum vel quasi, in ecclesia S. Catharinæ ordinis Prædicatorum in civitate Pisarum, in notariorum nostrorum, testiumq; subscriptorum præsentia, personaliter constitutus honorabilis vir dominus Conradus de Susato, canonicus ecclesiæ Spirensis, in sacra theologia & in artibus magister, procurator, & procuratorio nomine serenissimi & gloriosissimi principis & domini, D. Roberti Romanorum regis semper augusti, constituentis, prout de ejus mandato per litteras patentes, sigillo majestatis dicti Romanorum regis in cera crocea impendenti sigillatas, plenam fecit fidem: animo & intentione appellandi & provocandi, tenens in suis manibus quædam papiri folia, quamdam appellationem seu provocationem in se continentia, hujusmodi appellationem seu provocationem interposuit, appellavit, & provocavit, apostolos petiit, & protestatus fuit, omniaque & singula alia fecit, & facere se dixit, quæ in dictis papiri foliis continentur, quorum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

Coram vobis discretis viris notariis publicis, tan-

ANNO CHRISTI 1409.

tanquam personis authenticis & fidelibus, & testibus hic astantibus fide dignis, ego Conradus de Susato, in sacra theologia & in artibus magister canonicus in ecclesia Spirensi, procurator & nomine procuratorio serenissimi & excellentissimi principis & domini, D. Roberti Dei gratia Romanorum regis semper augusti, præcipui defensoris & advocati ecclesiæ sancti Dei, animo & intentione appellandi & provocandi, & apostolos petendi, & recipiendi atque præstandi melioribus & efficacioribus modo, via, jure, causa, atque forma, quibus possum & debeo, dictusque dominus meus potest & debet, dico & propono: quod licet dudum felicis recordationis D. Innocentio PP. VII. ab hac vita mortali subtracto, tunc episcopi, presbyteri, & diaconi, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, qui tunc erant, celebratis ejusdem quondam D. Innocentii funeralibus, atque ejus corpore ecclesiasticæ tradito sepulturæ, pro electione summi Pontificis in conclavi secundum formam sanctorum canonum congregati, omnium & singulorum vota omnia & singula, concorditer, nemine discrepante, in sanctissimum in Christo patrem & dominum D. Angelum tit. S. Marci presbyterum cardinalem, ipsorumque confratrem, ejus exigentibus meritis, Divinitus inspirati direxerunt; ipsumque in summum Romanæ & universalis ecclesiæ pontificem elegerunt, inthronizaverunt, & ut talem venerantes adorarunt. *Et nonnullis interjectis, quibus a cardinalibus, ut justum pontificem habitum, promulgatamque toto orbe illius electionem describit, subjungit.*

Nihilo minus dicti domini olim cardinales, omnes & singuli, uno dumtaxat excepto, suæ salutis immemores, inobedientiæ filii, nescitur quo ducti spiritu, foris egressi contra sacerdotem Domini, & relicto suo rege, rebellarunt, & ecclesiam sanctam Dei, quæ in unitate consistit, ad cujus defensionem prælibatus serenissimus dominus meus constituens adstringitur & obligatur, scindentes & scindere molientes, se schismatis * contra papam irreligiosa temeritate instituerunt, necnon sua temeritate usque ad hoc prosiliere: & suam divisionem, catholicam esse credentes ecclesiam, cathedram sibi constituere atque primatum assumere conantes, ab eo quod unum est semetipsos segregarunt. Et licet præfati olim domini cardinales die XI. mensis Maji proxime præteriti omnem obedientiam dicto sanctissimo domino nostro Gregorio se scripserunt subtraxisse, prout in litteris suis datis Liburni primo die mensis Julii clarissime continetur, in quibus dicitur inter cætera: „ quod XI. mensis Maji proxime præteriti, omnem, quantum in nobis fuit, obedientiam juxta juris „ exigentiam abstraximus, & recessimus ab eodem: “ quæ, & tenorem litteræ ego procurator, prædicto nomine procuratorio, in quantum faciunt pro justificatione, & verificatione præsentis appellationis, haberi volo pro insertis: plurimum tamen magni, potentes, & sapientes viri, revocant in dubium, an dicta die, prout scripserunt, ipsi obedientiam abstraxerunt, eo quod a idem dum cardinales in aliis suis litteris datis Pisis XII. mensis Maji scribunt: quomodo die XI. Maji recesserunt de Luca hora vicesimasecunda, hoc est per duas horas ante noctem? Et in eisdem litteris circa finem habentur hæc verba: „ Nec nostræ „ mentis est, a fide veritateque juris erga „ præfatum dominum nostrum (dummodo „ modis hactenus per eum retentis succisis, „ ipsum ad id quod tenetur effectualiter adimplere, dispositum videamus) modo aliquo „ deviare: sed tali eventu obedientiam & reverentiam debitas exhibere. “ Cum igitur XII. die Maji non habebant intentionem subtrahendi juxta jam expressa: quomodo stabit, quod die immediate præcedenti subtraxerunt obedientiam?

Item, die XIII. dicti mensis Maji appellationem quamdam interposuerunt, in qua coram domino Gregorio, tamquam sanctissimo domino & patre sanctissimo, cum omni reverentia, tanquam humiles ipsius servitores, appellarunt. Quinimmo dicunt in ea: „ A vobis, pater „ beatissime, irrationabiliter & secundum non „ rectam rationem decernentibus, ad vosmet „ secundum certam rationem & melius informatum. “ Notarii quoque ipsum in instrumento cui appellatio est inserta, sanctissimum in Christo patrem scribunt & appellant, &c. Ex quibus luce clarius habetur, quod tunc, scilicet die XIII. Maji, ipsi olim domini cardinales, & eorum notarii, dominum Gregorium pro sanctissimo patre & domino & summo Pontifice manifeste scripserunt, nominarunt, & recognoverunt. Quomodo igitur scribunt, quod XI. die dicti mensis Maji obedientiam subtraxerunt? Ecce inculcationem, ecce involutionem, ecce dubitationem, mentibus principum, dominorum, & aliorum virorum sapientium ingestam. Et si sic erraverunt in principio, non est mirum, quod in fine gravius erraverunt. Dicitur namque: Parvus error in principio, maximus est in fine.

Esto tamen, quod prælati domini olim cardinales die XI. mensis Maji obedientiam D. Gregorio subtraxissent, quod tamen ex præmissis non apparet: quia tamen, ut scribunt in dictis litteris, hora vicesimasecunda, per duas scilicet horas ante noctem recesserunt, evidentissime constat, quod nullam solemnitatem nec ordinem juris in re tam grandi & nova, sicut merito servassent, servaverunt. Vix eis sufficiebat tempus Pisas accedendi ante noctem: & ecce obedientiam subtrahere concluserunt, & eam subtraxerunt, ipsumque sanctissimum dominum nostrum Gregorium contra justitiam & juris ordinem, ut apparet, spoliaverunt. Ubi deliberaverunt? in campo. Ubi concluserunt? in diversorio. Ecce præcipitationem facti in principio. Non enim immerito prius dominum Gregorium monuissent, quod nisi votis & juramentis satisfaceret, obedientiam sibi subtraherent. Numquid attendere debebant, cum quadam maturitate, quanta rei solemnitate Gallici processerunt cum suo domino, quem vocant Benedictum, cum semel sibi obedientiam subtraherent? Litteras autem & instrumenta appellationum, & alia superius inducta, in quantum faciunt pro justificatione præsentis appellationis, &c. ego procurator præsentibus haberi volo pro insertis.

Præterea dicti olim cardinales, prioribus non contenti, sed pejora malis adjicientes, præfato domino nostro, sanctissimo domino Gregorio, multiplices injurias verbis, scriptis, atque factis, cum nulla contra eum adhuc esset lata sententia, cum etiam ipsi non essent, nec deberent esse judices in causa propria, contra juris & justitiæ ordinem, & omnem æquitatem.

* *Deest* auctores.

a *Forte* iidem Cardinales. H.

ANNO CHRISTI 1409.

tem humanam, in multiplex opprobrium sedis apostolicæ, universalis ecclesiæ, obedientiæ nostræ, & in cleri vilipendium, & totius cleri status denigrationem, multipliciter irrogarunt, ab executione sententiæ nondum latæ inchoantes. Sicque prædicti olim cardinales per litteras suas & pseudoapostolos, præfatum sanctissimum dominum nostrum, nondum juste convictum nec confessum, prædicarunt, intimarunt & publicarunt, quasi per totam Christianitatem, perjurum, votifragum, schismaticum, immo schismatis auctorem, & hæreticum. Numquid est hic modus procedendi tantorum virorum, olim in tanto fastigio dignitatis constitutorum, ad quos oculi aliorum fidelium sicut sagittarii ad metam respiciunt, jurgiis, B blasphemiis, & maledictionibus partem adversam, ante sententiam latam, tam turpiter & detestabiliter informare? numquid ista sunt media ad concordiam & unionem inducendam? numquid bonus finis, bene etiam intentus, per bona & apta media bene, & rationabiliter est prosequendus? nunquid scriptum est: Quod justum est, juste exequaris?

Item, quia est iste modus a sæculo inauditus, quod dicti olim domini cardinales, qui huc usque a tempore domini Gregorii, & sui prædecessoris, fuerunt duces nostræ obedientiæ, anticardinales Gallicos pridem excommunicatos, anathematizatos, & indignos aliquo prælationis titulo nominare, quinimmo schismaticos, C & illius nefandi schismatis in ecclesia sancta Dei inductores & nutritores, vocant & scribunt reverendissimos patres & dominos, quinimmo & cardinales sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ; & sanctissimum dominum nostrum Gregorium vocant & scribunt schismaticum, & schismatis nutritorem? Bene hæc potest conversio in oppositam qualitatem appellari; cum tamen ipse sanctissimus dominus noster nec schisma induxit, sed pluribus, proh dolor! annis ante eum fuit & duravit, nec iis, qui schisma induxerunt, fovet & assistit. Fomentum namque schismatis illis attribuitur, qui schisma faciunt, vel fecerunt, inducunt vel induxerunt, & in hujusmodi perseverant, D vel eisdem assistunt, *&c.* sed nihil ad eos, qui non sunt sibi conscii alicujus culpæ in hoc facto. Sicut enim schisma Græcorum non est Latinis imputandum: ita nec schisma Gallicorum, seu per Gallicos introductum, capiti, vel membris obedientiæ Romanæ. Ipse insuper pro sublatione schismatis, cum nondum duobus annis esset in pontificatu, concilium generale decernere voluit, decrevit, & per suas patentes litteras, prout inferius plenius dicetur, induxit, ut unio & pax daretur ecclesiæ. Denique litteris suis & nunciis, omnes & singulos sub obedientia domini Gregorii consistentes requisiverunt & hortati sunt, ipsisque nihilo minus mandaverunt, quantum in eis E erat, ut ipsi & eorum singuli domino Gregorio obedientiam subtraherent: cum tamen ad hujusmodi subtractionem nondum essent causæ sufficientes ad lucem positæ. Mirabile visum est, quod de tanto volebant se intromittere. Quis etenim constituit eos judices Gregorii, et totius obedientiæ nostræ, et præsertim Germaniæ? Constat eos velle omnes a Romano Pontifice declinare. Quod si factum fuisset, quia tempore medio dispensasset in casibus papæ reservatis? quis cognovisset in causis appellationum ad eum devolutis? quis etiam

A pallium dedisset, & archiepiscopos confirmasset? *&c.*

ANNO CHRISTI 1409.

Præterea sanctissimus dominus noster Gregorius, videns se non posse proficere, nec concordare cum eo, qui se vocat Benedictum ab alia parte, ad viam cessionis perficiendam, conclusit pro unione in ecclesia Dei perficienda, viam concilii generalis, prout etiam illud convocavit, & indixit per certas litteras suas apostolicas sub data tertio Nonas Julii, in festo scilicet Pentecostes proximo futuro: quarum litterarum tenorem, in quantum faciunt pro verificatione præsentis appellationis, & non aliter, ego procurator haberi volo pro insertis. Et verisimile est, quod ipse dominus B Gregorius diu ante concilium concluserat: sed antequam litteræ conficerentur, habuit cogitare de congruis tempore & loco, quibus deberet convocari.

Verum, ut ipsi domini cardinales præfatum D. Gregorium etiam in hoc sanctissimo proposito prævenirent, præoccuparent, & impedirent: cum quibusdam anticardinalibus & schismaticis, dudum per D. Gregorium, & suos prædecessores, ex causis anathematizatis, & quocumque prælationis titulo privatis atque condemnatis, & pro schismaticis reputatis, atque a gremio & consortio sanctæ matris ecclesiæ, eorum exigentibus demeritis, prorsus exclusis, se univerunt & junxerunt; ac unum C quoddam cum eis, ut asserunt, prætensum collegium, nullum caput habentes, neque recognoscentes, de facto licet non de jure effecti, quoddam prætensum concilium, quod potius conventiculum, vel conciliabulum dici debet, per certas suas litteras sub data anticipata, ut vehementer præsumitur, fabricatas, in civitate Pisarum, in festo Annunciationis virginis gloriosæ lapso, sub data Liburni, vicesima quarta mensis Junii, indixerunt. Ex quibus quidem litteris quot dubitationes, quot inculcationes, & involutiones, in cordibus principum, & dominorum, & sapientum ac Christi fidelium exortæ sint, vix poterit calamo scribi, vel lingua explicari: eo quod isti do- D mini olim cardinales, quantum ex ipsis eorum litteris luce clarius habetur (quas etiam, in quantum faciunt pro verificatione præsentis appellationis, ego procurator haberi volo pro expressis) nova, numquam prius visa, vel audita, attentare conati sunt; semitas antiquorum, & sanctorum patrum & sacrorum canonum doctrinas omittentes, obliquas ac dubias ambulare cœperunt vias, prout & illas continuant de præsenti. Et nihilo minus in neglectu posuerunt omne id & totum quod est honestatis, consolationis, & conservationis obedientiæ nostræ, & ecclesiæ sanctæ Dei, de suis omnimodis confusione, desolatione, ruina atque divisione minime curantes. Unde, ut E de pluribus pauca tangantur, primo videamus de præoccupatione. Ex litteris namque eorum pro concilio celebrando destinatis, de quibus statim facta est mentio, manifeste habetur, quod unio ipsorum olim cardinalium cum anticardinalibus, præcessit ipsam prætensi sui concilii indictionem: dicentes prius se esse unitos, & postea matura deliberatione conclusisse concilium convocandum. Unde dicitur in dictis litteris inter cætera: „ Quibus visis, & pluri„ bus habitis inter nos consiliis, firmamus nos „ venire cum dominis alterius collegii, & Li„ burnum accedentibus nobis, qui locus est

„ pro-

ANNO CHRISTI 1409.

„ prope civitatem Pisanam ejusdem diœcesis, „ ac de eis dominis cardinalibus ex altera „ parte in sufficienti numero nobiscum congre- „ gatis, in unum nos univimus propositum “ &c. Et nihilo minus, ut habetur ex litteris suis super eorum unione datis Liburni penultima die mensis Junii, litteræ concilii datæ sunt per quatuor dies ante: quia vicesimaquarta Junii. Ecce quomodo in scriptis eorum dant intelligere sibi invicem contradictoria, quia ante indictionem convocationis concilii fuerunt uniti cum anticardinalibus, & non fuerunt uniti. Quis sanæ mentis ex istis non inciperet dubitare de factis, & processu dictorum dominorum? unde etsi dicti domini tempore suæ unionis cum anticardinalibus primo indixissent concilium: constat tamen, quod hoc factum fuisset per quatuor dies post datam litterarum convocationis concilii.

A

B

Item, in quibusdam litteris suis dicto serenissimo Romanorum regi domino meo directis, datis Liburni vicesima-sexta Julii scribunt ista verba: „ Deliberavimus invicem, convocare „ concilium generale ex utraque parte, eis- „ dem loco & tempore: cujus rei atque nostri „ propositi intimationem, determinato loco „ ubi optandissima congregatio hujusmodi fie- „ ri debeat, & oratorem nostrum præcipuum „ mittemus in brevi. “ Ex quibus litteris & verbis patet, quod vicesimasexta Julii, quæ fuit plusquam per mensem, post prætensam datam litterarum convocationis sui prætensi concilii: ipsi deliberaverant convocare concilium: sed nondum convocabant, quia nondum erat determinatus locus, ubi ista congregatio fieri deberet. Igitur tempore datarum litterarum sui prætensi concilii, nondum erant concordes de loco. Igitur data est anticipata, & hoc in fraudem domini Gregorii, ut vehementer præsumitur, & ut videantur eum prævenisse. Per ejusmodi enim adinventiones exquisitas vehementer suspicatur & præsumitur, ipsos olim cardinales, fuisse & esse causas impedimenti unionis exoptatæ. Nonne quivis catholicus hoc concipere poterit evidenter, quod si hujusmodi indictionem conciliabuli emisissent, dictumque concilium papæ fuisset sortitum effectum, nec, ut prædicitur, impeditum, sicut obedientia Benedicti in suo, ita & nostra in papali concilio, unanimi voce & concorditer requisivisset, & efficaciter induxisset dominum Gregorium ad observantiam voti & juramenti sui pro reintegratione ecclesiæ sanctæ Dei? necessariumque fuisset ipsum ad hoc attendere, omnis dilationis mora profligata: alias tota obedientia, vero ordine, & juxta omnem æquitatem, & cum bona conscientia, recessisset ab eodem tanquam fautore schismatis antiquati, nullaque fuisset in nostra obedientia divisio subillata, quin immo ex tunc sincera unio per ambas obedientias procurata, & inducta. Quidam etiam abbas ambassiator dictorum dominorum olim cardinalium retulit, quod per duos menses disputarunt de loco, in quo indiceretur concilium. Et de hoc etiam habetur evidens magnumque testimonium eorum, qui adhærent ipsis dominis olim cardinalibus, dicentium, quod per totum mensem Augusti primo fuit concordatum de loco Pisarum cum Florentinis. Quod etiam patet ex hoc, quia nuncius qui deferebat litteras concilii cardinalium ad partes Rheni, habuit litteras credentiæ olim dominorum cardinalium sub data

C

D

E

primæ Septembris: & post hæc recessit de Pisis: & per consequens tunc fuit primo expeditus. Et verisimile est, quod illum, vel alium nuncium citius destinassent, si de loco & tempore die vicesimaquarta Junii concordassent. Item multi curtessani, quorum aliqui tempore indictionis concilii, per Gregorium fuerunt in Luca, & aliqui in Pisis, & aliqui in Liburno, dixerunt quod dominus Gregorius publicaverat concilium suum per plures dies antequam audiretur de concilio olim cardinalium. Videtur igitur manifestum, quod datam prædictam callide anticipaverunt, volentes Gregorium & suum concilium prævenire. Quod si per impossibile non esset factum: quare sic tarde intimaverunt suum concilium? nam dominus Gregorius bene per duos menses suum concilium ante prætensum concilium eorum per litteras patentes publicavit.

Insuper, etsi convocatio concilii generalis, juxta traditionem & decreta sanctorum patrum, pertinet ad summum Romanæ ecclesiæ pontificem, dispositum saltem ad convocandum, & qui, quantum in se est, concilium generale indixit, & per suas patentes litteras apostolicas publicavit: dicti tamen olim cardinales, & eorum in hac parte complices, in litteris & scriptis suis affirmant, & verbis prædicare non verentur, quod hoc veritatem habeat de papa indubitato. Per quæ papatum domini Gregorii revocant in dubium, cum tamen in instrumento conclavis ad instantiam dictorum dominorum, ante electionem domini Gregorii in summum pontificem, clare dicatur in hæc verba: „ Et intendentes ad remedia fortiora, „ non quid juris pro parte eorum justitia sua- „ det. “ Quod jus verissimum est, & plena veritate fulcitum. Dicti autem instrumenti conclavis tenorem, in quantum facit pro justificatione & verificatione præsentis appellationis, ego procurator prædictus volo haberi pro expresso.

Præterea, si dubitant de papatu domini Gregorii, quare simili ratione non dubitant de suo cardinalatu? quod si dubitant, tunc etiam ex simili dubio non habent se intromittere de electione summi prætensi pontificis, contra prætensam practicam quam habent præ manibus. Item pariformiter dicti domini, & eorum complices, habebunt dubitare de papatu Innocentii VII. Bonifacii IX. & fortassis Urbani VI. & sic in eamdem videntur incidere opinionem, quinimmo & verius errorem cum Gallicis, qui a principio istius detestandi & horrendissimi schismatis, ecclesiam catholicam & inconsutilem Christi tunicam dividere præsumpserunt. Ipsi etiam in dando dominum Gregorium, & alium, seu alios, ejusdem prædecessorem seu prædecessores, obedientiæ nostræ, in summos pontifices: eamdem nostram obedientiam totam videntur decepisse, sublaunasse, & eidem illusisse, si fas est dicere.

Item, in litteris, quas scripserunt serenissimo domino meo, domino Ruperto Romanorum regi, post assumptionem dicti domini Gregorii, sub data Romæ decima Decembris, scribunt in hæc verba: „ Post solemnes de futuri Ponti- „ ficis electione tractatus, illo divinitus inspi- „ rante, qui cuncta perpetua ratione gubernat, „ vota nostra in reverendissimum in Christo „ patrem & D. ex nostro collegio D. Ange- „ lum tit. S. Marci presbyterum cardinalem „ confratremque nostrum ad culmen dignita-

„ tis

ANNO CHRISTI 1409.

„ tis apostolicæ, post Divinæ gratiæ munera, universis ejus exigentibus meritis, nec immerito ascensurum, nemine discrepante, direximus, ipsumque confratrem nostrum die ultima Novembris in dominum nostrum elegimus atque patrem. " In quibus verbis dant manifeste intelligi, qnod ipsum Gregorium ad culmen apostolicæ dignitatis elegerunt & assumpserunt, nullum dubium prætendentes. Quod si aliquod dubium prætendebant, quare ipsum omoi dubio semoto in summum pontificem elegerunt, & ipsum toti nostræ obedientiæ pro summo pontifice dederunt, præsentarunt, necnon verbis & scriptis, nunciis & ambaxiatoribus, cum solemnitate debita publicarunt?

Præterea licet congregationem per dictos olim cardinales indictam in Pisis ad festum Annunciationis virginis gloriosæ proxime præteritum, prætendant esse concilium generale, & in eo tanquam io concilio generali posse, & debero facta tractari universalis ecclesię, eaque habere vim & efficaciam: nihilo minus ex ratione, & simul ex scriptis eorum, & modo procedendi, contrarium luculenter apparet. Concilium namque generale debet esse liberum secundum traditiones sanctorum patrum: sed congregatio indicta per ipsos olim cardinales, expresse restricta est & limitata: unda io litteris suæ convocationis dicitur in hæc verba: " Finisque imponatur schismati, „ per viam mutuæ cessionis: " & infra: „ Est „ enim nostra, & dominorum de collegio al„ terius partis intentio, & irrevocabile propo„ situm, quod cum his, qui veniunt ad di„ ctum locum & terminum provideatur fidei „ & ecclesiæ juxta effectus prædictos. " Item in litteris confœderationis, seu unionis dictorum dominorum cum anticardinalibus, dicitur & scribitur inter cætera sic: " Juramen„ to & voto irrevocabili firmavimus, quod „ per viam mutuæ cessionis, ambo * do pa„ patu, vel alterius alio mortuo vel canonice „ ejecto, prosequamur unionem. "

f. amborum de papatu contendentium,

Numquid isti præsumunt imponere legem Spiritui sancto, a quo dicitur regi concilium generale? numquid sunt dabiles aliæ vię rationabiles pro unione ecclesiæ sanctæ, quam via cessionis? unde via hæc cessionis est a Gallicis pridem adinventa, & in particulari eorum conciliabulo determinata: quam pro lege isti ponentes, per anticardinales Gallicos inducti, concilium limitare, & regulam seu legem Spiritui sancto imponere minus provide, quinimmo & periculose, præsumpseruot. Quasi concilium, non quamcumque rationabilem viam pro unione ecclesiæ introducenda non inquirere, de ea deliberare, atque eam libere & absolote assumere debeat atque possit.

Item terminus in litteris convocationis prædictæ expressus, videtur esse nimis brevis, quoad plures de nostra obedientia: eo quod a plurima tantum * distantia a loco Pisarum, quod post insinuationem eis factam, per se, vel suos procuratores, ad locum Pisarum non poterunt modo humano pervenire. Si igitur non veniant, non tamen sunt contumaciter absentes, & per consequens congregatio facta Pisis non meretur dici concilium generale. Præterea dicti prætensi domini videntur asserere, dicere, & tenere, quod sanctissimus dominus noster, dominus Gregorius, teneatur io Pisis in concilio prætenso, per eos indicto, potius conci-

a Corr. plurimi tanta sunt. H.
** Corr. tam sunt.*

A liabulo, comparere; & si veniret, quod posset ibidem judicari. Quod utique ex iis, quæ gesta sunt hactenus, nullatenus apparet, eo quod major pars prælatorum in Pisis existentium est de parte sibi adversa, quæ partem nostram semper reputavit & prædicavit schismaticam, sicut e contra: alii autem omnes fere subtraxerunt domino Gregorio obedientiam diu ante concilii sui prætensi indictionem, & fecerunt se partem contra eum ipsum, incusantes, & crimina enormia imponentes ante sententiam latam; ipsique olim cardinales sunt excommunicati, omnique honore & dignitate privati & exuti. Quis autem compos rationis præsumat dicere, quod quia, quantumcumque
B etiam modicus, coram suis adversariis, seu parte adversa, comparere teneatur, seu etiam quod sententia prætensa, si quam ferret, ipso jure subsisteret?

Præterea esto quod dominus Gregorius veniret Pisas, & vellet renunciare: non veniente Benedicto, dubium est an debeat renunciare, cum contingere posset, quod *ille*, qui vocat se Benedictum, parte ox adversa post resignationem Gregorii diceret: „ Ego jam sum unicus, „ & oullum habeo contendentem de pari: cur „ vultis me privare vel compellere ad ceden„ dum? " Quod si fieret, utique cederet ad ignominiam & verecundiam permaximam totius obedientiæ nostræ: & maxime quia dicitur, &
C ita dicunt aliqui ex olim cardinalibus nostræ obedientiæ, quod anticardinales Gallici obedientiam suo Benedicto pridem restitutam nondum abstraxerant. Præterea licet necessario aliqui de prætensis olim dominis cardinalibus, & anticardinalibus, fuerint excommunicati, anathematizati, inhabilitati, & omnis prælationis titulo privati: nihilo minus io vilipendium apostolicæ potestatis clavium ecclesiæ, nescitur quo jure, quo modo, & qua bona conscientia, una partium alteram habilitavit, dispensavit, famæ restituit, & io cardinales creavit, & fortassis una aliam absolvit. Quæ utique nullatenus ipsis vel alicui eorum, sed soli papæ, vel suam auctoritatem habenti, possunt con-
D venire.

Item licet domini olim cardinales ex obedientia nostra primo, & deinde ipsi & anticardinales Gallici simul pro parte serenissimi domini, domini Roberti Romanorum regis constituentis, domini mei, & per suos solemnes oratores, fuerunt cum omni reverentia & debita instantia requisiti & exhortati, quatenus amore Dei, & intemeratæ virginis Mariæ, & totius curiæ supercælestis, necnon contemplatione ecclesiæ militantis, & ad petitionem regiæ majestatis, vellent inclinari ad mutandum locum Pisarum, & ad reconveniendum in alio certo loco, dicto domino Gregorio, & eis congruo, ubi dominus Gregorius faceret id,
E ad quod obligatur, & ulterius ad electionem uoici summi pontificis procederetur, quia speraret dicta regia majestas, quod per istum modum omnibus dubiis, scrupulis, perplexitatibus, difficultatibus, ac novis divisionibus, præcipue in partibus obedientiæ nostræ, sublatis & exclusis, fieret pura, & sincera, integra ac universalis unio io ecclesia sancta Dei, quam per concilium indictum a domino Gregorio, vel etiam per congregationem in Pisis factam seu indictam, timeret non posse habere: quod si ad hoc inclinarentur, & sic facerent, dicti oratores regiæ majestatis offerebant ipsis domi-

ANNO CHRISTI 1409.

nis plenam ejusdem regiæ majestatis assistentiam: & sive dictus dominus Gregorius in dicto loco compareret, & debitum suum faceret, sive non, nihilo minus ad electionem summi pontificis procederetur, quia ex tunc clare appareret, quod dominus Gregorius nollet facere debitum suum.

Fuit etiam per eosdem oratores dictum & allegatum, quod si pro anima hominis lucranda expediret, sicut revera expedit, magnam, immo multum grandem rem facere: multo magis incomparabiliter ad lucrandum plures animas, ad cavendum innumeras strages, ad præveniendum destructiones, destitutiones, & desolationes ecclesiarum, monasteriorum & cœnobiorum, atque universali integra ac pura unione facienda & procuranda, brevis mora, cum assignatione alterius loci bene commodi, nullatenus esse deneganda. Licet etiam dubia & difficultates, quibus multorum animi moventur & moti sunt, in præsentia dictorum dominorum & aliorum prælatorum in ecclesia cathedrali Pisana congregatorum, die decimaquinta mensis Aprilis fuerunt explicata, propter quæ & alia plurima, prout tunc publice dicebatur, timor erat, & est dictum domino regi Romanorum, quod per congregationem in Pisis factam, sincera & integra fidelium unio nequaquam haberetur: nihilo minus dicti domini, quasi indurati, obstinati, & in alienum sensum miserabiliter versi, & primo & secundo responderunt præcipitanter, prompte, & satis irreverenter, quod impossibile esset mutare locum, quodque super mutatione loci nihil vellent audire, vel tractare quoquo modo.

Et quia dicti olim cardinales, prout colligitur ex præmissis, consideratis viis & modis per eos servatis, ab obedientia domini Gregorii summi Pontificis perperam recesserunt, multiplices injurias verbis, scriptis, & factis irrogarunt, & ipsum blasphemarunt; prætensum quoddam concilium, quinimmo conciliabulum, in loco Pisarum, ad præveniendum, præoccupandum, & impediendum concilium indictum per sanctissimum dominum nostrum Gregorium papam duodecimum, quantum in eis fuit, indixerunt; datam litterarum, ut præsumitur, anticiparunt; locum sui prætensi concilii, verius conciliabuli, dudum antequam *eis esset* concessus, pro congregatione fienda nominarunt; ipsum dominum Gregorium, papam dubitatum appellarunt & scripserunt; suam congregationem prætensam, quam concilium vocant, contra libertatem & naturam concilii, certis modis, tamquam legem imponentes Spiritui sancto, limitarunt & restrinxerunt; terminum conventionis seu congregationis pro multis de nostra obedientia nimis brevem assignarunt; in propria causa, cum sint pars & manifesti adversarii, se judices, vel conjudices esse præsumpserunt; se invicem, licet nulliter & de facto, habilitaverunt; petitiones, instantias, requisitiones, & exhortationes per oratores dicti domini serenissimi regis Romanorum, & pro parte sua oblatas & factas, pro pura, sincera, & integra unione fidelium inducenda (ut cum eorum bona venia loquar) animose, pertinaciter, & præcipitanter, temere, & irreverenter excluserunt, & admittere recusarunt: & quia etiam, ut verisimiliter timetur, dicti prætensi olim cardinales in neglectu penitus ponentes omne id, quod est confusionis, desolationis, ruinæ, destitutionis, verecundiæ, A ignominiæ, et divisionis partis et obedientiæ nostræ, quantum apparere potest ex iis quæ per eos acta sunt, aguntur, & agentur verisimiliter in futurum, sanctam ecclesiam catholicam, & inconsutilem Christi tunicam, scindere, dividere, lacerare, laniare, prosternere, & conculcare, timore Dei prorsus excluso, satagentes, plura scandala, dissidia, & errores introducere, ac procurare, & quantum in eis erit, facere non cessabunt novum idolum, vitulum conflatilem, perversum antichristum, & maledictionis æternæ filium nominando, & intrudendo suas pravissimas, & perversissimas affectiones, & errores insequendo, quibus totum statum sedis apostolicæ, & Christi fidelium, B ad exitium & præcipitium intolerabile ponere, & integraliter subvertere nituntur; idcirco ego Conradus supradictus procurator, & procuratorio nomine præfati excellentissimi & gloriosissimi principis ac domini, domini Roberti Romanorum regis semper Augusti, cernens dictos olim cardinales, & alios anticardinales, quibus dicunt se unitos, a suo prætenso proposito non posse revocari; sed eos hujusmodi velle intendere damnabiliter, & de facto inhærere: sentiensque sanctam & universalem ecclesiam catholicam, cujus ipse Romanorum rex est defensor, & advocatus præcipuus, ad quem spectat, ne eam aliquibus patiatur insidiantium procellarum fluctibus illidi, & quietam faciem C tempestatis insolito timore turbari, & præsertim obedientiam nostram, per omnia & singula præmissa, & alia plurima, quæ calamus non capit, attentata & præsumpta, in suoque prætenso conciliabulo, per se & eos qui in eo confluunt & conveniunt, verisimiliter, ut timetur, licet nulliter, & de facto, attentanda & præsumenda, dictumque dominum meum, serenissimum dominum regem Romanorum, & jus suum ac quoslibet Romanæ ecclesiæ & sacri Romani imperii fideles, & præcipue status, honores, & jura regum, principum & prælatorum, communitatum, ac personarum tam spiritualium, quam sæcularium, cujuscumque status, conditionis, vel sexus existant, D præsertim eorum, qui hactenus fuerunt de obedientia domini Gregorii, & suorum prædecessorum, multipliciter læsa esse, vel saltem lædi, & gravari posse quomodolibet in futurum; ne etiam præfatus serenissimus Romanorum rex per dictos olim cardinales, & anticardinales, ac eorum conciliabulum, nulliter & de facto attentata, fienda, & præsumenda, aut ipsorum aliqua, in præjudicium sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, sacrique Romani imperii, sive regni, regum, principum, prælatorum, communitatum, ac personarum sive spiritualium, sive sæcularium, atque prædictorum ejusdem ecclesiæ & sacri Romani imperii sive regni subditorum quorumcumque, aliquatenus videatur approbare, E aut in ea vel ipsorum aliquod consentire quovis modo; & volens nedum contra præterita illata, ac præsentia gravamina, quæ fortassis inferuntur, sed & contra futura, licet nulliter & de facto, inferenda juris beneficiis, dictum dominum nostrum Romanorum regem, sanctam Romanam ecclesiam, sacrum Romanum imperium sive regnum, omnes & singulos supra nominatos defendere, & juvare a præmissis omnibus & singulis, & aliis gravaminibus quibuscumque illatis & inferendis, comminatis & comminandis, et omnibus sequelis, seu illis quæ elici poterunt quomodolibet ex eisdem,

vel

ANNO CHRISTI 1409.

vel eorum altero, communiter vel divisim, pro A dicto domino serenissimo Romanorum rege, et pro aliis regibus, principibus, prælatis, communitatibus, personis privatis, spiritualibus, vel sæcularibus, et aliisquibuscumque præsenti appellationi adhærentibus; necnon a dictis olim cardinalibus, anticardinalibus, conventiculo atque conciliabulo per eosdem convocato, vel in posterum convocando, contra ipsos et quemlibet ipsorum adhærentium eis, atque suum conciliabulum seu conventiculum ingredientium seu approbantium, quod cum de jure, et bona æquitate ac ratione possum, et debeo, et ipse præfatus serenissimus princeps dominus meus Romanorum rex potest et debet, ad Dominum nostrum Jesum Christum, sponsum et ca- B put præcipuum ecclesiæ militantis, judicem vivorum et mortuorum, nec non ad generale concilium legitime, rite, et canonice, atque debite convocatum, seu convocandum, in iis scriptis procuratorio nomine quo supra, provoco et appello, apostolos peto primo, secundo, tertio, instanter, instantius, instantissime, si quis sit qui eos mihi dare possit, velit, aut valeat, protestans, quod hac appellatione seu provocatione pendente contra præfatos, sanctam Romanam ac universalem ecclesiam, et serenissimum dominum meum Robertum Romanorum regem, cæterosque reges, principes, prælatos, communitates, personas spirituales, et sæculares, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ et Romani imperii subditos, præsenti appellationi, et C dicto Romanorum regi adhærentes, seu adhærere volentes, nihil omnino debeat attentari.

Submitto nihilo minus ego Conradus procurator nomine procuratorio quo supra, Domino nostro Jesu Christo et futuro generali concilio, rite, legitime, atque canonice convocato, vel convocando, prædictæ S. Romanæ ecclesiæ jura, privilegia, honores, bona, immunitates, et libertates, atque ejusdem ecclesiæ dictique domini Roberti Romanorum regis constituentis, domini nostri, aliorumque regum, principum, prælatorum, communitatum, personarum, atque ecclesiæ et imperii subditorum, ac fidelium, omniumque et singulorum sibi et præsenti suæ appellationi adhærentium, vel D adhærere volentium, omnia atque singula bona præsentia, et futura, cum protestatione minuendi, corrigendi, immutandi, facti substantia non mutata, et alias prout est moris, cum protestatione etiam intimandi, insinuandi, et publicandi, ubi, quando, quibus, et quoties videbitur expedire.

SESS. X. & XI. *Lecti sunt sessionibus decima & undecima aliquot articuli adversus Gregorium & Benedictum, iidem prorsus atque ii qui sessione V. lecti fuerant. Hoc interest, quod in quinta sessione eos promotor proposuerit* narrative et dispositive, *ut ipse sub finem loquitur*, offerens se probaturum in eis contenta: *at his sessionibus lecti sunt te-* E *stium fide muniti. Itaque prius propositi sunt accusationis loco, nunc convictionis. Cum igitur descripti superius pag. 1187. fuerint sessione V. actorum ex Dacherii Spicilegio editorum: hic integros ex Odorici Raynaldi annalibus describere supersedeo: sed ea tantum, quæ in his sessionibus vel addita, vel mutata sunt.*

Articuli producti coram sancta synodo contra Petrum de Luna, Benedictum XIII. & Angelum Corario, Gregorium XII. nuncupatos, de papatu perperam contendentes, notorii probantur, ut sequitur.

Coram hac sancta et universali synodo, hic præsentialiter Spiritus sancti gratia congregata, *&c. p.* 1187.

I. Articulus. Et ut ab exordio schismatis, vera et notoria describatur narratio: deputati ad facta infrascripta colligenda et causas, dant et B exhibent huic sancto concilio, quæ in sequentibus describuntur, tanquam vera, manifesta, et notoria.

Post mortem enim, *&c. Ibidem usque ad hæc verba*, et unitas in Dei ecclesia reduci valeret, quamvis domini cardinales de utraque obedientia id permaxime anhelarent: sed non poterant exequutioni demandare propter potentiam præsidentium.

Probatio primæ partis primi articuli est et probatur per quatuordecim testes, quorum tres sunt cardinales, quinque episcopi, et unus ad certam ecclesiam cathedralem electus. Unus est abbas, tres doctores, et unus licentiatus in decretis.

Sed superveniente domini Clementis transitu C ab hac luce, iidem domini cardinales qui in Avinione erant, inter quos erat dominus Petrus de Luna diaconus cardinalis tunc, postea assumptus in Benedictum XIII. quod semper gesserunt in corde, disposuerunt in actionem adducere, futuris impedimentis et ambitionibus viam præcludendo. Propter quod post conclavis ingressum, antequam ad electionem procederent, ad invicem promiserunt, et juramento firmaverunt, quod si quis eorum in papam eligeretur, prosequeretur extirpationem schismatis, et unitatis vinculum in Dei ecclesia reduceret, per omnes vias rationabiles et accommodas, per quas brevius posset haberi unio, etiam usque ad renunciationem papatus inclu- D sive, si majori parti dominorum cardinalium eorum, qui tunc erant, pro bono unionis videretur expediens fore: ut hoc in quadam cedula super præmissis facta, subscripta manibus ipsorum dominorum cardinalium, plenius continetur. Et singulariter fuero prædicta jurata per dominum Petrum de Luna, tunc diaconum cardinalem S. Mariæ in Cosmedin, *&c. usque ad hæc verba:* ad requisitionem dominorum cardinalium prædictorum. *pag.* 1188. C.

Et ista secunda pars primi articuli probatur per XII. testes, tres sunt cardinales, quatuor episcopi, et unus electus ad ecclesiam cathedralem, unus abbas, duo legum et decretorum doctores, et unus licentiatus in decretis.

E Et tunc illico ipse dominus Benedictus ad varias mundi partes, verbo et scripto mandavit et notificavit, quod erat omnino dispositus renunciare pro bono unionis, adversario pariter renunciante. Sed infra paucos dies sic opinionem mutavit, quod de via cessionis verbum audire nolebat, illosque exosos habebat, qui de illa materia mentionem faciebant.

Et probatur notorius per octo testes, quorum unus est cardinalis, duo sunt episcopi, unus electus confirmatus ad ecclesiam cathedralem, unus abbas, duo doctores, tam le-

gum, quam decretorum, & unus licentiatus A in decretis.

II. *Articulus*. Poſt vero ipſius domini Benedicti aſſumptionem, domini cardinales, *&c. uſque ad finem articuli*.

Et probatur per octo teſtes, quorum tres ſunt cardinales, unus epiſcopus, unus electus ad eccleſiam cathedralem, duo doctores decretorum, & unus licentiatus in decretis.

III. *Articulus*. Deinde infra annum aſſumptionis domini Benedicti, *&c. uſque ad hæc verba*, quod erat neceſſarium & expediens ut per viam mutuæ ceſſionis finis ſchiſmati imponeretur. *pag.* 1189. C.

Et probatur iſta prima pars tertii articuli per decem teſtes, quorum duo ſunt cardinales, B tres epiſcopi, unus ad eccleſiam cathedralem electus, unus abbas, & duo doctores juris canonici & civilis, unus licentiatus in decretis.

Deinde etiam cardinales iteratis & humilibus ſupplicationibus, *&c. uſque ad finem articuli tertii*.

Et probatur iſta ſecunda pars tertii articuli per duodecim teſtes, quorum tres ſunt cardinales, quinque epiſcopi, unus ad eccleſiam cathedralem electus, unus legum doctor, unus abbas, & unus licentiatus in decretis.

IV. *Articulus*. Ex poſt sereniſſimi principes, reges Franciæ, Angliæ, *&c. per totum*.

Et probatur quartus articulus per decem teſtes, quorum duo ſunt cardinales, quatuor C epiſcopi, unus ad eccleſiam cathedralem electus, unus abbas, unus doctor lectum, unus licentiatus in decretis.

V. *Articulus*. Poſt hoc illuſtriſſimus princeps, rex Romanorum & Bohemiæ, *&c. p.* 1191. D. *uſque ad hæc verba*: quia crederet peccare mortaliter, ſi illam acceptaret & proſequeretur.

Et probatur illa pars quinti articuli per undecim teſtes, quorum quatuor cardinales, tres epiſcopi, duo legum doctores, & unus archipresbyter eccleſiæ cathedralis, & unus licentiatus in decretis.

Hæc autem aſſertio ſive dogmatizatio ſic publice facta audientes commovit quampluri-mum, *&c. uſque ad finem articuli*. D

Et probatur iſta ſecunda pars quinti articuli per ſeptem teſtes, quorum quatuor ſunt cardinales, duo epiſcopi, & unus licentiatus in decretis.

VI. *Articulus*. His peractis, oſtenderunt domini cardinales frequenter domino Benedicto claris & evidentibus rationibus, *&c. per totum*.

Et probatur iſte articulus per quinque teſtes, quorum duo ſunt cardinales, unus epiſcopus, unus electus ad eccleſiam cathedralem, unus licentiatus in decretis.

VII. *Articulus*. Ulterius quia multi reges, & principes, prælati, & alii, *&c. per totum*.

Et probatur ille ſeptimus articulus per ſex E teſtes, quorum tres ſunt cardinales, unus epiſcopus, unus ad eccleſiam cathedralem electus, & unus licentiatus in decretis.

VIII. *Articulus*. Subtractione ipſi domino Benedicto facta durante, *&c. uſque ad hæc verba*: quod illa quæ verbo obtulerat, facto haberet adimplere. *pag.* 1192. B.

Et probatur iſta prima pars octavi articuli per octo teſtes, quorum duo ſunt cardinales, tres epiſcopi, unus ad eccleſiam cathedralem electus, unus utriuſque juris doctor, unus licentiatus in decretis.

Et in reſtitutione obedientiæ, inter ipſum dominum Benedictum, *&c. Ibid. uſque ad finem articuli*.

Et probatur iſtâ ſecunda pars octavi articuli per teſtes quator, &c.

IX. *Articulus*. Exactis ex poſt aliquorum temporum intervallis, dominus Benedictus ſuos deſtinavit nuncios, *&c. per totum*.

Et probatur iſte nonus articulus per ſeptem teſtes, quorum tres ſunt cardinales, duo epiſcopi, unus ad eccleſiam cathedralem electus, & unus licentiatus in decretis.

X. *Articulus*. Subſequenter mortuo domino Boniſacio, præfati *&c. uſque ad finem articuli*.

Et probatur iſte decimus per vigintiquinque teſtes deponentes, aliquis ſuper toto, aliquis ſuper partibus: quorum quatuor ſunt cardinales, unus magnificus baro, tres auditores, unus magiſter in theologia, unus doctor legum, unus advocatus conſiſtorialis, unus clericus cameræ, duo ſcriptores litterarum apoſtolicarum, unus ſcriptor pœnitentiariæ, unus licentiatus in decretis, unus nobilis de Janua, unus olim vicecamerarius, unus clericus cappellæ, duo generales ordinum Mendicantium, unus alius ſcriptor litterarum apoſtolicarum, procurator ordinis.

XI. *Articulus*. Item ipſe dominus Gregorius per ſuas litteras & nuncios, prædicta per eum jurata, *&c.*

Et probatur undecimus articulus per quatuordecim teſtes deponentes, quoſdam ſuper toto articulo, & quoſdam ſuper partibus: quorum quatuor ſunt cardinales, unus magnificus baro, duo auditores, unus licentiatus in decretis, unus clericus cameræ, duo ſcriptores litterarum apoſtolicarum, unus ſcriptor pœnitentiariæ, unus clericus cappellæ, unus advocatus conſiſtorialis.

XII. *Articulus*. Et per antea audito de bona voluntate domini Gregorii, *&c. uſque ad finem articuli*.

Et probatur iſte duodecimus articulus per quatuordecim teſtes, quorum tres ſunt cardinales, unus magnificus baro procurator, unus auditor, unus clericus cameræ, unus generalis ordinis Mendicantium, unus ſcriptor pœnitentiariæ, unus clericus cappellæ, duo ſcriptores litterarum apoſtolicarum.

XIII. *Articulus*. Item quod dictos dominus Gregorius, cum de dicta concordia loci Saonæ notitiam habuiſſet, *&c. per totum articulum*.

Et probatur iſte articulus per ſeptemdecim teſtes, quorum quatuor ſunt cardinales, quinque doctores, quatuor ſcriptores litterarum apoſtolicarum, & quatuor nobiles viri.

XIV. *Articulus*. Item quod licet dominus Gregorius maxime ad importunam inſtantiam, *&c. uſque ad finem articuli*.

Et probatur iſte articulus per ſeptemdecim teſtes.

XV. *Articulus*. Tandem loco de Petra ſancta, ut præmittitur, prius oblato, *&c.*

Et probatur iſte articulus XV. per XXIII. teſtes, quorum ſex ſunt cardinales, unus epiſcopus, quatuor doctores, unus magiſter in theologia, quinque ſcriptores apoſtolici, & ſex alii notabiles viri.

XVI. *Articulus*. Præterea ut evidentius de ipſorum dominorum contendentium de papatu colluſione conſtet, *&c. uſque ad articuli finem*.

Et pro-

Et probatur iste XVI. articulus per VIII. testes, quorum duo sunt cardinales, unus episcopus, duo doctores, unus magister in theologia, unus scriptor, & unus magister baro.

XVII. *Articulus*. Existentibus autem præfatis dominis Gregorio & Benedicto in Luca, *&c. per totum art.*

Et probatur iste XVII. articulus notorius per XIV. testes, quorum quatuor sunt cardinales, duo doctores, unus magister in sacra pagina, tres scriptores, & alii quatuor notabiles viri.

XVIII. *Articulus*. Videntes autem domini cardinales in Portu Veneris existentes, *&c.*

Et probatur iste articulus notorius per quinque testes, quorum tres sunt cardinales, unus episcopus, & unus licentiatus in decretis.

XIX. *Articulus*. Item pari modo dominus Gregorius alienavit multa bona ecclesiæ Romanæ, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per XII. testes, quorum duo sunt cardinales, unus doctor, unus magister in theologia, unus clericus cameræ, & tres scriptores, & quatuor alii notabiles viri.

XX. *Articulus*. Item quod idem dominus Gregorius loquentes sibi vel aliis, *&c. usque ad articuli finem.*

Iste articulus notorius probatur per XIV. testes, quorum duo sunt cardinales, unus episcopus, duo doctores, duo magistri in sacra pagina, quatuor scriptores, & tres alii notabiles viri.

XXI. *Articulus*. Demum domini cardinales, seu eorum major pars, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per tres testes, quorum unus est cardinalis, unus episcopus, & unus licentiatus in decretis.

XXII. *Articulus*. Consequenter domini cardinales in Portu Veneris existentes, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per XI. testes, quorum quinque sunt cardinales, unus episcopus, unus magister in sacra pagina, tres scriptores apostolici, unus doctor.

XXIII. *Articulus*. Item dominus Gregorius in Luca existens, obtulit domino Benedicto locum Pisarum, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per XV. testes, quorum quatuor sunt cardinales, tres doctores, duo magistri in theologia, quinque scriptores, unus magnificus baro.

XXIV. *Articulus*. Subsequenter dominus Gregorius in Luca existens, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per XVIII. testes, &c. quorum quinque sunt cardinales, tres doctores, duo sacræ theologiæ professores, quinque scriptores, & tres alii notabiles viri.

XXV. *Articulus*. De præmissis non contentus dominus Gregorius, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per XVIII. testes, quorum quinque sunt cardinales, tres doctores, duo sacræ paginæ professores, quatuor scriptores, unus magnificus baro, & alii tres notabiles viri.

XXVI. *Articulus*. Videntes autem domini cardinales tunc in Luca existentes domini Gregorii pertinaciam continuam, *&c.*

Iste articulus probatur notorius per VIII. testes, quorum tres sunt cardinales, quatuor scriptores, & unus miles.

XXVII. *Articulus*. Moleste autem gerens dominus Gregorius recessum dominorum cardinalium, *&c. pag.* 1204.

Iste articulus probatur notorius per XIV. testes, quorum quinque sunt cardinales, quatuor doctores, quatuor scriptores, & unus miles.

XXVIII. *Articulus*. Ex quo vero domini cardinales in civitate Pisana convenerunt, *&c. pag.* 1204.

Iste articulus probatur notorius per XII. testes: tres sunt cardinales, quatuor doctores, quatuor scriptores, & unus baro.

XXIX. *Articulus*. Demum quatuor ex dictis dominis cardinalibus, qui ad Pisas se transtulerunt, *&c. Ibid.*

Iste articulus probatur notorius per duos testes, quorum unus est cardinalis, unus magister in theologia.

XXX. *Articulus*. Concluso vero, *&c. pag.* 1205.

Iste articulus probatur notorius per sex testes, quorum quatuor sunt cardinales, unus episcopus, & unus licentiatus.

XXXI. *Articulus*. Ex post dominus Benedictus de mense Junii proxime præteriti, *&c. Ibid.*

Iste articulus probatur per quinque testes, quorum unus cardinalis, tres episcopi, & unus licentiatus.

XXXII. *Articulus*. Ex post dominus Benedictus, cum fuit in Perpiniano, *&c. Ibid.*

Iste articulus probatur per quinque testes, quorum unus cardinalis, tres episcopi, & unus licentiatus.

XXXIII. *Articulus*. Et licet per præmissa, *&c. p.* 1206.

Iste probatur articulus notorius per unum testem episcopum, unum, *&c.*

XXXIV. *Articulus*. Postquam autem dominus Benedictus recessit a Portu Veneris, *&c. Ibid.*

Iste articulus probatur per sex testes, quorum duo sunt cardinales, tres episcopi, & unus licentiatus.

XXXV. *Articulus*. Ex post dominus Gregorius, per vicarios nuncios, *&c. pag.* 1208.

Iste articulus probatur notorius per tres testes, quorum duo sunt cardinales, & unus licentiatus.

XXXVI. *Articulus*. Et ulterius dominus Gregorius nedum viam concilii generalis, *&c. Ibid.*

Iste articulus probatur notorius per tres testes, quorum duo sunt cardinales, & unus episcopus.

XXXVII. *Articulus*. Ultra præmissa verbis & litteris, *&c. Ibid.*

Iste articulus probatur notorius per septem testes, quorum quatuor sunt cardinales, duo episcopi, & unus licentiatus.

Quinque ultimi articuli generales probantur notorii per viginti testes, quorum decem sunt cardinales, unus patriarcha, duo episcopi, & quatuor doctores. *Hic desinunt articuli a Raynaldo editi.*

Conditum deinde eadem sessione hoc decretum, in iisdem annalibus e Vaticano tabulario descriptum.

HÆc sancta & universalis synodus universalem ecclesiam repræsentans, decrevit & declaravit, collegium cardinalium ex utraque parte congregatum, & per ipsum concilium unitum, ipsum concilium convocare potuisse, & hujusmodi convocationem ad dictum sacrosanctum collegium spectasse, & pertinuisse, &

spe-

ANNO CHRISTI 1409.

ſpectare & pertinere hac vice, in hac cauſa deteſtandi & antiquati ſchiſmatis, & fidei: hic quoque concilium generale, ſeu ſanctam ſynodum, ipſam univerſalem eccleſiam repræſentans, pleno jure convocatum, ſeu convocatam, fuiſſe & eſſe, ipſamque ſynodum ad definitivam ſententiam in hac cauſa procedere poſſe & debere. Inſuper prædicta ſacroſancta ſynodus pronunciavit & declaravit, in hac civitate Piſana pro nunc concilium, ſeu ſanctam ſynodum, univerſalem eccleſiam repræſentans, ſeu repræſentantem, in numero ſufficienti fuiſſe & eſſe congregatum & congregatam.

Item prædicta ſynodus pronunciavit, decrevit, & declaravit, civitatem Piſanam fuiſſe, & eſſe locum idoneum, tutum, aptum, & ſe-
B curum, pro præſenti concilio ſeu ſancta ſynodo celebrando, ſeu celebranda. Item ſacroſancta ſynodus pronunciavit, decrevit, & declaravit, Petrum de Luna Benedictum XIII. & Angelum Corario Gregorium XII. olim appellatos, ſufficienter & debite fuiſſe & eſſe ad prædictum concilium ſeu ſanctam ſynodum convocatos, atque citatos.

Hæc ſancta ſynodus univerſalem eccleſiam repræſentans, ambos contendentes citari facit in valvis & portis eccleſiarum Piſanarum, tam pro majori & aliarum * diverſarum ad audiendum definitivam ferri ſententiam, quæ ſequitur, vel dicendum cauſam rationabilem quare id fieri minime deberet.
C

SESSIO XV. *Lata tandem eſt in utrumque ſententia, ſeſſione XV. quam ex iiſdem annalibus hic repræſento.*

Inſtantibus procuratoribus & promotoribus per hanc ſanctam ſynodum deputatis, fertur definitiva ſententia.

IN nomine Chriſti, Amen. Nihil eſt profecto Chriſtiano populo infelicius, nihilque periculoſius, nihilque quod illi magis poſſit officere: quam quod caput infectum, inquinatumque nefario atque deteſtando infidelitatis errore miſerabile patiatur. Vulnerato namque paſtore, juxta verbum ſacratiſſimi canonis, qui curandis ovibus [a] adhibet medicinam?
D aut quem populum a rationis elypeo tuetur qui jaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? aut qualem fructum da ſe producturus eſt, cujus gravi peſte radix infecta eſt? Major ergo metuenda eſt illis calamitas, ubi tales interceſſores ad locum regiminis adducantur, qui magis in ſe Dei iracundiam provocent quam per ſemetipſos placare debuerunt. Sic e contra nihil eſt, cui magis atque ferventius, cunctis aliis poſtergatis, * totis mentis viribus, omnis anima invigilare, inſudare, atque intendere inceſſanter debeat, quam quod hujuſmodi morbo tanquam peſtifero remedium condecens apponatur, quod quippe, nedum in capite, quod omnibus in ſignum & ſpeculum datum eſt, verum & in membris, nobis cun-
E ctis Deus omnipotens manifeſtat, cum Saram conterit, & ancillam ſuam Agar diris affligat verberibus: cumque rege Nabuchodonoſor, ut decretum tale prodeat: *Quicumque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in diſperſionem.*

Dan. 3.

Quæ ſiquidem ab intimis cordis, ac etiam ineffabili mœſtoque pectore, ſacra hæc & univerſalis ſynodus diligentiſſime trutinans, & attendens quo profecto tali, proh dolor! morbo, ſancta Dei eccleſia in perſonis memoratorum Angeli Corarii Gregorii papæ XII. & Petri de Luna Benedicti papæ XIII. nuncupatorum, & a nonnullis, mirum quippe in modum lacrymabiliter eſt infecta, illique cupiens congruentem, juxta ipſius qualitatem & quantitatem, adhibere medicinam, nec ultra diſſimulare, clauſiſque oculis pertranſire, volens eorum, & cujuslibet eorum notorie crimina, & exceſſus, quibus jam pene piſcatoris eſt in totum ſubmerſa navicula, & ipſorum converſionem expectare ſine manifeſta & irreparabili cunctorum Chriſti fidelium excidio & ruina, maxime attentis illorum evidenti pertinacia & incorrigibilitate, quæ indubie
B non minor Pharaonis experientia media; quæ uſque in hæc tempora noſcitur extitiſſe. Ex quibus ſic compendioſe narratis, & aliis evidenter & notorie in proceſſu hujus cauſæ comprehenſis, & ſufficienter probatis, conſtat evidenter, quod ipſi duo contendentes de papatu, in impedimentum pacis & unionis eccleſiæ, & fidei detrimentum, graviſſima crimina infraſcripta, quæ nulla valent tergiverſatione celari, commiſerunt, & in quibus perſeverant velut dati in ſenſum reprobum, cor durum, & deducti in profundum malorum.

Primo detrectaverunt multoties, & perſeverando continue detrectant de præſenti notorie
C & effectualiter, dum hactenus pertinaciter recuſarunt, & de præſenti recuſant, pacem & unitatem eccleſiæ dare per viam mutuæ ceſſionis ab ipſis alias approbatæ, juramento irrevocabiliter firmatæ, & ab ipſorum altero voto etiam roboratæ, ſcandalizantes in hoc enormiter eccleſiam Dei cum contumacia & pertinacia ac incorrigibilitate notoriis, hæreſim maxime in hoc caſu importantibus, cum per hoc, quantum in eis eſt, derogetur veritati catholicæ, quæ præcipit unicam eccleſiam eſſe debere in vinculo caritatis & pacis.

Secundo, quia notorie ex prædictis foverunt & nutriverunt antiquatum & invetera-
D tum ſchiſma in Dei eccleſia, & impedimenta evidentiſſima unitati eccleſiæ & extirpationi ſchiſmatis præſtiterunt, & præſtant de præſenti; & quod longe deterius eſt, fideles a ſua communione abjecerunt, & abjiciunt, ſchiſma notorie faciendo, dum inhærendo ſuis ambitionibus & damnatis opinionibus, potius voluerint pati ſubtractiones & neutralitates eis fieri, quam per viam mutuæ ceſſionis factæ a cunctis Chriſti fidelibus approbatæ, ſchiſmati finem imponi: in quo caſu, juxta determinationem catholicam ſanctorum doctorum, ipſi, ſeu eorum alter, etiam qui alias fuiſſet verus pontifex, poteſtatem & auctoritatem amiſit, nomenque epiſcopi habere ſeu retinere non poteſt, & juxta oracula Divina a ſum-
E mo debet dejici ſacerdotio, in quo alias juſte & canonice inſtitutus fuiſſet.

Tertio, quia errores fidei oppoſitos & hæreſim continentes manifeſte & notorie ipſi duo contendentes de papatu tenuerunt pertinaciter, & indurate aſſeruerunt, prædicaverunt, ſeu alias publice dogmatizaverunt, & defenderunt, dum dixerunt in ſuæ ambitionis defenſionem, quod viam mutuæ ceſſionis per ipſos juratæ, tam ſancta & juſta, auctoritatibus novi & veteris teſtamenti conveniens, ſanctorum dictis pariter & exemplis,

[a] Forte, adhibeat. H.

ANNO CHRISTI 1409.

plis, & determinationi ecclesiæ, & quæ summæ caritatis, & unitatis existit, continens summum & perfectum bonum, erat mala, iniqua, exosa, perniciosa, diabolica, & continens peccatum mortale si fieret, seu executioni mandaretur pro unione habenda. Quæ assertiones ad derogationem fidei, & quantum in eis est, in corruptionem articuli fidei, unam sanctam ecclesiam, evidenter & inexcusabiliter censentur pertinere. Et per hoc censentur & censeri debent a quacumque dignitate, quæ eis posset competere, projecti, & damnabiliter ejecti, ac effecti minores, seu inferiores quocumque catholico, &c.

Quarto, in prædictis damnatis assertionibus adeo fuerunt, & sunt pertinaces, ut nec temporis cursu, nec caritativis monitis eis factis, ac ostensione veritatis, eas revocare voluerint. Et licet aliquando dixerint vel dicant quod sunt parati renunciare, hoc quod verbo dicunt vel alias dixerunt, facto impediverunt & impediunt per difficultates mutuas, [a] diffugia velut ex condicto seu mutua collusione. Idque apparet violenter ex evidentibus & notoriis indiciis, taliter ut non pœnitentes, in prædictis erroribus, seu potius pertinaces & manifeste hæretici merito sint censendi.

Quinto evidentius apparet, & in prædictis ipsorum contumacia & damnata pertinacia, quia vocati & provocati legitime ad hanc sanctam synodum ut venirent, renunciaturi pro bono unionis, juxta juramenta & vota per ipsos præstita, cum intimatione quod alias ecclesia congregata provideret & procederet in causa schismatis & fidei, eorum absentia, seu contumacia non obstante, ut foret secundum Deum providendum & canonicas sanctiones, hoc facere contumaciter recusarunt & recusant, nec alias voluerunt seu volunt in ipso concilio comparere, immo sunt conati, & conantur hanc sanctam & universalem synodum per præcepta, prohibitiones, & processus pœnales, nullius tamen efficaciæ vel momenti, impedire & perturbare, ut hæc sancta & universalis synodus extirpationi schismatis intenderet: volentes per hoc ipsi duo contendentes in eorum damnationis statibus permanere, & ecclesiam Dei contra omne fas in divisione & antiquato schismate detinere, non curantes de Dei offensa, tam gravi periculo fidei, & ecclesiæ, dum tamen valeant in eorum damnatis cathedris permanere.

[a] *Forte*, & diffugia. H.

G. C. ADDITIO TERTIA

Continens epistolas, aliaque ad concilium pertinentia.

PRætermissis cæteris, ea tantum hic edimus, quæ proxime ad concilium spectant: ea scilicet, quæ a cardinalibus, postquam a suo quisque pontifice discedentes, Pisas coierunt, vel contra eosdem, eorumque conventum sunt edita.

I.

LITTERÆ CARDINALIUM

Quibus principes admonent se a Gregorio secessisse ac venisse Pisas.

Ex Theodorico Niemo.

ILlustris princeps, & potens domine, amice noster carissime, post salutem, reminiscentes nos semper erga matrem ecclesiam sanctam vos devotum, fidelem, ac pronum filium, pro illius statu & honore, libenti animo laborasse: ideo quæ occurrerunt nuperrime, & occurrunt in eadem ecclesia, nobilitati vestræ deliberavimus intimare, ut vobis, & aliis devotis & amatoribus ipsius ecclesiæ faventibus & auxiliantibus, justissime & necessarie ejusdem ecclesiæ sumpta per nos sanctissima & desideratissima unio, ad quam solum & nihil aliud intendimus, ut ad salubrem deducatur exitum & votivum: ut, de quo certi sumus, omni sua possibilitate devotio vestra faciet. Experientia nunc teste probamus quod scribitur, nihil certi posse in humanis actibus polliceri: cujus utinam in re præsenti essemus expertes.

Novit vestra nobilitas, novit etiam fere orbis totus, cum, Deo ita volente, sanctæ mem. dudum dom. Innocentius PP. VII. esset sublatus de medio, moti, ut tenebamur, una cum aliis reverendiss. DD. Card. S. R. E. compassione tamdiu scissæ & laceratæ ecclesiæ, & cupientes pro pace & salute animarum gregis Domini, ut scissura tam pestilens, & tam inveterata, de ecclesia, [b] * sanctissime uniretur, juramentis, votis, & promissionibus (quamquam de justitia & veritate partis nostræ dubitari non posset, aut possit) nos ipsos, inter quos erat dominus noster, D. Gregorius PP. XII. tanquam frater noster, quanto arctius cognovimus, obligavimus. Cum quibus promissionibus, juramentis, & votis, ipse dominus Gregorius fuit ad apicem summi apostolatus assumptus: & ad quæ, ante & post assumptionem præfatam immediate, & in inthronizatione sua, & deinde in consistorio publico, illa ratificans, & se obligans, iterum promisit, juravit, & vovit, ut in instrumentis publicis, & manus propriæ scripturis, ac suis propriis bullis ad Christianorum principes, dominos, & communitates directis, luce clarius est. Et cum crederemus, sicut ipse ajebat, post conventum Saonæ locum, se aut navicula sola, aut peditem solo baculo comitatum, si aliter nequiret, ad illum profecturum omnino, verbis tamen suis penitus effectu carentibus, pluries testabatur, ut tam sanctum unionis opus, tamque pium & desideratum, ad quod assumptus erat, perficeret: nunc uno, nunc alio dilationum variarum sumpto & quæsito colore, usque in hodiernam diem distulit, non curans, prout se jurando ac voto ut non semel, sed pluries obligaverat, usque nunc, in non modicum Christianæ religionis & ecclesiæ detrimentum, votum & promissam rem consummare. Et quamquam nos cum majori parte, immo cum tota quasi Romana curia, quorsum incederet perpenderemus: tamen sine motu nocuo vel scandalo, quo res ipsa pollicita perficeretur, omnibus viis & modis honestissimis, gravibus, & maturis, cum sanctitate sua incessimus, ut tandem vellet eam ad salubrem & votivum exitum perducere. Verum quantum secum profecerimus, jam non sine admiratione & stupore nobilitas vestra percipiet. O bone Deus, quam difficile est cujusquam intentionem, nisi experientia longa quæ vix sufficiens est ad hominem ostendendum, cognoscere? Quis enim, qui verba ejus audisset tunc, ad credendum potuisset impelli, ut talem se postea effectibus ostendisset? Elapso jam tanto tempore, quod ipse per inania verba consumpsit, ad creationem novorum cardinalium, quantum in eo fuit (quia penitus jura-

[b] *Legendum ex MSS.* inveterata in Dei Ecclesia, exterminaretur;

juramento, voto, & promissione, suis & nostris obsistentibus, prohibebatur) incœpit velle prorumpere. Cui cum devotis, supplicibus & efficacissimis rationibus resisteremus pro debito & exoneratione conscientiarum nostrarum, intuentes consensum nostrum nec debere nec posse adhiberi: paucis decursis diebus, die Veneris quarta mensis instantis, nobis ad palatium congregatis, nisi sibi, ut comperimus, facta resistentia exstitisset, fretus quorumdam pravis, venenosis, & detestandis consiliis, nos pro parte violenter in tetras carceres posuisset, & pro parte crudeli nece vita privasset, ut multi auctoritatis non parvæ existimant, & sumus multifarie informari. Manifesta quidem, ita & comperta loquimur. Nam satellitum & armatorum non mediocris numerus per omnes apostolici palatii partes, ad secretiores usque conspecti sunt: & nonnullorum pallida ora, maximi sceleris patrandi signa non dubia, effugimus, Dei misericordia, tam grande evitantes periculum. Sed ut, qualis erat animo, talem se effectu ostenderet: sub gravibus nobis mandavit pœnis, ne aliquis cardinalium in Romana curia existentium, de civitate Lucanensi, ubi curia residebat præfata, exiret, ne congregaremur ad invicem, & ne per nos vel interpositam personam cum oratoribus Petri e Luna & Gallicis, qui ex parte serenissimi principis regis Francorum & universitatis Parisiensis, pro tractanda unitate dictæ ecclesiæ venerant, pro qua solertissime laborabat, participaremus, (a Quæ omnem spem & tractatum unionis præfatæ totaliter extirpabant. Quibus cum obediremus mandatis, si potuisset quodammodo patientia nostra flecti, licet ad illorum observationem minime teneremur, nec parere modo aliquo deberemus,) ipso illa minime mandare valente, cum honoris, unionis, & status ecclesiæ Dei, essent penitus destructiva. Non valuimus, quod ægre admodum ferebamus, invicem congregari pro tractando ordinandoque ad unionem opportuna, quæ ad consolationem Christiani populi & etiam vestræ nobilitatis pertinebant, ut vobis & aliis Christianorum principibus cooperantibus, præfata unio veniret in lucem. Et attentis præteritis, & duritie ac moribus hominis, nil aliud poteramus animis volvere, nisi nos esse tamquam ad immolandum victimas reservatas.

Neque his acquiescens, die Mercurii sequenti, nono die mensis ejusdem, vota, promissiones, & juramenta sua parvipendens, sine nostra præsentia, sed nobis per prius expresse contradicentibus, ut de jure tenebamur, ad promotionem, quam nullatenus poterat, in quatuor cardinales devenit; quod numquam a rerum initio fuit in ecclesia Dei auditum. Et nos ad consensum præstandum, non sine minaci supercilio, in immane periculum evasuro, compellere intendebat. Sed Deus suæ ecclesiæ, de cujus unione jam merito desperari poterat, misertus est. Nos enim videntes, ita potenter naviculam Petri quassam & quasi naufragantem, pro exoneratione conscientiarum nostrarum, proque universali statu ecclesiæ, & Christianorum pace, cum omnes alias vias conspiceremus penitus obseratas, die duodecima hujus, circa vicesimam secundam horam, de præsenti civitate Lucanensi, ut confusionem ecclesiæ & tot pericula vitaremus, ac conservationi præfatæ unionis consuleremus, Divinitus aut quasi miraculo nobis occasione præstita, cum deliberatione recessimus: & ad hanc Pisarum civitatem, magno cum honore recepti, devenimus. Unde illo favente, cujus res agitur, sæpedictæ ecclesiæ statum, honorem, & unionem, quam usque ad extrum prosequi omni via nobis possibili, secundum vota & juramenta nostra, intendimus, tandem emanaturos speramus.

(b Et ut cuncta invicem correspondeant acta ejus, dicta die XI. reverendissimo Patre & Domino, Domino Joanne Cardinale Leodiensi, qui inter nos, clam, cum aliter secure non posset, ut, quæ supra diximus, obviaret, primitus discedente, ad domum ejus illico per nonnullos armatos tumultuose discursum fuit, & res ejus in prædam concessæ, & alii post eum missi, usque in Burgum oppidi Libræfactæ territorii suppositi Florentinensibus, ubi, sicuti commissum eis extiterat, ipsum trucidare tentarunt. Qui oppidanorum auxilio vix evasit. Quantum equidem boni pastoris hi mores sint, qui animam pro ovibus suis ponit & quantum mereatur sibi obedientiam exhiberi, clare intueri potestis, nisi fortasse, Deo inspirante, se solitis modis exueret. Quæ cum maxima metus amaritudine promimus. Sed jam necessitate coacti ultima tacere non possumus.

Sumus denique hic, ut prædicitur, pro statu, honore, & unione prædictis, dispositi & parati libentissimis animis ad cuncta nobis possibilia, serenitatis vestræ statum & gloriam concernentia: eam hortantes & affectuosissime exorantes, per illam charitatem, qua religioni fidei Christianæ estis obnoxii; ut sicut illustrissimi & inclyti vestri majores indefesse fecerunt, & similiter vestra majestas faciat, ut tam justam, tamquam honestam & necessariam causam ecclesiæ, ceu certissime speramus, pro tanto bono nobiscum una capessat: quæ animæ vestræ salutem, & nomini vestro Regio decus claritatis & famæ maximum est indubie allatura. Datum Pisis sub nostrorum secretorum signetorum sigillis anno Dom. 1408 die 12. m. Maji, indictione prima.

P. S.

Postquam scripseramus, cognovimus, nedum Dominum nostrum suorum votorum, juramentorum, & promissionum memorem esse, & velle ad sacratissimæ unionis, ut tenetur, effectum intendere; quinimmo potius ab his alienum. Nam palam nobis, qui nil aliud, quam pacem universalem & ecclesiasticam cupimus unitatem, & pro ea non modicis laboribus & impensis semper insistimus; adhuc non contentus præteritis, beneficia nostra ubicumque consistentia minatur auferre, & eorum fructibus & redditibus spoliare. Et sub pœna privationis dignitatum, officiorum, & beneficiorum, Camerarius ejus de suo mandato, ut fertur, & facto oraculo vivæ vocis mandavit Curtesanis omnibus, in quam tam familiares nostri, quam alii nos pro tanto bono sequentes, comprehenduntur, ut Lucam, ubi ipse residet, infra quatriduum debeant redire, ut de-

a Ansulis inclusa supplevimus ex MS. archivi Cellensis.
b Sic prosequitur epistola Domino H. Duci Brunsvicensi scripta, ut ea refertur ex præfato MS. archivi Cellensis in Concilii Constantiensis Tom. 2. par. 2, Germanicæ nuperæ editionis.

ANNO CHRISTI 1409.

deſerti veniamus ab omnibus, vel hac via noſtros familiares & ſupradictos alios perſequatur: alia mandata gravia & injuſta in Curtheſanos addendo. Quantum hi boni paſtoris mores ſint, optime judicare poteſtis. Quamobrem excellentiam veſtram, quæ tam juſtæ & ſanctæ rei favere debet, & non dubitamus, favebit, & auxiliabitur, totis affectibus deprecamur, quod in & ſuper beneficiis noſtris, & familiarium & aliorum, nos immo eccleſiæ unionem ſequentium, quæ in territorio ſeu juriſdictione veſtra conſiſtunt, nulla noxia novitas fieri permittatur, ſed in jure noſtro, veſtro auxilio conſervemur, ne, ut aliquando evenire ſolet, ſimus pro bono opere lapidati. Inſuper Vos requirimus, hortamur, & affectuoſe precamur, ut placeat adviſare, & monere omnes & ſingulos veſtrarum partium, fructuum, & proventuum, Cameræ Apoſtolicæ debitorum, collectores, ut pecunias ad ipſos perventas, & perveniendas conſervent, nec ad Cameram ipſam mittant: ne pecuniæ, pro ſanctiſſima eccleſiæ unione deputatæ, ad manus deſtructorum eccleſiaſticæ unitatis perveniant.

A. Oſtienſ. Florentin.	(Epiſc.)	Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales.
A. Peneſtrin. Aquilegenſ.		
C. Militenſis.	(Presb.)	
F. Burdegalenſ.		
J. de Urſinis.		
R. de Brancatiis.		
O. de Columna.		
P. S. Angeli &	(Diac.)	
J. Leodienſ.		

II.

PROVOCATIO CARDINALIUM A GREGORIO AD CONCILIUM œcumenicum.

In nomine Chriſti, Amen.

Ex Oderico Raynaldo.

ANno a nativitate ejuſdem MCCCCVIII. Indictione prima, die Dominica, XXII. menſis Maji, hora tertiarum, vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, domini noſtri, domini Gregorii, Divina providentia papæ XII. anno II. in civitate Piſarum in archiepiſcopali palatio. *Et infra*. Coram beatitudine veſtra, beatiſſime pater, cum omni reverentia in his ſcriptis appellando proponunt humiles ſervitores veſtri, Angelus Oſtienſis, Antonius Præneſtinus, epiſcopi; Conradus tituli ſancti Chryſogoni, Jordanus tituli ſancti Martini in montibus, presbyteri; Raynaldus ſancti Viti in Macello, Odo * ſancti Georgii ad Velum aureum, Joannes ſanctorum Coſmæ & Damiani, diaconi, S. R. E. cardinales, a quoad notitiam ſuam pervenit, quod eadem beatitudo veſtra, nondum decem diebus elapſis, eiſdem aliqua præcepta fecit, quæ de jure ſunt nulla; & quatenus eſſent aliqua, cum omni ſemper reverentia loquendo, ſunt iniqua & injuſta. Primi autem mandati tenor talis eſt: „ Præcipimus omnibus & ſingulis „ cardinalibus exiſtentibus in Romana curia, „ ſub pœna privationis cardinalatus & benefi„ ciorum ſuorum, quam quilibet ipſorum in„ curret ipſo facto, ne ab iſta die, quarta „ videlicet Maji, in antea, aliquis exeat de „ Luca ſine ſpeciali & expreſſa licentia no„ ſtra, per nos ore tenus ſibi facta:" cujus mandati nullitas & iniquitas manifeſta patet.

* Hic poſtea Martinus V. fuit.

(a Forte, quod ad. H.

Primo, quia non poterant ibi morari cum ſecuritate perſonarum ſuarum, & ſine metu carceris aut mortis, qui alioqui cadere poſſet in conſtantem virum; maxime quia die Veneris quarta Maji cum irent ad palatium, invenerunt domum habitationis veſtræ etiam intrinſecus plenam viris & ſatellitibus armatis ultra ſolitum morem cuſtodiæ, & in locis inſolitis & ultra armaturam ſolitam: & dictum fuit eis a fide dignis & a veridicis perſonis, quod aliqui ex dictis cardinalibus debebant interfici ea die, quod poſtea rei declaravit eventus. Nam cum dominus cardinalis Leodienſis de Luca receſſiſſet, fuerunt (ut notorie patuit) poſt eum nonnulli ex armatis dictis deſtinati, quibus etiam mandatum extitit, ut eum caperent, & ſi ipſum captum ducere non poſſent, tandem dominum cardinalem occidere deberent: qui etiam inſequentes poſt reditum ipſorum per dominium Lucanenſem capti fuerunt, & in carcerem detruſi.

Item, quia domus præfati domini cardinalis Leodienſis poſtea per gentes beatitudinis veſtræ ultra omnem modeſtiam fuit poſita ad saccomannum in Luca, & familiares ejus capti & torti: & hoc abſque alia juſta cauſa, ſed tantum quod ſollicitabant cauſam unionis ſanctæ matris eccleſiæ, prout de jure & ex juramento & voto tenentur: & quia non conſentiebant creationi novorum cardinalium, prout de jure non poterant, nec debebant; quia nec vos, ſancte pater, de jure creare illos poteſtis, nec debetis ſtante obligatione facta in conclavi, & per vos ratificata, ac etiam iterata poſt aſſumptionem veſtram ad apicem ſummi apoſtolatus.

Item, quia in domo veſtra nocte præcedenti fuerunt fabricati cippi & compedes pro carcerandis, & detinendis dictis cardinalibus.

Item, quia non conſuevit, nec de jure debet, aut poteſt tam gravis pœna pro tam levi culpa, talibus viris, tantæque conditionis imponi, niſi ex graviſſimis tantum culpis, & cum magna ſolemnitate, quæ in tali præcepto ſervata non fuit, & ſervari tamen debet, ſi poſſint, ſeu debeant cardinales privari cardinalatu, & de jure non aliter fieri poterat.

Item, quia ſecundum obligationem factam in conclavi, & votum ac juramentum ipſorum oportet eos convenire cum alio prætenſo collegio in loco idoneo. Cum autem civitas Lucanenſis fuit jam per aliam partem recuſata, tanquam locus non idoneus: neceſſe erat ipſos exire dictam civitatem Lucanenſem pro proſequendo negotio unionis, & ſervando juramenta ſua.

Item, cum per vos, beatiſſime pater, & per ipſos cardinales de voluntate veſtra, fuerit oblatum de eundo ad civitatem Piſarum, ſi altera pars veniret Liburnum, quæ oblatio per aliam partem certo modo fuit acceptata: neceſſe erat eis ſe conferre Piſas, ut ſervarent etiam oblationem ſuam: quare dictum mandatum fuit omnino nullum & injuſtum.

Item, per ejuſmodi mandatum contra jus & juſtitiam eis indicebatur carcer, cum nihil deeſ-

ANNO CHRISTI 1409.

deesset a carceribus mancipari, inter parietes murorum collocari, et incipiebatur ab exeeutione a carceribus contra viros in tanta dignitate constitutos, quod omnia jura detestantur.

Aliud mandatum quod fecit beatitudo vestra eisdem cardinalibus fuit tale. „ Item „ sub pœna perjurii quam incurrant ipso „ facto, præcipimus et mandamus eisdem, ne „ ulterius congregentur in aliquo loco sine „ expresso mandato nostro. " Cujus quidem præcepti nullitas et iniquitas, et injustitia manifeste patet.

Primo, quia mandatum hoc est contra jus collegii, quod habent cardinales de jure et antiqua consuetudine a tanto tempore: quod jus collegii principaliter consistit in conveniendo simul, et tractando negotia ad ipsum collegium pertinentia. Quod jus et facultas ab eis sine causa auferri non debet.

Item, cardinales tenentur collegialiter inter se tractare et conferre de causis fidei, et hæresis, et schismatum, prout in conclavi se obligarunt solemniter per votum et juramentum: ac mutua fide tractare universaliter et singulariter de uniendo ecclesiam, quod fieri non potest nisi collegialiter congregentur. Hanc igitur facultatem nobis interdicere, est non solum nolle per se attendere ad unionem ecclesiæ, sed etiam prohibere ipsis, ne ad eam attendant: quod omnino est iniquum et abominabile.

Item, quia si numquam juratum fuit per ipsos cardinales, vel aliquem ipsorum, quod se non congregabunt: tunc juramentum fidelitatis vel obedientiæ, si quod præstiterunt, non extenditur ad hoc, quod de jure facere possunt. Quare incongrua omnino et inconveniens ac injusta fuit pœna perjurii, in transgressionem talis mandati vel præcepti constituta.

Tertium præceptum, quod fecit dominis cardinalibus beatitudo vestra, fuit tale: „ Item „ sub eadem pœna perjurii præcipimus et man- „ damus eisdem cardinalibus, ne aliquis eo- „ rum participet cum oratoribus Petri de Lu- „ na, neque cum oratoribus Gallicis, sive „ per se, sive per interpositam personam. Cujus quidem præcepti nullitas et iniquitas manifeste patet.

Primo, quia ex juramento sunt adstricti nihil omittere de contingentibus necessariis vel quomodolibet opportunis, seu utilibus: licetque inchoata omnia prosequi, mediare, et finire, ad sanctam unionem consequendam, quæ obtineri et perfici non potest, nisi habendo tractatus et colloquia cum altera parte et cum nunciis ad hoc missis; maxime qui per vos, pater beatissime, ad hoc tractandum fuerunt acceptati. Hoc præceptum manifeste etiam est contra dictam obligationem, juramentum, et votum: et per consequens nullum et injustum.

Item, quia hoc præceptum est contra caritatem, in qua qui non manet, in Deo non manet: et quia quilibet fidelis Christianus tenetur, quantum potest, errantes denuo revocare, quod utique fieri non potest absque participatione et colloquio. Non ergo debuit prohiberi, maxime talibus viris, quorum affectus omnes debent revocare Christianos ab hæresibus et schismatibus. Quare, beatissime pater, præfati D. Cardinales et servitores vestri, cum omni obedientia et humilitate ac reverentia exponunt et dicunt, talia præcepta esse nulla, & de jure eos nullatenus adstringere ad observationem ipsorum iniquitatem. Aut si forte forent aut censerentur alicujus roboris vel momenti: dicunt ipsa fuisse & esse iniqua & injusta, & se ex ipsis præceptis fuisse & esse gravatos contra omnem justitiam ac debitum juris, & ab ipsis præceptis, ac omnibus aliis gravaminibus post prædicta forte secuturis, si quæ forte sequentur in posterum, præfati cardinales, in quantum eis licet & in quantum possunt, provocant, & in his scriptis appellant: & primo quia ratio appetitui noscitur esse superior, & intellectus dominari sensibus, a vobis, beatissime pater, irrationabiliter & secundum * rectam rationem decernentibus, ad vosmet secundum rectam rationem & melius informatum; item si discretio personarum requiritur, a vobis, pater sancte, vicario, ad Dominum nostrum Jesum Christum qui judicaturus est mortuos & sæculum per ignem; item ad generale concilium, a quo & in quo solent gesta etiam summorum pontificum quæcumque pertractari, decerni, & judicari; item ad papam & pontificem futurum, cujus est gesta inordinata sui prædecessoris in melius reformare.

* Corr. contra rect. rat.

III.

RESPONSIO.

Super appellatione olim cardinalium.

QUamvis appellatio facta per quemdam Angelum episcopum Ostiensem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, & suos sequaces, die quarta Maji, super quibusdam mandatis eis factis per sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Gregorium papam XII. sit offensiva Divinæ majestatis, sedis apostolicæ, fidei orthodoxæ, & sacrorum canonum, ac indigna responsione: nihilominus ipse dominus noster papa ex compassione & benignitate decrevit, quod respondeatur: nimium dolens ex multiplici errore alias inaudito prædictorum appellantium.

Et primo dicetur de justitia & opportunitate prædictorum mandatorum ipsius domini nostri papæ, secundo de ipsa appellatione, tertio de falsitate causarum ipsius appellationis.

Pro primo dicitur, quod notorium est, quod ab ipso initio, quando venerunt Gallici ambaxiatores Romam, cardinales nimium adhæserunt ipsis Gallicis, qui etiam tunc procuraverunt subversionem, & divisionem partis nostræ: quam divisionem tandem ad affectum deduxerunt de pluribus ex cardinalibus.

Item, notorium est, quod usque ad diem quartam mensis Maji proxime præcedentis, qua die præfatus dominus noster papa fecit prædicta mandata, ipse dominus noster toleravit conversationem indifferenter ipsorum cardinalium cum ipsis ambaxiatoribus Gallicis, ambaxiatoribus Petri e Luna, & quibuscumque aliis. Et e contra tam in domibus, quam extra, ac de die & nocte, conjunctim & separatim, & ex quo cardinales usurpaverunt se congregare collegialiter sine licentia præfati domini nostri, quod sine licentia ejus ante non faciebant, sæpius inceperunt cum prædictis non solum separatim, sed etiam collegialiter conversari: non obstante quod præfatus domi-

dominus noster quandoque ostenderit humiliter, esse reprehensibilem hujusmodi congregationem collegialem, quam semel inhibuit Senis. Sed postea non fuit observatum ex nimia benignitate, clementia, & supportatione præfati domini nostri: & in tantum hæc processerunt, quod multi doleoter timuerunt de malo exitu futuro.

Item, aliqui ex eardinalibus abutentes mansuetudine, benignitate, & clementia ipsius domini nostri papæ, cæca & inquieta cupiditate cœperunt machinari contra & adversus præfatum dominum nostrum, & fabricari facere certa consilia schismatica & hæretica, & alios trahere ad se variis modis, consurgere contra veritatem, & innocentiam præfati domini nostri papæ: qui continuo, pure & efficaciter intendens ad unionem per viam renunciationis, eosdem eardinales sana consilia vertentes, vias & bonos modos turbantes, ac partem adversam foventes, ut merito redderent se suspectos, necnon falsum suggerentes, quod præfatus dominus noster nolit unionem, patienter supportans, nihil contra aliquem eorum attentavit facere, nec quod superius dictum est.

Item, eum varii tractatus habiti essent, & tandem tractaretur de loeo Pisarum pro ipso domino nostro & sua curia, & de loco Liburnii pro altera parte, ex quo altera pars ad nullum locum unicum pro utraque parte idoneum consentiebat: emersis novis casibus, videlicet de occupatione urbis Romæ attentata per Petrum de Luna & suos sequaees, ac traditione ejusdem Romanæ urbis per Romanos facta regi Ladislan illustri, necnon conspirationibus factis per cardinales & alios, quæ conspirationes divulgabantur & copiose diffamabantur: merito ex præfatis contingentibus tam gravibus turbato præfato tractatu pendente de Pisis & Liburnio, prædictus dominus papa considerans tantam subito mutationem rerum & earum eircumstantias, necnon præterita & præsentia colligens, quæ brevis sermo non explieat, ae informationes secretas quas recessus cardinalium verificat, ac periculum maxime ecclesiæ, & sibi scandalum, & obedientiæ suæ ignominiam imminere ex tali cardinalium recessu, unionis plurimum impeditivo, sibi obieem & obstaculum impositivo, eo quod membra sequi caput, & non eaput membra conveniat, disconveniatque membra surripere ducatum & directionem, quæ ad eaput spectare noscuntur: pie decernens obviare, & quanto mitius poterat providere, ne tanta sequerentur mala, formidabilibus præceptis, ex debito pontificatus, statuit rempublicam tueri juste & opportune per infrascripta præcepta, de qoibus in appellatione prædicta fit mentio, die quarta mensis prædicti ea scriptis tradendo, ac eeclesiæ & sibi consulens, quatuor eardinales sibi fidos postea creando: ad quæ providenda consilium debitum defensionis suam sanctitatem arctavit, & mansuetudinem impulit: quæ quidem præcepta sunt hæc.

„ Præcipimus omnibus & singulis eardinali-
„ bus existentibus in Romana curia, sub pœ-
„ na privationis cardinalatus & omnium bene-
„ ficiorum suorum, quam quilibet incurrat
„ ipso facto, ne ab ista die, quarta videlicet
„ Maji inclusive, io antea, aliquis eorum
„ exeat de Luca sine speciali & expressa li-
„ centia nostra, per nos ore tenus sibi facta.
„ Item sub pœna perjurii, quam incurrant ip-
„ so facto, præcipimus, & mandamus eisdem,
„ ne ulterius congregentur in aliquo loco si-
„ ne expresso mandato nostro. Item sub ea-
„ dem pœna perjurii, quam incurrant ipso fa-
„ cto, præcipimus & mandamus eisdem, ne
„ aliquis eorum participet cum oratoribus Pe-
„ tri e Luna, neque cum oratoribus Gallicis,
„ sive per se, vel interpositam personam.“

Item, si consideretur, quot & quantis erimioibus recessus prædictus hos homines qui ab eo reeesserunt, maculavit: elare videbuntur justitia & opportunitas primi præcepti, superius dictis declarantibus justitiam & opportunitatem secundi & tertii præceptorum. Nam hi homines adstricti sunt juramento obedientiæ & fidelitatis ipsi domino nostro papæ: nec fecerunt, nec facere potuerunt juramenta contra obedientiam: ergo fidem & juramentum fregerunt, & conspiraverunt, & apostataverunt, usurpaverunt Divinum, & sacrorum canonum ordinem perverterunt: qui in crimen læsæ majestatis multipliciter ineiderunt, diffamando, detrahendo, & adversus præfatum dominum nostrum papam scribendo, ab obedientia ipsius, quantum in eis est, alios detrahere nitendo, detractionem debitorum cameræ persuadendo, falsa multifarie componendo, qui videntur viam pacis non cognovisse, sed pallio unionis prosequentes eupiditatem sanctissimum dominum nostrum dejiciendi: & avertat Deus ne vadant in obscurum hæresum noviter inventarum.

De appellatione dicatur breviter. Hæc appellatio videtur potius inventa ad diffamandum, quam ad sublevandum: hæc appellatio est contra sacros canones: hæc appellatio non defendit, sed gravat: hæc appellatio implicat falsitatem hæreticam: hæc appellatio implicat ignorantiam, vel malitiam, vel vanitatem: hæc appellatio ostendit fictionem animi, comparatis partibus ad invicem, ex quibus judicatur dolus: & per eam appellantes se ipsos accusant, & impugnant.

Nunc respondeatur ad eausas appellationis. Et primo dicunt in appellatione, mandatum primum esse injustum & ioiquum: & reddunt pro causa, dicentes quod non poterant morari in Luca cum securitate suarum personarum, sine metu carceris & mortis, qui alioqui eadere posset in eonstantem virum. Et ut apparet in dicta appellatione, dictam insecuritatem & metum incipiunt a quarta die Maji immediate præcedentis: quia revera ante illam diem nil possunt fundare, ut patet etiam ex dictis superius: & usque ad illum diem fuerunt mansuete & benigne tractati, adeo ut videretur multis ipse dominus noster reprehensibilis super tanta mansuetudine.

Ut igitur declaretur veritas, aliqualiter ineipietur a materia pertinenti ad præcedentem. Nam in medio Quadragesimæ, dominus noster papa eonsiderans modos non congruos super tractatu unionis, difficultates, voluntates varias, & passiones oon regulatas rectitudine rationis cardinalium, & quorumdam aliorum, per quæ omnia potius videbatur veniri ad præeipitium, ruinam, confusionem, divisionem, ignorantiam, quam ad ecclesiæ integrationem: concepit pro utilitate unionis, creare camerarium nepotem suum solum in eardinalem, assignans congruam & efficacem rationem. Sed erant dicentes quod non poterat fieri, obstantibus voto, juramento, & promissione: qui in hoc

hoc reputati sunt voluntarii, non valentes respondere rationibus præfati domini nostri papæ in contrarium factis. Et quamvis licite tunc potuisset, & secundum aliquos pro honore suo debuisset: cessit tamen pro scandalo evitando ipsis cardinalibus tunc ei resistentibus. Et quia super istis dominus Lucanus fuerat pacificus mediator & discretus, & etiam cognoscebat præfatum dominum nostrum benigne portasse super hac materia offensam: prædicta quarta die mensis Maji, volens procedere ex causis superius dictis ad provisionem cardinalium novorum, & prædictorum præceptorum, ut fieret cum pace omnium, advocavit illo mane præfatum dominum Lucanum, ut esset mediator tranquillitatis, ut omnia cum pace fierent. Et quamvis tunc dominus noster voluit creare aliquos novos cardinales: tamen leviter flexus ad preces humiles cardinalium, destitit creare, sed prædicta mandata tunc edidit: & ex tunc omnes cardinales pacifice sine aliqua molestia ad domos redierunt. Et quia præfatus dominus Lucanus se interposuit de materia creandi cardinales, habita promissione ab uno eorum, quod si congregarentur, fieret intentio domini nostri papæ. Qua congregatione facta, præfatus dominus Lucanus sensit se defraudatum, quibus diebus nulla molestia alicui fuit facta, nec verbo; sed omnia pacifice transierunt, domino nostro inclinante se, & se submittente ad quodque rationabile, & usque ad creationem unius dumtaxat, venientibus & recedentibus cardinalibus secundum consuetudinem benigne tractatis, & congrue se habentibus venientibus ad præsentiam domini nostri, stando & recedendo. Nec potest dici cum vero, quod aliqua offensa fuit illata, nedum cardinalibus, sed nec alicui de familia eorum usque in præsentem diem: nisi quantum inferius dicetur super fuga Leodiensis, si tamen ibi offensa appareat. Et hæc hic in Luca sunt clara, & manifesta. Ex qua veritate luculenter apparet falsitas conficta super materia timoris mortis, carcerationis, compeditationis & torturationis.

Item, præmissa etiam declarantur ex eo, quod die nona præfati mensis Maji, prædictus dominus noster, volens creare cardinales ex præmissis causis, fecerat vocari cardinales, quorum aliqui venerunt. Et quia videbatur eis grave interesse, aliis absentibus in creatione, qui ut plurimum dicebantur non bene sani: præfatus dominus noster, eosdem qui venerant obedientes licentiavit, ne animo essent gravati propter absentiam aliorum: dans eis intelligere, ut si crearet in præsentia, crearet tantummodo duos; sin autem in absentia, crearet plures, quemadmodum quatuor creavit. Post quorum creationem tres ex antiquis reduxerant fere omnes alios transmissi ab ipso domino nostro: & ad suggestionem ipsorum trium & aliorum, distulit actum publicum consuetum fieri super nova creatione cardinalium usque ad diem Sabbati immediate sequentem, scilicet duodecimam. Unde die Veneris de mane, die videlicet undecima, qua die prædicti appellantes recesserunt ab ipso domino nostro, omnes antiqui cardinales existentes in curia, fuerunt cum præfato domino nostro in camera paramenti, exceptis infrascriptis, videlicet Aquilejense, & Tudertino, qui vera infirmitate videbantur impediri venire, & de Leodio, qui illis diebus ostenderat se non bene sanum, & die Jovis tarde prædictis tribus transmissis, non dederant clarum responsum (credebatur tamen venturus) & excepto de Columna, qui dixerat se venturum die Sabbati ante actum publicum, & ceremonias complendas; & retulit Burdegalensis ipsum de Columna ad eum misisse pro excusatione. Exceptis igitur iis quatuor prænominatis, omnes alii die Veneris de mane, ut supra dicitur, collegialiter & personaliter, pacifice & quiete, de bono animo, in quantum apparuit, dixerunt & promiserunt se venturos in sequenti die Sabbati de mane ad complendas ceremonias fiendas per eos, quas dicebant se facturos ex mandato ejusdem domini nostri: quia ex quo fecerat eos, tenebant ipsos esse veros cardinales: quam concordiam aliqui ipsorum dixerunt ad extra, ex qua nata fuit pluribus lætitia. Quo tempore tempestive ille de Leodio occulte recesserat: quem recessum præfatus dominus noster primo audivit cum esset in prandio, et stupuit: et cum ipse esset in dormitione in meridie, camerarius audiens prædictum recessum, mandavit ut aliqui irent post eum, ad retinendum eum, ne faceret scandalum: qui habuerunt in mandatis ne transirent limites Lucanos in territorio Florentinorum. Qui redeuntes fuerunt carcerati per dominum Lucanum, ex eo quod aliqui eorum fecerant rixam cum aliquibus, qui exiverant castrum Libræ fractæ extra limites Lucanos in territorio Florentinorum. Quæ rixa tamen, ut postea apparuit, fuit ex culpa illorum qui exiverant dictum castrum. Sed ex quo iste de Leodio non fuerat repertus intra confines Lucanos: duo ex transmissis per camerarium fuerunt usque ad dictum castrum Libræ fractæ pro informatione habenda. Sed tamen illa transmissio multum displicuit præfato domino nostro, nec circa domum, res, et familiam ipsius de Leodio, camerarius aliter se habuit, quam modeste. Et quia aliqui se traxerant ad prædictam domum propter novitatem: camerarius misit ad sedandum et recuperandum, et restituendum quæ per aliquos distrahebantur, sicut factum est.

Quod autem dicitur de mandato mortis in ipsa appellatione, confictum est. Immo mandatum fuerat, quod deducerent cum modestia: nec aliquis familiaris alicujus fuit tortus: et hæc tortura non potest fieri, quin fuisset notum. Et totus processus, et effectus, qui secuti sunt, ostendunt falsum esse quod dicitur, quod reliqui omnes dictorum cardinalium carcerari debebant. Nec etiam indicium de hujusmodi carceratione reperitur, quia talia clarissime sunt conficta: et per consequens, falsa est causa, quam reddunt. Mirum est, quod audeant talia confingere: nec illa die quarta mensis Maji viderunt nisi consuctos armatos, nisi illos qui solent associare dominum Lucanum, & illos qui sunt de familia nepotis ejusdem domini nostri, qui pauci sunt, qui omnes sociaverunt dominos suos, & eos expectabant armati, ut antea consueti erant: ita quod nihil possunt collocare apud illos, qui noscunt materiam. Item quod illa nocte fuissent fabricati cippi, non potuisset latere: tamen nullus reperitur qui sciat. Unde claret quod est confictum.

Item, ad id quod dicunt, quod non consuevit, nec de jure debet, aut potest, tam gravis pœna, &c. responsum est superius, ubi dicitur de justitia ipsius mandati.

Item,

ANNO CHRISTI 1409.

Item, ad aliud quod dicunt, quia secundum obligationem factam in conclavi, & vota, ac juramenta ipsorum, oportet eos convenire cum alio prætenso collegio in loco idoneo, &c. respondetur, quod ipsi debent advertere quantum peccatum sit velle impugnare veritatem in tanta materia, & pervertere intellectum & intentionem scripturæ, & voti, & juramenti illius instrumenti facti in conclavi, & subvertere ordinem datum a Deo, & descriptum in sacris canonibus, & etiam præconceptum & expressum in conclavi. Nec in hac parte potest sic obscurari veritas, ut non videatur depravatio voluntatis in præmissa damnabiliter incidere. Nam ad cardinales non spectat locum idoneum eligere, sed ad papam, etiam secundum tenorem prædicti instrumenti conclavis, sicut in eo manifestum est: in quo a per * papam electio ad utramque partem, secundum intentionem voti & juramenti, debuerunt capita & membra simul convenire, scilicet dominus noster papa cum suo collegio, & antipapa cum suo prætenso, & non membra sine capitibus. Et sic fuit dictum, tractatum, intellectum, conventum, & firmatum in conclavi. Et hæc separatio manifeste subvertit ordinem debitum: & est contra scripturam & intentionem voti & juramenti dicti instrumenti conclavis: & perversitas separationis membrorum a capite, est inchoatio novi schismatis, & non emendatio antiqui: nec votum, nec juramentum, poterant obligare ad hujusmodi separationem, cum manifeste obviaret Divinæ ordinationi, & sacris canonibus. Non ergo fuit necesse exire de civitate Lucana, pro prosequendo negotium unionis, & servando juramentum: immo per talem exitum magnum obstaculum inductum est negotio unionis, ac importabilis turbatio, & alias inaudita confusio, ut etiam superius tactum est.

Nec velint depravare sensum scripturæ præfati instrumenti conclavis, ubi dicitur: „ Dummodo velint sic convenire, ac concordare, „ quod sequatur, &c. “ Et ibi intelligitur de conventione & concordia animarum circa canonicam electionem: & debuit esse in loco electo ut supra præsentibus capitibus ad actum renunciationis: ita quod illud verbum *sic* dicit modum in actibus eligendum, & non modum loci: determinat enim ita illud, *insimul concordare*, sicut & illud infinitivum *convenire*. Nam ex modo actuum, & non ex modo loci, sequitur juste canonica electio. Sine enim qualitate in actibus non sequitur canonica electio, quæ non habet ordinem ad qualitatem loci, nisi intelligatur per qualitatem loci dispositio facta a capitibus, & præsentia eorum, secundum jam dicta, vel qualitas a jure petita. Et hujusmodi qualitates non sunt servatæ, nec possunt servari, nisi per dispositionem papæ, & antipapæ.

Nec valet quod dicunt, *in obligatione loci Pisarum & Liburnii*: quia manifestum est, quod numquam fuit conclusum: nec nata aliqua obligatio: & tractatus ille pendebat. Delusorie tamen ex parte antipapæ, ut attentatio invasionis Urbis per eum docet: & illa prædicta emerserunt gravia ad illum tractatum pertinentia, quæ merito indigebant novo consilio, & cum dicunt: *necesse erat eis se conferre Pisas, ut servarent fidem*: aut intelligunt quod obligaverint se per fidem ire Pisas sine capite suo; & tunc se accusant super eo ad quod obviandum fuit factum præceptum & mandatum: si autem intelligunt cum capite suo ante firmationem contractus, qui pendebat, non debuerunt præstare fidem; & si præstiterunt, servanda erat secundum intellectum quem habuerunt, & sic non tenebantur sine capita. Verum falsitas involvit fallentem; & cum credit se tueri, falso detegitur in aperto: & dum pro fide ostentata frangit fidem Deo & homini sibi præsidenti, merito damnabiliter convincitur.

Item, ad id quod dicunt, se carceratos infra muros Lucanos: respondetur, quod contra tanta pericula non potuit aliquid mitius fieri. De qua materia plura possent dici pro justitia, & opportunitate illius mandati: sed pro nunc sufficiant quæ superius dicta sunt.

Item, ad illud quod dicunt, de jure & consuetudine congregationis cardinalium collegialiter, dicunt scienter, manifeste falsum: cum etiam tempore præfati domini nostri solebant non se collegialiter congregare, nec aliquid tractare, nec litteras ad collegium transmissas legere, nec aperire, sine licentia ipsius domini nostri: sicut semper servatum est quousque inceperunt usurpare tempore præfati domini nostri. Nec tenetur collegialiter de causis fidei, &c. ut dicunt: quia ad eos non spectat, nisi quantum papæ placuerit. Et mirum est, quod contra tam notoria audeant affirmare. Nec se potuerunt obligare in diminutionem potestatis papæ: ad quem spectat vocare cardinales, & non ad alium, & collegialiter cum eis tractare de unione ecclesiæ, & aliis occurrentibus.

Idcirco per illud præceptum secundum, ipse dominus noster nullam facultatem abstulit ab eis, nec interdixit, neque prohibuit, ut non attenderent ad unionem ecclesiæ, quam pleno affectu prosequebatur, & toto conatu prosequi intendit: sed providit ne perverse laberentur in divisionem, sicut lapsi sunt. Qui lapsus iniquus & abominabilis est; & non præceptum ipsius domini nostri, quod justum & opportunum fuit, ut superius dictum est.

Item, ad illud quod dicunt, quod nunquam juraverunt se non congregare, & quod de jure possunt se congregare, & quod juramentum ~~fidelitatis & obedientiæ~~ non se extendit ad hoc: satis videtur responsum, quia de jure non habent. Sed tamen adhuc respondetur sibi, quod de jure non possunt se congregare contra præceptum papæ, nec ad hoc potuerunt se obligare, nec etiam se obligaverunt, ex aliquo actu facto in conclavi, nisi postea temerarie attentaverint facere, ex qua attentatione non sequeretur obligatio. Quinimmo in conclavi expresse fuit per omnes negatum illud quod nunc faciunt & fecerunt, etiamsi deligendus fuisset electus, & in papatu expresse non vellet servare obligationem factam per eum: sicque tunc reprobaverunt, propter periculum, quod nunc fecerunt. Et tamen non sunt, nec fuerunt in casu, quod papa non velit, qui fideliter prosequitur ad quod tenetur: & si non potest per unam viam, intendit per aliam, nec quicquam fundari potest in contrarium. Advertant ergo, qualis sit assertio, quod congregare se contra præceptum papæ, non est contra juramentum obedientiæ & fidelitatis. Hæc enim conclusio repugnat principatui a Deo instituto, & subvertit statum papatus, & ordinem principatus, & firmitatem ejus; contradicit sanæ doctrinæ & b antiquatæ ob-

ser-

a *Forte*, ut fieret Papæ electio. H.
* *f.* pro papa eligendo.

b *Hoc est*, antiquæ H.

ANNO CHRISTI 1409.

servantiæ. Collegialiter ergo cardinales habent A tractare cum papa fideliter, prudenter, caritative, provide, ac mature pro unione: quod ipse dominus noster conrinue voluir, & utinam ii qui ab eo recesserunt sic fecissent.

Ad illud autem quod dicunt de tertio præcepto sive mandato, satis ex superioribus patet responsio. Et utinam non talia & tanto tempore tractassent sic sine fræno cum Gallicis & schismaticis, ac aliis: quia tanta mala non fuissent sequuta, & verisimile credi potest, quæ in præsenti habentur & in futuro dubitantur. Et utinam servassent sane & pure juramenta & vota sua de inchoatis, mediatis, & finiendis, & nihil omittendo de contingentibus &c. quantum in eis erat, id est, quan- B tum ad eos spectat: quia non præsumpsissent, nec præsumerent.

„ Item, ad ultimum quod dicunt, quod certum præceptum est contra caritatem, in qua „ qui non manet, in Deo non manet; & qua „ quilibet fidelis Christianus tenetur quantum „ potest errantes ab erroris semita revocare: „ quod utique fieri non potest absque partici- „ patione & colloquio: non ergo debuit pro- „ hiberi, maxime talibus viris, quorum offi- „ cium esse debet revocare Christianos ab hæ- „ resibus & scissuris. “ Hoc ultimum hic præceptum de verbo ad verbum, quod ab eis positum est, secundum omnem partem facit contra eos: quæ res satis plana est, idcirco bre- C viter sumatur. Et primo revocent se a divisione, quam fecerunt de semetipsis, & a scissuris quas nituntur facere in alios per subtractionem obedientiæ, &c. alios si quos infecerunt. Secundo ab erroribus se, & aliosquos induxerunt. Tertio provideant, ne se & alios in hæreses immergant, tanquam fideles Christiani, quod ad suum officium dicunt hoc spectare. Et utinam illa participatio & collocutio fuissent in caritate: quia præceptum, quod sanctissimus dominus noster fecit in caritate, non fuisset opportunum.

Libenter igitue præfatus dominus noftee papa subjicit se pleno corde, humili affectu, digna devotione, & recta voluntate, amantissimo D Christo & sibi amabilissimo, & ejus judicio, ex cujus providentia ejus vices gerit in terris, qui novit secreta cordis, & falli non potest. In quo posuit fiduciam suam, sperans per eum liberari a calumniis hominum, & veritatem & innocentiam suam illustrari, & per ejus manus misericorditer pacem ecclesiæ dari, & integrationem. Et quia videt multiplices defectus ex ignorantia & malitia hominum, quos non valet reparare: vehementissime desiderat concilium generale.

Datum Lucæ pridie Id. Juoii, pontificatus nostri anno secundo.

TRes cardinalium Benedicti litteræ, quarum binis Benedictum ipsum; aliis, omnes de obedientia sua, ad concilium Pisanum convocant, editæ sunt superius, pag. 2423. 1191. 1163. Et responsio Benedicti, pag. 1192.

Item, & litteræ cardinalium Gregorii ad episcopos, aliosque suarum partium eodem convocantes, pag. 2135. Quibus litteris cum adscripta esset dies xxiv. Junii, temporis notam falso anticipatam contendebant Gregorii sectatores, eoque consilio, ut viderentur Pisani suum indixisse concilium antequam suum Gregorius Aquilejam convocaret litteris pridie Nonas Jul. datis. Falsam autem esse hanc temporis indicationem duobus maxime argumentis probabant: altero, quod sub finem tantum Augusti facta cardinalibus copia fuerit a Florentinis celebrandi Pisis concilii, ac proinde Junio mense non potuerunt eo convocare; altero, quod datis ad Robertum Imp. litteris Liburni 16. Julii, scripserint se utriusque partis convocare concilium statuisse, brevique locum designaturos: ex quo constet, litteras, quæ A concilii locum Pisas designant, Junio scriptas minime fuisse. Priore argumento Pisanos cardinales urget Gregorius ipse in litteris ad Florentinos datis, quas mox edemus; altero Cæsarei oratores, in dubiis quæ sessione IV. proposuerunt. Vide supra pag. 1183. Et cum responsione quam Petrus de Ancharano subjecit.

ANNO CHRISTI 1409.

IV.

INHIBITIO FACTA CARDINALIBUS A PETRO DE LUNA,

Ex tomo VI. Spicilegii.

Ne opinionem suam de via cessionis traderent in scriptis dominis ducibus, vel in quadam cedula super hæc confecta subscriberent.

BEnedictus, &c. Cum ad nostrum pervenerit auditum, quod vos venerabiles fratres nostri sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, requisiti fueritis, quod in quadam cedula vobis tradita vos propriis manibus subscribere debeatis (quod si fierer, absit, dubitari forsan posset quod pro tempore redundaret in perniciem libertatis Romanæ ecclesiæ, & contra ipsius honorem, ac etiam in Dei offensam non modicam, & in occasionem vobis detrahendi, debilitationem justitiæ nostræ partis, & exaltationem & obdurationem intrusi, & sibi adhærentium) nosque jam obtulerimus plures modos, & vias rationabiles, factibiles, Deo placentes, & juri convenientes, per quas utilius, C verius, & expedientius ad honorem Dei & suæ sanctæ ecclesiæ, & adhærentium justitiæ istius partis, unio in Dei ecclesia haberi potest, & schisma eradicari & evelli, prout de apertione & oblatione modorum prædictorum, & viarum per nos oblatarum dilectis filiis ducibus, Joanni Bituricensi, Philippo Burgundiæ, patruis, ac Ludovico Aurelianensi, germano carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francorum illustris, & per eumdem regem ad nos destinatis, ut in quibusdam publicis instrumentis super hæc confectis latius continetur. Idcirco præmissis & aliis multis attentis & consideratis, quæ in tanto Dei & ecclesiæ negotio attendi & considerari debent, loco & tem- D pore opportunis latius explicandum, & etiam exponendum: vos omnes & singulos venerabiles fratres nostros, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, monemus, hortamur, & requirimus in virtute sanctæ obedientiæ ac fidelitatis, quibus nobis & ecclesiæ Romanæ tenemini, ut nobis in prosecutione dictarum viarum per nos oblatarum, & aliorum in præmissis contentorum, quæ ad bonum unionis ecclesiæ tendunt, prout ad nos pertinuerit, assistatis, & adhæreatis fideliter & diligenter, absque fraude, dolo, & machinatione quibuscumque; nec ad impediendum unionem prædictam detis consilium, auxilium vel favorem, directe vel indirecte, publice, vel occulte, prout etiam, E virtute juramenti per vos super hoc præstiti, estis adstricti. Et nihilo minus inhibemus vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, ne in dicta cedula, ut præmittitur, vos subscribatis, nec etiam consentiatis aliqualiter aliis quæ non licent, seu non decent, seu ex quibus occasio forte præberi posset detrahendi, quod contra reverentiam, obedientiam, aut honorem nobis & ecclesiæ Romanæ per vos debitos, seu laudabiles mores per nos & vos, prædecessores nostros & vestros, observari consuetos, aliqua fierent per vos, quod absit, prout nec credimus quod facietis. Quod

si con-

ANNO CHRISTI 1409.

ſi contrarium per vos vel aliquem veſtrum fieret, quod non eredimus, proteſtamur contra vos & veſtrum quemlibet ſic facientes, de pœnis in jure ſtatutis, & aliis debitis pro tranſgreſſione præmiſſorum. Ad quæ vobis injungenda movemur, tum conſideratione præmiſſorum, tum etiam quia a pluribus dicitur, quod erga nos & nobis aſſiſtentes modi inconvenientes ſervantur, propter quos ſi aliud etiam a nobis fieret vel diceretur, cenſeretur forſitan non valere, & poſſent inconvenientia & ſcandala ſequi. De quibus modis qui erga nos & noſtros tenentur, ſolemniter proteſtamur: videlicet quod ſi per vos aliud fieret, ſeu diceretur; manente ſtatu negotiorum nunc occurrentium, id & ea, & quidquid ex eis ſequeretur, vel ob ea, reputamus & volumus non valere, & haberi pro infectis. Per præmiſſa vero venerabilibus fratribus noſtris, quorum honorem proſpicere ex noſtræ mentis affectu deſideramus, vel quibuſvis aliis in aliquo derogare non intendimus, nec præcipere aliquod illicitum, ſed tantum occurrere ſcandalis & animarum periculis, quæ veriſimiliter evenire poſſe timemus, & honori ac juri eccleſiæ Romanæ providere, ut juris ſeu rationis fuerit, & tenemur, & ita proteſtamur.

V.

Ibid.

LITTERÆ UTRIUSQUE COLLEGII cardinalium ad univerſitatem Pariſienſem.

Mittunt epiſtolam ſcriptam ad Carolum regem Francorum.

MIſeratione Divina epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ utriuſque collegii cardinales, venerabilibus & doctiſſimis viris, rectori, cæteriſque magiſtris ſacræ univerſitatis ſtudii Pariſienſis, ſalutem. Super ſtatu atque conditionibus præſentium rerum, & ſpe jamjam infirma parte repoſita reipublicæ reformandæ, tollendique diſſidii de medio campo orthodoxæ fidei, ſcribimus quantum pro nunc velocitas rerum patitur, Chriſtianiſſimo domino regi Francorum in hæc verba.

„ Chriſtianiſſimo ac sereniſſimo principi domino Carolo Francorum regi, veſtri epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ utriuſque collegii cardinales, ſalutem in eo per quem reges regnant, & diſperſiones Iſraelis congregare. Certi ſumus devotionem veſtram non latere progreſſum amborum dominorum contendentium de papatu, neque ignorare ex veſtris accuratiſſimis ſtudiis, quibus oſtenſionibus, quibus palliationibus, quibuſve operibus aut affectibus, & ad quem exitum, cauſa unionis eccleſiæ ſanctæ Dei ab eiſdem contendentibus finaliter ſic perducta, immo, quod non ſine dolore revolvimus, niſi de medio occurratur, numquam magis prope in exilium * coarctata. Nos itaque, quorum ex utraque parte præ cæteris maxime in hac rerum vertigine, & ſupremo animarum periculo, intereſt rebus tam gravibus obviare: utrinque decrevimus, Spiritu ſancto dictante, in uno loco pro ſummo remedio convenire, ut ſicut jam mutua noſtrorum vota in unum aſpirabant, illud palam cum expreſſione operis atque pro viribus demonſtraremus. Eo igitur Spiritu ſancto agente, annuit Deus piiſſimis votis noſtris, ut quod mente conceperamus, repente cum multorum admiratione impleremus. Venimus namque ad hanc terram veſtræ celſitudinis, & in ſumma paucis diebus intermiſſis, ita in omni agendorum materia, dictæ unionis attingendæ convenimus, ita concordes tamquam ex una mente per omnia ad rem ipſam perficiendam percuſſi, ut Divinum potius quam humanum fuerimus arbitrati. Rebus autem, sereniſſime princeps, ſic ſtantibus ut præfertur, litteras veſtras regales cuilibet noſtrum collegio directas accepimus gaudenter; tum quia ex illis cognovimus circa cœpta veſtram laudabilem perſeverantiam huic ſancto operi non deeſſe, tum etiam potiſſime quia noſter effectus cum veſtro non diſcrepat. Et quod regia majeſtas nobis per ſuas litteras ſuadebat, jam fere opere complevisſe, prout per ea, quæ dominus patriarcha Alexandrinus conſiliarius veſter, qui abhinc infra breve recedet, particularius explicabit, veſtra regia majeſtas agnoſcet. Quam ille conſervare dignetur, cujus, &c.

* f. exitium

Et quia ex præmiſſis, licet pauculis pro præſenti, attendere poteritis, quantum materia, de qua agitur, ad ſummum ejus Divinis potius quam humanis conſiliis dirigatur; & per dictum dominum patriarcham, alioſque collegas redeuntes ad propria ob eamdem cauſam poteritis informari: nihilo minus quia interea poſſunt multa ad opus dictæ materiæ vobis ſollicitantibus procurari, hortamur igitur vos, quatenus circa illa velitis pro viribus inſiſtere juxta quod per litteras ambaxiatorum regiorum hic exiſtentium eritis medullitus informati.

Datum in villa de Liburno Piſanæ diœceſis, ſub ſigillis noſtrum ſex utrinſque collegii priorum, ultima die Junii, anno Domini MCCCCVIII.

VI.

LITTERÆ NEUTRALITATIS per cardinales Gregorianos.

Ibid. & ex Theodor. Niemo.

Miſeratione Divina epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

QUamvis ea quæ circa pacem & unionem univerſalis eccleſiæ ſanctæ retroactis temporibus geſſimus, non dubitemus ex litteris & ſcripturis noſtris ad omnium veſtrum notitiam deveniſſe: nihilo minus tamen ulteriori cura miſerabili ſtatui ejuſdem eccleſiæ & populi Chriſtiani ſuccurrere & providere cupientes, pauca admodum prius acta reſumi convenit, dum ad ulteriora quæ reſtant, gratia nobis aſſiſtente Divina, ſumus proceſſuri. Noviſtis enim ſatis quibus obligationibus, promiſſionibus, & modis, dominus Gregorius ad unionem in dicta eccleſia faciendam fuerit & ſit adſtrictus: & quibus pollicitationibus ſe illam facturum toti mundo promiſerit, oculi cunctorum ſuis litteris ſollicitati inſpexerunt: quorum omnium immemor, ſuis promiſſionibus, votis, & juramentis reiteratis vicibus factis per eum, ſpretis, & ad ludibrium tractis, damnatum ſchiſma, proh dolor! in ipſa Dei eccleſia

ANNO CHRISTI 1409.

sia inveteratum, notorie & pertinaciter fovere, & manutenere, Christianumque populum secum in participium hæresis trahere, non solum non abhorret, sed summa diligentia nititur & procurat: ut sic positus ad gubernationem populorum, factus sit ruina multorum. Nos enim qui una cum diversorum Christi fidelium, regum, & aliorum principum, ac civitatum, communitatum, oratoribus & ambaxiatoribus, propterea curiam dicti domini Gregorii tunc sequentibus, cum eodem Gregorio omnibus viis & modis, quibus potuimus, ut prædictum schisma juxta promissiones, vota, & juramenta, tolleret, & ecclesiam Dei prædictam ad unitatem reduceret, diligenter indesinenterque tractaveramus, & laboraveramus: considerantes, & per experientiam comprobantes, omnem diligentiam, omnesque labores & tractatus propterea factos, penitus irritos & inanes; quodque nulla supererat spes proficiendi in hujusmodi unionis materia cum domino Gregorio antedicto, sed ipsum in dies magis & magis ac pertinacius ad dictum schisma fovendum manutenendo sæviente, immo nobis de hujusmodi unionis materia tractaremus publice in effectu prohibente: eumdem Gregorium, velut hæreticum & nutritorem schismatis antiquati, dereliquimus sibi, cum juxta canonicas sanctiones peccatum sit ei obedientiam præstare, die undecima mensis Maji proxime præteriti omnem, in quantum in nobis fuit, obedientiam juxta juris exigentiam abstraximus, ac recessimus ab eodem, dispositi, ut oportet, ex adverso consurgere, & murum nos opponere pro domo Israel. Sic enim Dominica voce præcipitur, separandum a tabernaculis talium durissimorum hominum, prout ipse est, & eum sequentes, ne simul pereamus cum peccatis eorum, nam simili supplicio digni sunt qui fuerunt peccatis eorum contaminati, juxta Divinas & canonicas sanctiones.

Vobis igitur omnibus & singulis intimamus & notificamus per præsentes, ab ipsius domini Gregorii obedientia penitus & omnino desistendum & recedendum fore, sibique in sua pertinacia perfida assistentes, ac adhærentes, veluti schisma foventes censeri debere mulctari: necnon omnes et singulas promotiones, et provisiones metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum, et monasteriorum quorumcumque; necnon litteras, commissiones, et concessiones quascumque, sive gratiam, sive justitiam continentes, per eumdem Gregorium seu prætensa ejus auctoritate ab eadem die et citra factas et in antea faciendas; similiter omnes tam definitivas, quam alias sententias in quibuscumque causia per ipsum dominum Gregorium, seu ejus mandato, vel prætensa auctoritate in sua curia interim latas, et in antea faciendas; ipso jure fore nullas et invalidas, easque, ac omnia et singula alia, quæ per eumdem Gregorium sub titulo Romani pontificis aut sua auctoritate supradicta, a dicta die & citra, sive per modum justitiæ, sive per modum gratiæ, etiam proprio vel alio quocumque modo, concessa seu facta sunt, vel in futurum fieri contigerit, per primum Romanum pontificem, prout juris fuerit, faciemus, gratia nobis assistente Divina, nulla & invalida declarari, & in quantum de facto processerunt, & expedierit, penitus cassari & etiam revocari. Idcirco etiam præsertim vos reverendos fratres & dominos, dominos legatos apostolicæ sedis, patriarchas, archiepiscopos, [a] et alios quarumcumque patriarchalium, metropolitanarum, et cathedralium ecclesiarum, necnon monasteriorum prælatos, rectores et beneficiatos, præcipue etiam et vos sanctæ sedis apostolicæ officiarios, et alios Romanam curiam sequentes; vosque etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ in spiritualibus et temporalibus vicarios, vassallos ac omnes et singulos ab ipsa Romana ecclesia vicariatus, [a] domos, feuda, terras, et possessiones, seu alia cujuscumque generis bona tenentes, vel censum aut canonem, seu alias alicujusmodi debitum cameræ apostolicæ solvere debentes, tenore præsentium rogamus et hortamur in Domino, et quantum in nobis est requirimus et monemus: quatenus ab ipsius domini Gregorii obedientia penitus et omnino desistatis et recedatis, nec ei aut cameræ apostolicæ suo nomine de communibus vel minutis servitiis, seu annatis beneficiorum ecclesiasticorum, vel vassallagiis seu censibus, aut alicujus alterius generis debito, quocumque nomine nominetur, per clericos vel per laicos prædictæ cameræ quoquo modo solvi consueto, aliquatenus respondeatis, nec per vestros subditos responderi faciatis, aut etiam permittatis. [b] Si enim talibus honoribus bonisque temporalibus, obedientia insuper & reverentia, viderit se denudatum: ab omni temeritate, & obstinatione desistet, & rubore suffusus, ad humilitatis gratiam, ad sanctissimæ unionis [c] affectum, tam ipse quam ejus consultores, immo potius deceptores, debebunt verisimiliter inclinari. Scituri quod contrarium facientes, velut inveteratum schisma foventes & manutenentes, ut schismaticos & fautores inveterati schismatis [d] prosequemur, & eos juxta sacros canones, ut schismaticos, suspensos a suis beneficiis, dignitatibus, & omni honore ecclesiastico jam habitis & obtentis, nunciando. Et insuper ad solutionem debitam dictæ cameræ tempore congruo faciendam denuo compellentur: & scientes, quod ad prædicta solvenda de cætero non vos adstringunt promissiones, fidelitates, homagia, juramenta, & alia vincula quæcumque, immo de jure ab eis estis ipso jure penitus absoluti & liberati quoad ipsum. Et ne aliquis vel aliqui, prætextu ignorantiæ istius nostræ notificationis, intimationis & saluberrimæ monitionis, valeant seu valeat excusari, vos reverendissimos patres & dominos, dominos cardinales, apostolicæ sedis legatos, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios supradictos, in Domino exhortamur, quod præsentem nostram deliberationem & notificationem, tam utilem, quam necessariam sanctissimæ unioni facilius obtinendæ, per vestras legationes, provincias, diœceses, & loca quælibet publicetis; ita quod ad omnium catholicorum notitiam verisimiliter debeant pervenire. [e] Cæterum ad illorum consolationem, qui nos pro hujusmodi extirpatione schismatis & universalis ecclesiæ unione continue satagentes, sequendo exercitio & emolumentis officiorum dictæ sedis hactenus forsan frustrati, aut ipsis officiis, seu eorum beneficiis, aut eorum vicariatibus, seu feudis, aut aliis bonis vel moribus, per dictum dominum Gregorium, seu ejus prætensa auctoritate, privati fuerint, vel in posterum frustrari, seu privati de facto contigerit, intendentes, faciemus, Dei nobis gratia ad hoc assistente, cuilibet ipsorum sic frustratorum, seu privatorum, de beneficiis,

vica-

[a] Deest, episcopos,

[a] Lege, dominia ex Cod. Harleano.

[b] Hucusque Niemus.

[c] Lege effectum, ex cit. Cod.

[d] Lege, persequemur, ex Cod. cit.

[e] Hæc deinceps etiam habet Niemus.

ANNO CHRISTI 1409.

vicariatibus ſeu feudis, aut aliis bonis vel juribus, ſi quæ per adhærentes dicto Gregorio tenentur aut occupantur, ſeu de aliis eorumdem adhærentium bonis, juxta merita & conditiones fruſtratorum, & privatorum eorumdem, fiet recompenſa.

Datum Liburnii Piſanenſis diœceſis, ſub trium priorum noſtrorum impreſſione ſigillorum, die prima menſis Julii, prima Indictione, anno a nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo octavo.

VII.

LITTERÆ GREGORII, quibus ſe purgat a criminalibus cardinalium.

Ad futuram rei memoriam.

Ex Odor. Raynaldo ad an. 1408. n. 48.

AD protegendam innocentiam noſtram adverſus aſſertionem improvidam, & injuſtam obloquentium, detractorum & erigentium cornua malignantium in Chriſtum ſuum, quibus inter cætera puritatem mentis noſtræ, apoſtolicæque poteſtatis plenitudinem, ac noſtram damnabilibus infamiæ maculis deturpare, ac ſuis incurſibus irritare, temerarie non verentur, & etiam connituntur: aſſerentes, nos promiſſionem, votum, ac juramentum noſtra, circa deſiderabilis unionis in Dei eccleſia materiam ſalutarem in conclavi facta, emiſſa, & præſtita, contemnere realiter obſervare: ne falſa pro veris recipiantur, cum opprimatur ſæpenumero veritas, niſi ſalutaris defenſionis præſidio ſulciatur, tenore præſentium notificamus & declaramus, quod noſtræ firmæ voluntatis fuit & eſt, & in Deo ſperamus erit, pure & fideliter ſervare formam & intentionem noſtrorum juramenti, voti, & promiſſionis in conclavi factorum hujuſmodi. Et quia die undecima menſis immediate præterito, quidam tunc ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. tunc cardinalibus, videlicet Antonius olim Præneſtinus epiſcopus, Conradus olim tit. S. Chryſogoni, Franciſcus olim tit. SS. Quatuor Coronatorum, Jordanus olim tit. S. Martini in montibus, presbyteri, Raynaldus olim S. Viti in Macello, Odo olim S. Georgii ad Velum aureum, diaconi, præfatæ eccleſiæ cardinales, mandata noſtra auſu temerario contemnentes, & a nobis damnabiliter recedentes, mala malis adverſum nos accumulare damnabiliter procurarunt, quos clementer expectantes, paterniſque affectibus, ſed incaſſum, ut redirent ſæpius excitatos ſupportavimus.

Volentes tamen oculos paternæ pietatis erga ipſos, ut convertantur & vivant, extendere, ſeveritatemque miſericordi temperare clementia, ipſos Antonium olim Præneſtinum epiſcopum, Conradum olim tit. S. Chryſogoni, Franciſcum olim tit. SS. Quatuor Coronatorum, E Jordanum olim tit. S. Martini in montibus, presbyteros, Raynaldum olim S. Viti in Macello, & Odonem olim S. Georgii ad Velum aureum, diaconos, cardinales præfatos & eorum quemlibet, de fratrum noſtrorum conſilio præſentium tenore requirimus & monemus, eiſque nihilo minus per ſcripta harum ſeria injungentes, quatenus infra præſentem menſem Julii ad præſentiam noſtram, ubi nos eſſe contigerit, debeant perſonaliter & præſentialiter ſe conferre: qui, ſi venerint infra prædi-A ctum menſem, & caritative, ac provide voluerint tractare nobiſcum, & cum venerabilibus fratribus noſtris præfatæ eccleſiæ cardinalibus, ſuper negotio unionis hujuſmodi, eos benigne recipiemus, atque tractabimus, & abolentes omnem infamiæ maculam, ſive notam præmiſſorum, & aliorum patratorum occaſione contractam, remittemus eiſdem offenſionem quamlibet, atque pœnam. Et cum ſint perjurio maculati, & omnibus officiis, beneficiis, atque cardinalatibus privati, continuata etiam noſtra majori clementia eoſdem reintegrabimus, & in ſtatum priſtinum reponemus. Et præmiſſa omnia, & ſingula referri volumus, atque referimus ad Petrum olim S. Angeli B diaconum cardinalem, qui ſæpe monitus, ex tranſgreſſione alterius mandati noſtri omnibus beneficiis & cardinalatu etiam eſt privatus.

ANNO CHRISTI 1409.

Si autem (quod non temur) ad cor contritum & humile, & ad viam veritatis redire noluerint, confidimus, quod Altiſſimus providebit contra confuſionem & involutionem, quas tam exitiabiliter quam præcipitabiliter induxerunt; noſque excitabit ad faciendum, & providendum prout juſtum fuerit & etiam opportunum, & aliis recenſitis noverimus in Domino, temporum atque rerum gravitate penſata, quomodolibet expedire: volentes nihilo minus, & auctoritate apoſtolica decernentes, quod hujuſmodi monitio proinde valeat, & C plenum robur obtineat firmitatis, dictoſque Antonium, Conradum, Franciſcum, Jordanum, Raynaldum, Odonem, ac Petrum, olim præfatæ eccleſiæ cardinales, & quemlibet eorum perinde arctet, quacumque conſtitutione apoſtolica contraria non obſtante, ac ſi eis, & eorum cuilibet intimata, & inſinuata perſonaliter, & præſentialiter extitiſſet, &c. *Dat fidem publicam, ne ſedem apoſtolicam metu aliquo declinent, ac ne citatio ipſos lateat, ſed in omnium oculis collocetur, Lucanæ eccleſiæ oſtiis affigi diploma jubet.*

Dat. Lucæ IV. Id. Julii pontificatus noſtri anno II.

VIII.

D LITTERÆ CARDINALIUM AD GREGORIUM.

Contendunt ab eo concilium œcumenicum neque celebrari neque indici poſſe.

Ex cod. Raynaldo Ibid. n. 11.

DOminus & ſalvator noſter Dei filius Jeſus Chriſtus, de ſummis cælorum ad ima mundi deſcendens, & tandem pro ſalute humani generis mortem ſubiens temporalem, aſcenſurus ad patrem, ne gregem ſuum ſuo ſanguine redemptum ſine paſtore deſereret, fundamenta ſuæ militantis eccleſiæ in beato Petro principaliter collocavit; & ut ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omE ne diffunderet, & ut ſuæ ſtabilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, ut per hoc unum caput, unam originem, unamque eccleſiam deſignaret, quæ ramos ſuos per univerſum orbem copia ſuæ ubertatis extendit, ut per ipſa unam ſponſam Chriſti incorruptam & pudicam, caſto pudore caſtitatem cuſtodientem, beati Petri ſucceſſoribus & gregi Dominico demonſtraret.

Verum a triginta annorum citra curriculis decurſis, caput illud unum in duo diviſum, ipſam etiam beati Petri ſedem in duas ſimili-

ANNO CHRISTI 1409.

ter sedes divisam, quod dolenter referimus, viderunt omnes fidei catholicæ prælati, reges, principes, & omnes Christiani populi nationes, quibus cum hæc scissura & decoloratio sanctæ matris ecclesiæ displiceret, & plurimum continuo odiosa fuisset; ab ipsis dictam sanctam ecclesiam sic divisam tenentibus, bona verba & spes optima de unione, per eorum litteras & nuncios semper data fuerunt: effectus autem tot verborum & bonæ spei quis & qualis secutus fuerit, usque ad assumptionem vestram per nos episcopos, presbyteros & diaconos S. R. E. cardinales factam ad summi apostolatus apicem, in qua Gregorii XII. nomen, o utinam sic re accepissetis, elegistis, vos & tota ecclesia catholica sunt testes. Quot enim dicto tempore adversa pertulerit, quotque repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subjacuerit, attestantur quamplura. Defecerunt namque litterarum studia, & per consequens ad viros ignaros translata ecclesiarum regimina: defecerunt jam universalis & aliarum fere omnium temporalia, & in ruinam prostrata sunt ipsarum magnifica ædificia: denique in laicis erga clericos deficit reverentia, & totaliter in contemptum populorum deducta est censura ecclesiastica, in clericis impunita maleficia, & in locum honestatis & scientiæ successerunt præsumptio, temeritas & superbia: ut sic ex istis & aliis, non sine mentis amaritudine perlegendis, de ipsa ecclesia cum Isaia dolenter concludere valeamus. *A planta pedis usque ad verticem non est in ea sanitas.* Isai. 16.

Nos autem una vobiscum, qui de nostro collegio tunc eratis, videlicet Angelo Corario tituli S. Marci presbytero cardinali, vulgariter dicto Constantinopolitano, dicta sede vacante per obitum bonæ memoriæ Innocentii VII. volentes tot animarum periculis & scandalis obviare, incepimus, ut ex debito officii tenebamur, attendere diligenter ut talem eligere, & in beati Petri sede ponere curaremus, quem ex præsumptis bona vita & sancta conversatione præterita crederemus Christi vestigia imitari, qui velut pastor bonus animam suam posuit pro ovibus suis, & qui æternam salutem præponendam crederet gloriæ temporali, sequens in hoc etiam Christum humilem & dicentem: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Joan. 18.

Et non solum ista de isto cogitare, sed etiam de humanæ conditionis fragilitate curavimus, quæ nunquam permanet in eodem statu, ac etiam astutiis inimici hominis, qui non desinit *circuire velut leo rugiens, quærens quos devoret*, 1. Pet. 5. & facta nostra quandoque in principio, quandoque in medio, quandoque in fine corrumpere suis astutiis, ut nonnunquam qui toto tempore vitæ suæ bona opera exercuit, & peregit, aliqua tentatione suborta, & opposita, cuncta ejus bona præterita supplantet, obruat, & corrumpat; unde de Saul, qui prius in oculis Dei bonus visus, in fine sui scribitur, quod spiritus malus descendit supra Saul. Et idcirco nosmetipsos & singulos de gremio collegii sacri existentes, & quemlibet futurum Romanum pontificem per nos de dicto gremio eligendum, curavimus obligare vinculo juramenti, voti, & promissionis, solemni, Deo & Virgini sanctissimæ matri ejus Mariæ beatis apostolis Petro & Paulo, & toti cælesti curiæ esse vigiles, sollicitos, & per omnia diligentes pro sanctissima unione, & eam prosequi in principio, medio, & fine, & nihil omittere de necessariis, utilibus, & quomodolibet contingentibus, quod unio subsequatur: & ita & vos tunc cardinales, & nos omnes similiter promisimus, vovimus, & juravimus effectualiter, ut prædictum est.

Quibus quidem firmatis voto & juramento, ut supradictum est, in vos præfatum Angelum tunc cardinalem Constantinopolitanum, tamquam in præstantiorem, doctiorem, sanctiorem, & in omni virtute eminentiorem, direximus unanimi consensu vota nostra. Nam in personam vestram concurrere putabamus, ut apparebat, famam videlicet præclaram, sanctitatis apparentiam multiplicem, honestatis fervorem, & zelum perfectæ caritatis, maturitatem ætatis, & insuper ad sanctissimam unionem ardens desiderium, & per lacrymarum effusionem sæpius magnam ostentationem voluntatis, sperantes indubie per vos supradicta promissa juramento & voto firmata servari, & spe ab intentione vobis in conclavi patefacta, & similiter voto, & juramento, elegimus, & assumpsimus in episcopum animarum nostrarum & universalis ecclesiæ, & gregis Dominici directorem.

Postquam electionem, & ante inthronizationem, eamdem promissionem, votum, & juramentum, de novo præstitistis: & subsequenter hæc omnia in publico consistorio publicastis, & confirmastis, ac etiam de prædictis firmiter observandis, ad omnes fere mundi Principes climatis Cristiani litteras direxistis. Solemnes insuper oratores, & cum pleno mandato, ad dominum Petrum de Luna, per nonnullos Benedictum vulgariter nuncupatum, illico, ut tenebamini, destinastis, ipsum ad similem cessionem, et renunciationem sui prætensi papatus multipliciter exhortando, et de loco mutuæ cessionis concorditer eligendo, et in litteris ad eum directis utendo inter cætera istis verbis: „ Non enim semper de jure suo „ disputandum est: sæpe rigor ipse utilitati et „ tempori cedit. Nam si mulier illa et juri suo „ renunciare, et filio suo proprio spoliare se „ voluit, ne sectionem unius pueri videret: „ quanto magis nos, si malitia operante, ad „ optatam unionem pervenire non possumus, „ per vias justitiæ pie cedendum videtur?“

Demum responso ab eo habito, et convento de loco Saonæ per vestros dominos oratores ad rectorem dicti loci litteras apostolicas direxistis, inter alia continentes in effectu, quod oblationibus vobis factis ab eis uti intendebatis, et quod pro vobis vestrisque fratribus dominis cardinalibus pararent necessaria, & taliter providerent super ipso accessu, quod possent merito commendari, prout planius in dictis litteris continetur. Tandem ad dictam civitatem sive locum Saonæ accedere velle pluribus de causis minus justis recusastis, nobis contrarium asserentibus propter observantiam promissorum. Deinde dicto domino Benedicto papa prætenso ad dictum locum se in termino conferente, et de accessu vestro et nostro similiter requirente, pluribus aliis ad hoc vos exhortantibus, præcipue oratoribus serenissimi regis Franciæ, in eodem proposito non accedendi pertinaciter perstitistis.

Similiter mediis notabilibus a dominis et oratoribus, maxime illustris ducalis dominationis Venetorum, pluribus locis successive oblatis utrique parti securis: in ipsis eligendis ac etiam recusandis pluries variastis, et inte-

ANNO CHRISTI 1409.

interim per vos indebite et injuste dissolutus fuit contractus dictæ conventionis loci concorditer eligendi, et per consequens sanctissimæ unionis: ut sic merito qui ad tantum bonum optatum omni populo venerant, vel miserant, dolenter possint dicere cum propheta: *Venerunt ad hauriendum aquam, & vasa sua vacua reportarunt*: et iterum illud: *Expectabamus pacem, & ecce turbatio; & justitiam, & ecce iniquitas, & judicium, & ecce clamor*. Si enim nihil tam conveniens humano generi, quam promissa servare: quid censendum est in sublimi excelsoque solio præsidenti? Certe quædam dicit lex: nihil est quod præclariore luce præfulgeat, quam recta fides in principe; cujus verbum aut sanctum, aut sacrilegum.

Jerem. 14. *Isa. 5.*

Qnibus adhuc non obstantibus, sed remanentibus in civitate Lucana hac de causa prosequendi et exhortandi vos ad præfatam sanctissimam unionem dominis oratoribus præfati regis Franciæ, et prædicti domini Benedicti, et ad idem multiplicitet vos impellentibus juxta conventa, vota, et jurata et nobis ad istud idem, et in eadem voluntate concurrentibus et laborantibus apud vos cum omni insistere lenitate et mansuetudine: nostra et omnium aliorum salubria monita contempsistis. Et tandem animum vestrum in oppositum celare amplius non valentes, in ea verba, et pluries atque pluries prorupistis, quod via cessionis et renunciationis erat diabolica, et damnata, et eam sequi nullatenus volebatis, nobisque impie et invalide sub pœna privationis cardinalatus, perjurii, et beneficiorum, oretenus inhibuistis, ne cum prædictis ambaxiatoribus Benedicti, vel regis Franciæ, de materia unionis amplius loqueremur; nec etiam nos ausi essemus de cætero sine vestro mandato similiter amplius congregari; prædictis mandatis expresse tendentibus in præjudicium sanctissimæ unionis, quæ sine congregatione et colloquiis cum prædictis prosequi non poterat nec haberi; ac etiam in scandalum totius populi Christiani, et insuper in confusionem, ruinam, et totale exitium omnium ecclesiarum, et totius status ecclesiæ temporalis destructionem, ac etiam contra sæpius promissa vota et jurata, et populo toties publicata, quasi per talia peccandi et dejerandi licentiam, ac vota et promissa tam solemniter transgrediendi per traditionem clavium regni cælorum assecuti fueritis potestatem.

Vere per ista et alia, quæ de vobis vidimus et audivimus, semper hoc timendum est de eo, quod beatus Bernardus de papa Eugenio vetebatur, ne in multis occupationibus, quoniam multæ erant, frontem induraret, et in duritiam cordis iret, et inde in aversionem: definiens quid est cor durum, „ videlicet quod semetipsum non exhorret, quia „ nec sentit ipsum esse, quod nec compun„ ctione scinditur, nec pietate mollitur, nec „ movetur precibus, minis non cedit, flagellis „ induratur, ingratum ad beneficia, ad consi„ lia infidum, ad pericula impavidum, teme„ rarium in Divina, præteritorum obliviscens, „ præsentium negligens, futura non provi„ dens: & ut breviter cuncta horribilis mali „ mala concludam, ipsum est, quod nec Deum „ timet, nec homines reveretur. "

Si in hanc cordis duritiam jam incessistis, ut ex prædictis & aliis quæ quotidie in vestra curia & per vestros consiliarios agitantur, appa-

[A] ret: lacrymantibus cordis oculis contristamur, & plurimum anxiamur, quia præter & contra spem nostram talia contigerunt. Per ista quidem de electione vestra ad apicem summi apostolatus, gaudium in mœrorem & luctum, & expectata consolatio unitatis in majus scandalum & labores fere intolerabiles sunt conversi, ut sic quilibet nostium dicere possit illud Job: *Conversa in luctum est cithara mea, & organum meum in vocem flentium*: & iterum illud: *Expectavi ut faceret uvas & fecit labruscas*: labruscas, inquam, acerbissimas, quas comedere obstupescunt reges, principes, populus catholicus, atque clerus, considerantes excidisse a tanto tamque sperato bono, & dimissos in [B] tanto excidio absque spe reconciliationis alicujus, & in pejori statu quam prius fueram, relaxati, protracti, et delusi post longam moram & consumptionem temporis, de loco conveniendo pro renunciatione ac cessione verbali in quolibet certo loco, & si non per vos, saltem per procuratores idoneos de facili facienda, si non quæ vestra & vestrorum sunt, sed quæ Christi, quærere & cogitare, ut vestræ famæ & gloriæ congruebat, & justum fuerat, curavissetis.

Ex quibus, & aliis quæ quotidie vidimus de progressionibus vestris & modis Deo teste, vobis compatimur: quæ patienter conniventibus oculis transissemus, si absque Dei offensa & [C] transgressione juramentorum & votorum nostrorun potuissemus quomodolibet tolerare. Verum quia ex tali tolerantia & patientia fuissemus prædictorun voluntarii transgressores, & per consequens ut perjuri & infames ab omnibus reputati, & toti mundo exosi, & (quod pejus est) inveterati schismatis nutritores, & ob hoc per consequens juxta sacros canones hæretici reputandi: ideo Spiritus sancti gratia illustrati, obedire volentes Deo magis, quam hominibus, curavimus unanimiter & concorditer, ut iidem canones præcipiunt, a vestris tabernaculis & consortio separari, ubi nihil proficere, quinimmo ex tali mora officere sanctissimæ unioni plurimum fuerat visum nobis.

[D] Ideirco ne sanctæ ecclesiæ, a qua ab ipsa nostra pueritia enutriti & sublimati sumus, ingratissimi de tot beneficiis videamur, & ne Dominus et Redemptor noster Jesus Christus conqueri de nobis possit, et illud Isaiæ dicere: *Filios enutrivi & exaltavi, illi autem spreverunt me*: et illud: *Qui edebat panes meos, ampliavit adversus me supplantationem*: et rursum: *Generatio prava et perversa, hæc Domino retribuisti?* veluti mus in pera, ignis et serpens in gremio, suis consueverunt hospitibus exhibere: considerantes etiam pro majori parte nostrum, senilem nostram ætatem, immo quorumdam senio jam confectam, et per hoc de proximo migraturi ad vitam aliam sine tempore, sine [E] fine rationem ibidem reddituri in districto judicio, et tremendo examine, et ituri, si bona egerimus, in resurrectionem vitæ; si vero mala, veluti maledicti a Deo, in supplicium æternum; et præsertim præsidentes, quibus durissimum judicium comminatur Deus, de quorum manibus subditorum ratio postulatur: quæ præeminentia si recto rationis judicio consideratur, ut ait Gregorius, plus doloribus afficitur quam honoribus gaudet; et omnis potentatus brevis, sed etiam si annis mille; amplius in eis labor, & dolor: considerantes etiam per recessum vestrum et alterius, vi-

ANNO CHRISTI 1409.

delicet Benedicti, a voluntaria cessione, et unum ab altero adeo elongatum, quin immo per vos etiam dicta via publice reprobata, prius tamen plusquam millies approbata et studiose pertractata, ac etiam viam justitiæ, ac juris utriusque discussionem difficilem et impossibilem, et verisimiliter sine exitu, sine fine, non absque periculo, et scandalo partis alterius obedientiæ, si alterum non habuisse jus in papatu fuisset per viam justitiæ declaratum, et per consequens tantam multitudinem populi Christiani, reges insuper, principes, erravisse cum periculo, et discrimine animarum suarum: necnon videntes tot tergiversationes, volubilitatem, et inconstantiam utriusque vestrum, juxta communem omnium opinionem invicem colludentium, ac etiam propter crimen immanissimum, quod ex tam longa mora et protractione in sponte cedendo juxta sacros canones incurristis: et propter nonnullas causas rationabiles, quæ ad intra scriptam convocationem sacri concilii simul Dei gratia uniti, nostros animos induxerint: dicimus, et de jure prætendimus, potestatem convocandi et congregandi sacrum et generale concilium ad nos totaliter devolutam, ex eo etiam maxime quod ex retro gestis estis in dicta congregatione suspecti: cum non nisi postquam præsensistis nos ad dictam convocationem parari, hoc unquam velle facere ostendistis: et quia nec possibile sit per ambos, vel in uno loco tale generale concilium convocari, nec vocatio illorum obedientiæ alterius partis posset recte dici concilium generale, nec in eo de altero irrequisito aliquid definire, nec requisitus etiam cum parte sua accederet, et si accederet, et si ambo præsideretis, prout in uno papa indubitato probabiliter dici posset, essetis in eodem corpore et unica ecclesia, duo capita quasi monstrum: nec jura, quæ de congregatione generalis concilii auctoritate papæ loquuntur, vendicant sibi locum, cum duo contendunt contra vota et juramenta sua improbabiliter de papatu, et quia per mutuam cessionem absque concilii vocatione, juxta præmissa tot vinculis confirmata, possetis sine tot laboribus et dispendiis dare ecclesiæ unitatem et pacem. *Ex* quibus et multis aliis, si duceretis dictum concilium congregandum, quid aliud præsumendum, quam velle rem trahere per longum, ut hactenus protraxistis? et ad quem finem dicta convocatio fieret, postquam tot vinculis tenemini ad cedendum sponte? utrumne ad finem discutiendi de jure utriusque altera parte absente? et etiam si præsente, poteritisne, vos ambo ignari facti, nisi quatenus auditu percipere potuistis, plus coram dicto concilio etiam simul utriusque obedientiæ congregato, in facto vel jure ostendere, quemadmodum * ostensum fuse hactenus per illos quodammodo, qui viderunt et tetigerunt, et contraria solemnium doctorum utriusque obedientiæ pro se et contra se consilia reportarunt? Præterea cum partes utriusque obedientiæ congregatæ simul forent: quia contra partem suæ obedientiæ definiret? quinimmo procul dubio præsumendum foret, prælatos, reges, et principes, de vestris moribus fastiditos, et ad cedendum sponte tot juramentis et votis, et vinculis obligatos, aliqua pœna gravissima merito condemnare.

* *Corr.* quam ostensum.

Ad prædicta igitur, tam salubriter, quam consulte pro vobis cum caritate dicta, et scripta placeat et dignemini, deposito omni carnalitatis affectu, sanæ mentis consideratione attendere, et non errores erroribus accumulare, et per vias retrogradas veritatem confundere, et sacro concilio universalis ecclesiæ, per vos ad quos pertinet, ut prædiximus, convocato impedimenta præstare, ne ipsius generalis concilii, et totius populi Christiani indignationem fortius incurratis. In nomine igitur Domini nostri Jesu Christi, cujus ecclesiæ militantis causam suscepimus, et suscipimus, totis mentis affectibus, et eum animorum sinceritate feliciter inchoandam, mediandam, et totaliter terminandam, prout ex prædictis promissionibus per nos factis, juramenti et voti, ut prædicitur, vinculis roboratis, et confirmatis, efficaciter obligamur, decrevimus et firmavimus, ac decernimus et firmamus, utrumque collegium unitum et in unum conjunctum, totam universalem ecclesiam ad sacrum concilium convocare et congregare, prout juris ordo postulat, et requirit; ut ad ipsum omnes et singuli, qui de jure vel aliter ad ipsum accedere vel mittere decreverunt, pro exequenda sanctissima unione sunt efficaciter adstricti, venire et comparare debeant legitime ad civitatem Pisarum in provincia Tusciæ, ad festum Annunciationis B. Virginis proxime secuturum, ut sic adveniente dicto termino, coram dicto sacro concilio hæc flebilis causa diuturni et nefandi schismatis, a Dei ecclesia extirpandi, radicitus proponatur, et taliter per ipsum concilium ordinetur et provideatur, quod per viam renunciationis et cessionis per vos promissam et juratam, diu absque aliqua justa causa tam protractam, in dicto sacro concilio, sancta unio et perfecta, ut expedit, habeatur in ecclesia sponsa Christi. Ad ipsum igitur concilium infra prædictum terminum convocandum vos requirimus, et invitamus, et in Domino exhortamur, quatenus ad dictum locum et indictum terminum accedatis in dicto sacro concilio, ad prædictam renunciationem, prout vovistis et jurastis, efficaciter adimplendam: certificantes vos, quod si venire neglexeritis, aut si veneritis, et ad quæ tenemini voto et juramento, efficaciter non ea adimpleveritis, dictum concilium contra vos vobisque faventes, sequaces, et adhærentes procedet, ut justum judicaverit coram Deo et ejus mystico corpore, et pro pace et unitate expedire videbit, vestra et aliorum pertinacia et obstinatione non obstantibus: pro meritis recepturi vos, et alii assistentes vobis in tanto scandalo et schismate nutriendo et fortius indurando, justitiæ complementum.

Dat. in castro, seu loco Liburni Pisanæ diœcesis, sub trium priorum nostrorum sigillorum appensione, decima sexta mensis Julii, prima Indictione, anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi M. CCCC. VII.

ANNO CHRISTI 1409.

I X.

LITTERÆ PISANORUM CARDINALIUM

Ad præsules qui erant in Gregorii comitaio.

Conantur eos ad se allicere.

Ex Annalibus Raynaldi. loc. cit. n. 53.

MIserationе Divina episcopi presbyteri, & diaconi sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, universis & singulis reverendis patribus, dominis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac venerabilibus patribus, dominis abbatibus, necnon venerabilibus, & circumspe- B ctis viris dominis contradictarum sacri palatii causarum, & apostolicæ cameræ auditoribus, dictæque cameræ & capellæ clericis, litterarum apostolicarum & sacræ pœnitentiariæ correctoribus, scriptoribus, & earumdem litterarum apostolicarum abbreviatoribus, ac dictarum pœnitentiariæ contradictarum & palatii causarum audiendarum procuratoribus; necnon magnifico viro Marescalco, & nobilibus magistris hospitii & coquinæ, ac discretis viris armorum servientibus, magistris ostiariis & cursoribus, cæterisque tam clericis, quam laicis officialibus, & non officialibus cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ, curiam domini Gregorii in Senis existentis sequentibus, salutem, & unionis ad pacis C affectum.

Ad crudele, & antiquatnm schisma de medio populi Christiani evellendum scribitur in Levitico: In una domo comedetis, &c. In una domo vescuntur secundum patrum instituta, qui in una catholica ecclesia veram hostiam Redemptoris immolant omnes. Sola illa domus est, & unica, quæ intra se positos valida caritatis compage custodit: unica ecclesia est, quæ apud duos esse non potest, nec divisos in se populos tegit. Alieni sunt, profani sunt, fidem quam Christo debent nullatenus præbent, qui universalis ecclesiæ scindi patiuntur unitatem, qui tunicam Christi desuper contextam minutatim D per frusta discerpunt, qui unicam Christi exterminant, qui domum Dei scindunt quæ supra petram unam ædificata est, & una populum in unitate concludit. Hic unitatis & pacis decor domus est, quem Psalmista desiderat: *Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*, qui habitare facit unanimes in domo. (*Psal. 25.*) Sane, proh dolor! domus hæc unica, sponsa sine macula & ruga, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ vivæ, jam triginta annorum spatio, ambitione de papatu contendentium, frustatim per membra divisa est; arca Noe libidine dominandi per medium partita; induerunt duo Christi tunicam, & quæ duos non capit. Nunc autem duo illi in E tanto monstro præsidere satagentes omnibus studiis, multifariis conatibus, sic Christi vineam conculcare moliuntur, quibus merito dici potest illud Jeremiæ: (*Jerem. 12.*) *Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam, portionem meam desiderabilem dederunt in vastam & desertum solitudinis; posuerunt eam in dissipationem. Desolatione desolata est terra, quia non est qui recogitat ex corde.* (*Ibidem.*) Novissime autem cum nobis viderint cataractæ cæli, & rores gratiæ Christi descendisse, propinata via clara ad pestiferum hoc schisma delendum, via scilicet A renunciationis promissa, vota, atque jurata per utrumque contendentium de papatu, durissima corda mollita crederentur, ut merito cunctus populus exultanti animo diceret, & canticum cantaret: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus:* (*Psal. 121.*) in domum unitatis, in domum unicam tranquil-litatis, & pacis, illud firma credulitate sperantes: *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum*: (*Psal. 132.*) scilicet cor unum, & anima una, in unum ovile, in uno salutari fonte gratiæ non descendentis nisi in habitantes in unum. Ecce concupiscentia, radix omnium malorum, dominandi libido, atque ambitio in cathedra præsidendi, B se opposuit ex adverso, gaudium nostrum versum est in luctum, lætitia in mœrorem, risus in planctum amarum, ut merito dicere cogamur: *Expectavimus pacem, & non est bonum; & tempus curationis, & ecce turbatio.* (*Jerem. 8.*) Et ubi summa fide, & ineffabili spe in ecclesia Dei sperabatur unio, fictis coloribus diversis, atque variis initis tractatibus, in nulla mentis concordia dominis de papatu contendentibus, spes pacis, unionis, & concordiæ, repente de manibus crepta est, & coacta est extra mundi partes exulare.

Jam enim per anfractus difficultatis de loco conveniendi, anni & pluris tempore frustrato, sine quo potuissent, ut & pluries sunt requisiti, per procuratorem cedere, aut in ma- C nibus collegiorum: cum etiam multa in medio fuerint oblata loca communi hominum opinione habilia, quæ modo unus, modo alter de contendentibus refutavit injuste: pluries etiam requisito per nos domino Gregorio, & per ambaxiatores pro hac causa degentes in curia, ut per aspersionem sanguinis Christi, viscera sua super populi stragem commoverentur; ut memor esset finis pastoralis officii, quod in salutem dirigitur animarum, ac juramenti, promissionis, & voti, quæ tam solemniter præstita ab eo, & toti mundo publicata fuere; ut Christum imitaretur, cujus vicariatum tenebat in terris, qui pro populi salute, nedum de cathedra, sed de cælis in hu- D mana membra descendit, de domino formam servi accipiens, nedum dignitate se exuerat temporali, sed a tanta gloria descendens, nostras necessitates, & miserias assumere dignatus est, & ultimo crucis mortem. Quanto autem plus a nobis, & a quampluribus aliis exhortatus est: tanto plus obtusis auribus induratum se præbuit: nunc cardinales contra juramenta, & vota, nobis primo renuentibus, postea absentibus, quantum in eo fuit, de facto creando, ad propositum non cedendi quamplurimum impellentes: nunc præcepta iniqua, & nulla, ad confusionem unionis fulminando pœnalia, ne invicem aut ambaxiatoribus alterius partis, nec aliis, cum quibus solis pote- E rat unio ad effectum perduci, loqueremur, ne etiam de civitate Lucana discederemus, ut quod eo præsente agi non poterat, in absentia etiam ad effectum perduci non valeret: nunc aperte & clare viam renunciationis in publico ut diabolicam reprobando, quam ante laudaverat, & juraverat, ut sanctam asserendo; necnon etiam ad nonnullos litteras destinando, quod illam amplius non erat intentionis prosequendi: taudem omni conventionis & concordiæ rupto tractato, factis & dictis derexit, omnino de unione desperandum: Novissime

autem

ANNO CHRISTI 1409.

autem fucatis coloribus dicti contendentes, sic putantes Deo & mundo illudere, se pararunt ad recessum: quod postquam a domino Gregorio discessimus, uterque effectui mancipavit, domino Gregorio Senas, domino quidem Benedicto Perpinianum in Aragonia petentibus, uno ad Occidentem, altero ad Orientem, gressibus directis, ad schisma perpetuandum & unionis spem penitus evacuandam, in medio luporum absque compassione, contra debitum caritatis, & officii, gregem Christi, ut mercenarii, & quibus non erat cura de ovibus, sed de ovium lana, morsibus luporum, ac dentibus rugientis leonis, non tam turpiter, quam impudenter deseruerunt & inhumaniter,

Jerem. 12. quasi facto acclamantes illud Jeremiæ: *Venite, & congregamini omnes bestiæ terræ; parate vos ad devorandum*: ecce derelictus est grex. Heu propheta Jesu Christi, pro te ipse de cœlo descendit, dura verba, duriora verbera, durissima carnis vulnera sustinuit, ad ultimum tam dira crucis morte, te suo pretiosissimo sanguine redemit: nunc autem mercenarii absque pietate crudeles, & dentibus insidiatoris laniandum gregem exponunt, de vellere & lana contendentes, carnibus, & animarum perditione pascuntur, quærentes quæ carnis, & quæ sua sunt, & non quæ Jesu Christi. Con-

Ezech. 34. tra quos Dominus per Ezechielem: *Non quæsierunt pastores mei gregem, sed pascebant se ip-*

Jerem. 23. *sos*. Væ tamen pastoribus. *Vos dispersistis gre-*

Ezech. 34. *gem meum*, inquit pastoribus, *ejecistis eos, non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum*. O durissima, & præceps libido dominandi, quæ obtentu vix anni sedis, nec suo parcit senio, nec defert officii debito, deinde nec lateri Salvatoris, quod in aqua & sanguine colligendi in fidei unitate populi obtulit, ne quis tentaret dividere quos ille colligeret. Cognoscitur profecto Dominus justitiam faciens, qui nunc in membris quæ sedemit injuriam patiens ignoratur.

Nos autem pietate & animarum compassione compuncti, tantam advertentes cordis duritiam dominorum de papatu contendentium, dum maximo in domino Gregorio, qui vir tantæ in principio sanctitatis reputabatur, tantam cernimus cordis duritiam, qui posita manu ad aratrum, anteriora dimittens, retro, tam fixe, tamque immobiliter ad posteriora versus sit, ut postpositis atque contemptis tam solemnibus vinculis, quibus Deo, & populo se adstrinxit, absque Dei timore, sine ullo rubore verecundiæ, tantam populi stragem patiatur: attendentes officii nostri fore, tantam non dissimulare populi perditionem, neque in tanto tacere discrimine, tanquam illi, quibus major, negligentes pastore, cunctis Christianæ religionis zelus incumbit: cum etiam error, cui non resistitur, probetur; & non careat scrupulo societatis occultæ, qui dum potest, manifesto facinori non desinit obviare: videntes penes dominum Gregorium nihil penitus proficere, qui magis & magis quotidie obstinabatur: nec de unione quicquam in ejus præsentia tractare valentes propter præcepta injusta, timores mortis, & carcerationis, quo juste timebamus, plus Deo quam homini parere volentes, ut tenemur tam ex debito officii, quam ex vinculi voti & juramenti, quibus ad nihil necessariis, utilibus, aut quomodolibet opportunis in re hac omittendis adstringebamur, Pisas accessimus; quam civitatem domi-

A nus Gregorius ante elegerat pro loco decenti, ac multifarie laudaverat, & ad quam ipso mandante, ante accedere promiseramus, deinde Liburnum in dicta diœcesi Pisana, ubi cum reverendissimis dominis alterius collegii in unum propositum & voluntatem dandi pacem populo Christi nos junximus: & habitis inter nos pluribus consiliis, accersitis etiam & habitis consiliis tam prælatorum, ac aliorum tam Divini quam humani juris peritorum quampluriun, viam elegimus concilii generalis, per quam commodius dari poterat executio præmissorum, & pax, & unitas in ecclesia Dei, videlicet ut quodlibet collegium suam vocaret obedientiam in uno loco & termino, scilicet

B in civitate Pisarum prædicta, & in festo Annunciationis gloriosissimæ Virginis Mariæ proxime futuro. Et sic eos per alias litteras requisivimus, ut sic per concilium ecclesiæ universalis utriusque deliberetur quid sit necessarium, aut opportunum taliter circa factum duorum de papatu contendentium, & necessitatem ecclesiæ imminentem, per viam juratam, & promissam, ut ipsorum vel alterius absentia non obstante, schisma extirpetur, & per electionem unici & indubitati pastoris, ecclesiæ providere valeremus, ut sic cum Ezechiele dicere valeamus: *Salvabimus gregem nostrum, & non erit ultra in rapinam, & suscitabimus super eum pastorem unum*. *Ezech. 34.*

C Determinatis autem litteris nostris concilii requisitoriis, hæc præsentientes dicti domini de papatu contendentes, ad hanc salutarem viam perturbandam, & ut pax ecclesiæ dari nequiret, duo ordinaverunt conventicula, seu conciliabula, ad diversos dies & distantes, ac loca diversa, ab invicem remotissima; domino Gregorio in provincia Ravennati, aut Aquilejensi, & diem Pentecostes; altero, qui se Benedictum appellat, apud Perpignanum in Aragonia in festo omnium Sanctorum: cum notorium sit, sic stantibus terminis, unionem nullatenus, aut aliquam viam ex conciliis diversarum obedientiarum sic dispersim loco & tempore congregatarum dari posse, immo po-

D tius schisma confirmari, & si bonæ forent voluntatis, potius huic nostræ de universali ecclesia utriusque obedientiæ, ex qua sola secundum canonicas sanctiones, & sanctorum patrum instituta, ac consuetudinem hactenus in talibus observatam, unio dari potest, prout requiruntur, consentirent, quam novas facerent sic loco & tempore diversas; ex quibus nihil aliud sequi potest, quam unionis confusio, & schismatis perpetua confirmatio.

Ultra hæc, postea dictus dominus Gregorius, ut suum magis panderet propositum unionem confundendi, secundam dedit bullam universis Christi fidelibus sub IV. Idus Julii, in qua suæ asserit fuisse voluntatis & esse, &

E quod in gratia Christi in futurum erit, pure & fideliter servare formam, & intentionem suorum juramentorum, voti, & promissionis, in conclavi factorum, nos convocando ad eum ad tractandum secum, & cum eis, quos de facto creavit cardinales, super negotio unionis, qui qualiter retro fuerit bonæ voluntatis, prænarrata, & quæ toti mundo sunt notoria, ostendunt: & qualiter sit in præsenti, & verisimiliter erit in futurum, series ultimæ bullæ patenter ostendit: cum quotidie domini de papatu contendentes, ab invicem se elongent, cum quibus simul hæc sunt tractanda. Et convoca-

ANNO CHRISTI 1409.

vocatio, quam de nobis fecit, nulla alia causa fieri patenter ostenditur, nisi ut nobis a collegio alterius partis separatis, sine quibus partem alterius obedientiæ habere non valeremus, quæ cum nostra requiritur, ut tota desur ecclesiæ congregatio, via quam elegimus de manibus nostris auferatur, & schisma perpetuetur. Nos etiam vocat ad novos incipiendos tractatus, re solam executionem desiderante implementi juramenti notorii: & sic rem, quæ jam est in executione, ad primordialia nititur reducere, & extranea principia. Ac quasi satis materia trita non sit, & quasi eam satis difficultatibus, vacillationibus, & varietatibus non involverit inanibus concordia loci: eam nunc novis tractatum anfractibus implicare conatur.

Nos autem secum humaniter agere volentes, eum requisivimus, ac de novo requirimus ad cautelam per infinitam misericordiam Jesu Christi, quatenus viscera sua commoveantur super gregem sic divisum, sic laceratum, sic ferarum dentibus expositum, sic ejus & alterius culpa catervatim ad chaos & profundum inferni innumerabiliter descendentem, ne sit immemor judicii æterni, coram quo sanguis animarum eorum in districto examine de manibus ejus excutietur; ne sit immemor suæ salutis, nec juramenti, promissionis, & voti quæ præstitit tam solemniter, quorum ruptura populum pessimis corrumpit exemplis, ac gravissime scandalizat; nec in tantum sit suæ famæ prodigus, quæ ab universo laceratur, & subsannatur, in sui præjudicium, & omnium, qui amodo se servitio Dei mancipabunt, & spiritus vitam ingredientur, in qua permaxime vivere putabatur, ut dignetur quæ retro mala gesta sunt emendare, unionem populi Christi accelerare, famam suam malam ad odorem bonæ convertere: & cum videat convocationes inutiles, quas uno cum alio domino, qui se pro papa gerit, agit, & nullam aliam viam propter absentiam longam partis alterius utilem fore, tuum, ut experientia docuit, similiter noluit convenire, dignetur, & velit nostræ congregationi, ex qua sola sequi potest unio, consentire, & (ut tenetur) procuratorem ad renunciandum constituere: & sic ratiu male gesta emendabit, Deo primo, secundo hominibus se reconciliabit: famam ab universo juste laceratam in odorem bonæ famæ convertet: apud Deum meritum, & vitam consequetur æternam, apud homines laudem & bonum exemplum. Nos autem interim ante & usque ad cessionem ad omne debitum sibi offerebamus præbendum: & post cessionem eum tanquam patrem & dominum, venerandum, & tractandum. Videntes autem nihil proficere, & dominos, qui de papatu contendunt, præfatos magis & magis quotidie indurari; secundum normam evangelicam, cum nihil aliud adsit, deliberavimus dicere ecclesiæ universali quam convocamus, ac eos ut incorrigibiles, schisma antiquatum descendens in hæresim nutrientes, contra vota, & juramenta in populi scandalum, voti fractores, & perjuros notorios habemus, & ethnicos, & publicanos.

Et cum interim talibus præbere obedientiam nihil aliud sit, quam eos in suo obstinato fovere ac manutenere proposito, & principaliter schisma facere, & duo supra se capita tenendo, populum Christi in unitate a Deo prædestinata, dividere contra articulum fidei, *Unam sanctam*: dicimus vobis cum scriptura: separamini a tabernaculis durissimi hominis, & nolite tangere ea quæ ejus sunt, ne pereatis in peccatis ejus: recedite a præsentia sua, & ejus curiam, ut Polycarpus refert de Joanne, balnea ejus, * ne super vos corruant, qui ecclesiam Dei lacerat, qui vineam Christi conculeat, et inveteratum nutrit schisma in contemptum, et ruinam ecclesiæ sanctæ.

* *Forte deest, derelinquite, aut aliud simile verbum.* H.

Nostro autem proposito, divinitus (ut putamus) inspirato, ut in salutem non tam nostram, quam vestram et totius populi Christiani ordinato, qui unionem quærimus, qui vias Deo placitas, et ad unionem aptas, et a sacris canonibus approbatas eligimus, ut adhærere velitis, requirimus, obsecramus, et quantum in nobis est in virtute Spiritus sancti injungimus, ut ad nos accedatis, si commode poteritis in consiliis & auxiliis opportunis, & operationibus quibuscumque assistentes; præsertim Dominum Deum nostrum Jesum Christum, cujus res agitur, exorando, quatenus sua pietate dignetur hoc sanctum opus ad finem perducere, & conducere optatum; scituri quod accedentibus, si fuerint indigentes, providebitur ad condecentiam sui status; & quod contra contumaces in non recedendo, & remissos, dictumque Gregorium sequentes tanquam contra foventes ipsum in schismate antiquato, quod in hæresim descendit, loco & tempore opportunius procedetur ad privationem dignitatum, honorum, beneficiorum, & officiorum, inhabilitatemque ad illa, & ulterius prout fuerit contra tales de jure procedendum.

Dat. Pisis sub trium priorum nostrorum sigillorum appensione, die undecima mensis Octobris, prima Indictione anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi MCCCCVIII.

X.

RESPONSIO CARD. PISANORUM

Data Senensium oratoribus, qui hortati erant ad sentiendum cum Gregorio & unicum generale concilium celebrandum.

Ex eod. Raynal. n. 45.

Est nostra intentio dare pacem ecclesiæ simul cum dominis de alio collegio, per viam justam, rationabilem, canonicam, & alias a sanctis patribus observatam: scilicet viam concilii generalis utriusque obedientiæ. Et licet secundum glossas & doctorum opiniones possent domini cardinales facere: tamen ut sine scrupulo procedatur, tutiorem partem eligunt, scilicet concilii generalis utriusque obedientiæ ubi ambo vocabuntur, ut adimpleant promissa & jurata: quorum altero veniente & implere volente, alter secundum sententiam concilii ejicietur; ambobus contendentibus non venientibus, etiam concilium procedat secundum juris regulas; adeo quod unio sequetur in Dei ecclesia.

II. Si ergo dominus Gregorius vult unionem ecclesiæ, ut ore dicit, habet tenere aliquos modos: videlicet quod in convocatione concilii, quam nos facimus simul cum convocatione partis alterius, idem dominus Gregorius veniat, & renunciet, domino Benedicto cedente, vel decedente, vel ejecto canonice, hoc est per convocationem partis suæ & nostræ: cum notorium sit, ex separatione obedientiarum nullatenus posse unionem consequi: cum verisimiliter

ANNO CHRISTI 1409.

liter constet, utrumque contendentium ex congregatione suapte dumtaxat tum longinqua non posse dare pacem ecclesiæ: sed necessarium est, ut ad pacem ecclesiæ ambæ obedientiæ conveniant, ut possint extrema simul conjungere, ut expedit.

III. Item, si hoc facere noluerit dominus Gregorius, saltem procuratorem constituat nobis fidum & irrevocabilem ad cedendum, domino Benedicto cedente, vel decedente, vel ejecto canonice, cum clausulis opportunis suo tempore declarandis: tunc enim velle unionem ostendet & bonum suum * declarabit.

* *Dest*, affectum. H.

IV. Item, si dicat quod nos volumus eum ad plus obligare, quam sit in primo instrumento, videlicet in casu ejectionis quod ipse renunciet, non est verum, nam ex vi instrumenti ipse ad hoc tenetur. Nam ipse tenetur dare pacem ecclesiæ per omnem viam rationabilem, ex qua possit sequi unio. Ista est talis, ergo, &c. Item non obstante instrumento, etiam de jure communi ipse tenetur cedere pro gravi scandalo evitando, ergo, &c. Sumat ergo exemplum B. Clementis, qui sponte cessit, ut in ecclesia scandalum non esset.

V. Item, ipse vult concilium particulare; nos volumus generale concilium utriusque obedientiæ. Suum non potest dare pacem, ut diximus, nostrum sic. Veniat ipse ad concilium sine nova obligatione specifica, nisi quod stet deliberationi nostri concilii generalis, & pro loco non remanebit.

VI. Item esset expediens, quod populus Senarum supra se reciperet hoc onus: videlicet quod dominus Gregorius veniret ad concilium utriusque obedientiæ. Et sicut dictum est, non remanebit, propter locum: & ibi vel renunciabit, ut tenetur de jure, & etiam ex vigore voti & juramenti; vel stabit determinationi concilii generalis: & hoc suis loco & tempore extendetur in bona & optima forma.

VII. Item prædicta prædicentur: & notificatis nobis qualitatibus negotiorum, tunc forte mittetur Senas honorabilis ambaxiata. Aliter quidquid fieret, esset contra unionem, cujus contrarium quærit civitas Senarum.

VIII. Item considerata fidelitate & voluntate illius magnificæ communitatis etiam hactenus erga sanctam Romanam ecclesiam, nos sumus apti eamdem civitatem honorare, & eidem facere ultra alias civitates Italiæ, ad cujus honorem et utilitatem offerimus nos paratos.

XI.

Ex eodem n. 47.

RESPONSIONES GREGORII

Ad superius scriptum cardinalium Pisanorum.

„ EST nostra intentio dare pacem ecclesiæ, „ etc.

Factis oppositum demonstratis, novum schisma inchoantes, et ad illud favendum, totum orbem invitantes proditionibus, falsitatibus, mendaciis, dolis, et fraudibus utentes, sicut litteræ vestræ simul et verba verbis comparata instruunt.

„ Cum dominis de alio collegio, etc.

Utique nec apud nos, nec apud quosdam, veram obedientiam sequuntur: illi vero collegium faciunt, sed prætensum, sicut sensistis, dixistis, et scripsistis. Et si apud nos illi collegium facerent: vos nec cardinales essetis, nec collegium faceretis.

„ Per viam justam, rationabilem, etc. Id est, per viam concilii generalis utriusque obedientiæ. Si sic esset, cum superstite papa nullus possit concilium generale celebrare, summo pontifice excepto, et summus pontifex sit superstes, scilicet dominus papa Gregorius, et ipse indixerit concilium generale, etiam antequam vos de conciliabulo convocando aliquid publice tractaretis: quare vos, et alii schismatici, ad illud unum verum concilium non venitis, ostensuri si quid juris habetis?

„ Licet secundum glossas et doctorum opi„ niones possent domini cardinales facere, &c. Salva reverentia, quia nullus textus, nulla glossa, nulla cujuscumque doctoris opinio hoc, quod dicitis, tenet. Sed quia formatis casum falsissimum, casui falsissimo suffragantur glossæ, & opiniones, quas postea recitare vultis. Sed concesso vobis per impossibile, quod casus, quem dolose formatis, verus foret, adhuc non potestis concilium celebrare. Nam nec vos, nec illi estis cardinales: non vos, quia multipliciter, & multoties estis ipso jure & ipso facto privati, necnon & declarati privati publice & occulte: illi vero quia nunquam cardinales fuere, nec creati sunt de novo, patet quod non sunt cardinales. Sed esto quod cardinales adhuc essetis (quod tamen omnimode denegamus) per processus Urbani VI. quos approbastis, etiam essetis ipso facto privati, quia cum schismaticis participatis in crimine, ac iniquitatibus eorum favetis.

„ Ubi ambo vocabuntur, &c. Si nil aliud ageretis quam id, hac temeritate superba vos summi pontificis judices constitueretis contra omnium patrum sanctiones: & si dignitates aut beneficia vel officia haberetis, ipso facto deponendi essetis sicut archidiaconus, & nonnulli alii in XVII. distinct. notant.

„ Ad secundum capitulum: Si ergo dominus „ Gregorius vult unionem ecclesiæ corde, ut „ ore dicit, &c.

Ipsi scitis, quia unionem voluit vultque & propter eam assequendam sponte dimisit terras ecclesiæ ab hostibus invadendas, celebrem famam propriam exposuit, assumpsitque pericula mortis. Sed vos qui nihil aliud quam cessionem quærebatis, vestris factionibus, infamationibus, consultationibus cum schismaticis & aliis infernalibus viis, unionem impedivistis; velut obliti juramentorum vestrorum, votorum, & promissionum, de eligendo locum unum, præparatoriis præmittendis renunciationi & recessu a capite non admittendo, etiamsi ipsum caput publice & manifeste contradiceret unioni.

„ Ad tertium capitulum: Dominus Grego„ rius saltem procuratorem constituat, &c. Ipsum summum pontificem vos perjurum efficere laboratis. Juravit enim una vobiscum ad locum conventionis & electionis accedere, & de iis, quæ pertinent ad unionem ecclesiæ, personaliter pertractare. Item quæritis fieri, quod an fieri possit non est expressum in jure: videlicet quod summus pontifex per procuratorem renunciare valeat.

„ Ad quartum capitulum: Item si dicat, „ quod nos volumus eum ad plus obligare; &c. Patet falsitas, vultis enim eum obligare ad grave peccatum, scilicet quod subjiciat se summum pontificem vobis schismaticis, quod foveat

ANNO CHRISTI 1409.

vcat & confirmet vestrum schisma, quod conciliabulum vestrum approbat ut concilium, quod Divinum & humanum ordinem pervertat, & quod renunciet nondum certus verisimiliter, quod ex sua cessione integritas unionis sequatur in ecclesia Christianorum, quod est expresse contra juramentum, & votum, ac promissionem, facta in conclavi.

„ Ista est talis: " id est rationabilis via. Negatur. Immo est contra omnem rationem, quod omni dignitate, officio, & beneficio, * perjuri, irregulares, infames, crimine læsæ majestatis damnati, concilium celebrent, papam eligent, immo quod summus pontifex talibus conventiculis intersit, nisi forte ad damnationem & exterminationem sic convenientium.

* Deest privari

„ Item non obstante instrumento, etiam de „ jure communi ipse tenetur cedere pro gravi „ scandalo evitando, ergo, &c. Falsum est hoc, ecclesiasticæ unionis perpetualiter subversivum. Nam per istam viam daretur occasio in posterum cardinalibus, qui quacumque de causa de vero papa non essent contenti, quod a suo capite rebellarent, ad hoc ut ipse summus pontifex pro tali scandalo evitando cederet. Et quia non sunt facienda pessima, ut sequantur iniqua.

„ Sumat ergo exemplum B. Clementis, qui „ sponte cessit, &c. Supponitis incertum pro certo, quia opinionem vestram veram & certam non potestis fundare: immo famosiores sunt, qui scribunt Clementem non cessisse, quam qui arbitrantur oppositum. Sed sumatis vos potius exemplum Cælestini, qui solus papatui realiter cessit, absque dubio adhuc vivens successorem habens. Et tamen ecclesia Gallicana cum universitatibus suis determinavit Bonifacium VIII. papam non esse, quod prædecessor suus adhuc militaret in via: ut sic discrete considerare possitis, quod dominus papa ita prudenter ad viam cessionis accedit, ut omne dubium tollatur de medio, & integram pacem gregi Dominico largiatur.

„ Ad quintum capitulum: Ipse vult conci- „ lium particulare; & nos volumus generale, &c. Salva pace, quia nec particulare, nec generale vultis, quia nullum erit concilium vestrum (jura scientibus loquor) sed solus summus pontifex papa Gregorius, quia est pater generalis, & communis, potest, & vult generale concilium, excepto, quod ad illud non venient Judæi, Sarraceni, Tartari, & quique schismatici, sed fideles ecclesiæ catholicæ, de quorum numero non sunt, nisi qui suæ sanctitati adhærent. Celebravit dominus Jesus Christus concilium cum XII. Apostolis, & fuit generale concilium: collegit Caiphas multorum pontificum & Pharisæorum grande concilium, quod verius fuit conciliabulum.

„ Veniat ipse ad concilium sine nova obli- „ gatione specifica, nisi quod stet determina- „ tioni nostri concilii, &c. Ista obligatio esset schismatica, sapiens hæresim: ideoque non solum alterius speciei ab obligatione facta in conclavi, sed & alterius generis: si tamen vitia, & mere privativa, sub aliquo proprio genere cadunt. Præterea gratia veritatis videndæ, aut vestrum concilium erit particulare, aut generale: si particulare, ergo nullum, & inique petitum; si vero generale, aut papa de jure tenetur stare determinationi talis concilii, aut non: si sic, frustra petitis; si non, ergo novam obligationem inducitis, quod tamen minus vere negatis. Item si erit concilium generale, quod negamus, & dominus noster ejus determinationi resisteret: nonne tamen Christianitatem haberet oppositam, sicut vos dictis & litteris procuratis? cur ergo petitis novam obligationem hanc, nisi quia scitis concilium vestrum fore nullum, & vultis omnia clara involvere, & offuscare?

„ Ad sextum capitulum: Item esset expe- „ diens, quod populos Senarum supra se reci- „ peret hoc onus, videlicet, quod dominus „ Gregorius veniret ad concilium, &c. Satis innotescit quorsum tendat vestra maligna iniquitas, scilicet ut a populo Senensi dominus papa Gregorius teneatur, ducaturque ad præsentiam vestram captivus: ita ut quod plures vestrum insidiis non valuistis adimplere, nunc perficiatis cum dolis.

„ Ad septimum capitulum: Aliter, quid- „ quid fieret, esset contra unionem. "Scripta dictis repugnant, quia doli vestri latere non possunt. Oratores enim cum amplis promissionibus remisistis directe contrariis eis quæ dedistis in scriptis, & tandem concluditis aliter quidquid fieret & esset contra unionem. Si vultis dominum nostrum transeuntibus stare dictis: quare scripturas mansuras in oppositum datis? si vero scripturas vultis in suo robore stare: cur verba volantia in oppositum fabricatis? nisi quia malitiose contra sanctum Domini machinantes, vultis quod ii oratores lingua pandant in populis, vos offerre magnalia ad magnificandas fimbrias vestras & phylacteria dilatanda, præclaraque fama domini papæ, quam sustinere nequitis, obnubiletur in turbis, atque si dominus papa renuerit acceptare, quod tam munifica verbo tenus, & specie tenus offerri ei videantur, ipse pravus, & vos optimi prædicemini: si vero admitteret, vos qui discordiam seminatis, respondeatis non esse vestræ intentionis, cum appareat e converso in scripturis traditis eis.

„ Ad octavum capitulum: Considerata fi- „ delitate, &c. Hæc adulatoria verba cæteris principibus, & communitatibus scribitis, præferentes omnem locum omnibus locis apud eum qui dominatur in illo: per effectum vos ostenditis esse mendaces per ea quæ dixistis, & velocissime concludere cum Florentinis tractastis.

ANNO CHRISTI 1409.

XII.

GREGORII EDICTUM,

Quo cardinales qui a se discesserant, nisi intra tres menses redeant, omnibus dignitatibus privat.

Gregorius, &c. Ad futuram rei memoriam.

Ex eodem n. 63.

SUscepti cura regiminis vehementer nos angit, & urget caritas sponsæ Christi, ut præsumptuosis ac temerariis malignorum conatibus, opportunis obviemus remediis, & ut quos Dei timor a malo non revocat, & nostra clementia copiose diutius demonstrata ad veniam capessendam non emollit, pro eorum excessibus vigor ecclesiasticæ disciplinæ competat, & ad declarationem pœnarum eis tam a jure quam ab homine inflictarum mediante justitia procedamus: ut & illorum comprimatur iniquitas, & * utique terreantur talia vel similia attentare.

* f. cæterique

Sane cum ad ecclesiæ sacrosanctæ integrationem per viam cessionis secundum formam in conclavi traditam totos nostros pure, & sincere, ac fideliter, continuo adhiberemus conatus, schismaticis ex adverso, sicut finalem patuit per effectum, dolis, fraudibus, involutionibus, insidiis, & violentiis intendentibus, cum quibus nonnulli ex nostris tunc cardinalibus, & ad invicem conspirarunt, ut creditur, decepti & corrupti: ne ipsi tunc cardinales ad partes divisionis malignæ defluerent, & optabile unionis bonum versutiis, & malitiis malignantium contingeret impediri, quam etiam divisionem schismatici incœperunt in Roma efficere, cum quibus schismaticis cardinales pro eorum libito voluntatis, libera, publica, & secreta habuerunt colloquia, & tractatus, a mense Julii, usque ad diem quartam Maji: cum sic ad prædictam sanctam unionem non proficerent sed officerent, nos, certis indiciis, & multorum relatibus * dignis prævidentes, ac ex iis quæ præcesserant, eosdem tunc cardinales, nos & apostolicam sedem velle relinquere, non timentes tam grave scandalum & turpe inferere, & contra processus felicis recordationis Urbani VI. prædecessoris nostri, approbatos, & observatos jam triginta annis elapsis, omni dignitate, officio, & beneficio, commodo, & honore, ipso facto transgressores privantes, schismaticis adhærere, cum quibus actualiter tractabatur, ex quorum recessu novum schisma verisimiliter poterat oriri, & roborari vetustum, sicut demum rei malus probavit eventus: præcepimus tam provide quam juste, simul & pie, ipsis omnibus & singulis cardinalibus existentibus in Romana curia, sub pœna privationis cardinalatus, & omnium beneficiorum suorum, quam quilibet ipsorum incurreret ipso facto, ne ab illa die, quarta videlicet Maji, in antea, aliquis eorum exiret de Luca, sine speciali & expressa licentia nostra, per nos ore tenus sibi facta. Item sub pœna perjurii, quam incurrerent ipso facto, præcepimus & mandavimus eisdem, ne ulterius congregarentur in aliquo loco, sine expresso mandato nostro. Item sub eadem pœna perjurii, quam incurrerent ipso facto, præcepimus, & mandavimus eisdem, ne aliquis eorum participaret cum oratoribus Petri de Luna, neque cum oratoribus Gallicis, sive per se, sive per interpositam personam: quia nostræ intentionis erat, sicut & expressimus, cum prælibatis olim cardinalibus, per expeditivas, claras, & saluberrimas vias, ad desideratam unionem procedere, palpato quod a schismaticis fueramus delusi, & in frustratoriis verbis detenti: prout præcipue claruit tunc circa finem mensis Aprilis, quando inter arctos tractatus de locis conventionis, Petrus de Luna almæ urbi nostræ, ut eam caperet, parabat insidias: ad quod perficiendum suas direxit cum suis galeas armatas.

* Forte, fide dignis H.

Quæ præcepta nostra si servassent, & nobiscum, ut volebamus & decebat, perseverassent: jam, ut verisimiliter arbitramur, esset status ecclesiæ reformatus, vel saltem reformationi vicinus. Ipsorum vero tunc cardinalium, quod dolentes referimus, quidam, videlicet Antonius olim Prænestinus episcopus, Conradus olim tituli sancti Chrysogoni, Franciscus olim tituli S. Martini in Montibus, de Ursinis, presbyteri, Raynaldus olim sancti Viti in Macello, Odo olim sancti Georgii ad Velum aureum, diaconi, cardinales, suæ salutis immemores, Divina pariter, & nostra, summorumque pontificum prædecessorum nostrorum, necnon juris humani, contemnentes præcepta, odibiles Deo, nobis rebelles, subversores ecclesiæ, scandalum populorum, perjuri, & præmissorum jussorum violatores, fugam ineuntes, recesserunt a nobis, facto probantes se ex nobis non esse. Quos postea sequutus est Petrus olim sancti Angeli diaconus cardinalis, consimiliter mandata nostra contemnens: qui paulo ante valde damnabat fugam prædictorum. Qui omnes mala malis adversum nos accumulantes damnabilius, procurarunt sanctam matrem ecclesiam, quantum in eis fuit, viperinis conatibus laniare; & inconsutilem Domini tunicam scindere satagentes, scandalorum et schismatum seminaria præpararunt: & famæ suæ prodigi, & honoris proprii persecutores effecti, non tantum seipsos nexibus peccatorum involvere, sed in reprobum sensum dati, etiam alios ad præcipitium trahere conantur; curiales aliquos, & officiales nostros pecuniis, promissionibus, minis, & aliis deceptionibus subtrahentes, notarios etiam cum registris causarum, & libris curiæ ad se traxerunt cum gravi scandalo, & etiam detrimento partium litigantium. Attentarunt etiam aliqua, quæ ad solum Romanum pontificem pertinent, litteras quoque nostras intercipientes, & nuncios, quos ad principes destinabamus & populos, pro celebrando concilio generali: litteras etiam ad nos & curiales nostros directas, necnon quoscumque ad nos & nostram curiam adventantes, quantum in eis fuit, detineri fecerunt contra processus, & sententias apostolicas, in die Cœnæ Domini in talia perpetrantes promulgatas.

Quæsiverunt insuper per ambaxiatas frequentes, & litteras, quas sub sigillis, quibus, antequam essent privati, utebantur, ad prælatos, principes, & communitates, per diversas mundi partes, ut obedientiam nostram a nobis subtraherent, destinarunt. Et ut nihil omitterent ex iis, quæ pacem & desideratam unionem possent impedire: unicum, et salutare ipsius unionis auxilium post tot mala relictum, generale concilium, quod die secunda Julii in festo Pentecostes proxime futuro indiximus celebrandum, miris et damnatis artibus conati sunt

im-

impedire: etiam vero concilio suum conciliabulum opponendo. Et existimantes loquacitatem, & malediceotiam, uoionis bonum signum: prorupere sæpius & publice io verba non tam blasphema & schismatica, quam insana, innoceotiam nostram apertis falsitatibus diffamantes.

Nos tamen more pii patris, qui salutem zelabamus ipsorum, speraotes ipsos ad cor reversuros, & viam veritatis repetituros: eos diutius expectavimus patienter, nullum de beneficiis per eorum privationem vacantibus alicui conferendo, usque ad quatuor tempora Septembris; & exinde pauca contulimus. Et per diversos probos viros magnæ auctoritatis eos excitari feaimus, etiam per nostras patentes litteras, ut iofra certum terminum ad nos redirent, benigoe requisivimus & caritative monuimus: promitteotes eisdem quod, si eom earitate tractare vellent oobiscum, & cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. eardioalibus, super negotiis unionis, eos benigne recipperemus atque tractaremus, abolendo omnem infamiæ maculam sive notam, præmissorum & aliorum patratorum occasione contractam, remittendo eisdem offensiooem quamlibet atque pœnam: & cum essent perjurio maculati, & omnibos officiis, beneficiis, atque cardinalatibus privati, continuata nostra majori elementia eoldem reintegraremus, & in statum pristinum reponeremus.

Ipsi verò in sua pertinacia & superbia obstinati, nescientes io semitis justitiæ dirigere gressus suos, timoremque Dei præ oculis oon habentes, etiam post dictam monitionem, & excitationes nostras, contra nos & Romanam ecclesiam conspirationes, colligationes, & machinationes diversas eootinuarunt, & sub prætextu unionis nostram dumtaxat dejectionem quærentes, in ecclesia Dei majus schisma & divisionem ponere præsumpserunt. Et ut in prædictis complices & fautores haberent: se cum schismaticis, & schisma nutrientibus, videlicet cum quibusdam anticardinalibus Gallicis, per processus apostolicos, ut præfertur, Urbani VI. prædecessotis nostri, justo Dei judicio condemnatis, juramentis, & aliis promissiooibus ligaverunt, contra processus hujusmodi facere non verentes: & in scriptis suis ipsus anticardinales Gallicos, reverendissimos cardinales appellant, & sic eos verbis & factis honocant, communicaotes eom eis etiam, proh dolor? in Divinis, asserentes, quod piæ aures refugiunt audire, dubium esse magnum & probabile tam de jure nostri papatus, quam prædecessorum nostrorum, a quibus ipsi eardinalatum, beneficia, & honores habueruot, veritatem in meodacium commutantes.

Necnon post termioum prædictæ monitionis, iterato excitati per ambaxiatam Seoensium per eos verbis deceptioois damoabiliter delusam, ac deinde per Venetorom ambaxiatam, restitutionis præmissæ nostræ elementiæ ab utraque ambaxiata facta promissione, quas vacuas remiserunt, nec reductionem unici eoneilii per Venetos requisitam concesserunt, oisi ad suum conciliabulum iremus. Congruum quidem plusibus videtur, ut unum fieri debeat concilium: noo tamen suum usurpatum, & a jure reprobatum, & super hæresi fundatum.

Hoc tamen tempore & malitia longe ante præcessit iniquitatis alumnus, & perditionis filius, damoatus Baldassar Cossa olim S. Eustachii diaconus cardinalis, qui tyraooice sub mentito nomine legationis, nostras & sanctæ Romanæ ecclesiæ terras occupans, odiis & errorum furiis debacchatus fere per annom aote recessum olim cardinalium prædictorum de Luca, studuit per oonnullos ad hoc iovitatos, & falsitatibus iosormatos, nos perjurii & schismatis maculis infamare: & secit quantum potuit hoc contra nos publice divulgari, successive sollicitaos adversus nos iosurgere cardioales, prælatos, priocipes, communitates, & alias privatas personas: ioter quos præcipue mendaciis, precibus, pretio, ac pollicitationibus, seduxit Petrum de Candia, tunc basilicæ XII. Apostolorum, & Joannem, timorem eisdem iocutieodo, tunc S. Crucis in Jerusalem, presbyteros cardioales, ut sibi cæterisque rebellibus & schismaticis adhærerent. Nec his malis contentus, execrabilia quædam mandata pœnalia fecit, ne quis nos papam diceret aut scriberet, arma nostra in nostrum & sedis apostolicæ opprobrium torpiter & manifeste de locis publicis & privatis faciens deleri, & captivari jubeos ouocios oostros, & quamplures ad curiam adventaotes perturbavit, & pecuniis & bonis aliis spoliavit, præcludens omoem viam, quam potuit, ne litteræ nostræ per nos de indicto concilio generali, & aliis veritatibus edocendis, ad prælatos, principes, & communitates, eorumque ad nos pervenirent.

Quorum errores secuti sunt tandem Henricus olim Tusculanus episcopus, Angelus olim tituli S. Potentianæ presbyter, & Landulphus olim tituli S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus, cardinales. Quorum duo priores nobiscum, postquam primi fugerunt, steterunt Lucæ: nobiscum etiam, & cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, concilio generali, quod indiximus, unanimiter coosentientes, & promotiones & quæcumque tractanda erant tractantes publice & private, osque ad consensum ioclusive procedendi contra præfatos apostatas & rebelles olim cardinales, etiam distributiones recipieotes. Neeooo quaodo de Luca recessimus cum antedictis venerabilibus fratribus oostris, S. R. E. cardinalibus, petiere licentiam cum suis famulis nominatim expressis remanendi: quam in scriptis, ut voluerunt, concessimus, donec liberi forent a suis languoribus corporalibus: deinde se ad nos Senas venturos, ubi pro tune nostra residebamus cum curia, per replicatas, & nuncios frequentatos ad nos, oltra promittentes nobiscum perpetuo commorari. Landulphus vero, qui tune temporis io oostra civitate Perusina & circum adjacentibus terris, erat vicarius, per suum oratorem solemnem ad præsentiam nostram sæpe traosmissom, de consolatione oos commendavit, coosortavit ad patientiam, & ad procedendum contra sæpe dictos olim cardinales rebelles nos animavit, usque ad mortem nobis obedire promittens, & requirens quid ipsum facere juberemus, in hac confessione, solum verbali, ut suis factis ostendit, perseverans præcise quousque nostram & Romanæ ecclesiæ civitatem Assisii, contra fidelitatis propriæ juramentum, tradidit pro pecooia, & eam sibi imbursavit.

Nos igitur, attendentes quantum præmissa sont gravia, & graviorem, nisi efficax appooatur remedium, perniciem paritura, præsertim cum intendant ecclesiam oovo idolo profanare: cum insolentiæ, quæ sine cautionis remedio per conoiventiam tolerantur, anima-

rum pericula & gravia scandala consueverint generare: ac nequeuntes absque indignatione majestatis æternæ, & tremore conscientiæ, tam gravia scelera & excessus detestabiles amplius tolerare: postquam pluries per plurimos viros solemnes de nostro beneplacito & consensu, ad reversionem & plenam restitutionem & veniam fuerunt invitati, ipsique nostra clementia & impunitate abutentes, iniquitatibus iniquitates accumularunt: adversus præfatos iniquissimos viros olim S. R. E. cardinales, de fratrum nostrorum consilio, in virtute Altissimi decrevimus exurgere, & super præmissis contra ipsos procedere justitia medianta.

Quare Senis residentes in nostro consistorio, ipsos, Antonium olim Prænestinum episcopum, Aquilejensem vulgariter nuncupatum, Jordanum olim tituli S. Martini in Montibus, da Ursinis, Corradum olim tituli S. Chrysogoni, Militensem, & Franciscum olim SS. Quatuor Coronatorum, Burdegalensem, presbyteros, necnon Raynaldum S. Viti in Macello, de Brancaciis, Odonem olim sancti Georgii ad Velum Aureum, de Columna, Petrum olim S. Angeli, & Baldassarem Cossa olim S. Eustachii diaconos, cardinales, declaravimus privatos, & reos transgressionis præceptorum nostrorum, & de novo privavimus cardinalatibus, & eorum beneficiis, officiis, commodis, & honoribus: & vicesimo-octavo Septembris, de fratrum nostrorum hujusmodi consilio etiam privavimus, & privatos declaravimus, omnes cardinales primis superius privatis & declaratis privatis adhærentes & participantes in crimine, & nonnullos alios, omnibus dignitatibus, honoribus, gradibus, officiis, & beneficiis: intendentes, quam primum commode possemus, eosdem olim cardinales privatos citare, & præfatas declarationes & privationes iterum innovare, non aliter (pro tunc malitia temporis ordinium processum impediente) habiliter valens procedera.

Et quamvis prædicta & alia multa delicta, excessus, & crimina eorumdem, diu fuerint & existunt adeo notoria, quod nulla potuerint nec possint tergiversatione celari, nosque propterea absque alia citatione juste potuerimus ac
* Corr. supra
possimus declarare, prædictos infra * scriptas pœnas incidisse: ad majorem tamen cautelam & certitudinem præmissorum, & abundantiorem justitiam, necnon nostram mansuetudinem exhibendam, & ad convincendam eorum malitiam, de fratrum nostrorum prædictorum consilio, tenore præsentium citamus prædictos, Antonium olim Prænestinum, Aquilejensem vulgariter nuncupatum, Henricum olim Tusculanum, dictum Neapolitanum, episcopos, Corradum olim tituli S. Chrysogoni, Militensem, Jordanum olim tituli S. Martini in Montibus, de Ursinis, Petrum olim tituli basilicæ XII. Apostolorum, Mediolanensem, Joannem olim tituli S. Crucis in Jerusalem, Ravennatem, Angelum olim tituli Potentianæ, Laudensem, presbyteros; necnon Raynaldum olim S. Viti in Macello, de Brancaciis, Bal-
* Deest, olim
dassarem Cossa * S. Eustachii, Odonem olim S. Georgii ad Velum aureum, de Columna, Petrum olim S. Angeli præfatæ S. R. E. diaconos, cardinales, & quemlibet eorum in solidum, ut trigesima die, a data præsentium computanda, de quibus triginta diebus proxime futuris, decem pro primo, alios decem pro secundo, reliquos vero decem pro ultimo & peremptorio termino assignamus, si die ea consistorium erit, alioquin prima die tum sequente, qua per nos consistorium teneri contigerit, compareant personaliter coram nobis humiliter & honeste, ubicumque tunc erimus, visuri ac auditnri se declarari propter præmissa & alia fuisse & esse privatos, ac de novo privari officiis & beneficiis atque cardinalatibus, & tanquam hæreticos puniendos, & ad videndum & audiendum easdem declarationem & privationem per nos Senis factas, ut præfertur, innovari & publicari; necnon ad audiendum & videndum se declarari, & publicari se commisisse crimina inobedientiæ, apostasiæ, ariolandi, schismatis, blasphemiæ, & perjurii, conspirationis, calumniæ, falsi, & læsæ majestatis, & propter præmissa crimina incidisse in pœnas & sententias spirituales & temporales, in talia perpetrantes inflictas & promulgatas; ad audiendum etiam & videndum, per nos alias pœnas eisdem infligi, prout nobis visum fuerit, & justitia suadebit: certificantes eisdem, quod sive venerint, sive non, nos tamen in dicto termino ad declarationem & inflictionem hujusmodi faciendas, prout justum fuerit, procedemus, eorum absentia vel contumacia non obstante.

Et quia audivimus, Franciscum olim tituli SS. Quatuor Coronatorum, Burdegalensem, presbyterum, & Landulphum olim S. Nicolai in carcere Tulliano, Barensem, diaconum, præfatæ S. R. E. cardinales, se ad remotiores partes transtulisse adversus nostram innocentiam, contra ecclesiæ unionem & contra veritatem acturos pro posse: ipsos citamus, quatenus, prima dia, qua per nos consistorium teneri contigerit, post tres menses ab hodierna die proxime futuros, de quibus tribus mensibus unum pro primo, unum pro secundo, & reliquum pro ultimo & peremptorio termino assignamus, compareant personaliter coram nobis, ubicumque tunc erimus, visuri & audituri per nos decerni & declarari, ipsos propter præmissa incidisse in omnes supra scriptas pœnas; & audiendum & videndum per nos alias pœnas eisdem infligi, prout nobis visum fuerit & justitia suadebit: certificantes eosdem, quod sive venerint, sive non, nos tamen in dicto termino ad declarationem & inflictionem hujusmodi procedemus justitia mediante, eorum contumacia seu absentia non obstante.

Cæterum volumus & auctoritate apostolica decernimus, quod hujusmodi citationes perinde valeant, & plenum robur obtineant firmitatis, dictosque olim cardinales & eorum quemlibet perinde arctent, quacumque constitutione apostolica contraria non obstante, ac si eis & eorum cuilibet intimatæ, & insinuatæ personaliter & præsentialiter extitissent, &c. *Subdit, ne metu judicium sedis apostolicæ declinarent, remove ipsos latuisse obtentarent, liberi & tuti commeatus syngrapham se dare, & in principis ecclesiæ Ariminensis foribus, diploma defigendum jussisse: denique hæc adjungit:* *Sequens edictum, iisdem omnino verbis hactenus conceptum est.*

Et ut nil omittamus de iis quæ quomodolibet ad sacram unionem præsumi possunt pertinere, vestigia nostri Salvatoris sequentes, qui non solum debitorem decem millium talentorum contritum & rogantem absolvit, sed & sibi familiarem publicanum, honorandum, correctum tamen, assumpsit; & pœnitentem Petrum negatorem Deitatis & perjurum, suo gregi præfecit, prælibatos olim cardinales superius nominatos hortamur, & per aspersionem

san-

ANNO CHRISTI 1409.

sanguinis Crucifixi obsecramus, quatenus infra terminum eis ad comparendum, ut præmisimus, assignatum, ad cor revertentes, suosque recognoscentes errores, ad nos, benigne suscipiendi, revertantur pœnitentes, certificantes eosdem, quod ad cardinalatus commodum & honorem, necnon ad beneficia quæ primitus obtinebant, quorum tunc alteri non fuerit jus acquisitum, misericorditer restituemus; deletis inhabilitationibus, notis infamiæ, & quibuscumque censuris, quas ob sua scelera hujusmodi incurrissent, post prædictum terminum spe restitutionis penitus denegata: ut sic pœnitentes reversi, & a nobis pie restituti, ad sacræ unionis effectum, quem mundus pernicioso schismate fatigatus expectat, nobiscum cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, tractandum & perficiendum assistant. Hoc ipsum referri volumus ad prædictos, Franciscum olim tituli SS. Quatuor Coronatorum presbyterum, & Landulphum olim S. Nicolai in carcere Tulliano, diaconum, cardinales, si infra terminum trium mensium eis præfixum ad cor reverti & pœnitere voluerint. Nulli ergo, &c.

Datum Arimini XIX. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno secundo.

XIII.

GREGORII EDICTUM ALTERUM,

Quo cardinales, qui ad constitutum diem reversi non fuerant, omnibus dignitatibus privat.

Secundam tantum hujus edicti partem edimus, ex Raynaldi annalibus, qui primam partem omisit, quod iisdem verbis, atque superius edictum, concepta sit.

UT nil omitteremus de iis, quæ quomodolibet ad sacram unionem præsumi possent pertinere, vestigia nostri Salvatoris sequentes, qui non solum debitorem decem millium talentorum contritum & rogantem absolvit, sed & sibi familiarem publicanum, honorandum, correctum tamen, assumpsit, & pœnitentem Petrum negatorem Deitatis & perjurum, suo gregi præfecit: prælibatos olim cardinales superius nominatos hortati fuimus, & per aspersionem sanguinis Crucifixi obsecravimus, quatenus infra terminum eis ad comparendum assignatum, ad cor revertentes, suosque recognoscentes errores, ad nos, benigne suscipiendi, reverterentur pœnitentes: certificantes eosdem, quod ad cardinalatus commodum & honorem, necnon ad beneficia quæ primitus obtinebant, quorum tunc alteri non foret jus acquisitum, misericorditer restitueremus, deletis inhabilitatibus, notis infamiæ, & quibuscumque censuris, quas ob sua scelera hujusmodi incurrissent, post prædictum terminum spe restitutionis penitus denegata: ut sic pœnitentes reversi, & a nobis pie restituti, ad sacræ unionis effectum, quem mundus pernicioso schismate fatigatus expectat, nobiscum cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus tractandum & perficiendum assisterent.

Ac etiam attendentes quod, licet præfati olim cardinales cum anticardinalibus fuissent requisiti, & instanter rogati, per ambaxiatores solemnes carissimi in Christo filii nostri Sigismundi illustris regis Hungariæ, & dilectorum filiorum Michaelis Zeno ducis & communitatis Venetiarum pluries, necnon per oratorem dilecti filii Malatestæ de Pensauro ad requisitionem dilecti filii Caroli de Malatestis, quatenus pro bono hujusmodi unionis feliciter consequendo, nove per suum conciliabulum a nostro generali concilio separatum dicta unio retardaretur, sed forsan (quod absit) omnino impediretur, vellent a loco Pisarum discedere, & si non in loco nostri concilii ut dignum & justum esset, saltem in aliquo communi libero & sufficiente, ad quem locum communem, dimisso nostro loco, si quis per nos esset specialiter nominatus, nos parati eramus accedere, & per hoc nostram humilitatem & voluntatem, quam semper ad sacram unionem habuimus, & habemus, efficaciter exhibere: iidem hoc facere pertinaciter, & obstinate penitus denegarunt, nullam concordiam aliam volentes, nisi quod sequamur eorum pravas affectiones, iniquitates, & errores, quæ totum statum primæ sedis, sive Romanorum pontificum, præcipitio exponunt: in tanta duritia permanentes, quod nedum videntur sacram unionem, quam verbis prædicant, realiter & omnino refugere, sed etiam, proh dolor! ad perpetuandum, quantum in eis est, hoc schisma nefandum intendere, & novum idolum, id est alium antipapam, in Dei ecclesia velut conflatilem vitulum procurare. Quorum considerantes malitiam & contumaciam obstinatam, pro bono universalis ecclesiæ, cui auctore Domino præsidemus, gravibus nostri cordis aculeis pungimur, & ad procedendum contra eosdem mediante justitia sine prorogatione alterius termini perurgemur.

Adveniente igitur prædicta trigesima die, videlicet hesterna, tunc propter festi solemnitatem consistorium non tenuimus, sed die immediate sequente, videlicet hodierna: nobisque cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus in consistorio publico consistentibus, comparuit coram nobis dilectus filius Guillelmus Biordi de Latinis de Prato, Pistoriensis diœcesis, procurator fiscalis dictæ Romanæ ecclesiæ; & prædictorum olim cardinalium ad dictam diem citatorum, & non comparentium, & cujuslibet ipsorum, contumaciam accusavit, ac petiit ipsos & ipsorum quemlibet, per nos, contumaces & contumacem reputari, ac decerni, & declarari ipsos, & ipsorum quemlibet, in pœnas & sententias prædictas, & in ipsis processibus contentas, & alias propter præmissa a jure vel ab homine in talia perpetrantes inflictas, & quomodolibet promulgatas, seu etiam ordinatas, incidisse, & alias eis & eorum cuilibet pœnas per nos infligi, prout nobis videretur, & justitia suaderet.

Nos igitur dilectis filiis nostris Bandello tituli S. Balbinæ presbytero, Ariminensi, & Petro Mariæ in Cosmedin diacono, de Venetiis vulgariter nuncupatis, cardinalibus, vivæ vocis oraculo mandavimus, ut ad portas palatii nostri accederent, ut ibi per se & alios clamarent, & clamari facerent, ut si prædicti olim cardinales, vel aliquis eorum, vel aliqui aut aliquis pro eis vel eo, ibidem existerent, dictum palatium intrarent, & ad nostram præsentiam accederent. Et deinde prædicti Bandellus & Petrus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, ad nos redeuntes, dixerunt, se ad prædictas portas accessisse, & ibidem per se & alios clamasse, & clamari fecisse; prout eis a nobis mandatum fuerat, quod si iidem olim cardinales vel eorum aliqui seu aliquis, vel aliquis pro eis vel aliquo eorum, existerent, di-

ctum

ANNO CHRISTI 1409.

ctum palatium intrarent, & ad nostram præsentiam accederent: ac retulerunt se prædictos olim cardinales, aut eorum aliquem minime reperisse, nec etiam aliquem pro eis vel ipsorum aliquo. Propter quod prædictus procurator iterum petiit, prout primo petierat, & superius est expressum.

Nos igitur præfatos, Antonium olim Prænestinum dictum, Aquilejensem vulgariter nuncupatum, Henricum olim Tusculanum, dictum Neapolitanum, episcopos, Conradum olim tituli S. Chrysogoni, Militensem, Jordanum olim tituli S. Martini in montibus, de Ursinis, Petrum olim tituli basilicæ XII. Apostolorum, Mediolanensem, Joannem olim tituli S. Crucis in Jerusalem, Ravennatem, olim tituli S. Potentianæ, Laudensem, presbyteros, necnon Raynaldum olim tituli S. Viti in Macello, de Brancatiis, Baldassarem Cossa olim S. Eustachii, Odonem olim S. Gregorii ad Velum aureum, de Columna, & Petrum olim S. Angeli, præfatæ sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales diaconos, & quemlibet eorum, de fratrum nostrorum consilio reputantes, prout sunt merito, contumaces; nec volentes nec valentes, salva conscientia, tantam contumaciam, ac tot excessus notorios relinquere impunitos, in eosdem olim cardinales, propter hujusmodi contumaciam, excommunicationis sententiam promulgamus, & declaramus eos fuisse & esse inobedientes, apostatas, schismaticos, blasphemos, perjuros, conspirationis, necnon ariolandi, falsi, & læsæ majestatis criminibus irretitos. Et insuper propter eorumdem olim cardinalium excessus, & delicta, & alias supradicta, declaramus eos fuisse & esse privatos, ac de novo privamus, omnibus officiis, & beneficiis, dignitatibus, atque cardinalatibus, & eorum commodis & honoribus, & eos tanquam hæreticos decernimus puniendos.

Innovamus etiam & publicamus prædictas declarationes & privationes, per nos Senis factas: in quarum prima prædictos Antonium olim Prænestinum episcopum, Aquilejensem vulgariter nuncupatum, Jordanum olim tit. S. Martini in Montibus, de Ursinis, Franciscum olim tit. SS. Quatuor Coronatorum, Burdegalensem, & Conradum olim tit. S. Chrysogoni, Militensem, presbyteros, necnon Raynaldum olim S. Viti in Macello, de Brancatiis, Odonem S. Georgii ad Velum aureum, de Columna, Petrum olim S. Angeli, & Baldassarem Cossa olim S. Eustachii, diaconos, cardinales, de fratrum nostrorum consilio declaravimus privatos a die transgressionis præceptorum nostrorum, quæ fuit undecima Maji proxime elapsi, & ipsos de novo privavimus cardinalatibus, officiis, beneficiis, & eorum commodis, & honoribus; in secunda autem declaratione & privatione, quæ fuit XXVIII. Septembris, de fratrum nostrorum consilio privavimus, & privatos declaravimus omnes cardinales, primis superius privatis & declaratis privatis, adhærentes, & participantes in crimine, & nonnullos alios, omnibus dignitatibus, honoribus, gradibus, officiis, & beneficiis. Et nihilo minus præsente populi multitudine copiosa, per hanc nostram sententiam pronunciamus, decernimus, & declaramus, prædictos olim cardinales, propter prædictos excessus, in pœnas & sententias in prædictis processibus Urbani VI. prædecessoris nostri contentas, & alias in talia perpetrantes, tam a jure, quam ab homine inflictas, & promulgatas, damnabiliter incidisse, ipsosque fuisse & esse privatos, & eos privamus quibuscumque dignitatibus, honoribus, privilegiis, & gratiis, necnon omnibus terris, locis, feudis, & bonis ac juribus, & jurisdictionibus quibuscumque, quæ a nobis aut prædicta Romana ecclesia, vel quibusvis aliis ecclesiis, aut personis ecclesiasticis, vel Romano imperio, seu quibusvis aliis, quocumque titulo obtinent; ipsorumque bona, & jura omnia, fuisse, & esse confiscata, & ea confiscamus; ipsorumque olim cardinalium personas detestabiles, & infames esse declaramus. Et insuper omnes, & singulos, qui præfatis olim cardinalibus, vel alicui eorum, juramento fidelitatis seu homagii, aut alterius cujuscumque obsequii debito, submissione, obligatione, vel pacto quacumque firmitate vallato, prius tenebantur adstricti, absolvimus, & decernimus absolutos: ita quod nullus eis obedire, intendere, vel parere, nullus eis debita reddere, nullus eis respondere extra judicium, vel in judicio teneatur.

Monemus insuper omnes & singulos patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, & alios ecclesiarum prælatos, necnon quoscumque clericos cujuscumque gradus, conditionis, vel status existant, ne dictis olim cardinalibus vel alicui ipsorum, contra nos, & Romanam ecclesiam, vel nostras, & ipsius ecclesiæ jurisdictiones & bona, servire vel adhærere præsumant. Quod si secus egerint, eo ipso excommunicationis sententiam, & omnes alias pœnas, in supradictos olim cardinales inflictas & promulgatas, incurrant.

Mandamus etiam omnibus & singulis Christifidelibus, utriusque sexus, cujuscumque status, ordinis, dignitatis, præeminentiæ, vel gradus existant, etiamsi regali, reginali, imperiali, seu alia quavis præfulgeant dignitate, sub pœna excommunicationis, & aliis censuris, & pœnis gravissimis, per nos imponendis, prout nobis visum fuerit, & justitia suadebit, ne ipsis olim cardinalibus, vel alicui eorum, contra nos & Romanam ecclesiam, vel nostras & ipsius ecclesiæ jurisdictiones & bona, favere vel adhærere præsumant. Sint etiam ipsi olim cardinales intestabiles, nec testamenti habeant liberam factionem: ad bona quoque aliorum, ex testamento vel ab intestato, nullatenus admittantur: nulla fides, nulla eis credulitas adhibeatur; sed a testimonio velut infames, & indigni totaliter repellantur. Sit eis judicatus, & cujuslibet alterius officii publici exercitium interdictum.

Et insuper ut prædictorum olim cardinalium eo major sit confusio, quo ipsorum culpæ potentius fuerint divulgatæ: omnibus & singulis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, sub excommunicationis pœna, quam ipso facto incurrant, nisi mandato nostro hujusmodi, postquam ad eorum notitiam pervenerit, per nostras litteras ipsis episcopis vel eorum metropolitanis directas, paruerint in effectu, districte præcipiendo mandamus, quatenus ipsi prælati in singulis eorum ecclesiis, cum in eis major aderit populi multitudo, singulis diebus Dominicis & festivis, per unum mensem, campanis pulsatis, & candelis accensis, & demum extinctis, & in terram projectis, per se vel alios, dictos olim cardinales publice & alta ac intelligibili voce denuncient fuisse & esse excommunicatos, inobedientes, apostatas, schismaticos, blasphemos, perjuros, conspiratores, necnon ariolandi, falsi, & læsæ majestatis criminibus irretitos, & voca-

ipsos ut tales tamdiu faciant a Christi fidelibus evitari, donec ad cor reversi, suosque recognoscentes errores, a nobis, vel successoribus nostris Romanis pontificibus, absolutionis beneficium meruerint obtinere.

Quod si forte dicti olim cardinales, vel ipsorum aliquis, in mortis articulo, ab alio quam a nobis vel successore nostro Romano pontifice fuerint absoluti: nihilo minus decernimus, & volumus, quod ipsi perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Et si supervixerint, volumus, quod quam cito commode poterunt, coram nobis vel dictis successoribus nostris se personaliter repræsentent, satisfacturi & recepturi, prout justitia suadebit. Alioquin, ne propter hoc censuræ ecclesiasticæ eludantur, volumus quod ipsi olim cardinales in eamdem excommunicationis sententiam reincidant ipso facto: & quicumque eosdem olim cardinales, vel eorum aliquem, scienter præsumpserit ecclesiasticæ tradere sepulturæ, usque ad satisfactionem condignam excommunicationis sententiæ se noverit subjacere: nec absolutionis beneficium obtinere mereatur, nisi propriis manibus ipsorum, vel ipsius, olim cardinalium vel cardinalis, corpora seu corpus exhumulent, & procul abjiciant ab ecclesiastica sepultura: & nihilo minus locus ille perpetuo careat ecclesiastica sepultura. Et nisi prædicti olim cardinales se correxerint a prædictis excessibus & delictis, sine alia citatione aut monitione, pœnas alias, quas pro nunc misericorditer omittimus, imponemus eisdem, prout nobis visum fuerit, & justitia suadebit. Nulli ergo, &c.

Dat. Arimini XIX. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno III.

XIV.
GREGORII PAPÆ EPISTOLA
Ad Florentinos.

Apologiam apud eos suam instituit.

Gregorius, &c. dilectis filiis nobilibus viris prioribus artium, & vexillifero justitiæ populi & communis Florentiæ, salutem, &c.

Omnis catholicus fidei Christianæ zelator quantum teneatur pro fide Christi, & sacræ unionis dulcedine laborare, nec debet nec potest, si sanæ mentis existat, ullatenus ignorare: cum & fidei documenta exhibeant, & ipsa natura, unitatis amorem in cunctis animantibus etiam repræsentet. Proinde cum nunc de re ipsa litteras patentes, dilectissimi filii, habuerimus per manus unius, qui se vestrum dixit esse cursorem, sub vestri prioratus officii nomine, vestrorum prædecessorum tempore datas, licet eorum gesta & scripta in hac materia potuissent & debuissent, prout vos ipsos nosse putamus, non ita inhonesta transire: attamen placide accepimus & libenter, ac ipsarum contenta perspeximus diligenter, cum nil vere gratius possit nostro præsentari conspectui, quam de re ipsa tractari cum modis & mediis, per quæ possit non infici, sed perfici, sicut optavimus semper, & cupimus tota mente.

Et ut sic firmiter videatis, nulla recognoscentes erronea a dilectis filiis communitate vestra catholica, sed a quibusdam civibus minus quam debita commotione deductis, quos in meliorem spiritum reducat Altissimus; & desiderantes, ut prædiximus, exitum bonum rei: non tardabimus ultra ea, quæ oratores nostri, quos nunc apud vos debetis habere, exposuisse amodo debuerunt, etiam præsentibus respondere. Et ut præfatarum litterarum continentiæ uberius satisfiat, ad ea quæ tangunt particulariter descendemus.

Dicunt siquidem in primordio, neminem esse debere, qui non habeat Dei ecclesiam, sublato pestifero schismate, uniendum intendere, & quærere, & ejus pacem: & cum, Divina bonitate, non sitis inferius membrum ipsius, nulla in re debere vos enixe magis, atque diligentiori cura laborare indicatis, quam dare pro viribus operam tantæ rei. Contentamur certe & lætamur, quod nec infimi sitis, sed potentes pariter, & fideles noscamini, et juvetis ut compleatur hoc sanctum Dei desiderium, atque nostrum. Licite tamen & congrue, prout convenit, & aliter quam fuerint prædecessores ipsi vestri, qui ad multa indecentia devenerunt: & si tot legationum vices, quot apud nos, Petrum de Luna transmisisse dicunt, pro re ista non profuerint, dolemus corde tenus & affligimur.

Sed noscit Deus, & homines viderunt, tam ex vestris, quam aliis qui adfuerunt, si volunt veritati hærere, quod per nos numquam defuit, nec remansit. Et si tot sciverunt Florenorum millia, quot provenisse scribunt de vestrorum finium beneficiis ad hæc trahi: bene scitis vos, & ipsi qui sic scribunt, quod multo plura fuere quæ sub illo nomine pro vestra republica remanserunt, si illa modica voluimus, & quæ habuimus, esse conversa pro Urbis tuitione, quam non potuimus propterea defensare, neglectis etiam indigentiis propriis, quas portavimus pro tractatus unionis prosecutione, quam facimus tam ferventer, omissis omnibus cum prostratione personæ, quam & in æstatis ardore, & in hyemis glacie, omni submisimus periculo & jacturæ, deferentes propria, & cum evidentia personalis discriminis, non semel, sed pluries per aliena viatoris more vagantes, & incassum hucusque, malignorum operante versutia, quam novistis.

Nil valuisse dicunt exhortationes, & preces, & oblationes factas nobis de Pisana, Florentina, & aliis civitatibus, oppidis vestris, &c. Exhortationes ipsas equidem atque preces admisimus, et habuimus gratas singulariter et benigne, et, quantum in nobis fuit, valuere continue, et valerent semper in omnibus possibilibus et honestis. Sed quæ de vestrarum civitatum oblationibus tangunt, quomodo fuerint, ut alii intelligant, expedit aperire. Cum enim de provincia nostri patrimonii discessimus, et in Tusciam declinavimus, non volentibus jam corruptis nostris, qui tunc erant, cardinalibus, per viam Lombardiæ, ut deliberaveramus, transire, et appropinquare Saonam pro re ista sancta perficienda, si potuissemus: ad vos misimus et quæsivimus instantissime Florentiam, vel in alia ex vestris terris nobis magis grata, et facto accommoda, receptari, dispositi ex tunc, cum Altissimi gratia, protectioni communitatis vestræ principalius inhærere. Et responsum fuit, non posse, nec velle, si pars adversa non veniret. Et nos ut veniret institimus totis viribus: eaque recusante, non valuimus habere. Perreximus Lucam, et cum gentibus vestris et per terras vestras, fidenter et domestice, quantum scitis: et dum Lucæ essemus, vestra semper loca quæsivimus, et ut pars adversa conveniret nobiscum in Pisis, fecimus posse nostrum. Dumque essemus in strictiori tractatu, adversarii ipsi pararunt

runt insidias contra Urbem; & contra personam nostram etiam conspirarunt: ut sic aliquos ex ipsis tunc cardinalibus nostris, contra nos etiam ad invicem conspirantibus, subtraxerint a nobis, qui contra præcepta nostra Pisas perrexerunt, ut nostis, per aliquos ex vestris ducti, qui sub unionis colore talibus intendebant, ut tamen credimus, præter & contra mentem communitatis vestræ. Fecerunt autem sic, quod, ubi nos eum nostris minimum locum ex vestris non potuimus habere, ipsi conspiratores & fugientes a nobis Pisas obtinuerunt, & cum parte adversariorum in ea postea se junxerunt. Quantum igitur illa conformia fuerint oblationibus, quas tam amplas factas iniquiunt & sinceras, quantum bonæ caritati convenerint, qualeque præparatorium fuerit unioni, quod a divisione & scandalis inchoassent, prudentia vestra judicet.

Sed his missis, quæ vitia non fuere erroris, vestræ universitati, ut credimus, per antea tunc non nota: veniamus ad alia, quæ litteræ ipsæ dictant, ubi ajunt scriptum esse, non qui cœpetit, sed qui perseveraverit salvum esse, & ob id suum habuisse consilium a doctoribus & jurisperitis & timentibus Deum, synodum spectare ad illos qui olim cardinales fuere, & alios a jam diu pro schismaticis & hæreticis condemnatos, & pro illa Pisas concessisse eisdem. Respondeant qui talia scribunt, & qui tunc in vestris magistratibus præfuerunt, qui fuere doctores, & qui isti fuere periti & timentes Deum. Fuerunt perditionis filii, ille olim Aquilejensis, & alter, qui appellatur de Turejo, & Baldassar Cossa, qui Antonium de Butrio & Petrum de Ancharano, doctores suo jugo submissos, metu præmiserat, contra suam conscientiam autorantes. Qui Antonius, quæ dixerat & scripserat, revocavit in mortis articulo, ut fideliter nobis constat. Fuerunt & illi, olim Mediolanensis & Ravennas, qui seducti sunt, & secuti Baldassarem præfatum, tamquam mali caput. Fueruntne isti consultores, qui contra Christum Domini convenerunt in unum in civitate vestra Florentiæ de mense Augusti proxime præteriti, dum pro conciliabulo ipso, quod synodum vocant, Pisas obtinuerunt, pro sacro generali concilio per nos indicto die secunda Julii præcedentis ad festum proximum Pentecostes, si potuissent, impediendo: non verentes, in tempora, ut in aliis, falso uti, fingentes præfatum conciliabulum xv. Maii posuisse celebrandum in Pisis, cum dicti loci concessionem, ut dictum & manifestum est, circa finem dicti mensis Augusti tantummodo obtinuerint. Quam utinam non habuissent! & modo forsan res esset meliori unionis dispositioni propinqua.

Quare cum ab ambaxiatoribus nostris, qui tunc Florentiæ erant, quorum unus adfuit inter alios, vir singularis & doctor eximius dilectus filius noster Petrus Mauroceno, tunc notarius noster & modo suis meritis diaconus cardinalis, clare ostenderetur eis omni ex jure contrarium, exaudire noluerunt? Quare & cives vestri proprii doctores & magistri, tam religiosi, quam sæculares, in opinione æquissima cum nostris oratoribus concurrentes, recusati fuere? Quare præclara consilia vestri populi vestrique communis noluerint admittere, dum negarunt præstare assensum, magnum cognoscentes errorem tam de conciliabulo ipso, quam de concessione civitatis Pisanæ; ut sic illos tunc præsides vestros oportuerit pro sua & præfatorum malignitate

A fovenda ad vias pergere indirectas, & (prout apud nos notorium esse constat) civitatem ipsam concesserunt eisdem per viam baliæ Pisanæ ad hæc totaliter impertinentis, nisi forsan pertinens facta fuerit, prout fertur, pro observatione & executione promissionum, quæ de subtrahenda obedientia nostra facta fuisse dicuntur, quando cum gubernatore Januæ fuit conventum de habendo dominio civitatis Pisanæ. Multa autem cum præfatis civibus vestris in ipsa concessione civitatis Pisanæ & conciliabuli offerta, minus quam licite interventa, nolumus aperire: quæ tamen communitati vestræ non credimus fore ignota. Non fuit hæc perseveratio bona: longe præstantior & Deo ac-
B ceptior extitisset accelerata peccati correctio.

Dicunt post hæc, ad nos misisse, ut ad præfatum conciliabulum assentiremus accedere. Quod quantum absurdum fuerit atque sit; judicet ipse Deus, & vestrarum conscientiarum maturitas velit justo judicio intueri: postquam ipsi agnoscere noluerunt, cum evidentissimis rationibus monstraretur, omni jure omnique æquitate improbum & detestabile illud esse. Sed esse debebat, quod postea tempore suorum in officio successorum, qui viri modestissimi fuere, ad preces & instantias carissimi in Christo filii nostri regis Hungariæ illustris, & dilectorum filiorum ducis & communitatis Venetiarum, & subsecutione Caroli de Malatestis, annueri-
C mus loca mutari, & in uno loco communi, libero, & secuto, esse cum eis, ut sic ex utraque parte fieret sacrum generale concilium. Quod licet in auribus vestræ communitatis, ut fertur, consonum videretur: illi tamen reprobi renuerunt, in sui conciliabuli obstinatione damnabiliter persistentes. Quamobrem dicunt ipsi vestro officio præcedentes, per litteras eorum prædictas, exhortatos a multis obedientiam nobis tollere, postquam non volebamus nostra juramenta, vota, & promissa servare, nec aliquorum partes audire, ob id convocasse prælatos, magistros & doctores, religiosos & alios sanctos viros, degentes in locis suæ ditioni subjectis, & cum eorum consilio obe-
D dientiam subtraxisse: prius tamen ad nos misso uno egregio & peritissimo domino Stephano Bonacursi oratore suo, & in nihilo proficiente, & cum conditione, subtractionem ipsam fecisse, quod non ante sextum & vicesimum diem præsentis mensis Martii locum habeat: declarasse quoque, quod si infra hoc tempus volumus ad præfatum concilium accedere, nosque libere & sponte determinationi illius conciliabuli submittere, atque quod determinationi præfatæ stare nos obligabimus, vel si decreverimus infra præfatum xxvi. diem per nos vel legitimum procuratorem nostrum, cum pleno & irrevocabili mandato ad prædicta, renunciare papatui in manibus præfato-
E rum damnatorum Pisis existentium, quos cardinales appellant, aut alterius cujuscumque speciale mandatum ad prædicta habentis ab eis, tunc in illis casibus subtractio ipsa perinde sit habenda ac si non facta esset: ad prædicta nos orantes & obsecrantes, cum oblatione salvi conductus pro nobis & societate honesta, ad dictum conciliabulum accedendi. Et hæc est summa ad contextum scriptionis illorum vestrorum in officio prædecessorum.

Ah pater omnipotens! unde tuis creaturis, quas de nihilo facis, præsumptio talis & tanta est, quod in sedem tuam sanctam, quam

pro

ANNO CHRISTI 1409.

pro ipſis conſarvandis, & ſalvandis, conſtituiſti in terris, non timeant inſurgere tam proterva? Unda eſt, quod calumnias & ſallacias faciant ante te, qui omnid præſentia habes? unde, quod non arubeſcant tuæ majeſtatis tronum, in ſæculo iſto tam dulciter inſtitutum, impellere & velle ducere vult monſtrum? Parce, parce eis miſericorditer, & ignoſce, oramus ſuppliciter, & ſuccurre: ne pereat grex tuus, pro quo tu mortis patibulum toleraſti. Et vos, filii dilectiſſimi, ab intimis cordis penetralibus axhortamur, ut facies veſtras vertatis in cælum, corda veſtra figatis in Domino, nec veſtrorum prædictorum in officio prædeceſſorum veſtigia imitemini, qui dicunt convocaſſa concilium ad ſubtrahendum obedientiam B apoſtolicæ poteſtatis, pro damnatorum obſtinatione tuenda, quam debuiſſent, & deberent, reprimera penitus & opprimere.

Præſupponunt nos nolle juramenta, vota, & promiſſa noſtra ſervare, falſum totaliter affirmantes: cum & vota, & juramenta, & promiſſa ſemper voluerimus & velimus, & in futurum continue intendamus integraliter obſervare, & mortem potius ſubire vellemus, quam deſiſtere abeiſdem. Laudes Altiſſimo, qui hanc firmitatis gratiam nobis indulget. Et firmum hoc teneatis, & tenera poſſunt qui verum diligunt, non ut illi, qui ajunt de ſuo domino convocaſſe concilium: & taliter ſolum da ſua ditione vocaſſent, ut prætendunt. Sed ut alii C ſciant, qui a longe diſtant, cum vobis, qui vidiſtis, dicere non ſit opus; quare & da Bononia nobis ſubjecta, ſed occupata tyrannida per principaliorem unionis hoſtem & pacis Baldaſſarem præfatum, convocarunt generales illos Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum, ac ſequaces ipſorum privatos, & juſto Dei judicio tam per proceſſus noſtros, quam aliorum prædeceſſorum noſtrorum ſummorum pontificum, condemnatos, propter conſpirationes & conjurationes ac ſacrilegia contra nos commiſſa per eos? Quare & alios quoſcumque, & undecumque potuerunt habere, nobis infeſtos & rebelles? quare & illos reprobos, Aquilejenſem, & de Turejo, & Mediolanen- D ſem, fecerunt præſides in concilio, & dilectum filium noſtrum Lucam civem veſtrum ibidem exiſtentam, presbyterum cardinalem, & apoſtolicæ ſedis legatum, noluerunt admittere, ſicut prius receperant, & honoraverant in ſuo domino, ut cardinalem pariter & legatum? Quare, ſi concilium, prout decet, liberum eſſe volebant, vexillifer ille juſtitiæ prima• die ſurrexit in principio, dicens, præmiſſo aliquali libertatis colora, deliberatum eſſe per dominum Florentinum nullis bullis domini papæ Gregorii obediri ſub eorum dominio, ſive per privationem, ſive per deceſſionem prælatorum eſſent, & adhuc determinatum nullum denarium domino papæ Gregorio portari per col- E lectores de juriſdictiona ipſorum? Quid aliud hoc erat, niſi ſuadera omnibus, obedientiam nobis totaliter ſubtrahendam? Quare & ad hunc finem die ſecunda cancellarium ſuum in introitu concilii fecerunt dicere quæ dixit, & poſtea per dominum Laurentium de Rodulphis in publico etiam allegari? Quare & illi tres viri Dei, qui ſoli reſtiterunt, & pro veritata noſtra dixerunt, etiam uno ex ais pro juſtitia monſtranda uſque ad ignis introitum ſe offerente, ſi quis ax contrariis voluiſſet intrare, compulſi fuerunt & minis attriti, ita ut eos

ANNO CHRISTI 1409.

A taecere oportuerit, immo & alium ex eis, qui taecere noluit, ut aſſeritur, deſerere civitatem? ſuntne iſta liberi concilii oſtenſiva? non certa.

Dicunt præfatum Stephanum oratoram ſuum præmiſiſſe, & nil profuiſſe: cum & ipſe a nobis non niſi ardentem noſtrum ad unionem affectum potuerit reportare, & deſerre, per oratores ipſos noſtros quos actualiter nunc habetis, nos debite reſponſuros. Sed in hoc, prout in aliis, ſe geſſerunt, cum oratorem ipſum ſuum poſt dictam eorum congregationem miſerunt, & trium dierum terminum nobis dari fecerunt ad reſpondendum eidem. Litteras Florentiæ datas die qua hinc orator ipſe diſceſſit, B poſtea tranſmiſerunt, præceptorias, & ſub gravibus pœnis minatorias ſubditis ſuis in noſtra curia exiſtentibus, ſi e veſtigio non diſcederent. Ambaxiatorem ipſum dicunt nil profuiſſe, cum adhuc reſponſum non habuiſſent a nobis: quod habituri tamen erant, ut habuiſtis, minime expectarunt; ſique illud, ut debet, admittitur, proficuum utique valde arit, & ſancti operis perfectivum. Sed ut nullus ex actibus ſuis ab altero diſcreparet, fecerunt ipſos in omnibus conſimiles, & conformes ad obedientiam etiam ſubtrahendam: licet parum reſtaverit ſubtrahendum, cum præceptum ſuit ab ais, litteras apoſtolicas non ſervari, & introitus canonicos interdici. Solum ſupererat atque reſtat nomen C papatus, circa quod principaliter cum promiſſionibus & pactis abhorrendis, illis veſtris civibus bene notis, omnis eorum aſtutia malignatur, & præfatorum reproborum ambitio tendit, non reſpicientium unionem, nec quidquam, dummodo id ſibi valeant quærere quovis modo. O cæca cupiditss! o cupida rabies! o inſana fragilitas hominum non verentium Dei ſedem offendere, ut illam condemnatione æterna ſibi valeant vendicare! procul vere ſunt ipſi a nobis, qui illam graviter aſſumpſimus, [a] & ſolum Dei timorem & amorem, ejus nutu percepimus electionem noſtram concorditer & ſpontanee factam eſſa, cepimus onus iſtud cum intentione & aviditate intentiſſima D unionem & pacem dandi populo Chriſtiano: ad quæ ſuper omnia apud Deum noſtrum continue & ſincere retinemus intentum.

[a] Forte, & ob ſolum. H,

Et ob id prædictos noſtros ad præſentiam veſtram miſimus oratores, tria habentes a vobis principaliter procurare. Primum, quod noſtra veritas, noſtraque juſtitia, immo Dei, locum habeat apud vos plusquam malignitas adverſantium. Secundum, quod inobedientiam velitis evadere, & in catholica fide & debita obedientiæ præſtatione perſiſtere: cum non hominibus, ſed Deo vivo & vero impendatis. Nec credatis quod hæc quæramus ob aliud, quam ob ſuam reverentiam, & ſalutem veſtram, & aliorum conſideratione fidelium, pro quorum E etiam intareſſe tenemur & inſtitimus pluſquam noſtro: ne principes & magnates, communitates & univerſitates, & cæteri obedientiæ noſtræ, taliter videant cum Gallicorum gloria ſe deluſos, & exemplum perpetuum dimittatur in terris taliter & tam graviter excedendi. Tertium & ultimum eſt, quod non velitis noſtrum ſanctum propoſitum perturbare, ſed juvare, ut tenemini & debetis, & adverſantes illos inducere ad locum tertium, communem, liberum, & univerſale aoncilium celebrare, & pacem ac perfectam unionem dara, quam cupimus & ſperamus. Neque putetis, quod de lo-

ANNO CHRISTI 1409.

eo tertio dicimus, dilatorie interponi. Parati A sumus, prout ab ipsis oratoribus nostris etiam debuistia habere, nos virum eligere *Deum* timentem, pacem amantem, schisma odientem, & cunctis respectibus unionem sacratissimam procurantem, qui pro parte nostra locum eligat supradictum, si ad idem potestis adversarios pro eorum parte deducere: quod recusare non debent, si pacem & unionem, quam ore prædicant, corde gerunt. Velit igitur, quidquid per vestros actum sit in præteritum, devotio vestra, quam per illas strictiores & magis pias, quas possumus atque scimus, obsecrationes in Domino requirimus: & monemus, his nostris justis desideriis ad tantum bonum perficiendum, juxta spem & fidem nostram, reddere vos con- B formes. Et si nulla causa alia vos inducat: saltem moveat illa Divina, quæ super omnia est, bonitas & majestas.

Dat. Arimini, IV. Id. Martii, pontificatus nostri anno III.

X V.

ALEXANDRI PAPÆ [b] VI.

b Lege, Papæ V.

DIPLOMA,

Quo Pisani concilii acta confirmat.

RErum omnium summi ac providi ordina- C ntis, domini nostri Jesu Christi, vices, quamquam insufficientibus meritis, gerentes in terris, exemplo ejus invitamur, ut de suprema apostolicæ dignitatis specula, ad singulas orbis partes, nostræ considerationis aciem extendentes, ad ea potissimum, per quæ fides catholica roboretur, ac hæreses & schismata procul ab ecclesia depellantur, ac illa, quæ ad hoc provide & solemniter gesta sunt, & pro salute Christi fidelium executioni debitæ demandantur, opem atque operam, prout nostrum requirit officium, impendamus.

Sane dudum, videlicet anno Dominicæ Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, in Romana ecclesia, hoste humani D generis procurante, gravis & pestilens nimium exorta scissura, magna populo Christiano infra breve tempus attulit detrimenta: tota ipsius ecclesiæ fabrica per illam in duas partes divisa, quarum uni quondam Urbanus VI. in sua, & alteri quondam Clemens VII. in ejus obedientiis nuncupati, eodem tempore ut Romani pontifices præsidebant; Urbanus quidem in Italia, Clemens autem præfatus in Gallia, sibi sedem, adhærentium auxilio, vendicabant. Deinde ipsis duobus contendentibus ab hac luce subtractis, quondam Bonifacius IX. Urbano, & iniquitatis alumnus Petrus de Luna olim Benedictus XIII. in eorum obedientiis nuncupati, Clementi prædictis, ac etiam postea Bonifacio prædicto vita functo, quondam Inno- E centius, qui VII. ac domum etiam ipsi Innocentio, infra pauca tempora sublato de medio, perditionis filius Angelus Corario, qui olim Gregorius XII. nominabatur, in hujusmodi obedientiis successerunt. Sed cum dicto Clemente vita functo, ageretur, ut alter in locum ejus subrogaretur: cardinales de obedientia ipsius Clementis, de quorum numero tunc erat Petrus de Luna prædictus, ad extirpanda discrimina generalis incommodi, quæ ex schismate hujusmodi continue pullulabant, ad invicem pro- A miserunt, & juramento firmarunt, ut si quis eorum in successorem dicti Clementis eligeretur, prosequeretur extirpationem schismatis, & unitatis vinculum in Dei ecclesia, etiam usque ad renunciationem sui papatus inclusive, si majori parti cardinalium eorumdem pro bono unionis expediens videretur: ut in quadam cedula super præmissis facta, & subscripta manibus ipsorum cardinalium, plenius continetur.

ANNO CHRISTI 1409.

Hæc autem ipse Petrus non solum una cum cæteris unanimiter promisit, & juravit: verum etiam in verbis suis affectionem ac sollicitudinem, erga unionem per hanc viam habendam, ardentissimam ostendebat. Ex cujus assertione & verbis, cardinales prædicti, qui tunc pro B electione celebranda convenerunt, potissime invitati dicuntur ad electionem de persona ejus faciendam: credentes proculdubio, quod ea quæ ore & labiis prædicabat, etiam corde & opere cum sinceritate exequeretur. Sed præfatus Petrus, dicto Clementi surrogatus, licet statim rebus adhuc recentibus iterato promiserit & juraverit illa observare, & per varias mundi partes verbo notificaverit & scriptura, se pro bono unionis esse omnino paratum renunciare, adversario suo pariter renunciante: tamen paulo post, honoris fastigio & dominandi cupiditate allectus, ac retrorsum conversus, primo paulatim tergiversari, deinde aperte contradicere, & sine ullo velamine impugnare C viam cessionis incepit, omnesque exosos habere, qui de hoc audebant sibi facere mentionem. Angebantur miserabiliter cardinales præfati, se & commodum Christianitatis contra spem suam ludificari, atque decipi conspicientes. Sed tantus erat imminentis periculi terror, qui in actibus atque verbis tam ipsius Petri, quam aliorum quorumdam intrinsecorum ejus proferebatur, ut alii ex eisdem cardinalibus ori suo silentium imponere, alii qui liberius de hoc locuti fuerant, comminationum metu, interdum a consiliis, & ab ipsis Missarum solemnibus, non petita licentia, nec expectato fine, recedere, alii ex nostra civitate Avenionensi, in qua idem tunc Petrus dege- D bat, subito abire, ob timorem captivitatis & carceris, cogerentur.

Nec solum cardinales ipsos contempsit, verum etiam principes & dominos temporales, qui ad hanc viam ipsum exhortabantur: inter quos carissimus in Christo filius noster Carolus rex Francorum illustris, quo majori auctoritate ipsum Petrum, ad ea, quæ promiserat, observanda induceret, dilectum filium nobilem virum Joannem Bituricensem, & quondam Philippum Burgundiæ, patruos, ac Ludovicum Aurelianensem, germanum, duces, cum notabili comitiva prælatorum, ac magistrorum in theologia, & juris doctorum, & aliorum insignium virorum, oratores ad eum transmisit. Qui cum ad unionem Christianorum ex parte E ejusdem regis ipsum Petrum hortarentur, & viam cessionis, tamquam breviorem & necessariam, præferrent, & non solum promissiones & juramenta ab eodem Petro nuper super hoc facta, sed etiam verba ipsius allegarent, qui legatus existens in Francia, quibusdam ex præfatis ducibus, & aliis notabilibus viris dixerat, fore necessarium & expediens, ut per viam mutuæ cessionis finis schismati imponeretur: ac etiam ipsi cardinales tunc simul ob præsentiam ducum congregati, hanc viam cessionis expedire pro bono unionis assererent,

& de

ANNO CHRISTI 1409.

& de hoc sibi supplicarent, & quia supplicationibus, & rationibus nihil proficere posse videbant, in vim promissionis, & juramenti, eumdem Petrum solemniter requirerent, ut per viam cessionis pacem ecclesiæ prosequi vellet: præfatus Petrus calcato pudore, & dominandi cupidine obcæcatus, expresse facere denegavit.

Denique ne singula (quod nimis prolixum foret) consectemur, hanc viam cessionis per varios regum & principum oratores sibi propositam, per se improbavit, & per alios ejus intrinsecos fecit publice impugnari. Ac tandem, ut omnibus spem de illa præcideret, per suum confessorem in ecclesia fratrum ordinis Prædicatorum Avenione fecit publice prædicari, quod ipse potius pateretur mortem, quam hujusmodi viam quomodolibet acceptaret. Quin etiam cardinalibus præfatis aliquando in sua præsentia constitutis idem Petrus affirmavit, frustra sibi de hoc mentionem fieri, quia ipse numquam illam viam prosequeretur, etiamsi adversarius renunciare vellet, & quod numquam sederet inter cardinales in eodem scamno: pro hoc evidenter ostendens, se de statu suo, non de unione, & pace Christianorum, prout facere promiserat & juraverat, cogitare.

Ob hæc igitur perjuria, perversitates, & errores, eidem Petro obedientia in regno Franciæ subtracta: cum per aliqua temporum curricula hujusmodi subtractio duravisset, ipse tandem suos defectus aliqualiter recognoscens, per instrumentum publicum, quod fere ad omnes reges & principes suæ partis direxit, viam obtulit mutuæ cessionis, adversario cedente, mortuo, vel ejecto. Promisit etiam dictus Petrus in eodem instrumento, quod ad congregationem, synodum, vel concilium, quod inde teneri vel celebrari contingeret pro unione ecclesiæ, ipse accederet.

Et per hujusmodi oblationem, & alias quasdam considerationes, fuit tunc eidem Petro obedientia restituta. Credebatur enim, quod illa quæ verbo obtulerat, facto adimpleret. Sed exinde continuata perjuriorum serie, non magis postrema, quam priora ejus promissa servavit. Cumque postmodum ad Bonifacium præfatum suos dictus Petrus misisset oratores (quibus tamen, quid daret in mandatis, quidve illic facere aut tractare deberent, cardinalibus præfatis tenuit occultum) atque ipse Bonifacius intra paucos dies, postquam dicti oratores ad eum venerant, decessisset: cardinales, qui eidem Bonifacio adhæserant, dictos oratores tunc etiam Romæ existentes requiri fecerunt, & requisiverunt, quod si a dicto Petro mandatum seu potestatem habeant de via cessionis offerenda, hoc eis notificarent, quia ipsi cardinales dispositi erant in eo casu ab electione cessare; & si de hoc mandatum non habeant, quod mitterent super hoc ad ipsum Petrum, & quod ipsi intendebant in electione supersedere, & expectare responsum: præfati oratores se nullum habere mandatum de cessionis via offerenda, & quod pro hoc mittere nolebant ad dominum suum, responderunt: quoniam dicta via cessionis bona non erat, ex quo non solum evidens, verum etiam palpatum fuit, ipsum Petrum ad ostentationem dumtaxat, non ad aliquem unionis effectum, oratores prædictos in Italiam transmisisse.

Post hæc igitur dictorum oratorum responsa, quæ tergiversationem dicti Petri maxime detexerunt: cardinales præfati Romæ existentes, quibusdam quæ ad unionem habendam utilia credebant, præordinatis, ad electionem processerunt. Et quia paulo post per experientiam manifestum fuit, quod illa, quæ tunc dicti cardinales circa unionem consequendam ordinaverunt, non satis adversus malitiam & cupiditatem hominum valida fuerant: propterea ipso quoque Innocentio, qui dicto Bonifacio surrogatus fuerat, infra breve tempus vita functo, iidem cardinales, antequam ad electionem procedere vellent, magno zelo unionis inducti, disposuerunt ad fortiora remedia pro pace & reintegratione Christianorum manus apponere. Itaque præfati cardinales, inter quos etiam dictus Angelus Corario erat, in palatio papali Romæ apud sanctum Petrum, ad eligendum successorem tunc insimul congregati, universaliter singuli, & singulariter universi, unanimiter & concorditer promiserunt, jurarunt ad invicem, ac Deo, beatæ Virgini, sanctisque apostolis Petro & Paulo, & toti cælesti curiæ voverunt, quod si quis eorum in successorem dicti Innocentii foret assumptus, pro integratione Christianorum, renunciaret effectualiter juri suo & papatui, si & quatenus dictus Petrus, aut ejus successor, qui esset pro tempore, similiter renunciaret ac cederet juri suo, sive decederet, dummodo ipsius Petri cardinales cum ipsis cardinalibus ipsius Angeli vellent taliter convenire & concordare, quod ex ipsis hinc inde sequeretur canonica electio unici Romani pontificis; quodque ad creationem novorum cardinalium non procederet. Ac etiam multa tunc expressa promiserunt se facturos, & curaturos in hac parte, omni dolo & fraude atque mala interpretatione cessantibus. Et sic quilibet ipsorum juravit corporaliter, manu tactis sacrosanctis evangeliis coram se præsentialiter præsentatis, servare, adimplere, ac exequi; quodque a dictis promissione, voto, & obligatione, ac juramenti præstatione, & ejus observatione, ac omnibus & singulis supradictis, nullus eorum absolutionem peteret, seu impetraret, per se vel alios, nec impetratis aut impetrandis uteretur, & sibi forte concessam nullatenus acceptaret, nec data potestate per ipsum [a] alterius faceret se absolvi, seu etiam cum aliquo secum dispensari, sed vellet dicto vinculo remanere perpetuo obligatus; quodque ad majorem certitudinem, & firmitatem præmissorum, quilibet eorum teneretur se subscribere manu propria omnibus & singulis instrumentis exinde conficiendis: quorum quidem instrumentorum, quilibet eorumdem cardinalium unum, vel plura haberet valere, pro ejus arbitrio voluntatis.

Quibus quidem promissionibus, juramentis, votis, ut præfertur, emissis, idem Angelus tunc dicto Innocentio surrogatus, promissiones, juramenta, & vota hujusmodi, etiam post eamdem surrogationem immediate, ac deinde in ejus consistorio generali, ratificavit & renovavit, alios increpando, qui cum pacem & unionem potuissent Christianitati præstare, neglexerant: ac litteras suas, uti juxta tenorem ejusdem instrumenti tenebatur, ad eumdem Petrum direxit, per quas prædicta a se promissa, jurata, & voto firmata notificavit, viam cessionis offerendo, ac ipsum Petrum requirendo & invitando, ut pro pace & unione Christianorum iis oblatis annuere vellet. Quod tandem ipse Petrus, post longam instantiam suorum cardinalium, insuper hoc a quodam nuncio ejusdem Angeli requisitus, tanquam vulpes astuta, verbo

a) *Forte*, ne data potestate alteri, per ipsum faceret se absolvi. H.

bo tenus effecit: & deinde per fuas litteras ad præfatum Angelum tranfmiffas, verfa vice invitavit eumdem ad profecutionem unionis, ae fe paratum cedere verbis obtulit: licet ex circumftantiis evidentibus comprehendebatur, quod dictus Petrus ceffioni prædictæ non cum effectu, fed verbis & oftentatione dumtaxat, affentiebat, ut ante & poft, io progreffu hujus tractatus femper extitit manifeftum.

Deinde Angelus præfatus, ad eumdem Petrum, ad firmandum loeum, in quo eoovenire deberet, fuos mifit oratorea. Qui cum Petro & ejus eardinalibus antedictis, tunc Maffiliæ refidentibus, nomine dicti Angeli & pro eo concluferunt, quod ex tunc in proximo ioftanti fefto S. Michaelis archangeli de menfe Septembris, vel ex eaufa fuperveoientis impedimenti legitimi in fequenti ex tune immediate celebritate Omnium Sanctorum, Angelus & Petrus prædicti, cum eorum collegiis eardinalium Saonæ conveoire deberent, ad faciendum ibidem unionem aotedictam. Quæ omnia dictus Angelus, etiam poftea, ratificavit & approbavit: dicendo tunc frequentius, nihil adeo fibi carum exiftere, ficut quod eamdem facere poffet cum Petro & ejus cardinalibus unionem; & quod, fi galeas non haberet, in ona barcha, vel pedes eum baculo, ad dictam civitatem Saonæ intendebat infallibiliter proficifci. Quod tameo poftea non curavit: quamvis prædicti cardinales qui eum elegerant, cum majori parte illorum, qui tunc eamdem curiam fequebantur, omnibus viis & modis honeftiffimis, gravibus, & maturis, eum eodem Angelo intendeotibus, ipfum, ut dictam unionem ad falubrem & votivum exitum ducere vellet, interpellare affidue non ceffareot. Qui tameo apud eum per longa temporum intervalla proficere nullatenus potuerint. Nonnumquam enim ipfis per verba refpondendo ambigua, dicebat, quod fi dictam unionem per ejus ceffionem fieri contigeret, profecto timeret, quod per hoe magis fchifma in eadem ecclefia fufcitaret. Quandoque vero, per quofdam diverforum Mendicantium ordinum fratres, plurefque alios quos fibi fub fpe promotionum attraxerat, etiam in ecclefiis, & aliis locis publicis, coram multitudine populi copiofa prædicare fecerat, quod fi papatui cederet, etiamfi, ex hoc prædicta unio fequeretur, animam fuam io inferno damnaret. Et multa etiam alia iis fimilia, fabulofa feu figmenta reperiens, conabatur femper novas edere formas, quæ per tempus redimens Romæ, ac io Viterbienfi & Senenfi civitatibus; donec dicti termini ad conveniendum Saonæ, ut prædicitur, præterirent.

Quippe cardinalibus præfatis, qui eum ipfo erant, Saonam accedere voleotibus, fub gravibus pœnis inhibuit, ne illuc accederent: ac omnes pro dicta unione laborantes habebat exofos. Et fucceffive, eum poft hæc magnis difficultatibus protracti præfati Angelus Lucam, & Petrus ad Portum Veneria acceffiffent, ac de uoo medio loco, in quo fimul eoovenirent, tractaretur: miris cavillationibus & fallaciis vota Chrifti fidelium, pacem & unionem affectantium, deluferunt: cum ipfi duo contendentes, immo verius colludentes, per eorum intriofecos, & antiquitatum fuarum confcios homines, quos uterque ipforum, fub fpe promotionum & præmiorum, fibi afciveraot, fecretos inter fe haberent tractatus, & interdum, oocturoa & elandeftioa ioter Angelum prædictum & ouncium quemdam ejufdem Petri, & vice verfa, prædictum Petrum cum fecreto noncio dicti Angeli, traherentur colloquia, ac velut ex compofito ad vexationem & fcandalum Chriftianitatis, invicem confpiraotes, fic fe habebant, ut quod unus offerret, alter ex oppofito denegaret: nec ullo modo poterant, annitentibus tam ipfia cardinalibus, quam prælatis & oratoribus regum, principum, & communitatum, qui tunc ifta de caufa illie convenerant, ad concordiam deduci: Petrus quidem, quoniam galeas tanquam ad bellum armatas habebat, oufquam a litore difcedere, nec locum acceptare volebat, nifi maritimum, & cujus dominium in fuis manibus traderetur; Angelus alios fcrupulos cum mirabili inconftantia quæritabat. Unde oriebatur apud homines juftiffima quædam & intolerabilis indignatio: eernentes duos nequiffimos, & in eapita fua deteftabiliter mentitos fenes, terreni honoris cupiditate corruptos, & in reprobum fenfum datos, cum paucis nequitiarum fautoribus, contra defiderium & zelum totius populi Chriftiani, qoi pacem & reintegrationem lui mirabiliter affectabat, fchifma perniciofum deteftabileque nutrire ae perpetrare velle; & ob hoe juramenta, promiffiones, & vota, poftpofito Dei timore, & hominum verecundia, flagitiofiffime eonculcare. Ob hæc homines Deom timentes, & unionis zelatores, plurimum torquebantur: & piis precibus, ac fanis exhortationibus apud eofdem contendentes, non defiftebant inftare, ut pacem, cujus debitores effe dignofcebantur, Chriftianitati reddere vellent.

Fruftra vero multis precibus per aliquos menfes apud furdas eorumdem contendentium aures confumptis, tandem præfatus Angelus dolum, quem de non faciendo dictam unionem diu ante conceperat, intra fe ulterius retinere non valens contra promiffiones, vota, & juramenta fua prædicta, & in fomentum fchifmatis memorati, etiam devotis fupplicationibus cardinalium, qui eum elegerant, & efficacibus rationibus aure furda penitus obauditis, ac præter & contra voluntatem eorumdem cardinalium & promiffiones, juramenta, ac vota fua, ad creationem quatuor, prout ipfe dicebat, cardinalium, de facto proceffit; ac etiam quorumdam pravorum, ae oefandorum confiliis feductus, eofdem cardinales, qui eum elegerant, Dei timore, hominumque verecundia poftpofitia pro eo quod pro hujufmodi tunc facienda uoione apud ipfum vehementius laborabant, & in ereatione dictorum novorum cardinalium contra promiffiones, juramenta, ac vota fua de facto, ut præmittitur, factorum, confentire nolebant, (quod nefas eft dicere) eos incarcerare, ae vita privare, ut apparebat manifeftis indiciis, conabatur. Sed auxiliante Domino, prædicti cardinales, a facie arcus jam tenfi ut læderet, evaferunt: nec propterea ideam Angelus a præconceptia oequiter odio & rancore per ipfum contra eofdem eardinales, qui eum elegere, defiftens, fub privationia & aliia gravibus eia mandavit pœnis, ne aliquis eorum de præfata civitate Lucana exiret, nec ipfi cardinales congregarentur ad invicem, aut per fe vel interpofitam perfonam, cum oratoribus domini Petri, & illis qui ex parte ipfius regis Francorum, & dilectorum filiorum univerfitatis ftudii Parifienfis, pro tractanda unitate hujufmodi ad eamdem civitatem Lucanam venerant, loquerentur. Quæ quidem mandata, omnem fpem & tractatum unionis hujufmodi totaliter fuftuleruot. Quadam etiam die in publico confiftorio, Lucæ

adhuc

ANNO CHRISTI 1409.

adhue existens, publice asseruit, quod ad faciendum unionem prædictam, viam cessionis ut perniciosissimam ac diabolieam sequi nollet.

Cum igitur tam dicti cardinales, quam ambaxiatores, prælati, & fere omnes Christi fideles, unionem ecclesiæ affectantes, de hujusmodi unione consequenda ex facto ipsius Angeli omnimodo desperarent: cardinales ipsi cogitantes, quod melius esset eis incidere in manus hominum quam derelinquere legem Dei, & fieri transgressores promissorum, juramentorum, & votorum prædictorum, etiam si proinde exilium, paupertatem, & omnia mala eos pati oporteret, versus civitatem Pisanam (quam etiam per prius dictus Angelus pro facienda unione prædicta in eadem, ut ad hoc valde idoneam, & ut ejus verbis utamur, quasi ad hoc fabricatam, eidem Petro tunc recusanti, licet prius in Massilia civitatem obtulisset eamdem ambaxiatoribus dicti Angeli, tunc etiam recusantibus, obtulerat) accesserunt. Et dum ibi prædicti cardinales forent insimul congregati, adhuc cum omni humilitate dictum Angelum per intermedios nuncios eorum aliquoties sollicitarunt, ut ei placeret ad eamdem civitatem Pisanam accedere, atque una cum eis, quod ad perfectionem dictæ unionis, sicut expediret efficaciter pertractare, & in hoc etiam ipsius Angeli induratum animum immutare minime potuerunt.

Prædictusque Petrus interim ab eodem loco Portus Veneris recedens, tractatumque unionis totaliter derelinquens, ad Cataloniam declinavit: ubi plures in cardinales contra promissiones suas, & in præjudicium unionis ecclesiæ, profanavit: omnibusque pene suis cardinalibus, qui bonum unionis hujusmodi expectabant, in diversis castris sive locis eidem loco Portus Veneris propinquis, remanentibus, ac de facto unionis per dictum Petrum perficiendæ etiam penitus desperantibus.

Qui posteaquam iteratis vicibus, & diversis nunciis, eumdem Petrum ad dictam civitatem Pisanam accedere pro unione ecclesiæ, & suo debito exequendo, monuerunt: cum dictis cardinalibus, qui dictum Angelum elegerant, in loco Liburnii Pisanensis diœcesis convenientes, super prosecutione reali ipsius unionis, inter se diversa colloquia & tractatus longo tempore habuerunt: & demum per viam concilii generalis, tanquam viam rationabilem, & juridicam, ad hujusmodi schisma tollendum, procedendum fore decreverunt: & concilium ipsum, prout ad eos hoc casu pertinebat, ad civitatem Pisanam, quæ ab utroque contendente, licet diversis temporibus, approbata & oblata fuerat, & quæ ad id per omnes reputabatur idonea, & secura, convocarunt: ad eamdem civitatem, pro horum executione, personaliter accedentes: interim prædicto Angelo ab eadem civitate Lucana ad dictam civitatem Senensem, unde illue venerat, recedente: ubi etiam mala malis accumulando, plures alios in cardinales, contra sua promissa, juramenta, & vota, profanavit.

Convocato igitur per eosdem rite hujusmodi generali concilio ad civitatem Pisanam, & convocatione ipsius universis Christianitatis partibus, regnis, ac provinciis, debito tempore solemniter publicata, ac successive etiam Angelo & Petro præfatis, necnon illis qui eis adhærebant, & se pro cardinalibus tenebant, congruo tempore renunciata, citatisque eis, & vocatis peremptorie, ut per se vel alios eorum nominibus, & pro ipsorum interesse, ad dictum generale concilium in eadem civitate Pisarum celebrandum, & ad causam schismatis & hæresis contra ipsos instituendam, etiam convenirent, ac comparerent, ac præstita & oblata eis plena securitate illic conveniendi, necnon ibidem morandi, & recedendi juxta eorum beneplacitum voluntatis: tandem adveniente præfinito termino, quo dictum generale concilium in eadem civitate Pisana fuerat celebrandum, & illic postea de partibus, regnis, & provinciis prædictis, ac per mare & per terram, quasi innumera multitudine prælatorum, videlicet patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, & etiam ambaxiatorum, & procuratorum regum & principum, & prælatorum, & aliorum qui illuc personaliter accedere non potuerunt, ac etiam multorum insignium locorum nunciis & ambaxiatoribus, necnon magistrorum in theologia, & juris doctorum, mira multitudine illic continuo concurrentibus: eisdem cardinalibus & prælatis, qui ad hujusmodi concilium convenerant, ad formandum processum pro unione ecclesiæ necessarium contra eosdem Angelum & Petrum, ipsorumque sequaces, pluries insimul convenientibus, ipsis & Petro & Angelo illic non comparentibus per se vel alios, & propterea contumacibus, prout erant, merito reputatis, servatis etiam servandis, post multorum temporum intervalla, & nonnullis sessionibus, necnon aliis solemnibus actibus, prout ordo juris & tanti negotii qualitas exigebat, per eosdem cardinales, per patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, & abbates, qui locum in eodem concilio habebant, etiam publice & solemniter factis: tandem hujusmodi generale concilium, dictorum Angeli & Petri, & suorum sequacium, absentia seu contumacia non obstante, pronunciavit, decrevit, definivit, & declaravit (prout hæc omnia in dicto processu deducta, petita, & probata fuerunt) Angelum & Petrum præfatos, fuisse & esse notorios schismaticos, & ejusdem schismatis nutritores, defensores, fautores, approbatores, incorrigibiles & pertinaces, necnon notorios hæreticos, & a catholica fide devios, atque promissionum, votorum, & juramentorum suorum hujusmodi transgressores, & eamdem ecclesiam notorie scandalizantes, & propterea omni honore & dignitate, etiam papali, se reddidisse indignos, ipsosque etiam per sacros canones ab eadem ecclesia fore abjectos, privatos, & præcisos, ac privavit, abjecit, & præcidit: inhibendo quoque eisdem Angelo & Petro, ne quis eorum se pro Romano pontifice gereret, aut nominare præsumeret: decrevitque dictam Romanam ecclesiam vacare, & per illos, ad quos hoc pertineret, ad summi Romani pontificis electionem procedendum fore: ac omnes & singulos, etiamsi imperiali, regali, aut alia quavis dignitate fulgerent, juramento & obedientia, quibus forte eis tenerentur adstricti, penitus absolutos: inhibendo etiam Christi fidelibus ante dictis, ne alicui ipsorum Angeli & Petri parerent, obedirent, & intenderent, aut præstarent auxilium, consilium, vel favorem, sub excommunicationis & aliis censuris, sive pœnis in tales a canonibus promulgatis: illos etiam, qui forsan hujusmodi sententiæ prædicti concilii parere contemnerent, ac fautores, defensores, & sequaces Angeli & Petri prædictorum, eisque adhærentes, etiam per seculares potestates compescendos fore, & compesci debere: & in-

ANNO CHRISTI 1409.

& insuper processus, ac excommunicationis, inhabilitationis, seu alias sententiaa, & censuras, necnon privationis ordinum quorumcumque an dignitatum, etiam cardinalatus, beneficiorum, & officiorum, ac graduum quorumlibet, contra eosdem cardinales, qui hujusmodi concilio adhæserunt & interfuerunt; necnon promotionea quorumcumque ad cardinalatus honorem per Angelum a die tertia mensis Maji, ac Petrum, prædictos, a die quinta decima Junii, anni Domini millesimi quadringentesimi octavi, factas, fuisse & esse nullas, irritas, atque cassas, illasque, quatenus de facto processerant, cassavit, irritavit, & etiam annullavit, prout hæc omnia in prædicta sententia plenius continentur.

Nos itaque, qui postea fuimus, Divina favente clementia, ad apicem apostolatus assumpti, de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium, prædictam sententiam, & omnia alia & singula, quæ per concilium hujusmodi, pro tollendo schismate prædicto, reintegratione memorata, facta fuerunt, utpote provide, & tantorum venerandorum patrum, immo universalis ecclesiæ, auctoritate & concordia facta, rata habentes & grata, ea auctoritate apostolica ex certa scientia approbamus, & præsentis scripti patrocinio munimus: decernentes, non minoris existere vigoris & firmitatis hujusmodi sententiam, necnon omnia & singula acta & actitata in eodem generali concilio in hac parte, quam fuerunt & sunt alia concilia in diversis arduis negotiis ipsius ecclesiæ celebrata: volentes insuper, & eadem auctoritate decernentes, quod eidem sententiæ, in judicio, & extra, stetur firmiter, & omnino pareatur. Et quia turpis est pars, quæ suo non congruit universo: volumus etiam, & auctoritate prædicta decernimus, quod si quis contra eamdem sententiam forsan verbo vel facto, quod absit, temere facere aut venire præsumpserit, tanquam schismaticus & hæreticus, & hæreticorum fautor, necnon ut universalis ecclesiæ turbator & scandalizator, ab omnibus fidelibus habeatur, ac etiam evitetur; donec ab errore hujusmodi resipiscens, ad gremium ipsius ecclesiæ præmissa satisfactione debita, cum humilitate & reverentia revertatur. Nulli ergo, &c.

Hactenus diploma Alexandri P. V. ex Annal. Raynaldi ad an. 1410. n. 7.

Datum Bononiæ 11. Kal. Februarii, anno I.

XVI.

Ex eodem Raynaldo ad an. 1409. n. 34.

SCRIPTA DOMINI CAROLI DE MALATESTIS

De iis quæ ipse cum cardinalibus Pisis tractavit, & in reditu cum Gregorio, a quo legatus ad cardinales fuerat.

Ait sanctitatem suam facere posse quod sibi libebat; cum reverentia tamen, de his quæ timebat, ipsam advisabat. Videlicet accessus sui ad partes Forojulii accelerationem, futuram esse maximi scandali, non extirpandi forte diebus suis. Credere quidem poterat sanctitas sua, ipsi Carolo, si placebat, non dicturo in hoc mendacium: per ea enim quæ dum Pisis erat, comprehendere potuerat, multi erant qui sollicitabant per publicos processus sanctitatem suam & adversarium suum ejici, & opportunitatem ad honestandum negotium, quod optant, quærunt: cumque viderint beatitudinem eamdem discessisse, calumnias exasperabunt in eam, jus suum dilatantes, dicentesque: ecce viam

A ad conveniendum pro sacra unione exequenda. Atque ex hoc jam adepti, coram suis astantibus quos cupiebant, processus urgebunt: et postquam de tractatu unionis infecto illos palam instruere poterunt, eum perjurum, fautorem antiquati schismatis, et hæreticum astruent, neminemque sic excusare eum posse, cum cedendi tractatum quemlibet infecerit, nec alium prosequatur, per quem unionem fieri possibile sit. Quidam patule dicent: Potest orbis universus cernere, quod non nisi ad subterfugiendum cessionem, et decipiendum fideles, illiusmodi concilium indixit et prosequitur: certus namque est, dominum Benedictum et suos ad illud accessuros non fore, similiter

B neque majorem partem fidelium, quæ ad hoc verum et sacrum concilium accessit et accessura est: et propterea ipsum cum paucissimis suis confluentibus non posse unionem per concilium illud facere, cum certissimus sit, et certi quilibet esse debeant, quod non accedebant illuc ad unionem perficiendam, sed, quantum in eo fuerit, destruendam. De consilio quidem domini Benedicti, qualem unionis fructum attulisset, patebat. Unde inferent, quod uterque eorum jam præcisus est, et notorie incorrigibilis, gravemque jacturam sanctæ ecclesiæ imminere, si apostolicam sedem diutius vacare sinatur: et exinde occasione sumpta, concorditer procedent ad sententiam diffinitivam celeriter, et postmodum

C ad tertii, ut sic dicatur, Pontificis electionem, Quo facto (quod jam factum est) ipso domino Gregorio Forojulium accedente, Carolus videre videbatur, et cum reverentia petebat, quomodo et quando putabat fieri unionem posse.

Et si diceret forte, quod alias dixerat, se paratum acquiescere terminationi concilii sui, quod vere et juridice universalem repræsentabat ecclesiam, et ecclesiæ universalis auctoritate fungebatur: petebat, dato quod sic esset, quid in facto concilium illud proficiet unioni, et quid circa hoc consulere poterit, aut definire. Si enim consultum fuerit, et concesso etiam quod juridice terminatum, quod dominus Urbanus prædecessoresque sui, et ipse, veri fuerint

D pontifices, et quod diligentiam debitam adhibuerint pro unione exequenda: iterum terminent, ipsum tanquam verum pontificem ab omnibus venerandum fore. Ceterum terminent, aliorum congregationes, non concilia, sed conciliabula fuisse, irritent, damnent eos, et acta per eos.

Petebat a sanctitate sua, si alius credebat hujusmodi acceptare sententiam, dicens Carolus se certissimum esse, quod non; et propterea certissimus erat, quantum humana fragilitas de aliquo certificari poterat humana consideratione, eoucilium suum per viam illam de facto unionem facere non posse.

Insuper si diceretur quod dabitur modus in illo concilio reintegrandi obedientiam, quæ fuit

E domini Urbani, dato quod sic fiat (quod tamen fieri quodammodo impossibile Carolus putabat) animadvertebat, quod pars illa fuit per multos annos absque ulla divisione, multa principum prosperitate et potentia fulta: et tamen schisma minime sublatum fuit, quinimmo quotidie auctum et inveteratum. Unde etiam per viam illam concilium suum unionem producere posse, parum sperandum erat.

Præterea, quod ipse dominus Gregorins una cum concilio suo, omni postposita excusatione, ubicumque in orbe terrarum fuerint adversarii ejus utrique, videlicet qui dicitur dominus Bene-

nedictus, et unio collegii, terminaverit accedere, ibique suum debitum quodlibet implere plene & perfecte: non putabat tamen Carolus, quod, si qui Pisis sunt, electionem alterius jam fecerint, stante quod in facto expertus est modicam erga Dominum Deum reverentiam & caritatem; insuper urgente in proximos odio, & privati honoris & commodi mundani ambitione proterva, non credit, licet unio fieri deberet, ipsam tamen fieri. Movebant quidem præsertim animum suum rationes istæ: nam dominus Gregorius adversariis ejus non cedentibus, cedere debere atque teneri non credebat, sed suum consulere concilium, aut * diffinire.

Quod si huic viæ dominus Gregorius jam conceperat terminaveratque, suo concilio illam terminante, assentire: longe præstantius pensabat Carolus certitudini unionis, & ipsi domino Gregorio fore, Pistorium accedere, quam festinare suum concilium celebrare, ut talem exequatur terminationem, postpositis quidem rationibus aliis publicis, & privatis.

Hæc propter unionis certitudinem apparebant præferenda: videlicet, primo cedere quam alius eligatur, quam post: si enim primo cesserit, dubia non est electio causa sui. Si quidem, antequam cedat, alius eligatur, sua cessio post factam electionem illam, nisi de facto tantum certificare, non potest. Valeat licet pontifex cedere, non potest sibi substituere pontificem. Et si mala seu inepta fuerit electio, illiusmodi cessio post factum, ineptitudinem illius auferre non poterit, multo minus sic validare. Si dicatur, dispensari posse electionem illam per eum prius quam cedat: quis dicet hoc certum esse de jure, an dubium potius est, an cuilibet juri canonico dissonum & oppositum.

Præterea quis credet, electum illum & electores hujusmodi, postulare dispensationem, vel gratis oblatam acceptare velle? At si dicatur: ille talis, postquam fuerit electus, cedere poterit: dicebat Carolus quod bene faceret, sed ratione multiplici, & præsertim præteritorum experientia, & præsentium qualitate ponderata, non putabat, quod si tertius eligatur, nisi invite nunquam cedet. Aut enim cogitatur, eligendum eligi debere eum modo, ut cedat, aliis cedentibus, quisquis electus fuerit cum voto solemni & juramenti cautione, quam magis de jure valide fieri queat. Et tunc vel credebatur, illos, qui Pisis erant, hujusmodi electionem facturos esse, vel non. Detur quod sic: tunc quærebatur, qua ratione humana habilior modus reperiatur, tres insimul conventuros fore & cessuros, quam duo? Si namque difficultas negotii, causa impedimenti fuit: aucta causa difficultatis, addi impedimentum necesse erat. Qualis enim erat difficultas conveniendi insimul duos & modum reperiendi ad cedendum, opus teste erat, si negotii difficultas, & non partium voluntas causa fuit impedimenti. Si quoque voluntas, credendumne est humanæ menti, liberum citius cessurum fore, quam eos, qui per vota solemnia & juramenta valida ad cedendum obligatos fore toto patebat orbi? Vel forte credendum erit, si tertius ille majorem sibi cæteris favorem inspiciat, citius, quam cæteri cesserint, cedere?

Quod autem electio illa non fieret cum obligatione ad cedendum, iis rationibus ipse Carolus movebatur. Primo quidem putabat, quod si volebant, qui Pisis erant, concilium juridicum & indubitatum asserere, velut asserebant, eorum terminationes tam circa ejectionem, quam circa electionem, validas, indubitatas, & irrefragabiles omnimode fore, cunctis fidelibus conarentur ostendere, & inde non cum obligatione illiusmodi electionem facturos fore. Si quidem bono moverentur zelo, dubitandi maxima inerat ipsis causa, si cum modo cedendi debite elegerint: ne forte, si noluerit ille servare promissa, opus eis sit (dato quod jus foveant) illum iterum, tanquam alios, velut perjurum, antiquati schismatis fautorem, & hæreticum, ejectum & præcisum, declarare, & ad quarti electionem pervenire. Unde quartum schisma pro trischismate fieret. Concludebat ergo de primo ad ultimum, quod in principio unius particulæ proposuit: videlicet accelerationem ad concilium suum Forojulii, accelerationem posse esse, immo futuram esse credebat, accelerationis tertii ad nomen papatus eligendi. Quo facto, de unione diebus suis parum, quinimmo forte minime, erit sperandum. Et ideo suppliciter sanctitatem deprecabatur suam, modum adhibere, per quem tam proximum, maximum, pessimumque scandalum non fiat in ecclesia sancta Dei. *Et infra*: Præterea quoniam non solum per ea quæ clandestine perceperat, verum per ea quæ manifeste viderat, & multis tam aliorum, quam eorum qui secum inerant, manifesta etiam esse putabat, non credebat sanctitatis suæ personam tutam Pisis esse, potestate civitatis existente, velut erat, in favorem congregatorum Pisis prompta, multo quidem minus concilium. Nec quoque putabat, quod sumta suspicionis rationabili excusatione apparenti, propter detrimentum sui status, suæque civitatis, seive publicæ excidium evitandum, domini Florentini, fortalitia & potestatem civitatis Pisanæ, in manibus suspectorum partibus ecclesiæ universalis traderent. Verum ex adverso considerabat, quod concilium Pistorii congregandum, non privatum, sed commune esse oportebat, quia communi consensu & auctoritate congregari alii asserebant: nec amplius suæ præjudicabat sanctitati ipsum Pistorii congregari, communi partium consensu & auctoritate, quantum Bononiæ & cæteris locis, quibus sic congregandum esse assenserat, qui Pisis erant assentirent congregari. Credebat etiam per ea, quæ sui oblata fuerant, quod domini Florentini, Pistorium & fortalitia ejus in manibus non suspectorum partibus ecclesiæ universalis deponerent, ad hunc actum celebrandum, ex quo tuta erit persona sua, & concilium tutum & liberum. Si quidem non deponent, tunc orbi patebit, quidquid ex parte sui implevisse debuerit, fecisse, illos vero minime, innotescat. Cæterum orbi humilitatis ejus abundantia, & suorum superbia adversantium, & multimode fallacia exquisita, unde fortes animo efficerentur multi, convenirentque ad notoriam perversorum malitiam superandam: deque duobus alterum fieri necesse ipsi Carolo videbatur, si (non obstante illorum, qui Pisis erant, non æqua petitione) Pistorium humiliaverit ire; vel, exhibita sibi ex suis tutelæ sufficienti cautione, unio fiat; vel apud dominum Deum & homines justificatus erit penitus, cum nihil omisisse de iis, ad quæ tenetur ad unionem perficiendam, & ultra Deus noverit, & hominibus patens erit. Sicque a domino Deo per se, & homines ecclesiæ sanctæ, & sanctitatis suæ causa fovebitur, ad optimumque dirigetur finem. Et cum multa, propter suspicionem captam in eum, ei opponantur, & ipsi tanquam malefactori detrahant:

*) f. ut diffiniret.

ANNO CHRISTI 1409.

hant: ex bonis operibus considerantes eum, glorificabunt Dominum, & suæ venerabuntur sanctitatis bonitatem.

Supplicabat igitur sanctitati suæ, ne vellet propter modicum permittere, tot fidelium errare mentes & pessimum schisma tot inveteratum annis plurificari, intendi, & extendi, cum sanctitatis suæ maxima ignominia, & forte demerito: deprecabaturque sanctitatem eamdem, quatenus animadvertere placeret, quale quantumque excidium dicto fieret in populo, si non concordabat se cum iis, qui Pisis erant. Et si se pastorem reputat, ut credebat Carolus: penset, quod de minima ove perdita rationem cogetur reddere a patrefamilias.

His auditis, dominus Gregorius replicavit, illos velle, se & eos qui fuerunt & sunt sibi fideles, in eorum manibus & potestate poni, & quod absolute cedat concilio in manibus eorum & potestate posito: & quod cognoscebat hanc esse desolationem sui & suorum, dicens, si absolute cesserit, quid fieret de cardinalibus suis, quid de rege Romanorum, & de rege Ladislao, & de rege Hungariæ, & de aliis suis curialibus & fidelibus, quos sciebat, propter eorum constantiam erga eum, illis exosissimos esse. Et concludebat, valde apud Dominum se errare credere, & maximam agere impietatem, si sui & suorum perditionis causa foret, ut aliorum satiaret impiam voluntatem: & quod propterea nolebat Deum, & suos, & conscientiam suam taliter lædere, sed potius mortis periculo se submittere, sperans in Domino, quod ipsum & suos fideles adjuvabit.

Ad hæc Carolus ait, quod qui Pisis erant, miserant ipsum & suos bene & caritative tractare: quodque hoc & cætera particulariter promissa, sibi, ipso cedente, servabuntur, volebat promittere, & se obligare, Unicum collegium insuper acturos, & curaturos fore cum effectu, quod sacra synodus solemniter hoc idem faceret, etiam quod futurus pontifex promissa illa servabit integre & inviolabiliter.

De cardinalibus vero suis & de aliis particularibus, nihil velut retulerat, nihil tractaverat. Sciebat namque sanctitas sua, quod nullam habuerat licentiam seu potestatem ab eo tractandi super aliquo cum eis, si non assentiebant prius ad aliquem propositorum locorum accedere, pro unico & communi concilio celebrando. Noluit igitur mandato & licentiæ contradicere. Verum opinabatur, per ea quæ comprehendere valuisset, quod cernentes qui Pisis erant, ipsius maximam humilitatem & liberalitatem multa mereri, ipso cedente propter sacram unionem ecclesiæ, contentarentur dominum Antonium nepotem suum cardinalem remanere, & forte camerarium, quamvis hoc sibi difficilius videretur, propter duos collegii illius, hoc officium prætendentes. De aliis vero quibusdam, quos non malos reputabant, forte hoc assentirent. De duobus quidem, videlicet de dominis vulgariter dictis Ragusensi & Senensi, nullo modo credebat, quoniam pessimos viros reputabant: & eos, & quemlibet eorum, causam fuisse destruendæ unionis & omnis scandali, publice & communiter Pisis ferebatur: & propterea cunctis plusquam exosos esse palpaverat. Principes autem, qui suæ sanctitati fideles fuerant, securus de suo statu fieri decentissimum erat: & parum circa hoc difficultatis esse certus erat. Alias quidem, quando via cessionis tractata est, recordabatur ipse Carolus dictum fuisse, ad omnem futuri scandali inter partes fomitem exstinguendum, opportunum fore, quod ea, quæ dominus Urbanus & sui egerant successores in obedientia sua, firma & rata haberet universalis ecclesia: similiter quoque, quæ ille qui dictus fuit dominus Clemens, successorque suus. Namque aliter necesse foret litem juris papatus, ad quam delendam, cessionis viæ partes assenserunt, suscitare, vel quæ partium jus prosecuta fuisset, auctoritatem executione non pari approbando terminare, esto quod sublata fuissent strepitus & figura judicii. De suis quoque curialibus dixit putandum esse, quod benigne tractarentur.

Verum adjiciebat, dato quod suos cardinales alii nollent cardinales remanere, & suos cardinales in officiis eorum, numquid hoc unionem impedire debebat universi populi Christiani? Audierat nempe a sanctitate sua pluries, ut faverent ei ad sacram unionem perficiendam, suos fecisse cardinales. Primos quidem, ne inter eos, qui adversus eum jam conspiraverant, & decipulas non cessabant suis tendere pedibus, solum se absque consilio reperiret & favore; alios quoque, ne rebellatis adversus cardinalibus suis, ipse ab eis cum tribus derelictus, cum ipsis tantum tribus remaneret. Audierat etiam a sua sanctitate, quod viros humiles, & quam meliores sciverat, elegerat ad ecclesiam sanctam Dei uniendam & reformandam, omni penitus spe humani favoris ejecta. Concesso igitur hoc, cum cardinales istos fecerit propter unionis favorem & sanctæ ecclesiæ quietem: sanctitatem rogabat suam Carolus, quod ne in detrimentum propositi ipsos fecisse reperiatur. Putabat etiam ipsos debere velle suæ dignitati cedere, ne propter hoc sanctæ ecclesiæ impediatur commodum & tranquillitas; videntes præcipue ipsius exemplum, qui post dominum Deum suus erat pater & dominus & magister, & pontificali, quæ major erat, suæ dignitati renunciabat, ut quiete & commodo fruatur ecclesia. Si autem nollent, cum mala in hoc deprehendatur eorum ambitio, potius ecclesiæ commodum tolli a sanctitate sua supplicabat, quam ipsorum prava voluptas. De suis vero cardinalibus similiter docebat, concludens in responsione hac, quod si videbatur sanctitati suæ annuere petitioni eorum, qui Pisis erant, cum opportunum foret tractare de securitate sui accessus Pistorium, & concilii inde ibi celebrandi, futurique pontificis libera electione: poterat, immo decens erat, de statu suorum cardinalium futuro tractare, necnon de securitate status principum qui fuerant constantes in obedientia sua, & aliis suis sequacibus, & fidelibus &c.

XVII.

RESPONSIO CARDINALIUM [a] DOMINI GREGORII

Facta ambaxiatori domini Malatestæ de Pensauro, ad quædam capitula per ipsum dominum Malatestam petita.

Ex eodem Raynaldo n. 40.

„ AD capitulum secundum, videlicet: Dixi
„ pro parte præfati fidelissimi servitoris
„ vestri domini nostri Malatestæ, quomodo ma-
„ gnificus frater suus dominus Carolus sibi pri-
„ dem intimavit, quod pro unione consequen-
„ da eidem videretur unicam tantum fore viam
„ indubitatam, & sine aliquo scrupulo enerva-
„ tivam penitus omnis scandali, & cujuscum-
„ que

ANNO CHRISTI 1409.

,, que dubitationis de mentibus fidelium: vide-
,, licet quod fiat unicum & generale concilium,
,, in quo concurrat voluntas dicti domini Gre-
,, gorii pariter, & vestra. Alias si plura con-
,, cilia in diversis locis indicta fierent, ut ordi-
,, natum est: verisimiliter & necessario multa
,, scandala, divisiones, ac hæreses suborirentur
,, exinde: & sic, ubi pacem quærimus, multi-
,, plex discordia sequeretur; sicque erit error
,, posterior, pejor priore &c. Respondent & dicunt sic: quod veritas est, quod pro bono negotii, & ut in illo certius & securius procedatur, & ad serenandas conscientias omnium, utile & expediens est quod non teneantur plura concilia, quia sunt solum ad impediendum, & non ad expediendum sanctum negotium, de quo agitur. Ipsi ergo commiserunt se simul, & fecerunt unicum collegium pro prosecutione sanctæ unionis: & habitis inter eos multis deliberationibus, & diversis ac repetitis consiliis pro unica & sola via dandi pacem ecclesiæ, elegerunt convocare concilium generale, & elegerunt locum communem infra Italiam, scilicet Pisarum: qui locus per contendentium quemlibet fuerat oblatus, ut patet per publica instrumenta. Nam primo dictum locum obtulit dominus Benedictus in Massilia, nepoti, & aliis ambaxiatoribus domini Gregorii: locum eumdem in loco de Portu Veneris publice obtulerunt dicto domino Benedicto; ad quam electionem etiam domini cardinales utriusque collegii consenserunt, & præcipue collegium Italicum hoc procuravit de mandato dicti domini Gregorii, per organum magnifici militis comitis Campaniæ, quem ad hunc effectum miserunt Portum Veneris ad dictum Benedictum & suum collegium. Et ideo dominus Gregorius habet quod quærit: nam Pisanus locus, ut prædicitur, est electus de communi consensu, ut ipse vult, & nedum de communi consensu, sed ad procurationem ejus solius, ut patet ex responsione sua facta in Luca, & ex bulla quam super hoc domino Benedicto transmisit, cujus bullæ particula sequitur in hæc verba, videlicet: ,, Itaque nobis illa
,, via magis placebit, & placet, ut sub uno
,, aliquo domino, vel dominio, in quo utra-
,, que pars tuta foret, hujusmodi foret conven-
,, tio personalis. Hæc enim via omnia impedi-
,, menta excludit, omnes scrupulos repellit, o-
,, mnes amputat difficultates: pro cujus execu-
,, tione, Florentinorum & Senensium loca ha-
,, bilia & decentia, tam maritima quam terre-
,, stria, & insuper civitatem Lucanam, sibi pro
,, parte vestri fecimus offerri, & præcipue civi-
,, tatem Pisanam, qui locus est idoneus, ut nul-
,, lus magis valeat reperiri, divisus flumine, ga-
,, leis, secundum quod tu optare videris, acces-
,, sibilis, abundans victualibus, capax multitu-
,, dinis, tutus ab omni respectu, sic accommo-
,, dus, ut ad istam conventionem fabricatus vi-
,, deatur. In unius diei spatio nos per terram,
,, & tu per mare, ad eum locum convenien-
,, tes pacem Christianitati reddere possumus. "

Itaque ad istum locum, tamquam ad locum per utrumque electum, dicti domini cardinales mandaverunt concilium generale, vocaveruntque solemniter & canonice utrumque dictorum contendentium ad dictum locum & præfixum diem: & ita nunciaverunt per ipsorum solemnes nuncios, & litteras publicas & apertas, omnibus prælatis, regibus, principibus, ducibus, nobilibus, notabilibus, communitatibus totius Christianitatis. Itaque concludunt, quoad istum articulum, quod per eos non stetit, nec stat, quin concilium generale fiat, sicut fieri debet, ad quod ipse & Benedictus, de cujus re similiter agitur, specialiter sunt vocati.

,, Ad tertium articulum videlicet: Item dicit
,, præfatus dominus Carolus, sibi a certo in-
,, notuisse, multos principes & communitates
,, concurrere ad hanc viam, tamquam præ cæte-
,, ris meliorem: instituisse quoque cum præfato
,, domino Gregorio, eidem supplicantes, ut si-
,, bi placeret concurrere cum concilio suo in uno
,, loco, vestris reverendissimis paternitatibus, ve-
,, stroque concilio: subjungens idem dominus
,, Carolus, quod si altera partium, [a] V. R. P.
,, videlicet, & præfati domini, se retraxerit a
,, prædicta electione dicti unici loci communi-
,, ter fienda (verisimiliter hoc eventurum non
,, asserit) quod ab illa parte, quæ recusaverit,
,, omnis obedientia totaliter subtrahetur cum
,, vilipendio, detrimento, & infamia maxima
,, ejusdem partis, cum manifeste convincere-
,, tur nolle unionem per modum justum & æ-
,, quum, attenta maxime promissione utriusque
,, facta de non omittendo aliquid de contin-
,, gentibus. Recusare autem electionem dicti
,, unici loci, esset omittere, & sic contra pro-
,, missa venire &c. Respondent dicti domini cardinales, quod de fide, legalitate, & probitate, & pura intentione dicti domini Caroli circa unitatem ecclesiæ, dicti domini confidunt, sicut de speciali & singulari filio ecclesiæ Romanæ: & pro tanto, quidquid dicat, vel faciat, domini reputant cum bono zelo procedere. Sed possibile est, quod dominus Gregorius vellet eum circumvenire, si posset: sed cum Dei auxilio sperant dicti domini, quod ipse est talis, qui non permittet se decipi vel seduci. Et quia dicitur in dicto articulo, quod posset multum imputari ad vilipendium, detrimentum, vel infamiam illius partis, quæ non acceptaret tertium locum eligendum, cum manifeste convinceretur eos nolle unionem, & per consequens ab illa parte subtraheretur omnis obedientia, attento quod multi principes, & communitates concurrerent ad hanc viam: respondent dicti domini cardinales, quod possibile est, quod aliqui domini & communitates, qui non sunt plene informati de facto: de circumstantiis, ad informationem seu suggestionem dicti domini Gregorii contententur, & placeret eis, si possibile esset, quod fieret mutatio ad unicum locum de communi partium voluntate. Sed domini certificant dictum dominum Carolum, & dominum Malatestam, quod ipsi habent nova de majoribus regibus & principibus Christianis, & de majoribus prælatis totius ecclesiæ, quod ipsi acceptant, laudant, & approbant viam istam receptam per dominos cardinales, de concilio generali celebrando in Pisis & venient ad dictum locum, & tempus, qui venire poterunt, legitimo impedimento cessante, & qui erunt legitime impediti, mittent procuratores plene instructos cum sufficienti mandato: & erunt in tanto numero, quod bene admirabuntur uterque istorum contendentium.

Et nihilo minus credunt dicti domini cardinales, quod omnes, qui pro nunc approbant mutationem loci, quando erunt informati de impossibilitate juris & facti, & malitiosa cautela, per quam istud procuratur per dominum Gregorium, recognoscent veritatem, & concurrent cum majori & saniori parte regum, principum, communitatum, cleri, & populi Christiani, & cum tota ecclesia, auctoritative, canoni-

[a] Hoc est, Vestrarum reverendissimarum paternitatum.

ANNO CHRISTI 1409.

ce, & sufficienter unita. Et ut dicti domini sint A de singulis informati, tamquam speciales ecclesiæ filii: domini eis notificant, ipsosque cum pura veritate informant, quod in casu de quo agitur, quando scilicet sunt duo contendentes de papatu, ut est in casu præsenti, concilium generale est judex ordinarius & superior utriusque. Nam clarum est, quod propter dubium unus non est superior altero: nec ambo simul, cum non possint esse duo capita, & esset contra articulum fidei: *& in unam sanctam &c.* nec alter ipsorum per se habet in ista materia aliquam jurisdictionem, nec convocandi, nec ordinandi, nec aliquod statuendi. Nam alias quilibet esset judex in causa propria de titulo sui papatus: nec unus cum parte sibi obediente obe- B diret, seu determinationi alterius. Ita quod oportet de necessitate, quod sit dare tertium, qui judicet inter eos: & nullus est, nisi universalis ecclesia, quæ est superior & mater utriusque, quam reputant generale concilium in hoc casu. Nam nullus eorum habet integram obedientiam, ita quod universalis ecclesia non est, neque esse potest apud aliquem eorum, & per consequens neuter potest convocare concilium quod sit generale totius ecclesiæ.

Opponuntur etiam contra eorum quemlibet fautoriæ schismatis, atque asseruntur notoriæ & probabiles, pertinacis & obstinati ex dictis & factis eorum: opponuntur enormia & gravia crimina, notoria facti permanentis, de quibus plu- C ries & solemniter moniti, fuerunt incorrigibiles, pertinaces & obstinati: & crimina sunt talia, quæ enormiter scandalizant totam ecclesiam, immo sunt in subversione, nisi occurratur, totius status ecclesiastici. Istis pro vero præsuppositis, quæ sunt luce meridiana clariora, quæ præsidenda * signa frenetis audebit asserere, quod ipsi, vel eorum alter, in ista materia possit, vel debeat esse judex, & per consequens auctoritative convocare concilium generale, cum multi opinentur eos jam esse præcisos.

Præterea clarum est, quod isti sunt principales Benedictus & Gregorius, de quorum facto agitur: ita quod de necessitate juris oportet eos requirere, & provocare ad causam, & as- D signare eis locum securum. Et istud jam est factum per dominos cardinales: nam D. Gregorius hunc locum recusare non potest. Nam omnis locus in hoc articulo recusatur, vel quia non est idoneus, vel inhabilis, vel quia non est tutus, vel quia non est electus per partes. Quoad idoneitatem vel habilitatem loci Pisarum non est insistendum: primo quia notorium est, secundo etiam ultra loca mundi Gregorius commendavit locum Pisarum, sicut est rei veritas. Item ex tunc se posuit bis in manibus Florentinorum, in quorum dominio est ipse locus. Similiter dominus Benedictus, qui jam acceptavit hunc locum, non potest eum allegare suspectum: & ut communiter contrarium etiam E asseritur, & est magis verisimile propter illam, quæ facti dicitur, & habentur literæ a diversis personis fide dignis: *Dominus Benedictus personaliter veniet ad istud concilium ad locum præsumptum. Si inveniat locum mutatum, factis justis & rationabilibus protestationibus suis recedet, & sic concilium ruet, & ipse prætendet se excusatum.*

Præterea reges & principes, communitates, prælati, clerus, & populus totius Christianitatis utriusque obedientiæ, sunt solemniter vocati ad illum locum & terminum, & a pluribus habetur responsio, quod venient vel mittent. Si A inveniant locum mutatum, delusi & frustrati, si venerint, recedent; & si per prius ea sciverint, non venient, & arguent nos probabiliter varios, mutabiles, & inconstantes, & per consequens concilium ruet, ut supra. Et credant dicti D. Carolus & Malatesta, quod multi venirent Pisas, qui propter multas rationabiles & justas causas, non transibunt magis profunde in Italiam.

Sunt & multa alia, ex quibus manifeste convincitur, quod dictus Gregorius & sui, qui vellent divertere, & impedire istud sanctum negotium, procurant ista diverticula. Quis sanæ mentis non videat, quod quidquid agitur per dictum Gregorium & suos, est ad divertendum istud sanctum concilium, per quod solum potest sedari B schisma, & uniri ecclesia Dei; & quod malitiose & nequiter procuratur ad impediendum tantum & tam optatum bonum, ita per Dei gratiam dispositum & propinquum; & sub fallaci & dissimulata cautela petunt seu peti faciunt loci mutationem? Quæ enim est ratio, quod dominus Gregorius non veniat ad locum per eum nedum acceptatum, sed tam publice & solemniter oblatum, & copiose laudatum, nisi ut sub verborum pampinis frustretur negotium? Nam si nunc, quod absit, concilii congregatio impediretur: non esset spes, quod de tempore nostro posset iterum congregari. Et ad istud tendunt isti seductores populi Christiani, & maxime bonorum virorum & simplicium de- C votorum, tractando & procurando per vias exquisitas, quod divertatur negotium, & concilium non teneatur *&c.*

XVIII.

DUBIA MOTA PER CARDINALES,

Ex Raynaldo n. 45.

Qui fuerunt Pisis anno Domini MCCCCIX.

Quia in concilio universali possent duo contendentes de papatu, seu ipsorum alter, vel etiam ipsorum sequaces, movere dubia, & dicere exceptiones, quæ sequuntur: ideo super illis est D habenda ante diem concilii matura deliberatio.

I. Et primo forsan dicetur, & excipietur, quod cardinales non potuerunt vocare concilium, sed potius ille, qui gerit se pro papa in parte sua, & hoc videtur habere colorem per omnia jura, di. XVII. Et nisi huic dubio clare satisfiat, non censebitur ecclesia congregata, nec esse ibi concilium, sed potius conciliabulum, & sic nullius auctoritatis, jux. c. mul. XVII. di.

II. Item moveri * aliud dubium. Si quilibet, qui se pro papa gerit, petit ante omnia restitutionem propter subtractiones, & neutralitates sibi factas: talis petitio videtur habere colorem per C*. item summatus, qui est sub §. Item cum Balsam 2. q. 7.

* *Deest potest.*

* *Falsa hæc locorum indictio.*

III. Item poterunt dicere prima facie con- E tendentes, quod posito quod cardinales possent vocare concilium, vocatio esset nulla: quia expoliatus episcopus ex quacumque causa vocari non potest de jure ad concilium, nisi fuerit restitutus, nec de aliquo crimine agi contra eum, ut volunt jura per expressum 3. q. 1. & 2. per totum. Et ista est una exceptio, quæ prima facie videtur juridica per dicta jura: & in illis dominus Benedictus se fundavit tempore alterius subtractionis. Et nisi isti dubio respondeatur, concilium nullius effectus reddetur.

IV. Item posset moveri dubium. Si Benedictus vel

ANNO CHRISTI 1409.

vel Gregorius in concilio peterent, subtractos vel neutrales repelli a concilio, tanquam ibidem vocem non habentes: ista petitio videtur habere colorem per §. huic etiam * 17. di. Et quia spoliati seu neutrales, spoliantes per hoc papam, censentur esse inimici secundum jura vulgata: & sic venient in concilio ut partes, non autem ut judices, vel vocem habentes.

* *Locus falsè indicatus.*

Qui fuerit his dubitationibus satisfactum, ex nullo, quod extet, monumento constat.

ADDITIO QUARTA.

Ex MS. Harleano edidit Chastenet in nova Conc. Constant. historia.

I.

Conventio inter Cardinales utriusque obedientiæ de Concilio Pisano celebrando.

Miseratione divina Nos Angelus tituli S. Potentianæ dictus Laudensis, Petrus tituli XII. Apostolorum dictus Mediolanensis, Joannes tit. S. Crucis in Hierusalem dictus Ravennatensis, presbyteri, & Balthasar S. Eustachii Diaconus dictus Bononiensis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, manibus propriis nostris infrascripti, existentes in ecclesia majori Pisana collegialiter, cum RR. in Christo PP. aliis DD. Cardinalibus utriusque Collegii Pisæ commorantibus, attendentes provide, & considerantes ut nunc fere populus universus ærumnas graves, omnibus deflendas Christicolis, lamentabilemque scissuram, quibus Dei ecclesia opprimitur, ob nimiam ambitionem retinendi Principatum ecclesiæ: duobus enim super eo ambitiose certantibus, orti sunt errores mortiferi, & orta differentia inter eos, quos in vera Christi fide charitas propagavit, etiam insurrexere inter populos Christianos fremitus guerrarum, ingentes rancores & odia, quos solet ipsa ecclesia sopire, sequutæ sunt nedum etiam exhæredationes, immo & multorum, proh dolor! strages, multæque perditiones animarum. Sane pridie penultima mensis Maji, anno infrascripto, in loco Liburnii Pisanæ diœcesis, RR. in Christo Patres & DD. episcopi, presbyteri, & diaconi Cardinales utriusque Collegii ibi collegialiter existentes, mutuo & unanimi assensu, gratia Spiritus Sancti inspirante, convenerunt ad invicem, concordarunt, & promiserunt fide plenaria, juramento & voto irrevocabili firmarunt, attenta dispositione notoria dictorum duorum contendentium de Papatu, super unione S. Matris ecclesiæ providere, prout & quemadmodum in quibusdam litteris seu instrumentis publicis eorumdem dominorum Cardinalium, manibus propriis subscriptorum, & sigillis sigillatorum, & eorum nobis de verbo ad verbum perlectorum plene & seriose continetur. Quarum litterarum seu instrumentorum tenor sequitur sub his verbis.

Miseratione divina nos Episcopi, presbyteri, & diaconi S. R. E. Cardinales utriusque collegii, manibus nostris propriis infrascripti, in loco Liburnii diœcesis Pisanæ commorantes, nomine nostro, & aliorum RR. in Christo PP. DD. Cardinalium utriusque Collegii absentium, nobis adhærere volentium in hac parte, nec non generosus & potens miles D. Nicolaus de Robertis, de Tupoli, procurator, & procuratorio nomine RR. in Christo PP. & DD. Petri basilicæ XII. Apostolorum presbyteri vulgariter dicti Mediolanensis, & Balthasaris S. Eustachii diaconi, divina miseratione S. R. E. Cardinalium, a quibus ad infrascripta plenariam potestatem habet, de qua potestate constat, manu scilicet Joannis de Baceaglaciis de Bononiæ publici notarii, attendentes proinde, ac considerantes attente, quantum existit necessaria extirpatio hujus pestilentis schismatis diuturnitate temporis, ultra quam expediret, fidei & animarum saluti nocivi; maxime attenta indispositione notoria utriusque de Papatu contendentium, ob quam necessario oportuit nos ab eis corporaliter absentare, & cogitare de validioribus remediis, quibus, ipsorum non obstantibus voluntariis dissensionibus & subterfugiis manifestis, unitatis vinculum in Dei ecclesia reformetur. Ob quod sequentes SS. Patrum vestigia & exempla, per quæ extitit alias ecclesia salubriter & virtuose in pacis vinculo reformata, multiplicium diruptis errorum laqueis, & schismatum tendiculis venenosis compressis, mutuo, unanimi, & concordi assensu, & matura deliberatione inter nos habita, prævidimus necessarium existere, ut per utriusque partis generale Concilium & ecclesiam, ad nostrum in utriusque contendentium defectum, notoriamque desidum vocationem, operante gratia Spiritus Sancti congregatam, provideatur tanto excessui, immo verius manifesto, erroneum gregem Dominicum inhumaniter lacerantı, si de Papatu contendentes per viam mutuæ cessionis ab ipsis juramento, voto, & variis promissionibus roboratæ, pacem ecclesiæ non dederint in ipso Concilio, vel alias cum effectu, ut in nostris litteris, quas ad duos contendentes prædictos de Papatu, & ad Prælatos, Reges, & Principes, & alios fideles utriusque obedientiæ principaliter destinamus, plenius est insertum. Et quia in virtuosis operibus non initium, pugnaque, sed optatus finis, & obtenta coronat victoria, ad quam per perseverantiæ constantiam pervenitur; quæ tanto est in conspectu Altissimi acceptior, quanto est validioribus vinculis roborata.

Ea propter, licet inter nos, operante gratia Altissimi, existat firma constantia, & immutabile propositum, ut quæ deliberata sunt, & in prædictis nostris litteris descripta, suum per omnia, in quantum in nobis fuerit, sortiantur effectum: tamen ad certitudinem præsentium & provisionem futurorum, & ut variationi, quod absit, in tam necessario Dei negotio locus esse non possit, promittimus ad invicem unus alteri, in communi & particulari, immo verius Christo, cujus res agitur, & cujus corpus sic enormiter laceratur, B. M. ejus matri, SS. Apostolis Petro & Paulo, quorum sedes, & sanguine proprio fundata ecclesia vilescit indecoris ambitionibus, ecclesiæ, & omnibus Christi fidelibus fide plenaria, juramento & voto irrevocabiliter firmamus, quod per viam mutuæ cessionis amborum de Papatu contendentium, vel alterius, vel alio mortuo, vel canonice ejecto prosequemur ecclesiæ unionem, & damnosi schismatis extirpationem, & alias in ipsorum, seu alterius contumaciam & contradictionem, per deliberationem Concilii generalis & ecclesiæ congregandæ procurabimus, attentis promissis, voto & juramento firmatis per ipsos duos de Papato contendentes, & nos provideri taliter, quod per canonicam electionem a nobis ambobus collegiis in unum convenientibus faciendam, provideatur ecclesiæ de unico, vero, & indubitato Pastore; nec a præmissis recedemus, seu variabimus; immo potius præmissa diligentius prosequemur, quousque præfata unio habeatur, errore schismatis extirpato.

ANNO CHRISTI 1409.

Promittimus etiam solemniter ad iovicem, quod ipsis contendeotibus de Papatu, vel ipsorum alteri corporaliter non adhærebimus manente in ipsis, vel eorum altero indispositione, quæ est io se: si aliqui id facerent de nostrosum præsentium ad invicem concilio & assensu, ex tunc operam dantes ad ipsorum reductionem, debitam & securam observantiam eorum quæ piomiserunt juramento & voto firmaverunt, vel ad ipsos disponendum, sen eorum alterum, ut ad Concilium veniant convocandum, in quo casu ipsos vel eorum alterum intendimus honorifice tractare.

Adjicientes quod per talem tractatum & conventionem incundam eum eodem, vel inter seipsos præsentes, non possit concludi, seu deliberari aliquid per majorem partem, nec etiam per omnes in præjudicium, seu diminuuionem bonorum, dignitatum, officiorum, beneficiorum, & statuum quorumeumque, vel cujuscumque, quæ hodie habeot, & detinent nunc, vel detinebant ante Kalendas Maji jam præteriti, omnium & singulorum dictorum DD. sic invicem colligatorum & unitorum tam præsentium, qnam absentium. Pari promissione etiam ad invicem promittimus, quod si hoc pendente oegotio, & ejus prosecutione, alter dictorum contendentium diem suum clauderet extremum, illi onstrum qui illi adhæserunt, ad electionem alterius nullatenus procedent, donec per Ecclesiam desuper sit ordinatum, vel superstes renunciaret sponte. Quod si utrumque mori contigerit, ad electionem alterius nullatenus procedemus, nisi prius communicato inter nos consilio, & de communi & concordi assensu omnium nostrum, vel duarum partium, in quo casu etiam absentes ex nobis requiri debeaot, si infra decem dies possint nobiscum commode convenire, vel per deliberationem Coneilii & Ecclesiæ congregatæ aliud circa electionem per nos communiter faciendam, videretur faciendum.

Promittimus etiam ad invicem, quod si dicti DD. Cardinales ipsos contendentes sequentes, ipsis contendentibus defunctis, seu ipsurum altero, alium seu alios eligerent, vel ipsi contendentes Cardinales crearent, vel jam creaverint, cum talia evidenter forent & censerentur esse in perpetuationem schismatis, & manifestissimam illius fautoriam, illis nullatenus adhærebimus, nec pro Pontifice, seu Pontificibus aut Cardinalibus habebimus ullo modo; sed adversus tales excessus procurabimus per ecclesiam provideri. Et quod in præmissis omnibus & singulis dabimus ad invicem nobis ipsis in communi & in particulari unus alteri auxilium, consilium, & juvamen bona fide, mutua & sincera charitate, fideliter, sine dilatione, & palliatione quacumque: præcipue adversus quoscumque, qui impedimenta præstare vellent io præmissis, vel nos in communi vel particulari perturbare, lædere, seu prosequi verbo & facto.

Est autem oostra intentio, quod si pendente prosecutione præmissorum casus aliqui inexcogitati occurrerent, quibus esset aliter occurrendum & providendum pro utilitate Ecclesiæ, & unione habenda, quod hoc facere valeamus communicato ad invicem coosilio de communi & concordi omnium nostrum consensu.

Acta fuerunt hæc in loco prædicto Liburnii Pisanæ diœcesis, & manibus nostris subscripta, ac sigillis nostrorum Cardinalium pendentibus roborata sub anno a Nativitate Domini 1408.

A Ind. 1. & die penult. mensis Junii, præsentibus RR. in Christo patribus DD. Simone Patriarcha Alexandrino administratore Ecclesiæ Careassonensis, & Petro Episcopo Meldensi, ac VV. DD. MM. Petro Plaoul io sacra pagina Doctore, Joanne Petri magistro in artibus & medicina, ac religioso viro fratre Luca de Reate Monacho Monasterii Farsanensis, Leodiensis, Cabillonensis, & Sabinensis diœceseon, testibus ad præmissa omnia & singula vocatis specialiter & rogatis.

Ego Guido Episcopus Prænestinus S. R. E. Cardinalis prædictis omnibus interfui, consensi, ut in præsenti instrumento continetur, & in testimonium præmissorum præsentibus B subscriptionem manu propria feci, & meum sigillum apponi mandavi.

Ego Antonius Episcopus Prænestinus S. R. E. Cardinalis Aquilejensis, prædictis omnibus interfui, & consensi &c. ut supra.

Ego Nicolaus Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis prædictis omnibus interfui, & consensi, ut in præsenti instrumento continetur &c. ut supra.

Ego Conradus tit. S. Chrisogoni presbyter Cardinalis, dictus Meletensis, prædictis omnibus interfui, & consensi &c. ut supra.

Ego Petrus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis præd. omnibus interfui, & consensi.

Ego Franciscus tit. SS. Quatuor Coronato- C rum presbyter Cardinalis, dictus Burdegalensis, prædictis omnibus interfui, & assensum præbui, ut in præsenti instrumento continetur, in quorum testimonium manu propria subscripsi, & sigillum meum apponi mandavi.

Quibus omnibus & singulis contentis in dictis litteris, nobis sic de verbo ad verbum perlectis, ac matura deliberatione consideratis, videntes, quia stant opiniones & affectiones eorumdem DD. Cardinalium eisdem adhærentes, & eas prosequi omnimode volentes, ipsa omnia & singula contenta in dictis litteris, ut superscribuntur, promittimus Deo, & Beatæ Mariæ Virgini ejus matri, Beatis Apostolis Petro & Paulo, quorum sanguine fundata Ec- D clesia damnatis ambitionibus vilescit, Ecclesiæ, omnibus Sanctis, & Christi fidelibus, plena fide, juramento & voto irrevocabili firmamus prosequi, tenere, & inviolabiliter observare absque alia interruptione, nihil remoto, prout in dictis litteris, seu instrumentis seriose, & in præsenti instrumento de verbo ad verbum continetur. Salvo tamen quod in ultimo capitulo dictarum litterarum, seu instrumentorum, qui sic incipit, est autem nostra intentio &c. omnes & singuli DD. Cardinales præfati, & nos eum ipsis, volumus, quod in fine illius capituli, post illa verba, ac concordi omnium nostrum assensu, ponatur, vel duarum partium omnium nostrum. Quam etiam additionem E gratam, & ratam habemus, & eam bona fide promittimus observare.

De quibus omnibus & singulis præmissis nos dicti Cardinales subscripti, & quilibet nostrum sequisivimus & voluimus, per Notarios infrascriptos, unum vel plura, publicum, vel publica confici originalia instrumenta; in quorum omnium fidem & testimonium præmissorum præsentes litteras, seu præsens instrumentum manibus nostris subscriptas, aut subscriptum sigillorum nostrorum mandavimus appensionibus muniri. Acta fuerunt hæc in Ecclesia majori Pisana prædicta sub anno a Nativ. Domini 1408, die

ANNO CHRISTI 1409.

die 30. Mensis Augusti Ind. 2. præsentibus R. PP. DD. Petro Meldensi, Branda Placentino Episcopis, Joanne abbate S. Justinæ de Padua, DD. Nicolao de Robertis de Tripoli milite, & Roberto de Quesnejo decretorum Doctore Canonico Rothomag. testibus ad præmissa vocatis.

Deinde ego Henricus miseratione Divina Episcopus Tusculanus, dictus Neapolitanus, præfatæ S. R. E. Cardinalis in sacristia Ecclesiæ B. Martini Pisensis, ubi dicti DD. Cardinales erant collegialiter congregati, die Veneris XIV. Mensis Septembris, anno supradicto, litteris seu instrumentis originalibus, de quibus superius est facta mentio, per me visis, & de verbo ad verbum in mei præsentia perlectis, attentis sanctis propositis, affectionibus, & voluntatibus aliorum DD. Cardinalium prædictorum, volens eorum sequi intentionem, voluntatem, & dispositionem, & totis viribus, corde, & animo prosequi, ex mea pura & libera voluntate juravi, vovi, & promisi solemniter omnia & singula contenta in eisdem litteris seu instrumentis prosequi, tenere, & inviolabiliter observare, prout & quemadmodum ipsi DD. Cardinales singulariter promiserunt, & in dictis litteris seu instrumentis seriose continetur: ratam etiam atque gratam habens additionem prædictam, ubi legitur, vel duarum partium omnium nostrum: de quibus etiam omnibus & singulis præmissis volui, ut præfertur, fieri unum vel plura instrumenta per Notarios infrascriptos, & hic me propria manu subscripsi, & sigillum meum apponi feci, in testimonium præmissorum. Actum loco, die, anno, & indictione prædictis, præsentibus prænominatis D. Petro Episcopo Meldensi, & Huberto de Quesnejo testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Ego Henricus Episcopus Tusculanus Cardinalis Neapolitanus prædictis omnibus & singulis interfui, & assensum præbui, promisi, juravi, & vovi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi, & sigillum meum apponi feci.

Ego Angelus tit. S. Potentianæ, presbyter Cardinalis Laudensis, omnibus supra scriptis & singulis interfui, consensum præstiti, promisi, juravi, ac vovi, in præmissorum testimonium me propria manu subscripsi, & meum sigillum apponi feci.

Et ego Guillelmus Goneti, presbyter Maleacensis diœcesis, publicus apostolica, & imperiali auctoritate notarius &c.

Miseratione Divina ego Landulphus tituli S. Nicolai in carcere Tulliano, dictus Barensis, S. R. E. diaconus Cardinalis, in sacristia basilicæ B. Martini Pisarum, ubi RR. in Christo Patres DD. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales utriusque Collegii collegialiter congregati, videl. die 5. Mensis Octobris anno a Nativitate Domini 1408. litteris, seu instrumentis originalibus, quorum seu quarum copiis præsentes sunt annexæ, per me visis, & de verbo ad verbum coram me perlectis, attendens & considerans sanctum propositum, sanctasque affectiones, & voluntates dictorum DD. Cardinalium, volens toto affectu, & animo eorum sequi intentionem, voluntatem, & dispositionem, & eisdem DD. Cardinalibus adhærere, ex mea pura & libera voluntate juravi, vovi, & promisi solemniter omnia & singula contenta in eis litteris seu instrumentis prosequi, tenere, & inviolabiliter observare, prout & quemadmodum ipsi DD. Cardinales singulariter promiserunt, voverunt, & juraverunt, & in eisdem litteris seu instrumentis seriose continetur: de quibus omnibus & singulis promissis ego dictus Landulphus Cardinalis requisivi, & volui per Notarios infrascriptos unum vel plura publicum & publica confici instrumenta originalia, in quorum omnium fidem & testimonium præmissorum, præsentes litteras, seu præsens instrumentum manu mea propria subscriptas, sigilli mei appensione muniri volui. Acta fuerunt hæc anno, mense, die, & loco prædict. Indict. 2. presentibus RR. in Christo PP. DD. Petro Meldensi, Jacobo Laudensi Episcopis, & M. Angelo de Viterbio secretario D. Cardinalis Aquilejensis testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

ANNO CHRISTI 1409.

Ego Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Diaconus Cardinalis Barensis, prædictis omnibus & singulis interfui, & assensum præbui, promisi, juravi, & vovi, & in testimonium mea propria manu subscripsi.

Miseratione divina ego Joannes Ostiensis Episcopus S. R. E. Cardinalis, in sacristia B. Martini Pisarum, ubi RR. in Christo PP. DD. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales utriusque Collegii erant collegialiter congregati, die 11. Mensis Octobris anno a Nativ. Dom. 1408. litteris, seu instrumentis originalibus, quorum, seu quarum copiis præsentes sunt annexæ, per me visis, et de verbo ad verbum coram me perlectis &c. juravi, vovi, & promisi solemniter omnia & singula contenta in eisdem litteris seu instrumentis seriose continentur &c. in quorum fidem præsentes litteras manu mea subscriptas sigilli mei mandavi appensione muniri. Acta fuerunt hæc &c.

I I.

Cardinalium Epistola ad Brunsvicensium ac Luneburgensium Duces Bernardum & Henricum, qua eorum Legati ad Concilium Pisanum invitati.

Ex MS. Ducali Cellensi.

Illustribus & Excellentibus DD. Bernardo & Henrico in Brunswyk & Lunenborg Ducibus, amicis nostris carissimis.

Miseratione Divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales illustribus & excellentibus DD. Bernardo & Henrico in Lunenborg & in Brunswyk Ducibus &c. salutem in Domino sempiternam, & paratum promptumque animum ad sacratissimæ Ecclesiasticæ unitatis effectum habere, & pro ea firmiter et efficaciter operari.

Principum, Ducum, Marchionum, aliorumque Dominorum, et Magistratuum quorumcumque dignitatibus et officiis quibuscumque pollentium, proprium est judicium et justitiam facere, et de manu calumniantium vi oppressos eripere, et a cunctis pro viribus injurias propulsare. Quibus, juxta Petri sententiam, tanquam a Deo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, obediendum est. Si igitur in eos, qui utcumque injurias inferunt, missi sublimatique sunt; quanto majori et justissima indignatione pro Christi immaculata sponsa, a qua in Spiritu Sancto regenerati sumus, ejusque lacte educati, et grandævi in fide firmati, apertis Paradisi foribus, vitam, qua primi homines sorde peccati privabantur, consequi merentur æternam, contra illos infimæ pravæque con-

conditionis homines tenentur exsurgere, qui Corpus Christi mistycum, hoc est, Dei Ecclesiam, et tunicam Domini inconsutilem dividunt, qui Christi vineam exterminant et conculcant, in nefandissimis momentanearum rerum ambitionibus pravisque cupiditatibus suis satisfacere valeant, omni pudore, et Dei metu sublato, non curantes dominici gregis animas secum in æternam perditionem deducere, et cunctorum Christi fidelium pacem et quietem turbare.

Sane novistis, non ambigimus, cum toti sit Christianorum orbi notissimum, quot Petri navicula continuis fluctibus agitata per triginta annorum spatia, et quantas passa fuerit tempestates, ad extremum fere deducta naufragium, quæ, ejus flebili omissa historia, nimium fidelibus cognita, ut ad unitatem dignitatemque pristinas tandem reduceretur, et pax desideratissima in Christiano populo pullularet. Sanctæ memoriæ Innocentio Papa VII. sublato de medio; D. Gregorius, ut ipsius Ecclesiæ unionem conficeret, per puræ et simplicis renunciationis et cessionis viam, ante et post ejus adsumptionem votam, juratam, pluriesque promissam, D. Petro de Luna ex parte alia, Benedicto nuncupato, qui se similiter obligaverat, cedente, vel decedente, ut publico instrumento scripturisque solemnibus, et eorum Bullis et nostris litteris sparsis per orbem luce clarius est, ad apicem fuit summi Apostulatus assumptus. Et qualiter ambo de principatu contendentes Deo vota sua reddiderint, juramenta servarint, & promissa adimpleverint, vestras caritates latere non credimus, cum jam omnibus possit esse clarissimum, & rei exitus demonstravit. Nam per tractatus inanes, frivolasque & superfluas disceptationes, altercationes ac varietates, anno mensibusque consumptis, hucusque Christianum populum illudendo, colludendoque invicem, denique occasionibus captatis inanibus, a præfatæ unionis, ut præfertur, promissæ, juratæ & votæ tractatibus tam impudenter, quam turpiter discesserunt, Christi grege mercenariorum more inter Lupos exposito, & de unione ipsa totaliter desperato.

Ac nos, quibus post Papam salutis populi Christiani major zelus & onus incumbit, videntes, nobis ab eodem domino Gregorio suis injustis turpibusque mandatis ora obserari, ne de unione ipsa verbum ulterius faceremus, in vitam libertatemque nostras evidentia imminere pericula: ut conscientiarum exonerationi & præfatæ unioni, de qua poterat alias totaliter desperari, consuleremus, ab eo, non ad unionem ipsam, sed ad schisma fovendum, bonaque Ecclesiæ dissipandum, suosque contra Deum, & justitiam promovendum & sublimandum, intendentes, momentanearum rerum cupiditate, pravaque ambitione tracto, cælestium & æternarum penitus oblito, & supra dictam cessionis viam, a se tanquam justam sanctamque toties acceptatam, & promissam, diabolicam palam asserente, & declinante, tanquam a nutritore schismatis antiquati, quod de jure hæresin sapere minime dubitant, cum deliberatione, ut pluribus scriptionibus jam sumus testati, discessimus.

Nosque cum reverendissimis DD. de Collegio partis alterius junximus & univimus pro pace, & unitate danda populo Christiano: viamque congregationis Universalis Concilii utriusque obedientiæ ad civitatem Pisarum, diemque vicesimam quintam proximi mensis Martii, celeberrimum festum Annunciationis Virginis gloriosæ, a qua cunctorum salus & redemptio inchoavit, unde, Deo favente, cujus res agitur, omni errore & schismate evulso, unio in ipsa Ecclesia sequetur, elegimus, secundum canonum sacrorum instituta & Ecclesiæ laudabilem consuetudinem in talibus observatam. Quæ omnia latius litterarum, quas ad obedientiæ nostræ Prælatos, eos ad Concilium convocantes, dirigimus, tenoribus, & Oratorum nostrorum abunde de cunctis expedientibus instructorum vivis relatibus, luculentius poterint excellentiæ vestræ percipere.

Expergiscimini igitur, quoniam jam tempus est a somno surgere. Et vobiscum una Deus exsurgat, ut dissipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum a facie ejus. Erigite Ecclesiam matrem vestram, & in libertatem Spiritus vindicate, nobisque in hac Dei causa adsistite & favete. Oratoresque vestros solemnes mittite, & Prælatos dominorum vestrorum, quos ducimus convocandos, ad veniendum inducite, ac si opus esset, quod minime remur, ut tenemini, modis debitis adstringatis, ut tempore debito in eodem Concilio legitime & instructi veniant, ad tam pium & sanctissimum opus feliciter consumandum. Quæ per adspersionem pretiosissimi Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, ut a tot amodo angustiis liberetur, Sancta mater Ecclesia nobiscum una a vobis instantissimis precibus postulat & requirit, sicuti omnino caritates vestras pure & libere facturas speramus.

Nam ad ipsum Concilium venientes, aut ei faventes, D. Gregorius, qui tanquam inimicus homo continue tentare non desinit coloribus, fictionibus, mendaciis solitis, ubique disseminare zizaniam in ecclesiasticæ unionis disturbationem, ut ipsam ecclesiam ita laceratam & oppressam valeat retinere, suis non potest sententiis adficere vel militare. Cum per solemnia consilia collegiorum magnorum sacræ Theologiæ, jurisque canonici & civilis conclusum & declaratum existat, ipsis contendentibus de Papatu, tanquam antiquati schismatis nutritoribus obediendum non esse, sed eis omnem obedientiam subtrahendam, & de eorum sententiis, censuris, & aliis non curandum, vel de juribus sedis Apostolicæ aliquatenus respondendum, ut in nostris litteris, quas per orbem dirigimus, plenius continetur.

Deus omnipotens Excellentias vestras diu & felices in statu infinita sua benignitate conservet: Datum in Castro Liburum Pisanæ diœceseos sub trium Priorum nostrorum sigillis die 16. mensis Julii, Indict. 1. anno a Nativ. Dom. nostri Jesu Christi 1408.

III.

Litteræ Regis Angliæ ad Papam, & planctus ejus propter effusionem sanguinis Christianorum tempore schismatis.

Ex MS. Harleano.

Beatissime Pater, humillime filiali recommendatione præmissa. Inscrutabilis summi Dei sapientia nonnumquam peccata hominum utcumque dissimulat, si forte non metu servili, sed filiali, stimulante tandem conscientia resipiscant: & quanto diutius iram suam in hac vita suspenderit, tanto gravius ut timetur, ea puniet in futuro. Nos itaque revolventes in mente diutinum, & quasi inveteratum schisma

ma

ANNO CHRISTI 1409.

ma jam vigens in Ecclesia S. Dei, profecto timemus, utpote verisimiliter est timendum, quod cunctis religionis Christianæ principibus coram Deo & hominibua ad desidiam debeat imputari, diutius coutrita tanti erroris immanitas, eo potissime quod clero regnorum ubilibet, vel metu, vel avaritiæ cæcitate causante, nefandum hujusmodi schisma sub devotionis & sanctitatis specie palliante, Principes illi, quibus ad defensionem & tutamen ecclesiæ materialis gladius est commissus, circa schisma prætactum penitus extirpandum, nec magnam humanæ suasionis instantiam exhibere, nec gladium exercere sunt conati.

Quapropter audito frequentius a plerisque, ac etiam intellecto jam pridem ex litteris RR. in Christo Patrum DD. sacri Collegii Cardinalium, ac ex relatione R. in Christo Patris D. Archiepiscopi Burdegalensis amici nostri merito prædilecti, pro parte dicti Collegii ad nostram, atque charissimi filii nostri primogeniti Principia Walliæ, nec non Prælatorum & Procerum regni nostri præsentia accedentis, qualiter non tam ipse, quam cæteri vestri Collegii Cardinales, occasione continuationis hujus schismatis contra votum & juramentum per S. V. de cedendo Papatu præstitum, omnem a vobis obedientiam subtraxerunt, ac generale Concilium in festo Annunciationis Dominicæ proxime jam futuro apud civitatem Pisanam, locum quidem congruum, ut dicitur, & honestum, ac per S. V. alias pro competenti & idoneo commendatum, celebrare disponunt, prout asseritur hoc fieri posse, præsertim vigore cujusdam obligationis, occasione schismatis extirpandi per S. V. dum eratis in minoribus constituti, spontanee & solemniter initæ in conclavi cum Cardinalibus antedictis, & post assumptionem vestram ad Apostolatus apicem, per sacræ manus vestræ subscriptionem publice renovatæ, ac etiam confirmatæ, prout ex inspectione cujusdam instrumenti publici coram nobia, & statibus ante dictis exhibitis nobis apparuit evidenter: nescientes quomodo per aliam viam ad unionem Ecclesiæ commodius valeat perveniri.

Unde petivit idem D. Cardinalis ex præmissis & aliis causis rationabilibus per ipsum patenter expositis, & in præfatis litteris dilucide comprehensis, quæ revera nostram, & statuum prædictorum conscientias valde movent, ut eidem Collegio divinæ pietatis & amoris intuitu circa præmissa consilium & auxilium impendere curaremus una cum aliis Principibus orthodoxis: quodque præterea nostros Ambaxiatores, atque Prelatos Regni nostri, per se vel procuratores suos ad dictum Concilium transmittamua.

Nos itaque zelum intensum, quem ad unionem eamdem gerimus & habemus, cupientes ostendere, ac sanam ac sanctam ejusdem Collegii in præmissis intentionem propensiua attendentes, prout alii Principes illud idem, ut accepimus, in præsentiarum attendunt. Volentes quoque præterea, quatenus ad nos attinet, ad honorem Dei, & ut iræ suæ mucronem effugere valeamus, partes nostras adjicere circa reformationem status ejusdem Ecclesiæ; habita super his cum præfato filio nostro, nec non & Prælatis & proceribus antedictis deliberatione matura, S. V. clementiam, cujus statum & honorem ex variis causis utpote devotus Ecclesię filius, quatenus cum Deo potuimus, fueramus amplexi, prout semper amplectimur, de expresso & unanimi statuum prædictorum assensu cum omni humilitate rogamus, ac in Jesu Christi visceribus exhortando requirimus, quatenus ut pro vitando non tam Ecclesiæ, quam sedis Apostolicæ scandalo manifesto, vestrique status & honoris conservatione votiva, nec non & pro cunctorum Christi fidelium, ad prædictos diem & locum confluere volentium delectatione pariter & quiete: præsertim illius obtentu, qui ubi libet, dat gratiam, ad intercedendum die & loco prætactis, in spiritu humilitatis vos inclinare dignemini, votum simul & juramentum hujusmodi effectualiter impleturi, prout vos facturos confidimus: etenim tenemus pro constanti, quod cum, sicut accepimus, utriusque collegii Cardinales in unam & eamdem mentis consonantiam circa præmissa convenerint, & quasi cuncti Principes Christiani ad impendendum eis favorem & auxilium libenti animo se exponant, quantumcumque quærantur aliunde subterfugia, Cardinales iidem hujusmodi unionis effectum divino favente præsidio consequentur.

Nec videtur nobis, aut regnicolis nostris expediens, ut ab aliis fidei orthodoxis principibus in tam sancto proposito discrepemus in aliquo: quin immo ad eosdem diem & locum nostros Ambaxiatores, & regni nostri Prælatos per se, vel procuratores suos accedere faciemus, quemadmodum credimus incunctanter alios esse facturos, ut universalis Ecclesia desiderabilis unionis dulcedine perfruatur.

Porro B. P. si sedis Apostolicæ providentia dignaretur attendere, quanta quasi per universum orbem non tam corporum, quam animarum Christi sanguine redemptarum hactenus provenere pericula, prætextu continuationis schismatis ante dicti, & potissime stragem populi Christiani, qui ultra ducenta millia personarum, ut asseritur, ex guerrarum fremitibus, occasione præmissa in diversis mundi partibus exortarum amisit, unde jam pridem ad minimum triginta millium, ratione dissensionis habitæ super episcopatu Leodiensi inter duos, unum videlicet auctoritate D. veri summi Pontificis, & alium Antipapæ titulo contendentes in bello campestri, quod dolentea referimus, fuerunt interfecti, profecto jam dicta S. V. anxiaretur in spiritu, & justo dolore torqueretur in mente, dictanteque bono conscientiæ, potius Apostolicę sedis honorem incontinenti relinqueret, quam hujusmodi detestanda committi de cætero sub dissimulationis chlamyde toleraret, exemplum sumena a vera matre, quæ coram rege Salomone contendens, cessionem potius elegerat, quam filii sectionem.

Et quamquam ex illa nova creatione novem Cardinalium contra juramentum vestrum, ut aliorum verbia utamur, ultimo per vos facta, de qua vehemens admirationia causa exurgit, posset aliquo modo præsumi, prout verisimiliter est censendum, intentionem vestram ad finem schismatis extirpandi non tendere, absit tamen, a sæculo semper absit, quod S. V. circumspectio de tanta mentis inconstantia notaretur ab aliquo, unde novissimus error priori deterior haberetur, nedum execrandus a qualibet anima Christiana, verum etiam totia conatibus merito propulsandus.

Hæc autem quæ scribimus, de corde puro & fide non ficta procedunt, & ideo Pater sancte, benigne si libeat, cum debito libramine ponderentur. Beate pater, inclinet ille cor vestrum, & corroboret in hoc pio opere feliciter exequendo, qui pro pace, cum sit Rex omnium, induit formam servi. Scriptum sub signeto nostro in palatio nostro Westmonasterii x i i. die Novembris.

IV. *Lit-*

IV.

Littera ejusdem Regis ad Cardinales partis Gregorianæ.

Henricus &c. Cardinalibus &c. salutem, & in unitatis pulchritudine delectari. RR. in Christo Patres amici sinceri dilecti. Transmissus est ad nostram, & consilii nostri præsentiam ex parte cœtus vestri R. in Christo P. Cardinalis Burdegalensis noster sincerus amicus coram nobis & dilectissimo filio nostro Primogenito principe Walliæ, nec non Prælatis, & proceribus regni nostri quampluribus propterea congregatis, vigore litterarum vestrarum sub sigillis trium Priorum vestrum nobis in statuum prædictorum præsentia porrectarum, nuncium sibi commissum laudabiliter exposuit, ac etiam eleganter: ex cujus informatione, nec non inspectione litterarum illarum clare percepimus intentionem, quam semper hactenus habuistis, prout in præsenti vos habere prætenditis ad unionem ecclesiæ S. Dei, cujus occasione dicimini varia pertulisse gravamina, non parcentes laboribus & expensis: quodque tam ipse, quam vos, de unanimi consensu, occasione continuationis schismatis antiquati in ecclesia S. Dei, potissime contra votum & juramentum per dictum summum pontificem Gregorium, de cedendo Papatu præstitum, omnem ab eodem obedientiam subtraxistis, ac generale concilium in festo Annunciationis Dominicæ proxime jam futuro, apud civitatem Pisanam celebrandum fore decrevistis: nullam aliam viam, per quam ad unionem ecclesiæ perveniri valeat magis accommodam reputantes.

Unde petivit a nobis idem Cardinalis ex variis causis per ipsum patenter expositis, & in præfatis litteris vestris dilucide comprehensis, ut jam dicto venerabili cœtui vestro circa præmissa consilium & auxilium impendere curaremus, una cum aliis Regibus & Principibus orthodoxis, & quod Ambaxiatores nostros atque Prælatos regni nostri per se, vel procuratores suos illuc transmittere curaremus. Nos itaque cupientes ostendere quantum zelum habuimus & habemus, ut pax vera ecclesiæ reddatur, de consensu statuum prædictorum D. summo Pontifici nostras litteras absque mora dispensiosa transmittimus juxta seriem copiæ præsentibus inclusæ effectualiter exequendas.

Vestrum itaque venerabilem cœtum affectuose precamur, quatenus si contingat eumdem Gregorium interessendo prædicto generali Concilio apud Pisas, & cedendo Papatui, juxta votum & juramentum per ipsum vicibus iteratis emissum, acquiescere votis vestris, & nostris, prout cupimus, & tenemus ipsum esse facturum, pro statu suo taliter ordinare velitis, ut præcipue Deus inde placetur, & tam ipse Gregorius, quam Nos, qui non immerito suum honorem & commodum ex affectu diligimus, vobis & singulis vestrum merito teneamur ad gratiarum uberes actiones. Ex hac namque scriptione poteritis incunctanter accipere, quod singularis affectio quam gessimus & gerimus ad personam ipsius Gregorii, non erit, prout nec erat in causa, quominus ad desiderabilem unitatem, & pacem ecclesiæ valeat pervenire. Quam ille dignetur acceleranter annuere, qui ut pacem emeret, sanguinem suum fudit. Datum sub privato sigillo nostro XII. die mensis Novembris.

V.

Littera Wenceslai Romanorum, ac Bohemiæ Regis ad Cardinales Pisis congregatos.

Reverendissimis in Christo PP. DD. S. R. E. Cardinalibus, amicis nostris charissimis. RR. PP. amici carissimi. Quanta cordis affectione, quantaque animi aviditate unionis S. Matris ecclesiæ reintegrationem, aliquandiu hactenus ferventer præstolatam zelatione, noscimus. Testis est experientia, quæ per se loquitur; testis est & solers scriptorum ac nunciorum vestrorum crebra per Nos vobis cæterisque mundi principibus & fidelibus super hoc transmissorum replicatio, quæ vos coram majestate nostra ejusdem unionis protestatur utique utiles promotores. Vos enim, ut ex tenore ejusmodi scriptorum vestrorum didicimus, in resecandis tanquam vitiosis pestiferi schismatis contagiis, veluti fideles medici, absque intermissione temporis sollicitos, & in reducendis in sanctæ unitatis corpore, imbecillitate languentibus membris pristinæ sanitati vos redditis plurimum operosos. Super quo sinceritatem vestram tanto altius commendamus, quanto vos non per hoc tam propria commoda, quam verius Christi fidelium non ambigue cernimus lucra quærere animarum.

Ne autem sollicitudinis nostræ, quam ad unitatem & statum ecclesiæ semper ultro gerimus, diligentia paternitatibus vestris sit forsitan incognita, seu aliquatenus peregrina, ecce scire placeat, quod receptis pridem ab honorabili Hieronymo de Gydemberg doctore decretorum, sacri palatii auditore devoto nostro dilecto vestris tam litteris, quam relationibus curiosis, confestim illustres terrarum nostrarum Slesiæ Principes consanguineos nostros, cæterosque regni Bohemiæ episcopos & prælatos ad nos accersivimus, cum eisdem de unione S. matris ecclesiæ salutifera consilia inituri. Freti itaque eorum mature digestis consiliis, prout ipsorum scripta dilucidant, juxta suasionum vestrarum hortamina, ad generale Concilium per vos super festo Annunciationis gloriosæ Virginis Mariæ, in civitate Pisana proxime venturo celebrari indictum, solemnes Ambaxiatores de sanguine nostro decernimus transmittendos.

Nos enim, Patres venerabiles, in hoc fausto proposito juxta desideria vestra, tanquam Romanorum & Bohemiæ Rex, omni nostra obedientia & potentia recipere & accipere volumus sine dolo, prout super his honorabilis magister Joannes Cardinalis de Regustam familiaris devotus, fidelis, dilectus, Paternitates vestras latius informabit, cui in referendis hujusmodi fidem nostro nomine velitis credulam adhibere, singularem in eo nobis complacentiam ostensuri. Datum Uratislaviæ die 26. Novembris, Regnorum nostrorum anno Bohemiæ XLVI. Romanorum vero XXXIII.

Wenceslaus D. G. Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex. Ad mandatum D. Regis Jacobinus Canonic. Pragensis.

VI.

Littera Regis Franciæ ad Cardinales Pisis congregatos.

Karolus Dei gratia Francorum Rex RR. PP. Cardinalibus zelo pacis ecclesiasticæ apud Pisas in

ANNO CHRISTI 1409.

in charitatis vinculo congregatis, amicis nostris earissimis salutem benevolentiæ spiritualis: sperabamus, RR. PP. & amiei earissimi, diu concupitam pacem eeelesiæ per renunciationes utriusque misere contendentium de Papatu, persuadente spontanea, eorumque debita charitate, post tot agitatos labores, multis effluxis diebus cernere potuisse: sperabamus in horrenda sehismatis tempestate quietis anchoras ex ipsorum manibus procurasse, & tutissimo paeis portu divisos populos congregari. Sed heu, proh dolor! hue usque eharitatem eorum ambitio, humilitatem superbia, & fidem perfidia superavit; ut nisi Nos de paee ecclesiæ vestrarum probitatum spes optima refieeret, pacem ipsam a Christianis exulem crederemus: sed de abundantia pietatis ejus qui errara conjungit, & dispersa congregat in salutem uberius eonsolati, per eam maxime unitatem, quam auctores Deo, eujus res agitur, laudabilissime retinetis, in pacis expectatione eertissima congaudemus, & ad eam pari zelo, parique studio, vobiscum pertingere dirigente Domino suspiramus. Quapropter dilecti & fideles &c. Ambaxiatores & Oratores nostros apud vos & Italiæ partes transmittimus, quibus in dicendis plenariam quæsumus date fidem, & nobis assidue vostra beneplaeita fidenter reseribatis. Bene & diu optamus vos valere. Datum Parisiis &e.

V I I.

Litteræ congregationis ecclesiæ Gallicanæ ad eosdem Cardinales.

RR. PP. & DD. paueis abhine eitra diebus vestras eonvocationis Coneilii litteras cum gaudio pariter & honore recepimus; unde illi gratias referimus, qui post varios sponsæ suæ summosque labores & easus, quibus ipsa peccatis exigentibus tot annorum decursu attrita est, tandem compassionis & misericordiæ oculo jam respicere, & a suis afflictionibus & angustiis liberare ineeperit: & ut super prosequutione pacis & consolationis fidelium sereniss. principis & D. nostri Francorum regis intentionem, & eeelesiæ Gallicanæ deliberationem, eonclusionem, & expeditionem VV. RR. PP. cognoseant, idem sereniss. Rex egregium &e. *ut supra*; & cum idem D. Guillelmus in deliberationibus capiendis, & cæteris rebus pro breviori expeditione gerendis continue affuerit, nihilque secreti aut derelicti eum in hujusmodi causa prætereat, supplicamus visceraliter, quatenus in omnibus, quæ factum præsentiale, & vestrum partieulare tangunt negotium, constanti & firmo, ut elare incepistis animo semper prosequi ad effectum &c. Devoti vestri, Patriarcha Alexandrinus, Archiepiscopi, episcopi, Abbates, Doctores, & alii in Coneilio eeclesiæ Gallieanæ congregati.

V I I I.

Alia littera ejusdem Regis Franciæ ad eosdem Cardinales.

Karolus &e. dilectis ae fidelibus amicis nostris earissimis S. R. E. utriusque collegii Cardinalibus salutem, & in dispositis pro unione eeclesiæ perseverare. RR. PP. amici earissimi. Non eredimus vos ignorare ea quæ postquam dilectus atque fidelis consiliarius noster Patriarcha Alexandrinus, ae nonnulli alii nostri Nuncii, qui novissime a vobis abscesserunt tam circa celebrationem Coneilii generalis ecclesiæ Gallicanæ, quam de transmissione Prælatorum & litteratorum, ac insignium virorum, plurimorum aliorum hujus regni ad dictam urbem Pisis pro eadem unione proxime celebranda, & alia isthic multipliciter ac diligenter peracta; simulque ad notitiam vestram pervenisse existimamus maximam etiam dispositionem virorum solemnium diversarum regionum de alia obedientia accessurorum ad dictam prælibatam, & jam pro acceleratione agendorum, & ad inducendum & sentiendum de cunctis, idem Patriarcha, & duo Doctores de Universitate Parisiensi, ad Francofordiam in Germania, ubi certum Coneilium pro ista materia nunc tenetur, sunt profecti. Hinc est, amiei earissimi, quod vos exoramus, & deprecamur enixe, quamvis sollicitos, ut ajunt, sollicitare non sit opus, quatenus quod tam magnifice, & laudabiliter cœpistis, graviter perficiatis, zelum quem ad resarcionem scissuræ togæ Dominicæ geritis, quin etiam prudentiam atque solertiam, nec non in hae re vestram diligentiam ostendentes. Nulli autem extant mortalium, quibus hujus onus facinoris æque incumbat, sicut vobis, aut resultet tantum honoris, vel non honoris, commodi denique, aut damni. Nos itaque, si quid est ulterius auxilii, consiliive, aut favoris, ad quod nostra potentia se extendat, quo egeat, quovis alio modo, nos indesinenter, ut hactenus, reperietis integerrimo affectu propitium atque pronum. Datum &c.

I X.

Oratores Concilii Pisani; sive illi, qui fecerunt sermones coram DD. Cardinalibus & Clero a XXV. mensis Martii; quæ fuit prima dies Concili, & festum Annunciationis B. Mariæ, usque ad 19. Maji.

Et primo die eadem, ipsis Dominis, & Clero existentibus in ecclesia Cathedrali, fecit sermonem Fr. Leonardus Ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ pravitatis Bononiensis. Ex MS. Vindobonensi.

II. Item, die Martis XXVI. in prima sessione fecit sermonem D. Cardinalis Mediolanensis.

III. Item, die Jovis sancta, quarta Aprilis, in sancto Martino, fecit sermonem D. episcopus † Ordinis Fratrum Minorum.

IV. Item, die Veneris sancta, quinta Aprilis, In sancto Martino, fecit sermonem Magister Richardus † Anglicus.

V. Item, die Dominica, XIV. Aprilis, in sancto Martino, frater Vitalis Ordinis Minorum.

VI. Item, die Dominica, XXI. in sancto Martino, episcopus Dignensis Ordinis Minorum.

VII. Item, die Dominica, XXVIII. Aprilis, in ecclesia Cathedrali, D. Cardinalis Prenestrinus.

VIII. Item, die lunæ, XXIX. Aprilis, in ecclesia Prædicatorum, episcopus Laudensis Prædicator.

IX. Item, die Martis, ultima Aprilis, episcopus Sarisberiensis, in sessione fecit sermonem per modum collationis coram Concilio.

X. Item, die Jovis, secunda Maji, Magister Guillelmus Parvi, Magister in Theologia, no-

ANNO CHRISTI 1409.

nomine Universitatis Pariensis proposuit in sancto Martino, hora Vesperarum, coram DD. Cardinalibus, Prælatis, & aliis audire volentibus, notabiliter per modum sermonis, cujus thema fuit: *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham &c.*

XI. Item, eadem die, hora & loco, proposuit per modum sermonis quidam Ambaxiator Archiepiscopi Moguntinensis, nomine suo & suorum Ambaxiatorum, multum excellenter &c.

XII. Item, die Sabbathi, quarta Maji, in sancto Martino, hora vesperarum, proposuerunt &c. duo ex Ambaxiatoribus Archiepiscopi Coloniensis.

XIII. Item, die Dominica, quinta Maji, fecit sermonem in missa coram Dominis &c. Generalis Augustinensium.

XIV. Item, die Mercurii, octava Maji, Festo Apparitionis S. Michaelis, & in ecclesia ejusdem, D. Patriarcha Alexandrinus dixit missam, & fecit sermonem.

XV. Item, die Dominica, XIX. Maji, in ecclesia Sancti Martini, episcopus Sistaricensis.

XVI. Item, die Jovis, XVI. Maji, Festo Ascensionis, in ecclesia majori, Episcopus *.

XVII. Item, die Dominica, XIX. Maji, Generalis Minister Minorum Bononiensis in S. Martino.

X.

ACTA CONCILII PISANI

Ex MS. Vindobonensi.

Inauguratio Concilii Pisani die Lunæ XXV. Martii A. 1409.

PRimo die Lunæ XXV. Martii festi Annunciationis beatæ Mariæ, qua die fuerat intimatum Concilium generale utriusque obedientiæ per dominos utriusque Collegii Cardinales celebrandum in Civitate Pisarum, super unione ecclesiæ sanctæ Dei, & schismate tollendo, fuerunt ipsi domini Cardinales & omnes alii, tam episcopi, quam Abbates, in dicta civitate Pisarum, in ecclesia S. Michaelis de Angelis. In qua se induerunt suppellicio, pluviali, & mitra. In quo habitu processionaliter iverunt ad ecclesiam Cathedralem. In qua processione D. Cardinalis de Turejo ibat ultimus cum mitra Pontificali, sandaliis &c. tamquam Pontifex illius diei &c.

Quibus in ecclesia majori existentibus, omnes Cardinales & Prælati deduerunt se & vestimentorum cappas. Et postea steterunt in locis suis, in choro ipsius ecclesiæ. Missa vero fuit celebrata per ipsum D. Cardinalem de Turejo solemniter de festo. Et fuit factus sermo solemnis ad Clerum ante offertorium per unum Magistrum in Theologia. In fine cujus dixit, quod ob reverentiam festi prorogabatur seu continuabatur Concilium ad diem crastinum, sive Martis, XXVI. dicti mensis Martii.

PRIMA SESSIO GENERALIS

Die Martis, XXVI. Martii.

DIe crastina scil. Martis XXVI. convenerunt omnes Domini Cardinales & Prælati mane in ortu solis in dicta ecclesia Cathedrali. In qua D. Episcopus Ostiensis Cardinalis missam de sancto Spiritu solemniter celebravit in magno altari. Et interim omnes tam domini Cardinales, quam alii episcopi & Abbates steterunt cum cappis. Qua finita omnes induerunt suppellicia, pluviale, & mitras albas. Et cum illo habitu processerunt ad loca, seu scamna facta & ordinata pro Concilio generali, & sederunt per hunc modum.

Primo domini Episcopi Cardinales sederunt super uno scamno, separato a scamnis aliorum Prælatorum, quod erat in capite aliorum scamnorum, habentes facies versas ad Prælatos, & totum Concilium generale. Et primo domini Episcopi Cardinales fuerunt in medio illius scamni situati. Et erat primus in ordine Penestrinus. Item domini Cardinales presbyteri ad dexteram partem, modicum a dictis dominis Episcopis remoti. Et erat primus Dominus de Turejo. Item domini Diaconi ad sinistram partem, semoti etiam ab ipsis dominis Episcopis. Et erat primus in ordine Cardinalis de Saluciis.

Item, erant scamna æqualia, etiam in altitudine scamni dominorum Cardinalium, facta in longitudine ecclesiæ ab utraque parte, remota a scamnis dictorum dominorum Cardinalium. In quibus non sedebant nisi Prælati, per modum qui sequitur. Primo ad partem dexteram fuerunt situati Episcopus Meldensis Ambaxiator Regis Franciæ, & Abbas * Ambaxiator Regis Angliæ. Consequenter Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates secundum ordinem suæ promotionis, qui per prius diligenter ab eis fuit exquisitus, & redactus in scriptis per venerabiles viros D. Petrum Fabri Præpositum Rigensem secretarium reverendissimi Patris in Christo domini Cardinalis Ostiensis, & per Magistrum * Secretarium D. Cardinalis Neapolitani de mandato ipsorum Dominorum Cardinalium, quibus per ambo Collegia fuerat hoc commissum.

Item, in alio scamno in parte sinistra fuit primus Episcopus Vapnicensis Ambaxiator Regis Ludovici. Deinde Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates secundum promotiones suas &c.

Item, coram dominis Cardinalibus fuerunt duo scamna bene honesta, posita de longitudine Concilii, separata ab omnibus aliis, in quibus fuerunt milites, Doctores, & cæteri Ambaxiatores Regum & Principum, qui non erant Prælati. Et fuerunt ordinati secundum præcellentiam Dominorum suorum. Item sederunt Auditores, Clerici Cameræ, & cæteri Officiarii, & Generales ordinum in pedibus dominorum Cardinalium. Videlicet Auditores &c. in medio, & Generales in lateribus.

Item, Protonotarii, & electus Patriarcha Gradensis in uno alio scamno per se posito, ad dexteram dominorum Cardinalium, ante scamnum Ambaxiatorum Regum, simili scamno dictorum Ambaxiatorum. Item, cæteri Procuratores Episcoporum, capitulorum, Magistri in Theologia, Doctores, & cæteri sederunt super scamnis ordinatis & positis in Concilio, & in pedibus Prælatorum. Et fuerunt ordinati secundum promotionem magistrorum suorum & dignitates.

In ordine suo collocatis per deputatos dixit unus Notarius ad hoc deputatus alte, & intelligibili voce: quod nulli ecclesiæ seu personæ præjudicet in posterum, si non essent situatæ in ordine suo. Et de hoc petierunt fieri publica instrumenta. Et est notandum, quod ipse D. Cardinalis Ostiensis, qui missam celebraverat, amota casula, & sandaliis, remanentibus

adhuc

ANNO CHRISTI 1409.

adhuc aliis indumentis, & vestitu pluviali, & mitra alba, sicut alii, ivit ad sedendum cum aliis in ordine suæ promotionis. Deinde fuit factus sermo solemnis per D. Cardinalem Mediolanensem, existentem in cathedra cum pluviali & mitra alba. Facto sermone Cantores inceperunt cantare antiphonam quæ dicitur quarta feria in capite jejunii, videl. *Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua*. Et interim dum cantabatur, D. Cardinalis Ostiensis, qui missam celebraverat, ivit ad cathedram paratam ante altare, cum carello, & fadistorio. Qua antiphona finita Diaconus, qui Evangelium dixerat in Missa, alta voce dixit: *Orate*: & tunc omnes Domini Cardinales, & alii Prælati depositis mitris prostraverunt se, orantes &c. Paululum post idem D. Cardinalis Ostiensis erigens se dixit: *Oremus: Omnipotens sempiterne Deus, qui tua misericordia nos incolumes &c.*

Post quam orationem Diaconus & subdiaconus, qui in Missa servierant, inceperunt Litanias, quas, omnibus tam Prælatis, quam aliis respondentibus, continuaverunt usque ad finem, stando, & librum in dextro cornu altaris tenendo, omnibus aliis ad terram prostratis, ut dictum est. Qua litania finita idem D. Cardinalis Ostiensis, qui missam celebravit, surrexit de cathedra, & dixit: *Oremus: Adsumus Domine sancte Spiritus, adsumus &c.* Quam finivit absolute respondendo: *Amen*. Qua finita Diaconus, qui dixerat, *Orate*, dixit: *Erigite vos*.

Tunc D. Cardinalis de Saluciis diaconus Cardinalis, & primus in ordine, paratus in habitu diaconi, dixit Evangelium, principaliter ordinatum pro tali negotio. Quo finito idem D. Cardinalis Ostiensis flexis genibus in loco prædicto incepit hymnum: *Veni creator Spiritus*, & omnes tam Cardinales, quam Prælati, depositis mitris, & alii prostraverunt se, & continuaverunt hymnum usque ad finem. Quo finito idem D. Ostiensis surrexit, & duo induti suppelliciis dixerunt, ubi de sancto Spiritu loquebantur Apostoli &c. Quo finito idem D. Cardinalis dixit: *Oremus, Deus, qui corda fidelium &c.* Et aliam, scilicet: *Da quæso ecclesiæ tuæ, misericors Deus &c.* Quibus finitis dixit Diaconus: *Erigite vos*. Et tunc omnes surrexerunt, & repositis mitris sederunt in locis suis.

Tunc Archiepiscopus Pisanus ascendit cathedram, & legit alta voce caput unum de sancta Trinitate & fide catholica lib. 6. & tres alias schedulas, de quibus non recordor. Postmodum D. Cardinalis Prenestrinus fecit allocutionem pulcherrimam, quam incepit per hæc verba: *Ecce, reverendissimi, & venerabiles Patres &c.* Qua finita dixit, quod Concilium constitueret Procuratores, advocatos, & notarios pro serviendo Concilio. In quo omnes consenserunt. Tunc surrexit unus Notarius, & incepit nominare sex notarios electos per Concilium, quatuor procuratores & duos advocatos. Quibus nominatis præsentaverunt omnibus Prælatis, qui omnes in eorum electione consensum præbuerunt. Et postmodum ipsi soli Notarii in manibus ipsius D. Cardinalis Prenestrini, tamquam Prioris, & vice omnium, juraverunt fideliter redigere in scriptis omnia quæ fierent, & dicerentur in ipso Concilio, de quibus forent requisiti. Quo facto unus Advocatorum, scil. D. Simeon de Perusio ascendit cathedram. Et ibidem fecit unam pulchram arengam. In fine cujus petiit, quod legerentur literæ Dominorum utrinsque Collegii Cardinalium, per quas fuerat significatum Concilium generale ad locum & diem prædictos, Petro de Luna & Angelum Corario, contendentibus de Papatu, & earum executione.

Quo facto descendit de cathedra, & tunc ascendit quidam Magister Angelus secretarius conciliorum particularium dominorum Cardinalium, tenens certos rotulos continentes tenorem & executionem ipsarum. Quos de verbo ad verbum legit alta & intelligibili voce, omnibus audientibus. Et primo litteram missam Gregorio per suum Collegium. In qua significabant illi Concilium &c. & etiam subtractionem obedientiæ illi per dictum Collegium factam. Et deinde executionem factam de ipsa in civitate Senensi per unum cursorem &c. Post quas legit litteras missas Benedicto per suum Collegium, & alias etiam tribus Cardinalibus cum eo existentibus missas per eosdem. In quibus significabant tam eidem Benedicto, quam Cardinalibus conventionem per eos factam cum altero Collegio de Concilio generali utriusque obedientiæ celebrando Pisis die 25. mensis Martii anni Dom. 1409. exhortando & supplicando, quod ad illud dignaretur ejus Sanctitas venire, renunciaturus ut tenebatur; vel mittere procuratorem cum sufficiente potestate. Deinde legit executionem dictarum litterarum factam per D. Guillelmum judicem curiæ Nemausensis, & responsionem factam per ipsum Benedictum, & aliam per D. Cardinalem Auxitanensem factam nomine omnium aliorum Cardinalium, scil. ipsius Auxitanensis, de Flisco, & de Chalanco.

Quibus lectis petiit Procurator ipsos reputari contumaces. Tunc D. Prenestrinus dixit nomine totius Concilii, quod duo Domini Cardinales Diaconi, & quatuor Archiepiscopi irent ad valvas ecclesiæ ad inquirendum, utrum essent prædicti Domini contendentes de Papatu, & ipsi Cardinales, vel aliquis ipsorum, seu eorum procurator &c.

Tunc duo domini Diaconi Cardinales, scil. S. Angeli, & S. Gregorii, Archiepiscopi Januensis, Pisanus, & duo alii accesserunt ad valvas cum procuratoribus, fiscalibus, & notariis, quos extra repererunt. Et illos trina vice interrogantes lingua vulgari & Latina nullum repererunt &c. De quibus omnibus dicti procuratores petierunt fieri publica instrumenta per notarios supradictos &c. Quibus reversis ad loca sua, D. prædictus Cardinalis S. Angeli retulit Concilio pro omnibus, prout fecerant, & quod nullum ipsorum, nec aliquem pro ipsis repererant &c. Tunc omnes procuratores requisiverunt, quod reputarentur omnes, tam duo contendentes de Papatu, quam Cardinales, veri & puri contumaces.

Tunc D. Prenestrinus, primus in Concilio, respondens pro omnibus dixit, quod licet deberent reputari contumaces, tamen de benignitate Concilii assignabatur eis terminus ad crastinam diem, scil. Mercurii XXVII. dicti mensis Martii. De quo fuerunt facta publica instrumenta.

Solemnis Oratio Cardinalis Mediolanensis Petri de Candia in prima Sessione Concilii Pisani an. 1409. die 26. Martii habita.

Adestis omnes filii Israel: decernite quid facere debeatis. Jud. c. 20. Reverendissimi Patres, Christi commilitones, Ecclesiæ defensores & pu-

pugiles, quos in unum ad hanc sanctam Synodum & generale Concilium Spiritus S. gratia congregavit.

Cum vestra quotidiana instantia sit & esse debeat omnium Ecclesiarum sollicitudo, & canonice repræsentetis universalem Ecclesiam: qui tanquam spirituales & speciales filii, compassione debita cernitis piæ matris statum flebilem, vilipendium & contemptum, ex cæca ambitione istorum duorum contendentium de Papatu, ipsam omni arte, fraude, & exquisita malitia tenentium in tam longa divisione diuturnoque schismate, qui ipsum pestiferum schisma nutricantes pertinaciter in perpetuum prorogare moliuntur: *Qui adestis decernite, quid facere debeatis*. Quia numquam tantum nefas & tam grande piaculum factum est in Israel. Ubi thema.

Attendite igitur vobis & universo gregi, in quo Spiritus S. vos posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Videtis enim, Patres reverendissimi, quod status Ecclesiasticus ubique confunditur. Videtis infinita pericula animarum & corporum, corruptionem morum, depressionem bonorum, exaltationem vilium & reproborum. Videtis gravissimas persecutiones Sanctæ Rom. Ecclesiæ, matris omnium & magistræ. Temporalia prodigaliter disperduntur, patrimonium alienatur & perditur. Et quod omnibus Christianis lugubre est audire & lugubrius cernere, ipsa caput Mundi Roma, Beati Petri sedes, tot Apostolorum, martyrum & sanctorum fidelissima conservatrix, paucis annis distrahitur, animæ defunctorum consuetis & debitis obsequiis & suffragiis defraudantur. Et personæ Ecclesiasticæ factæ sunt omnibus in opprobrium & ubilibet in derisum. De Christianis Judæi truffantur, inimici crucis Christi nos derident, & lætantes de nobis perfidi cachinnantur. Et quod pejus est, ante tempus a Domino præfinitum, repræsentative introducunt Anti-Christum.

Nostis enim qualiter illi duo homines infelices sibi invicem detrahunt, & se furialibus blasphemiis dehonestant, alter alterum, & mutuo se appellant Antipapam, intrusum, & serpentem tortuosum, Machometum, & etiam Antichristum, & multa alia similia nomina sibi imponunt. Quæ non tam labiis, quam auribus Christianis horrenda, & abominabilia esse deberent, quæ nedum corda fidelium, verum etiam ipsum aerem electum purissimum solo affatu inficiunt. Et fas in nefas confunditur. Nam quilibet istorum, ut favores & fautores mundanos & temporales sibi alliciat, dum credat, vel speret in aliquo suam partem facere fortiorem; nulli præterea petenti quicquam denegare præsumit. Quem unus juste execratur, alter asserit non ligatum. Quem unus condemnat, alius male appellantem justificat. Et sic omnium rerum ordo confunditur. Adeo quod princeps tenebrarum sedet in solio majestatis, & sol justitiæ eclipsatur.

Et quia circumscripto miraculo, ista materia aliter quam per Concilium generale terminari & finiri non potest, hoc necessario est congregatum pro hujus cruentæ belluæ, inveterati detestandique schismatis extirpatione totali, & pro unienda & redintegranda omnium matre communi, tam longo tempore divisa & enormiter lacerata. Nam si causæ ac eminentes necessitates Ecclesiæ pio compassionis oculo ponderentur, vix forte invenientur tantæ & tam necessariæ causæ ac urgentes necessitates Ecclesiæ tempore præteritorum Conciliorum tam per Apostolos, quam etiam per alios SS. Patres convocatorum & celebratorum, affuisse, quantæ & quales hodie existunt propter istud inveteratum schisma, quod fidem turbat, Ecclesiam lacerat, & graviter premit universum populum Christianum, attentis periculis & scandalis ex eo tamdiu emersis, & nisi provideatur, etiam emersuris. Quæ enim esse potest major causa fidei, propter quam maxime consueverunt & antiquis & novis temporibus generalia Concilia celebrari, quam in casu nostro? Ubi principaliter agitur, quod unus, verus, & indubitatus detur pastor Ecclesiæ universali. Quæ major causa fidei, quam quando in corpore Christi mystico cernimus duo capita monstruosa? Quæ major causa fidei, quam quando agitur, ut schisma, quod duravit per 30. annos & ultra, finiatur, & non perpetuetur, ut schisma Græcorum? Quæ major denique causa fidei, quam ubi antiquæ hæreses defenduntur, & novæ quotidie cumulantur? Per totum enim mundum divulgatur, prædicatur, publicatur, sermonibus & scripturis, alterum contendentium esse hæreticum manifestum, errores hæreticales plures prædicasse & dogmatizasse? Nonne in Consistoriis publicis & generalibus unus alium, & alter alterum, ut hæreticum sententialiter condemnavit?

Sustinebit igitur Ecclesia, tolerabit hæc sancta Synodus, & sacrum Concilium generale, universalem Ecclesiam repræsentans, duos Papas, & quemlibet eorum ut hæreticum condemnatum? Deest igitur materia hæresis, propter quas extirpandas, & falce sanctæ matris Ecclesiæ radicitus excidendas debeat generale Concilium convocari? Et maxime in causa præsenti, propter dubium Papatus & tituli inextricabile, propter fidei scelus detestabile, propter scandalum irremediabile, & propter grande & grave multiplex crimen notorium incorrigibile.

Et quia adestis omnes filii Israel, decernite quid facere debeatis, ut exoptatam unionem de proximo in Dei Ecclesia videre possimus. Quam nobis concedat Deus, qui vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SESSIO SECUNDA GENERALIS

Die Mercurii, XXVII. *Martii*.

Ex MS. Vindobonensi.

Die Mercurii, XXVII. dicti mensis Martii, convenientibus omnibus Dominis Cardinalibus & aliis Prælatis in prædicta Ecclesia Cathedrali, fuit celebrata missa solemnis per Archiepiscopum Pisanum, ut moris est.

Qua finita, omnes Domini Cardinales & alii Prælati induerunt suppellicia, pluvialia & mitras.

Et omnibus in locis suis stantibus, cantores inceperunt cantare quamdam antiphonam.

Qua finita, unus presbyter, vestitus in habitu diaconi, dixit alta voce: *Orate*. Et tunc omnes prostraverunt se, & depositis mitris prolixius oraverunt.

Tunc Dominus Cardinalis Neapolitanus, qui stabat prostratus ante altare super cathedram, surrexit, & dixit: *Oremus*, Et quamdam orationem &c.

Qua finita, diaconus & subdiaconus incepe-

perunt litaniam, ut supra factum fuit, scili-cet die Martis.

Qua finita, idem Dominus Cardinalis Neapolitanus surrexit, & dixit quamdam orationem, ut supra dictum est. Qua finita, diaconus dixit: *Erigite vos*. Tunc Dominus Cardinalis de Brancaciis Diaconus, paratus in habitu diaconi, ut moris est, dixit Evangelium: *Designavit Jesus* &c.

Quo facto, omnibus stantibus, flexis genibus & depositis mitris, idem Dominus Cardinalis Neapolitanus incepit hymnum: *Veni Creator Spiritus* &c.

Quo finito, Dominus Cardinalis Neapolitanus surrexit, & duo Acolyti dixerunt unum versum de Sancto Spiritu. Quo responso per cantores, idem Dominus Cardinalis dixit: *Oremus*: *Deus, qui corda* &c. & quamdam aliam.

Quibus finitis, diaconus dixit alta voce: *Erigite vos*. Tunc omnes surrexerunt, & repositis mitris sederunt in locis suis.

Quo facto, Advocatus ascendit cathedram, & petiit declarari per sacrum concilium duos contendentes de papatu contumaces, una cum Cardinalibus supra dictis cum eis residentibus.

Tunc Dominus Penestrinus allocutus est concilium, quid videretur utilius &c. Videlicet, quod accusaretur contumacia ipsorum Dominorum contendentium statim & dictorum Cardinalium?

Vel accusaretur solum contumacia ipsorum duorum statim: Et Cardinales expectarentur usque ad diem sabbathi proximum?

Vel, quod omnes, tam duo contendentes, quam Cardinales simul expectarentur, usque ad diem Sabbathi proximum?

Super quo habitis & redactis in scriptis opinionibus tam Dominorum Cardinalium, quam omnium aliorum Prælatorum, Generalium ordinum, Ambaxiatorum & clericorum, fuerunt repertæ diversæ. Nam aliqui dicebant, quod statim duo contendentes reputarentur contumaces, & Cardinales expectarentur usque ad diem Sabbathi. Alii, quod omnes simul statim contumaces reputarentur. Alii, quod omnes simul expectarentur ad diem Sabbathi.

Tamen fuit ordinatum per Concilium, quod duo Cardinales diaconi & quattuor Archiepiscopi irent ad valvas Ecclesiæ cum procuratoribus & notariis ad inquirendum, ut supra dictum est.

Qui redeuntes retulerunt ut supra.

Et quia opiniones fuerunt diversæ, ordinavit concilium, quod omnes Domini Cardinales & Prælati, & alii Ambaxiatores essent simul in crastinum in Ecclesia S. Martini, deliberaturi inter ipsos super certis punctis juris &c. tangentibus concilium &c.

Et fuit assignata alia sessio pro concilio ad diem Sabbathi proxime sequentis.

SESSIO SPECIALIS

Die Jovis XXVIII. *Martii*.

Die Jovis mane fuerunt in dicta Ecclesia Sancti Martini, & tenuerunt consilium eorum in revestiario ipsius Ecclesiæ &c.

SESSIO TERTIA GENERALIS

Die Sabbathi XXX. *Martii*.

Convenerunt omnes in prædicta Ecclesia cathedrali. Et fuit missa celebrata solemnis, quam fecit Dominus Clemens VII. bonæ Mem. pro schismate sedando &c.

Qua finita, omnibus Cardinalibus & Prælatis indutis pluviali & mitra, ut supra in aliis sessionibus, cantores inceperunt antiphonam supradictam, videlicet: *Exaudi Domine* &c.

Qua finita, diaconus vestitus habitu decenti dixit: *Orate*. Tunc omnes mitris depositis prostraverunt se, orantes &c.

Tunc Dominus Albanensis fecit per omnia, sicut supra scriptum est de Dominis Ostiensi & Neapolitano Cardinalibus. Et fuerunt lectæ litaniæ, & omnia observata ut supra.

Dominus Cardinalis de Columna dixit Evangelium, sicut fecerunt in aliis diebus, in quibus fuit sessio, Domini de Salutiis, & de Brancaciis, Diaconi Cardinales.

Quo officio finito, Advocatus, videlicet Dominus Simeon de Perusio, ascendit cathedram, & incepit unam arengam. In fine cujus petiit, quod duo contendentes de papatu per concilium reputarentur contumaces, cum jam per quinque dies fuissent expectati. Et ad idem requisivit de Cardinalibus eis adhærentibus superius nominatis.

Tunc de mandato concilii supradicti duo Domini Cardinales, Sancti Angeli, * cum Archiepiscopis, procuratoribus & notariis, iverunt ad valvas Ecclesiæ, & inquisiverunt, retulerunt, & alia fecerunt, ut supra in aliis diebus sessionis dictum est.

Tunc fuerunt inquisita vota omnium in concilio sedentium. Quibus in unum congregatis fuerunt omnes reperti ejusdem voluntatis: Videlicet, quod duo contendentes de papatu fuerint per omnes reputati & declarati contumaces.

De Cardinalibus vero, quod expectentur, de misericordia & benignitate concilii, usque ad proximam sessionem. Quæ assignata est de consensu & voluntate totius concilii, propter ferias Paschæ, ad diem lunæ proximum post Dominicam de QUASIMODO, quæ erit die XV. Aprilis.

Et de omnibus præmissis fuerunt positæ schedulæ ex parte concilii in valvis Ecclesiarum. Per quas notificabatur universis, duos de papatu contendentes per concilium super facto fidei Christianæ & unionis Ecclesiasticæ contumaces fuisse reputatos &c.

QUARTA SESSIO GENERALIS

Die Lunæ XV. *Aprilis*.

Prædicta die adveniente, omnibus in Ecclesia sæpe dicta congregatis, fuit missa solemnis per quemdam Episcopum celebrata. Qua finita, omnes induerunt ornamenta, ut supra in aliis sessionibus. Cantata fuit antiphona, *Exaudi Domine*, per cantores: Dictæ orationes: *Veni Creator Spiritus* &c. per Dominum Ostiensem: Dictum Evangelium per Dominum Sancti Angeli diaconum Cardinalem de collegio Romano. Et fuerunt dictæ Litaniæ solemnes, ut supra.

Qui-

Quibus supra dicto modo sic solemniter peractis, familiaribus Dominorum Cardinalium, & aliis omnibus, vocem in Concilio non habentibus, extra Ecclesiam devectis, dixerunt Ambaxiatores Regis Ruperti, ultimo in Regem Romanorum electi, quod habebant aliqua ex parte sui Magistri in publico Concilio referenda. Quare requisiverunt, quod exaudirentur. Super quo fuerunt requisita vota omnium in Concilio sedentium. Quibus omnibus placuit.

Tunc quidam eorum vocatus Episcopus Verdensis nomine omnium Coambaxiatorum suorum proposuit in favorem Errorii, ponendo XXII. rationes, sapientes ad hæresim & contra jus & fidem. Per quas dicebant, unum collegium absque alio non potuisse convenire, nec Concilium convocare.

Quo facto, fuit petitum per Concilium, quod darent omnia in scriptis, quæ dixerant, & docerent de mandato. Sed quia pro tunc non habebant in scriptis illa, quæ dixerant, nec procurator in promptu, recesserunt de Concilio.

Tunc Advocatus seu promotor Concilii ascendit cathedram, & petiit contumaciam contendentium de papatu aggravari, & Cardinales reputari contumaces.

Tunc duo Domini diaconi Cardinales cum quatuor Archiepiscopis & aliis notariis &c. de mandato Concilii accesserunt ad valvas Ecclesiæ, & interrogantes inquisiverunt, & cetera fecerunt, sicut in aliis sessionibus.

Quibus non repertis retulerunt Concilio per organum domini Cardinalis sancti Angeli de collegio Avinionensi.

Quo audito, ad instantiam procuratoris seu promotoris, fuit per Concilium contra dictos contendentes aggravata contumacia, & Cardinales de gratia expectati usque ad aliam sessionem.

Quæ fuit prorogata & assignata de consensu sanctæ synodi ad diem Mercurii XXV. hujus mensis Aprilis.

SESSIO SPECIALIS

Die Martis, XVI. *Aprilis*.

ET in crastinum, videlicet Martis XVI. aliquibus Dominis Cardinalibus existentibus in Concilio, in Sancto Martino: Quidam Magister, Conradus de Susato, Sacræ Theologiæ Professor, præsentavit eisdem Dominis Cardinalibus quamdam cedulam, dubia prædicta seu rationes erroneas & hæreticas continentem. Cujus principium tale erat: Reverendissimi Patres & excellentissimi Domini, Serenissimi Principes, nec non procuratores seu potestatem eorum &c. De quibus omnibus receperunt copiam per publicum instrumentum collationatam cum originalibus de verbo ad verbum, testibus præsentibus.

QUINTA SESSIO GENERALIS

Die Mercurii, XXV. *Aprilis*.

OMnibus in prædicto loco existentibus, fuit missa per unum Prælatum solemniter celebrata. Et post missam suffragia dicta, ut in aliis sessionibus.

Dominus Aniciensis dixit orationes & *Veni Creator* &c. Dominus Barrensis Diaconus Cardinalis dixit Evangelium. Et fuerunt litaniæ dictæ &c.

Quibus sic celebratis, facta fuit allocutio per Dominum Prenestrinum. In qua narravit, quomodo duo contendentes fuerunt contumaces reputati, & postmodum in præcedentibus sessionibus eorum contumacia aggravata. Sed videbatur sibi, bonum esse, quod de consensu totius Concilii mitterentur duo Domini Diaconi Cardinales, Archiepiscopi, & alii officiarii ad valvas Ecclesiæ, ad inquirendum &c. & postea referrent, prout & quemadmodum in aliis sessionibus fuit factum.

Et quia clare ab omnibus propter distantiam audiri non potuit, fuit illud idem per advocatum in publica cathedra alta & intelligibili voce replicatum. Quod omnibus placuit.

Tunc enim surrexerunt dicti duo Domini Diaconi Cardinales, Archiepiscopi, & cæteri Concilii promotores & officiarii, & ad valvas Basilicæ accedentes inquisiverunt, petierunt, & proclamaverunt, lingua materna & latina, prout & quemadmodum fecerunt in præcedentibus sessionibus.

Quibus contendentibus, nec aliquo pro eisdem repertis, ipsi duo Domini Cardinales, Archiepiscopi, & alii ad loca sua redierunt, & omnia seriatim per organum Domini cardinalis sancti Angeli collegii Avinionensis Concilio retulerunt. Quod considerans pertinaciam ipsorum contendentium minime comparentium, instantibus promotoribus Concilii, eorum contumaciam iterum aggravarunt: Benigne & gratiose cum Dominis Cardinalibus procedendo, ipsos expectando usque ad aliam sessionem proximam.

Quo facto, quidam Dominus Florianus, Doctor Bononiensis, ascendit cathedram, & proposuit coram sancta synodo, quod promotores per Concilium deputati habeant aliqua proponere & dicere pro extirpatione schismatis &c. quos audirent, si placeret. Ad quod omnes assensum præbuerunt. Tunc Magister Anglus, unus de Secretariis Concilii, incepit legere unum Rotulum longitudinis sex quaternarum & ultra. In quo continebatur introductio schismatis, & vita, collusiones notoriæ, & cetera duorum contendentium, cujus principium sic incipiebat: *In Nomine Domini Amen. Coram hac sancta &c.* ut supra pag. 1187.

Postea legit totum factum, a prima die schismatis usque ad diem præsentem. Quod duravit ultra unam horam cum dimidia. In fine cujus dixit, prout in inferioribus describitur. Quare pro parte dicti procuratores &c. ut supra pag. 1209.

Post quod quidam magister, procurator, seu promotor Concilii surrexit, & de omnibus & singulis supradictis petiit fieri publica instrumenta per notarios Concilii nomine suo, & omnium aliorum compromotorum suorum, seu comprocuratorum.

Rursum magister Anglus, superius nominatus, legit quamdam schedulam, in qua continebatur, quod de mandato, & consensu totius Concilii prorogabatur, seu assignabatur alia sessio ad diem Martis, ultimam hujus mensis Aprilis.

Et tunc per Concilium nominabuntur certi, notabiles, & magnæ auctoritatis, ac Deum timentes viri, ad recipiendas informationes de articulis, narrative & dispositive per promotorem Concilii supra datis &c. Item respondebitur ad ea, quæ nuncii D. Ruperti ultimo in Regem Romanorum electi proposuerunt publice in Concilio in alia sessione, videlicet die Lunæ XV. Aprilis proxime præterito. Et sic fuit finis pro illa sessione.

SEX-

ANNO CHRISTI 1409.

SEXTA SESSIO GENERALIS

Die Martis, ultima Aprilis.

DIE Martis, ultima Aprilis, superius pro sessione assignata, Dominis Cardinalibus, Prælatis & aliis, in loco sessionis stantibus, celebrata missa per unum Prælatum, indutis Dominis Cardinalibus & aliis Prælatis ornamentis suis, dictis orationibus, & *Veni Creator*, per Dominum Prenestrinum, dictis litaniis, dicto Evangelio per Dominum de Saluciis, & aliis omnibus solemniter peractis, prout & quemadmodum factum fuit in aliis sessionibus præcedentibus: Quidam Episcopus, Sarisberiensis, Ambaxiator Regis Angliæ, qui sedebat primus in scamno Prælatorum situato ad partem sinistram Dominorum Cardinalium, statim, licentia a Dominis Cardinalibus nec a Concilio generali minime petita, Cathedram cum mitra & pluviali ascendit, & sermonem seu harengam pulcherrimam super materia unionis fecit, excitando Dominos, &c. Cujus thema fuit: Judicium & justitia præparatio sedis tuæ. Quod notabiliter deduxit &c.

In fine cujus dixit, quod ipse & coambaxiatores sui habebant potestatem, & procuratorium sufficiens a Serenissimo Principe Rege Angliæ &c. toto clero, & etiam ab aliis sæcularibus & laicis totius regni Angliæ, ad comparendum, consentiendum & concordandum &c. in omnibus & singulis determinationibus, conclusionibus & aliis omnibus, veram unionem Ecclesiæ concernentibus & tangentibus &c.

Rursus Dominus Simeon, advocatus Concilii, ascendit cathedram, & legit in quadam schedula omnia, quæ erant ordinata fienda in ista sessione. Videlicet, quod debebant nominari per Concilium notabiles homines ad examinandum articulos datos in alia sessione per promotorem Concilii, factum notorum duorum contendentium continentes.

Item, quod debebatur responderi ad illa, quæ proposuerant, & dederant in scripto nuncii Regis Ruperti, in sessione, quæ fuit die Lunæ xv. præsentis mensis Aprilis. Et quia hora erat tarda propter propositionem factam per Ambaxiatorem Domini Regis Angliæ, qui noviter supervenerat, & oportebat etiam, quod ipsi pro parte eorum, postquam supervenerant, eligerent aliquos de suis ad prædicta examinanda: Fuit assignata seu prorogata sessio ad diem sabbati proximam, quæ erat quarta dies mensis Maji, ad omnia supradicta adimplenda &c.

Et sic fuit finis pro illa die.

Nota, quod Patriarcha Alexandriæ, qui fuit præsens in ista sessione, & in præcedenti, stetit, dum missa celebrabatur, cum Prælatis post Dominum Camerarium, qui erat primus, sed in sessione Concilii sedit semper post primum E Cardinalem, cum mitra.

SEPTIMA SESSIO GENERALIS

Die Sabbati, quarta Maji.

DIE Sabbati prædicta adveniente, &c. fuit missa celebrata per Episcopum Ebroicensem. Post missam dicta suffragia, ut in aliis, videlicet, orationes per Dominum Albanensem, & Evangelium per Dominum Cardinalem de Brancacis, litaniæ per diaconum & subdiaconum, existentes superius in pulpito, ubi stare consueverunt cantores, quod nondum fuerat factum.

A

Quibus sic factis, omnibus sedentibus in locis ordinatis, Dominus Petrus de Ancorano, Doctor Bononiensis, ad cathedram accedens respondit dubiis motis per Ambaxiatores domini Ruperti, ultimo in Regem Romanorum electi, de quibus fuit facta mentio.

Item, facta responsione prædicta notabili per prædictum Dominum Petrum, Dominus Simeon de Perusio, advocatus Concilii, sæpe dictus, ascendit cathedram & legit in schedula alia, quæ tunc erant fienda. Videlicet, quod eligerentur notabiles &c. ad recipiendum informationes, B depositiones testium, instrumenta & documenta &c. super articulo & facto datis per Promotores seu Procuratores per Concilium deputatos die Mercurii, xxv. Aprilis, qua die fuit quinta sessio Concilii.

Item, quod nominarentur aliqui ex dominis Cardinalibus & Prælatis, qui irent ad Dominum Ladislaum, a nonnullis Regem Siciliæ appellatum, ad requirendum, ut ipse velit desistere ab inquietatione & conturbatione Concilii, &c.

De quibus Promotor seu Procurator prædictus petiit de prædictis ad perpetuam rei memoriam per notarios Concilii & secretarios fieri publica instrumenta.

C Rursum quidam Magister Anglus, Notarius & Secretarius Concilii, existens in prædicta cathedra, legit in quadam schedula certos de omnibus provinciis seu nationibus ad prædicta examinanda, & informationes recipiendas &c. Et dixit alta voce, quod quilibet diceret, utrum placerent nominati ad prædicta examinanda &c.

Super quo fuerunt scrutata vota omnium in Concilio sedentium per notarios, testibus præsentibus, sigillatim. Quod nullo contradicente omnibus placuit &c. De quo fuerunt facta publica instrumenta.

Item, Magister Simeon prædictus iterum cathedram ascendit, & dixit, quod Domini Cardinales pro parte eorum ad prædictas informa- D tiones recipiendas nominabant Dominos Neopolitanum & Sancti Angeli, antiquos Cardinales.

Nullus tamen mittendus ad prædictum Dominum Ladislaum pro tunc fuit nominatus: Sed pro illa sessione fuit finis.

Fuit tamen assignata alia sessio, & indicta per organum dicti Magistri Simeonis de Perusio, consensu Concilii, ad diem Veneris proxime futuram, quæ erat decima dies hujus mensis Maji.

OCTAVA SESSIO GENERALIS

Die Veneris, x. Maji.

QUA die Veneris, superius assignata, fuit missa celebrata per Episcopum Mass. orationes & *Veni Sancte Spiritus &c.* & alia suffragia post missam diei consueta dixit Dominus Ostiensis, Evangelium Dominus Barrensis diaconus Cardinalis, litanias diaconus & subdiaconus, qui in missa serviverunt, & fuerunt aliæ solemnitates observatæ, prout in aliis sessionibus.

Quo facto, dixit unus notarius ex parte totius Concilii, quod omnes, qui non haberent vocem in Concilio, irent extra Ecclesiam, ex-

cep-

ceptis Doctoribus, Magistris in Theologia, & servitoribus de mitra Dominorum Cardinalium.

Tunc omnes vocem non habentes &c. exiverunt. Et Magister Simeon, advocatus, ascendit cathedram, & dixit, quod terminus erat assignatus ad audiendum depositiones testium super articulis datis per promotorem seu procuratorem Concilii, factum duorum de papatu contendentium continentibus.

Sed quia terminus nimis brevis, & etiam propter duo festa, quæ occurrerant in medio, non potuerunt testes examinari, ideo hoc omittebatur usque ad aliam sessionem proxime assignandam.

Sed ex parte dicti procuratoris seu promotoris petebatur, prout alias petitum fuit in collatione articulorum datorum superius die Mercurii xxv. Aprilis, per sanctam Synodum declarari & decerni prout in sequentibus continetur.

Primo, unionem duorum collegiorum factam fuisse & esse legitimam, canonicam, rationabilem, & necessariam pro tam sancto opere consequendo.

Item, hanc sanctam Synodum esse debite, juste & sancte per ipsum collegium sic unitum congregatam.

Item, congruo tempore dictam vocationem esse factam, & in loco tuto, idoneo & habili.

Item, ad ipsam sanctam Synodum velut repræsentantem universalem Ecclesiam, cognitionem hujus causæ, extirpationem schismatis, ac etiam decisionem pertinere.

De qua petitione ipse procurator in cathedra cum advocato existens petiit, per notarium ad perpetuam rei memoriam fieri publica instrumenta.

Posthæc fuerunt vota sedentium in Synodo per notarios super præmissis petitionibus scrutata. Et placuit omnibus, & omnes consenserunt.

Rursum idem advocatus ascendit cathedram, & dixit, quod per promotores seu procuratores per Concilium electos petebatur, per hanc sanctam & generalem Synodum pronunciari & declarari, Dominis Benedicto & Gregorio de papatu contendentibus, & cuilibet ipsorum, libere, licite & impune potuisse ac posse & debere, ab eo tempore, quo per ipsos vel alterum ipsorum cessatum fuit a prosecutione unionis per viam mutuæ cessionis, per ipsos & quemlibet ipsorum promissæ & juratæ, & etiam per Gregorium voto firmatæ, viam ipsam cessionis contrariis verbo vel facto damnabiliter reprobando, papalem obedientiam subtrahi. Hoc enim facere tenetur & debet sancta Synodus, præcipiente Domino Num. xvi. cap. Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere de omnibus, quæ sunt apud ipsos, ne simul pereatis cum peccatis eorum.

Deinde descendit, & fuerunt petitæ voluntates sedentium in Concilio. Qui omnes consenserunt, demptis Dominis Penestrino, & Albanensi Cardinalibus, qui dixerunt, quod super hoc volebant maturius deliberare. Sed, hoc non obstante, Dominus Patriarcha Alexandrinus, & Episcopus Saltsberiensis Anglicus, de voluntate totius Concilii, dictis duobus Dominis Cardinalibus exceptis, iverunt ad cathedram, & prædicta per promotores petita per modum sententiæ declararunt, & hoc per organum dicti Domini Patriarchæ, dicendo: Declarat & decernit hæc sancta & universalis Synodus &c.

De quibus omnibus promotores seu procuratores per Concilium deputati petierunt, ad perpetuam rei memoriam fieri publica instrumenta &c.

Et fuit alia sessio assignata ad diem Veneris proximam, quæ erat xvii. mensis hujus Maji. Et sic finis.

NONA SESSIO GENERALIS

Die Veneris, XVII. Maji.

Die Veneris, xvii. Maji superius assignata fuit missa celebrata per episcopum Atrebatensem. Fuerunt post missam dicta & observata alia suffragia per D. Cardinalem Aniciensem, & Evangelium per D. de Columna, litaniæ cantatæ, & omnia adimpleta, prout est fieri consuetum in præcedentibus sessionibus.

Subsequenter quidam D. Robertus, utriusque juris doctor, in cathedra legit unam schedulam, in cujus effectum petebatur per promotores Concilii, licet fuerit petitum alias in prima sessione, sed iterabatur propter supervenientes. Quod nulli ecclesiæ, Regi, Principi, vel Prælato, aut alteri personæ, cujuscumque status vel præeminentiæ, præjudicet in posterum, si ipse, vel eorum nuncii in hoc sacro Concilio non fuerint, nec sint situati secundum ordinem & dignitatem suam, nec propter hoc in futurum posset aliquis allegare præeminentiam &c. In quo omnes consenserunt. De quo fuerunt petita fieri publica instrumenta per promotores ad perpetuam rei memoriam.

Simili modo D. Simeon de Perusio advocatus ascendit cathedram, & legit quamdam schedulam. In qua pro parte promotoris &c. petebatur declarari per sanctam Synodum, prout in schedula inferius per modum declarationis, & sententiæ descripta continetur. De qua petitione fuerunt petita instrumenta &c. Deinde fuit quæsitum ab omnibus sigillatim per Notarios, si placebat, quod fieret, prout in ea per procuratorem petebatur. In quo omnes, nullo excepto, consenserunt.

Tunc iterum per ipsos Notarios fuit singulariter a singulis quæsitum, si placebat, quod D. Patriarcha nomine sanctæ & universalis Synodi faceret sententiam de prædictis per procuratorem petitis. Quod omnes voluerunt, & consensum præbuerunt. Quare ipse D. Patriarcha ivit ad pulpitum & legit sententiam, cujus tenor talis est. Sancta & universalis Synodus &c. ut supra pag. 1213.

Quam schedulam sic, ut præmittitur, de mandato S. Synodi per ipsum D. Patriarcham lectam & publicatam, tradidit idem D. Patriarcha Magistro Petro Garnerii notario per Concilium electo, præsentibus omnibus &c. De quibus omnibus universis & singulis promotores per Concilium deputati petierunt per protonotarios, notarios, & cæteros ad perpetuam rei memoriam fieri publica instrumenta. Et fuit assignata sessio ad diem Mercurii xxi. hujus mensis Maji. Et fuit finis pro illa sessione.

DECIMA SESSIO GENERALIS

Die Mercurii, XXII. Maji.

Prædicta die fuit missa celebrata per Archiepiscopum Turonensem. Post missam vero fecit officium, consuetum fieri, D. Penestrinus episco-

ANNO CHRISTI 1409.

scopus. Et D. S. Angeli, junior, Diaconus Cardinalis, dixit evangelium. Et fuerunt dictæ litaniæ &c. prout alias fuit factum.

Posthæc D. Simeon advocatus dixit, quod domini Commissarii, deputati per Concilium ad recipiendum Instrumenta informationis, & testium examinationis super articulis, superius per promorores Concilii contra duos contendentes de papatu datis & productis, diligentiam fecerunt, ita quod omnes articuli legitime fuerunt probati. Quare petebatur pro parte dictorum promotorum, seu procuratorum, quod dicti articuli legerentur coram sancta Synodo sigillatim, & depositiones super quolibet articulo distincte.

Item, si placeret sanctæ Synodo, hoc faceret D. Archiepiscopus Pisanus, qui fuit unus de examinatoribus. Sed ante omnia, qui dicti duo contendentes fuerunt legitime citati in valvis ecclesiæ ad præsentem diem, ad audiendum depositiones testium, petebatur pro parte dictorum promotorum, quod duo domini Cardinales, duo Prælati, & alii officiarii irent ad valvas ecclesiæ, prout alias fuit factum, ad sciendum, si dicti duo contendentes compareant, vel alius pro ipsis. Quæ omnia & singula, prout petita sunt, sanctæ Synodo placuerunt.

Deinde de mandato Concilii Domini de Columna, & S. Angeli Diaconi Cardinales cum duobus Archiepiscopis, notariis, & aliis officiariis euntes, & requirentes, ut alias fuit factum, & redeuntes ad loca propria retulerunt, neminem reperisse, nec aliquem pro eis. De quo procuratores prædicti petierunt fieri publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Item, de consensu totius Concilii idem D. Archiepiscopus Pisanus ivit ad pulpitum, & cum eo Magister Petrus Garnerii, unus de notariis per Concilium electis, qui præsens fuit in examine testium, & unus procurator. Qui, ipsis existentibus super pulpito, petiit, quod idem Dominus Archiepiscopus legeret, prout supra petierat. Tunc idem D. Archiepiscopus dixit alta voce, quod si placeret sanctæ Synodo, dictus Magister Petrus notarius legeret articulos distincte: & ipse super quolibet diceret, per quos & quot testes quilibet articulus notorius probaretur, ad finem, quod omnes hoc negotium clarius perpenderent. Quod omnibus placuit. Et ita fuit factum. Nam ipse Magister Petrus legit primum articulum, & D. Archiepiscopus prædictus in fine illius dixit, per quos & quot testes probabatur. Et ita de singulis, & fuit processum usque ad xx. articulum inclusive. Et quia tarde erat, fuit assignata alia sessio ad diem crastinam, ad continuandum articulos usque in finem, prout supra.

UNDECIMA SESSIO GENERALIS

Die Jovis, XXIII. Maji.

D. Episcopus Atrebatensis dixit missam, D. Albanensis orationes dici consuetas post missam, D. de Saluciis evangelium, Diaconus & subdiaconus litanias, ut consuetum est fieri. Quo completo D. Archiepiscopus Pisanus ivit ad cathedram, & cum eo Notarii & procuratores, ut supra, & continuaverunt usque ad finem per modum sicut supra. Et fuerunt articuli illa die probati notorii de processu xvii. Et in fine adjunxit quinque, quos dixit probatos notorios per multos testes: & sic fuerunt, junctis xx. articulis probatis heri, notoriis, post multos testes, xlii. articuli probati legitime contra Petrum de Luna, & Angelum Corario, tam conjunctim, quam divisim &c. De quibus omnibus Procurator &c. petiit fieri publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Item, D. Simeon advocatus stans in pulpito narravit, quomodo sancta Synodus audivit, quod articuli dati pro parte promotorum seu procuratorum fuerunt legitime probati notorii: quare pro parte dictorum promotorum petebatur assignari sessio sequens ad diem sabbati proximam, ad declarandum eos fore notorios, & super eis posse & debere procedere ad ulteriora tamquam super notoriis &c. Quod omnibus placuit. Et fuit assignata sessio ad sabbatum, ut supra petitum est. De quibus procuratores petierunt fieri publica instrumenta. Et sic finis pro illa die.

DUODECIMA SESSIO GENERALIS

Die Sabbati, XXV. Maji.

Die sabbati xxv. Maji D. Episcopus Saonensis dixit missam; D. meus Ostiensis dixit alia suffragia, post missam alias dici consueta; D. Cardinalis de Brancaciis dixit evangelium, & fuerunt dictæ litaniæ. Post hæc dictus D. Simeon ivit ad pulpitum, & dixit, quod........ *Cætera desunt in hoc MS. Vindobonensi.*

VICESIMAPRIMA SESSIO GENERALIS,

Secunda sub Alexandro V.

Die Mercurii, X. Julii.

In nomine Domini Amen. Per præsens publicum instrumentum pateat universis, præsentibus & futuris, quod anno a Nativitate ejusdem Domini millesimo quadrigentesimo nono, indictione secunda, die Mercurii decima mensis Julii, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri D. Alexandri divina providentia Papæ V. anno primo, sacra universali Synodo in ecclesia Pisana debito & ordinato modo, more solito congregata, & præfato D. nostro Papa feliciter in eadem præsidente, cantataque missa de B. Virgine per reverendum Patrem D. Pileum Archiepiscopum Januensem, dictis etiam in cantu litaniis, & aliis orationibus devotis pie & solemniter ad Deum porrectis post aliquales actus in eadem synodo factos, reverendissimus in Christo pater & D. Antonius Cardinalis de Chalanco vulgariter nominatus, assistentibus sibi reverendis in Christo patribus & Dominis Alamanno, Archiepiscopo Pisano, & Brando episcopo Placentinensi, in pulpito lapideo, quasi in medio dictæ ecclesiæ sito existentibus: idem D. Cardinalis, assistentibus ibidem advocatis, promotoribus, & nobilibus hujus causæ notariis infrascriptis, de mandato dicti D. nostri Papæ, ac voluntate & assensu & ordinatione unanimi sanctæ Synodi prædictæ ibidem sibi factis, legit alta & intelligibili voce quasdam schedulas, quas tunc in suis tenebat manibus, in processu dictæ causæ coram eadem sancta Synodo habito descriptas & insertas. Quarum tenor sequitur in hæc verba:

In nomine sanctæ &c. ut supra pag. 1225.

De & super quarum schedularum, & contentorum in eisdem lectura & publicatione venera-

ANNO CHRISTI 1409.

nerabilis vir Magister Bertholdus de Wildungen, promotor, pro se & aliis promotoribus seu sollicitatoribus in præfata Synodo, & ad causas in eadem agitatas, & agitandas deputatis, petiit & requisivit per omnes, & singulos dominos protonotarios, clericos cameræ, & nos ipsius Synodi notarios deputatos, fieri unum & plura publica instrumenta. Actum in ipsa ecclesia & synodo, præsentibus eisdem dominis protonotariis ac clericis cameræ, aliisque pluribus, & nobis notariis infrascriptis.

VICESIMASECUNDA SESSIO GENERAL.

Tertia sub Alexandro V.

Die Sabbati, XXVII. Julii.

DEinde die Sabbati, XXVII. Mensis Julii prædicti, eadem sancta Synodo, ut supra & A more solito congregata, & jam dicto D. nostro Papa feliciter præsidente in eadem, cantataque missa de beata virgine per reverendum DD. Petrum episcopum Cracoviensem, dictis litaniis in cantu, & aliis orationibus ad Deum pie porrectis, dictus reverendissimus pater D. Cardinalis de Chalanco, assistentibus sibi dictis dominis Archiepiscopo Pisano, & episcopo Placentinensi, de mandato, voluntate, & ordinatione prædictis ibidem sibi factis, alta & intelligibili voce quasdam papyri schedulas, quas tunc in suis tenebat manibus, inter alias legit infrascriptas.

Nos Alexander &c. ut supra pag. 1227.

Super quibus, & aliis gestis in hujusmodi B dici sessione præfatus Magister Bertholdus pro se & aliis promotoribus petiit, ut supra, publicum seu publica instrumenta. Actum ubi, & præsentibus, quibus supra. *Hactenus Vindobonensis Codex MS.*

☞ AD CONCILIUM PISANUM

Acta ampliora a Joan. Dom. Mansi collecta, & in suo supplemento Tom. III. pag. 841. evulgata.

PRÆFATIO EJUSDEM.

An. 1409. QUo ad nostram ætatem propius accedunt Concilia, eo magis documentorum e publicis petita tabulis copia ditantur, qua rerum in iis gestarum narratio locupletior fit, & magis asserta fides. Cum enim minorem temporis injuriam senserint archiva, quo res nobis propinquiores condunt, eo fideliora sunt in creditis sibi olim tabulis servandis, reddendisque. Hujusmodi assertionis meæ nullum proferrem testimonium certius supra Concilium istud Pisanum, quod ingenti documentorum satellitio decoratum ad nos pervenit. Cossartius adjecit non modica. Harduinus quædam; alia de Chasfenet in supplem. ad novam hist. Conc. Constant. Super hos demum omnes de Concilio hoc egregie meruerunt PP. Martene D & Durand, qui in Anecdotis primum documenta in eam rem dederunt quidem pauca; at in tomo VII. Veterum Monumentorum tam multa vulgarunt, ut Pisano huic Concilio accessionem his quæ hucusque edita sunt, triplo majorem fecerint. Mihi pariter documenta in eam rem perquirenti eventus non infelix respondit; nam & ex codicibus Felini Sandæi, canonistæ ætate sua celebris, in bibliotheca Canonicorum majoris ecclesiæ Lucanæ servatis, quædam extraxi antehac nuspiam vulgata, de quibus suo loco. Alia pariter investiganti mihi suffecit MS. codex bibliothecæ Regiæ Universitatis Taurinensis, quem permissione Caroli Emmanuelis Sardiniæ regis, principis litte- E rarum bono nati, mecum communicavit vir eruditissimus, mihique in primis amicissimus Josephus Pasini meritissimus bibliothecæ illius curator. Ex Martenianis hisce, meis, Ughellianis nonnullis, Anglicanisque ex Wilkins peritis compingitur ingens hæc, quam adornandam suscipio, ad Concilium Pisanum additio, in qua quid rei præstiterim Lectoribus meis hic paucis exponere opportunum judicavi.

Documenta ad Pisanum Concilium illustran- C dum datorus Martene, rem altius exorditur; ab ipso nempe Clementis VII. obitu, cum de reddenda ecclesiæ pace cogitari serius cœpit, adnitente in primis Carolo VI. Galliarum rege; item regibus Castellæ, Navarræ, Angliæ. Tunc instituta ad Benedictum XIII. Clementis successorem legatio, quam regii sanguinis principes obierunt, peritura, nomine regis sui, ut quam optimam Galliarum præsules censuerant in rem præsentem, abdicationem pontificatus in gratiam pacis admitteret. Monita legatis data habes apud eumdem Martene Vet. Monum. tom. VII. pag. 437. Gestorum a legatis documenta e publicis descripta tabulis sunt ibid. pag. 466. sicut & actorum totius D legationis narrationem historicam legas ibi pag. 479. & deinceps. Multæ dehinc succedunt litteræ a Cardinalibus factionis Benedicti ad Galliarum regem, aliosque datæ, quibus significant perseverare se in voluntate pontificem suadendi ut pontificatum dimitteret ad pacem ecclesiæ. Nihil impetratum. Nec ea res magis serio agebatur a Bonifacio IX. ad quem jussu regis Anglorum missus Robertus heremicola, qui & a Benedicto legatione ad eumdem fungebatur. Acta legationis hujus referuntur ibid. pag. 597. atque anno 1397. a Martene assignatur. Ita per plures annos inter varias tractationes, ludificationes inanes res extracta est. Quarum tractationum, ludificationum &c. acta E varia suppeditat opus idem pag. 997. & Anecd. tom. II. pag. 1140. Inter hæc rex Galliæ spontaneam pontificatus abdicationem, ab æmulo utroque præstandam, quam ipse urgebat, ab utroque refugi intelligens, ab utriusque pontificis imperio recessit; quod in Gallicano concilio anni 1390. decretum est; eaque sanctione edita, multa dehinc alia pro ecclesiæ acephalæ regimine statuta sunt legenda Vet. Mon. pag. 593. Secessionem hanc ab obsequio Benedicti principes alii, & privatæ ec-

ele-

ANNO CHRISTI 1409

clesiæ plures imitatæ sunt; quarum rerum acta, & documenta suppeditat Vet. Mon. tom. VII. pag. 601. 602. 610. Cardinales pariter Benedicti ab obedientia pontificis sui recesserunt per litteras vulgatas a Baluzio in collect. Actor. ad vitas Papar. Avenion. tom. II. pag. 1131. Idem exemplum sequutus est Enricus Castellæ & Legionis rex, patentibus ea de re litteris expeditis ibid. pag. 613.

Secundum hæc Benedictus papa in urbe, ædibusque suis Avenioni obsideri cœpit; tunc variæ utrinque tractationes institutæ. Martinus Aragoniæ rex Avenionem se contulit, ibique de componendo pontifice cum rege Galliarum tractavit. Quid cum Pontifice convenerit refert charta, quæ extat Vet. Mon. pag. 630. Missa tunc legatio Aragoniorum Lutetiam acceptas a rege Galliæ pacis ejusdem conditiones scripto exaratas legendasque ibid. pag. 638. retulit ad Benedictum, qui tandem conditiones illas pacis se accepturum spopondit, cujus sponsionis publicum documentum habemus ibid. pag. 636. Ita demum soluta, seu relaxata obsidio; tuitionis chartæ in gratiam Benedicti oblatæ, atque ab Avenionensibus productæ ibid. pag. 649. &c. Verum cum ad proponenda singula illa pacis ineundæ capita processum esset, pontifex ambigue mentem suam expressit. Natæ inde variæ chartarum missitationes, quas chartas profert pag. 662. &c. Obsidio, laxior quidem, adhuc tamen non soluta. Interim legati Castellæ & Aragon. non cessabant, ultro citroque reg. & pontif. convenientes, plenam absolutamque pacem conciliandam tentare; quæ ab illis responsa acceperint, hæc ex publicis tabulis habes ibid. 669. &c. Ita absolutus annus 1399. Reliqui tunc succedentes extracti sunt in consultationibus proponendis, in restitutione ecclesiarum in obsequium Benedicti molienda. Extant ibid. pag. 675. episcopi Lamorensis regis Castellæ legati ad ea quæ coram rege proposita fuerunt de Concilio celebrando animadversiones. Demum Benedicti prostrata factio erigi paulatim cœpit, nam Ludovicus II. rex Jerusalem & Siciliæ rediit ad obsequium litteris datis anno 1402. & recitatis Anecdot. tom. II. pag. 1263. Item sequenti anno cardinales Benedicti cum suo Pontifice concordarunt; cujus fœderis acta publica repetas ex Anecdot. tom. II. pag. 1266. Concordavit paulo post & Galliarum rex litteris expeditis, vulgatisque Vet. Mon. tom. VII. pag. 677. &c. Secundum hæc Pontifex omnes illatas sibi injurias remisit, bulla ibi pag. 681. producta; quam dein aliæ subsequutæ sunt bullæ pro extinctione schismatis multa pollicentes, ut de generali concilio habendo, de pace quacumque tandem ratione componenda. Vide ibid. pag. 682. &c. Id vero consilii se olim habuisse, & nunc pariter menti sedere pandit litteris anno 1405. datis, quibus gesta a se omnia ea in re apud æmulos pontifices late persequitur ibid. pag. 686. Præcedenti anno Bonifacio IX. decedenti substitutus fuerat Innocentius VII. cum antea cardinales in conclavi omni sese religione obstrinxissent operam se posituros sollicitam in ecclesiæ conjunctionem. Formulam, in quam jurarunt, suppetit Anec. tom. II. pag. 1275. Quid tunc facto opus esset, ut quæ offerebatur potiundæ pacis ratio iniretur, regi Galliarum, & ore, & scripto iidem cardinales panderunt exhibita scheda ibid. pag. 1278. vulgata. Sequutæ dein litteræ Joannis ducis Bituricensis ad Innocentium, & Innocentii ad eumdem, quarum illæ cessionis viam urgebant, istæ paratum ad omnia pontificem exhibebant. Vet. Mon. tom. VII. pag. 698. &c. Vertente anno nempe 1406. obiit Innocentius, cui Gregorius XII. suffectus est, qui in ipso statim electionis suæ limine consueta jurisjurandi religione sese obligavit, qua & post electionem se iterum devinxit. Formulam utramque dat Antonius de Butrio in consultatione ad Concilium Pisanum data, & a me primum hic vulganda. Continuo ea de ra expeditæ sunt a cardinalibus litteræ ad Coloniensem accademiam, quæ aliis a se datis ad Cardin. Leodiensem, ad novum electum, & ad Card. respondit gaudere se de assumptione pontificis, a quo pax optata jure speranda esset. Anecd. pag. 1280. &c. Missæ sunt pariter a Cardinalibus de electione a se præstita litteræ ad Rupertum Romanorum regem Vet. Mon. pag. 725. missæ & ad cardinales Benedicti a Gregorio ipso pontifice, rogante ut pro schismate extirpando secum laborent ibid. pag. 726. Scripsit & ad eosdem cardinales ea de causa cardinalis Avinionensis ibid. pag. 723. Ita & Aquilejensis ad Parisiensem universitatem: Leodicensis ad eamdem Anec. pag. 1288. &c. Ad regem Galliæ Gregorius, a quo & ad Archiepiscopum Magdeburgensem & ad universos Christifideles: Vet. Mon. pag. 727. Alias ibi pariter legas litteras Benedicti XIII. ad cardinales Gregorii, ejusdem ad regem Francorum, ad Ludovicum ducem Aurelianensem, quibus omnibus significat offerenti omnem operam Gregorio in pacem ecclesiæ, se pariter ad omnia paratum respondisse. Vet. Mon. pag. 735.

Succedenti anno Parisiensis universitas gravari se in multis sentiens a Benedicto die VI. Jan. anni 1407. sententiam appellationis ad generale Concilium pronunciavit. Habes illam Anec. pag. 1295. Gregorius interim legationem direxit ad Benedictum, ut de re præsenti cum illo conveniret. Legationis patentes litteras legas Vet. Mon. pag. 737. ubi & litteræ ea de re a Gregorio ad Carolum Francorum regem, & ad cardinales Benedicti, ad Benedictum ejusque cardinales iterum ibid. pag. 743. &c.

Anno eodem 1407. pacta quædam inter legatos Gregorii & Benedictum XIII. Massiliæ conventa, ac subscripta sunt, quæ habes Anec. pag. 1314. sicut & legationis hujus acta dantur Vet. Mon. pag. 730. Est ibi pariter consultatio episcopi Roffensis per epistolam directam Romam ad Gregorium de cessione utriusque contendentis &c.

Inter pacta utrinque constituta unum erat, idemque potissimum, ut Saonam, quæ Genuensis ditionis urbs est, ambo æmuli convenirent; qua de re expeditæ sunt securitatis litteræ pro Gregorio a Buccicaldo, qui Gallorum nomine Genuensis ditionis præfecturam gerebat; habentur vero illæ Anec. pag. 1322. Deprecabatur Gregorius pro loci ad conveniendum designati mutatione, cujusmodi deprecationis plures extant ejus litteræ, & chartæ Anec. pag. 1344. 1347. Vet. Mon. pag. 759. &c. Interea Gallorum legatio nobilis ad utrumque æmolum deputatur, expeditis ad selectos viros patentibus litteris ac de rebus tractandis monitis adjectis Anec. pag. 1344. 1347. Con-

ANNO CHRISTI 1409.

queritur de hac legatione Gregorius datis ad Benedictum litteris, Vet. Mon. pag. 767. Quid vero Benedictus, quid Gregorius legatis hisce responderint narrant chartæ Anec. pag. 1363. 1367. unde & discimus quæ Gregorius reposuerit legatis Benedicti ad se missis. Legitur ibi pariter responsio Cardinalium Gregorii, quos legati illi compellarunt pag. 1375. Dum hæc agerentur, Benedictus Massiliæ agens Cardinales aliquot suos Avenione morantes consuluit, quid sentirent de mutatione loci a Gregorio exacta; reposuerunt illi Pisanam Urbem admitti tuto posse. Litteras dat Anec. pag. 1378. Pervenerunt interea legati Gregorii, alium a Saona destinari locum postulantes: instare se pactis, & conventis dixit Benedictus, nec permissurum, ut nova interim tractatio institueretur, cujus verba scriptis excepta a tabellionibus legas ibid. pag. 1386.

Ita rebus sese habentibus pervenit Saonam Benedictus, ubi agebat die VII. Novembris anni 1407. qua die signatur charta illi Saonæ agenti oblata de triplici ratione schismatis tollendi, quam habes Anec. pag. 1365. Audita ibi legatio a Gregorio missa, cujus acta proferuntur Anec. pag. 1386. Audita & alia a rege Castellæ quæ post Benedictum ad Gregorium Senis agentem venit, rediitque ad Benedictum: frustra omnia (Anec. pag. 1389.)

Tandem Lucam venit Gregorius, ibique de novis cardinalibus renunciandis mentem suam prodidit. Obstitere Cardinales, obtendentes exasperari his posse Benedictum, eoque novo impedimento pacis optatæ exitum retardari. His obstaculis minime prohibitus Gregorius cardinales reipsa dixit; intelligensque indignatos cardinales seniores secessionem meditari, vetuit, ne ex urbe recederent. Pontificis jussione neglecta ex illis aliqui aufugerunt Pisas. Ab hoc cardinalium recessu exordium sumam actorum, quæ Pisano Concilio præmittenda duxi. Nam hinc potissimum duci prima velut stamina cœperunt quibus tela hæc ordiretur. Est vero notior reliqua Concilii historia quam hic repeti ex integro debeat. Sunt tamen quædam tangenda in gratiam actorum, quæ hic subjunguntur.

Fuga dilapsi cardinales Gregorii, primo omnium Pisis residentes provocationem ad futurum pontificem & ad Concilium ab iis, in quibus se a pontifice gravatos querebantur, interposuerunt. Datæ litteræ etiam ad omnes circumquaque Christianæ Reipublicæ principes, quibus secessionis suæ consilium approbant, mentemque habere se versam ad pacem ecclesiæ procurandam testantur. Extant illæ apud Labbeum to. XV. pag. 1275. Vene. edit. Secundum hæc cardinales illi Liburnum concesserunt cum cardinalibus nonnullis aversæ factionis acturi, assentiente primum Benedicto, dein repugnante, immo & datis ad eosdem cardinales suos litteris vetante ne cum Gallicanis legatis agerent, communicarentque illis scriptam syngrapham testem sententiæ suæ de procuranda ecclesiæ pace per utriusque cessionem. Inhibitionem hanc pontificis dat appendix ad Labbeum ibid. pag. 1289. Tunc ab utroque collegio de habendo Concilio tractatio coepta, eaque de re multa utrinque conventa sunt a nobis hic relata ex Martene. Hinc pariter litteræ plures circumquaque expediuntur, aliæ quidem ab utroque collegio, aliæ ab alterutro, legendæ apud Labbeum tum inter acta Concilii Pisani, cum in ejus appendice.

Interea cardinalium utrumque simul junctum collegium spopondit Deo teste, vovitque nunquam se recessurum a via cessionis, ejusque executioni Concilium celebrandum statuit. Hanc ego sponsionem diei XXIX. Junii assignandam olim quidem censui, quod ita ferant omnes MSS. codices, e quibus eruta est a multis; nunc vero chronicas hasce notas mendosas suspicatus, sic emendo; *die* XXX. seu *die penultima Maji*; ita enim legerunt cardinales illi, qui die V. Octobris hanc ipsam sponsionis syngrapham recognoverunt, cujus recognitionis suæ publicum testem voluerunt esse scriptum quoddam vulgatum dein ex Chastenet in appendice Veneta Labbei pag. 1346. Quamvis dein, & in posterioribus hisce tabulis sponsio illa iterum recitata diem *penultimam Junii* ut in vulgatis fert. Priorem lectionem signantem diem *penultimam Maji* optimam esse idcirco reputo, quod Concilii Pisani indictionem omnino posteriorem esse judicem sponsioni, qua se cardinales voti religione obstrinxerunt ad Concilium habendum. Indictio vero Concilii in litteris cardinalium Gregorii signatur die XIV. Junii; quamvis & ibi pariter inesse mendum suspicor ita reformandum *die XXIV*. Junii: nam ex litteris adjunctis bullæ huic de indictione Concilii, dicimus *post* illam cardinalium deliberationem utrumque pontificem peculiare concilium suum denunciasse, Gregorium Aquilejam vel Ravennam, alterum vero Perpinianum. Perpinianense enim concilium indixit Benedictus die XV. Junii. Ita ergo rem totam compono. Die penultima Maji cardinales jurati voverunt Concilium; reipsa vero indictum est a cardinalibus Gregorii die XIV. Junii, statimque die XV. Benedictus Perpinianense concilium denunciavit.

Die XXIX. cardinales Gregorii litteras destinant ad regem Gallorum, quarum apographum miserunt ad universitatem Parisiensem, eamque demereri sibi officio & causæ suæ asserta justitia student; ac paulo post, prima scilicet Julii, exemptos se ab omni pontificia subjectione pronunciant. Extant litteræ apud Labb. pag. 1291. &c.

Secundum hæc Gregorius ab impactis criminibus se purgat litteris patentibus apud Labb. pag. 1295. Quatriduo vero post, concilium a se habendum sive in Ravennatensi sive in Aquilejensi tractu denunciat, cujus indictionis litteras dat Labbeus ad concilium Aquilejense. Nihilo tamen secius suo insistentes consilio cardinales Concilium Pisis futurum iterum dixerunt; qua de re cardin. Benedicti ad Benedictum; cardinales Gregorii ad Carolum Francorum regem litteras dederunt. Harum istæ hic extant ex Martene, illæ apud Labbeum pag. 1124. Succedunt aliæ ad alios principes, tum & regiam Galliæ familiam, hic etiam excudendæ. Tunc auditas censeo legationes Venetorum & Florentinorum, sicut & aliam Senensium ad cardinales. Actum in illis de rebus cum Gregorio componendis, & re infecta reditum. Gesta prioris legationis hic supplentur ex Martene Anec. to. II. pag. 5411. posterioris dat Labbeus pag. 1308. ubi & refutationes legas. Gregorii bullæ pro concilio suo indicendo opposuerunt cardinales litteras, quibus evincere conati sunt, omni illum facultate ad habendum oecumenicum Concilium destitui. Dat illas Labb. pag. 1206. signanturque die XVI. Julii; quam pariter diem præferunt litteræ eorumdem cardinalium Gregorii ad Brun-

snicen-

ANNO CHRISTI 1409.

suicensem & Luneburgensem duces Concilio per legatos suos ut adsint rogantes (apud Labbè pag. 1312.)

Ut Pisas venirent cardinales Benedicti facultatem sibi a Florentinis, qnibus urbs illa parebat, quærendam sumserunt. Rescripserunt Florentini moram qnidem in ditione Florentina se' illis permittara non conventum cum cardinalibus alterius collagii, nec nisi transitum per urbes Pisarum, & Florentiæ; habes has litteras hic ex Martene Vet. Mon. to. VII. pag. 819. signanturque die XXI. Julii. Eodem circiter tempore directam arbitror epistolam quatuor cardinalium ad Benedictum, quem de rebus a sa gestis pro ecclesiæ conjunctione facinnt certiorem. Hic datur ex Martène.

Hac ipsa die XXI. Julii Genuenses neutrum pontificem se deinceps observaturos palam profitentur, ut ex tabulis hic exhibitis ex Anecdotis Martene.

Reliquum inde temporis usque ad Concilium extractum est in auganda cardinalium Pisanorum factione; asserenda futuri Concilii auctoritate, quam æmuli pontifices convellera nitebantur; ac damum principum favore aucupando. Hinc ad aorum coitionem socii accesserunt aardinales quatnor, da quorum adhæsione publicum extat documentum hic ex Martane relatum, signatumque die XXX. Augusti. Attexuntur iis litteræ aliæ de accessione Hanrici apiscopi Tusculani ferentes diem XIV. Septembris; tum & aliæ pro Landulpho card. Barensi datæ V. Octobris; ac danique aliæ diei XI. Octobris pro Joanne cardinali Astensi.

Paulo ante aam diem Augusti, nimirum XXIX. ejusdem mensis Pisani cardinales, tanquam proprio jure agentes, litteris expeditis Marchiæ Anconitanæ, & ducatus Spoletini præfecturam Petro tituli XII. Apost. card. committunt. Habes litteras hic ex Martene.

Die VIII. Septembris Hungariæ regem, ut episcopos regni sui ad Concilium mittat per litteras sollicitant. Ex Martene hic. Quin & aliis ea die scriptis Græcorum imperatorem ad id incitant. Hic ex Martene.

Die XXIV. Septambris præsarunt aliæ cardinalium Benedicti litteræ, quibus eum nt ad Pisanum Concilium venire tandem consentiat, sollicitant. Sunt in Labb. pag. 1167. His vero respondit Benedictus aliis litteris signatis die IX. Octobris oblatam acclesiæ pacem his conditionibus recusans. Ibid. pag. 1171.

Nec Benedictum tantummodo, sed adhærentes Gregorio cardinales suis litteris accersendos Pisani cardinales censuerunt; idqua ut afficacius præstant justitiam causæ multis exaggarant. Litteras dat Labbeus signatas die XI. Octobris, iisque succedit datum a Gregorianis, & aliud ab ipso Gragorio responsum pag. 1306.

Interim Benedictus acceptam injuriam (ut interpretabatur) ab universitate Parisiensi & a legatis Gallicis in Italiam (quos omnes olim obsequentes, tnne imperium suum datrectantes sentiebat) decoquere non valens, diem illis dixit coram se intra dies LX. ad causam suam defendendam. Damus littaras ex Martene, præferuntque diem XII. Kal. Novembris. Sed tantum absuerunt a metu Galli, ut die VI. Novambris viros e suo cœtu amplissimos Pisano Concilio adsuturos designaverint. Legas hic catalogum, ex Martene, sed auctiorem ex MS. cod. Taurinensi.

Quanquam tamen eó utrinque processerat discordia, spes adhuc supererat quædam componendæ pacis cum Gregorio, & cardinalibus; cui tentandæ Sigismundus Hungariæ rex legatos suos miserat. Meminit legationis illius epistola Senonis Venatorum ducis ad cardinales hic legenda ex Martane data dia IX. Novembris; per quos pariter dies cardinales regem Franciæ sollicitarunt, nt ad conventum in Germania mox habendum legatos suos mitteret. Litteras a Martene acceptas hic reddimus. Legationis hujus axitus ignoratur, quanquam infelicem axtitisse aventus demonstrat. Major hinc animus crescit Pisanis, nec eo desponderunt quod acceperint a rege Aragoniæ litteras datas die XIV. Novambris, nunciantes nullos missurum sa viros delectos ad Concilium, eo quod Perpinianensi consilio adfuturos legatos destinasset. Litteræ sunt hic ex Martene. Vicissim rex Romanorum Winceslaus omnem illis favoram spopondit litteris signatis die XXIV. Novembris. Ex Martena hic. Gregorius vero deseri se magis magisque intelligens, cardinales, nt redirent intra mensem, patentibus litteris datis Rimini XIX. Kal. Januarii vocavit; detrectantesque parere, dignitatibus omnibus aliis litteris die XIX. Kal. Februarii anni 1409. multavit. Extant utræque litteræ in Labbeo pag. 1318.

Sequenti anno 1409. Floreotini faenltatem fecerunt Benedicto, & cardinalibus factionis suæ, si forte interasse voluissent Concilio, ut ad nrbem Pisarum veniret; cujus facultatis expeditæ litteræ signatæ die XIII. Januarii; atque per hos dies conventum habuerunt frequantem de Gregorio deserendo consnltantes. Ad conventum istum pertinentia omnia attuli, cum de convantu hoc agerem. Eodem exemplo Wenceslaus Romanorum rex ab obsequio Gregorii recessit. Prosero litteras ax Martene signatas die XXII. Januarii. Ita Gregorii res accisæ; nec feliciores Benedicti, ad quem per hos ipsos dies cardinalas factionis olim suæ litteras dederunt signatas Pisis die XXV. Januarii.

His omnibus frustra tentatis; in suo quæque pars Consilio perseveravit. Cardinales littaris circumquaque scriptis favorem sibi quærebant. Extat hic ax Martene eorum epistola ad Senenses de hoc argumento data dia XI. Fabruarii; sicut & alia ad Florentinos ajusdem diei. Denique Benedictus dia III. id. Martii cardinalas suos rebelles solemni ritu diris devovet, eamque sententiam illis intimat per epistolam eadem dia signatam, quam hic edo ex Martena.

Concilium erat in limina; quata tunc discussa credo varia de ejus auctoritate, de potestate quæ cardinalibus inest Concilia in eo rerum articulo cogendi; auditus & Carolus Malatesta Arimini princaps, qui id enitebatur ut in gratiam Gregorii mutaretur locus habendi Concilii; erat atiam in promptu consultatio universitatis Bononensis, & aliæ nonnullæ, quas omnes hic damus ex Mart. Vet. Mon. to. VII. & Anec. to. II. Addimus ad rei complementum inedita quædam fragmenta, scilicet quoddam Antonii de Butrio juris utriusque consultissimi ex MS. Lucensi codice acceptum. Porro consultatio ista alia plane ast ab ea quæ legitur inter consilia Jurisconsulti hujus excusa num. CCCXIX. & apud Bzovium ad an. 1407, recurrit. Posteriorem hanc lucubrationem, utpote ajusdem fere argumenti cum hac nostra, cum nec novitatis gratiam habeat, omittendam hic censui.

His

ANNO CHRISTI 1409.

☞ His omnibus diligenter paratis processum est ad Concilium, cujus historia in actis ex Martene afferendis diligenter & fuse describitur. Addere tamen hic juvat ea, quæ Petrus Ancharanus, jurisconsultorum ætate sua facile princeps, respondit Concilii nomine legatis Ruperti Romanorum regis postulantibus Concilii illius abrogationem, & alterius alibi celebrandi indictionem. Hanc ego orationem in sessione Concilii VII. peroratam primus evulgo, quamvis alii ante me se dedisse blanditi sunt. Qua de re in præfatione ad eamdem orationem egi. Suppetunt hic pariter postulationes Caroli de Malatestis Ariminensis domini, cum responsis Concilii ex Martene.

AD CONCILIUM PISANUM

ACTA PRÆVIA.

COPIA APPELLATIONIS

Interpositæ per cardinales illius de Roma a papa suo, postquam ipsi ab eo recedentes, venerunt de Luca apud civitatem Pisanam.

Affert Mart. Anecd. to. II. p. 1194.

IN Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo octavo, indictione prima, die dominico, trigesima mensis Maji, hora tertiarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Gregorii divina providentia papæ XII. anno secundo, in civitate Pisarum, in archiepiscopali palatio, videlicet in camera, in qua infra scriptus reverendissimus dominus Antonius episcopus Penestrinensis præsentialiter residebat, præsentibus ibidem magnifico & egregio viro Johanne quondam domini Francisci de Ursinis, Laurentio Amballi de Stepha & Necis, Valeriano de Fregia, paribus de Urbe regionis Transtiberim, domino Bartholomæo Johannis de Monte Guvatio, domino Angelo Fuscis canonico Lateranensi, & Lopo Ginisalvi canonico Laviacensii, & aliis quampluribus testibus ad hoc specialiter vocatis & rogatis.

Cum hoc sit, quod pridie, videlicet die Veneris quarta præsentis mensis Maji, hora tertiarum, vel quasi, præfatus dominus noster dominus Gregorius papa XII. infra scriptis & aliis reverendissimis dominis cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ tunc residentibus in civitate Lucana, certa mandata fecerit, de quibus infra fit mentio, ipsique infra descripti domini cardinales, quamvis prædicta mandata crederent, reputarent; immo tenentur fuisse & esse nulla & omnino invalida de jure, & in quantum forent aliqua, quod non credunt, vellent & cuperent appellare, & contra ea appellationis remedio se tueri, quod ad sublevationem gravatorum & oppressorum dignoscitur institutum; quia tamen eis facultas appellandi non affuit, propter justissimum metum qui cadere poterat in constantem, ut seriosius infra patet: idcirco prælibati domini cardinales, quorum, ut præfertur, nomina describuntur inferius, nunc consistentes in civitate Pisana & loco eis tuto, ac in quo omnis metus cessare dignoscitur, quam primum potuerunt opportunitate captata, ad præservationem juris sui, cum copiam personalem prælibati domini nostri papæ non haberent, nec etiam hic personaliter existentem, coram reverendis in Christo patribus dominis Thoma episcopo Carliolensi & Bartholomeo episcopo Alariensi, Bernahardo S. Michaelis de Podio Boniti ordinis S. Benedicti Florentinensis dioecesis, Guillelmo Wasmonasterii ejusdem ordinis Londoniensis, & Valdassaro S. Michaelis de Passignano ordinis Vallis umbrosæ Fesulantis dioecesis, monasteriorum abbatibus, tamquam coram venerabilibus & honestis personis in dicto loco personaliter existentibus & sedentibus, infra scriptam appellationem infra scriptis legi fecerunt, ac ipsam interposuerunt & interponunt, ac apostolos petierunt & petunt, omni via & forma quibus melius & efficacius de jure possunt & debent: cujus quidem appellationis de verbo ad verbum tenor sequitur, & est talis.

Coram sanctitate &c. reliqua habet Labbeus pag. 1395.

In fine hæc adduntur quæ desunt in Labbè.

Super qua appellatione cardinales antedicti apostolos instanter, instantius, instantissime petunt sibi tradi & exhiberi debere, protestantes quod hac eorum appellatione pendente nihil contra ipsos & in eorum præjudicium debeat quomodolibet attentari. Et quia in civitate Lucana eis non licebat sine maximo & eminenti suarum personarum periculo talem appellationem interponere & intimare: ideo ex tali justo metu distulerunt donec ad locum tutum devenerunt. Quare protestantur ne ex lapsu temporis præjudicium eis fiat. Quam quidem appellationem prædicti domini episcopi & abbates, coram quibus, ut præfertur, interposita fuit omnimoda via & forma quibus melius de jure potuerunt, & prout admiserunt, pariter & admittunt; super quibus etiam omnibus & singulis prælibatis domini cardinales petierunt a nobis notariis infra scriptis fieri & confici unum vel plura publica instrumenta ad dictamen si expediret sapientis. Actum in civitate Pisarum anno, mense, ac indictione, pontificatu, & loco quibus supra, ac præsentibus testibus suprascriptis.

SEQUUNTUR QUÆ FUERUNT AVISATA

Per dominos cardinales utriusque collegii, qui in Liburno convenerunt super facto unionis procurandæ.

Affert Mart. Vet. Mon. to. VII. pag. 779. qui tamen & eadem monita ex alio MS. cod. iterum exhibet p. 795. Nos alterum ex altero emendavimus.

Primo cum evidenter constat de continuata pertinacia ac indispositione domini Gregorii ad omnem unionis habendæ, quod ulterius non est de necessitate requirendus; quia si requireretur, per dilationes vel per verbalem responsionem, quam non haberet in mente, impediret remedia, quæ sunt excogitata pro unione habenda.

2. Item, attenta dispositione utriusque contendentis de papatu, & recessu, est avisatum pro utili unione habenda, quod ecclesia debet congregari per collegia cardinalium; ita quod quodlibet collegium convocet prælatos suæ partis, quia in tali casu, juxta communes opiniones, ecclesia congregata est judex. *.

3. Item, quod congregantur ista Concilia per cardinales ad festum purificationis Beatæ Ma-

ANNO CHRISTI 1409.

Mariæ prox. futurum, & in uno loco, si possibile fuerit, convocentur ambæ partes; alias in duobus locis propinquis, adeo ut facilius possit haberi accessus de uno ad alium.

4. Item, quod convocentur archiepiscopi, episcopi, abbates & capitula ecclesiarum cathedralium ac universitates studiorum.

5. Item, videtur aliquibus quod sint vocanda capita quatuor ordinum mendicantium, Coelestinorum & Carthusiensium.

6. Item, quod prædicta *incontinenter* (a) regibus & principibus, (*nuncientur b*) & requirantur de auxilio, & quod mittant solemnes suos deputatos; & quod faciant quantum in eis fuerit, quod præfati & alii vocati veniant ad Concilium; & quod dent securitates in terris suis, omnibus venientibus ad dictum Concilium, & quod non patiantur eos impediri per contendentes de papatu seu alterum ipsorum.

(a) Deest.
(b) *Intimentur.*

7. Item, quod dum vocabuntur prælati, & prædicta intimabuntur principibus, & quodlibet collegium prædicta intimet suo papæ, & requirat, quod in loco & termino intersit, & quod vocationi, quantum in eo fuerit, opem ferat; cum intimatione quod Concilium seu ecclesia congregata disponet de extirpatione schismatis & unione habenda, ipsius absentia non obstante; & dum vocabitur in littera vocationis offerentur sibi debitæ securitates & libertates in veniendo, stando, & redeundo.

8. Item, est intentio quod quælibet pars in Concilio disponat suum papam ad viam cessionis juratam, etc. & si disponi non possit, vel sit contumax, abjiciatur; per Concilium seu ecclesiam congregatam, tamquam schismaticus notorius, criminosus de enormibus, incorrigibilis, ecclesiam scandalizans, & ut hæreticus.

9. Item, post renuociationem amborum, si ad hoc induci possunt, vel post abjectionem amborum cardinales utriusque collegii, æquato & pari numero hinc inde convenientes in unum, & facientes unum collegium, ad electionem procedant unici pastoris.

10. Item, est intentio, quod licet a principio Concilia teneantur divisim, tamen postquam deliberaverint, conveniant in uno loco simul in vinculo caritatis & pacis, & communicent quæ deliberaverint, & ex post fiat electio, ut superius est dictum.

11. Item, modus tenendi Concilium in qualibet parte videtur esse talis, quod unus cardinalis proponet mala schismatis ipsius diuturnitate, & quæ sunt jurata & promissa per contendentes de via cessionis approbata ab omnibus fidelibus, & si potest haberi pax; & in casu absentiæ vel contradictionis petatur consilium (c) advocatis præfatis & aliis super illorum dejectione, secundum Deum & dispositiones canonum & *alia* (d) observata in Romana ecclesia.

(c) *Pax est.*
(d) Alias.

12. Item, quod ex post cardinales qui censebuntur esse ibi pro Romana Ecclesia, requirent vota & consilia singulorum prælatorum & aliorum vocatorum, & in scriptis redigantur eorum dicta, & ultimo cardinales dicant opiniones suas & vota sua & omnia ista fiant, & dicantur sine contradictione vocum, & quiete ac libere; taliter quod appareat, quod non voluntarie, Spiritu S. dictante omnia fiant.

13. Item, quod habitis vocibus & opinionibus ejus cardinalium, nomine totius Concilii hujusmodi & ecclesiæ congregatæ pronunciet, declaret, vel statuat quæ fuerunt per totum Concilium deliberata, seu per majorem partem ipsius, quia sic fiebat olim in Conciliis sanctorum patrum, in quibus dicebatur communiter *statuit S. Synodus*, vel *S. Concilium*, *&c.*

14. Item, quod in eodem Concilio fiat, & ordinetur quod omnes qui fuerint vocati, etiam seculares, promittant observare quæ fuerint decreta & ordinata in Concilio, & quod contradictores rebelles, etiam si (e) fuerit, rejectus a papatu, compescantur auctoritate Concilii, per seculares etiam (f) alias potestates.

(e) *Ad. papa*
(f) *Et cætera*

15. Item circa præmissa videntur præmittenda aliqua dubia quæ possunt occurrere, ad hoc ut eis respondeatur, & satisfiat si *fuerint* (g).

(g) *Si fierent.*

16. Primo quia forsan dicetur ab aliquibus, quod cardinales non potuerunt vocare Concilium, sed potius quilibet qui gerit se pro papa, in parte sua, & hoc videtur habere colorem per §. *Huic etiam* XVIII. di. (h).

(h) XVII.

17. Item, posset fieri aliud dubium, si papa in Concilio peteret, se restitui propter subtractiônes, & neutralitates sibi factas. Talis petitio videretur habere colorem per §. *Item Symmachus* II. q. VII.

18. Item, posset moveri dubium, si papa compareret in Concilio, vel peteret subtractos vel neutrales repelli a Concilio, tamquam vocem non habentes: videtur hæc petitio etiam habere colorem per dictum §. *Huic etiam* XVII. di.

19. Item, posset fieri dubium quod licet papatu, non tamen propter negligentiam schismatis; quia licet schisma quandoque transeat in hæresim, non tamen reperitur jure cautum de negligentia schismatis extirpandi.

20. Item, si dicatur quod papa sit notorie pervicax (*i*) & fractor voti & scandalizans ecclesiam, ac incorrigibilis, & sic possit abjici juxta glos. cap. *Si papa* XL. di. illa glossa simpliciter posita non est vera, & reprehenditur a nonnullis.

(i) Perjurus.

21. Item, videtur per modum avisamenti, quod si contingat ante congregationem Concilii, alterum de contendentibus decedere, illa pars, cujus papa decederet, non procederet ad novam electionem, sed expectetur Concilium & ejus deliberatio.

22. Item, si ambo contendentes moriantur isto intermedio tempore, quanto citius fieri potest collegia conveniant ad deliberandum quid eo casu erit faciendum.

LITTERÆ CARDINALIUM GREGORII AD PETRUM

De Portugario Aquilejensem patriarcham exauctoratum.

Affert P. de Rubeis Mon. eccl. Aqui. cap. CV. pag. 1003.

REverende pater amice noster carissime, salutem. Cum Pisis venimus, uti conveniens visum fuit, litteras nostras super occurrantibus in Dei ecclesia, scriptas die XIV. mensis proxime decursi paternitati vestræ direximus; quarum copiam inclusam præsentibus, fido nuncio occurrente, destinare decrevimus, ne deficiat, quin illarum continentia ad notitiam vestram deveniat; considerantes, inter alios Christianorum prælatos, ad vos non mediocriter pertinere, emergentia in eadem ecclesia cognoscere, & pro ipsius honore & statu assistere, & favere. Videmus clare, & quotidie palpamus apertius, D. Gregorium, cujus culpandos de-

ANNO CHRISTI 1409.

detestandosque modos jam insinuavimus, sua A vota, juramenta, & promissiones parvipendentem, & non ad sanctissimam ecclesiæ unionem conficiendam, uti assumptus extitit, dispositum, sed ad ipsius contrarium potius, & schisma foventem, per nuda & inania verba cunctos christicolas ludificantem, & in diutinis angustiis & tenebris retinentem. Hujus perniciosi morbi salubris medicina & necessaria hæc sola est, ut sibi universaliter obedientia subtrahatur; ad quam subtrahendam unusquisque tenetur pro peccati mortalis evitatione; cum sine eo esse non possit, qui obediendo favet schisma foventi, unde tot animarum & corporum pericula oriuntur; ut qui solum cupiditate & ambitione rerum corporalium tractus, Dei me- B tu ad sua vota, promissiones, & juramenta non movetur implenda, coarctatione temporali compellatur invitus, ne secum in perditionem dominicum gregem trahat. Quamobrem charitatem vestram affectuose hortamur & precamur, ut in cunctis partibus vestris eidem... omnem obedientiam subtrahatis: & ad similiter faciendum principes, prælatos, & alios dominos exhortari curetis; sperantes indubie, quod per cunctos libentibus fiet animis, cum modos moresque ejus jam detectos omnes merito detestentur, & horreant. Hac enim via intra breve temporis spatium Romanæ eccle C siæ tamdiu distractæ & laceratæ, pestifero extirpato schismate, restituetur unitas, & cunctis Christi fidelibus pax optata. Et ut noscatis bene inchoatam per nos ecclesiæ causam succedere, heri hic in Liburnio nos omnes cum sex de dominis de collegio partis alterius, ac aliquibus aliis remanentibus plenariam habentibus potestatem, in Dei nomine maxima cum caritate convenimus; & dominum de Flisco, associato per totam provinciam D. Petro de Luna (*Benedicto XIII.*) qui die XV. mensis hujus de Portu Veneris discedens Perpinianum in Catalonia profectus est, rediturum speramus: sumusque unanimes ad effectum sacratissimæ unionis præfatæ, quam nullis ce- D dendo laboribus, incommodis, & periculis etiam mortem præferentibus, constantissime prosecuturi sumus, quousque viis debitis, canonicis, & necessariis ad salubrem & votivum exitum deducatur; illam, eo præstante qui potest, antequam multum temporis labatur, videre in ea ecclesia ipsa sperantes. Vestram reverentiam hortantes ac precantes, ut in sanctissimo hoc opere nobiscum assistere placeat favoribus opportunis; & nostra negotia, & familiarium nostrorum, aliorumque sanctissimam unionem sequentium, super beneficiis nostris & eorum in vestris partibus consistentibus, & eorum fructibus, redditibus, & proventibus suscipere favorabiliter recommissa, ut indubia spe tenemur. Insuper audivimus displicenter, Rev. Patrem D. Antonium episcopum Bononiensem E D. Gregorii camerarium, ad privationem vestram ob non soluta communia & minuta servitia prorupisse. Quo etsi intuitu vestro movemur, tamen plus (*a*) debemus ob sedis apostolicæ reverentiam, quod tanta possit levitate notari: quod ad vestram, & nonnullorum aliorum prælatorum privationes ex abrupto injuste, & animose processerit, & D. Gregorius ipse, suos mores in omnibus sequens, de privatorum ecclesiis suis provideat, cum quibus oppressam & laceratam ecclesiam, ut facit, valeat retinere. Nos enim privationem hujusmodi vestram, tamquam injustissimam, nullam fore tenentes, vos hortamur ut boni sitis animi; & dicta innovatione non obstante, ad ecclesiæ vestræ patriarchalis negotia, ut antea, intendatis: pro unione ecclesiæ, ut supra scripsimus, & tenemini, animo virili agemus. Nam infra non multum temporis jam ecclesiæ Romanæ sacratissimam unionem in lucem venturam speramus, qua exorbitantia & injusta ad debitam limam justitiæ reducentur: nec vobis nostri justi favores deerint. Et super his jam opportune omnibus prælatis, universitatibus, & nobilibus patriæ Forijulii scripsimus. Valete. Dat. Liburni sub trium priorum nostrorum sigillis, die XXIII. Junii, prima indictione, MCCCCVIIII.

(*a*) Subintellige *movere debemus*. In alio Apographo, *delemus*.

EPISTOLA CARDINALIUM GREGORII XII.

ad Carolum regem Francorum.

Duobus de papatu contendentibus, vias pacis recusantibus, Concilium generale cum cardinalibus alterius obedientiæ celebrandum proponunt, pro quo regis favorem aliorumque principum deprecantur.

Affert Mart. Vet. Mon. to. VII. pag. 788.

CHristianissimo principi ac serenissimo domino, domino Karolo Dei gratia Francorum regi, toti vestri miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi, S. R. E. cardinales, in loco vestro de Liburno sub vestra regia protectione existentes, recommendationem debitam & devotam, in his quæ ad pacem sunt Jerusalem, regiam opem ferre.

Transire silentio aut tacere officio admodum nolumus, immo nequaquam possumus aut debemus, ne nos ipsi, quorum quotidiana instan- D tia, teste Apostolo, est & esse debet sollicitudo omnium ecclesiarum, qui etiam jure levitico summi Sacerdotis coadjutores existimus deputati, tam patentis erroris, cui universale damnum & præcipitium totius reipublicæ subjacet, non tantum simulatores connniventes, quantum socii participes videamur. Quoniam ut ipsa res per se notoria est, & a continuis malis in pejus semper excrescentibus manifesta, quantum ecclesia Dei a primordio hujus nefandissimi schismatis usque in hos dies, cum ingenti animarum interitu, proh dolor! sit attrita, ostendit ruinæ immensurabilis quantitas, docet excidium, restantis partis informitas, & deficientis, immo ruentis jam fidei magnitudo: ut non sit dare in hoc sacro mystico corpore particulam, quam ab immo usque ad verticem hic E livor edax, hæc pestis horrenda non carpserit. Traxit nos, fatemur, Christianissime principum, in cujus sacratissimo conspectu tam volentes, quam necessarii verba diffundimus, zelus domus Dei, cui vota nostra sacravimus; caritas innoxii populi, cui sollicitudines nostras ista hora in tam eminenti casu præsertim debemus, (non (*b*) absque incommodis & periculis partes Italicas transalpinare, terras adire

(*b*) Ansulis inclusa desiderantur in cod. Chauveliano; sed post hæc verba *præsertim debemus*, sic legit: *Constat, serenissime princeps, quod hi domini qui hodie de papatu contendunt &c.*

ANNO CHRISTI 1409.

re extraneas, & nos infra limites alterius obedientiæ, in tam discriminoso tempore collocare: putantes aliquando divino fieri auxilio, non obstantibus jam multorum defessis ætatibus, quibus quidam forsitan indulsissent, in bona patientia & continuatione certaminis, hanc unitatem nostris desideriis adæquare. Sed quia nos eos, hoc ipsi respiciunt, libenter pro more relinquimus. Nam de hoc non quærimus laudem, sed intentum, non famam, sed affectum. Patet namque satis ex rerum experientia, quantum per nos actum sit, ut ad finem hujus extirpandi dissidii de campo orthodoxæ fidei obnixis remediis venerimus. Constat proinde toti fere orbi terrarum, posthabitis negotiorum singulorum progressibus, (post varios diversosque labores,) quod hi domini, qui hodie de papatu contendunt, quamquam alterutrum ad convicinos terminos pervenerint, concordare de dando pacem ecclesiæ per viam cessionis, quæ tamquam expedientior ceteris antecellit animarum cladibus visa est, nunc ex defectu loci, qui nullatenus, cum per procuratorem & alias fieri cessio valeat, necessarius visus fuit; nunc ex aliis occasionibus pro causis, utinam absque mutua collusione inter eos, nequeunt. Constat insuper, quod ex quo contendentes ipsi, tractatu pacis & unionis omnino dimisso, a locis in quibus de præsenti fuerant, aliorsum ad loca valde distantia se transferunt, finis ad quem tendebamus de manibus penitus evanescit; & sic materia ipsa, qua nulla sanctior est, per summam rerum desperationem eo fortior incalescit, quo proprius ad culmen victoriæ posita, deducta est perverso ingenio in derisum (a) unde verisimillimum videtur, quod per hoc ipsum schisma roboretur, quin immo in perpetuitatem irrepat, tamquam usus qui plerumque convertitur in naturam. Quamobrem ex debito conscientiarum remorsi, dirigentes ad tam exitiabile vulnus nostræ compassionis intuitum, deliberavimus, summa rerum opportunitate suadente, immo & necessitate nos cogente, quemadmodum qui levioribus non proderint, manus ad fortiora mittere, & cum reverendissimis patribus dominis alterius collegii convenire, quorum opinionibus atque votis una cum nostris plene concurrentibus, tamquam novo uno spiritu inspiratis, ipsi nobiscum & nos secum pro ultimo remedio securim ad radicem posuimus, generale videlicet Concilium per suam obedientiam quilibet convocantes, ut infra festum Annunciationis in civitate Pisana, veluti loco alias per præfatos contendentes tamquam accommodo acceptato, ad retrudendum hanc monstriferam belluam in antrum mortiferum, per amborum contendentium cessionem, & in casu contradictionis, diffugii, vel contumaciæ, per debitam & canonicam ordinationem ecclesiæ congregatæ, prout per exemplar litterarum convocationis prælatorum, nec non litterarum, quas specialiter domino nostro papæ scribimus, præsentibus interclusum, si placet, videbitis contineri. Ad nos enim & eos, stantibus rebus prout sunt, hujusmodi convocationem non est dubium pertinere, maxime cum finis & consideratio hujus sacri Concilii, ut scilicet ibidem ambo renuncient, cum intentione horum dominorum contendentium non concordet. Nunc autem, princeps sacratissime, cum ad dirigendam hujusmodi executionis congeriem, summe expediat, cunctorum bonorum virorum, & signanter principum terræ juvamen atque præsidium pro bono negotii invocare; licet res ipsa sancta per se cunctos invitet, ad serenitatem tamen vestram peculiari quadam spe & singulariori consideratione confugimus, tamquam ad illum, qui imitando continue clarissima progenitorum vestrorum exempla, quibus cetera nostri sæculi cedunt, & quorum consiliis & potentiis schismata multa fuerunt quadam laurea, immo speciali privilegio confutata, cum hoc totum maxime a vestra serenitate dependeat, dignemini huic honestissimo operi, sicut firmiter credimus, non deesse, sed humeris vestris ad fortiora potentibus, hoc ipsum fomentis regalibus adjuvare, & ad locum præfatum, ubi dicto tempore, Dei gratia favente, erimus, regales nuncios, qui nobis in hoc vice regia salutare consilium tribuant, destinare. Etiam similiter dignemini efficere, signanter cum regibus Castellæ, Arragoniæ, Siciliæ, Navarræ, Scotiæ, (b) Bohemiæ, & Hungariæ, ac aliis principibus sanguine aut alias confœderatione excellentiæ vestræ conjunctis, quatenus solemniter ibi mittant, nec non prælatos suos & alios convocandos, quibus etiam extense scribimus, omnino venire disponant, ut dispositio vestra tanto cunctis sit gratior ac etiam fœcundior, quanto regalis consilii ac prælatorum fuerit provida & salubri deliberatione concepta. Dignantes insuper prælatos regni vestri, quibus scribimus, & ad eos ob hanc causam destinemus, de vestra innata caritate, qua ad finem tanti negotii serenitas ipsa a tenera ætate pia devotione flagravit, regalibus mandatis restringere, quod præfatis loco & tempore debeant infallibiliter convenire, ut causa tam pia & ad finem proclivis reperiat, divinis faventibus auspiciis, quod requirit. Ceterum, amantissime princeps, attendat vestra regalis providentia vigilanter, ac etiam provideat, præfatosque reges & principes reddat cautos, ne per istos, qui monstrum in Dei ecclesia nutrire non verentur, & taliter Petri cathedram ambiunt (c) impudenter, nec non & eis adhærentes, non quæ Christi, sed quæ sua sunt quærentes, huic sancto operi tamquam Deo grato impedimenta præbeantur, nunc falsis dogmatibus, nunc mendosis prædicationibus, nunc iniquis & injustis processibus, & (d) constitutionibus temerariis, sine fratrum consilio, cum præcipitatione virtutum noverca editis. Credimus enim, quod de facto obices multiplices, quantum poterunt, interponent.

Nos

(b) Codex Chauvelinianus omisso *Bohemiæ & Hungariæ*, addit atque Cypri.

(c) *al.* detinent in divisione manifeste.

(d) *al.* aut alias quovis quæsito colore.

(a) *In codice illustrissimi domini Chauvelin sequentia hic adduntur*: Considerate namque, princeps amantissime, quod dum fracto penitus & omisso unionis tractatu, ambo contendentes volentes taliter se ab invicem per longissima terrarum spatia separare, dominus Benedictus publicavit in suo recessu a Porto-Veneris, in loco Perpiniani cum illis suæ obedientiæ in proximo festo Omnium sanctorum concilium celebrare. Alter vero vocatus Gregorius similiter in suo recessu de Luca, sub sua bulla in proximo festo Pentecostes in patriarchatu Aquilegiensi se idem facturum mandavit. Quis credat vero possibile, quod per concilium Perpiniani, ubi nulli aderunt, nisi pauci affectionem inordinatam domini Benedicti sequentem, pax utriusque obedientiæ in universali ecclesia tribuatur? Idemque fore censendum de concilio dom. Gregorii prælibati. Nonne hæc clarissime demonstrant, præfatos contendentes ad nihil aliud intendere, nisi ut per hoc ipsum roboretur schisma, quin immo in perpetuitatem irrepat? Quamobrem ex debito, &c.

ANNO CHRISTI 1409.

Nos tamen de Deo & demum vestro regali A præsidio confisi, omnibus his spretis, ad concepta intrepide procedemus; nec propter hoc tacebimus, aut etiam quiescemus, donec egrediatur ut splendor justus ejus. Scriptum Liburni Pisanensis diœcesis, &c.

EPISTOLA CARDINALIUM

ad Carolum regem Navarræ

Ejusdem argumenti.

SErenissimo principi & domino, domino Karolo Dei gratia regi Navarræ, miseratione divina episcopi, presbyteri, & diaconi, S. R. B E. cardinales salutem in eo per quem reges regnant, & ecclesiæ desolatæ spiritum compassionis impendere.

Certi sumus, princeps excellentissime, vestram devotionem non latere progressum his diebus duorum contendentium de papatu, neque ignorare quibus ostentationibus, quibus palliationibus, quibusve operibus, ad quem exitum causa unionis ecclesiæ sanctæ Dei, ab eisdem contendentibus finaliter sit perducta: immo quod non sine dolore revolvimus, nisi de remedio citissimo occurratur, prope in exitium conrectata. Nos autem, quorum quotidiana instantia, teste apostolo, est & esse debet sollicitudo omnium ecclesiarum, velut illi qui C jure levitico summi sacerdotis coadjutores existimus deputati; quorum maxime in hac rerum vertigine & supremo animarum periculo interest potissime, contendentibus nedum tepescentibus, immo hoc pestiferum schisma causantibus, rebus tam gravibus obviare. Considerantes quod ex quo ipsi contendentes, sub ludibriosa occasione difficultates locorum, fracto penitus & omisso unionis tractatu, voluerunt se taliter ab invicem per longissima terrarum spatia separare. Dominus Benedictus in suo recessu a Portu-Veneris publicavit se in loco Perpiniani, in proximo festo Omnium sanctorum, ad schisma fortius confirmandum, ut multis videtur, suum concilium celebrare. Al- D ter vero vocatus Gregorius, similiter in suo recessu de Luca, in proximo Festo Pentecosten in provincia Aquilegiensi se idem facturum mandavit, quamvis nedum ipsi, sed omnes clarissime deprehendant, quod per concilium Perpiniani est impossibile, quod pax utriusque obedientiæ in universali ecclesia tribuatur. Idemque censendum de concilio Gregorii prælibati. Quibus nos cognoscentes manifeste, quod secundum progressum contendentium prædictorum finis ipse ad quem tendimus, de manibus penitus evanescit, & materia ipsa, qua nulla sanctior, per summam rerum desperationem eo fortius incalescet, * quo proprius ad culmen victoriæ posita deducta est perverso ingenio in E derisum. Quamobrem, princeps serenissime, ex debito conscientiarum nostrarum remorsi, dirigentes ad tam exitiabile vulnus nostræ compassionis intuitum, deliberamus summa rerum opportunitate suadente, immo & necessitate cogente manus ad fortiora injicere, & cum reverendissimis patribus dominis alterius collegii convenire. Quorum opinionibus atque votis una cum nostris concurrentibus, in unum tamquam ex uno spiritu inspiratis, ipsi nobiscum & nos secum pro ultimo remedio securim ad radicem posuimus, generale videlicet Concilium per

* al. evanescet.

suam obedientiam quilibet ad eumdem locum eumdem terminum convocantes, videlicet XXV. die martii proxime futuri in civitate Pisana, ad retrudendam hanc monstruosam belluam in antrum mortiferum per amborum contendentium cessionem; & in casu contradictionis, diffugii, aut contumaciæ, per debitam & per canonicam ordinationem ecclesiæ congregatæ, prout per copiam quam vobis mittimus litterarum convocationis prælatorum, nec non per litteras, quas specialiter domino Benedicto scribimus, si placet, videbitis contineri. Nunc autem, princeps optime, cum ad dirigendam hujusmodi executionis congeriem summe expediat pro tam sacro negotio invocare, licet res ipsa sancta per se cunctos invitet; qui reges, teste B. Isidoro, debent cognoscere se de hoc debere reddere rationem, propter ecclesiam quam Christo tuendam suscipiunt, vestram serenitatem, de qua specialiter confidimus, requirimus & hortamur per viscera misericordiæ domini Jesu Christi, dignemini huic sanctissimo operi non deesse, sed hoc ipsum fomentis regalibus adjuvare, & ad locum præfatum, ubi dicto tempore, favente divina gratia, erimus, regales nuncios, qui nobis in hoc vice regia salutare consilium & auxilium tribuant, destinare velitis. Insuper prælatos regni vestri quibus scribimus, regalibus mandatis restringere, quod præfatis loco & tempore debeant infallibiliter convenire, ut dispositio nostra tanto cunctis sit gratior ac etiam fœcundior, quanto regalis consilii ac etiam prælatorum fuerit provida & salubri deliberatione concepta. Ceterum, amantissime princeps, attendat vestra regalis providentia vigilanter, ac etiam provideat, ne per istos qui monstrum in Dei ecclesia nutrire non verentur, & taliter Petri cathedram in divisione detinent manifeste, nec non & eis adhærentes, non quæ Christi, sed quæ sua sunt quærentes, huic sancto operi tamquam Deo grato impedimenta præbeantur, nunc falsis dogmatibus, nunc mendosis prædicationibus, nunc iniquis & injustis & nullis processibus, aut alias quovis quæsito colore. Credimus enim, quod de facto obices multiplices, quantum poterunt, interponent; nos tamen de Deo & vestro regali præsidio confisi, omnibus eis spretis, ad concepta intrepide procedemus, nec propter hoc tacebimus, aut quiescemus, donec egrediatur ut splendor justus ejus. Datum in loco Liburni Pisanensis diœcesis sub nostrorum trium priorum sigillis die XIV. Julii anno domini MCCCCVIII.

EPISTOLA CARDINALIUM REGIS CASTELLÆ

Et Legionis

Ejusdem argumenti.

Ibid. pag. 791.

SErenissimo principi & domino, domino (a) Jo. Dei gratia regi Castellæ & Legionis, miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi S. R. E. cardinales, salutem in eo per quem reges regnant & unanimes in domo domini ambulare. (b).

Hæc est domus domini, princeps inclytissime, cujus decorem cum prophecia divi principes vestri avus & genitor, tam pie, tam catholice dilexerunt. Hæc est domus domini, pro cujus inte-

(a) Johanni hujus nominis II. qui anno 1406. Henrico III. regi Castellæ & Legionis successit.

(b) Ejusd. tenoris est epist. directa Martino Aragonum regi in codice illustrissimi domini Chauvel.

ANNO CHRISTI 1409.

integritate, ne per geminos sponsos monstruosa in duobus capitibus macularetur infamia fideliter dimicarunt. Hæc est unica, quæ teste Hieronymo, claves accepit, & extra quam non est salus, & pro tanto præmisimus, princeps excellentissime. Certi enim sumus devotionem vestram, &c. *ut supra*.

EORUMDEM REGINÆ CASTELLÆ.

Ejusdem argumenti.

Ibid. SErenissimæ principissæ & dominæ, dominæ Catharinæ Dei gratia Castellæ & Legionis reginæ, miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi S.R.E. cardinales, salutem in eo, cui servire regnare est.

Considerantes devotionis & pietatis constantiam, quam inclytæ recordationis progenitores vestri, ac etiam serenissimi principis domini Johannis Dei gratia Castellæ & Legionis regis illustrissimi nati vestri, circa Deum, fidem catholicam, & ecclesiam omni tempore habuisse noscuntur; ad vos & ipsum recurrentes, pro reparatione ac succursu communis matris nostræ, sanctæ universalis ecclesiæ, lustris sex jam peractis in tam lamentabili ruina prostratæ, nunc eidem in inclytissimo nato vestro scribimus per has litteras nostras subsequentis tenoris: *serenissimo Principi*, &c. Assumta ergo de vestra erga Deum devotione fiducia, celsitudinem vestram rogamus, requirimus & hortamur in domino Jesu Christo, quatenus nunc intueri dignemini quod tempus advenit, in quo filio gloriosæ Virginis serviatis pro his, quæ vobis ipse tribuit, videlicet per inclytum natum vestrum, ac etiam progenitorum vestrorum excitata exemplo, sponsæ Christi in hoc articulo studeatis consilium & auxilium impertiri. Ita quod Jesus Christus qui pro redemtione vestra proprium sanguinem fundere & in crucis patibulo mortem subire dignatus est, qui hoc tempore vos disposuit experiri: . . . vobis post temporalis palatii gloriam æternæ vitæ dignetur ob hoc indulgere coronam. Datum, &c. *ut supra*.

EORUMDEM INFANTI CASTELLÆ.

Ejusdem argumenti.

Ib. p. 794. ILlustri principi domino F. infanti Castellæ, &c. miseratione divina, &c. salutem & ecclesiæ sponsæ Christi sacro-sanctæ matri nostræ, proh dolor! taliter fluctuanti succursum celerem impendere.

Recolentes piam devotionem, qua pia regia & excellentissima domus Castellæ, a qua vestram trahitis originem, sacro-sanctam ecclesiam beneficiis foverit, variisque obsequiis extiterit prosecuta, merito confidimus, quod in tam gravi necessitate eam nullatenus derelinquet. Ideo serenissimo principi, & domino Johanni Dei gratia Castellæ & Legionis regi nepoti vestro, cum grandi fiducia duximus præsentialiter* scribendum sub tenore sequenti *Serenissimo Principi*, &c. Cum itaque princeps inclytissime, videatis ex præmissis tantam ecclesiæ imminere ruinam, paratamque pacem, si regalis potentia modo debito, ut petimus, manus suas effectualiter interponat; vestram excellentiam, quam Deus tot viribus insignivit, tantamque ei potentiam contulit, in hac par-

*) al. principaliter

A te requirimus & hortamur per viscera misericordiæ Jesu Christi, & vos ad hoc opus sacratissimum non deesse, sed totaliter assistere, quod ecclesia merito gaudeat talem filium habuisse. Datum.

EORUMDEM DUCI BITURICENSI.

ILlustrissimo principi & domino, domino J. regis Francorum filio duci Bituricensi & Alverniæ, comitique Pictaviæ miseratione divina, &c. salutem in eo, cui servire regnare est, & dispersiones Israelis congregare. Ib. p. 795.

Scandalosa ecclesiæ dispersio, princeps inclyte, ac horrendum inter christianos dissidium B his diebus satis innotuit evidenter, quantum malignatus est inimicus in sancto. Certi enim sumus devotionem vestram non latere, &c.

Ejusdem sunt tenoris epistolæ scriptæ ad Ludovicum ducem Borbonii, & illustri principi domino Roberto filio quondam regis Scotiæ, duci Albaniæ, cum epistola ad regem Navarræ in codice Chanvelimiano.

COPIA LITTERARUM DIRECTARUM

Principibus per dominos cardinales de parte Gregorii.

C *Subtracta Gregorio obedientia, orant ut ad Concilium Pisanum oratores suos suæque ditionis prælatos mittant.*

MIseratione divina, &c. illustri & excellenti domino, salutem in Domino sempiternam, & paratum promtumque animum ad sacratissimæ ecclesiæ unitatis effectum habere, & pro ea firmiter & efficaciter operari. Ib. p. 820.

Principum, ducum, marchionum, aliorumque dominorum & magistratuum quorumcumque, dignitatibus & officiis quibuscumque pollentium proprium est judicium & justitiam facere, & de manu calumniantium vi oppressos eripere, & a civitate pro viribus injurias propulsare, quibus juxta beati Petri sententiam, D tamquam a Deo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum obediendum est. Ut igitur in eos qui utrimque injurias inferunt missi sublimatique sunt, quanto majore & justissima indignatione pro Christi immaculata sponsa, a qua in Spiritu regenerati ejusque lacte educati, & grandævi in fide firmati, apertis paradisi foribus, vitam qua primi homines sorde peccati privabantur, consequi merentur æternam, contra illos infimæ pravæque conditionis homines tenentur exsurgere, qui corpus Christi mysticum, hoc est Dei ecclesiam & tunicam Domini inconsutilem dividunt, qui Christi vineam exterminant, & consulant ut nefandissimis momentanearum rerum ambitio- E nibus pravisque cupiditatibus suis satisfacere valeant, omni pudore & Dei metu sublato, non curantes Dominici gregis animas secum in æternam perditionem conducere, & cunctorum Christi fidelium pacem & quietem turbare. Sane novistis, non ambigimus, cum toti sit Christianorum orbi notissimum, quot Petri navicula continuis fluctibus agitata, per XXX. annorum curricula, & quantas passa fuit tempestates, ad extremum fere deducta naufragium, quæ ejus flebili omissa historia, nimium fidelibus cognita, ut ad unitatem dignitatemque pristinas tandem reduceretur, & pax de-

ANNO CHRISTI 1409.

☞ sideratissima in Christiano populo pullularet, sanctæ memoriæ domino Innocentio papa VII. sublato de medio, dominus Gregorius ut ipsius ecclesiæ unionem efficeret, per puræ & simplicis renuntiationis & cessionis viam ante & post ejus assumptionem votam, juratam, pluriesque promissam, domino Petro de Luna parte ex altera Benedicto nominato, qui se similiter obligaverat, cedente vel decedente, in publico instrumento, scripturis & solemnibus, & eorum bullis & nostris litteris sparsis per orbem luce clarius est, quod ad apicem fuit summi apostolatus assumptus. Et qualiter ambo de papatu contendentes, Deo vota sua reddiderint, juramenta servaverint, & præmissa adimpleverint, vestram caritatem latere non credimus, cum jam omnibus possit esse notissimum & rei exitus demonstravit. Nam per tractus inanes, frivolasque & superfluas disceptationes, altercationes, & varietates anno & mensibus consumtis, hucusque populum Christianum illudendo, colludendoque invicem, denique occasionibus captatis inanibus, a præfatæ unionis, ut præfertur, promissæ, juratæ & votæ tractatibus, tam impudenter quam turpiter discesserunt, Christi grege mercenariorum more inter lupos exposito: & de unione ipsa totaliter desperato. Ac nos, quibus post papam salutis populi Christiani major zelus & onus incumbit, videntes nobis ab eodem Gregorio suis injustis & turpibus mandatis ora obserari, ne de unione ipsa ulterius verbum faceremus, in vitas libertatemque nostras evidentius imminere pericula, ut conscientiarum nostrarum exonerationi & præfatæ unioni, de qua poterat alias totaliter desperari, consuleremus, ab eo non ad unionem ipsam, sed ad schisma fovendum, bonaque ecclesiæ dilapidandum, suosque contra Deum & justitiam promovendum & sublimandum intendente; momentanearum rerum cupiditate pravaque ambitione tracto, cælestium & æternorum penitus oblito, & supradictam cessionis viam a se tamquam justam sanctamque toties acceptatam & promissam, diabolicam palam asserente, & declinante tamquam a nutrice schismatis antiquati, quod de jure hæresim sapere minime dubitatur, cum deliberatione, ut pluribus scriptionibus jam sumus testati, discessimus. Nosque cum reverendissimis dominis dominis de collegio partis alterius junximus & univimus, pro pace & unitate danda populo Christiano, viamque congregationis Concilii generalis utriusque obedientiæ ad civitatem Pisarum, diemque XXV. proximi mensis Martii celeberrimum festo Annunciationis gloriosæ Virginis Mariæ, a qua cunctorum salus & redemtio inchoavit, unde, Deo favente, cujus res agitur, omni errore & schismate evulso, unio in ipsa ecclesia subsequetur, elegimus secundum sacrorum canonum instituta & ecclesiæ laudabilem consuetudinem in talibus observatam; quæ omnia latius litterarum, quas ad obedientiæ nostræ prælatos, eos ad Concilium ipsum convocantes dirigimus, tenoribus, & oratorum nostrorum abunde de cunctis expedientibus instructorum vivis relatibus luculentius poterit excellentia vestra percipere. Expergiscimini igitur, quoniam tempus est jam a somno surgere, & nobiscum una exsurgat Deus & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Erigite ecclesiam matrem vestram, & nobilitatem spiritus vindicate, nobisque in hac Dei causa assistite & favete, oratoresque vestros solemnes mittite, & prælatos domini vestri, quos ducimus convocandos ad veniendum inducite, ac, si opus esset, quod minime romur, ut tenemini, modis debitis astringatis, ut tempore debito in eodem Concilio legitime & instructi veniant, ad tam pium & sanctissimum opus feliciter consummandum, quæ per aspersionem pretiosissimi sanguinis Domini nostri Jesu Christi, ut a tot modo liberetur angustiis, sancta mater ecclesia nobiscum una a vobis instantissimis precibus postulat & requirit, sicuti omnino caritatem vestram pure & libere facturam speramus. Nam ad ipsum Concilium venientes, aut ei faventes, dominus Gregorius tamquam inimicus homo continuo tentare non desinit, coloribus, fictionibus & mendaciis solitis, ubique disseminare zizania in ecclesiasticæ unitatis disturbium, ut ipsam ecclesiam ita laceratam & oppressam valeat retinere. Suis non potest afficere sententiis, vel mutare, cum per solemnia Concilia collegiorum, magistrorum sacræ theologiæ, jurisque canonici & civilis, conclusum & determinatum existat, ipsis contendentibus de papatu tamquam antiquati schismatis nutritoribus obediendum non esse; sed eis omnem obedientiam subtrahendam, & de eorum sententiis seu censuris & aliis non curandum, vel de juribus sedi apostolicæ respondendum, ut in nostris litteris, quas per orbem dirigimus plenius continetur. Deus omnipotens excellentiam vestram diu & felici in statu infinita sua benignitate conservet. Datum in castro seu loco Liburni Pisanensis dioecesis.

COPIA LITTERARUM DIRECTARUM

Ad universitates studiorum per dominos cardinales de parte Gregorii.

Miseratione divina, &c. Quamvis sacrosancta mater ecclesia omni tempore viris litteratis & scientiarum floribus insignitis permaxime noscitur indigere, præsertim tamen his turbationum temporibus, quibus vacillat fides, dominatur avaritia, exquiritur ambitio, affectatur carnalitas, spernitur votum, jurisjurandi intemerata religio violatur, contemnitur caritas, excitantur mortifera odia, extollitur dominandi libido, conculcatur humilitas, unitas & concordia respuitur, scissura & horrenda divisio præoptatur, promovetur ignorantia, refutatur scientia, quæritur irrogari injuria, damnatur justitia, stolidorum ministrorum & juvenum consiliis regitur orbis, virorum litteratorum & senum salubris doctrina penitus confutatur, creditur fabulis & noxiis perversorum plus quam sacris evangeliis & expositionibus sanctorum doctorum, mendaciis & hypocrisis frequenter insistitur, per quod venenose & fraudulenter veritas obumbratur, omnibusque excogitabilibus mundi vitiis inseruntur, ut orthodoxa mater ecclesia sine qualibet ruga aut macula a Domino sublimata, ipsorum nefariis ausibus deturpetur; ex quibus electus Christi populus pretiosissimo suo sanguine summa caritate redemtus, a via veritatis seducitur, hæresibus involvitur, horrendis criminibus implicatur, scissuris & divisionibus dire affligitur, cædibus & bellis cruentis subjicitur, fame, pestilentiis & omnium pœnarum genere multifarie trucidatur. His enim crebrescentibus malis per singulos, viri scientiarum virtute pollentes talen- Ib. p. 1138.

ANNO CHRISTI 1409.

lentum sibi a Deo traditum non debent in terra fodere, nec lucernam ardentem sub modio abscondere, sed supra candelabrum, ut omnibus qui in domo Domini sunt, luceat, collocare, arguendo, increpando, obsecrando in omni patientia & doctrina, murum firmissimum suis doctrinis & saluberrimis exemplis & informationibus in domo Dei se opponendo conscendentibus ex adverso. Sane novitiis non ambigimus, &c. *ut in præcedenti usque ibi*. Expergiscimini igitur, quoniam jam tempus est a somno surgere, & vobiscum una exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Erigite ecclesiam matrem vestram, & quasi in extrema necessitate nunc positam adjuvate, nobisque in hac Dei causa vestris consiliis & doctrinis apud universum populum Christianum succurrite, verbisque & opere assistite & favete. Alios quoque de valentioribus magistris & doctoribus universitatis vestræ scientiæ præpollentes, Deumque timentes, ad Concilium ipsum, per nos, ut præmittitur, convocatum, quorum consiliis uti valeamus, transmittite, inducendo reges, prælatos & principes, quos similiter per nostras litteras convocamus, ut mittant, veniant tempore & loco prædictis ad præfatum Concilium nostrum, pro tam pio & sanctissimo opere consummando, quæ per aspersionem pretiosissimi, &c. *usque in finem, ut in præcedenti.*

RESPONSIO PER DOMINOS CARDINALES

Obedientiæ Gregorii data ambaxiatoribus Venetorum & Florentinorum ad capitula tradita in criptis p er nobiles viros dominum Rossum Marino ambaxiatorem illustris ducalis domini Venetorum, & dominum Bartholomæum de Poplenchis legum doctorem ambaxiatorem magnificæ civitatis Florentinorum, quæ sequuntur in hac forma, videlicet.

HÆc est brevis nota eorum quæ dicuntur coram R. papa & dominis dominis cardinalibus, &c. per dominum Rossum Marino ambaxiatorem illustris ducalis dominii Venetorum, & dominum Bartholomæum de Poplenchis doctorem, ambaxiatorem magnificæ communitatis Florentiæ.

Et primo, quod dominus papa Gregorius notificavit per nuncium apostolicum præfato dominio Venetorum publicasse concilium generale in exarchatu Ravennatensi vel patriarchatu Aquilejensi in festo Pentecostes proximo, requirens præfatam illustrem dominationem Venetorum de consilio & favore, & etiam de uno loco dicti dominii Venetorum, in quo dictum concilium posset congregari.

Et similiter pro parte dictorum dominorum cardinalium scriptum fuit & notificatum per eorum litteras præfato illustri dominio, quod publicaverant Concilium generale tenendum per eorum collegium in Annunciatione B. M. V. de mense Martii proxime futura, rogantes & exhortantes præfatum dominium, ut operaretur juxta posse quod dominus papa Gregorius veniret ad illud Concilium, vel mitteret procuratorem suum ad solvendum debitum suum.

Unde consideratis prædictis visum fuit præfato dominio Venetorum, quod si tenerentur dicta duo Concilia separatim, erit materia novi schismatis potius quam effectus unionis; & ideo deliberavit per proprium oratorem respondere tam domino papæ quam præfato collegio, & insuper notificare idem præfato communi Florentiæ, & requirere magnificos dominos civitatis Florentiæ ut vellent concurrere in eodem negotio, & trasmittere oratorem proprium super hoc ad præfatum dominum papam & collegium dominorum cardinalium. Qui domini Florentini audita expositione ambaxiatæ factæ per oratorem præfati dominii Venetorum, annuerunt requisitioni per eos factæ, & concorditer transmiserunt oratorem suum ad dominum papam, qui ambo ambaxiatores supradicti exposuimus præfato domino papæ infrascripta, videlicet:

Quod placeret sanctitati suæ velle operari pro posse quod Concilium tenendum per eum & per dictos dominos cardinales sit unum & idem, tam respectu loci quam temporis, & non diversa, quia sic agendo erit unum generale Concilium, & dabitur pax ecclesiæ, alias est periculum inducendi novum schisma.

Respondit dominus papa, quod totis viribus intendebat ad unionem ecclesiæ, & hac de causa indixerat concilium suum, & quod concilium tenendum per eum erat verum concilium generale, & debebat præcedere tam ratione primitatis, quia primo indixerat concilium quam dicti domini cardinales, quam ratione potestatis, quia ad solum papam spectat convocare concilium, quam etiam ratione ordinis, quia ipse caput & alii membra; & pro vera unione erat paratus dimittere omnem injuriam sibi factam, & accipere & amplecti suos cardinales ad gratiam, & quod possunt gaudere suis beneficiis, prout primo gaudebant ante suum discessum, & similiter recipere quemcumque venire volentem ad dictum concilium.

Hac responsione habita, nos ambaxiatores suprascripti replicavimus prout nobis fuit visum expediens. Et venimus ad præsentias reverendissimarum paternitatum vestrarum dominorum nostrorum cardinalium, & exposuimus illud idem quod diximus domino papæ Gregorio, scilicet & vobis placeat velle quod fit unum generale Concilium, ut ecclesia sancta Dei habeat quietem & pacem.

Responderunt domini cardinales de collegio Italico de voluntate & assensu reverendissimorum dominorum cardinalium alterius collegii, olim nunc per Dei gratiam uniri ad prosequendam & perficiendam cum adjutorio Spiritus S. fidelium Christianorum extirpationem inveterati detestandique schismatis, & dandam pacem & unitatem, quantum in eis est, divisæ & laceratæ ecclesiæ.

Et primo, quia dictum dominium Venetorum audita requisitione & precibus dominorum cardinalium deliberavit per proprium oratorem respondere dictis dominis, & requirere magnificum commune Florentiæ, ut vellet concurrere in eodem negotio, & mittere oratorem proprium tam ad ipsos dominos unicum & indubitatum collegium facientes, quam ad dominum Gregorium: quod realiter adimpleverunt, de quibus tam dicto ducali dominio, quam dictæ magnificæ communitati Florentiæ, omnes domini gratias referunt, & rogant quod velint in prosecutione tam pii & sancti operis usque ad finem firmiter & constanter persistere, cum domini sint parati quidquid rationabiliter possunt & debent usque ad mortem veraciter adimplere; & gaudent de præsentia ve-

ANNO CHRISTI 1409.

vestrorum dominorum ambaxiatorum, quos sciunt viros notabiles & prudentes & affectatos ad bonum unionis ecclesiæ.

Et antequam ad petitorum per vos responsionem perveniant, atque ad frivolarum domini Gregorii rationum solutionem; aliqua intercunt pro veritatis manifestatione & vos mittentium atque vestra summaria informatione præmittere. Dicunt igitur præfati domini, ad hoc ut gestarum plenius veritas innotescat, & cum magna & sincera fide notificant, quod ex quo ipsi perpenderunt dominum Gregorium & Benedictum de papatu ultra quam expediret contendentes, nolle venire ad viam mutuæ cessionis per eos oblatæ, juratæ, & voto multiplici roboratæ, ac ab omnibus Christi fidelibus approbatæ, nec non in loco seu loca concordare, in quo seu quibus fieret partium conventio pro pace ecclesiæ danda per viam antedictam & electionem unici veri & indubitati pastoris: quodque duo contendentes se invicem separabant, & transferebant ad loca valde remota, taliter ut de cætero, quantum ex facto ipsorum colligi poterat, de pace ecclesiæ & extirpatione schismatis nulla spes habeteur: ipsi domini cardinales cum reverendissimis in Christo patribus dominis cardinalibus alterius partis se congregaveruor, & caritate sincera convenientes in unum communi assensu, & concordi per Dei gratiam ad invicem deliberatione fore necessarium perspexerunt, & ordinaverunt, ut Concilium generale utriusque partis & obedientiæ congregaretur in uno loco & termino: ad quod Concilium vocarentur & provocarentur prædicti duo de papatu contendentes, & ecclesiam in schismate in magnam Dei offensam tenentes. Non æstimantes ita de facili saltem propter simplices & vulgares aliter ecclesiam posse uniri & schisma extirpari, attentis ipsorum duorum contendentium indispositionibus, discordiis & subterfugiis illicitis & damnatis, ad hoc ut præsente & approbante Concilio renunciarent mutuo, alias provideret ecclesia & Concilium prout foret secundum Deum, divinas & canonicas sanctiones merito providendum.

Et cum ipsi duo contendentes sciverunt concordiam, deliberationem, & ordinationem ipsorum dominorum cardinalium ad invicem unitorum, non contenti quod ex ipsorum discordiis & separatione mutua pax ecclesiæ erat evidenter, quantum ad eos pertinet, impedita: immo volentes impedimento perpetuo pacem ecclesiæ in desperationem ponere & Concilium generale utriusque obedientiæ impedire, quidam mutua collusione, ut verisimiliter appatet, ad invicem habita, deliberaverunt sua particularia trahere concilia, immo potius conciliabula, in locis longa distantia separatis, terminis variis ac diversis: videlicet Benedictus in festo Omnium SS. proxime futuro in loco Perpiniani Elnensis diœcesis regni Aragoniæ, & dominus Gregorius in festo Pentecostes tunc futuro in Ravennatensi, seu Aquilejensi patriarchatu, per quæ concilia sic tenenda divisim particularia seu ipsorum alterum schisma nullo modo extirpari valeter, nec optata haberi unio: immo potius impedimenta præstati, eum nec in ipsorum conciliorum altero, nec in utroque haberet ecclesia generaliter convenire, maxime quia cum plures sint ab obedientia & communione ipsorum duorum contendentium subtracti noviter, seu neutrales effecti, ipsi ad eorum vocationem nullatenus venirent, seu in eorum conciliis interessent, neque illa quæ in ipsis conciliis erant deliberata, seu eorum altero, aliquatenus acceptarent.

Item, dicunt quod ipsi domini cardinales ad invicem sic uniti cum aliis dominis cardinalibus in prædicta deliberatione perseverantes, de generali Concilio utriusque obedientiæ congregando in uno loco & termino, per quod potest evidenter schisma extirpari & unio haberi, subterfugiis ipsorum contendentium vel alterius non obstantibus, ordinaverunt concorditer, quod in hac civitate Pisana nominata, & alias oblata pro loco habili & idoneo ad mutuam partium conventionem per ipsos dominos Gregorium & Benedictum teneatur generale Concilium utriusque partis convocandum in certo modo per ipsos dominos cardinales ad invicem unitos, ad XXV. Martii prox. futuri ad fines & effectus prædictos, cum insinuatione & solemni requisitione facienda & hodie facta in Senis, ipsis domino Gregorio & Benedicto, ut ipsi Concilio generali utriusque partis velut viæ ordinariæ in causa duorum contendentium de papatu præbere habeant consensum & opem, & quod ipsi duo contendentes in ipso Concilio intersint, debitum suum facturi, & alias ut concordatum extitit, exhibituri. In quo casu honorabuntur, & securi manebunt, ut decet & convenit, exhibitis sufficientibus & honestis provisionibus, & super materia & via sic mature digesta & concordata direxerunt de omni communi assensu & deliberatione eorum patentes litteras & clausulas prælatis, regibus & principibus, & aliis quampluribus viris ecclesiasticis eorum partis & obedientiæ, notificantes pariter notificationem prædictam & vocantes ad prædictum utriusque partis & obedientiæ Concilium in loco & termino antedictis. Ex quo operante Spiritus Sancti gratia, effectum est, quod omnes prælati, reges, & principes & alii fideles, ad quos de hac via pervenit veridica relatio, illam approbant & extollunt, eamque parati sunt prosequi, illique præstare consilium, auxilium, & favorem.

Item, dicunt quod super prædicta via ordinaria mature & sanctissime deliberata & conclusa domini cardinales partis alterius de communi deliberatione eorum litteras clausas & patentes direxerunt Benedicto, per quas eidem notificant prædictam deliberationem, & requirunt quod prædicto Concilio generali utriusque obedientiæ præstet auxilium & opem, licet & superabundanti & ad majorem cautelam, & quod in ipso Concilio personaliter intersit debitum suum exhibiturus, & speratur a multis quod in prædictis non contradicet, sed potius suum præstabit assensum, cum huic viæ velut ordinariæ & necessariæ contradicere non possit, nisi inimicus Dei & ecclesiæ ab illius unitate & fide præcisus, & factus suis ambitionibus & erroribus alienus.

Item, dicunt & notificant quod quamvis hæc notoria sint, & manifesta ipsis ambaxiatoribus, quod his diebus proxime elapsis, ipsi domini cardinales de consensu & communi deliberatione dominorum cardinalium alterius partis ad dominum Gregorium destinaverunt reverendissimos in Christo patres DD. Aquilejensem & Mediolanensem vulgariter nuncupatos S. R. E. cardinales, ad sibi notificandum præmissa, faciendo eidem pares & similes requisitiones, quas alii domini cardinales destinaverunt

& stre-

ANNO CHRISTI 1409.

& fecerunt Benedicto & alias etiam ad ostendendum per quam viam ambulare deberet secundum evangelii veritatem, dicta & gesta sanctorum patrum alias in Romana ecclesia utiliter observata: quos nullatenus videre voluit, & minus per se vel alium audire, licet per plures dies ejus præsentiam præstolati fuerint, existentes in civitate Senarum, in qua tunc residebat ipse dominus Gregorius, sicut & residet de præsenti, nec profuit humilis instantia opportune & importune magnificorum priorum & capitanei populi & multorum aliorum venerabilium civium civitatis Senarum, prout vobis venerabilibus oratoribus plene constat, quia præsentes eratis in Senis, ostendens per hoc idem dominus Gregorius suæ indurationis ad turbandam pacem ecclesiæ pertinaciam, adeo notorie & evidenter, quod nulla valeat tergiversatione palliari, seu quovis & alio quæsito colore vel velamine excusari.

Istis igitur summarie præmissis, ad responsionem vestræ ambaxiatæ veniendo respondetur pro parte prædictorum dominorum, quod prudente & circumspecto oculo considerantes ipsi domini cardinales quod Concilium generale totius universalis ecclesiæ tam de jure, quam de facto, quod factum in isto casu per multum considerandum existit, potest lacessitam ecclesiam reintegrare, & extirpato damnabili schismate, dare pacem populo christiano; hoc deliberaverunt, illud procuraverunt, & pensantes quod nulla partium de per se sola hoc potest, nec de jure, nec de facto, ut inferius ostendetur, sed quod necesse erat ambas partes concurrere, quia juxta Augustinum de Civitate Dei, concordia seu pax & unio est convenientia partium ad invicem discordantium: quod ad sensum percipimus evidenter, Spiritus S. gratia operante, cui operationes unionis & pacis specialiter attribuuntur, ipsi domini se univerunt unione indissolubili in vinculo caritatis & pacis, cum reverendissimis dominis alterius collegii cardinalium pro reintegratione facienda, exitiali præfato schismate extirpando a populo Christiano, ut sic a seipsis incipiendo possent decentius postea unitatem ponere in ecclesia S. Dei, per convocationem Concilii generalis: quæ ad eos dominos sic unitos de jure spectare minime in dubium vertitur sapientibus, & aliquantulum prout nunc expedit inferius patefiet. Quapropter ut operatio intentioni concordaret, dicti domini se omnes tam de eorum collegio quam de altero olim diviso, nunc per Dei gratiam unito convocata est tota ecclesia, videlicet obedientia ipsorum per istos dominos, & obedientia eorum per ipsos dominos præfati collegii in unum locum, videlicet locum Pisarum, & liberaliter & cum caritate eis traditum a magnifica communitate Florentiæ, & in unum diem, videlicet XXV. Martii prox. futuri. Nec immerito dictum locum elegerunt communiter & concorditer: nam commoditatibus ejus omissis, quas habet accommodas utrique obedientiæ, ille locus est qui ab ipsis duobus contendentibus vel alterutro ipsorum recusari non potest, qui ab ambobus oblatus cum justificationibus atque per ipsos de ejus voluntate & mandato per solemnem ambaxiatam extitit, consletque quod talis locus pro Concilio generali eligi deberet, qui rationabiliter a nullo ipsorum duorum contendentium valeret recusari, cum ipsi duo contendentes ad dictum locum sint evocandi, prout & evocati sunt. Hæc fuit voluntas ipsorum dominorum cardinalium. Hæc est & erit cum ipsius adjutorio, in cujus laude & nomine quæcumque peracta sunt, fecerunt; optime namque cognoscunt quod concilia particularia, quæ potius conciliabula merito appellantur, nedum quod schisma possint auferre, immo illa unionis inimicus adjuvet, ut schisma confirmet, & ut hidra capita pullulet pluriora.

Et ut nihil irresponsum remaneat, dicunt prædicti domini, quod si prædictus Gregorius vellet venire ad hoc S. Concilium, prout de jure tenetur secundum Deum & bonam conscientiam, & prout requisitus istis diebus extitit in Senis, ipsum recipient cum caritate & honorificentia debita, & contentantur quod idem dominus Gregorius vocet sibi obedientes, dum tamen ad hunc locum Pisarum & ad eumdem diem, sicut ipsi domini cardinales. Et si sic fiat, prout optant & sperant, vestris magnificis favoribus intercedentibus, proculdubio unio & pax in ecclesia Dei subsequentur ad laudem Dei, in cujus finem omnia vota nostra tendere debent, atque ad communem utilitatem christianorum, quam præferre debemus privatæ: quæ omnia nobis concedat qui facit in domo Domini unanimes habitare cum consensu, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Restat respondere ad rationes prænominati domini Gregorii, quibus nititur asserere & persuadere, quod ad ipsum spectet hujusmodi convocatio Concilii. Primo quod hoc, salva pace, aliter se habet verum. Nam rei veritas ita se habet, quod cum circa principium mensis Junii nuper elapsi in Liburno ambo collegia convenerunt, S. Spiritu illustrante corda eorum, subito & repente, simul unita & conjuncta ad effectum prosequendæ unionis fuerunt, deliberaveruntque & concluserunt simul & conjunctim prosequi unionem, dimissis eorum capitibus velut omnino indispositis ad illam, & concluserunt generale Concilium convocare, quia de cætero non videbatur alia via, per quam possent ad unionem ecclesiæ sanctius & securius perveniri. Istud fuit publicum & notorium, & potissime in Portu Veneris & in Luca. Quod audiens Benedictus circa medium dicti mensis Junii publicavit & indixit velle concilium apud Perpinianum convocare in proximo festo omnium sanctorum, credens quod per hoc convocatio sacri collegii frustraretur effectu, & statim post idem Benedictus istud per suas litteras intimavit eidem domino Gregorio huc existenti in Luca. Idem vero dominus Gregorius in mense Julii sequente concilium indixit se celebraturum in exarchatu Ravennatensi vel patriarchatu Aquilejensi, & per consequens non solum fuit præventus per collegium, sed etiam per Benedictum: immo attenta alternatione vocationis factæ per dominum Gregorium, nulla convocatio potest intelligi adhuc facta aut indicta.

Secundo etsi sic verum esset, quod hic non potest habere locum præventio; in quem enim nulla est jurisdictio, non potest exercitium præventionis cadere; sed jurisdictio congregandi concilium in isto casu non potest cadere in eum, ut statim succincte dicetur, posito etiam quod esset verus papa, in hoc casu stantibus terminis. Ergo hic non potest habere locum præventio: immo omnia attentata per ipsum

in

ANNO CHRISTI 1409.

in impedimentum Concilii generalis, ad quod tendunt ipsi domini cardinales, tamquam facta in defectum jurisdictiooia sunt ipso jure nulla.

Ad secundam rationem, & per consequens ad tertiam ipsius domini Gregorii, quæ effectualiter idem sont, dum dicit quod ad ipsum tamquam papam, & demum ad ipsum tamquam caput, &c. sic breviter respondetur, quod jura dicentia quod ad Romanum pontificem congregatio concilii spectet, quibus se innititur, tamquam ea certitudinaliter legens, non potest in isto casu sibi vindicare locum, duabus pro nunc principaliter rationibus, primo, quia jura illa loquuntur de unico indubitato Romano pontifice ab universali ecclesia pacifice recepto, licet eidem tractu temporis quæstio aliqua moveatur, non tamen de titulo papatus, ut etiam statim tangetur. Cum igitur neuter ex contendentibus videlicet domini Gregorius & Benedictus, posito quod esset unus ipsorum Romanus pontifex, neuter eorum est indubitatus, unicus, & non levi dubitatione, immo nimis difficili & involuta tam juris quam facti, quod utinam non esset. Rite igitur concluditur, quod nullus ex prædictis duobus contendentibus auctoritate jurium prædictorum de convocatione concilii loquentium in Romanum pontificem possunt sibi congregandi potestatem vindicare.

Secunda ratio est, posito quod isto casu dubio sibi vindicaret locum, alio tamen respectu in isto casu locum habere non posset. Nam quia hic agitur de titulo papatus inter duos contendentes, non potest reperiri in jure quod ad ipsum Romanum pontificem, quamvis verum, dubitatum tamen; spectet congregatio concilii, immo reperitur contrarium, ut in suo loco & tempore ostendetur, & ubi dominus Gregorius sa dicit caput, cardinales autem membra, advertat ne nutriendo hoc schisma, prout facit, fovendoque ipsum, factus sit minor quocumque catholico.

Tertia ratio est, videlicet carentia finis ad quem omnia tendere debent. Videatur effectus ipsius concilii. Ipse convocat concilium suum in Ravenna vel Aquilegio, & ut magis ostendat magnam prudentiam sui concilii, alternavit Capuæ vel Ephesi, ut sint bene certi qui habent convenire quo vadant. Ponamus igitur concilium congregatum in quo erunt pauciores quam credat. Benedictus convocat aliud in Perpiniano, ad quod etiam ibunt qui volent, sed scimus quod pauci. Quis erit effectus istorum conciliorum? Nullus habebit forte quintam sed decimam partem ecclesiæ. Quilibèt judicabit de jure suo. Benedictus, approbante concilio, judicabit se papam. Idem dominus Gregorius. Erit ne istud concilium? erit judicium? erit sententia? determinationi Benedicti stabit dominus Gregorius vel e contra? Certe non. Frustra ergo aliquis vel ambo dictorum duorum contendentium de papatu sic concilia congregant, cum bono & suo careant fine propter quem congregari debet concilium.

Coovocatio autem per dominos cardinales utriusque uniti & unici collegii per quam congregabitur tota catholica universalis ecclesia utriusque obedientiæ, tamquam facta per illos ad quos in isto casu solus & principaliter pertinet, ut suo loco & tempore lucidius ostendetur, & per determinationem dictæ universalis ecclesiæ congregatæ, Spiritus S. gratia coadjuvante, & extirpabitur mucrone dictæ ecclesiæ schisma pestiferum, & ad unitatem & pacem orthoxorum fidelium, regum & principum, & notabilium comitatuum, maxime Venetorum & Florentinorum, ac totius populi Christiani favoribus justis & rationabilibus & debita assistentia concurrentibus, ad ipsarum magnificarum comitatuum meritum animarum, & gloriam sempiternam votive & feliciter deducetur.

Ea propter deprecantur affectuose, quantum possunt, ipsi domini cardinales insignes comitatus Venetorum & Florentinorum & vos ipsarum ambaxiatores & oratores notabiles, quatenus ipsæ & vos velitis prædicta earum nominibus omnia significare domino Gregorio, & procurare cum illo ut ad ipsum Concilium in hac Pisana civitate celebrandum venire velit in termino antedicto, prout de veritate juris nedum humani, sed & divini censetur esse astrictus, debitum suum exhibiturus: in quo si venerit, honorabitur, ut decet & convenit. Alias si hoc recusaverit, necessitate fidei hoc exposcente, providebit Concilium generale & ecclesia prout & secundum Deum & divinas & canonicas sanctiones fuerit providendum, subterfugiis non obstantibus illorum qui ecclesiam in schismate damnabiliter tenere conantur. Et si dominus Gregorius vel sui aliqua prætendunt, quam præmissa superius narrata, in quantum in facto & jure consistunt, ipsi domini cardinales offerunt separatos ostendere, quod præmissa vera sunt, & de jure procedunt, & illa defendere in Concilio generali. Et ultra, si aliqua rationabilia, & factibilia, tendentia ad accelerationem desideratæ unionis videntur posse & debere fieri ipsis insignibus comitatibus & dominiis Venetorum & Florentinorum, ipsi domini cardinales sunt parati illa audire & admittere semper in quantum ad bonum, & accelerationem pacis poterunt pertinere.

Die Veneris quinta Octobris hora vesperorum vel quasi, indict. prima MCCCCVIII. assignata, tradita, & præsentata fuit similis responsio, facta prius collatione per me Angelum notarium infra scriptum per reverendos in Christo patres & dominos, dominos H. Tusculanum, & A. Penestrinum episcopos; A. Laudensem, C. Melitensem, J. de Ursinis presbyteros, R. de Branchaciis, L. Barrensem, A. de Salutis, O. de Columpna, P. de S. Angelo antiquiorem, & P. de S. Angelo juniorem, S. R. E. diaconos cardinales, nobilibus & egregiis viris domino Rosso Marino ambaxiatori illustris ducalis dominii Venetorum, & domini B. de Popullenchiis oratori magnificæ comitatis Florentinorum coram dictis dominis Pisis existentibus in camera residentis domini Aquilegiensis, ipsaque responsione de verbo ad verbum lecta, audita, & collationata, dictus dominus B. pro se & præfato domino Rosso recepit; præsentibus ibidem R. in Christo Patre domino episcopo Meldensi &c.

SALVUS CONDUCTUS FLORENTINORUM

Limitatus.

NOs priores artium & vexillifer justitiæ populi & communitatis Florentiæ tenore præsentium damus & concedimus liberam et ple- Affert Mart. Ver. Mon. to. VII. pag. 819. ex MS. Laurent. Lond.

ANNO CHRISTI 1409.

plenam licentiam atque salvum-conductum universis & singulis in Christo patribus reverendissimis & dominis dominis episcopis, presbyteris, & diaconis-cardinalibus, & collegio cardinalium, quod collegium apud quosdam Gallicum nuncupatur, veniendi ad quæcumque loca, sive illa sint civitates, castra, villæ, ecclesiæ, vel monasteria sita intra fines nostræ jurisdictionis, semel, & pluries, & totiens quotiens voluerint, separatim, & conjunctim, & ibidem standi indeque discedendi, atque ad ea redeundi, cum omni eorum comitiva, famulis, equis, mulis, jumentis, arnensibus, ac rebus omnibus libere, licite, secure, non obstantibus quibuscumque rationibus vel causis aut impedimentis, quæ dici vel excogitari aliquo modo possint, ita quod præsens licentia & salvus-conductus plenissimam obtineat securitatem, & omni prorsus dubitatione & cavillatione careat: mandantes insuper omnibus & singulis rectoribus & officialibus nostris, sub quibuscumque nominibus & vocabulis, subditis atque gentibus armorum, quatenus dictis reverendissimis dominis cardinalibus & cuilibet ipsorum cum omni eorum comitiva, sociis, famulis, equis, jumentis, navigiis, arnensibus, ac rebus omnibus in eundo, accedendo, stando, transeundo, discedendo, & redeundo dent & præstent accessum, transitum & iter liberum atque securum, sine aliquo impedimento, molestia, vel notivitate in personis vel bonis ipsorum vel alicujus eorum modo aliquo inferenda, & sine ulla solutione pedagii, oneris vel gabellæ, & quod prædicta omnia observent & observari faciant pure, & libere bona fide, omni exceptione & cavillatione remotis. Cum his tamen salvis & exceptis, quod præfati, reverendissimi domini cardinales non possint sine nostra licentia ad civitates Florentiæ & Pisarum venire, & in eis moram ducere. Volumus tamen quod possint & eis liceat conjunctim & divisim per dictam civitatem Pisarum transitum facere, & in ipsa die uno aut duobus & non ultra stare: aliam insuper justis rationibus, & causis limitationem addentes, quod nequeat ipsorum collegium cum collegio aliorum reverendissimorum in Christo patrum et dominorum se convenire in locis ditioni subjectis; sed in eorum stet electione separatim et aliter quam collegialiter se convenire cum præfato collegio Romano, si voluerint: quam eorum conventionem nolumus quod a quoquam in nostris finibus impediri possit, in tantum quod præsens securitas ad aliquos cives vel subditos nostros, qui in eorum comitiva essent pro aliquibus condemnationibus aut bannis pecuniariis aut personalibus nullatenus extendatur. Datum Florentiæ die XXI. Julii, indictione prima, MCCCCVIII.

Facta est collatio cum originali.

LITTERA AD DOM. BENEDICTUM

Per quatuor cardinales.

th. p. 818. Ex MS. D. Chauvel.

SAnctissime ac clementissime domine, supplici et humili recommendatione præmissa. Etsi usque in præsens veritatem eorum, quæ per nos et alios cardinales pro nunc ab isto loco absentes, prosecuta et gesta fuere cum dominis in parte alia cardinalibus nominatis, pro schismatis extirpatione et unitate in Dei ecclesia reducenda, vestræ sanctitati non insinuaverimus, supplicamus in admirationem seu interpretationem aliam non deduci, cum tantum Dei negotium involutiones et intricationes multiplices habuerit, quæ brevi tempore abjici non potuerunt seu repelli. In hac tamen materia reperimus præfatos dominos in alia parte dominos cardinales nominatos, unanimes in omni virtuosa actione constantes, prosequentes solum quæ habent divina mandata et canonicæ sanctiones; in quo sic eis assistit Spiritus sancti gratia, ut major pars prælatorum, regum, et principum, et notabilium communitatum suæ partis et obedientiæ cum eis conveniat et concordet. Ex quo Gregorius nominatus est nedum appellatus; immo, a servitioribus laicis pro majori parte derelictus, sic quod videtur quæ pacis sunt quærere et cessionem offerre. Ex quo verisimiliter speramus de pace ecclesiæ, nisi per partem nostram prosecutio hujusmodi sanctæ viæ tam verisimiliter præparatæ quomodolibet impediatur, quod absit, et minime credimus, cum de voluntate sanctitatis vestræ dictam prosecutionem assumsimus. Alia particularia per nos gesta et tractata, et etiam quæ in futurum facienda videntur, curabimus, Deo auxiliante, sanctitati vestræ infra breves dies per solemnes personas insinuare; et credimus quod erunt talia, quæ sanctitati vestræ grata erunt et accepta, ac omni populo christiano, et etiam tunc explicari faciemus nostram et absentium intentionem super materia Concilii, quod intenditis in festo Omnium sanctorum in loco Perpiniani tenere, et utrum tale particulare concilium in ultimis quasi terræ finibus, et multum a parte adversa distantibus celebraturum, possit ad unitatem dandam ecclesiæ pertinere, dubitatur a multis. Sanctitatem vestram conservet Altissimus feliciter at longæve cum effectu optatæ unionis. Scriptum Pisis.

	(G. Penestrinensis	)	
Vestri humi-	(N. Albanensis	)	cardina-
les oratores.	(P. Tusculanensis	)	les
	(P. S. Angeli	)	

LITT. JANUENSIUM DE NEUTRALITATE

Seu de non obediendo alteri contendentium de papatu.

Affert Mart. Anecd. to. II. p. 1408. Ex MS. Gemmetic.

UNiversis has visuris pateat, quod nos Johannes le Maingre, dictus Bouciquavult marescallus Franciæ, locumtenens regius et Januensium gubernator pro serenissimo rege Francorum domino Januæ, consilium Ancianorum, at officium provisionis civitatis Januæ, optantes summopere videre in Dei ecclesia sanctissima unionem, receptis quanta decet reverentia, et diligenter inspectis litteris patentibus, regiis, et aliis clausis per eumdem serenissimum et supremum dominum nostrum devotioni nostræ directis, datis Parisiis die XII. Januarii proxime elapsi, consinentibus se non sine maturo et tantæ rei convenienti consilio viam neutralitatis in prosecutione sancti præsentisque operis unionis ecclesiæ amplecti, decrevisse in festo Ascensionis Dominicæ proxime lapso, ut denegatio obedientiæ utrique contendentium de papatu afferat Christi fidelibus tandem perpetuam et salutiferam ecclesiæ ipsius unionem; nec minus causas urgentes mo-

ANNO CHRISTI 1409.

motusque laudabiles, qui pietatem regia ad viam ipsam eligendam decernendamque impulerunt. Et auditis his quæ super hoc venerabilis dominus magister Petrus *Plaout* orator regius novis eloquenter exposuit, exhortando nos pro parte regia sicut & per dictas clausas litteras exhortamur, quod viam ipsam neutralitatis tamquam præparatoriam & aptissimam dictæ unioni similiter amplecti vellemus continuo, ut super hac tam grandi re mature deliberare possemus, doctores melioresque cives cum principalibus cleri Januensis coram nobis congregari fecimus, & re ipsa illis pandita, datoque cogitandi aliquo dierum spatio, tandem cum ipsorum civium ac cleri concordi consilio & deliberatione matura, in Dei nomine viam ipsam neutralitatis amplecti, regia imitando laudanda vestigia, & tenere decernimus, sperantes in Christi Salvatoris nostri misericordia, quod via ipsa sicut ab animorum nostrorum sinceritate procedit, ita erit salutifera toti Christiano populo, horrendum schisma conteret, pacem tantis expectatam desideriis, jamdiu ab ecclesia exultante restituet, & pariter ecclesiasticam unionem. Mandamus omnibus & singulis regia subditis nostro subjectis regimini, quatenus istam neutralitatis viam, neutri in papatu contendentium obediendo, amplectantur & teneant. In quorum omnium testimonium & fidem præsentes litteras fieri fecimus, sigillique nostri impressione muniri. Dat. Januæ an. D. MCCCCVIII. die 21. Julii.

ADHÆSIO ALIORUM CARDINALIUM

Ad prædictum votum & juramentum.

Affert Mart. Vet. Mon. to. VII. pag. 803. Ex MS. Cod. S. Laurent.

MIseratione divina nos Angelus tituli S. Potentianæ, dictus Laudensis, Petrus tituli XII. apostolorum dictus Mediolanensis, Johannes S. Crucis in Jerusalem dictus Ravennatensis presbyteri, & Balthasar S. Eustachii diaconus, dictus Bononiensis, S. R. E. cardinales, manibus nostris propriis infrascripti, existentes in ecclesia majori Pisana collegialiter cum reverendissimis in Christo patribus aliis dominis cardinalibus utriusque collegii Pisis commorantibus; attendentes proinde & considerantes, ut novit fera populus universus, ærumnas graves omnibus deflendas christicolis, lamentabilemque scissuram, quibus Dei ecclesia opprimitur, ob nimiam ambitionem retinendi principatum ecclesiæ. Duobus enim super eo ambitione certantibus*, orti sunt errores mortiferi, & corda dissidentia inter eos, quos in vera fide Christi caritas propagavit. Etiam insurrexere inter populos Christianos fremitus guerrarum, in gentes rancores, & odia, quos ipsa ecclesia debet sopire. Secutæ sunt nedum etiam exhæredationes, immo etiam multorum, proh dolor! strages, multæque proditiones animarum. Sane pridie penultima mensis Junii, anno infrascripto, in loco Liburni, Pisanensis diœcesis, reverendissimi in Christo patres & domini, domini episcopi, presbyteri & diaconi cardinales utriusque collegii, ibi collegialiter existentes, mutuo & unanimi assensu, gratia spiritus sancti inspirati, convenerunt ad invicem, concordarunt, & promiserunt fide plenaria, juramento & voto irrevocabili firmaverunt, attenta indispositione notoria dictorum duorum contendentium de papatu, super unione sanctæ matris ecclesiæ providere, prout & quemadmodum in quibusdam litteris infrascriptis seu instrumentis publicis eorumdem dominorum cardinalium manibus propriis subscriptis & sigillis sigillatis, & coram nobis de verbo ad verbum perlectis, plene & seriose continetur. Quarum litterarum seu instrumentorum tenor sequitur sub his verbis: *Miseratione Divina*, &c. Quibus omnibus & singulis contentis in dictis litteris nobis, sic de verbo ad verbum perlectis, ac matura deliberatione consideratis, videntesque sanctas opiniones & affectiones eorumdem dominorum cardinalium, eisdem adhærentes, & eas prosequi omnimode volentes, ipsa omnia & singula contenta in dictis litteris, ut supra scribuntur, promittimus Deo, B. M. Virgini ejus matri, B. Petro & Paulo, quorum sanguine fundata ecclesia damnatis ambitionibus vilescit, ecclesiæ, omnibus sanctis, & Christi fidelibus plena fide, juramento & voto irrevocabili confirmamus prosequi, tenere, & inviolabiliter observare absque aliqua interruptione, nihil addito, nihil remoto, prout in dictis litteris & instrumentis seriose & in præsenti instrumento de verbo ad verbum continetur; salvo tamen quod in ultimo capitulo dictarum litterarum seu instrumentorum, quod sic incipit: *Est autem nostra intentio*, &c. omnes & singuli domini cardinales præfati, & nos cum ipsis voluimus & volumus, quod in fine illius capituli post illa verba: *Ac concordi omnium nostrum assensu*, ponatur, *vel duarum partium omnium nostrum*; quam etiam additionem ratam & gratam habemus, & eam bona fide promittimus observare. De quibus omnibus & singulis præmissis, nos dicti cardinales suprascripti & quilibet nostrum, requisivimus & voluimus per notarios infrascriptos unum vel plura, publicum seu publica confici originalia instrumenta. In quorum omnium fidem, & testimonium præmissorum præsentes litteras, seu præsens publicum instrumentum, manibus nostris propriis subscriptas, alias subscriptum, sigillorum nostrorum mandavimus appensionibus muniri. Acta sunt, hæc in ecclesia majori Pisana prædicta, sub anno a nativitate domini MCCCCVIII. die trigesima mensis Augusti, indictione 1. præsentibus reverendis patribus dominis Petro Meldensi, Branda Placentino episcopis, Johanne abbate S. Justinæ de Padua, dominis Nicolao de Robertis de Tripoli milite, & Roberto de Quesneyo decretorum doctore canonico Rotomagensi, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Deinde ego Henricus eadem miseratione episcopus Tusculanus, dictus Neapolitanus, præfatæ sacrosanctæ R. E. cardinalis, in sacristia ecclesiæ B. Martini Pisanensis, ubi dicti domini cardinales collegialiter congregati, videlicet die veneris quarta decima mensis Septembris, anno supradicto, dictis litteris seu instrumentis originalibus, de quibus superius est facta mentio, per me visis, & coram me de verbo ad verbum in mei præsentia perlectis, attentis sanctis propositis, affectionibus & voluntatibus aliorum dominorum cardinalium prædictorum, volens eorum sequi intentionem, voluntatem & dispositionem, ac totis viribus corde & animo prosequi; ex mea pura & libera voluntate, juravi, vovi & promisi solemniter omnia & singula contenta in eisdem litteris seu instrumentis, prosequi, tenere, & inviolabiliter observare, prout, & quemadmodum ipsi domini cardina-

* al. tractantibus.

dina-

ANNO CHRISTI 1409.

dinales singulariter promiserunt, & in dictis litteris seu instrumentis seriose continetur: ratam etiam & gratam habens addirionem prædictam ubi legitur, *vel duarum partium omnium nostrorum*. De quibus etiam omnibus & singulis volui, ut præfertur, fieri unum vel plura instrumenta per notarios infra scriptos, & hic me propria manu subscripsi & sigillum meum apponi feci in testimonium præmissorum. Actum loco, die, anno, & indictione prædictis, præsentibus præuominatis dominis Petro episcopo Meldensi, & Roberto * de Quesneio doctore, testibus ad præmissa vocaris specialiter & rogatis.

* al. Huberto.

Ego Henricus episcopus Tusculanus S. R. E. cardinalis dictus Neapolitanus, prædictis omnibus & singulis interfui & assensum præbui, promisi, juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi & sigillum meum apponi feci.

Ego Angelus tituli S. Potentianæ presbyter cardinalis, Laudensis nuncupatus, omnibus supra scriptis & singulis interfui, consensum præstiti, promisi & juravi ac vovi, & in præmissorum testimonium me propria manu subscripsi, & meum sigillum apponi feci.

Et ego Guillelmus Souleti presbyter, Malleacensis diœcesis oriundus, publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, prædictorum reverendissimorum in Christo parrum & dominorum, dominorum cardinalium in civitate Pisana, locis prædictis, congregationi, promissionibus, juramentis, & votis ac omnibus & singulis aliis præmissis, dum, sic, ut præmittitur, per dictos dominos cardinales agerentur, dicerentur, promitterentur & fierent, una cum infrascriptis testibus & aliis notariis præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi, & in notam recepi cum ipsis notariis, meque subscripsi, & hoc præsens publicum instrumentum ex præmissis confectum, alterius manu idonea fideliter scriptum, aliis negotiis præpeditus, signo meo solito signavi requisitus & rogatus, & verba in fine scripta, videlicet: *dominorum cardinalium utriusque collegii absentium nobis adhærere volentium in hac parte; nec non generosus & potens miles dominus Nicolaus de Robertis de Tripoli procurator, & procuratorio nomine reverendissimorum in Christo patrum* remitti & legi debent in XXV. linea ab inferiori parte numerando, ut signatum est, & omissa non fuerunt ibi scribere vitio, sed errore.

Et ego Gaspar quondam Theodorici *Schulbempflug* de *Bassinbexin* clericus Warmiensis diœcesis, publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, &c.

Et ego Jacobus de *Brenbant* * clericus de Insula Tornacensis diœcesis, publicus apostolica &c.

* al. de Bribant.

piis præsentes sunt annexæ, per me visis & de verbo ad verbum coram me perlectis, attendens & considerans sanctum propositum sanctasque affectiones & voluntares dominorum cardinalium, volens toto affectu & animo eorum sequi intentionem, voluntatem & dispositionem, & eisdem dominis cardinalibus adhærere, ex mea pura & libera voluntate juravi, vovi, & promisi solemniter omnia & singula contenta in eisdem litteris seu instrumento prosequi, tenere & inviolabiliter observare, prout, & quemadmodum ipsi domini cardinales singulariter promiserunt, juraverunt & voverunt, & in eisdem litteris seu instrumentis seriose continetur. De quibus omnibus & singulis præmissis ego Landulphus cardinalis, requisivi & volui per notarios infrascriptos unum vel plura, publicum vel publica confici originalia instrumenta. In quorum omnium fidem & testimonium præmissorum præsentes litteras seu præsens publicum instrumentum, manu propria subscriptas, alias subscriptum, sigilli mei mandavi appensione muniri. Acta fuerunt hoc anno, die, mense, & loco prædictis, indictione 2. præsentibus reverendis in Christo patribus P. Meldensi, Jacobo Laudensi episcopis, & S. Angelo de Viterbio secretario domini cardinalis Aquilegiensis, testibus ad prómissa vocatis & rogatis.

Ego Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. diaconus cardinalis Barrensis, prædictis omnibus & singulis interfui, & assensum præbui, promisi, juravi & vovi, in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui.

Et ego Guillelmus Souleti presbyter, Malleacensis diœcesis oriundus, publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, prædictorum reverendissimorum in Christo patrum & dominorum dominorum cardinalium in civitate Pisanensi loco prædicto, congregationi, promissionibus, juramentis & votis, ac omnibus aliis & singulis præmissis, dum sic, ut præmittitur, per dictum dominum cardinalem agerentur, dicerentur, promitterentur, & fierent una cum prænominatis testibus & aliis notariis infrascriptis, præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi, & in notam recepi cum ipsis notariis, meque hic subscripsi, & præsens publicum instrumentum ex præmissis confectum, alterius manu idonea fideliter scriptum, aliis negotiis præpeditus, signo meo solito signavi requisitus & rogatus.

Et ego Vevantius quondam Raynaldi de confratribus de Sarvano Cameracensis diœcesis, publicus imperiali auctorirate notarius & judex ordinarius in loco civitatis Pisarum &c.

Et ego Jacobus *de Brenbant* * clericus de Insula, Tornacensis diœcesis, publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius &c.

* al. Brebant.

ADHÆSIO LANDULFI

Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ibid. p. 806.

Miseratione divina ego Landolphus tituli S. Nicolai in carcere Tulliano, dictus Barrensis, sacrosanctæ R. E. diaconus cardinalis, in sacristia basilicæ B. Martini Pisanensis, ubi reverendissimi in Christo patres & domini episcopi, presbyteri & diaconi cardinales utriusque collegii erant collegialiter congregati, videlicet die quinta mensis Octobris, anno a nativit. Dom. MCCCCVIII. litteris seu instrumentis originalibus, quarum, seu quorum co-

ADHÆSIO CARDINALIS OSTIENSIS.

Ib. p. 807.

Miseratione divina ego Joannes Ostiensis episcopus, sacrosanctæ R. E. cardinalis in sacristia S. Martini Pisarum, ubi reverendissimi in Christo patres domini episcopi, presbyteri & diaconi cardinales utriusque collegii erant collegialiter congregati, videlicet die XI. mensis Octobris, anno a nativitate Domini MCCCCVIII. litteris seu instrumentis originalibus, quarum seu quorum copiis præsentes sunt annexæ, per me visis & de verbo ad verbum coram me perlectis, attendens, & consi-

ANNO CHRISTI 1409.

derans sanctum propositum sanctasque affectiones & voluntates dictorum dominorum cardinalium, volens toto affectu & animo eorum sequi intentionem, voluntatem & dispositionem, & eisdem dominis cardinalibus adhærere, ex mea pura & libera voluntate juravi, vovi & promisi solemniter omnia & singula quæ in eisdem litteris seu instrumentis seriose continentur. De quibus omnibus & singulis prædictis ego Joannes cardinalis requisivi & vnlui per notarios infrascriptos, onum vel plura, publicum vel publica confici origioalia instrumenta. In quorum omnium fidem & testimonium præmissorum præsentes litteras seu præsens instrumentum manu propria subscriptas, alias subscriptum, sigilli mei mandavi appensione muniri. Acta fuerunt hæc anno, die, mense, & loco prædictis, indictione prima, præsentibus reverendo in Christo patre domino Petro episcopo Meldensi, & domino Roberto de Quesneyo decretorum doctore & canonico Rotomagensi, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Sequuntur in codice illustrissimi domini Chauvelin litteræ neutralitatis factæ per dominos cardinales alterius partis, tunc scilicet domino Gregorio adhærentes, quales editæ sunt in Spicilegii tom. 6. pag. 192. in cujus fine hæc in mss. codice leguntur: Originali supradicto sigilla sua imprimi fecerunt, Aquilegiensis, Melitensis, de Branеactis cardinales.

LITTERÆ UTRIUSQUE COLLEGII

Cardinalium, quibus Petrus tituli XII. apostolorum cardinalis Marchiæ Anconitanæ & ducatus Spoleti administrator creatur.

Ib. p. 858. MIseratione divina episcopi, presbyteri, & diaconi S. R. E. utriusque collegii cardinales per Dei gratiam jam nniti, reverendissimo in Christo patri & domino domino P. miseratione divina XII. apostolorum S. R. E. presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem.

Summo unanimiter cordis cupientes desiderio sanctæ Romanæ ecclesiæ jam quampluribus tam in spiritualibus qnam temporalibus subjectæ periculis, quantum in nobis fuerit, statui providere; ac considerantes quod ipsa ecclesia in provincia Marchiæ Anconitanæ, necnon in ducatu Spoletensi ad eamdem ecclesiam pleno jure pertinentibus, propter alienationes & occupationes nonnullarum civitatom, terrarom, castrorum, & aliorum bonorum provinciarnm & ducatus eorumdem multipliciter in suo statu destituta sit, & oculatim, nisi de remedio provideatur opportuno, funditus destituetur; quodque per vestræ circumspectionis industriam & studium fructuosum hujusmodi civitates, terræ, castra, & bona, gratia vobis assistente divina, facilius recuperari, & manuteneri, ac regi possunt & defendi. Nos, ad quos id ad præsens pertinere dinoscitur, animadvertentes, quod pro nunc super hoc utilius provideri nequeat, matura super hoc deliberatinne præhabita, vos omni forma & jure quibus melius & efficacius possumus & debemus, nomine dictæ ecclesiæ, ad recuperandum per vos vel alium seu alios, civitates, terras, castra & bona supradicta, eaque pro statu, honore, & utilitate ejusdem ecclesiæ manotenere regendum & etiam defendendum, necnon conventiones, compositiones & pacta quæcumque, de quibus vobis videbitur, cum eorumdem civitatum, terrarum, castrorum & bonorum detentoribus & occupatoribus, seu alias de jure vel de facto, aut alias quocumque colore seu titulo possidentibus ineundum & faciendum, ipsiusque detentoribus & occupatoribus & possidentibus, si expedierit, hujusmodi civitates, terras, castra & bona, seu eorum aliqua in vicariatu in forma consueta concedendum, & eos ad servitia ecclesiæ prædictæ cum aliis armorum gentibus pro eadem ecclesia militantibus conducendum, ac etiam ad absolvendum omnes & singulos detentores, occupatores, & possidentes hujusmodi ab omnibus & singulis pœnis, bannis, & aliis enndemnationibus tam temporalibus quam perpetuis quibuscumque in eos auctoritate sedis apostolicæ vel ejus officialium quacumque ratione vel causa latis, eosque, si necesse fuerit, ad statum, ac dignitates, honores, jura, & privilegia præsentia, etiamsi eorum absolutio, restitutio, & integratio hujusmodi Romano pontifici dumtaxat reservata fuerit, restituendum, reintegrandum tenore præsentium constituimus, ordinamus & etiam depotamus; plenam & liberam vobis ad hæc ac omnia & singula alia, quæ circa ea dictæ ecclesiæ necessaria, utilia, vel alias quomodolibet opportuna fuerint, potestatem & licentiam tribuendo, promittentes tam subdictæ ecclesiæ, quam cujuslibet nostrum hypotheca, & nbligatione bonorum prædicta, omnia & singula, & quæ, ut præfertur, circa per vos vel alium seu alios vestri nomine facta fuerint, firmiter & inviolabiliter observare, & facere, quantum io nobis fuerit, observari; & quod quamquam nos, Altissimo concedente, conclave pro proximo futuro summn pontifice eligendo intraverimus, ante omnia quilibet nostrum jurabit, vovebit, & promittet, qood ille qui ex nobis ad summi apostnlatus apicem assumtus fuerit, ea omnia & singula approbabit, ratificabit, ac auctoritate apostnlica in forma meliori confirmabit, vel per primum summum pontificem, si forsan non ex nobis, sed extra collegium nostrum aliquis assumtus fuerit, procurabimus eadem auctoritate confirmari, nec umquam consentiemus, qnod per aliquem Romanum pontificem revocentur aut anniehilentur quoquo modo. Die XXIX. Augusti, indictione prima, MCCCCVIII.

LITTERA AD REGEM UNGARIÆ.

Desperata per contendentes de papatu ecclesiæ unione, Concilium se generale Pisas indixisse significant, pro quo favorem regium implorant, rogantque ut regni sui prælatos ad illud mittat.

SEreníssimo principi & domino domino Sigismundo Dei gratia Ungariæ regi &c. miseratione divina episcopi, presbyteri, diaconi S. R. E. cardinales salotem, & ad ea quæ unitatem fidelium & pacem ecclesiæ concernunt, regiam opem ferre. Ib. p. 860.

Quantis dudum exulcerata doloribus, quantis fuerit lacessita & conquassata flagitiis sacrosancta Dei ecclesia, mater fidelium, unica Christi sponsa, deploranda vulnerum acerbitas, quibus læsa vexatur & premitur, universo jam orbi manifestissime demonstravit: qnorum culpa vel verius sævitia tantæ pestis occasio creverit, & extensis perniciosis radicibus dictim eo fortius & periculosios confirmetur, cum jam orbis noverit, vestra serenitas non igoorat. Ex qui-

ANNO CHRISTI 1409.

quibus apud serenitatem vestram non longa scripturarum pagina principaliter opus esse censemus. Cum enim, illustrissime princeps, sancta mater ecclesia jam triginta annorum spatio lacera & afflicta per manus duorum nunc certatim contendentium de papatu, qui promissionibus, juramentis & votis astricti, in eamdem sententiam pari concurrere videbantur affectu, pacis & unitatis statum debitum assequi videretur, maxime cum eorum multiplicitate litteræ tantæ sinceritatis nunciæ diversorum principum, comitatuum & populorum oculos fatigassent; heu! quod dolenter referimus, tantum potuit cæca & misera temporalis ambitio, ut omni fidei religione supernique judicis metu positis in neglectum, tractatus prosequendæ unionis ecclesiæ per utrumque contendentium in ludibrium versus sit, ecclesia fluctuans certiori naufragio exposita, & oves dominicæ, sine duce, sine auxilio, in luporum faucibus linquerentur. Quis umquam eorum actus tam scelestos, tam improbos credidisset, cum eorum vita præcedens tam exemplarem conscientiam & sanctimoniam prodidisset? Quis ulterius eis credet, qui fidem non tenuerunt hominibus, & votum Deo exhibitum tam perperam violarunt? Quid tamdem expectare potest ecclesia, nisi continuum dissidium & ruinam in moribus, cum tam pestilens tamque horribile monstrum deleatur e terris? Quo fit ut eadem mater ecclesia, patefactis vulneribus, filiorum imploret auxilium, pulset & excitet corda fidelium, & cunctorum quos fidei zelus & fervor catbolicæ religionis accendit, præsidium obtestetur. Primum ad serenitatem vestram confugiens, ut matri desolatæ porrigatis dexteram, ac nutricem prostratam erigendo, quantum in vobis fuerit, & ab improborum impressionibus liberetis, exemplo prædecessorum vestræ regiæ majestatis, qui nullis umquam laboribus, impensis, aut periculis, nedum indefessis studiis, ad eam protegendam & ampliandam quomodolibet pepercerunt. Nos autem eamdem tantis obnoxiam calamitatibus intuentes, & plane experti nullum ulterius restare remedium, quo posset eadem ecclesia per manus ipsorum pacis & unitatis pulchritudinem obtinere, dictis contendentibus in reprobum sensum datis, cum annum & ultra in procurando loco conventionis utriusque, & difficultatibus inextricabilibus consumsissent, tamdem nullo in orbe loco eorum affectibus satisfaciente reperto, & cessionis via tam solemniter promissa & jurata effectualiter per eos, proh dolor! reprobata, ut promissiones, juramenta & vota nostra, sicut tenemur, viriliter impleremus, dimissis utrimque capitibus de papatu certantibus, sanctam & legitimam in Dei nomine quæsivimus unitatem, & de duobus collegiis hactenus divisis & sparsis, in unicum collegium cum sinceritate & caritate regressi, hanc Dei causam, eo administrante, sumus amplexi, depositis totis sensibus, studiis, ac viribus nostris, eam usque ad consecutionem unionis tam sanctæ tamque desiderabilis promovere, & ut salubrius necessitati ecclesiæ ejusque futuro statui valeat irrefragabiliter provideri, generale Concilium universalis ecclesiæ per speciales litteras evocamus, ut nobiscum in festo Annunciationis gloriosæ Virginis Mariæ proxime futuro in hac Pisana civitate conveniat. Sperantes tunc tandem tanta nobis unitatis sinceritate & commoditate desuper præparata, vestraque majestante nobis et ecclesiæ piæ A matri suæ præstante præsidium, exaltationem Catholicæ fidei, salutem animarum Christi fidelium, & regii culminis vestri laudem & gloriam perpetuam obtinere. Quis igitur nunc temporis non aperiet eidem ecclesiæ viscera caritatis? quis non provocabitur ex intimis, quis non accendetur ad iram, ut a tam infestæ tyrannidis servitio liberetur? Absit enim ut a tam salutari nostri Redemtoris obsequio quisquis se retrahat. Absit ut relinquat arma rubigini. Absit ut animum neget victoriæ, cum non desit victoribus corona per gratiam & meritum in præsenti, & per gloriæ præmium in futuro. Quare vestram regiam majestatem, in cujus fortitudine dexteræ plurimum salus pen- B dei ecclesiæ, totis præcordiis obsecramus, ut ferventem zelum, quem ad unitatem & statum gentis ecclesiæ vestrorum exemplo majorum, qui primum regii diadematis decus & debitum reputarunt ecclesiam defensare, dignetur feliciter prosequi, & clypeum defensionis ejusdem potenter arripere, ad ipsum generale Concilium solemniter legationem, ut tantum decet principem, in tempore trasmittendo, quo possit ipsa mater ecclesia, vestræ majestatis assistente præsidio, tam feliciter informari, & super inde prælatos regni vestri, ad quos hujusmodi vocationis litteræ diriguntur, regiis suasionibus exhortari, quando etiam ubi opus existeret, ne quis a tanto bono se retra- C hat, modis debitis coercere, ut ad hujusmodi sacræ convocationis præsentiam studeant festinare. Nos enim sanctum vestræ majestatis affectum & effectum celerem in tabulis memoriæ, vita superstite, retinere dispositi, quæcumque regii culminis vestri decus & exaltationem concernunt, libenter offerimus promtis & sinceris animis promovere. Super quibus omnibus reverendum in Christo patrem dominum archiepiscopum Solacaniensem, de intentione nostra plenissime informatum, ad ejusdem serenitatis præsentiam destinamus, cujus relatibus tamquam nostris placeat indubiam dare fidem. Datum Pisis die VIII. Septembris anno, etc.

D *LITTERA AD IMPERATOREM ROMEORUM.*

Orant ut oratores suos ad Concilium Pisense mittat.

SErenissimo Principi & domino, domino Manueli Palæologo Romeorum imperatori & decertatori, miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi S. R. E. cardinales salutem, & ad ea quæ ad pacem sunt Jerusalem unanimiter aspirare. Ib. pag. 862.

Quam grata sit summo Creatori nostro unitas, multis & variis ipsius operibus, atque sacræ scripturæ exemplis & auctoritatibus edocemur, præcipue dum ipsa unitas sit ab homi- E ne primo, omnes per propagationem processerunt. Sicque etiam in ipsius nascentis ecclesiæ exordio videmus, in cujus institutione ad commendandam unitatem, uni Petro Redemtor noster commisit ecclesiam, licet omnibus apostolis parem dederit potestatem, quæ quidem unitas ecclesiæ in multorum filiorum suorum per dilectionem conventione, in sacramentorum Christi communione, in membrorum ad caput conjunctione consistit: extra quam gratiam Dei habere non possumus, quæ proprie est donum catholicæ unitatis; nec remissionem pecca-

to-

ANNO CHRISTI 1409.

torum, nec vitam spiritualem: ita ut sacramentorum perceptio nihil prosit, miraculorum operatio nulla sit, ipsa etiam martyrii susceptio sit inutilis, & peccatorum remissio haberi non possit: unde non multitudinem, sed unitatem.... Unde Christiani scindentes unitatem ecclesiæ, infideles merito reputantur, & paganis æquales, qui veluti schismatici ecclesiam Dei lacerant, & inde scissam Dei tunicam per frusta discerpunt. Quibus quam graves a Deo pœnæ inflictæ & institutæ sint, in novo & veteri ostenditur testamento, & sanctorum patrum multiplicibus instruuntur institutis. Hæc itaque, serenissime domine, diligentius recensentes, & attendentes quanta perfidia, quantoque scelere contendentium de papatu jam longissimo spatio ecclesia sponsa Christi mater nostra divisa permanserit, & quantum in eis est etiam in posterum permaneret, nisi per nos & alios fideles prævia gratia & inspiratione superna de optimo provideretur remedio: Nos utriusque collegii cardinales, quorum quotidiana instantia, teste Apostolo, esse debet, & est sollicitudo omnium ecclesiarum, qui etiam jure Levitico summi sacerdotis coadjutores existimus; ne tam patentis erroris, cui universale damnum & præcipitium totius reipublicæ subjacet, non tantum simulatores conniventes, sed etiam socii & participes videamur, in unum nos univimus unitatis propositum, abjecta & postposita utriusque contendentium ambitione improba & damnata, per viam juridicam & legitimam dare pacem ecclesiæ; videlicet per convocationem generalis Concilii, in quo visis & cognitis promissionibus, juramentis & votis tam solemnibus totiens repetitis utriusque ipsorum, statuatur quod debitum fuerit, & pax reddatur ecclesiæ, & unitas reviresçat, ad Dei laudem, orthodoxæ fidei augmentum, & honorem nominis Christiani: quam quidem convocationem Concilii fieri ordinamus in civitate Pisana in die Annunciationis beatæ gloriosæ Virginis Mariæ; ad quem terminum & locum per litteras & oratores nostros universaliter requiri facimus patriarchas, archiepiscopos, episcopos, aliosque prælatos ecclesiæ ubilibet constitutos, ut veniant, nec non reges & principes, dominos & communitates, ut solemnes ambaxiatores mittant, sicut in nostris litteris hujusmodi convocationis plenius continetur, quarum copiam tradi fecimus reverendo in Christo patri archiepiscopo Solacaniensi exhibitori præsentium, per quem progressus negotiorum, quæ hactenus occurrerunt, nostrumque propositum serenitati vestræ latius referuntur, quam cum sciamus summo desiderio concupiscere pacem ecclesiæ & concordiam populi Christiani, sicut celsitudinem vestram decet, rogamus & obsecramus, ut, si fieri possit, solemnes oratores serenitas vestra transmittat, qui dictis loco & termino adsint, & quæ agenda sunt videant: quos quidem acceptissimos habebimus & libenter videbimus; offerentes nos ad ea quæ statum & honoris vestri amplitudinem concernunt. Datum Pisis, *ut supra*.

EPISTOLA MICHAELIS STENONIS

Ducis Venetiarum ad Cardinales.

Missum a rege Hungariæ Guillelmum de Prata ad reconciliandos cum papa cardinales scribit, nec posse interim eorum litteris responderi.

Reverendissimis in Christo patribus dominis episcopis, presbyt. et diaconis permissione divina sacrosanctæ Romanæ eccl. cardinalibus. Ib. p. 5?6.

Reverendissimi patres. Recepimus, et diligenter intelleximus litteras vestras datas Pisis XXVIII. mensis Octobris proxime elapsi, continentes ut nobis placeat mandare officialibus & subditis nostris, ut in omnibus terris & locis nostris, reverenter tractentur, & honorentur duo reverendissimi cardinales nominati in vestris litteris, quos destinatis ad diversas mundi partes pro bono unionis ecclesiæ sanctæ Dei. Ad quas respondemus, quod his diebus proxime elapsis fuit ad præsentiam nostram egregius ac spectabilis dominus Guillelmus de Prata comes de Poreillis, orator serenissimi domini Sigismundi illustris regis Hungariæ significans nobis quod ad curiam proficiscitur, procuraturus nomine dicti regis reconciliationem vestrarum reverendarum paternitatum cum summo pontifice, & reducere utramque partem ad unum Concilium congregandum. Rogavit, ut nobis placeret mandare nostro oratori ibidem existenti dicta de causa, quod sit secum ad quærendum & procurandum prædicta, asserens quod de brevi accessuri sunt etiam oratores partium H. Bohemiæ & Alemanniæ. Qui oratori regio respondimus nos esse contentos complacere requisitioni regiæ; & sic præcepimus observari per oratorem nostrum prædictum. Et præterea nobis non videtur, quod cum honore nostro possimus pro præsenti dare responsum requisitioni contentæ in dictis vestris litteris, donec informati erimus de his quæ sequentur per accessum dicti oratoris domini regis Hungariæ ad partes prædictas. Datum in nostro ducali palatio die IX. mensis Novembris indictione II. MCCCCVIII.

Michael Steno, Dei gratia dux Venetiarum.

COMMONITORIUM PRO CONVOCATIONE

Concilii Pisani.

Auctore Gersone Canc. Parisiensi.

Debent ecclesiæ succurrere. Malis ejus tam evidentibus celerius occurrere. Possent autem ad præmissa rationes & auctoritates tam divini quam humani juris adjici: verum assertive ista sufficiunt, & in fundamento prædicto possent superædificari aliquæ aliæ propositiones magis particulariter respicientes Concilium nunc in civitate Pisana convocatum, quas dimitto; quia ita clare sequuntur ex præmissis; ut eas non sit necessarium bene intelligentibus amplius declarare. Gersonis operum t. II. p. 1??

Nota, esse legem quæ regulat ecclesiam.	Divinam ab Evangelio. Naturalem a principiis naturæ. Canonicam a pontificibus & ecclesia, per Spiritum eis large datum. Civilem a legibus pro vita civili & politica.

Dis-

ANNO CHRISTI 1409.

☞ Difficultant aliqui Concilium.

Primo: quia solus papa potest convocare Concilium 17. *dist.* Et quod ista duo collegia faciunt unum sine auctoritate.

Secundo: quia quilibet spoliatus debet restitui v.p. causa 3. q. 1. c. 1.

Tertio: quia ab accusatione videntur inimici repellendi, 2. causa. 3. q. 5. & similiter excommunicati.

Quarto: quia oportet clare probare hæresim vel schisma, & quod quilibet desierit esse Papa, 2. causa 23. q. 1. & in fine de schismaticis.

Quinto: quia isti non sunt schismatici, ex quo non separant se a membris suis, causa 23. q. 5. c. *Non vos*, & per definitionem Tho.

Sexto: Benedictus, nisi alius non ejiciatur, non tenetur cedere, causa 7. q. 1. *periculosum*, nec possunt cogi, ut dixit epistola Anglicana.

Septimo: schisma non potest dici evasisse in hæresim, nec sufficiunt crimina notoria; immo glo. d. 40. c. *Si papa*. Hoc dicere, reprobatur, & profertur glo. quæ dicit *quod oportet papam errantem contra articulos fidei*.

Octavo: quomodo procedendum per accusationem, vel inquisitionem vel denunciationem.

Nono: si habeant sequaces, quid fiet?

Decimo: quid si allegant 1. d. 93. obedientiam autem inferiores ordines inferioribus debent c. 1. n. 2.

Undecimo: quid justificabit oblationes suas, & injustificabit subtractiones & neutralitates libertatum curiæ Romanæ.

Duodecimo: quilibet *inimici nostri sunt judices*.

Videatur tractatus propositi Vairnensis & tres considerationes suæ.

Item, tractatus magistri Henrici de Hassia.

Notetur, quod ecclesia potest novam legem condere, & abrogare pro tempore & necessitate jam factas.

Notetur factum Scipionis. Allegavi & fundavi pridem in sermone circumcisionis Tarasconæ.

Item, littera neutralitatis in Latino justificat totum processum.

Videtur primo declinanda omnis controversia, quod erit possibile.

Etiam credere deberent &c. Ergo contendentes qui nihil mali egissent.

Secundo: recurrendum ad epikejam, & finem legis, qui est pax; alioquin esset brutalitas & lethalis error.

Tertio: supponendum, quod ecclesia potest sibi legem condere & interpretari; quia propter eam datæ sunt.

Quarto: non videtur procedendum ad excommunicationem aliorum, nisi videatur finis possibilis; sed per admonitiones.

Quinto: si dentur securitates quantum erit possibile.

Sexto: qualiter restitutio est contra Deum & impossibilis & ridicula.

Septimo: qualiter ex voto & scandalo tenentur cedere; justificatur neutralitas.

Octavo: videatur quod nihil ex odio actum est; sed pro amore Christi & ecclesiæ, cui maxime quilibet obligatur. &c.

Nono: fiat statim post electionem reformatio generalis ecclesiæ; notentur avisata.

Decimo: fiant orationes & morum correctio, quod est præcipuum.

PROPOSITIO FACTA

Ab eodem domino Joanne Gersonio doctore & cancellario Parisiensi, coram Anglicis Parisios euntibus ad sacrum Concilium Pisis; & hoc ex parte Universitatis Parisiensis Anno Dom. 1408.

Collat. ad MSS. Codd. Vict. 698. & Colbert. 99. & 5972.

Ibid.

CONgratulatur vestræ devotioni, vestro zelo ferventi, vestræ laboriosæ, sed laudabilissimæ Legationi. Congratulatur & applaudit, o reverendissimi & præclarissimi patres, o doctissimi & sapientes viri & fratres in Christi dilectione charissimi. Congratulatur, inquam, & congaudet amatrix & admiratrix & cultrix bonorum omnium Parisiensis universitas. Itaque non æmulatur nec gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Quidni congaudeat igitur super veritate, quam, ut soletis, amplectimini, & complexam retinetis, retentam ad effectum deducere totis studiorum nervis conamini? Est autem modo congratulationis nostræ spiritualis thema satis accommodum verbum Osee propheticum: Osee cap. 1. 11. *Congratulabuntur* (in vulgata habetur *congregabuntur*) *filii Israel, & filii Juda pariter*. Itaque libet exclamare: *ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*, Ps. CXXXII. 1. convenire scilicet & congregare ad unum Concilium. Nam *in Concilio justorum & congregatione magna opera Domini*, Ps. CX. 1. 2. Et hoc est Concilium sacrum & venerandum, ad quod legati pergitis, quod Pisis, Deo duce & auctore celebrabitur; utinam felici prout optandum & sperandum est adventu. Ait quippe veritas, quod: *omne regnum in se divisum desolabitur*, Marc. XII. 25. & e contrario unitum in se regnum manet. Quod vidit Salustius: *concordia*, inquit, *parvæ res crescunt*, *discordia maximæ dilabuntur*. Cur ergo non bene sperabitur, dum adunatur ecclesia, dum convocatur cœtus, dum conveniunt seniores? Videte de verbo hoc, præsertim cum teneamus certissimam Christi promissionem dicentis: *Ubi duo vel tres*, &c. Matt. XVIII. 20. Audivimus præterea lætanter & gaudenter, quod *congregabuntur*, &c. At vero ne prolixior vel evagatior sermo tædio sit vel oneri; coarctemus, si placet, totam dicendorum materiam, totamque deductionem thematis ad quatuor sententias sumptas ex themate, ex verbis ipsi protinus appositas, & videamus quid in illis loquitur Deus; quia loquetur pacem in plebem suam. Postquam enim dixit Dominus per Osee cap. 1. 11. *Congregabuntur filii Israel & filii Juda pariter*: pro prima sententia mox subjunxit: *& ponent sibi caput meum*, ecce secundam sententiam: *& ascendens de terra*, ecce tertiam; *quia magnus dies Israel*, ecce quartam. Incipientes ergo prosequamur, & invenimus puto, causas quatuor sufficientes, quare congregabuntur filii Israel, & filii Juda pariter: ipsi enim qui sunt populus unus Dei, fœda nunc divisione, proh nefas! dispersi sunt, velut olim in figura sub Roboam & Jeroboam contigisse meminit Scriptura 3. *Regum* 17. Et est tamquam materialis aliqua ratio & confusa hujusmodi Concilii celebrandi. Invenimus præterea causam finalem luculenter expressam in altera sententia. *Et ponent*, inquit, *sibimet caput unum*.

Deni-

Denique tangitur cauſa diſpoſitiva, & velut officiens celebrationis hujus Concilii, dum dicitur in altera ſententia, quod *aſcendent de terra*, & quid terra myſtice, niſi terrenus affectus? Quid igitur aſcendere de terra, niſi de terrenis affectibus, quibus oppreſſi ſunt hactenus multi, ad ſpirituales & divinas affectiones ſe potenter erigere, & erigendo ſalubriter aſcendere? tanquam audiret quilibet de excelſo clamantem Deum. *Exurge qui dormis*, Pſ. XLIII. 23. & rurſus: *Surgite poſtquam ſederitis*, Pſ. CXXVI. 2. Habemus præterea cauſam quodammodo formalem, & ad juſtam celebrationem Concilii vivifice præparantem, quæ forma eſt ſemen Dei vivum & efficax; ſemen Spiritus S., habens virtutem formativam & reformativam totius unitatis, totius eccleſiæ corporis, in una fide & ſpe & charitate ſub uno Deo & Domino per omnem juncturam, ſecundum deductionem apoſtoli *ad Ephes.* 4. Quod notatur in hoc verbo Jeſrahel, quod interpretatum ſonat idem quod ſemen Dei, vel ſeminavit Deus. Et qualem ſemen iſtud? Plane illud de quo alibi propheticus ſermo dicit: *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus*: Iſaiæ I. 9. Gratias tibi Deus Iſrael; quoniam accedit nunc dies magnus Iſrael, magnus ſcilicet dies ſeminis Dei, quod habet in ſe artem & virtutem vivificam, qua myſticum corpus eccleſiæ ſe vivificare poteſt & unire ſalubriter, in cujus efficacia & virtute congregabuntur filii Iſrael & Juda pariter. Bene hæc jacta ſunt fundamenta, ſicut ex Cicerone ſumit Lactantius. Hæc autem fundamenta ſunt perfectibilitas eccleſiæ per congregationem, ut cauſa materialis; ordinabilitas eccleſiæ ad unius capitis poſitionem, ut cauſa finalis; intelligibilitas in epikeizando ſeu interpretando, ut efficiens; inſita fœcunditas in ſe conſervando, ut formalis diſpoſitiva. Superædificemus fabricam quadrangularem quatuor conſiderationum principalium, ad dilatationem ædificii præſentis congregationis ampliorem. Et dicamus pro prima conſideratione, juxta primam cauſam in verbo notatam.

Conſideratio prima.

Congregatio filiorum Iſrael & Juda pariter, quæritur ab eccleſia, quemadmodum materia quærit formam & imperfectum perfectionem, & mulier virum, ſive ſponſa ſponſum. Tradit divinus Dionyſius, & poſt eum Boetius & Auguſtinus, quibus experientia ſuffragatur, quod res quælibet non minus diligit aut appetit congregationem ſui ipſius, quam propriam entitatem, nimirum quia ens & unum convertuntur. Hinc eſt ille dolor, illa concuſſio, ille vehemens horror in corpore vero; dum membratim quæritur dividi vel diſpergi. Sic nemo dubitaverit, quin eccleſia diviſionem ſuam refugiat & horreat, cum ſit corpus myſticum ſecundum deductionem Apoſtoli *ad Ephes.* 4. & 1. *Corinth.* 12. & *ad Roman.* 12. & alibi ſæpiſſime. Eſt etiam terribilis ut caſtrorum acies ordinata: aciei vero quis neſciat ſeparationem maximum afferre detrimentum? Eſt inſuper eccleſia civitas, de qua glorioſa dicta ſunt; eſt Regnum Dei, eſt Hierarchia ſubcæleſtis, & ita de multis ſimilitudinibus, ſecundum quas convincitur diviſionem ei, atque ſeparationem ſchiſmaticam eſſe penitus odioſam. Potuerat A hoc loco fieri ſermo prolixior, deducens perfectionem eccleſiaſtici corporis ſtare principaliter in unitate tanquam in conſummatione omnis boni. Fallor itaque ſi non optabundus Propheta poſtulabat hoc, imprecans pacem ſuper Iſrael; ſciens quoniam poſuit auctor ejus Deus fines ſuos pacem. Vide ſi non hinc ortum eſt illud Chriſti ad ipſam Jeruſalem quæ figuram tenet eccleſiæ. *Jeruſalem, Jeruſalem quotiens volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti.* Matth. XXIII. 37. Ad hoc quippe mortuus eſt Jeſus, ut *filios ſuos diſperſos in unum congregaret*, Joan. XI. 52. tanquam *lapis angularis faciens utraque unum*. Epheſ. II. 14. 20. Et ecce heu fera peſſima, mon- B ſtrum horrendum ingens, monſtrum biceps, portentum, jam annos habens XXXI. ſchiſma peſtiferum, pulcherrimam hanc & perfectam pacem, quantum in ſe fuit, laceravit, diſſipavit, & in exilii longinquam regionem truſit. Sed veniat, o utinam, pax, juxta votum Iſaiæ. Veniat & requieſcat in cubili ſuo, quod eſt eccleſia, quatenus expulſo diſconvenienti ſchiſmate, forma pacis conveniens inducatur: nam qualis eſt iſta deformitas, qualis imperfectio, videre corpus mille partibus miſeris modis laceratum, diſſipatum & diſperſum; cujus lacerationi nulla hactenus profuerunt efficaciter humana remedia; quin potius ſchiſma hoc horrendum velut inſanabilis cancer *ægreſcit meden-* C *do*, ut de Turno loquitur Virgilius; ipſum denique tanquam fabuloſa hydra redit ex ſucceſſione ſua fœcundius. Hinc ſcandala populorum ſine numero adverſus fidem noſtram, religionem noſtram, mores ſanctos, adverſus ſpem quoque futuræ beatitudinis, contemptum ſæculi, ſanctitatem immobilem jurisjurandi, voti ſacramentorum virtutem, obedientiam ad Deum & ad omnem diſciplinam. Quare? Quia ſæviſſima dominandi libido, mater infauſta ſchiſmatis hujus peſtiferi confundit hæc omnia, faſque nefaſque velut hianti voragine mergit, ſorbet & obruit. Quid porro de paganorum infideliumque fabulis probro & irriſione adverſus catholicos? Demum tota illa flebilis Jeremiæ D lamentatio ſi ad calamitatem eccleſiæ præſentem deflectatur, neſcio ſi ſatis illam, ut dignum eſt, expreſſerit, dum ait: *Quomodo ſedet ſola civitas plena populo &c.* Thren. 11. Nequit prorſus æquari verbis, quantum res ipſa videatur indigna, pro qua reformanda celeriter expeditiſſimum eſt, quod congregentur filii Iſrael & filii Juda pariter.

Conſideratio ſecunda.

Pro cauſa ſecunda. Congregatio filiorum Iſrael & Juda pariter quærenda exequendaque eſt, ut ponant ſibimet caput unum. Iſte eſt E finis, hæc intentio imminentis ſacri Concilii Piſis celebrandi, ad quod vos cum cæteris, religioſa & filiali ad matrem eccleſiam pietate pergitis & perveniatis oro feliciter. Non ignoratis, ſcio, o doctiſſimi & ſapientes viri, quod caput eccleſiæ primarium & principale ſemper unum eſt, invariabile, & permanens, ſicut teſtatur Apoſtolus, Eph. V. 23. *Caput*, inquit, *Eccleſiæ Chriſtus*. Chriſtus autem *manet in æternum* (ut idem ait Hebr. VII. 3.) ſempiternum habens Sacerdotium & Papatum. Itaque ſalutifer Chriſte, caput noſtrum eſt, a quo fluunt in eccleſia ſenſus omnes & motus ſpiritua-

rituales ac gratuiti, ac proinde nunquam ecclesia tua esse acephala, neque te sponso suo viduata. Nihilominus tu quondam ascensurus ad Patrem reliquisti sibi Vicarium super terram, tamquam caput aliqnod secundarinm; fluens & refluens in stabili loco tui sacerdotii & papatus essentialis, indefectibilis, & manentis usque ad consummationem sæculi, quando evacuabis omnem domioationem, principatum & potestatem, & tradideris regnum Deo Patri. Nunc autem proh dolor! viri patres & fratres, tunc scandalizantur adversus hoc caput primarium duo contendentes, dum simul illud, quod fieri oefas est, repræsentare volunt, vel vices gerere, vel in suum locum succedere. Sic in impiam cecidimus maledictionem hanc, quod *facti sunt ejus hostes*, ecclesiæ, *in capite*, Thren. I. 5. Oportebat qnidem ad unitatem papalis sacerdotii unicum sacerdotem & certum Vicarium Christi super terram assumi, succedentem Petro, & non Pharisaica contentione dicere, sicut olim conquestus est Apostolus. I. *Cor.* I. 12. Ego sum Gregorii, ego sum Benedicti. Sanctius quoque filialique ad Matrem caritatis convenieotius est relioquere Papalem dignitatem, & Petri sedem uni tertio sub pace possidendam, sub quo congregati essent filii Israel & filii Juda unus populus Dei, quam fœdissima seditione partiretur obedientia, & spargeretur grex quasi non esset unum ovile & unus pastor: quasi rursus iodecens esset quod congregarentur filii Israel, & filii Juda pariter. Meditabar hæc nuper in abscondito scrutinio cordis mei priusquam proferrentur: dum ecce animalis homo noo sapiens quæ Dei sunt, sed ea quæ de terra sunt loquens; numeratus quippe est inter filios Agar, de quibus dicit Scriptura quod exquisierunt sapientiam *quæ de terra est*. Jacob. III. 15. conjungitur quippe ipsi sapientiæ, terrenæ, animali & diabolicæ non ei quæ desursum est, *Ibid.* propterea obscuratum habet intellectum ipse, inquam, animalis homo ut impatiens, hebes & præceps: & quo pacto, inquit, opus est congregatione filiorum Israel & Juda, quasi res incerta sit super jure pretium, quasi præterea liceat vel expediat nunc Concilium generale novum celebrari. Non itaque licet, cum non possit Concilium generale sine Papa celebrari, & nisi primitus, ante omnia, spoliatus ab obedieotia sua, restituatur eidem. Quomodo præterea decens esset ea quæ certa sunt, & tam per longissimos temporis tractatus in consuetudinem versa, rursus in discussionem, tamquam dubia revocari, & qnod vera & justa pars exponat se discrimini condemnationis; nam eventus judiciorum varii sunt, qui falluntur & fallunt. Denique quid expedit contraniti voluntati divioæ, suæque providentiæ, quæ justo judicio permittit hæreses fieri, & dicit *esse necesse ut veniant scandala*. Matth. XVIII. 7. qui etiam ait: *Nolite arbitrari quod venerim pacem mittere in terram; sed gladium*. Ibid. X. 34. qui demum olim prohibuit fieri congregationem filiorum Israel & Juda pariter, asserens divisionem ab eo factam esse. Multa majoraque parabat animalis homo delatrare adversus celebratiooem Concilii, asserens quod nec licebat, nec decebat, nec expediebat illud fieri; dum exhorrui fateor: nihilominus ajo ad eum. Obmutesce importune & stulte; aut expecta donec considerationum cœptarum numerus impleatur. Audies forte ea quæ contradictionibus tuis imponere possint silentium. Extorsi velut ab invito dilationem, ut tertia & quarta considerationes liberiori sermone complerentur.

Consideratio tertia.

Congregatio filiorum Israel & Juda pariter habet fieri tamquam a causa dispositiva, quæ removet prohibens; dum ipsi ascendunt de terra, hoc est, secundum moralem intellectum, dum de terrenis affectibus ascendunt ad cælestes, & fiunt de animalibus spirituales; dumque littera dimissa quæ occidit, ipsi spiritum qui vivificat, amplectuntur; hoc tamen observato, ne quid nimis: ne dum oimis observari quæritur spiritus, obruatur simul caro cum spiritu. Unde quæso tamdiu, Viri Patres, tardata est fieri congregatio Concilii generalis & sacri, nisi quod tamdiu non fuerunt auditi spirituales viri, quales (si Apostolo creditur) dijudicant de omnibus. Ecce quid præclara universitas Oxoniensis, unde sibi meruit congratulari, pridem ad hoc Concilium petendum determinavit se & misit in Franciam, scio qui præsens interfui dum proponeretur hæc conclusio compendii, sub hoc themate Joelis I. *Vocate cœtum, coadunate senes*. Sed pridem antea Parisiensis uoiversitas ab exordio nascentis divisionis deliberavit solemniter & concordi sententia conclusionem hanc petendam & prosequendam esse, quam ex parte sui proposuit Reverendus Pater & præceptor meus præcipuus dominus nunc Cameracensis, coram Ludovico duce Andegavensi, tunc regente in Francia. Circa quod tempus scripsit pro eadem conclusione clarissimæ memoriæ magister Henricus de Hassia magister in Theologia Parisiensis & Vice-Cancellarius sub magistro Joanne de Calote tunc Cancellario Parisiensi. Scripsit insuper dominus Præpositus Wormacensis magnus & devotus & licentiatus in artibus Parisiensis: scripserunt quoque alii sicut ex eorum Tractatibus adhuc constat. Amplius vero scripsit post multos anoos Universitas Parisiensis Epistolam grandem continentem tres vias, inter quas Concilium generale numeratum est. Ecce quot viri spirituales & eruditi, non innitentes soli litteræ, ascendentes de terrenis affectibus, & in liberum atque purum æther lucidissimæ veritatis, desideriorumque splendidorum sese attollentes, quæsiverunt olim multo studio concorditer, quod congregarentur filii Israel & filii Juda pariter. Et hæc est non parva congratulationis materia, quod in unam conventum est sententiam per duas Universitates toto Orbe celeberrimas: & ipsis nonne fides dari debet, cum illic sint viri spirituales & sapientes, secundum qualium judicia medium virtutis accipere jubet Philosophus? Illic præterea sunt idonei conditores Legum doctrinaliter & instructive, quibus similis interpretatio per epikeiam debita est. Illic sunt qui mentiri nesciunt, de quibus noverunt, dum a vero falsum, a licito illicitum sciunt secernere. Cum ergo conveniant congregatio multiplex sapientium in celebrationem hujus Concilii generalis tamquam in rem expedientem, ut in prima causa dicebatur; in rem præterea decentem, sicut visum est in secunda; nam quid decentius quam ut unum corpus habeat caput unum: postremo superest ostendere rem hanc esse per se licitam atque legitimam, quod in quarta & ultima consideratione videbimus, quæ talis est.

ANNO CHRISTI 1409.

Confideratio Quarta.

Congregatio filiorum Israel & Juda pariter sumit suam efficaciam & virtutem a Divino semine, quod per ecclesiasticum corpus tanquam sanguis vivificus diffusum est, & radicaliter seu inseparabiliter insertum. Ponemus pro solido fundamento præsentis considerationis & aliorum tam dictorum quam dicendorum textum Apostoli Ad Ephes. IV. 3.4.5.6. *Solliciti servare unitam spiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma. Unus Deus & Pater omnium qui super omnes & super omnia & in omnibus.* Sequitur ℣. XI. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi; donec occurramus omnes in unitatem Fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Sequitur ℣. XV. XV. *Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Eliciamus ex his paucissimis, sed sententiosissimis Apostoli verbis, aliquas veritates.

Prima. Congregatio Ecclesiastica ad unum caput Christum facit, et conglutinatur per vinculum amorosum Spiritus sancti, mediantibus qualitativis dispositionibus reddentibus in corpore mystico complexionalem harmoniam vivificam et decentem. Hæc autem Dona, sunt virtutes Theologicæ, Fides, Spes et Charitas; sunt etiam Sacramenta Ecclesiastica; sunt diversæ divisiones gratiarum, prout unicuique concessum est: hoc est semen in quo conveniunt ambæ obedientiæ; hoc autem semen si abstulisset schisma pestiferum, jam de pace reformanda actum esset prout alias scripsit ipsis Romanis Parisiensis Universitas.

Seconda. Congregatio ecclesiastica ad unum caput Christum copiosior est atque fœcundior quam fuit congregatio Synagogæ; non enim habuit Synagoga talem in Sacramentis et aliis multis commutationem adjunctionis sicut ecclesia: nam extra eam stabat salus, quemadmodum salvatus Job ostendit.

Tertia. Congregatio ecclesiastica ad unum caput secundariom multiplicior est & major quam congregatio civilis sub uno Rectore vel Imperatore vel Rege. Connexio quippe talis politicæ civilitatis fit per leges & dona naturæ principaliter, & in illis constituit suam unitatem: Ecclesia vero ut politia ordinata, habet hanc unitatem & ultra hanc habet alteram supernaturalem & divinam quæ dicta est. Et ita sequitur consequenter, quod ecclesiastica pluribus legibus regitur, quam altera politia.

Quarta. Congregatio ecclesiastica non habet vel habuit ex se potestatem seipsam ordinandi & constituendi per gradus varios atque hierarchicos dignitatum & administrationum, quales in ipsa reperimus a summo Præsulatu usque ad infimum administrationis gradum, quicunque sit ille. Patet; quia supernaturalis est hæc institutio, consurgens ex solo beneplacito liberalissimi conditoris: nec (ut opinor) voluisset unquam oppositum sentire præfatus magister Henricus de Hassia, dum ponit quod ecclesia posset sibi instituere Summum Pontificem, si non fuisset immediate constitutus a Christo; addit enim quod hoc potuisset ecclesia a Spiritu sancto edocta & auctorizata, quod est probabiliter sentiendum.

ANNO CHRISTI 1409.

Quinta. Congregatio corporis mistici ad unum caput Christum semper habebit per omnem junctoram gradus dignitatum & officiorum et administrationum, de quibus dictum est. Patet ex illo verbo, *donec occurramus omnes &c.* Propterea dicitur Ecclesia desponsata Christo in sempiternum *Osee* 11. 19. Dicitur præterea habere semper in se semen ad sui propagationem et conservationem usque ad consummationem sæculi.

Sexta. Congregatio Ecclesiastica ad unum caput Christum, lege stante, non remanebit in sola muliere, immo, nec in solis laicis; sed erunt usque ad consummationem seculi episcopi et sacerdotes aliqui fideles.

Septima. Congregatio ecclesiastica dici potest habere duplicea partes integrantes eam: quædam sunt fluentes, quædam permanentes, et ut ita loquamur, essentiales. Primæ sunt ipsæ personæ mortales constitutæ in graduum varietate. Aliæ sunt ipsimet gradus dignitatum et administrationum. Exemplum in papa et papatu, in episcopo et episcopatu, et similibus; papa fluit, papatus stabilis est.

Octava. Congregatio ecclesiastica constituitur in suis partibus fluentibus et quodammodo materialibus, ministerio hominum, secundum legem primitus inditam et insitam corpori ecclesiastico, et prout ipsum habet in se semen vivum et efficax seipsum multiplicandi atque conservandi in successione specifica ad partes fluentes, et in successione eadem materiali quam ad essentiales. Patet veritas ex illo verbo Apostoli: *nemo sibi assumat honorem.* Hebr. V.4. etc. Et de prædicatoribus dicit: *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Rom. X. 15. etc. Et hæc veritas similiter posset inflecti ad depositiones et degradationes et resecationes partium scandalizantium; sed pro nunc omittatur.

Nona. Congregatio ecclesiastica, habet claves ordinis et jurisdictionis alio et alio modo in se et in suis partibus fluentibus. Ut exempli gratia, claves datæ sunt Petro auctoritative sed toti ecclesiæ universaliter et susceptive. Vel datæ sunt ecclesiæ ut in actu primo, et Petro in actu secundo.

Decima. Congregatio Ecclesiastica sic instituta est, ut castrorum acies ordinata, vel ut corpus integerrime perfectum; sic quod non est in potestate papæ, vel alterius cujuscunque, deordinationem vel multitudinem in suis partibus essentialiter inducere. Unde nec papa posset inducere quod nulli essent episcopi nec curati, nec cardinales, pro quanto sunt successores apostolorum in ecclesia sancta Dei: sunt enim gradus omnes seminati a Christo in ecclesia primitiva, quamquam parvula, in qua nondum erant sic explicati gradus ecclesiasticæ hierarchiæ, ut nunc inspicimus; quemadmodum spica totos numeros suos habet in grano, et nux arbor in nuce virtualiter continetur; has vocant Philosophi inchoationes formarum in materia.

Undecima. Congregatio ecclesiastica licet non possit instituere papatum, vel destituere,

nibi-

ANNO CHRISTI 1409

nihilominus potest per se vel per Concilium eam repræsentans statuere alium modum eligendi Papam quam modo sit, ut alias visum est. Potest insuper removere Papam etiam rite electum & alium constituere; si ita sibi visum fuerit expedire ad ædificationem ecclesiæ; ut in casu gravis scandali, vel in dubio aliter interminabili, quam per cessionem vel dejectionem Papæ, aut alio tali casu; ipse enim pastor instituitur pro utilitate gregis: & dum præsidentia sua cedit in grave detrimentum, mercenarius reputandus est, immo latro, immo lupus rapax, si quærit in præsidentia tam damnosa remanere. Et hic fundatur possibilitas practicandi viam cessionis, saltem quoad effectum suum contradicentibus, contendentibus & invitis. Hic fundatur præterea, quomodo in casu veritatis istius, congregatio urgens Papam ad cessionem vel dejiciens eum, si pertinaci libidine dominandi motus renuat, non est judicanda quod eum persequatur; sed ei potius & Deo & ecclesiæ toti multipliciter obsequatur.

Duodecima. Congregatio ecclesiæ licite & meritorie potest in casu fieri sine papa vel auctoritate sua. Itaque cum possit dupliciter fieri congregatio, uno modo concordative vel assensive seu charitative; alio modo auctoritative: constat de primo congregandi modo, quod sine Papa possibilis est, immo fuit sæpissime practicatus, tam apud Apostolos, quam apud imperatores sanctos & catholicos, qui sæpe convenerunt in unum priusquam essent evocati vel auctorizati a papa. Patet de quatuor primis Conciliis memoratis in actibus apostolorum. De primo nondum erat adhuc Petrus factus papa; quin simul erant congregati ad examinationem testimoniorum de resurrectione. Unde & quælibet congregatio libera non subjecta tyrannidi, habet hanc facultatem seipsam congregandi. Patet in confraternitatibus, & aliis multis conventionibus charitativis. Secundus modus convocationis habet majorem quæstionem; nihilominus oportet eum concedere possibilem, alioquin periclitaretur respublica ecclesiæ, si necesse esset auctoritatem papæ prius intervenire. Exempli gratia. Immineat casus periclitationis ecclesiæ, sit in temporalibus, sit in spiritualibus, & quod tunc nullus esset Papa, nec posset prius institui quam esset providendum ecclesiæ per assensum communem. Item, in casu quo papa perdidisset usum rationis perpetue. Item, in casu quo Papa depravatus esset in intellectu per hæresim, & in effectu per enormes & scandalosos mores, quod ad destructionem ecclesiæ patenter laboraret. Item, in casu quo requisitus sufficienter & monitus, dare nollet auctoritatem Concilio, ut forte est in præsenti casu; quia signum est quod non vult audire ecclesiam, si non vult eam congregare. Item, ubi probabiliter dubitatur, quod fideles nunquam ei præstabunt obedientiam qualemcumque, aut non satis utiliter atque concorditer. In talibus & similibus casibus congregatio ecclesiastica sumit auctoritatem & virtutem seipsam uniendi ex divino semine per universum corpus suum diffuso, ut dictum est. Et ad hoc est textus legis *Deuter*. 17. & notat Christus *Matth*. 18. resolvens tandem omnia ad ecclesiæ judicium; *Si*, inquit, *ecclesiam non audierit*. Matth. XVIII. 17. Obmutescat igitur animalis sive litteralis & carnalis homo, & spirituali magis credat, deducenti & probanti per priora, quod expedit quoad primam con-

A sideratione, & decet quoad secundam, & licet quoad hanc quartam, quod congregentur filii Israel & Juda pariter. Ad quid nimirum; ut ponant sibimet caput unum, non ad disceptandum & discutiendum & arguendum & litigandum, sicut phantasiari videbatur animalis homo: huc enim fortassis inducere posset indecentiam & multam turbationis materiam. Cæterum quoad allegationem quæ fiebat ab animali homine, quod necesse & expediens erat esse schisma, sicut olim Dominus voluit dissensionem esse inter filios Israel & filios Juda: solutio facilis est, quoniam non sunt facienda per homines mala ut eveniant bona; neque enim scient ex malis bona elicere, sicut B Dominus ex nostris peccatis & scandalis potenter eliciet bona, tanquam attingens a fine peccatorum usque ad finem comprehensorum fortiter, & disponens omnia suaviter, faciens ut omnia cooperentur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Denique non potest, lege stante, politia ecclesiastica quæ est monarchica in alium transformari, sicut in alia politia. Tandem multis prætermissis; neque enim locus neque tempus, non stilus, neque ingenium, non memoria patiuntur omnia dicere quæ dicenda essent, fiat ad Opuscula, & tractatus super his confectos recursus liberior. Concludamus ergo ex quatuor causis, per totidem considerationes tactis potius quam C deductis, quod expedit, decet et licet, quod congregentur filii Israel et Juda pariter.

Congratulatur amatrix bonorum omnium Parisiensis universitas, Mater mea, ut dicere cœpimus; congratulatur vestræ devotioni, vestro zelo ferventi, vestræ religiosissimæ ad matrem ecclesiam pietati, vestræ tandem laudabilissimæ legationi, o reverendissimi, & spectabiles viri patres & fratres: det auxilium Deus in progressu & egressum felicissimum & votivum: Denique offert seipsam totam & in membris singulis eadem universitas, ad omnia communi consensu & deliberatione avisanda, tractanda, communicanda, concludenda, prosequenda cum omni humilitate & favore, nihil quærenD do quod suum esse videatur, sed quod omnium; ut habeatur unum & certum caput secundarium in ecclesia sancta Dei, postpositis contentionibus omnibus & discussionibus odiosis, quæ ad hanc rem non satis attinent, sed magis ad divisionem, & practicando viam compendiosissimam & sanctissimam cessionis amborum contendentium, ut jurarunt solemniter & voverunt. Neque præterea sit contentio, quis in hoc negotio prosequendo videatur esse major, vel potior, vel doctior. Scit eadem universitas, quod stabimus omnes ante Tribunal Dei: illic videbitur quo quisque animo, quo zelo, qua intentione pacem veram suæ sponsæ quæsierit. Sit igitur hæc gloria nostra, testiE monium conscientiæ nostræ, sit gloria Deo: nam denuncians Angelus pacem hominibus præmisit, *Gloria in excelsis Deo*. Luc. II. 14. Denique si filii Israel prout scriptura loquitur, ibant animo pacifico ad prælium: quali animo et quam pacifico eundum erit ad hoc pacis Concilium, sine æmulatione, sine contentione, sicut decet congregationem Sanctorum, sine irascendo in via, quemadmodum monuit Joseph fratres? Præterea nullus detur locus diabolo qui in seditionibus habitat. Fiat in pace locus Deo, qui dirigat pedes nostros in viam pacis, & doceat viam prudentiæ ipse qui est

 via,

ANNO CHRISTI 1409.

via, veritas et vita, et Deus benedictus in secula. Amen.

ANNO CHRISTI 1409.

Attendat benignus lector, juxta Legationis onus impositum per christianissimum Regem Francorum ac Universitatem præclarissimam Parisiensem proposuerat idem Cancellarius post verbum de ecclesiastica unitate subjungere de errorum extirpatione; sed impeditus tunc partim amicorum suasione, partim temporis arctatione, & ut in prolixitate non inesset fastidium, silentio præteriit, quorum aliqua summatim hæc subjuncta sunt.

Glorificationem Dei, patres Apostolici, patres gloriosi, posuimus esse finem hujus Concilii Sanctorum, quatenus pleni sint cæli & terra, o Deus magne & terribilis, gloria tua; quatenus non jam ambulent in errorum circuitu impii super terram; sed agnoscant quoniam *magna est gloria* (dicente Sapiente Eccli. XXIII. 28) *sequi te Dominum* per semitas legis tuæ pacificas; quoniam *pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum*, Ps. CXVIII. 165. & quia si creditur eidem Sapienti, nihil dulcius quam respicere in Mandatis Dei. *Eccli*. XXXV. 2. Sed væ mundo a scandalis; væ tibi, mala voluntas, & ideo mala, quoniam arroganti superbia, gloriam propriam quærens, anteponis eam divinæ, nolens subjici Legi suæ, neque captivare omnem intellectum in obsequinm Fidei. Hinc hæreses & errores impii, hinc scandalorum turbationes horridæ, hinc in Ordine violato plurima fœdaque confusio; hinc tandem in hominibus & ex consequenti per omnia quæ propter homines fecit Deus suboritur frequenter non gloria Dei, non pax hominibus, sed tetra quædam alteratio mortificans & abjiciens vivificantem gratiæ spiritum, & cadaverosam monstrosorum defectuum non tam formam, quam deformitatem inducens. Deplorat hanc perversissimam rerum vicissitudinem Christianissimus Francorum Rex, cum ecclesia tota regni sui miseretur, dolet, compatitur, & ab hoc sacro sancto Concilio legitimas provisiones efflagitat. Non confundantur precor ab expectatione sua, nolite careant piissimis desideriorum suorum affectibus; sed & Patrem sequitur sua proles, Regem videlicet filia sua Parisiensis Universitas; nec tantum sequitur, sed præit, humilitate salva, quandoque consiliis, nunc exhortationibus, aliquando doctrinis, sciens quod veritas custodit regem, sciens præterea se positam Apostoli jussu, *ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere*. Tit. I. 9. quæ posuit Aristotelea *Opera duo sapientis*. Denique parata est, tanquam posita in lucem ecclesiæ, ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in ipsa est Fide & Spe, I. *Pet*. III. 15. ut in omnibus & per omnia glorificetur Deus.

Insurrexerunt ecce post aliqua tempora plurimæ doctrinæ peregrinæ, variæ, pestiferæ, & damnatæ, obtenebrantes ecclesiam per multa Christianitatis membra, per Regna, per Provincias, per Regiones insignes. Processum est ad expellendas hujusmodi doctrinarum tetras caligines, nunc luce disputationis doctrinalis per Doctores & Universitates, nunc flabello judicialis reprobationis per Diœcesanos, & inquisitores hæreticæ pravitatis in Anglia, in Scotia, in Praga, in Francia. Nondum tamen vel illuminari vel emendari sufficienter inspeximus cæcam & stultam improbitatem assertorum, sectatorumque suorum, quin error assidue, sicut cancer, serpat & alicubi palam, quasi nudato ense, per nationes & populos imprudenter erumpat. Propterea necesse est per splendidissimam & inobfuscabilem hujus sacri Concilii lucem provida celeritate de remediis instui; ut qui spreverunt Prælatos & Doctores divisim positos, tanquam lucernas in domo Dei revereantur eos, conspiciant, & obediant; dum in unam hanc ecclesiæ domum collecti, dabunt auctoritatis suæ robur & pondus, ibunt in splendore fulgurantis hastæ reprobationis judicialis, qualem nemo qui Christianus videri vult, audebit contemnere. Esto contemnat, ipse tamen de contemptu suo fulgurationem concremationemque subibit, ut justum est. Et quoniam charitas sicut incipit a se & a suis in dilectionis exhibitione; sic in correctionis & emendationis procuratione priorem habere locum debet, ne subeat illud improperii proverbium: *Medice, cura teipsum*. Luc. IV. 23. Et illud de Apostoli sententia. *Qui prædicas non furandum, furaris; non occidendum, occidis; non perjurandum, dejeras*, & ita de reliquis. Rom. II. 21. Hinc Christianissimus Rex noster suaque per adoptinoem dignativam charissima filia Parisiensis Universitas, voluerunt hactenus a Regno & a suis, perversa quorumlibet errorum zizania mox ut erumpere seu germinare sentiebantur, diligenter opprimi resecarique; nunc falca doctrinæ, nunc securi pastoralis sententiæ, ita tamen ut non simul eradicetur & triticum. Sunt plurima rei quam loquimur documenta, e quibus unum quod novitate acritateque præcellit censuimus in medium deducere.

Ecce Patentes Regis nostri Litteras quas audire libeat.

Legi debebat hic Littera patens, cujus initium est post intitulationem: Regia Majestas nostra. Dehinc subjungendum erat.

Audivit Sacrosanctum hoc Concilium justorum, quatenus in Christianissimo rege nostro ferveat zelus ad ea quæ Fidei sunt, absque omni personarum acceptione, absque respectu propriæ etiam carnis & sanguinis. Terreat ipse Deus magnus & terribilis qui glorificatur in Concilio justorum, qui salubriter & potenter intonat: *Ambulate dum lucem habetis*; subdit monitionis causam, *ne tenebræ vos comprehendant*. Joan. XII. 35. Et quales pro densiores, fugibilioresque tenebræ, quam errorum & hæresum circa prima præceptorum moralium principia, ut sunt: *Non perjurabis. Non occides. Non insidiaberis*? Terreat ipsos ecclesiasticos Pastores & Doctores, positos in lucem aliorum, si ad exemplar tam insigne atque perlucidum Christianissimi Regis nostri, non eos illuminet, accendat, & inflammet zelus domus Dei. *Vox dicentis clama*, Isaiæ XL. VI. *ne cesses, & annuncia populo meo peccata sua*. Ibid. LIX. I. Si non urgeat eos procedere constanti celeritate ad effugationem errorum tenebrosorum, & ad illuminationem errantium: neque enim potest integra salubritate sine secundo, primum fieri; quoniam non impune pertinacia manet in errantibus, convalescant & sæviant errores necesse est.

Sed in ipsa meditatione mea videtur occurrere animalis homo non sapiens quæ Dei sunt, Deum non invocans, illic præterea trepidat timore ubi non est timor: magnus est, inquit, susurratione tremula, magnus, credite, & terribilis,

ANNO CHRISTI 1409.

bilis, quem tangunt et notant errores hujusmodi, Princeps est. Scimus autem quid Sapiens enunciet: *Indignatio Principis mors, & vir prudens placabit eam*. Prov. XVI. 14. Quid quæso si sæviat, si seditiones concitet, si bella moveat, si secum plurimos hos terroribus, hos promissis in errorem suum trahat, ita ut si fieri potest, moveantur etiam electi? Vide sedulo ac iterum iterumque recogita (ait animalis homo) ne fortassis obinde præfletur tam desiderantissimæ jam jamque in januis existenti paci ecclesiæ grandis obex vel totalis diruptio.

At vero nihil hic tale timendum, O strenuissimi pugiles Fidei, O potentissimi Legum divinarum defensores. Nihil inquam tale timendum timentibus Deum, et obedientibus jussioni qua dixit: *Nolite terreri ab eis qui corpus occidunt, animam vero occidere non possunt; ita dico vobis, hunc timete*. Matth. X. 28. et Luc. XII. 5. timeatur Deus et non terreat. *Homo time Deum* (suadet Augustinus) *& minantem mundum universum videbis*. Tollatur hæc suspiciosa pigri formidatio dicentis, *Leo est in via*. Prov. XXVI. 13. devorandus sum quia profecto magna et unica securitas est nil timere præter Deum, cujus hæc jussio est: *Usque ad mortem certa pro justitia*. Eccli. IV. 33. Et iterum. *Esto fidelis usque ad mortem*, et similia.

Potueramus rem hanc in longius deducere, pro qua interim satis sint breves et pauculæ considerationes, quasi totidem radii moralis luminosæque veritatis.

Providendum est hæreticali divisioni per ecclesiastica membra serpenti, non minus celeriter et efficaciter quam schismati super contendentia de Papatu: ecclesia quippe magis in Fide, quam in secundo capite fundata est.

Providendum est constantius per hoc sacrum Concilium ad extirpationem errorum, emendationem errantium, quanto qui errant plures sunt, potentiores et majores: quod si quis dixerit quod bella suscitabunt, diffamat eos nimis, neque ei leviter credi debet.

Providendum est ad emendationem errantium per eos qui se dicunt amicos eorum, vigilantiori sollicitudine quam per extraneos, cæteris paribus.

Præstantes scientes impedimentum, ne errantes resipiscant et corde credant ad justitiam, et ore faciant confessionem ad salutem, habendi sunt hostes capitales errantium et salutis eorum.

Præstantes scienter impedimentum ne tollantur errores, et errantes corrigantur, reddituri sunt rationem de damnis omnibus, tam spiritualibus quam temporalibus, quæ obinde provenerunt aut venient.

Omissio seu dissimulatio præstantium impedimentum, nedum positive, sed privative vel omissive, directe vel indirecte, per cautelas humanas ne tollantur errores, causat suspicionem de fautoria hæreticæ pravitatis, quandoque levem, quandoque vehementem, quandoque convincentem, juxta varietatem obligationum.

Inexcusabilior & aliquanto perniciosior est error in principiis legis naturalis; sicut sunt præcepta Decalogi, secundum planum & usitatum intellectum verborum apud omnes utentes ratione, quam sit error in articulis fidei, qui sunt supra naturæ facultatem, & in agibilibus quam speculabilibus.

Conditionalis protestatio vel confessio non sufficit ad purgationem legitimam super publicatione vel defensione vel annotatione errorum, quorum oppositas veritates tenetur errans explicita fide tenere.

Diffamatus publice & notorie super publicatione aut defensione errorum contrariorum rectæ fidei & moribus, tenetur seipsum purgare, si potest, coram judice legitimo, etiam nemine eum personaliter accusante; tenetur enim servare famam propriam & aliis scandala præstita removere.

Quæ clauduntur duabus hinc inde lineis, adjecta sunt ex MSS. Vict. Cq. 18. nunc.. & Colbert. 99. Dupin.

Ad efficacem errorum extirpationem, qui sunt jam damnati per ecclesiam, magis procedendum est in generali Concilio per invocationem brachii sæcularis adversus pertinaces, quam per curiosam ratiocinationem: & notetur quod non sufficienter auferuntur errores, quamdiu perseverant errorum assertores.

Procurator generalis Concilii debet ex officio procedere contra notorios & publicos errantes, ut resipiscant aut corrigantur; longe diligentius quam contra violatores Papalis jurisdictionis temporalis: Et hoc requisitum est Parisiis coram rege Christianissimo Francorum.

Pax regnorum per Christianitatem vix potest efficacius & divinius procurari, quam per legitimam extirpationem errorum & correctionem errantium.

Quærere provisionem super extirpatione errorum & correptione errantium, non est impedire prosecutionem unionis ecclesiasticæ; sed est eam juvare & accelerare, multis attentis: ita ut verum sit quod oportet unum facere & aliud non omittere.

EPISTOLA HENRICI ANGLORUM REGIS

Ad Rupertum Imperatorem.
Hortatur ut cardinalibus Concilium celebrare volentibus faveat.

Ex Mart. Vet. Mon. to. VII. p. 887.

EXcellentissimo & serenissimo principi Ruperto Dei gratia Romanorum regi semper augusto, fratri nostro carissimo, Henricus eadem gratia rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, salutem & fraternæ dilectionis continuæ claritatem.

Excellentissime princeps, fraterque carissime, post plurima nova nobis diversimode nunciata de gestis & factis domini Gregorii papæ XII. nec non & illius qui secum de papatu contendit, ac utriusque collegii nuper in unam & eamdem mentis consonantiam super tollendo schismate concurrentis, ut dicitur, tandem litteris reverendissimorum in Christo patrum dominorum S. R. E. cardinalium, & relatu reverendissimi in Christo patris domini F. cardinalis Burdegalensis amici nostri merito prædilecti, coram nobis ac dilecto filio nostro primogenito principe Walliæ, nec non prælatis & proceribus regni nostri quamplurimus constituti, percepimus bonam & sanctam intentionem, quam iidem cardinales semper hactenus habuerunt, prout se habere in præsentiarum ostendunt, ad unionem ecclesiæ Dei, cujus occasione dicuntur varia pertulisse gravamina, suis non parcendo laboribus nec expensis; quodque pretextu continuationis prædicti schismatis contra votum & juramentum per ipsum dominum Gre-

go-

ANNO CHRISTI 1409.

gorium, dum erat io minoribus constitutus, de cedendo papatui solemniter præstitum, & post assumtionem ad apostolatus apicem per suæ manus subscriptionem publice renovatum ac etiam coofirmatum, jam dicti cardinales, de unanimi ipsorum assensu, omnem subtraxeront obedientiam ab eodem, ac pro generali Concilio apud Pisas in festo Annunciationis proxime jam futuro celebrando disponunt, ad dictum schisma penitus extirpandum; nullam aliam viam, per quam ad unionem ecclesiæ perveniri valeat, magis accommodam reputantes. Nos igitur ad prædicti domini cardinalis & litterarum prædictarum instantiam excitati, & conscientia ducti, de consensu statuum prædictorum, eidem domino summo pontifici litteras nostras, juxta seriem copiæ per latorem præsentium serenitati vestræ, si libeat, exhibendæ, transmittimus, plene confisi, quod cum ecclesia & imperium mutuis in Deo suffragiis fulcire se debeant, ipsa vestra serenitas ad viam illam inclinari dignabitur, a oobis ardentius affectatam, quæ sanctæ matris ecclesiæ propensius inducere valeat unitatem; quodque prælatos & principes sui sacri imperii ditioni subjectos, ac ceteros excellentiæ vestræ benivolos & amicos efficaciter excitare curabit, ut intentioni vestræ circa præmissa, quam credimus esse adeo *placabilem*, absque difficultatis obstaculo se conforment, ad gloriam & laudem illius, qui, ut pacem emeret, sanguinem suum fudit. Datum, die IX. Nov. indict. II. MCCCCVIII.

EPISTOLA CARDINALIUM

Utriusque collegii ad Carolum Francorum regem,

Ut ad futuram Alemaniæ dietam suos mittat oratores, qui unionis ecclesiæ negotium promoveant.

Ib. p. 158.

SErenissimo ac christianissimo principi & excellentissimo domino domino Carolo Dei gratia regi Fraocorum, vestri, miseratione divina, episcopi, presbyteri, & diaconi utriusque collegii, sacrosanctæ R. E. cardinales, eadem gratia jam ad unionem uniti, ipsi ecclesiæ dudum laceratæ & fessæ, ac resurgere inchoanti, pro ejus noitatis decore, ut hactenus semper egistis, manus regias porrigere adjutrices.

Quæcumque hactenus egimus, ordinavimusque, relatibus & scriptionibus nostris & oratorum vestrorum hic existentium, clare celsitudo vestra percepit. Reverendissimus in Christo pater dominus L. S. R. E. cardinalis Barensis, de cujus accessu hujusmodi per nos deliberato, abunde Christianissimæ caritati vestræ scripsimus, hic de quinta meosis instantis discedens, versus partes Alemanniæ ad illustrissimum principem dominum Rupertum in novum Romanorum regem electum profectus est, & ad dominos Coloniensem, Moguntinum, & Treverensem archiepiscopos, sacri imperii electores, nec non alios princeps tam ecclesiasticos, quam sæculares. Post cujus discessum nuperrime percipimus eumdem dominum electum, die XXI. proxime decursi mensis Octobris, *in Nuremberg* nonnullorum prælatorum & dominorum temporalium conventionem particularem tenuisse, in qua, quia interfuerunt præfati domini electores, & major pars aliorum spiritualium & sæcularium dominorum, nulla inde conclusione seu terminatione sumta, res integra reservata est dilataque usque ad diem dominicam post Epiphaniam immediate sequentem, io qua die universaliter omnes Alemanniæ domini spirituales & temporales convenire debent, & inibi, quid agendum sit pro tota Alemannia, ultimam & totalem termioationem capere. Et quia in eventu terminationis hujusmodi, Christianissime princeps, negotium sanctissimæ unionis ecclesiæ præcipue pendere putavimus, eum Alemannia tamquam magna Christianorum pars in se videatur, in hac Dei causa non modicum habere momenti... Et licet speremus pro justitia & veritate terminationem ipsam emanaturam; tamen, ut ita sine dubitatione sequatur, ad videndum, agendum totis conatibus arbitramur. Quamobrem serenitatem vestram totis præcordiis exoramus, ut oratores vestros solemoes sufficientes & practicos ad ipsos dominum electum & electores placeat destinare, qui vestræ celsitudinis nomine dictæ conventiooi intersint, præfatam sanctissimam unionis causam pro optato exitu promoventes, pro qua tanta charitate, sollicitudine & tot sumtibus laboratis, omnibusque dominis partium illarum vestris amicis scribere, ut causa & materia ipsa requirunt. Nullam enim opportuniorem legationem ista mitti posse putamus, & quæ majorem fructum sit Dei gratia allatura: & pro aliqua instructione mittendorum, mittimus domino Patriarchæ nonnulla quæ io facto consistunt. Agite igitur, illustrissime princeps, & quæ maxima hac tempestate pro reintegratione sanctæ matris ecclesiæ, clarissimorum majorum Christianissimæ domus vestræ perinclyta insidentes vestigia, peregistis, & estis, Deo propitio, peracturi; hoc tam necessarium, quod tantopere quæsumus, sicut indubia spe tenemus, efficere celsitudo vestra dignetur: quam ipse Deus omoipotens feliciter augeat & conservet semper promtissimis aoimis ad illius placita & rata paratum. Datum Pisis.

EPISTOLA EORUMDEM

Ad reginam Francorum

Ejusdem argumenti.

Ib. p. 159.

SErenissimæ principissæ dominæ, dominæ Isabellæ Dei gratia Francorum reginæ, miseratione divina, &c.

Scribimus Christiaoissimo priocipi & excellentissimo domino, domino Carolo regi Francorum, ut vestra reginalis serenitas per interclusam copiam poterit intueri. Totis igitur affectibus vestram celsitudinem exoramus, ut circa oratorum missionem, quam uti necessariam tanta cum instantia postulamus, placeat apud eumdem dominum regem efficaciter, sicuti penitus speramus, interponere partes vestras, vestræque sublimitatis parte optime scribere tam principibus, prælatis, & dominis Alemanniæ vobiscum consanguinitate conjunctis, quam aliis, quibus expedire videbitur, pro effectu sacratissimæ unionis ecclesiæ sanctæ Dei, ut dignis præconiis extollatur Christianissima domus Franciæ, auctrix unitatis, ad decus ecclesiæ restitutum & pacem populo Christiano. Omnipotens Deus sublimitatem vestram feliciter augere & conservare dignetur. Datum, *ut supra*.

CO-

ANNO CHRISTI 1409.

COPIA LITTERÆ

Missæ dominis cardinalibus a rege Arragonum.

Missurus suos ad Perpiniani Concilium procuratores, excusat se a mittendis ad Concilium Pisanum.

REverendi in Christo patres & amici carissimi. Magno cum gaudio, lætaque fronte litteram vestram recepimus, continentem multa, in quibus pro unione sanctæ matris ecclesiæ noviter processistis, nos attente rogantes, quatenus pro interessendo generali Concilio, quod in civitate Pisana XXV. die martii proxime venturi celebrare intenditis, nostros procuratores dignaremur infallibiliter destinare. Recepimus, inquam, aliam litteram per illustrissimum Carolum regem Franciæ ad vestri requisitionem & instantiam nobis missam, super materia præjacenti, quibus sub compendio respondemus, quod sanctissimus in Christo pater dominus Benedictus divina providentia sacrosanctæ Romanæ, ac universalis ecclesiæ summus pontifex, nos, ut sibi nostros procuratores mitteremus confestim pro interessendo generali concilio, quod celebraturus est in brevi in villa Perpiniani super facto unionis jam dictæ, nostram celsitudinem est hortatus; & sic obtulimus nos facturos, & peragemus de facto, Domino annuente. Ulterius ad dictum illustrissimum regem Franciæ super prædictis nostros ambaxiatores in brevi mittemus, de nostra intentione plenissime informatos, cum quo speramus, disponente Domino, concordare. Quibus sufficienter & bene ad servitium Dei & ecclesiæ honorem dispositis, ad paternitates vestras nostros ambaxiatores mittemus, qui nostri pro parte, sic erga prædicta negotia se habebunt, quod ipsæ paternitates vestræ debebunt de nobis rationabiliter contentari, & offerimus nos paratos ad cuncta vestros honores concernentia, & vestris affectibus placitura. Datum Barchinone sub nostro sigillo secreto XIV. die Novembris anno a nativitate domini MCCCCVIII.

Reverendissimis in Christo patribus dominis S. R. E. sacro cardinalium collegio amicis nostris carissimis.

EPISTOLA WENCESLAI REGIS

Romanorum ad cardinales.

Declarat missurum se regni sui prælatos & oratores ad Concilium Pisanum, modo excipiantur tamquam veri regis Romanorum oratores.

Ib. p. 815.

REverendissimi patres, amici carissimi. Quanta cordis affectione, quanta animi aviditate unionis sanctæ matris ecclesiæ reintegrationem, actenus aliquamdiu præstolatam, zelare noscimini, testis est experientia, quæ per se loquitur; testis est & sola scriptorum ac nunciorum vestrorum crebra per vos nobis ceterisque mundi principibus & fidelibus super hoc transmissorum replicatio, quæ vos coram majestate nostra ejusdem unionis protestatur utique utiles promotores. Vos enim, ut ex tenore hujusmodi scriptorum vestrorum didicimus, in resecandis tam perniciosis pestiferi schismatis contagiis, veluti fideles medicos absque intermissione temporis sollicitos, & in reducendis in sanctæ unitatis corpore imbecillitate languentibus membris pristinæ sanitati, vos redditis quam plurimum operosos. Super quo sinceritatem vestram tanto altius commendamus, quanto vos per hoc non propria commoda, quin verius Christi fidelium, jam cernimus lucra quærere animarum. Ne autem sollicitudinis nostræ, quam ad unitatem & statum ecclesiæ semper ultro gerimus, diligentia paternitatum vestrarum notitiæ sit forsitan incognita, seu aliquatenus peregrina; ecce scire placeat, quod receptis pridem ab honorabili Jeronymo de *Sydenberg* doctore decretorum sacri palatii auditore, devoto nostro dilecto, vestris tam litteris quam relatibus curiosis, confestim illustres terrarum nostrarum Slesiæ principes, consanguineos nostros, ceterosque regni Bohemiæ episcopos & prælatos ad nos accersivimus, cum eisdem de unione sanctæ matris ecclesiæ salutifera concilia inituri. Freti itaque eorum mature digestis consiliis, prout ipsorum scripta dilucidant, juxta suasionum vestrarum hortamenta, ad generale Concilium per vos super festo Annunciationis gloriosæ virginis Mariæ in civitate Pisana proxime venturo celebrari indictum, solemnes ambaxiatores de sanguine nostro decernimus transmittendos. * Nos enim paternitates vestras in hoc fausto proposito juxta desiderii vestri vota, tamquam Romanorum & Bohemiæ rex, omni nostra obedientia & potentia reciproce assistere volumus sine dolo, prout super his honorabilis magister Joannes cardinalis de *Reyuscam* familiaris, devotus, fidelis, dilectus paternitates vestras latius informabit: cui in referendis hujusmodi fidem nostro nomine velitis credulam adhibere, singularem nobis in eo complacentiam ostensuri. Datum Wratislaviæ die XXIV. Novembris, regnorum nostrorum anno, Bohemiæ XLVI. Romanorum vero XXXIII.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper augustus & Bohemiæ rex.

Ad mandatum domini regis Jacobinus cancellarius Pragensis.

*Nota. Ista clausula intrabit litteram precedentem ad signum *.*

Ita tamen quod eminentissimæ paternitates vestræ celsitudinem nostram sub patentibus litteris, sigillis omnium dominorum cardinalium de congregatione vestra circa eas appensis, ante omnia assecurare debeant solida firmitate, quod eosdem ambaxiatores nostros ad Concilium generale prædictum venientes decenter suscipietis, caritative pertractabitis, ac ipsis tamquam veri & justi Romanorum (a) & Bohemiæ regis ambaxiatoribus locum deputabitis, nec non cum consilio & scientia ipsorum singula tam sanctæ Romanæ ecclesiæ, quam nostra & imperii sacri negotia fideliter tractabitis, tractataque concludetis. Nos enim &c.

(a) Hanc adjecit Wenceslaus clausulam, quia ab imperio fuerat deturbatus, Ruperto ejus in locum subrogato.

LIT-

ANNO CHRISTI 1409.

LITTERA UNIVERSITATIS

Parisiensis, ad cardinales utriusque collegii.

Hortatur ad perseverandum in bono proposito dandi ecclesiæ pacem.

Ib. p. 595. SAtis datum fuerat mortalibus, patres metuendissimi, si tales semper gestassent animos rectores orbis, quales nunc geritis. Satis datum foret populo Christiano, si votis vestris ambitiosa mens contendentium & infausta morem aliquem gessisset. Sed in aborsum res vertitur. Nam omnibus pacem quærentibus, schismaticæ mentes moliuntur impedimenta. Eunt tamen quo furialis impetus calamitates. In eos tamen dolor gravissimus redundabit. Et vos, o verissimi pugiles Christianæ pacis, qui & in falsis fratribus, & in regnantibus hypocritis, & in ingluvie schismatica plus quam scylleam rabiem estis experti, fortunam quam Deus dederit lætissimam habebitis, quia Christum nostrum secuti, ecclesiasticæ persecutionis videmini magnum discursum omni discrimine plenum egisse, in eo perseveratis, quo fortis & excelsus animus amplitudinis virtutis finem reperit gloriosissimum. Quid restat, nisi ut vobis dicamus: Durate & vosmet rebus servate secundis? Nam sive hac, sive alia via, ut spes est, dabit Deus finem vestris laboribus. Itaque quo veritas trahit; quo caritas impellit, accedamus. Quidquid reliquum seu fortunæ subest, ferendo superandum est. Ipsa quoque divina consolatio a fidelibus in omnibus experta malis præsto erit, supplens illico quæ ferre non potest humana debilitas. Hoc tantum hortamur, ut in hoc extremo labore perseverantes, non existimetis hoc regnum aliquo casu defuturum, quia principes nostri, atque Gallorum, populus, omnes denique regnicolæ ceteris rebus ecclesiæ pacis procurationem præposuerunt. Unum tamen inter cetera minatur periculum, in quo vos commonitos volumus, ut neutri contendentium obedientiam præstetis, neque permittatis eorum aliquem auctoritate prætensa Concilium ingredi convocatum. Cetera quæ pro bono causæ Dei, explosis humanæ perditionis fraudibus, agenda censemus, explicabunt reverendissimis paternitatibus vestris Guillelmus *Bosratier* utriusque juris doctor, consiliarius, & magister requestarum hospitii domini nostri regis, & Hugo *Cholet* miles cambellanus ejusdem domini nostri, quibus velitis in dicendis pro parte nostra indubiam fidem adhibere. Dirigat mentes vestras divinus Spiritus ad hoc munus deificum universæ Christianitati ferendum. Scriptum Parisiis &c.

Vestri Rector & Universitas Studii Parisiensis.

EPISTOLA CAROLI REGIS

Francorum ad Florentinos.

Commendat eis patres Pisis congregatos & congregandos.

Ib. p. 599. CArolus &c. magnificis & potentibus prioribus artium ac vexillifero justitiæ & populi communis Florentiæ, amicis nostris carissimis, salutem & circa ecclesiæ unionem in omnibus opem ferre.

A Magnifici & potentes amici carissimi. Auditis relatu plurimorum curialitatibus atque favoribus multiplicibus collegii, inducimur vobis grates rependere valde multas, sed præcipue quod alias totis nisibus, ut subjungitur, pro consecutione unionis ecclesiæ plurimum elaboratis. Quocirca, amici carissimi, vos precamur enixe, quatenus cum perseverantia & continuatione hujus sancti vestri propositi in rejectione istorum pessime meritorum, contendentium de papatu, ac obedientiæ neutralitate, ut bina vice hactenus estis polliciti, nobiscum vestra communitas, & nos si usquam aut umquam quipiam nostrorum prædecessorum fuerint cum vestris prædecessoribus amicitiæ benevolentia conjuncti, magis ac magis nostræ est intentionis isto respectu in posterum ejusdem vestræ communitatis amatores semper fore. Cæterum, amici carissimi, super victualium administratione pro pretio competenti moderatoque ipsis cardinalibus & aliis qui Pisas accedent facienda, animadversuros vos esse precamur, & debite provisuros, ut potestis, sed maxime & maxime de securitate personarum, cum, ut vestræ circumspectiones non ignorant, ex urbe mala peracta, schisma, quod, proh dolor! in Dei nunc viget ecclesia, oborsum sit. Datum &c.

EPISTOLA DOMINI BARENSIS.

Ad dominos cardinales.

De successibus suis in Alemannia.

1. REverendissimi patres & domini & benefactores mei, post debitam & humilem recommendationem. A Tridento, quantum ad usque tunc occurrerat memini me satis plene vestris reverentiis scripsisse. Abinde autem nihil erat quod nuncium ad id notificandum exigeret specialem, quoniam etsi per omnes civitates & oppida, mira cum veneratione, solemnibus processionum, & occursuum magistratuum & populorum apparatibus, fuerim semper receptus; bonum fuisset ad lætitiam mentium vestrarum in Domino id significasse; sed quia non exigens distuli ad hucusque, longum foret singula enarrare, quæ devotissimi magnates & populi Alemanni circa adventum meum studiose facere visi sunt. Aliqua tamen perstringam compendio, ut ex paucis dominationes vestræ reliqua contemplentur. Unum quippe ex meis aliquando capiendi hospitia & præparandi necessaria præmittebam, qui cum in præparationa hujusmodi adventum meum & causas enarraret; continuo universus loci tam clerus quam populus pia devotione in Domino exultabat. Clerus autem ad processionem, & primates ad occursuum solemnia se parabant; cetera vero quæque plebs, quæ vere est in cunctis oppidis numerosa, extra portam avide confluebat, quasi divinum hominem, nuncium pacis cælo demissum visuros se arbitrarentur. Namque etsi dignitas cardinalatus propter caritatem in his partibus summa cum veneratione habeatur, augebat tamen eam, immo faeit principaliter causa sanctissimæ unionis Dei, quam procurare pro parte reverendissimarum vestrarum dominationum ad partes has sciebant me esse profectum. Propterea nec ubi populis tuta quies, ubique inter magnates discordiæ, ubique sollicitudo timoris seu calamitas pre-

ANNO CHRISTI 1409.

pressionum: ita ut non solum propter fidei articulum, quem videntur accuratissime annotare; verum etiam quia ex ecclesiæ unione quietem populis ipsis reddi, injurias tolli, fidelibus pacem restitui atque quietem. Igitur verbum pacificæ unionis libenter audiunt, effectum autem concupiscunt. Neminem hucusque reperi, qui statim cum causam sanctam vestram, immo fidelium omnium, intellexerit, illam non laudaverit, adhæseritque eidem, adversam ut perfidiosam inimicamque saluti fidelium detestando. Quanta vero cura sit, ut tamquam nuncius & procurator pacis ego sine offensione vel impedimento mandatum iter efficerem, & si vultus, si verba modosque eorum intueri oculis non possitis, animis saltem ex hoc uno intelligere, supplico, dominationes vestræ dignentur. Unaquæque siquidem terra me cum omni comitiva mea adusque terram aliam militibus eorum atque nobilibus, armigeris sociantibus, cautissime securum ponere procuravit. Quid ultra? inter horridos montes & gentes feras in ipso introitu Sueviæ duo barones inter se guerras mortiferas diffidebant, statim cum illos transitus mei conscios feci, unus ad mei securitatem familiares suos misit armatos, alius venit & quidem ferocior in occursu, eam devotionem cum omni reverentia exhibens, ut ipse miratus cognoverim sanctum huic procurationi præire Spiritum, qui prava in directa dirigeret, & aspera in vias planas. Namque non vos aut ego, sed Deus facit hæc omnia. Ceterum si singula sic ut gesta sunt, percurrere seriatim voluero, opus se extenderet in nimis longum, quamquam præsens lingua vix possem exprimere.

2. Percurram igitur, importantiora legens ex plurimis. Prima mihi post Tridentum civitas Brixinensis occurrit, ubi quamquam ubique cum processionibus fuerim & populi concursu receptus, ibi tamen ampliori honore, quo intelligentiores viros ibidem contigit reperisse. Pallio enim & esculentorum poculentorumque muneribus receptus, solemniter in eadem progressus sum, communibus dimissis aliis, quantum sciebant poterantque devotionis agentibus, ad oppidum Sprunense, in quo illustris ducissa Austriæ novi electi regis Romanorum filia morabatur; quæ cum meum præsensisset adventum, primum certos milites ac nobiles ad me obviam misit, deinde sub duobus successivis palliis me ingredi ordinavit, excusans se, quod nisi gravis utero foret, exiisset ipsa etiam in occursum. Veruntamen eam in claustro ante portam ecclesiæ cum solemni comitiva reperi devotam reverentemque, ut rationabiliter annotassem. Prætereo hic plurima ceterorum oppidanorum circa devotionem ipsam relatu dignissima, & cetera notabiliora percurro. Priori die secus lacum ad castrum quod *Hasbrug* in Teutonico nuncupatur, hora quasi secunda noctis perveneram, veruntamen unum ex meis ad Constantiensem civitatem, quæ ex parte alia lacus sita est, duxeram præmittendum, per quem notum ibidem feceram adventum meum.

3. Mane vero quod successit, & ecce navis a Constantia solemniter præparata, quam cum electioribus comitivæ meæ ingressus sum, ceteris cum equis in navibus aliis transportatis. Cum vero Constantiæ propinquarem, exiverunt magistri civium in scaphis, deinde primates cum reverentiis se obviam offerentes, sicque ad portam civitatis delatus, ibi clerum totum cum utriusque sexus populo congregatum inveni, sub pallioque receptus cum devotione populi & confluentiæ, non sine pressura processi ad ecclesiam cathedralem. Inde servato more, ad locum mansionis sociatus mirifice declinavi.

4. Postero autem die missam solemnem per omnes religiones & ecclesias nunciatam, feci me præsente in ipsa majori ecclesia celebrari, in qua duos egregios habui prædicatores, unum socium meum carissimum dominum episcopum Laudensem, qui in latino ad clerum proponens, occurrentis epistolæ cælestis oratoris *Semel fecit se offerendo dominus* Jesus ad Hebræos VII. quam mirum in modum ad sententiam faciendæ unionis ecclesiæ, improbationisque Gregorii & Benedicti, operumque eorum decrete & rationabiliter reduxit. Alius Alemannus vulgari lingua eloquenter de eisdem, sicut mihi fide digne relatum extitit, prædicavit; deinde ad prandium quosdam abbates, canonicos, & primates habens quam plures, sanctam causam vestram intelligi illis dedi, priores & gardianos religiosorum ordinum advocavi atque magistros, quibus litteras generalium suorum ostendens, quotidie prædicare vestræ veritatem justitiæ indusi: ac sic per diem totam ibidem moram trahens, ædificasse credo structuram bonam in justitiæ vestræ templo.

5. Mane autem succedente, navis mihi, universitate disponente, parata est, quam ingressus, equis per terram euntibus ad oppidum Scafhusense, inde ad Basiliensem civitatem perveni. Ibi facta sunt mihi majora, prioribus ad honorem. Namque quantus militum nobilium, quantusque populi cum solemni clero concursus fuerit cum pallio, quæve visitatio eorum ad hospitii mei locum, quantave omnium gestorum solemnitas non facile scripserim. Sed succedente die, populo ad majorem ecclesiam convocato, solemni ritu missam celebrari feci, in qua idem socius meus carissimus dominus Laudensis episcopus, proponens *Ecce mitto angelum meum*, commissi mihi ministerii a reverentiis vestris illi æternæ redemptionis sanctissimæ comparavit justam causam vestram, per omnes partes explicans & alterius perfidam pravitatem. Similiter & alius in Teutonico prædicator: deinde in prandio magistros & consules civium primatesque habui cum ecclesiasticis plurimis illos curans verbo vestræ reficere veritatis. Similiter & ordinum priores ac præsidentes informatos feci, omnesque visi sunt animis sancto vestro proposito inhærere, perversitatem de papatu contendentium detestantes.

6. Hic cum animo recenserem, quod a Tridento, immo ab ipsis Italiæ finibus ulterioribus ad civitatem hanc Basiliensem per xx. jam dies & ultra continua itineratione, per illustris ducis Austriæ territoria, interjectis admodum paucis aliis, pervenerim, accepissemque nonnullas terras habere ulterius, esseque ejus potentatum magnum, nec ab hinc ultra v. aut vi. milliaria Teutonicorum seorsum distare, cogitaremque ad causam vestræ justitiæ plurimum pertinere, si ipsius sublimitatem de ipsius causæ meritis informarem: Decrevi a directo itinere aliquantisper divertere, & ad illum personaliter me conferre. Vix prius cum consiliariis meis ista decreveram, & ecce nuncius cum litteris reverendissimi in Christo patris & domini,

ANNO CHRISTI 1409.

☞ mini, domini mei B. sancti Eustachii legati Bononiensis, complemcoti sancti hujus propositi procuratoris vigilis & laudabilis in æternum, per quas me idem dominus advisatum reddebat, Gregorium impedimentum transitus Alemaonorum ad vestrum Concilium procurare, suumque conciliabulum celebrare, provide fore cum illustri domino duce præfato remedium adhibendum. Confirmavit me igitur in ipsius proposito tam veneranda monitio, sapiens & curiosa domini mei prædicti, ipsiusque mandatis obtemperans, a Basilea consilio magistrorum civium & optimatum per navim recedens, ad oppidum perveni, quod in schismate adhæserat Benedicto. Cum vero oppidani jam me venientem sentirent, nullo sub honore me recipere procurabant. Verum com pro pace & unitate ecclesiæ me intellexerunt venientem, pallio confestim parato, cum clero & processione, atque exultatione totius populi me solemniter receperunt. Inde accessum meum præfato illustri domino notum feci, qui apud notabile oppidum suum, Friburgum nomine, distans per tria Tcutonicorum milliaria, manebat. Redeuntes ab illo nuncii salvum conductum ejus reportarunt, etiam non petitum, quodque me libenti viderer animo, de accessu tamen facerem pro meæ libito voluntatis. Paulo post duo, ejus consiliarus miles & secretarius, ad me venerunt oratores, qui illum nocte ex ingruentibus causis equitaturum asseverabant, petenies etiam verbis, quæ ipse idem, ut infra inferetur, litteris postulavit. Continuo illis causam mei adventus exposui, & dicto domino etiam per litteras meas scripsi, rogando, ut taotis rebus, quantis cum eo forem tractaturus, ceteras aliquantisper postponeret, & meum expectare dignaretur adventum. Qui nocte litteris meis receptis, sine mora quosdam milites aliosque armigeros ad me misit, quorum comitiva securus, serenitatem suam adirem.

7. Jam meridie venientibus illis confestim iter arripui. Et quia tria Teutonica milliaria quindecim sunt latina, in tanta brevitate dierum, mulis salmigeris equitum celeritatem impedientibus, dies cesserat jam in noctem, quando ad duo latina milliaria a Friburgo oppido occurrentem cum magno Baronum, militum & armigerorum comitatu inveni, & post dignos applausus, facibus innumeris noctis tenebris superatis, ad ecclesiam, præcedente clero, processionaliter primum, deinde ad ordinatum hospitium me reduxi, & inter sic faciendum miram modestiam dicti domini annotavi. Namque nox erat & pluvia, & cum ecclesiam esset ingressus, in ea faciens cerimonias consuetas, foris ipse remansit sub dio expectans, ad hospitium cum imbrium patientia me reducens. Reddito autem terris sole, pro reverendo in Christo domino episcopo Brixinensi, qui de primis est consiliariis ejus, misi. Quo de singulis, quantum opus fuit, per seriem informato, causam vestram intelligere & eidem visus est animo adhærere. Post prandium autem ipse illustria dominus ad hospitium ipsum personaliter cum consiliariis suis advenit, quocum magna de omnibus reverentiarum vestrarum gestis & Gregorii locutio mihi fuit, postque multas suasiones pluraque separatim cum consiliaris hinc inde facta consilia, conclusio tandem ista, quod intendit per omnia sacro vestro collegio circa unionem ecclesiæ inhærere, & ad Concilium mittere, & futuro summo eligendo pontifici credere, & parere. Ipse quoque petitionem mihi fecit fieri secundum seriem copiatam, ut in iostrumento insertam. Quam siquidem petitionem suo sigillatam sigillo, & subscriptam a secretario suo recepi, atque teneo ad cautelam. Cæterum ea recepta & accurate considerata, cum reverendis in Christo patribus sociis & consiliariis meis, plene cum omnibus dependentibus & connexis discussi eamdem. Et attento quod est incredibilis potentiæ, domini novi electi Romanorum regis gener, & magnum cæteris principibus & populis Alemanniæ exemplum, deliberavi concludere cum eodem secundum instrumenti publici seriem, præsentibus retro scriptam.

8. Sequenti siquidem mane illum ad principalem ecclesiam oppidi populosi, cum solemni apparatu celebrandæ missæ multitudinisque concursu, ante missæ inchoationem, eodem domino duce coram me humiliter genuflexo & petente, ut supra, astantibus multis baronibus, militibus & nobilibus, clero & populo inspicientibus, juramento prius præstito, & prædicto promissionibus factis, extitit absolutus, stetitque in missa semper capite discooperto; & missa finita, me ad hospitium usque reduxit; litteras etiam suas fieri fecit damnationibus vestris, pro ut in interclosa copia poteritis annotare, quas conservo similiter, & alias subditis, quarum unam mitto inter præsentes, cum habeam duplicatas, ut alia ad subditos destinetur.

9. Altera autem die magna cum comitiva ad *Brisachem* oppidum, quod est etiam suum, personaliter me conduxit: & inde mane postero cum equitum & peditum comitiva, usque in Columbriense territorium, ubi nonnullos oppidanos procuratione dicti domini reperi in occursum. Inde a me quanta cum humilitate & reverentia recesserit, colligite deprecor ex prægestis. Processi itaque ad imperiale oppidum illud, ubi ante portas in morem solemnem clerum, magistros oppidanorum & populi magnam partem inveni. Quatuor ex primatibus pallium deferentibus, sicut etiam ex omnibus locis superioribus extitit observatum, receptus sum & mirifice honoratus.

10. Succedente die ad oppidum *Sclilegbe* sociatus optime a Columbriensibus ad usque tenimentum *Sclilegbe*, ubi alii nobiles ejusdem oppidi præavisati a Columbriensibus occurrerant; a quibus receptus, ad oppidum ipsum, quod etiam imperiale est, processi in vigilia festi dominicæ nativitatis. Illorum quoque oppidanorum quam reverens sit devotio, ex solo hoc actu possunt dominationes vestræ colligere. Erant eo die immenso frigore in glaciem astrictæ aquæ, & nubes desuper solo aquilone compressæ, nivem minutissimam raramque distillabant, ita quod omnium membra pene rigebant. Cum per oppidum ab ecclesia ad hospitium ducerer, contingeretque ut fluvium per ipsum oppidum defluentem transvadarem, cum pons esset inequitabilis, opus foret, duo milites quatuorque nobiles mulam regentes, deferentesque pallium, a me instanter moniti & rogati, ut per pontem transirent, nullo pacto voluerunt devotum ministerium linquere, sed per aquam ad femoralia usque attingentem, non sine compassione animi mei, licet in domino collætarer de tanta affectione ecclesiæ uniendæ & reverentia ejus, cum gaudio transmearunt.

11. Por-

ANNO CHRISTI 1409.

11 Porro festo die sequenti solemni in missa & apud ecclesiam principalem coram omni populo per eloquentem unum fratrem ordinis eremitarum totam causam vestram cum detestatione perfidiæ & obstinationis alterius feci clarissime prædicari, habuique quosdam de primatibus mecum in prandio, merita causæ vestræ, immo fidelium omnium per fideles & & idoneos interpretes aperiendo.

12 Ab inde quamprimum altera lux reddita terris fuit, præmissis ad Argentinam domino episcopo Laudensi, & domino Roberto, & domino Johanne de Bononia doctoribus, ac magistro Johanne *Creis*, quaniam ante præmiseram solum dominum Johannem de Bononia, qui ad me in dicto oppido sero redierat, dicens Argentinenses in exhibitione honoris, maxime clerus, propter sententias Gregorii hæsitare, comitatus ab oppidanis ipsis, & in oppido Argentinensis territorii, quod a civitate per milliaria Tentonica tria distabat, sum etiam honorifice, sicut prius, pro qualitate oppidi hospitatus. Non enim alius civitati propinquior idoneus erat locus.

13 Summo autem mane postero inde discedens circa meridiem, ad Argentinensem civitatem perveni, & prope portam in quodam monasterio, præparationis causa declinavi. Continuo duo, quos præmiseram, ad me venerunt, asserentes in civitate diversas esse sententiss, processiones cardinalibus facere non consuevisse, rem omnem super hoc tractatu in incerto pendere, donec provinciale sit Concilium celebratum, quod uti scitis in Francofordia, in octava Epiphaniæ debet solemniter celebrari, & similia, quæ mentem meam & eorum qui mecum sunt commoverunt, nec rationes multiplices per illos quos præmiseram allatas & concludentissimas, nisi taciturnitate, ad effectum aliquem admittebant, quamquam discrepationes in clero & populo plurimæ fuerunt & diversæ. Advenientibus tamen Cordesanis, & notis civibus aliquibus præcedentibus, salvus & disposita comitiva mea in ordinem, in civitatem processi, in qua numerosum populum per magnam stratam undique confluentem inveni, & majorem etiam visitavi. Inde ad hospitium meum me contuli præparatum. Et ecce magister Scabinorum & omnes magistratus ad me cum multitudine militum & nobilium advenerunt, excusationes, quod debitum non fecerant allegantes. Puto quia viderunt res & statum vestros non abjectos, uti illis fuerat fortasse relatum. Sunt enim mecum equites numero centum; quibus, Spiritus-Sancti gratia ministrante, respondi sanctum vestrum propositum & accessus mei ministerium referando; ita ut statim conversi fuerint in assensum, deinde ab ipsis fui piscibus & esculentis & poculentis donatus: quos ad prandium invitavi in diem sequentem benevole acceptantes. Post hos & ecce ecclesiæ majoris capitulum, quos, ut expedire visum extitit, reprehendens, & merita vestræ sanctissimæ causæ illis aperiens, reduxi, ut illos pudere confiterentur; quamquam idem capitulum sese plurimum, quod per eos non steterit, excusaret; & in vero reperi per eos non stetisse; sed per alia capitula aliarum solemnium ecclesiarum, in quibus erat præpositus unus senior, cujus mentem sathan ingressus fuerat, omnia bene disponenda perturbans. Tandem idem ecclesiæ majoris capitulum emendationi neglectorum & non factorum se submisit, & conclusum fuit, quod missam solemnem in ipsa ecclesia facerem celebrari sequenti mane, quo dies fuit Veneris Innocentium, quodque ad hospitium processionaliter solemni more venirent, inde me ad ecclesiam perducturi.

14 Ipsis deinde recedentibus sub conclusione hujusmodi antedicta, ceteri de aliis capitulis advenerunt, & senex ille: quibus verbum faciens, de justitia causæ vestræ, prout Ipse Spiritus dedit, cum rationabili cordis reprehensione, factis per eos quibusdam rationibus & plene etiam confutatis, nequam ille spiritus de corde senis in verbo veritatis ejectus est, & omnes erubescere, singuli culpam recognoscere inceperunt, supplicantes veniam, & cum emendare velint, possint cum majoris ecclesiæ capitulo interesse.

15 Et factum est, quod sequenti mane omnes religiones, omnia ecclesiarum capitula, clerusque numerosus processionaliter ad hospitium se contulerunt. Venerunt etiam magistri scabinorum, & omnes magistratus convenerunt, multi barones, milites, & nobiles, & numerosa populi multitudo, & me exeuntem sub pallio receperunt, quod milites quatuor deferebant, quorum nepos domini archiepiscopi Coloniensis unus erat, tres tandem milites tenebant. Unus præibat etiam cum cappello, cæteri magnates & primas præibant. Quantus utriusque sexus populus per stratas & fenestras manens, ad ecclesiamque procedens, commodiorem locum tempusque scribendi exigeret. Quantus in mirabili illa ecclesia apparatus fuerit, ex aliis dominationes vestræ concipiant. Missa autem solemnissime inchoata, atque procedente in ritum, dominus episcopus Laudensis sub propositione decantati evangelii *Fuit homo missus a Deo*, quantum dici posset, de vestro sancto proposito & vestris justissimis oneribus prædicavit. Provincialis minister ordinis Minorum, qui sinceri cordis & ferventis voluntatis est in causa vestra, immo Dei, in Teutonico etiam plenissime prædicavit. Finita missa majore, dictis capitulis, & aliis, sicque ordinibus religiosorum præcedentibus, ad hospitium me retuli; iisdem magistratibus, baronibus, militibus, ac nobilibus sociatus, cum quibus caritative in eo hospitio, videlicet cum principalibus pransus fui. Quid tandem mihi ad honorem amplius fieri potuisset? Et quidem existimo non levem rem hanc esse in statera disponendorum in Concilio ipso. Namque civitas potens est, & de primis Alemanniæ universæ. In bis omnibus vicarius generalis domini Argentinensis episcopi fuit, ipsiusque domini episcopi recepi litteras tenoris videlicet subsequentis.

14 *Reverendissimo in Christo patri & domino domino L. cardinali Barensi, domino meo singularissimo VV. (a) episcopus Argentinensis ad paternitatis vestræ reverendæ mandata paratus, recommendatione præmissa. Reverendissime pater & domine mi singularissime de adventu vestræ reverendissimæ paternitatis ad civitatem Argentinensem, intellexi, de quo multipliciter fui & sum gavisus, & toto cordis desiderio affectavi vestram benignam & reverendam paternitatem visitare: sed propter inopinatas causas ad præsens occurrentes, & insultus inimicorum partium mearum, non possum commode, nec valeo recedere de oppido * Zalome, in quo sum pro custodia aliorum locorum. Idcirco quantum possum & valeo, deprecor affectuose, quatenus paternitas vestra reverendissima ad præsens me dignetur habere excusatum, quod personaliter non veni, prout affectabam. Si tamen omnino paternitas vestra re-*

(a) Wilt. comes Diessensis.

* f. Saverna.

ANNO CHRISTI 1409.

verendissima mihi præcipiat, omnibus prætermissis, non obmittam ad R. P. properare, quam, &c.

15 Qualia usque in hanc horam gesta sunt, puto me pro parte notabiliora exposuisse; cetera quæ imminent non attingam: sentiens apud Coloniam a Theodorico *Ayem* relata, qui meas subinde receperat litteras, cum quibus a Pisis & domino Coloniensi scripseram accessum meum. Venerabilis vir dominus abbas S. Justinæ Paduanæ, statim versus me, ad informandum de singulis, quæ ipse reperit regressus est, quem apud Argentinam inveni; biduo ante prævenerat me expectans, cujus informatione & avisationibus usus sum. Est enim providus & fidelis, & merito ponendus inter caros. Eo referente, percepi & aliis etiam fide dignis, quod octava Januarii dominus archiepiscopus Moguntinus Concilium suum facit, in quod quid in provinciali apud *Francoford* sentire debeat, providebit. In illo itaque interesse, nisi alia melior ratio me moverit, dispono. Non enim parva res erit ad justitiæ vestræ certitudinem, si ibidem pro vobis fuerit statutum. Propterea cras hinc, Deo auxiliante recedam, socium meum abbatem reducens, & cum apud Spiram fuero, quid super progressu ulteriori facturus fuero, rebus ibidem melius cognitis, consilio adhibito, deliberabo, eo inspirante, qui numquam deseruit causam sanctam suam, Namque rex Romanorum proximior est ad civitatem Spirensem, quam dominus Moguntinus. Non enim in Francofordia, uti sentio, est ad præsens, sed apud *Hildelberg*. Ideo providendum.

15 Litteras dominationum vestrarum hic etiam recepi, apud Pisas XXIII. Novembris datas, cum copiis interclusis, quas reverenter perlegens, & accurate considerans, jussiones vestras & avisamenta curabo, quantum de superna gratia dabitur adimplere. Novit dominus, noverunt & hi qui sunt horum laborum participes mecum, ex quo a pedibus reverentiarum vestrarum, maxime postquam Alemanniæ fines attigi, nullum temporis momentum infructuosum permisi decurrere circa mandati itineris & commissorum executionem, sicque curabo in futurum. Scribo magnificis & excellentibus dominis Florentinis in generali & sub compendio nova hæc. Vos autem, si videbitur ea poteritis seriosius referare. Datum Argentinæ.

LITTERA DUCIS AUSTRIÆ

Ad cardinales.

Promittit se eis suos ad Concilium oratores missurum, ac ditionis suæ prælatos ut ad illud veniant hortaturum.

Ib. p. 908.

REverendissimi in Christo patres & domini, domini cardinales ecclesiæ Dei verissimi, Fredericus Dei gratia dux Austriæ, &c. post devotam recommendationem in domino & reverentiam debitam in eodem. Dudum siquidem cum promissiones, juramenta & vota de papatu contendentium eorumdemque litteras de cessione facienda ob causam tollendi schismatis, & unitatem in Dei ecclesia reducendum, consideraremus, exultavimus in Domino, gratias illi agentes, qui super angustiis fidelium suorum misertus, temporis plenitudinem venire fecit, quo tam exitiale malum de medio ipsorum fidelium tolleretur. Postquam vero intuitu pacis, super fundum cardinalium affectionum zizania seminante, cognovimus non teneri in promissorum, juramentorum, votorumque, ac Christicolis significatorum observationem, & proinde corpus ecclesiæ in difformitate bicipiti sub tanta Christianorum perversitate teneri, corde compuncti sumus, quasi Altissimus adhuc super humana demerita virgam ultionis extendere non cessaset. Verum nova lux spei pacis in domino deinde illuxit, quando in templo fidei Christianæ cardinales ad tollendam scissuram, sancto inspirati flamine, in caritatis vinculo convenerunt, sicut fama prævium. Deinde adveniente pro patre & domino, domino L. S. Romanæ ecclesiæ cardinali Barensi dignissimo, apertius fuit nobis facta vestri catholici propositi circa uniendam Romanam ecclesiam justitia nota. Ipsum itaque omni devotione & reverentia debita, nomine vestro, & tanti boni causa, pro Romana ecclesia venientem recipientes, ab eodem speciales gratias cupivimus, quas ejus benignitate nomine vestræ unitatis, summam gubernationem ipsius ecclesiæ effectualiter continentes, obtinuimus, prout ipse idem vestris reverentiis referabit. Porro nos ita publicum bonum, ita Christianæ fidei allicit firmamentum, quod in hoc sancto proposito ecclesiæ uniendæ, & reverentias vestras sequi, atque justitiæ vestræ favere in omnibus possibilibus nostris intendimus pleno animo & sincero corde, quantum de jure possumus & tenemur, nostrosque etiam procuratores ad generale Concilium per vos indictum Pisas, tantummodo si legitime impediti non fuerimus, transmittemus, singulos in nostra ditione prælatos, atque communitates consistentes, ad veniendum mittendumque ad id Concilium vestrum suo tempore effectualiter hortaturi, & quantum permittat modestia inducemus reverentias vestras ad continuationem tam sancti & mundo necessarii vestri circa uniendam ecclesiam propositi, usque ad perfectionem ejus inclusive, dante Domino, devote & humiliter in Domino exhortando. Datum in oppido nostro Friburgæ &c.

Reverendissimorum in Christo patrum dominorum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium collegio venerando amicis nostris carissimis.

LITTERA MISSA BENEDICTO

A Florentinis.

Hortantur ut ecclesiæ pacem conferre contendat, veniatque ad indictum Pisis Concilium.

Ib. p. 918.

1 BEatissime in Christo pater & domine, domine noster singularissime, nullius rei gratior apud mortales esse debet oratio, quam ea quæ ad pacem spectat, si eo tempore habeatur, cum prævalescentibus discordiarum malis, nequeant ulterius homines in ipsis durare. Nihil est enim naturæ hominis magis aptum, quam pax & concordia. Nemo est insuper qui æquioribus auribus sit audiens, quam apud parentes bonus piusque filius. Quæ cum ita se habeant, haudquaquam dubitamus, cum veri simus & devotissimi sanctitatis vestræ filii, hac tempestate & his ecclesiæ perturbationibus vos ad ea quæ ad reintegrationem christianam res-

ANNO CHRISTI 1409.

respiciunt hortari, & eo libentius audaciusque loquemur, quia, ut nostis, nullo umquam tempore concordia in populo Dei adeo fuit necessaria, neque magis anxiis votis desiderata. Et est id quod quærimus, cupimusque benignitatem vestram esse facturam, tale, ut, ni decipiamur, sit etiam ex tam miserabili deflendaque ruina, in qua cum magna animarum pernicie est collapsa, procul dubio erecturum, & cum vestra salute gloriaque non parva ipsam ad unitatem atque dignitatem pristinam reducturum. Quid autem hoc sit, quo sumus ad scribendum adducti, paucis expediemus. Vos hæc æquo animo accipiatis, & cum diligentia consideretis.

2 Quanto hæc civitas desiderio semper flagraverit reconciliationem Christianorum aspicere, res gestæ a nobis testantur, & vos & quibus omnis cura est pacis ecclesiæ, non latere putamus. Eo quidem desiderio impulsi, cum videremus tot labores, tot sumtus, ac pericula beatitudinem vestram & plerosque Christianos principes religiosos, sæcularesque, ac nonnullos fideles populos incassum subiisse, & omnia remedia usque in hanc diem frustra esse tentata, civitatem nostram Pisarum reverendissimis in Christo patribus & dominis cardinalibus utriusque collegii concessimus, ipsis hoc a nobis summopere petentibus, ut in ea universalem sanctamque synodum Christiani populi congregarent, quod eo libentius fecerimus, quia hæc regia via, & qua alias laboranti ecclesiæ subventum est, videbamus eos ingredi velle, & ipsos tam paribus animis tantoque fervore nulli suo labori ac periculo parcentes, hanc sanctam rem peragendam suscepisse, ut ipsam animorum suorum conventionem atque desiderium potius a Deo quam ab homine esse judicaremus. Statutus est igitur XXV. dies Martii futuri, quo Annunciationis gloriosissimæ Virginis Mariæ etiam festum celebratur, a reverendissimis dominis cardinalibus, quo debeat die Pisis Concilium congregari, ut dignationi vestræ omnibusque fidelibus principibus atque populis per ipsorum litteras significatum fuisse, & convocationem factam accepimus. Unde & unitatis desiderium, & singularis atque vera dilectio, quam ad beatitudinem vestram gerimus, nos impulere ad has litteras conscribendas, mansuetudinemque vestram hortandam, ut ob passionem Domini nostri Jesu Christi, & ecclesiæ suæ salutem, & Christiani populi consolationem, dignemini in vestigia Redemtoris nostri, cujus vicem in terria gerere profitemini, currere, humilitatis scilicet & mansuetudinis quæ nobis reliquit, & ad hanc sanctam synodum, quæ Pisis est celebranda, venire. Ad quod faciendum, pace vestra sit dictum, porro debet beatitudinem vestram adducere promissorum vestrorum fides, quæ inde est, ut placuit veteribus, appellata, quod fiat quod fiendum. Debet etiam vestri jurisjurandi religio, quo nullum est vinculum majus, nullum arctius, nullum sanctius, quo Deo hominibusque beatitudinem vestram astrinxistis, pro Christianorum pace, libere sponteque juri vestro cessurum fore.

3 Hæc vero quantam vim apud vos habere debeant, quantum fuit vobis pensanda, quantum debeant dies noctesque mentem vestram inquietam reddere, ut lethali huic ecclesiæ vulneri medicamentum afferatis, quantum in ora omnium fuit Christianorum, non nostrum est in præsentiarum referre. Nam ea vestræ sanctitati animadvertenda cogitandaque relinquimus. Sed illud breviter assumemus, quod si nullum vestrum extaret promissum, nullum jusjurandum, sacrum tamen veri pastoris officium, quo debetis obnixo studere, ut si dominicus grex divisus atque discerptus sit, in unum reducatur, atque reintegretur, profecto debet inducere mansuetudinem vestram, ad delendam, per crucem etiam & quodvis acra martyrium, si aliter non possit, hanc tetram ecclesiæ maculam, perniciosissimamque scissuram tollendam.

4 Nos siquidem beatitudini vestræ pollicemur, eas esse libertates securitatesque præstituros, ultra præsentem salvum conductum quem ad vos his litteris alligatum mittimus, quæ honestæ erunt, & benignitatem vestram, omnesque qui vos sequentur tutos reddent, quamquam eadem libertate in nostris civitatibus, locisque esse potest, absque quod ulla vobis publica fides daretur, qua in nostrismet oppidis. Si igitur, ut speramus, veneritis, videre perspicue videmur uberrimos atque sanctissimos desideratæ unionis fructus subsecuturos. Nam cum sciamus egregiam esse voluntatem vestram, atque ferventissime concupiscere, ut pax vera celeriter atque canonice in ipsam ecclesiam reducatur, & camdem mentem cognoscamus divinitus his duobus sacrosanctis collegiis, quorum unum est cor, eademque voluntas inesse, non poterit alius esse finis.

5 His ita se habentibus, quoniam is qui anxia nimis ab ecclesia expectatur, pacis scilicet & reintegrationis domus Dei . . . . Eia igitur, pater piissime, exsurgite, & præcingite vos, & sanctam una cum his duobus sacrosanctis collegiis induite humilitatem. Accelera & veni, & mitte auxilium tuum de Sancto, & oves afflictas Christi ex fovea hac confusionis atque erroris, in quam inciderunt, liberate. Non ambigimus oculatissimam prudentissimam sanctitatem vestram facile perspectum ire hunc unitatis effectum esse subsecuturum; si huic interesse Concilio, prout spe concipimus, decreveritis: cujus rei perfectio ab omnibus fere vobis ascribetur, eritque apud vos pars magna laudis hujus egregii sanctique facinoris, quo nullum profecto majus jam multis sæculis, nullum divinius gestum fuisse dici poterit, & quod ampliori præmio apud Deum dignum sit judicandum. Venite igitur in nomine ejus, cujus exemplum sequi debetis, qui de cælo in terram descendere dignatus est, & exinanivit semetipsum formam servi accipiens, ut populum suum liberaret a morte perpetua, & pacem atque salutem Christianis dabitis; & ut Dominus noster priusquam in cælos ascenderet, pacem discipulis reliquit; sic vos priusquam in requiem sempiternam migretis, pacem, Christi exemplo, populo suo relinquatis. Cujus rei perficiendæ nescimus quidem quando majorem melioremve occasionem Dominus sit beatitudini vestræ præbiturus. Denique, sanctissime pater, ut scribendi finem faciamus, vestram suppliciter mansuetudinem deprecamur, ut benigne & æquo animo hæc accipiatis. Deus enim qui renes & corda hominum perscrutatur, testis est hæc deprompta esse ex ferventi desiderio unitatis, quo tenemur, atque ex sincera devotione, quam ad beatitudinem vestram gerimus, cui obnixe & suppliciter nos & populum nostrum & christianam pacem commendamus. Datum Florentiæ.

FOR-

☞

ANNO CHRISTI 1409.

FORMA SALVI-CONDUCTUS

A Florentinis transmissi domino Benedicto ad instantiam dominorum cardinalium partis suæ.

Ib. p. 911. CUM hoc fit quod generale Concilium pro danda pace ecclefiæ fit celebrandum io noftra civitate Pifarum, hinc eft quod nos priores artium & vexillifer juftitiæ populi & communis Florentiæ, tenore præfentium damus & concedimus plenam licentiam, libertatem, atque falvum-conductum fanctiffimo io Chrifto patri & domino, domino Benedicto XIII. ac etiam reverendiffimis in Chrifto patribus & dominis, dominis cardinalibus, qui fecum effent, & omoi fuæ & fuorum cardinalium curiæ, fociis & comitivæ, & generaliter omnibus, cujufcumque ftatus & conditionis exiftant, fecum venire volentibus, veniendi conjunctim, feparatim & divifim ad qualcumque noftras civitates, terras, caftra, loca, portus & infulas, maritimo feu terreftri itinere, noftræ jurisdictionis, femel & pluries; totiens & quotiens ipfe & dicti fui cardinales voluerint, & quando eis placuerit, durante infrafcripto tempore, & in ipfis & ad ipfa feu altera eorum ftandi, difcedendi, atque redeundi cum omni ejus & dictorum dominorum cardinalium, & omnium fecum venire volentium curia, fociis & comitiva, equis, jumentis, bonis, navigiis, & rebus fuis quibufcumque, non obftantibus quibufcumque impedimentis, repugnantiis, contradictionibus, aut aliis quibufcumque, quæ dici vel excogitari, aut contra objici poffent, vel poffe dicerentur, cujufcumque generis vel qualitatis illa effent, aut fub quibufcumque vocabulis nuncupentur. Mandantes infuper omnibus & fingulis rectoribus & officiatiis noftris, quicumque illi fint, & fub quovis nomine cenfeantur, ac etiam noftris gentibus armorum tam equitibus quam peditibus, & aliis quæ non tenerentur noftris ftipendiariis, fi quæ in noftris finibus aut locis, portubus aut infulis morarentur, quatenus præfatum beatiffimum dominum, dominum Benedictum & ejus reverendiffimos dominos, dominos cardinales, fi qui fecum venirent, & quemlibet eorum, & omnes fecum venire volentes, cum omni ipforum curia, fociis & comitiva, libere permittant ad quæcumque noftra loca, portus & infulas venire, ftare, recedere atque redire: præbentes dicto fanctiffimo patri & domino, & cuilibet fupranominatorum iter, tranfitum, & reditum liberum & fecurum, cum dictis eorum, & cujuslibet eorum equis, mulis, rebus, navigiis, & arnenfibus quibufcumque, abfque aliquo impedimento reali vel perfonali, modo aliquo inferendo, fine ulla folutione pedagii, oneris, vel gabellæ. His tamen conditionibus adjectis, quod præfens fecuritas & falvus-conductus non extendatur ad aliquos rebelles, exfules communis Florentini, vel ad aliquos obligatos pro debito procuratorio communi Florentino, vel alicui univerfitati, vel collegio, vel fingulari perfonæ, vel perfonis fubditis communi Florentino. Hoc tamen addito, quod nullam armorum gentem fecum ipfe vel alter pro eo in noftris civitatibus, terris, caftris, & villis poffit habere, præfentem quidem falvum-conductum, libertatem atque fecuritatem vim & robur habere volumus anno uno & uno menfe infrafcripto die initiatis, quia fic per nos & noftra collegia folemniter deliberatum fuit. Datum Florentiæ die XIII. Januarii, indictione II. MCCCCVIII. Volumus autem præfentem falvum-conductum valere fimiliter pro omnibus & fingulis fuis oratoribus, nunciis, feu procuratoribus, cujufcumque gradus aut dignitatis exiftant, cum decenti comitiva & honefta ufque in numero centum equitum five armorum gentibus, tamen, fi, quod abfit, dictus beatiffimus dominus perfonaliter ad dictum locum Pifarum non veniret. Datum Florentiæ, *ut fupra*.

ANNO CHRISTI 1409.

EPISTOLA CAROLI REGIS

Francorum ad Venetos.

Hortatur ut ad Concilium Pifanum mittant, & neutri contendentium faveant.

CArolus, &c. magnificis & potentibus duci & Concilio Venetorum, amicis noftris cariffimis, falutem & unionem ecclefiæ gnaviter profequi, ut eft poffe. Ib. p. 912.

Amici cariffimi, non eft opus horum male meritorum contendentium de papatu corruptam, fi non dixerimus nequiffimam, ad unionem ecclefiæ voluntatem refricare. Cunctis enim fatis patet & evidenter eft notum, quam ob caufam, ut veftræ devotioni perductum effe cenfemus, conclufimus ex prælatorum, univerfitatum ac aliorum ecclefiafticorum & litteratorum virorum regni & Delphinatus noftri confilio, neutrales nos reddere, & nulli contendentium prædictorum quoquo modo in pofterum obedire. Cumque, amici cariffimi, pro extirpatione vigentis fchifmatis et unione, Chrifto duce, confequenda, cardinales utriufque collegiorum a diu degant Pifis, veluti vos putamus non latere, ibidemque de proximo certa dieta, certumque Concilium per utramque obedientiam debeant celebrari, quo nos magnam & folemnem ambaxiatam mittere decrevimus, & illo, ut fentimus, quam multi ex altera obedientia funt venturi, amicitiam veftram toto precamur affectu, quatenus memoriæ veftræ reducentes laudes & gloriam, quas ex his quæ tempore fchifmatis Alexandri III. veftri prædeceffores retulerunt, dehincque perpetuo habituri funt, velitis Pifas ad dietam & Concilium, ut præfertur, cum ceteris quofpiam de veftris deftinare, qui rejecto carnali & patrio affectu in hac parte, quærant duntaxat quæ funt Chrifti, nec aures præbeant, fi quis forfitan inducere aut induci facere fatageret, ad Concilium particulare faciendum. Sub neutro quippe hujufmodi contendentium vivo fieri quoquo pacto poteft, honore utrinfque obedientiæ plane falvo. Quod fi hoc modo vos gefferitis, ut cœpiftis, in fempiternum nomenque veftrum laudefque manebunt, deque contrario, quod abfit, contrarium refcretis. Datum Parifiis.

REGIS

ANNO CHRISTI 1409.

REGIS NAVARRÆ AD UNIVERSOS.

Ad instar regis Franciæ neutralem se erga contendentes de papatu declarat, promittitque se ad alios reges, ut idem faciant, scripturum, missurumque oratores ad Concilium Pisanum.

Affert Mart. Vet. Mon. to. II. p. 1364.

CArolus Dei gratia Navarræ rex, universis præsentes litteras inspecturis, salutem & in diebus nostris super Israel pacem deri.

Celsiorem quanto gradum omnipotens nobis in humanis largitus est, tanto magis, ac magis in ejus obsequium refundere posterenus obligamur. Nos itaque non sine mentis amaritudine considerantes ecclesiam sanctam Dei ambitione, obstinatione, ac diffugiis contendentium de papatu, annis jam triginta & eo amplius adeo concuti & turbari, ut nullus esse debeat catholicus, qui non ad compassionem sanctæ matris moveri teneatur, nihilominusque providere omni modo possibili. Sed maxime attendentes, quod dominus meus rex Francorum tanta cum deliberatione & maturo consilio illorum de sanguine suo & nostro, prælatorumque, & universitatum, ac litteratorum, & sapientum virorum sui regni ac Delphinatus; sed præcipue pro acceleratione unionis, neutralem se reddidit, & pariter ordinavit, ac præcepit in suo regno & Delphinatu prædictis, nulli contendentium prædictorum quoquo modo in posterum obediri, ad præfati domini mei requestam bona dispositione nostra præeunte, deque consilio & suasu dilectissimorum fratris, avunculi, & cognati nostrorum, regis Jerusalem, & Siciliæ, Bituricensis, & Burgundiæ ducum, determinavimus instar domini mei regis nos reddere gerereque de cetero & habere, & ex nunc reddimus & facimus neutralem per præsentes, eo modo atque forma, quibus idem dominus meus rex neutralis existit & existet, pernicioso præsenti schismate durante, quantum tamen istud personam nostram tangit & concernit, aut concernere potest quovis modo. Annuentes præterea & promittentes eidem domino regi id idem & consimiliter fieri facere ab omnibus incolis regni nostri ac subditis quibuscumque, cum primum in regnum nostrum venerimus, aut alias nuntiis nostris vel litteris poterimus commodius id exequi, prout scilicet nostræ subjacebit potestati, & dispositioni penitus submittetur, adhærereque & obedire cum eodem domino rege illi, quem collegia cardinalium utriusque partis canonice duxerint eligendum. Nec amodo tolerabimus fructus quospiam seu proventus aut reditus nostro in regno, sive terris, nomine aut pro quoquam prædictorum contendentium percipi quoquo modo aut recipi, seu etiam collationem vel provisionem aut quamvis aliam dispositionem suspensionemve, aut privationem beneficiorum seu beneficii, auctoritate cujuscumque prædictorum contendentium admitti patiemur: quin potius super hac materia in omnibus & singulis bonam ordinationem & processum ejusdem domini mei regis insequi proponimus & intendimus, Domino concedente, tamquam qui cupimus omnibus suis justis & sanctis opinionibus & determinationibus, ut rationis est, per omnia confirmari, prout, hactenus semper fecimus, & per Dei gratiam jugiter & incommutabiliter, quoad vixerimus, faciemus. Prohibeat autem Deus nos, qui suæ serenitati tanta generis proximitate attingimus, a suis sanctis & justis opinionibus prædictis, & potissimum quæ fidem respiciunt, in aliquo deviare. Insuper mittemus, Christo duce, notabilem ac solemnem ambaxiatam ad civitatem Pisanam, quo utriusqua collegiorum cardinales jam & a diu, ut fama est, convenerunt atque degunt, venturaque est utriusque obedientiæ pars potissima, ut pro veritate subjungitur, ad celebrandum ibidem Concilium generale pro consecutione unionis, illo cooperante, cujus causa agitur, obtinenda & habenda. Enitemur quin etiam erga carissimos fratres nostros Castellæ & Arragoniæ reges, & alias omnimode agemus precibus, rogatibus, instantiaque, quantum nobis fuerit possibile, quod iidem Castellæ & Arragoniæ reges præfati fratres nostri carissimi pro se & suis regnis, determinationi hujusmodi sese conforment & reddant neutrales, ut præfertur, mittantque sicut ceteri reges & principes Christianitatis, ad prædictam civitatem Pisanam, quemadmodum ipsos speramus id facturos, tamquam sinceros & veros ac fideles Christicolas, & ecclesiasticæ zelatores unitatis. De quibus supradictis omnibus, ut cunctis appareat ac nostra sit voluntas & intentio manifesta atque notissima, has litteras nostri sigilli fecimus appensione muniri. Datum &c.

LITTERA WENCESLAI

Regis Romanorum & Bohemiæ, ad universos regni sui fideles.

Prohibet, ne quis Gregorio papæ ullo modo obediat.

Affert Mart. Vet. Mon. to. VII. p. 913.

VVenceslaus Dei gratia Romanorum rex semper augustus & Bohemiæ rex, universis Christi fidelibus salutem in Domino, & ad illam, quam magnopere affectamus, ecclesiasticam unionem pariter anhelare.

Quamvis omnium regum proprium officium esse videatur, judicium & justitiam colere, & eripere de manu calumniantium vi oppressos; ad Romanum tamen principem cunctis temporalibus potestatibus divina dispensatione prælatum inconcusse pertinere dignoscitur, ecclesiæ in suis necessitatibus & turbationis temporibus opportunum auxilium exhibere. Cum igitur per multorum annorum curricula antedicta Dei ecclesia Christi sponsa usque ad hæc tempora, diversis, quod dolenter referimus, divisionum & contentionum fuerit intricationibus involuta; ex quibus quanta mala provenerint quemlibet Christicolam credimus non latere, eorum præcipue nunc de papatu contendentium, qui eam contra juramenta & vota sua Deo & hominibus præstita, universoque orbi suis litteris publicata, in præfata lacrymabili divisione retinere satagunt & contendunt, est temeritati ab universis Deum timentibus resistendum. Quod attendentes nos, qui matris nostræ calamitatibus merito compatientes, ad ipsius reintegrationem pro cunctis malis sedandis summo conatu semper aspiramus, quam etiam procurare totis viribus nullatenus desistemus. Considerantes quoque quod reverendissimi in Christo patres, domini cardinales utriusque collegii, amici nostri carissimi, pacis & unionis ecclesiæ Dei verissimi zela-

zelatores, postquam varios modos pro unione ejusdem ecclesiæ, fulti diversorum doctorum & peritorum consiliis, prout ex litteris eorum & plurium fide dignorum testimoniis accepimus, attentassent, apud præfatos hodie contendentes nihil omnino proficere potuerunt: propter quod ad extremum hujus morbi devenientes remedium, ipsos in sua obstinacia & pertinacia reliquerunt, & ab eis personaliter separati, & in unum convenientes collegium, majestatis nostræ & universorum principum & cunctorum Christi fidelium præsidium obtestantur, suppliciter exorantes, ut dictis contendentibus sic in reprobum sensum datis, omnis penitus obedientia subtrahatur, nec eis de juribus sedis apostolicæ aliquatenus respondeatur, ut hac saltem via inducti, cogantur accelerare ad Christiani populi pacem & Dei ecclesiæ unitatem. Nos igitur eorum salubria remedia cum multa maturitate, ut certi sumus, inventa, eximie commendantes, eorum deliberamus requisitionibus justis annuere, & ipsorum nos affectibus pro tam sancto & pio exsequendo bono, efficaciter in omnibus confirmare. Inhibemus itaque omnibus & singulis principibus tam spiritualibus quam sæcularibus, ceterisque cathedralibus, ac collegiatarum ecclesiarum prælatis, canonicis & ministris, necnon abbatibus, abbatissis, præpositis & commendatoribus monasteriorum, ac etiam archidiaconis, decanis & plebanis ecclesiarum paroechialium, cunctisque aliis officiariis & subditis nostris, & regni nostri Bohemiæ, quibuscumque nominibus nuncupentur, præsentibus firmiter & districte, ne quispiam de cetero aliquas litteras, gratiam vel justitiam continentes Gregorii Romani & delegatorum suorum, vel sibi adhærentium recipere aut exsequi audeat vel permittat, aut ei jura seu obventiones quascumque respondeat quovis modo, tamdiu quousque unio in sancta matre ecclesia non veniret adoptata, prout indignationem nostram, ac corporis ac rerum suarum dispendia affectat evitare. Mandamus igitur omnibus & singulis officiis, burgraviis, magistratuum consulibus, juratis, & comitatibus civitatum, oppidorum & villarum, virtute præsentium, seriose, quatenus singulos mandatis nostris hujusmodi sic pro bono universalis ecclesiæ emanatis non obtemperantes, aut eis se quomodolibet opponentes arrestare, arrestatosque ad nostram studeant præsentiam destinare; aliter non facturi nostræ gratiæ sub obtentu ac pœna memorata. Datum Montibus Cathinis XXII. Januarii, regnorum nostrorum Bohemiæ XLVI. Romanorum vero XXXIII.

EPISTOLA CARDINALIUM BENEDICTI

Ad eumdem Benedictum.

Ib. p. 925. 1. Sanctissime pater & clementissime domine, supplici ac humili recommendatione præmissa. Redemptor noster militantem ecclesiam supra petram solidam in ara crucis suo cruore fundans, sic ipsam decrevit unam existere, & in unitatis vinculo permansuram, ut extra illius unitatis vinculum veritas & justitia non existant, nec prosint quæque videntur in umbra virtuosa opera, etiam mors pro Christi nomine suscepta: quod non solum illos contingit, sed etiam eos maxime quibus incumbit ex debito commissi officii & professione solemni, tanto dissidio, si negligant, finem imponere, & illius laqueos totius corporis ecclesiæ infectivos radicitus exstirpare. Merito quidem; quia etsi tales erga Deum fidem tenere videantur, non tamen erga corpus ejus mysticum, quod est militans ecclesia, cujus damnabiliter membra patiuntur dividi, & damnabilius divisionem augeri in dies caliginosos memoratu non dignos. Prosequentibus autem hujus tanti sceleris extirpationem ex corde toto & sincero, quo ecclesiæ fundator diligendus est & colendus, sic assistit virtus Altissimi, & victrix ejus dextra pro nobis pretioso sanguine cruentata, ut verborum lenociniis, ne dicamus verius, mordacibus, quæ sine offensa Dei proferri nequeunt, opus non sit, adversus quos prævalere nequeunt conatus hominum, nec portæ inferi, ut veritas attestatur.

2. Verum, pater sancte, ut eorum pateat pura & sincera veritas, quæ nuper in litteris vestræ sanctitati per nos directis, inserta sunt & narrata, de quibus, ut apparet, per litteras vestras nobis per venerabilem virum magistrum Johannem Guiardi archipresbyterum Pictavensem præsentatas, vestra sanctitas plene informata non fuit. Est verum quod tribus ex nobis de vestro mandato in Liburno existentibus, una cum aliis deputatis, uno die Dominico de mane omnes ipsi deputati convenerunt cum quatuor alterius partis dominis cardinalibus in domo domini Burdegalensis, & ultra octo cardinales, convenerunt ibi personæ duodecim notabiles & insignes, motaque ibidem extitit via unionis non conveniens, illaque repulsa per unum ex quatuor cardinalibus pro vestra parte deputatis, per eumdem aperta fuit via universalis Concilii utriusque partis & obedientiæ in uno loco celebrandi, cui nullus ex deputatis contradixit.

3. Soluto illo termino, vestri retulerunt gratiarum uberes actiones, illum diem & quæ in eo dicta, & acta fuerant, multipliciter commendantes; demum approbata per omnes, etiam per illos qui prius illi adversari videbantur, via aperta utriusque partis Concilii, actum fuit ut vestræ sanctitati prædicta notificarentur, quia & continebatur in instructionibus datis, ut si quid utile aperiretur unioni conveniens, illico vobis nota fierent; quod & factum extitit, & relatum per majorem partem eorum, qui deputati una cum tribus ex nobis fuerant, quod ea quæ repulsa & aperta de via utriusque partis Concilii extiterunt, vestræ sanctitati accepta erant & merito grata. Et idem retulit magister Simon Salvatoris.* Qua relatione habita, fuerunt tenti termini per dies successive plures super dicta via universalis Concilii. Et quia quatuor domini cardinales partis alterius petebant, ut nos sine sanctitate vestra in universali Concilio conveniremus; fuit tunc per unum ex nobis de omnium voluntate responsum, quod nostra erat intentio una cum sanctitate vestra in ipso Concilio convenire, quam sciebamus dispositam juxta nobis relata, ad viam ipsius universalis Concilii acceptandam. Nullo autem modo ibidem vel alias inter nos dictum fuit, quod ad sanctitatem vestram pertineret universale utriusque partis Concilium convocare in hoc casu, quia nec cum veritate, obviantibus facti vel juris evidentibus causis, dici poterat seu defendi, & in hoc pendebant consilia, & non in articulo requisitionis fiendæ Gregorii, de quo per prius deli-

* al. Sanatoris.

ANNO CHRISTI 1409.

ANNO CHRISTI 1409.

deliberatum fuerat, & ſine quacumque altereatione concluſum, quando reverendiſſimus pater dominus cardinalis de Chalanco & alii deputati a loco Liburni receſſerunt, tribus ex nobis ibidem exiſtentibus inſalutatis, ſalvo quod dominus de Chalanco nobis dixit, ſe ad nos cito reverſurum; quibus nulla fuit credentia impoſita, quia nec patiebatur eorum admodum ſubitus & admirandus receſſus, nullamque litteram vidimus, nec referri audivimus, quod veſtra ſanctitas capi deberet, ſeu aliam violentiam pati. Et ſi cauſa timoris fuiſſet, extra terminos Januenſium poterant plura eligi loca vobis & curiæ ſecura, abſque eo quod ad loca tam remota, deſerto unionis tractatu, & proſecutione neceſſaria in evidentem deſpera- B tionem poſita, direxiſſetis ſic feſtinanter greſſus veſtros.

4. Ante vero receſſum veſtrum a Portu-Veneris, venit ad tres nobis in Liburno ſacriſta Malagonæ cum litteris veſtræ ſanctitatis credentialibus, ipſis explicans, quod eratis contentus de via aperta generalis Concilii partis utriuſque, & quod illam perſequeremur materiam, & eratis diſpoſitus pro illa proſequenda aliquos ex veſtris dimittere, habitis pro illis a gubernatore Januenſium litteris de ſecuritate; de præmiſſiſque ſunt teſtes plures, quibus pro affirmativa deponentibus, eſſet potius fides C abhibenda, quam numero pluribus, qui conarentur aſtruere negativam. Ad quid enim, ſi hæc vera non eſſent, fingere oporteret, cum materia univerſalis utriuſque partis Concilii, ad quod tendimus, adeo alias in facto & jure ſit clariſſimis fulcimentis fundata, ut iſta adminicula velut levia non requirat convocatio particularis Concilii in Perpiniano tenendi, per quod, ut eſt evidens, unio dari non poteſt, nec ſchiſma extirpari; ob quamcumque intentionem facta ſit, ſine cauſa veritati præmiſſorum non obviat, licet ex intentione poſſet effectui obviari.

5. Quod autem admirentur aliqui, quod nos quinque vel ſex, ut in præfatis litteris, ad talia proceſſerimus, veſtra ſanctitate inconſulta; cum debita reverentia reſpondemus, quod juxta nobis per veſtros relata, nedum nos ſex, ſed immo plures numero & majorem partem Romani collegii facientes una cum abſentibus nobiſcum concurrentibus, ac toto collegio dominorum cardinalium partis alterius, uno dumtaxat excepto, viam ſumus univerſalis utriuſque partis Concilii proſecuti. Quod autem de loco, termino & vocationis modo, ſine veſtra conſcientia concordavimus, hoc non temeritate, ſeu præſumpta audacia factum eſt, ſed potius neceſſitate ſalutis urgente, & E utilitate fidei & eccleſiæ, quæ legi & ſervituti non ſubſunt, expoſcente, cum etſi in his veſtrum poſtulaviſſemus aſſenſum, oportuiſſet & Gregorii requiri beneplacitum, quod quantum fuiſſet diſpendii, non ſolum ratione temporis & dierum inutiliter & damnoſe labentium, ſed etiam quia numquam fuiſſemus concordes ad invicem, ut præteritorum docet experientia manifeſta, & ſic res ipſa, ut fuere præteritæ, in impedimentum unionis notorium & perpetuationem ſchiſmatis evidentiſſime deveniſſet.

6. Habet enim communis deputatio, quod ſi veſter & Gregorii in his poſtulatus eſſet aſſenſus, & diſpoſitio in omnibus expectata, numquam ad unionis deſideratum perveniretur A effectum. Hoc enim docet præteritorum experientia manifeſta: quia etſi in illis plura fecerit veſtra ſanctitas, quam Gregorius antedictus; majora tamen & efficaciora fieri potuerunt ac debuerunt, & quædam obmitti quæ factæ ſunt, & non fuiſſent mala occurrentia ſubſequuta. Et propterea utilius fuit & neceſſarium hoc compendio per nos & dominos cardinales partis alterius, quibus in cauſa intruſionis & ſchiſmatis non modica a canonibus traditur auctoritas, hoc Dei negotium ſanctum & canonicum concludere, quam alio longo & nocivo diſpendio ſchiſma perpetuare, & errores fovere, in fidei & eccleſiæ manifeſtiſſimum detrimentum.

7. Notum eſt enim cunctis fidelibus & maxime in divina & canonica lege peritis, quod unitati eccleſiæ, quam univerſale Concilium repræſentat, poteſtas a Chriſto tradita eſt, ex qua etiam in verum Romanum & indubitatum pontificem, ſi in fide erret, ſchiſma faciat, vel alias adverſus veritatem evangelii moliatur, poteſtatem habet: in tantum, ut ejus ſententiam & particularis ſui concilii, teſte Auguſtino, cui in ſententia conſentit B. Gregorius, revocet & annullet. Multo fortius cauſam duorum contendentium de papatu, eccleſiam ſine remedio in ſchiſmate tenentium, poteſt juxta traditiones canonicas diffinire. Hoc enim univerſale Concilium ſic ex tritico in agro Domini ſeminato conſtituitur, ut inſertam zizaniam non repellat, nec ſeparet judicio indiſcreto; cum hoc Chriſtus prohibuerit, talem ſeparationem apoſtolis interdicens.

8. Ex quibus infertur clariſſime, quod ad hoc, ut in hoc caſu univerſale dicatur Concilium, ſui potentia, auctoritate, & viribus unitatis in Dei eccleſia reducens vinculum eſt omnino neceſſarium, ut utriuſque partis prælati in unum conveniant, cujus convocationis ad bonum pacis & caritatis cœtus concurrentis D tanta eſt fortitudo, tantuſque vigor, ut qui per antea in una parte vel alia vel etiam in utraque, quod zizaniorum nomine cenſebantur, ſint juxta B. Gregorium, ut Cypriani non contradicat auctoritas in caſu pertinaciæ loquens, converſi in triticum & in ejus annotati acervum. Sic enim olim ſancti patres tenuerunt univerſalia & ſancta Concilia, in quibus omnes vocati & admiſſi fuere, etiam qui adverſarii credebantur; eſtque effectum, ut unitatem fidei, caritatis & pacis proſequentes, qui prius cenſebantur adverſarii, fuere catholicis adunati, damnatis aliis, qui in ſua pertinacia permanſerunt.

9. Propterea ſacri canones & ſancti patres E Chriſtum ſequentes, ut pax eccleſiæ ſalva eſſet, & errantes ad veritatem facilius reduci valerent, ſeparationis concilia damnaverunt, dicente B. Auguſtino, illa eſſe inania & perniciosa atque ſacrilega, quia iniqua * & ſuperba ſunt, & plus perturbant bonos infirmos, quam corrigant animoſos malos. Et licet vocationis modus ſit adeo canonicus, decretis patrum conveniens, concordans, ac determinatus a probatis, & fere a cunctis collaudatus, ut rationabiliter impugnari non valeat vel elidi, ut in Concilio, ſi neceſſe fuerit, luce clarioribus rationibus oſtendetur: tamen ut per caſum fortiorem evidenter oſtendatur juſta & canonica vocatio, ſi prælati partis utriuſque, ſive veſtræ ſanctitatis, ſive Gregorii ac noſtra vocatione univerſaliter convenirent, ut tam notorio fidei & eccleſiæ ſcan-

* al. impia

scandalo, & inde evidenter secutis erroribus, quibus nulla alias adhibetur provisio, vestra sanctitate & Gregorio vocatis, subvenirent, & debito modo fidei & ecclesiæ providerent, juxta majorum & sanctorum patrum gesta dictaque, & sacrorum determinationes canonum, sanctum & universale censeretur Concilium, potestatem & auctoritatem, de quibus supra actum est, habens. Qui autem hoc impugnat universale Concilium, seipsum, etiam si verus papa existeret, juxta beatos Augustinum & Gregorium, quibus & assentit B. Ambrosius, damnat, pertinacem ostendit, incorrigibilem, & absque alia probatione convictum, taliter quod juxta B. Cyprianum episcopi potestatem habere non possit nec honorem, qui sic pertinaciter, notorie, & contumaciter unitati ecclesiæ adversatur, ut illa quæ ex tali impugnatione, & quæ sunt præcedentibus fortiora & detestabiliora concludi possunt & inferri, ad præsens silentio committimus, eosdem effectus pariens in non veniendo vel non parendo, contumacia merito & præcipue in hoc casu damnata.

10. Quæ pro tanto vestræ sanctitati scribimus, ut dignetur & velit considerare lamentabilem fidei & ecclesiæ statum, animarum pericula, quæ pereunt nostris ex dilationibus catervatim, quibus nostræ, ut formidabiliter dubitandum est, ducatum dabunt, nisi aliaquam hactenus fecerimus, virtuosissime faciamus, ac meritum quod permaximum vobis eveniet, si ultra istud schisma non porrigetur, in dies, sed potius per renunciationem debitam multiplicibus vinculis & irrevocabilibus nexibus roboratum tollatur de medio, & contra pericula eminentia quo ad Deum & mundum, ut de infamiis & oblocutionibus velut levioribus taceamus. Et in hoc imminenti utriusque partis Concilio velitis convenire in loco & termino ordinatis, ut alias per nostras litteras, quibus ad propositum responsum non fuit, supplicavimus, & multa instantia requisivimus pro tantorum malorum & aliorum imminentium evitatione, & unitatis vinculo in Dei ecclesia reducendo: renunciaturus papatui in propria persona, seu per procuratorem idoneum habentem ad hoc sufficiens & speciale mandatum, quia & hoc in vim cedulæ juratæ conclavis didicimus, prout & alia diximus, bono unionis ecclesiæ expedire, & in ipsius vim solemniter, ut alias factum extitit, requirimus instantiis iteratis.

11. Circa enim Gregorium, qui vix hodie habet ubi caput reclinet, a suis fere derelictus, si renunciare noluerit, taliter providebitur, quod sui occasione schisma in Dei ecclesia post vestram renunciationem nullatenus remanebit. Hoc autem concordatum alias juratum & oblatum petitur, bene quidem, & omnes exceptiones submovens pro tam necessario Dei negotio, honorabilem ad modum pro fine felici, sancto & toto orbi profuturo; & si urgent in contrarium caro, vincere debet spiritus; si domestici instent deceptivis blanditiis, eos zelus domus Dei procul repellet: & ut hostes abjiciat, non perturbent seu dilatent viarum discrimina, pericula aliquando nimia astute per aliquos seu patenter supervacue allegata. Quia autem nocebit pro pace ecclesiæ renunciare volenti? certe nullus, cum solum pax quæratur, non renunciare volentis accusatio, damnatio vel jactura.

12. Estque casus in quo ab offensa Dei, ruina ecclesiæ, & periculis animarum non excusabunt quævis pericula, etiam mortis interitum allatura, si propter illa cessio quæ debita est, obmitteretur seu dilataretur, quod absit, & nihilominus securitatem vestram vobiscumque venientium, vel procuratoris & aliorum, quos ad effectum præmissum & aliud duxeritis destinandos tam in eundo, stando, & redeundo sufficienter providimus tam cum serenissimo rege Francorum, gubernatore Januensium, Januensibus & Florentinis, quod merito potest, & debet vestra sanctitas contentari, ut plenius nostri ex parte eidem vestræ sanctitati referabit venerabilis vir magister Johannes Guiardi archipresbyter Pictavensis, cui in præmissis, & quare ad vestram sanctitatem non accessimus, ut aliis eidem injunctis, dignetur vestra sanctitas fidem indubiam adhibere, quam dirigere dignetur Altissimus feliciter ad reducendum unitatis vinculum in ecclesia sancta Dei. Scriptum Pisis die XXV. Januarii a nativitate domini MCCCCIX.

G. Penestrinensis.	)	
J. Ostiensis.	)	
P. Tusculanus episcopi.	)	S. R. E. cardinales.
A. De Saluciis.	)	
P. S. Angeli diaconi.	)	

JOHANNIS DUCIS BURGUNDIÆ.

Hortatur ad mittendum ad Concilium Pisanum.

JOhannes dux Burgundiæ, comes Flandriæ, Arthesii & Burgundiæ Palatinus, &c. Diu pensantes, menteque ob id ingemiscentes, spectabiles viri, hinc non minus dolendi quam longe vigentis schismatis protractionem damnosam, inde duorum contendentium obstinationem firmatam, cunctisque pene exosam christicolis ambitionem notoriam, utriusque obedientiæ cardinales cum litteris cum ambaxiatoribus suis insinuavere domino meo regi mihique, quatenus ad Concilium mense Martio proxime futuro Pisis, favente Dei clementia, celebrandum, super acceleranda unione tam desiderata quam necessaria ecclesiæ sanctæ Dei, & ad quam universorum animi, mundanis posthabitis, aspirare tenentur: tales tamque notabiles volumus destinare legatos, ut materiæ, qua major aut ardua magis nusquam se offert nostris tractanda diebus, & congruant, & profectui esse possint. Quæ omnia sane adhortationia esse cunctisque cunctorum fidelium viribus exequendæ, dominus meus præfatus & ego advertens, tamquam hi qui totis potentiæ nostræ nervis hunc sacrum meritoriumque laborem amplectimur, simul & principes, hujusque regni clerus, nostros ad prænominatum Concilium ambaxiatores destinare solemnes unanimi irretractabilique determinamus consensu, quos advenienti tempore certum est illic proficisci debere, uti principes aliosque quamplurimos & communitates quamplures utriusque ad prædictum ituros Concilium, certis documentis accepimus. Quocirca vos rogamus in visceribus Jesu Christi, ac in vinculo fervidæ caritatis, & hortamur, ut pro parte vestra notabiles & selectos ad ipsum Concilium delegare velitis, universos singulosque cujusque partis ad tantum accedentes negotium cum omni mansuetudine, favore atque securitate tractantes. Qua ex re non modi- Ib. p. 910.

ANNO CHRISTI 1409.

modicam gloriam, sed potius laudem & honorem præcipuos vestræ spectabilitati nullatenus accrescere formidamus, cum vobis una cum principibus & ceteris communitatibus in præmissis adhibentibus operam diligentem, unio in ecclesia, Deo juvante, speranda sit. Scriptum Parisiis.

AD MAGNIFICOS DOMIMOS SENENSES

Hortatoria, quod idem faciant.

MAgnifici domini amici nostri carissimi, post salutem. Inter alias dotes quibus ab Altissimo vester insignitus esse populus prædicatur, pro non minori quidem devotio, quam inconcussibilem ad sanctam matrem ecclesiam Romanam semper habuistis, vobis ascribitur. Nunc itaque temporibus exigentibus, si ad ejusdem, proh dolor! tamdiu in scissura vigentis unionem sanctam, vobis & toti populo Christiano salutiferam, vocati, antiquatæ vestræ devotionis favores præbueritis, non dubitamus quod perpetuum laudum inter mortales præconium, ac æternam gloriam apud altissimum Dominum nostrum Jesum Christum, cujus res agitur, vendicabitis. Quanto namque divina opera majores quam terrestres cupiditatibus intenti labores pariant fructus, vestro judicio subjicimus. Credentes indubie a cunctorum creatore datam notitiam, quatenus lævorsum ad damnationem, & dextrorsum ad salutem æternam iter valeatis discernere. Pseudo audivimus apud vos fuisse prophetas, qui pro parte domini Gregorii detestandissimi schismatis sanctæ matris ecclesiæ nutritoris, novis & exquisitis coloribus falsisque prædicationibus populos vestros præstigiare moliuntur, quo de lucidissima dextraque salutis via ad sinistram, videlicet opacissimam damnationis æternæ ipsi præcipitati vos omnes seducant. Habetis & a dextra nostram devotionem Sancti Spiritus ignea caritate persusam, necnon magnificorum dominorum fratrum nostrorum & amicorum communis Florentinorum, plurimumque serenissimorum principum, ac famosissimorum sacræ paginæ ac legis tam canonicæ quam civilis professorum sententias, quæ omnes ad veram salutarem viam exemplis efficacissimis vos invitant. Nos igitur vestræ non minus quam nostræ totiusque populi Christiani salutis cupidi, per aspersionem sanguinis nostri creatoris; ac per antiquatam vestram devotionem præfatam requirimus & hortamur vos in eodem creatore affectuose precantes, quatenus vestrummet non immemores, ad unionem prætactam vestræ matris ecclesiæ vota una nobiscum tamquam veri Christicolæ velitis & placeat dirigere. Ex hac enim pacis amœnæ dulcorem, potentiæ amplitudinem, ac libertatis ubertatem, necnon omnibus præponendam animarum salutem æternam, quam ipse Deus cunctipotens omnibus eum imitantibus promisit, consequemini; ubi schisma, si diutius, quod absit, foveatur, nonnisi ruinam, omneque supplicium ac execrabilem corporis stragem & damnationem animarum toti orbi pollicetur. Demum ad vestram magnificentiam de nostra unanimi intentione ad plenum informatus R. P. D. Ludovicus episcopus Wlteranus præsentium exhibitor proficiscitur, cujus verbis tamquam ex ore proprio nostro prodeuntibus, ac omni veritate refertis placeat fidem indubiam adhibere. Datum, *ut supra*.

EPISTOLA CAROLI REGIS

Francorum, ad cardinales utriusque collegii.

Hortatur ad pacem ecclesiæ prosequendam, seque eum agniturum promittit pontificem, quem illi canonice elegerint.

CArolus Dei gratia Francorum rex, dilectis fidelibus amicis nostris carissimis sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ utriusque collegii cardinalibus, salutem, & salutifero operi per vos laudabiliter & magnifice incepto finem saluberrimum breviter imponere. Ib. p. 355.

Inter cetera, dilecti & fideles amici carissimi, quæ nobis Deus sua ineffabili clementia dignatus est in terris committere, nullum magis fidei orthodoxæ necessarium, magisque nostro regio nomini decens & congruum esse credimus, quam ecclesiæ sacrosanctæ sponsæ suæ rebus fessis pro viribus succurrere, quam eamdem a calamitatibus, ærumnis, & oppressionibus, maxime his temporibus, quibus, duorum contendentium de papatu nequitia prævalente, lethaliter conteritur, liberare. Unde noverunt pene Christiani omnes, immo jam nulla natio extra non ignorat, vosque satis cognovisse arbitramur, quanta sinceritate animi, quantisque laboribus & studiis, hoc exitiale & inveteratum schisma jam sex lustris & ultra spatio totum Christianum populum contaminans, conati sumus viis rationabilibus evellere, uti vos parte pro vestra fecisse non ambigimus. Tandem post graves variosque labores circa hujusmodi schismatis extirpationem devote tentatos, & adhibitos, post requisitiones, summationes sæpius iteratas eisdem contendentibus nostra parte factas, post denique expectationes, proh dolor! inutiles, dierumque & annorum plurium consummationes, noti sunt præfatorum contendentium doli manifesti, nota subterfugia, notæ fraudes & collusiones; quibus malis nos obviare, & languoribus ecclesiæ, sicuti vestro incumbit officio, providere cupientes, uno Sancti Spiritus, ut pie credimus, spiramine tacti, in civitate Pisana convenistis, quo jam multorum regionum plurimi archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, doctores, et alii viri solemnes etiam nostrorum regni et Delphinatus, vestris suadentibus pariter et requirentibus litteris, concurrerunt.

Nunc igitur, dilecti et fideles amici carissimi, cum res ecclesiæ magna pro parte vestris in manibus posita sit, omnisque catholicorum læta spes assequendæ pacis in vos remaneat; cumque magna nunc se offert opportunitas, ut his diebus aut per renunciationem vel decessum ipsorum contendentium, seu alterius eorumdem, vel per eorum legitimam abjectionem, rite de pastore pacifico provideatur, attentis vestris inceptis processibus, et fidelium præsenti congregatione, in qua Spiritum sanctum abesse non credimus, vos per viscera misericordiæ Dei nostri, per quantum salutem Christiani populi quærere tenemini, rogamus, requirimus, et hortamur, ut hac vice, dum ecclesia fidelium tam magnifice, tamque solemniter congregatur, cum maturitate et viis congruis adeo procedatis, quod schismatis divulsis erroribus, pax Christi fidelium, quam tantopere videre præstolamur, restauretur; quod si casu præmisso aliquem cujuspiam status

ANNO CHRISTI 1409.

vel ordinis eligi in pastorem, Spiritu-sancto cooperante, contigerit, tam electionem per principes & prælatos Christianitatia approbandam, gratam & acceptam habendam æstimamus, prout nostræ iotentionis est, pro nobis regnoque & Delphinatu nostris gratam & acceptam habere, & rite per vos eligendo; vobisque auxilium & favorem quales poterimus exhibere. Sic enim mature deliberationibus præhabitis, cum carissimis consanguineis nostris Siciliæ & Navarræ regibus, avunculo & consanguineo ducibus Biturïæ & Burgundiæ, comitibusque & aliis viris de nostro magno consilio, faciendum decrevimus. In cujus rei testimonium præsentes litteras sigillo nostro sigillari fecimus. Datum Parisiis in mense Martii, anno Domini MCCCCVIII. regni vero nostri XXIX.

EPISTOLA CONCILII PISANI

Ad Bucicaldum.

Mittit ad eum episcopum Cameracensem.

Ib. p. 918. SAcrum generale Concilium Pisis pro ecclesiastica unitate in Dei nomine congregatum.

Magnifice & potens amice carissime, confidentes uberius in affectione præcipua, quam a diu nobilitas vestra impendere non desistit, ad pacem ecclesiæ Dei meritoriis actibus procurandam, reverendo in Christo patri Cameracensi episcopo, apud vestram magnificentiam parte nostra principaliter destinato, quædam referanda commisimus, in quibus ei credula fide data, precamur eadem magnificentia se præbeat favorabilem ac benignam, quod vobis ad gloriam venire confidimus & meritum apud Deum. Datum Pisis, sub signetis duorum priorum cardinalium alterius sigilli absentia ordinatis, die XXII. &c.

Magnifico & potenti amico nostro carissimo domino Jo. *Le Meingre* dicto *Boucicaut*, mariescallo Franciæ, & gubernatori regis Januensi.

FRAGMENTUM TRACTATUS

De potestate & jure cardinalium ad convocandum Concilium tempore schismatis.

Affert Mart. Anecd. t. II. p. 1418. HIc in primo capitulo protestor primum quod propter dubitationem principalia schismatis, quis scilicet duorum contendentium & eorum prædecessorum sit vel fuerit verus apostolicus, de quo non disputatur ad præsens, immo disputatio talis foret impeditiva totaliter ejus quæ tractatur unionis: super quo jam elapso biennio tractatum edidi; & in eo partem non tenens, ostendo difficultatem maximam & dubia quamplusima hoc in arduo negotio sic vigere, quod non nisi audaciter & præsumtuose nimium potest quis indubitatum asserere magis hunc, quam illum verum pontificem extitisse. Cujus tractatus copiam communicavi jam pluribus. Intendo absque injuria alicujus, dum continget, prædictorum, aut alterius, seu cardinalium alterutrius partis, personas vel collegia nominare, sub vocabulo papæ vel cardinalium, & non antipapæ vel anticardinalium, pari honore & reverentia describere.

Cum igitur grave schisma de papatu contendentium jam annis XXXII. aut circa christicolas in universo perturbasset; dominus Benedictus papa XIII. qui in Avinione præsidebat, solemnes legatos ad felicis recordationis dominum Bonifacium papam IX. qui Romæ residebat, cum eo tractantes super facto unionis ecclesiæ S. Dei, certis modis & viis laudabiliter & honorifice destinavit. Sed statim ante expeditionem eorum idem dominus Bonifacius diem clausit extremum. In hoc tamen profuit illa legatio, quod domini cardinales Romani collegii moti zelo pacis & unionis prædictæ, deliberaverunt eligendum per eos papam certo modo juramenti vinculo perstringere, quo necessitatus ad consummandum pacem & unionem prædictam toto conaretur ingenio: non tamen præcise statuentes, quod renunciationis viam eligeret. Elegerunt itaque de suo collegio felicis recordationis Innocentium VII. Et idem etiam infecto negotio in fine biennii post suam creationem de medio sublatus est. Cardinales itaque videntes quod dominus Innocentius satis tepidus ad efficiendam unionem extiterat, in imminente futura electione cautiores effecti, antequam eligerent inter se concorditer firmaverunt, ut eorum quisque juraret Deo & B. Mariæ Virgini, sanctis Apostolis Petro & Paulo, & totæ cælesti curiæ, ac etiam ipsismet vicissim, unus alteri voveret & promitteret, quod quisquis eorum contingeret in papam eligi, pro reintegratione & unitate christianorum renunciabit effectualiter juri suo & papatui pure & libere ac simpliciter, secundum tamen modum & formas in ipso juramento descriptas, in cujus etiam forma de modis tenendis circa locum cum altera parte conveniendi, & de cardinalibus non creandis, pendente hujusmodi tractatu unionis, nisi pro numero coæquando, distincte videri potest: & generaliter conclusenunt, quod tam eligendus ipse cum electus fuerit, quam ipsi cardinales usque ad finem omni modo & forma possibili, omnino perseverabunt, ut ipsa reintegratio & unio locum & finem habeat, nihil de contingentibus omittendo; & quod contra tale juramentum & votum nulla absolutio seu dispensatio petetur, obtinebitur, nec obtenta ab aliquo eorum utetur, prout in dicta forma, quæ hic habeatur pro expressa, plenius continetur.

ANNO CHRISTI 1409.

Præstitis igitur juramentis hujusmodi, & venientes ad factum electionis, cardinales ipsi respicientes in personam domini Angeli Corrario, tunc tituli S. Marci presbyteri cardinalis, qui reputabatur totus sanctus, & devotus, & ad prædictam unionem fervidus ultra modum; sperantes ut ipse facilius, citius, & efficacius unionem prædictam effectualiter adimpleret; ipsum in Apostolicum elegerunt & præfecerunt, vocatusque est Gregorius papa XII. Post cujus assumptionem, ipse quod de juramentis fecerat iteratis vicibus tam in secretis quam in publicis consistoriis prædicta vota & juramenta confirmando de novo etiam innovavit, processum etiam unionis intentavit, mittendo scilicet suos ambaxiatores juxta juramenti formam ad supradictum dominum Benedictum, cum potestate disponendi locum mutuæ conventionis, utrique parti tutiorem; ipsique ambaxiatores cum prædicto domino Benedicto ejusque dominorum cardinalium collegio de loco civitatis Saonæ concordarunt, de tempore etiam infra quod ibidem pars utraque conveniret: quam loci electionem & gesta ab ipsis ambaxiatoribus per suas patentes bullas ratificans approbavit.

Sed

ANNO CHRISTI 1409.

Sed heu: post hæc parum, diabolo suggerente cum ministris ejus viris adulatoribus, cœpit Gregucius iste corde, verbis & opere, totus esse retrogradus, in tantum ut quivis adulatorum unionem dissuadebat, hic acceptus erat & factus amantissimus, & contra. Consilia peritorum quærit, si juramentis prædictis se posset absolvere, excusationes frivolas quæritat, quibus ad conventum locum se dicit accedere non teneri: sicque tandem domino Benedicto infra statutum terminum cum suis cardinalibus Saonam ingrediente, non curavit accedere. Sed dissimulans aliquid agere, se transtulit usque ad Senas; & inde tandem tractato prius ut dominus Benedictus ad locum Portus-Veneris se transferret, prout et fecit, ipse dominus Gregorius quasi tractatus usque ad civitatem Lucanam cum sua se curia transtulit. Ex quibus locis ambarum partium hinc inde vicissim diversis legationibus destinatis pro loci convenientia, post multorum per alterutrum oblationes locorum, conclusum tandem extitit, quod dominus Benedictus cum suo collegio ad castrum Liburni, & dominus ipse Gregorius cum suis pariter ad civitatem Pisanam se transferret, in quibus propter vicinitatem locorum tractatum unionis faciliter expedirent.

Conclusione vero sic facta, & cum paratus esset Benedictus pro parte sua hoc efficere, & similiter domini cardinales utriusque partis; iste dominus Gregorius pravam intentionem suam occultare non valens, cum omnis excusationis cessaret occasio, nedum causa; manifeste recusavit, nec erubuit contra suum juramentum, & voluntatem suorum cardinalium duos suos nepotes & alios duos adulatores & unionis apertissimos turbatores, cardinales, quantum in eo fuit, pronunciare & assumere, quos tamen domini cardinales antiqui renuerunt pro cardinalibus acceptare.

Post hæc videntes ipsi domini cardinales induratum & obstinatum cor ipsius domini Gregorii, ut certis exterioribus signis formidantes ne in eos manus apponeret, ac non minus unionis affectu, & quod eorum propriis juramentis ab initio præstitis, etiam papa recusante, ad profectum unionis implendæ, quantum in eis esset, ex eorum posse tenerentur; initio Concilio, de civitate Lucana descendentes Pisanam, exceptis tribus (isti tres postea venerunt cum aliis cardinalibus & fuerunt unanimes) accesserunt; & de ibi repetitis vicibus unum ex eis ad eumdem Gregorium transmiserunt, obsecrantes eum, ut in observationem juramenti ac voti sui pro reintegratione & unione christianorum vellet ad locum Pisarum accedere, impleturus quæ sibi incumbebant omnia pro salubri consummatione concordiæ & unionis ecclesiæ: protestantes quod aliter, quantum cum Deo possent & jura permitterent, intendebant corruentem ecclesiam catholicam, depulso schismate, reintegrare. At ipso prorsus indurato & obstinato, auresque suas obturando, requisitiones justas & sanctas dominorum cardinalium contemnente, præfati domini cardinales cum aliis dominis cardinalibus alterius partis, hoc est domini Benedicti, venerunt in loco Liburni, & non solum ipsi præsentes in dicto loco, sed aliis etiam absentibus utriusque partis, qui nondum commode potuerunt illuc accedere, exceptis forte paucissimis aliquibus, unus spiritus, una mens, unum corpus & collegium effecti sunt, tractantes, & quærentes præfatum Gregorium nunc notorium ecclesiæ turbatorem, & pertinacem; ac etiam alterum Benedictum si et ipse incumbentia sibi recusabat efficere omni via possibili de jure et facto, et cum invocatione et præsentia Concilii generalis deponere, anathematizare, seu depositum vel depositos ostendere et declarare, et ad novam summi Pontificis concordem electionem, qui universalem in unione et pace regat ecclesiam, schisma tollat, et ad unum ovile divisum Christi gregem collectum pascat. Demum attente hunc eorum intentum cunctis prælatis, principibus et populo christianis insinuant, poscentes ab eis consilium, favorem et consensum: intendentes, ut prædixi, generale Concilium convocare cum voluntate, prælatorum principum et populi christiani prædictorum; cum omnes hoc velint et appetant, aut saltem pro tanta parte, quod reliqua valde minima censeatur, in Dei nomine prædicta sibi vel cum quibus poterunt commode salubriter adimplere. Hic potest dici casus in effectu. Hoc tamen addito, quod quoniam ea quæ dixi de mediis tentis per præfatum dominum Gregorium, ita sunt toti seculo notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari. Et utinam sic non esset. Nam, Deo teste, nulla privata passione moveor ad hoc dicendum. A principio quidem suæ creationis propter ejus celebrem famam sanctitatis et bonitatis, sperans quod ipse redempturus esset Israel a carcere divisionis et umbra mortis, eumdem in maxima reverentia cordialiter nec solus habui. At postquam non mihi soli, sed universitati cognitus est talis, ut prædixi, et nullum in eo charitatis zelum ad oves Christi vigere, quem pietas ulla christianæ plebis anhelantis ad pacem ipsam, juramenti religio, voti vinculum, honestas propria, et si qua est bonitas alia non retrahit; nec nisi ad magnificandum nepotes suos vana pompa sæculi totaliter hebetatus tendat, nec advertat quomodo factus sit in fabulam omni vulgo, in opprobrium ac derisum toti ecclesiæ, præterquam certis fratricellis hypocritis, quos in specie locustarum B. Johannes in Apocalypsi præviderat, existimans forte quod talium sic concione vallatus, sapientibus possit illudere, qua deceptus quid aliud de ipso nisi quod omnes prædicant ipse loquar?

SEQUUNTUR VIII. CONCLUSIONES

Quarum dogmatisatio utilis videtur pro exterminatione moderni schismatis.

Ex Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 592. ex Cod. D. Laur. Leod.

1. VEri cardinales in electione papæ vices gerunt universalis ecclesiæ Christianæ. Patet, quia per talem electionem constituitur papa verus vicarius Jesu Christi, et caput corporis ejus mystici, quod est ecclesia: sed hoc non potest facere nisi Christus vel ipsummet corpus mysticum, aut habentes in hoc potestatem ipsius seu auctoritatem.

2. Veri cardinales hujusmodi ecclesiæ vices gerunt non solum in papæ electione, sed etiam in iis quæ circa eam rite et legitime fiunt pro ecclesiæ unione. Patet, quia electio papæ finaliter ordinatur ad unionem ecclesiæ. Nam ideo eligitur unus papa, ut in eo tamquam primo capite, sub Christo sit ecclesiæ unio. Et ideo propter unionem ecclesiasticam est electio papæ et non e contra.

3. Ve-

ANNO CHRISTI 1409.

3. Veri cardinales adjicientes in electione papæ juramentum seu votum de cedendo in casu præsenti, scilicet pro tollendo tam diuturno & obstinato schismate, & pro danda pace & ecclesiæ unione, hoc rite & legitime faciunt, non suo proprio aut privato nomine, sed auctoritate & nomine totius ecclesiæ. Et ideo qui tali juramento & voto ligantur, toti ecclesiæ obligantur, a qua obligatione sine totius ecclesiæ consensu non absolvuntur. Patet satis ex præmissis: quæ omnia possent faciliter non solum divino & humano jure, sed etiam naturali, seu ratione morali fundari.

Ex his tribus propositionibus inferuntur aliæ propositiones subsequentes.

4. Quicumque tenent dominum Angelum, vocatum Gregorium, esse papam, & ejus prætensum collegium esse veros cardinales, habent consequenter tenere propositiones ante dictas de eis verificari, & ideo habent concedere dictum Gregorium per juramentum & votum factum, toti universali ecclesiæ & suos prætensos cardinales pariter teneri, ut quantum in eis est, ipsum faciant hoc juramentum & votum efficaciter adimplere, alias ab universali ecclesia reputandi sunt perjuri & fractores voti.

5. Talis prævaricatio juramenti & voti tam solemniter & in tam favorabili materia facti; non solum est gravissimum mortale peccatum, quin immo si esset pertinax, reputandi forent non solum schismatici, sed etiam hæretici, aut de hæresi vehementer suspecti.

6. Prætensi cardinales ex obligatione juramenti & voti, & alias ex auctoritate juris divini & humani, si probabiliter videant dictum Gregorium, prout hactenus fecisse videtur, frivolis excusationibus & periculosis delationibus dicti sui juramenti & voti impletionem subterfugere, debent & tenentur post debitam monitionem, se ab eo & ejus obedientia & communicatione subtrahere, & contra ipsum tamquam notorie schismaticum, & vehementer de hæresi suspectum, ac perturbatorem & illusorem totius politiæ Christianæ, procedere, & ad id faciendum alios fideles, & præcipue prælatos & principes inducere & monere; alioquin non poterunt excusari a fautoria schismatis vel hæreticæ pravitatis.

7. Adhærentes dicto Gregorio tamquam papæ, & præcipue majores prælati & principes post debitam informationem, a cardinalibus, vel alias sufficienter instructi de prædicta malitia ipsius Gregorii, tenentur se ab ejus obedientia subtrahere sub pœna fautoriæ prædictæ.

8. Doctores studiorum generalium, & præcipue theologi & juristæ, ac etiam prædicatores ad populum, debent & tenentur de præmissis fideles instruere, & in hoc commendandum est studium Bononiense, a quo nuper emanavit determinatio conformis ad præmissa.

ALIÆ CONCLUSIONES

Per Studium Bononiense.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Primo prolata debita protestatione, quod si aliquid dixerimus, quod absit, devians a traditionibus ecclesiæ, pro non dicto habeatur, ac ex nunc illud ex omni sui parte revocamus. Ad quæsita per reverendissimum patrem dominum nostrum legatum (*a*) ponimus conclusiones per universitatem venerabilium patrum & nostrorum a sacra theologia legitime approbata.

1. Schisma antiquatum licet a principio sit schisma, ejus tamen per durationem & obstinationem in fine transit in hæresim, 24. q. 1. c. *Non affirmamus*, eadem causa & q. 3. *Inter schisma*, & quod ibi notatur.

2. Stante schismate antiquato, per quod scandalizatur ecclesia sancta, verus etiam apostolicus, voto & juramento astrictus ad certam viam pro tollendo schismate electam, pro eo quia alias de tollendo eo desperatur, ubi non agit realiter & cum effectu, quod in se est, & ad quod est astrictus, si se non corrigat, nutritor est schismatis, quod consequenter descendit in hæresim; quia quantum in se est, contra debitum caritatis, voti ac juramenti, absque omni compassione nutrit populum & infantes excrescentes ad duo capita & duas ecclesias, ad quod nota in juribus præallegatis 7. q. 1. *Novatianus* cum glossa seq. 24. q. 1. in summa &c. *Dicimus* in glo. 2. non obstat quod glossæ illæ excipiunt papam, quia intelligi debent quando duo contendunt probabiliter de papatu recenti dubitantes, nec alter vel uterque adstrictus est ad certam viam in schismate tollendo exsequendam. Ubi autem uterque astrictus est, maxime ex causa, quia alias operante temporis malitia & desidia, non speratur unio de schismate, præsertim tam longo temporis tractu antiquato, si non dant pacem populo Christi, incurrunt ambo, quod dictum est, si rebelles existant & incorrigibiles.

3. Etiam a vero apostolico nutriente incorrigibiliter & notorie schisma maxime antiquatum, per quod scandalizatur ecclesia, ad quod tollendum astrictus est voto & juramento, tamquam ab hæretico recedere possunt & debent subjecti, & obedientiam subtrahere, si ex eorum obedientia palpabiliter vident nutrientem schisma, in schisma foveri & manuteneri, quia, quantum in eis est, participant in crimine ejus & favent, & cum eo descendunt ad profundum malorum, tanto gravius, quanto intelligentiores sunt, sapientiores & potentiores. Et hoc agere possunt non obstantibus juramentis, fidelitatibus, homagiis, aut quibuscumque aliis obligationibus, quæ non astringunt ad peccatum, aut peccantem in peccato nutriendum vel juvandum, 25. q. 6. *Nos sanctorum*, &c. *Nutritus* juxta declarationem Innocentii de doc. veritatis. Pars prima probatur 19. d. *Anastasius* & c. *Nulli* 79. d. *Si quis pecuniam*, 24. q. 1. *Schisma* 2. q. 7. *Sacerdotes*, & quod ibi notatur.

4. Data negligentia cardinalium, ad quos spectat in congregando Concilium contra papam etiam verum, contra votum & juramentum notorie & incorrigibiliter nutrientem schisma, de quo supra; quorumlibet subditorum interest, & maxime Conciliorum provincialium & principum, ne, cum papa nutriat schisma induratum, maxime præcedente suspicione de non danda pace, quæ concluditur ex gestis præteritorum pontificum, ex recordatione & retractatione de accedendo Saonam, alia non facta præparatione reali ad schisma tollendum, possunt humiliter exquirere papam etiam verum, ut schisma tollat via jurata, & quam jurando & fovendo justam censuit. Et si pro viribus et realiter et cum effectu, non verbaliter tantum, non imperat * modum et viam ad implendum quod vovit et juravit, eo sic debi-

(a) Balthasarem cardin. S. Eustachii.

*) al. præparat.

ANNO CHRISTI 1409.

debite requisito, concluditur nutritor schismatis indurati & incorrigibilis, & consequenter zelator hæresis & divisionis ecclesiæ sanctæ, quæ unita debet esse in unico pastore. Potest enim quilibet subditus superiorem requirere & monere ad debitum implendum, & in mora & incorrigibilitate constituere de supplenda negligentia prælati, c. 1. de accuse. *Veniens*, & quod ibi notatur. Et hoc in peccato, de quo potest accusari, ut dicit glossa 40. d. *Si papa*, & ibi & in quo subditus tacendo cum eo peccato involvitur, ad quod 2. q. 7. *Paulus Petrum*, cum capitulis sequentibus. (*a*).

Ex his infertur ad quæsitum.

Quod etiam verus papa a quolibet provinciali Concilio prælatorum principalium provinciæ & clericorum qui interesse voluerint, convocatis ad hoc sæcularibus principibus & dominis temporalibus provinciæ, ac principalibus viris notalibus de populis qui interesse voluerint, requisitus ut det unionem per viam electam & juratam; si hoc non acceptet, & statim cum potest non verbaliter, sed realiter impleat cum effectu, nec aliam justam causam & necessario concludentem alleget, quare hoc non agit, vel viam non det aliam expeditam, per quam votum & juramentum impleat: requisitus secundo a cardinalibus, ut faciat debitum suum, provincialia quæcumque concilia possunt & debent subtrahere obedientiam tamquam a nutritore schismatis & hæresis, & incorrigibili, non obstantibus quibuscumque obligationibus, fidelitatibus, aut juramentis, quibus papæ astringuntur, sint vel non de temporali jurisdictione ecclesiæ. Et hoc ne nutrientibus schisma tam periculose antiquatum, in contemptum Dei, vilipendium sponsæ Christi, & periculo animarum populi Christiani, cum eis in profundum malorum demergatur.

Ex his infertur secundo.

Quod supposita tanta antiquitate tam perniciosi schismatis, & quod ambo, quia aliter desperabatur de sublatione schismatis, se obligaverunt ad certam viam voto & juramento, vel promissione, eis non implentibus juramenta, & incorrigibilibus manentibus, subditi, præsertim si vident ex obedientia schisma magis indurari, peccant mortaliter, & tamquam nutritores schismatis & participantes in crimine, atque juvantes sunt participes peccatorum & malorum, quæ ex tam diro schismate sequuntur, & animarum quæ damnantur.

Quod omnia dicta in papam procedunt in eo qui se gerit pro papa in Avenione, & tanto fortius, quanto pars sua fuit quæ schisma fecit, & quia minorem habet obedientiam, & partem nostram spoliavit obedientia illa, & quia magis ingerendo se pro papa, magis * inclinatus est ad schisma nutriendum, contra promissionem etiam ab eo antiquius factam; (*b*) protestando insuper quod per suprascripta nullum jus quæratur, nec quæsitum intelligatur illi qui se Benedictum nuncupat.

* al. præparat.

MCCCCVIII. die XX. Decembris, nos frater Antonius de Vignaero de Bononia sacri ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, decanus reverendorum magistrorum collegii facultatis theologiæ, convocato, ut moris est, per Videllum nostrum collegio theologorum, in quo intererant duæ partes & ultra collegii prænominati, de voluntate unanimi omnium, tamen protestantibus qui in principio ponuntur prædictas propositiones approbavimus, & putamus atque putavimus fore veras, semper in omnibus subjicientes nos correctioni ecclesiæ sanctæ Dei.

In Dei nomine. Amen. Visis litteris, & exacta diligentia examinatis omnibus & singulis supradictis conclusionibus per honorabiles & eximios decretorum doctores sacri collegii juris canonici civitatis Bononiensis, collegium supradictum ræpresentantes, ad hæc antea legitime vocatos per bidellum dicti collegii, de mandato mei Chilini *de Argille*, tunc prioris supradicti collegii, omnes supradictas conclusiones, matura deliberatione inter prædictos habita, unanimiter & concorditer approbarunt & firmaverunt, ipsas veras putantes, salva tamen protestatione, quæ in principio dictarum conclusionum ponitur; subjicientes se semper in omnibus correctioni ecclesiæ sanctæ Dei. Et ita ego Chilinus *de Argille* prior dicti collegii, de mandato dictorum dominorum doctorum dicti collegii, & in nomine dicti collegii, sigillavi sub anno Domini nostri Jesu Christi MCCCCVIII. die XXII. mensis Decembris quintæ decimæ indictionis.

Ego Nicolaus Arpinelli olim Nicolai de Rolta, publicus imperiali & communis Bononiensis auctoritate notarius Bononiensis, prædicto mandato per dominos doctores dicti collegii juris canonici, dicto domino Chilino de se ut supra scribendo dictis capitulis, subscriptioni factæ per dictum dominum Chilinum priorem prædictum, & sigillationi prædicti sigilli dicti collegii, ut notarius dictorum dominorum doctorum dicti collegii, interfui, & de mandato dictorum dominorum doctorum dicti collegii in testimonium præmissorum propria manu me subscripsi.

In Christi nomine. Amen. Anno MCCCCVIII. * die 1. mensis Januarii convocato collegio doctorum juris civilis & congregato in ecclesia S. Pancratii, in qua juraverunt duæ partes & ultra dicti collegii, visis & examinatis conclusionibus suprascriptis, ac etiam attentis & ponderatis approbationibus factis in eisdem per venerabiles magistros sacræ theologiæ, & successive per egregios doctores decretorum & ipsorum collegium, præfati doctores juris civilis una-

* stilo veteri.

(a) In cod. Chauveliniano hic additur quod sequitur:
Quidquid sit de excusationibus papæ in eundo Savonam, licet notorium sit juramentum, & fama vigeat contra eum, ac vigens suspicio, ut prædecessores sui vias sequens dilatet causam, nec accedere velit ad implendum quod promisit, sicut tenet communis opinio: ex non accessu ad Savonam: ex tali tamen non accessu non convincitur incorrigibilis, cum possit moram purgare. Unde ad clare convincendum nova requiritur requisitio, & cum effectu realiter non verbaliter tantum det præparatoria, quæ potest dare: & quantum est in se impleat quod promisit.

(b) quæ sequuntur desunt in codice Chauveliniano, in quo consequenter hæc leguntur.
Hæc omnia dicimus subjiciendo correctioni ecclesiæ sanctæ, si & in quantum approbantur per collegia utriusque juris, & per reverendissimos patres de universitate theologorum, quibus corrigenda & emendanda submittimus.

ANNO CHRISTI 1409.

nnanimiter approbarunt dictas conclusiones, cum protestationibus in primo præmissis, & repetitia, & nunc etiam se subjicientes determinationi ecclesiæ sanctæ. Et ideo de eorum mandato & voluntate, ut prior dicti collegii, sigillum consuetum apposui, & me hic propria manu subscripsi. Ego Gaspar de Rufinis legum doctor. Et similiter mandaverunt notario dicti collegii, ut se in testimonium scriberet.

Et ego Philippus Angelini olim Philippi da Marsiliis, publicus imperiali & communis Bononiensis auctoritate notarius Bononiensis, & nunc norarius dicti collegii, in fidem & testimonium omnium præmissorum publice me subscripsi.

DIFFICULTATES

Adversus Concilium Pisanum proposita, & ante ejus celebrationem solvendæ.

Ib. p. 969. QUia in Concilin universali possent duo de papatu contendentes, seu ipsorum alter, vel ipsorum sequaces movere dubia, & dare exceptiones quæ sequuntur: Ideo super illis est habenda ante diem Concilii matura deliberatin.

1. Et primo forsan dicetur & excipietur, quod cardinales non potuerunt de jure vocare Concilium, sed potius ille qui gerit se pro papa io parte sua. Er hoc videtur habere colorem per §. *Huic etiam* XVII. di. & omnia jura illius distinctionis. Et si huic dubio clare non satisfiat, non censebitur ecclesia congregata, nec esse ibi Concilinm, sed potius conciliabulum, & sic nullius auctoritatis, juxta cap. *Multis* XVII. di.

2. Item, posset moveri aliud dubium, si quilibet qui pro papa se gerit, petat ante omnia restitutionem prnpter subtractiones & neutralitates sibi factas. Talis petitio videtur habere colorem per §. *Item Symmachus* II. q. VII.

3. Item, potuerunt dicere prima facie contendentes, quod posito, quod cardinales possint vocare Concilium, vocatio ista est nulla: quia spoliatus episcopus ex quacumque causa vocari non potest de jure ad Concilium, nisi primo fuerit restitutus, nec de aliquo crimine agi contra eum, ut volunt jura per expressum III. q. I. & II. q. II. & ista est una exceptio, quæ prima facie videtur juridica per dicta jura, & in qua Benedictus se fundavit tempore alterius subtractionis; & nisi isti dubio sufficienter respondeatur, Concilium nullius effectus redderetur.

4. Item, posset moveri dubium: Si Benedictus vel Gregorius in Concilio peterent subtractos vel neutrales repelli a Concilio, tamquam ibidem vocem non habentes. Ista petitio videtur habere colorem per §. *Huic etiam* XVII. dist. & quia subtracti seu neurrales spoliantes per hoc papam, censentur esse inimici, juxta jura vulgata, & sic veniunt in Concilio ut pars, nou autem ut judices vel vocem habeotes. Et istud dubium est forte.

5. Item, si in Concilio ostendatur aliquid contra alterum vel utrumque contendentium, propter quod desierit esse papa, ut puta hæresis cum pertinacia; tunc est planum quæ agere possit & debeat Concilium, juxta c. *Anastasius* XIX. di. & c. *Acacius* cum glossa XXIV. q. I. Si autem non probetur aliquid vel dicatur propter quod alter ipsorum papa esse desierit, etiamsi probaretur hæresis sive pertinacia, videtur quod Concilium non possit ipsos abjicere a papatu per c. *Ejectionem* LXXIX. di. XL. di. *Si papa* &c. *Incautum* XXI. di, cum ibi notatis per gloss. Et in istn dubio multa sunt consideranda & avisanda.

6. Item, poterit moveri dubium, quod licet isti duo contendentes sint negligentes in extirpatione schismatis, vel non servent joramenta & vota; ex hoc schismatici noo sunt nec esse possunt, ex quo membra sibi obedientia a sua communione non abjiciuntur, per c. *Non vos* XXIII. q. V. & per diffinitionem quam ponit B. Thomas X. 2. ubi tractat de schismate, & idem Alexander de Hales iib. II. ad fin. nbi etiam tractat de schismate.

7. Item, posset moveri dubium, quod licet isti contendentes ex præmissis possent dici schismatici; tamen per hoc ille qui papa verus esset, non desivisset ipso facto esse papa, nec papatum amisisset prætextu qui habetur in c. 1. in fin. de schismate. Et sic talis qui non defuisset esse papa, licet schismaticus, a Concilin non videtur posse dejici.

8. Item, si dicatur quod isti sunt schismatici, & schisma inveteratum transit in hæresim, hoc non videtur habere locum, nisi nstendatur, qnod aliquam in schismate confingunt hæresim. Et dicit Hieronymus in c. *Inter schisma* XXIV. q. III. & præcipue quia duobus contendentibus de papatu, quorum quilibet credit penes se ecclesiam, schisma non transit in hæresim, juxta notam per glos. XXIV. q. X. in prin.

9. Item, posser moveri aliud dubium, quia posito quod diceretur, quod isti ex enormibus criminibus & notoriis scandalizant ecclesiam, de quibus sunt incorrigibiles, ex hoc sunt dejiciendi, sicut pro hæresi, juxta glos. c. *Si papa* XL. di. Illa glossa usquequaque non est vera, & reprehenditur, juraque allegata ibidem non probant intentionem glossæ.

10. Maxime quia ex hæresi largo modo sumpta papa non dejicitur, nisi sit hæresis contra fidem & articulos fidei, ut notatur per glos. LXXIV. di. *Si quis pecunia*, & multi doctores solemnes illam glossam sequuntur.

Quare nisi prædictis dubiis clare satisfiat, Concilium de facili posset impediri & dividi, & sic nullus bonus sequeretur effectus.

11. Item, est avisandum quis modus agendi servabitur in Concilio contra ntrumque contendentium in ipsorum vel alterius contumaciam: casn scilicet, quod non compareant, vel si compareant, renunciare nolint per se vel procuratores, videlicet utrum procedatur per accusationem, inquisitionem vel denunciationem.

12. Item, si deliberetur per accusationem, quis accusator; si per inquisitionem, quis promotor: si per denunciationem, quis denunciator, & qui testes erunt producendi, & quæ litteræ seu instrumenta ad probandum contendentium culpam, delictum, & negligentiam.

13. Item, posset moveri dubium, si contendentes non veniant, & quilibet ipsorum habeat multos sequaces & adhærentes, quid fiendum tunc per Concilium: quia si post Concilium cardinales utriusque collegii eligunt aliquem in papam, erunt tria schismata & tria capita in ecclesia de facto; & sic majus schisma. Er ideo oportet, quod in isto bene avisetur & plene provideatur, ne ex schismate alia schismara oriantor.

14. Item, quia dominus Benedictus & Gregorius ordinaverunt, quod teneant concilia suæ obedientiæ, utrum per hoc possint impedire de jure vocationem faciendam per cardinales. Videtur prima facie, quod sic; quia cardinales non possunt

ANNO CHRISTI 1409.

sunt convocare, nisi in ipsorum defectum, & ipsi nunc videntur supplere defectum.

15. Item, videtur competere domino Benedicto legitima exceptio, si vocetur ad locum, qui sit extra suam obedientiam, per jura vulgata 11. q. VI. cap. I. & II. cum similibus.

16. Item, poterit dicere dominus Benedictus in Concilio, quod ipse acceptavit viam cessionis, & locum Saonæ conventum accessit, & non stetit per eum, sed per Gregorium, quominus pax daretur per viam cessionis; & hoc est notorium.

17. Item, potest dicere quod ex post venit ad Portum Veneris, & requisivit adversarium per nuncios & litteras de cessione facienda, & obtulit loca etiam obedientiæ Gregorii, quæ omnia fuerunt per Gregorium refutata; & hoc est verum.

Ex his videtur posse concludere, quod in facto schismatis non potest sibi imputari negligentia, dolus, vel contumacia, & sic Concilium nihil potest facere contra eum.

18. Nec obstat si dicatur quod imputandum est sibi, quia non obtulit se renunciaturum per procuratorem propter discordiam locorum vitandam, quia potest hoc excusare; quia in renunciatione facienda per procuratorem, potest intervenire fraus tacitæ renunciationis seu occultæ, quæ etiam non intimata parti, renunciationem redderet nullam, juxta notam in c. *Ex parte decani*, de rescript. de procura. mandato, & de renuncia. c. *Cum illusio*, in cle. & ibi glossa ordinar.

19. Item, poterit excusare, quia adversarius publice dixit, quod ad renunciationem faciendam non procederet per procuratorem, & ita frustra offerret quod adversarius acceptaturus non esset. Ex quo videtur quod nullatenus sibi valeat imputari, pro eo quod non obtulit se renunciaturum per procuratorem, maxime quia in causa tam ardua non tenetur procuratorem constituere, juxta cap. *Querelam*, de procura.

20. Nec obstat si dicant, quod domino Benedicto potest imputari duratio schismatis, eo quod repente recessit a partibus istis & ad longinquas partes, non disposito de facto unionis; quia poterit hoc excusare, videlicet quod fecit necessitate compulsus, & propter metum justum, qui cadit in constantem virum: & hoc est satis notorium.

21. Item, videtur quod ex eodem metu possit se excusare ad hoc quod non veniat ad locum Concilii, cum transire ipsum oporteat per terras subtractorum & neutralium, & sic inimicorum suorum, qui eum persequuntur, etiamsi darentur litteræ de salvoconductu; & ita videtur quod convocatio quæ fiet sit nulla, & quæ fient per Concilium erunt irrita.

22. Item, videtur quod ex præmissis si requiratur, ut assensum præbeat Concilio, quod ipse potest recusare rationabiliter, nec dissensus in tali casu habebitur pro consensu, nec habebit locum quod notatur per Jo. de Consti, c. primo super verbo *Rationabilia*, & per Archid. XVIII. di. in prin. per glos. lxv. di. c. primo; & sic videtur quod Concilium nullas vires habebit.

23. Item, videtur quod ipse Gregorius juste possit contradicere huic vocationi, & Concilium totum recusare; quia cardinales utriusque partis vocant ad Concilium, & admittunt subtractos ab obedientia utriusque, & quia utrumque persequuntur & spoliant. Et ista causa recusationis & contradictionis videtur justissima, juxta jura vulgata III. q. I. quasi per totum; & poterunt ipsi dicere rationabiliter: Inimici nostri constituuntur judices.

24. Item, si dicatur quod Concilium ordinabit, quod dominus Benedictus cedat, poterit respondere, quod paratus est, si alter cedat. Et si dicat quod cedat, etiam altero continuante, quia contumax abjicietur per ecclesiam, poterit respondere, quod adversarius abjicietur verbaliter & non realiter; & sic remaneret ecclesia incerta in schismate, quo remanente, ipse dominus Benedictus non tenetur cedere. Immo si cederet, peccaret, juxta notam III. c. *Quam periculosum* VII. q. x.

25. Item, istæ eædem exceptiones & rationes videntur competere Gregorio, casu quo dominus Benedictus esset contumax.

Præmissæ causæ & multæ aliæ, quæ poterunt suboriri fortes majores reddunt exitum istius causæ valde difficilem & periculosum, nisi prudenter advertant, & omni affectione deposita secundum Deum procedatur.

ANONYMI EPISTOLA *

* Carolo Malatestæ tribuendam facile judico.

Ad cardinales Pisis congregatos.

De mutando Pisarum loco pro Concilio celebrando.

IN nomine Dei omnipotentis, cujus Trinitas videlicet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, in unitate perfecta, gloriosissima & æterna vivit & regnat. Ib. p. 966.

1. Mandatum est, reverendissimi patres & domini: *Honora matrem tuam*. Cujus quidem honoris exhibitionem non solum in exteriori reverentiæ cultu, sed etiam in subventione circa incumbentes opportunitates attendendam fore Dominus ac Redemtor noster Jesus Christus Pharisæorum calumniæ respondens, terminat sic: Deus dicit sic: *Honora patrem tuum & matrem tuam*. Et *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri aut matri, munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram*. Super quo beatus doctor Hieronymus ita inquit: Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officiis deferendis, quantum in eleemosynis ac muneris oblatione sentitur. *Honora*, inquit Apostolus, *viduas quæ vere viduæ sunt*. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: *Presbyteri digni habentur duplici honore, maxime qui laborant in verbo & in doctrina*; & per hoc mandatum jubemur, ut bovi trituranti os non claudatur, & dignus sit operarius mercede sua. Quantum enim mater dignior est, tantum sibi major a filiis honor debetur. Quoniam autem est dignior corpore spiritus, spirituali matri quam corporeæ majori honore tenemur. Corporea namque mater ad essentiam vitæ corporeæ expedit, in qua juxta B. Job sententiam, continuæ morti subjicimur, in qua multis replemur miseriis, & numquam manentem aspicimus statum; sed de utero ad tumulum in istanti transferimur, in patre suscipientes putredinem, vermesque pro matre atque sorore amplectentes, cui si pro misero membrorum ergastulo & repugnante menti lege, quæ ab

ANNO CHRISTI 1409.

ab adolescentia prona est ad malum, quæ ab ipsa matre accepimus, divino obligamur mandato jureque naturæ, quantum nos obligatos debemus considerare, honorem exhibere spirituali matri, quæ nobis expendit ut renascamur in Christo, & essentiam vitæ adipiscamur cælestis, ubi angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari, qualia & quanta sint gaudia mens considerare & lingua explicare non sufficit.

2. Non satis vero fore, quam a carnali suscipimus parente generationem, ut ex hac corruptibili, quæ est mors potius dicenda quam vita, ad immensam, ineffabilem æternamque cælestis regni gloriam advolemus: Sed regenerationem oportere magister Veritatis Nicodemum instruens, his censet verbis: *Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest nasci homo, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris iterato introire & renasci? Respondit Jesus: Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.* Quæ etenim mater illa sit, quæ nos pariat & regeneret in cælo, Galatis Apostolus insinuat: *Illa autem quæ sursum est Jerusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris. Erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum.* Hæc autem mater nostra quot quantisque calamitatibus laboret, Job dixisse videtur: *Utinam appenderentur peccata mea, in quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera: quasi arena maris hæc gravior appareret: unde & verba mea dolore sunt plena, quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.* Quot autem filios usque adhuc miseratiores invenerit, quorum saltem affectus, profuerit effectui, proh dolor! res ostentat, ita ut dicere possit adversus proprios filios in utroque homine: *Esurivi, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me; nuda, & non operuistis me; infirma & in carcere, & non visitastis me.* Esuriem namque passa est, & sitivit non una die & nocte, sed plusquam triginta annorum curriculis semper in gemitibus fuit, propter flendum schisma. Panis & vini materialis & justitiæ, hospes est læsus ab hospite, stratus est in lacu miseriæ & in luto fæcis, quodque si dixerit consolabitur me lectus meus & revelabor, loquens mecum in stratu meo, tenebis me per somnia, & per visiones horrore concutiens veste laniata, frigus materiale spiritualeque per omnia membra illapsum, totum corpus tanta frigiditate complevit, ut omni vitæ calore rejecto, non remanserit in ea anhelitus, nec spiritus vitæ; qui est caritas Dei & proximi. Infirma, juxta illud Isaiæ: Omne caput languidum & omne cor mœrens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus & livor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. In carcere tali, quod de ea verificatum est illud Jeremiæ: *Occidit rex Babylonis*, quod interpretatur rex confusionis, *filios Sedechiæ*, quod interpretatur filios justitiæ Domini; vel justificantis Dominum, *in oculis ejus, & omnes nobiles Juda*, quod interpretatur omnes nobiles confitentis vel justificantis Deum: *Oculos quoque Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus, ut adduceretur in Babylonem.* Ubi vere justitia & justificatio, confessio, & glorificatio Domini reperietur, nisi in sancta Jerusalem quæ est mater nostra? Quis autem inventus est in caris & notis ejus, qui in tantis gemitibus & angustiis consoletur eam? qui inventus fuerit sine macula, qui post aurum non abierit, qui non speraverit in pecunia & thesauris ejus: certe beatus erit vir ille, & laudabimus eum, quia fecit mirabilia in vita sua. Potest quippe mater nostra vere dicere: *Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt & steterunt, & qui juxta me erant de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam.*

3. Hæc itaque attendens, reverendissimi patres & domini, Carolus filius, & servus sanctæ matris ecclesiæ, & agnoscens se multiplici ratione obligatum, quodammodo se inexcusabilem indicaret divini violatorem præcepti, si tantum distulisset pro sacra unione laborare; sufficientiores tamen cernens instare, distulit veritas præsumtionem. Interea quoque cum membra magna capiti deservirent, ne ipsum nimium a parvorum obsequio vacaret, laborare visum est paci Longobardiæ in statu dominorum Mediolani, papæ, & Mantuæ, quos patres eorum sub sua gubernatione reliquerant. Dum vero Mediolani foret, requisitus per Antonium Spalatinum, a domino Gregorio papa, videns se modicum prodesse ecclesiæ redeundo, multum vero descendendo patriæ illi & dominis obesse, supplicavit se excusatum haberi, addens se & quæcumque relicturum, si videretur ecclesiæ profuturus.

Videns tandem laborantes unioni, quodammodo desistere, requisitus iterum, hortato primum domino papa, ad unionem tandem rediit Ariminum, dispositus sanctæ matris ecclesiæ & dominæ suæ in omnibus & per omnia commodis & obsequiis. Ut autem otiosum rediens iter non ageret, Venetos hortatus est, ne pro unione laborare cessarent, quos optime dispositos invenire visus est, suum deliberantes transmittere oratorem, operaturum quod unum & non plura Concilia fierent. Dominum quidem papam, postquam rediit Ariminum, requisitus ab eo quod ipse reciperet, ibi hortatus fuit ad unionem cum effectu, quantum in illo fuit: quod si non intenderet unioni, supplicavit ne illuc accederet. Orator autem collegii obedientiæ Romanæ dominus Simeon Carolum hortatus fuit, quod nollet favores ullos impendere domino Gregorio perjuro, fautori antiquati schismatis, nec vellet eum Arimini suscipere. Cui respondit, quia omnino dispositus erat & est partem jus faventem fovere, ei videbatur expediens de his quæ in facto acciderant informari, quoniam in hoc ex facto jus oriebatur: & interea non ægre ferri rogabat accessum papæ Ariminum, quoniam utilis esse potius poterat, quam inutilis. Et medium pacificum præstantius persuadebat ad ecclesiæ pacem, quam involuto jure novas dissensiones parere. Ne vero dominus papa Perusium diverteretur, quia illuc profecturus dicebatur, quod ecclesiæ paci non profuturum cogitabat, ad Burgum sancti Sepulcri properavit, & ipsum sociavit Ariminum, Ariminumque cives, & se obtulit ad utilitatem & pacem Domini nostri Jesu

Chri-

ANNO CHRISTI 1409.

Christi fidelium. Pervento siquidem domino papa
Ariminum, indulta senio quiete, ipsum papam
hortatus fuit ad congregandum dispersas oves
in ovili uno, quia ejus præcipue tamquam pa-
storis intererat. Papa vero justificato desiderio,
& mediis per eum servatis, conquestus est per
vos omnem sibi præclusam fuisse foreque viam,
quam intenderat & intendebat pro pace ecclesiæ.
Inter quæ dominus B. legatus Bononiæ misit ad
Carolum, alludendo sibi de adventu papæ Ari-
minum, quia sperabat paci profuturum, illum-
que ad ipsam hortatus fuit; præsertimque papæ
ad cessionem persuadendo. Cui pro optata sibi
valde unione Carolus se toto posse acturum ob-
tulit, & universale Concilium, viam divina di-
spositione paratam commendavit, commendat-
que; & ad illud & non particularia rogavit do-
minum B. ut sacrum vestrum cœtum hortaretur
in loco partibus & Concilio tuto & condeceuti
conventurum. Postquam enim papam hortatus
fuit ad unionem, & ille se sponte liberaliterque
ipsam velle dixisset, eum ad Concilium univer-
sale cum suis adversariis convenire deprecatus
fuit. Cui cum papa respondisset, ad se de jure
spectare convocare Concilium; replicavit Caro-
lus unionem sponsæ Dei expedire, cui nimis
contentiones obfuerant. Denique ut conclusio-
nem Carolus experiretur de locis tractando,
Pisas dominus Gregorius omnino respuit, tam-
quam a parte præelectas, nolens suis juri & di-
gnitati derogari. Dixit insuper non liberas Con-
cilio, ut decebat; sed tamen aliis locis per Ca-
rolum nominatis assensit. Inde gavisus fuit re-
sponso, non titubans potius a sacro cœtu vestro
obtenturum, quam obtinuisset a domino papa,
quia absens audierat zelum vestrum circa unio-
nem. Tamen dominum cardinalem tunc lega-
tum Bononiensem, & Malatestam fratrem suum
exoravit, ut ratiocinatis assensum deprecaren-
tur, & suos distulit oratores mittere, ne introire
videretur in labores eorum. Sed audiens negati-
vam per dominum Jacobum de Isolsnis, per
ipsos oratores experiri deliberavit, & exclamando
insuper, doluit & dolet sanctæ Dei sponsæ matris
& dominæ suæ vituperio, in qua non solum duo
capita apparent, sed illa insimul certare, & illa
cum humeris, & cum illis humeros cernitur.
Exclamans itaque Dei severitatem placari & e-
jus patientiam exsurgere, deprecatur non inspi-
ciendo principum peccata, sed inopum miseriam
& gemitum pauperum. Mortem insuper fideli-
bus pro vita optandam potius his miseris die-
bus, fore dicit, patrum exempla observantibus,
quam gentis suæ opprobrium pati.

2. Excusat igitur se, si bis negata repetit,
quia ad hoc honestum suadet, allicit utile, &
opportunitas cogit, spesque ipsum reddit auda-
cem. Nam cum Dominus dicat: *Petite & acci-
pietis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur
vobis;* quoniam nullo modo credere potest in
sacro cœtu vestro, uno saltem carere amico,
quia diligit omnes, & amor reciprocus natura-
liter est, quoslibet se amicos habere putat,
cum omnes vos unius voluntatis esse audierit,
& per vestras scripturas inspexit. Et quia po-
pulus Dei amicus suus ad eum venit de via,
non per viam, nec in via, quia quicquid di-
catur, nondum in via, nec per viam unionis
esse videtur. Carolus vero non habens quid po-
neret ante illum, venit ad amicum deintus sa-
crum cœtum vestrum, quem, cum servus sit,
amicum vocavit, quia amor æquat omnia. Et
media nocte ad eum venisse dicit, tres petens

A panes sibi pro amico commodari, id est tempo-
re maxime potestatis malorum, quia sol obscu-
ratum est, & luna lumen non præbet, & stellæ
de cælo ceciderunt, & solum in regno mili-
tantis ecclesiæ judicium tribulationis, quæ per
crucem designatur, apparet. Panes pro saturi-
tate amici petiti sunt & petuntur, æquitas vo-
luntatis, æquitas loci, & æquitas temporis.
Æquitatem voluntatis necessariam probat, quia
sine æquitate bona voluntas haberi nequit, &
Gloria in excelsis canentibus angelis, non pax
nisi hominibus bonæ voluntatis annunciatur in
terris. Alter petitur panis æquitatis loci, quæ
attendi debet, ut personarum non inficiatur di-
gnitas, æqualitas sit laboris, venientibus iter
B tutum, consiliantibus plena consulendi libertas,
a timore secura, a seductione præmiisque lon-
ginqua. Et si alias fuissent communes Pisæ,
quia aperte præter & contra aliorum consen-
sum ad Concilium electæ fuerunt; communes
non videntur, quoniam juri & dignitati eorum,
qui electioni illi non assenserunt, si assentirent,
derogari appareret. Dominum autem Gregorium
liquet vocatum fuisse Pisas etiam cum commi-
nationibus; sic Pisas etiam fuisse electas per vos
ad Concilium, præter aliorum consensum.
Unde apparet eo assentiente dignitatem infici,
quia dignitatis & potestatis veneratio inficitur,
si minori major se subjicit, impressus timore vel
viribus. Loca quidem, ad quæ si partes acces-
C serint, proposuit & proponit, scilicet Bononiam,
Forlivium & Mantuam, quæ non sunt a parti-
bus præelecta, unde non juri derogatur ipsarum,
nec dignitati, & ad quorum aditum iter tutum
quibusvis partium manifestum est. De Arimino
namque, quamvis sit tutissimum, liberrimum-
que, & diu est sanctæ matris ecclesiæ & devo-
tum, nullam vel parvam mentionem proposuit
facere: nullam, inquit, quia nihil pro ejus e-
lectione proponere, nec in aliquo insistere in-
tendit, quod unioni quomodolibet obstare va-
leat: parvam vero, quia nec omnino nominare
voluit, nec illud quod ecclesiæ est, quodque pro
ecclesia gubernat, & ultra seipsum sancta mater
ecclesia sua, si non offerret, ignoraret suis
D promptissima honoribus & obsequiis jugiter fore,
fient & sunt. Sed quia dominus Gregorius papa
illuc primus accesserat, ex indecentia & non ap-
parenti æquitate suspicabitur ei qui dicitur do-
minus Benedictus, & unito vestro sacro cœtui
parum acceptum. Verum circa hoc non sileo-
dum deliberat reverentiis vestris, quod si divi-
na inspirante gratia, locus ille Arimini paci
ecclesiæ & populi Christiani commodus appare-
ret, secundum quamlibet dispositionem & con-
sentium partium promptissimum offert. Atque
propterea si pro securitate & Concilii libertate vi-
sum fuerit alteri partium expediens, filium suum,
quem sibi reputat unigenitum, Galeottum obsi-
dem offert, nedum in Galliis, sed si oportuerit,
E ubique usque ad ultimum terræ. Proposita nem-
pe loca tantum esse Concilio vel fieri posse se-
cura dicit, quantum ecclesia universalis delibe-
rabit. Ait insuper incongruum fore spiritualem
ecclesiam potestati subesse temporali, & multum
differre, si temporalis a spirituali jurisdictionem
susceperit & potentiam, an si spiritualem tan-
tum in loco Concilii posse & velle opor-
teat, quantum sæculari placuerit. Nec sibi
contradicere putetur, quia proposuit Man-
tuam, licet sit imperiali jurisdictioni sub-
jecta, & immediate gubernetur a domino
temporali: quia imperium dependet a papa, &

ANNO CHRISTI 1409.

quia imperator filius est ecclesiæ, defensor & advocatus; & quia qui Mantuam gubernat, vassallus est propter comitatum Gonzagæ, & aptus ipsius regimini, secundum omnem dispositionem universalis ecclesiæ, ipsi propter hoc tradere. Etenim quia forsitan Carolo posset opponi, quod domino Gregorio non prohibitum est, quod Senis & Lucæ prohibitum fuit, ut procederet contra S. R. E. cardinales, asserentes quia pro sancta ecclesiæ unione laborabant, ipsiusque schismatis antiquati fautoris latebras detegunt, adversanturque ipsius iniquo proposito. Ait Carolus, contradicit papa. Numquid ergo oblivisci debet sacrum illud principis æterna memoria commendandum? quod B. Hieronymus in additione Ecclesiasticæ Eusebii Cæsariensis Historiæ actum Nicææ in sacro Concilio refert his verbis: „ Sed in eo Concilio „ admirabile factum principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus pene locis „ episcopi convenissent, & ut fieri solet, diversis ex causis inter se jurgia quædam detulissent, & interpellebatur frequenter, & „ magis ad hoc, quam ad id pro quo ventum fuerat, animos dabant. At ille, videns „ quod per hujusmodi jurgia causa summi negotii frustraretur, & diem certam statuit, „ qua unusquisque episcoporum, si quid querimoniæ habere videretur, deferret. Et cum „ resedisset, recepit a singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis „ quid contineretur aperiens, ait ad episcopos; Deus vos constituit sacerdotes, & „ potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. Et ideo nos a vobis recte judicamur, „ Vos autem non potestis ab hominibus judicari, propter quod Dei solius expectate judicium, & vestra jurgia, quæcumque sunt, ad „ illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii, & conveniens non est, ut homo judicet deos, sed „ ille solus de quo scriptum est: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit*. „ Quia actus qui facti sunt, non ad Concilium facti sunt.

3. Ariminum non reddunt de jure Concilii suspectum partibus: quoniam præcipue si a proposito loco Concilii sui concordaret se conventurum cum aliis Arimini, intentionem suam mutare dominus Gregorius videretur; alii vero ipsius approbare nequaquam. Si tamen partibus ecclesiæ paci aptum videtur, ita illud & se offert, ut nihil propter hanc omnino reservet; quorumlibet obedientiæ loca æque distare asserit, si orbia figura & ventororum mensuretur iter. Replicat insuper cujuslibet eorum Concilio libertatem, aptitudinemque: & præcipue quia in quibuslibet potest corruptela compesci; quoniam non solum de potestate discuti præcipua videtur intentio; sed de pastore a quibuslibet concorditer acceptando, jussus est locorum circumstantiis canonis dispositioni concordare: videlicet quod ubi adest universalis potestas ecclesiæ, ibi non licet mere & libere subjectam fore temporalibus. Decet insuper electores ut consiliarii papæ sint a metu tuti, & a favore corruptionis alieni, æquum & utile ecclesiæ proposuisse putans mutationem, id est loci, sperans se jam obtenturum, saltem a Domino, mutationem temporis petit, quia aliter partes in unum Concilium convenire non posse demonstrat evidentia. Quæstioni respondetur de inconstantia clericorum reprehendenda, quæ non est inconstantia, quando propter proximorum salutem consilium reformatur in melius per exemplum vestrarum reverentiarum: quia ab eo quem quilibet vestrum papam reputavit, & in cujus jurastis manibus, quem toties publice adorastis super terram, discessistis. Nec notam mutabilitatis & inconstantiæ & juramenti transgressionem timendam vestrum cuilibet esse visum est, propter hujus unionis bonum. Hoc per B. Augustinum dicentem: Ecce in conspectu Dei & vestro muto consilium. Hoc per canonem *Alma matre ecclesia*. Hoc principem apostolorum, qui pedes quos lavari sibi a Domino negavit primum, mysteriom salutis intelligens, immediate permisit. Hoc per Dominum qui incommutabili prædestinatione contingentes concordat effectus. Et per Salomonem, tempus scindendi & tempus consuendi. Nam utique si licet filiis propter dilectionem Dei patri objurgari & ipsum odisse; multo magis eum non discedat a via æquitatis, decet cum ipso convenire, etiam si devius fuisset. Exemplum de Noe habetur, qui benedixit Sem & Japhet, quia avertentes vultum pudenda patris operuerunt, & maledixit Canaam qui aspexit & risit.

4. Objicitur forte: si mutaretur locus Pisarum, B. se læsum dicere posset, & propterea recusare ad Concilium ipse & sui accedere; unde præter inhonestatem populi tot auferentur, quot, ipso cum suis non veniente, dissentirent, & ideo cum propositi mutatio loci honesto contradicat, & publico officiat bono, propositum mutari malum esse. Atque humanus intellectus faciliter errat, nisi sibi objecta discusserit phantasmata. Et quoniam varia circa loci competentiam incompetentiamve repræsentata sunt, & maxime de adventu ejus qui dicitur dominus Benedictus, causas imaginari convenit, quæ ipsum Pisas adducant vel divertant a Pisis. Aut enim apud se certus est papam esse, aut certus est, quod papa non est; aut dubius, utrum papa sit; quod tamen Carolus non credit, sciens vestram intentionem, & eum qui dicitur dominus Benedictus ignorare non putans si jus suum indubitatum sibi præsens ita proponere Concilio æstimaverit, ut papatus per universum Concilium sibi vendicet potestatem, quocumque accederet & libens. Et si jus suum propter absentiam lædi pensaret, hoc etiam, licet senis sit, exilem metua caulam & laborem itineris expavere, quia non eum juvenilis naturæ calor fortem & infatigabilem reddit: tamen cum voluntatis ardor soleat calorem superare naturæ, juvenescente in homine ambitione, quæ ut plurimum in senescentibus juvenescit, Benedictus senex præpotens valde adversus metum & laborem existens, si Pisas accedat, nec propter metum, nec propter laborem alio accedere recusaret. Si tuendi aut dilatandi dominii causa Pisas accedat, & veniet locorum quovis Benedictus. Et si recusaverit Pisas venire, imitari nolens Domini & ejus magistri humilitatem; quomodo potestatem gerat in terris, si non caritatis ardore, sed inanis amore gloriæ Pisas etiam renuntiaturus accesserit: utique quocumque propositorum locorum & ultra libenter accedet, quia ambitioni hujusmodi nihil grave, nihilque latia periculosum apparet, sed lene nimis. Cum enim sitis & ardor habendi omnem superet concupiscentiam, superatur ab illa, & ultimum terribilium propter eam parvipenditur, & omni-

poten-

ANNO CHRISTI 1409.

potentis Dei potestas vilipenditur. Si vero certus est se papam non esse, et maligno trahatur spiritu Pisas, ut alterius jura usurpet, velut proprium pudorem abscondat, exemplis et rationibus probari potest alio venturum. Quod si non, cum inopportunum sit impios interesse Concilio justorum, et ut usurpatori facultas minime tribuatur, propter absentiam suam nequaquam differenda est pax ecclesiæ. Si quoque illum Dei Spiritus converteret, sciens se tot annis idolum sedem apostolicam invasisse, cum qualibet potentia minima sit ad satisfaciendum divinæ offensæ quæ infinita est, sibi minimum cerneret si trans Gades accederet. Hoc etiam Cananeæ, cæci, et Mariæ Magdalenæ probatur exemplis. Si Pisas dubius de jure suo venerit, præeligens certe innocentiæ quam dubii papatus possessionem, ultra quæcumque propositorum locorum iret, cum naturale sit insuper odire ignorantiam, ad repellendum istam ignorantiam, quæ nesciendi tantummodo causa obest. Sed gehennæ culpa longius accedere deberet, quod Pithagoræ, Platonis, et Apollonii exemplis deducitur, qui remotissimas peragravere provincias propter scientiæ amorem. Ad quemcumque etiam dictorum locorum iret, nedum Pisas, si ambigeret absens jus dubium posse tueri, ut confusionem evaderet, ut non de jure suo dubitare visus contra se juris faceret præsumtionem. Volens quidem indubitatum sibi jus servare dominus Benedictus, ad locum ad quem vocatus non fuerat, et non Pisas, accessurus verisimiliter esset, ne jurisdictionem facere videatur in eos quos negat habere: quia aliud est ad locum communi consensu non vocatum ire, quam ad locum ab adversario præelectum venire vocatum. Ambiens vero fovere dominium, prout apparet ex servata, qualiscumque sit, possessione tot annis, cum possessionem diligat, et exspoliationem pavere putandum sit, nequaquam verisimile est se in rebellium suorum manibus positurum, nisi aliquid lateat ad locum accessuris, in quo parem cum adversariis potestatem habere possit; quoniam sibi testis est conscientia sua, si hæreticus est, quia etiam quantumcumque infideles sint, non diffitentur divinæ oculos justitiæ ubique præsentes, ubique illos offendere scit. Cumque Dei clementia per divisionem et distantiam locorum a justitia non distinguatur, cujuscumque loci non debet pudere ad veniam, quia non puduit ad culpam, et ubique debet Dei misericordiam sperare implorando, quia ubique est. Si autem non fuerit hæreticus, sciens papam sola hæresi posse privari, debet alio accedere, ne vocatus accedens videatur se hæreticum assentire. Nam humilitatis causa mentiens, si non erat antea, peccator efficitur, nec ita caveri debet arrogantia, ut veritas relinquatur. Adest insuper alia ratio: nam si pontificem se putaret ille, qui dicitur Benedictus, ad loca immediate ecclesiæ subjecta libentius accedere deberet, quam ad aliena, etiamsi longe pulchriora, magisque amoena et opulenta forent. Nam ab experto videtur unumquemque loca sibi subjecta libentius visere, libentiusque inhabitare, quam ea quæ alterius jurisdictioni subjiciuntur. Quod si dicatur, quoniam proposita loca nequaquam sibi subjecta sunt; certe negari non potest, quod neutralia sunt, quoad obedientiam, ut ita dicatur, contendentium de papatu; verumtamen ecclesiæ de jure et de facto subdita fore contradici non potest. Si vero dicatur Mantuam et Ariminum obedientiæ domini Gregorii papæ subjecta, nequaquam negatur. Sed ut supradictum est, si partibus commoda paci ecclesiæ videantur, hoc pacto oblata sunt et offeruntur, ut nihil ibi servetur partium jussioni dissonum. Si igitur proposita loca, cum ecclesiæ sint, aliorum locis non præponit, pastor non est & Christus Domini, qui proprias oves abhorret. Ex his igitur quæ suprascripta sunt, liquet multas fore rationes, per quas ille qui dicitur dominus Benedictus, ad quemlibet propositorum locorum accedere deberet, etiamsi Pisas non. Unde si ad communem partibus locum et non præelectum accedatur per reverentias vestras, manifestum est, non propter illud Concilium futurum, nec unionem impediri. Verumtamen hoc disseruisse Carolo supervacaneum videretur, quantum circa præsentiam ejus qui dicitur Benedictus spectaverit; nisi quia forte putare posset eum procurare illi auferendam loci æqnitatem, qui ad pacem vocatur ecclesiæ et populi Christiani unionem. Nam semper opinatus est, illum nequaquam Pisas accessurum, quod et novissime sibi a plusibus fide dignis assertum est.

5. Nec insistendum ultra videtur circa pericula illa responsionis exhibitæ Rodulfo cancellario fratris sui Malatestæ de Pensauro, in qua dicebatur, quod præter inconstantiæ notam, valde mutatio loci Concilio obesset, & per consequens impediret unionem, quoniam multi Pisas accederent, qui audita mutatione loci ad propria retrocederent. Hoc enim licet non putaret, sed semper a certo tenuerit & teneat multo plures ad Concilium universale accessuros, si sciverint communi omnium partium consensu congregari, quam si divisim et ad diversa loca vocati sint. Quis enim nesciat, quod spes certa intentum obtinendi voluntatem excitat et corroborat? Quis insuper ignorat unionem voluntatum concordiam et pacem esse; discordiam vero habituale schisma fore et originem schismatis actualis? Jam quidem per hoc unio nedum sperari posset, verum facta videri, indeque scrupula juris cuncta succisa, et eminentium scelerum evulsa radix quælibet, et novæ hæresis pullulatio. Præterea cum universalis divisio fieri non posset in ecclesia Dei, nisi aut in intellectu canonum schisma fiat, aut de facto, et hoc rebellantibus capiti membris, licet quod jus dictat intelligant: quoniam secundum sententiam B. Augustini, contraria contrariis curantur, oportet quod in utroque concordia fiat, ut morbus discissionis curetur, qui per utriusque discordiam exortus est. Attendendum est insuper per reverentias vestras et cunctorum fidelium discretum examen, si cessionis via præelecta est tamquam securior, et a vestris dubiis magis aliena; ceterum tamquam magis caritativa, quia per eam non detegitur injustitiæ multorum verecundia, qui etiam propter ignorantiam peccaverunt, quod prudentia vestra talem adhibeat modum, per quem fiat, ut suum intentio sortiatur effectum, et non inducat oppositum ejus quod videtur intendi. Nam si modus servatur, per quem secundum jus dubitari possit utrum cessio valeat, cui metus infertur; poteratne verus et indubitatus papa a cunctis haberi? Si vero nullus metus infertur, sed sponte partes communi consensu convenerint, et juramenta servent, quis sperare non potest, immo certus esse non debet,

ANNO CHRISTI 1409.

debet, quod unio indubitata sequatur, & unus verus atque indubitatus papa a cunctis accipiatur? Neque ceterum minus caritati opponitur alterius violare jus, quam justitiæ pudorem detegere. Et si dicatur, dubium est; advertite, supplicatur, quod dubius de jure alieno, nequaquam ex suo certus est, quodque caritas exigit unumquemque dubitantem de jure suo, ita illud servare teneri, quod non rapiat quod suum esse non novit. Recte judicatum est per quamlibet partium Concilium fieri universale ad pestiferum & lethale schisma mactandum, tamquam viam a sanctis patribus consuetam in similibus, a sacrisque canonibus approbatam, per quam nulla excluditur via voluntatis aut juris. Nunc autem quis non sensatim apprehendat, quod si a qualibet partium divisim convocentur patres, quin immo altera comminante & prohibente ne accedant ad alteram, & si unum de jure Concilium fuerit, plura oporteat fore de facto? Quis inde jam non circumspiciat inspiciatque, non vetus mactari schisma, sed quod æque justeque breviter & faciliter, si volueritis, interficietur, si nolueritis, reviviscet? Verum cum scandalorum mater parva voluntas prægnans suspicetur, filium pariet patre pejorem.

6. At si iterum objiciatur, illum qui dicitur Benedictus, neque ad Pisas, neque ad quemquam propositorum locorum accessurum, & propter hoc universale Concilium saltem de facto locum vendicare non posse; hoc non putat Carolus quemquam prudentem affirmare. Nam quia quod petitur æquitatem in se continet, si Dei mandatis & judiciis contradicere nolit, æquitati minime contradicet. Non enim ignorat ille, quantæ auctoritatis David propter Deum fuerit; de quo Dominus ad prophetam: *Inveni hominem secundum cor meum*. Et alibi: *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar; semen ejus in æternum manebit*. Cujus David verba sunt ad Deum: *Omnia mandata tua æquitas*. Et rursus: *Cognovi, Domine, judicia tua*. Ut quid ergo dubitari potest quod qui æquitatem spernit, omnia Dei mandata & judicia spernit? nec illiusmodi idcirco sequendam voluntatem, sed refellendam. Poterit forsam prætendere proposita loca sibi, seu Concilio, vel utrique pariter inepta. Causas assignet, & alia proponant quæ magis seu ita æqua sint, & magis aut tantum ad illa tutus sit accessus quibuslibet partium ad illa accedere volentibus: in quibus sit tuta & libera mansio, & quæ canonum dispositionibus amplius aut tantum conformia sint. Quis tamen crediderit, cum ipse primum sciverit vestras reverentias cum domino Gregorio fore concordes conveniendi in uno loco, in quo communi consensu partium congregatio fiat, & universale Concilium convocetur, ipsum nequaquam illuc conventurum. Nam si Deum non vereatur, minime ambigi debet eum saltem humanam maximam vereri confusionem, quam si eo non accederet, non utique se evasurum, cum prudens habeatur & expertus sit, credere posset. Verum si tanta fuerit, quod putandum non est, obstinatione circumventus, quatenus, volente domino Gregorio & vobis insimul convenire ipse noluerit, legis dictio & naturæ potius imitanda censetur, quam illius qualiscumque voluptas. Dictant quidem leges & natura mala & noxia quæcumque evitari, majora vero præsertim: nunc autem existeote triplici; ut taliter referatur, in ecclesia contentione, ad unionem venire volentibus, quanto magis insimul concordes extiterint, tanto minus ab illis unio distat. Illos quidem quisque sibi uniendos optare amplius debet, qui divinæ æquitati propinquiores existunt. Nam solum in unum convenire pax est: sed si æque conveniatur. *Convenientibus enim nobis in unum*, juxta Vas electionis, *jam non est Dominicam cœnam manducare*, sed corpus Christi secundum divinam institutionem conficere, & illo secundum canonicam disciplinam participare, hoc est cœnam manducare Dominicam. Cum ergo modus conveniendi in unum secundum æquitatem & communi consensu convocandi Concilium, via sit absque æmulatione pacifica, quieta absque turbine scandalorum, omni carens iniquitate, libera sine motu, ab omni turpitudine aliena, tuta subjectis, prælatis honorifica, nullum circumveniens, neminem conculcans, expedita absque præcipitatione, conclusio unionis, per quam, si partes convenerint, non prompti affectus potest ambitio reprehendi, dum propter zelum unionis unusquisque vestrum propriam voluntatem superasse probatur. Hæc igitur via tamquam triumphi causa ab omnibus diligi debet. Non enim caritatem Dei & proximi potius quam propriam quis diligere probari potest, nisi propter Dei dilectionem & proximi propriam abnegaverit voluntatem. Est insuper via proposita & petita per Carolum suavi humilitate plena, absque adulatione imitantibus eam, & sine proximi detractione, grandique redolet caritate, cuncto hypocrisis colore carens.

7. Ut igitur Carolus jugiter petat, jugiter quærat, jugiter pulset, honestum suadet, allicit utile, inopia cogit, indeque quod aperiatur, & exaudiatur spes ipsum reddit audacem. Cum enim honestum & moralo convertantur, quod morale est, honestum est. Beati quidem Ambrosii verba sunt, morale est omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem astruant. Quod itaque vestris reverentiis honestum est, honestum suadet ut petatur a vobis. Exigitis namque a domino Gregorio, ut relicto loco concilii sui & concilio suo, Pisas accedat, & juri sui papatus renuntiet. Et hæc omnia propter fidem & commodum fidei. Grande est hoc, quis dubitat, cum magna petat impendere parva? Minus est verbis re quod a vobis petitur, videlicet ut mutato loco Pisarum congruo tempore, vel quam brevius ratio quærit, ad alium locum accedatis communiter eligendum, ad quem communi partium consensu universale Concilium convocetur; morale ergo & honestum est vobis qui fidem exigitis, si non majori, si non æquali, saltem minori exemplo vestri fidem adstruere. Morale & insuper honestum est, vos qui fidem in juramenti & voti observatione a domino Gregorio exigitis propter unionem, fidem observatione vestri juramenti & voti propter unionem adstruatis. Jurastis quidem & vovistis nonnulli ex vobis, certum est, nihil de contingentibus omittere, ut sacra unio sequatur, saltem quantum in vobis esset. Qui vovistis & jurastis locum quidem Pisarum noo mutare, certum est noo esse de genere necessariorum, contingentium vero sic. Allicit utile; quamvis enim quoddam appareat utile, bonum & delectabile, quod quia honesto contradicit, bonum non est, licet intellectæ voluntati bonum appareat. Et ideo hoc nequaquam quæri debet, nec quod quæratur debet allicere. Quando

ANNO CHRISTI 1409.

do vero utile & delectabile honestum bonum est, & quæri & appeti debet, quia naturaliter omnia bonum appetunt. Recte etiam tunc utile allicit ad quærendum. Quid vero utilius quærere, quam illud quod cunctis fidelibus prodesse potest, & nullis obesse, nisi illis forte, qui hominum substantiis & carne suam saturant esuriem, illisque pariter qui hominum detractiones & sanguinem sitiunt, & in ipsis moliuntur debacchari. Quid præterea utilius, quidve delectabilius, quam perfecti desiderii optatum consequi effectum? & quid magis ad quærendum allicere debet? Cogit inopia, quia propter defectum eorum quibus natura eget, ut se sustentet & proximos, inopia vim naturæ infert, quoniam aufert quod natura postulat. Ideo naturam provocat, ut vi exquisita procuret vim quæ sibi illata est repellere. Existente aa vero tam exilis potentiæ, quod neque propriis viribus valeat, neque opem sibi alius ferat, cogit inopia non solum petere, non solum quærere, verum etiam pulsare, quod etiam conceditur necessitate imminente, quamquam sine impetu & violentia quadamque importunitate fieri non possit. Unde & servos inspicimus urgente eos opportunitate negotiorum principis vel sui ipsorum, licet dormiret princeps, licet sint pueri secum clausi in cubiculo, ostium pulsare. Unde Dominus ut majorem exhibeat licentiam pulsandi, non principis nomine, sed amici parabolam affert. Inopia ergo Carolum cogit: nam cum inopia proprie sit, dum eo eget quod nec sibi sufficit, nec aliis largiri potest; egenta vero eo non solum panibus tribus propter se, sed etiam propter quoscumque fideles; neque habente unde se & amicum reficiat, qui non solum fame veræ unionis patiuntur inopiam, verum apertissime pereunt, quamvis petierit, quamquam quæsierit, ut pulset cogit inopia. Cum enim major sit causa quam effectus, major omni inopia est, quæ omnis quasi nostræ inopiæ causa est. Ex quibus omnibus spes ipsum reddit audacem; quippe se dicit, quia licet pium sit quod optat, tamen ultra virium suarum omnium competentem & conformem qualitatem aggressus est opus, hoc autem urgente caritate, quæ omnia credit, omnia sperat. Quid enim sperare non debet, dicente Veritate: *Cum vos qui mali estis, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit Spiritum bonum petentibus se?* Nihil vero aliud in hoc quærit, quam Spiritum bonum, Spiritum videlicet illum, qui Deus est, & oculorum visio & pax, per quem pax annuntiari discipulis suis præcipitur dicens: *In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui.* Illum humiliter supplicat in voluntates vestras & aliorum Dei filiorum misericorditer inspirari, ut divino afflante Spiritu, bonæ efficiantur voluntates, ut pax vera illabatur in illis. Spes enim, etsi non mereatur suscipere, & ideo audax postulando sit, audacem pulsare facit, quia ea quærit & optat, quæ requisiti negare non debent, si non ratione amicitiæ petentis & quærentis amici, si non proximorum dilectionis, nec, quod his omnibus majus, divinæ caritatis amore, propria saltem. Eja ergo surgite, reverendissimi patres & domini, licet ostium vestrum clausum sit, & pueri vestri vobiscum sint in cubili, surgite supplicatur, & in cubili amplius obdormire nolite. Surgite, & si gravitas humana impediet, juxta beati doctrinam Augustini sub pedibus vestris scabella vobis facite, terræ fastigia conculcando; quanto namque majora sunt, tanto magis super illa scandendo surgite. Præterea cum veritas sanciat: *Qui se humiliat exaltabitur*, humillando vos surgite, recludite ostium, & si non dederitis ei, eo quod amicus vester sit, saltem ex improbitate date ei quotquot habet necessarios. Audite Dominum quid dicat: *Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Misereamini & vos super turbam Christianorum: quia ecce jam triginta annis & ultra sustinent, nec habent quod manducent. Et certa si dimiseritis eos jejunos in domum suam, deficient in via. Quamquam vero Carolus petierit, quæsierit, pulsaverit, ne omnino obtinendi, quotquot panes necessarios pro animæ habet saturitate, modum omittat; illos sibi dari per vos omnes patres reverendissimos, qui Pisis congregati estis, obsecratur in Domino, & adjurat per illud sanctissimum & ineffabile mysterium, per quod Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate veneranda est, per illud sanctissimum & ineffabile mysterium, per quod ex purissima carne gloriosissimæ semper Virginis Mariæ Verbum caro factum est, & cum creator sit, creaturæ uniri dignatus, & Deus & homo factus est Christus, & per labores, sudores, opprobria, passionem & mortem, quæ Jesus Christus passus est, ut dispersas oves ad militans revocaret ovile, ut sub se cælesti capite cum angelis unirentur in gloria. Et quoniam per Dominum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & ipse instruit: *Sine me nihil potestis facere;* atque ne spes deficiat, cum docuerint impossibilitatem humanam, ipse promittit, *quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Carolus suppliciter deprecatur divinam misericordiam, in nomine Domini nostri Jesu Christi, sanctæ matris ecclesiæ sponsi cælestis, ut benefaciat vobis, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraham, Isaac, Jacob locutus est servorum suorum fidelium, & det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua & in præceptis suis, & faciat pacem, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Incircumscriptam insuper Altissimi miserationem exorans, quatenus amodo misertus gregis sui, illum ad se convertat, & a peccatis ejus vultum dignatus avertere, quod sub uno pastore subjecit, dispersum sub uno pastore uniat & conservet ad ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et donec post humanos terrenosque labores electos suos sub se verissimo capite & pastore, cum angelis suis unum corpus effici voluerit, & triumphare jusserit in æternum.

RE-

ANNO CHRISTI 1409.

RESPONSIO

Facta per reverendissimos patres dominos S. R. E. cardinales pro unitate sanctæ Romanæ ecclesiæ prosequenda, & ut sperant, in Deo feliciter concludenda, in civitate Pisana degentes, prudenti & circumspecto viro Rodulpho secretario ac nuntio & ambaxiatori viri magnifici domini Malatestæ de Pensauro ad quadam capitula petita per eum, sequitur & est talis.

Ib. pag. 281. PRimo dicti domini cardinales ad primum capitulum, videlicet, præmissa debita recommendatione, de affectione & de fide ingenti, & intentione optima quam semper & ba- B buit & habet præfatus dominus Malatesta circa sanctam unionem & dictum vestrum sacrum collegium.

1. Respondent quod regratiantur dicto domino Malatestæ de affectione & bona ac sincera intentione quam habet ad unitatem sanctæ matris ecclesiæ. Nam per effectum operis constat eis, quod labores & impensas sustinuit pro prosecutione dictæ sanctæ unionis, & certificant eum, quod ad ipsum habent singularem fidem & confidentiam, quantam habent ad quemcumque alium magnum dominum Italiæ.

Secundo ad capitulum secundum, videlicet: *Dixi pro parte fidelissimi servitoris vestri domini mei Malatestæ, quomodo magnificus frater suus* C *dominus Carolus sibi pridem intimavit, quod pro unione consequenda eidem videretur unicam tantum fore viam indubitatam, & sine aliquo scrupulo enervativam penitus omnis scandali, & cujuscumque dubitationis de mentibus fidelium, videlicet quod fiat unicum et generale Concilium, in quo concurrat voluntas dicti domini Gregorii pariter & vestra. Alias si plura concilia in diversis locis indicta fierent, ut ordinatum est, visibiliter & necessario multa scandala, divisiones, ac hæreses suborirentur exinde; & sic ubi pacem quærimus, multiplex discordia sequeretur, sicque erit error posterior pejor priore.*

2. Respondent & dicunt sic, quod veritas est, quod pro bono negotii, & ut in eo certius pro- D cedatur, & ad serenandas conscientias omnium, utile & expediens est, quod non teneantur plura concilia, quia sunt solum ad impediendum sanctum negotium de quo agitur. Ipsi ergo conjunxerunt se simul, & fecerunt unicum & unitum Concilium pro prosecutione sanctæ unionis; & habitis inter eos multis deliberationibus, & diversis & repetitis consiliis pro unica & sola via dandi pacem ecclesiæ, elegerunt convocare Concilium generale, & elegerunt locum convenientem infra Italiam, scilicet Pisarum; qui locus per contendentium quemlibet fuerat oblatus, ut patet per publica instrumenta. Nam primo dictum locum obtulit Benedictus in Massilia nepoti & aliis ambaxiatoribus domini Gregorii. E Et ambaxiatores domini Gregorii locum eumdem loco de Portu-Veneris publice obtulerunt domino Benedicto, ad quam electionem etiam domini cardinales utriusque collegii consenserunt, & præcipue collegium Italicum hoc procuravit de mandato dicti domini Gregorii, per organum magnifici militis comitis Campaniæ, qui ad hunc effectum miserunt Portum-Veneris ad dominum Benedictum & suum collegium. Et ideo dominus Gregorius habet quod quærit. Nam Pisanus locus, ut prædicitur, est electus de communi consensu, ut ipse vult: & nedum A de communi consensu; sed ad procurationem ejus solius, ut patet ex responsione sua facta in Luca, & ex bulla quam super hoc domino Benedicto transmisit, cujus bullæ particula sequitur in hæc verba, videlicet „ Itaque nobis illa „ via magis placebat & placet, ut sub uno a„ liquo domino, in quo utraque pars tuta fo„ ret, hujusmodi foret conventio personalis. „ Hæc enim via omnia impedimenta excludit, „ omnes scopulos repellit, omnes amputat dif„ ficultates, pro cujus executione Florentino„ rum & Senensium loca habilia & decentia „ tam maritima quam terrestria, & insuper „ civitatem Lucanam tibi pro parte nostra se„ cimus offerri, & præcipue civitatem Pisa„ nam, qui locus sic est idoneus, ut nullus „ magis valeat reperiri, divisus flumine, per „ galeas, secundum quod tu optare videris, „ accessibilis, abundans victualibus, capax „ multitudinis, tutus ab omni respectu, sic „ accomodus, ut ad istam conventionem fa„ bricatus videatur. Diei spatio nos per terram „ ita per mare ad eum locum convenientes pa„ cem Christianitati reddere possumus. “ Itaque ad istum locum per utrumque electum dicti domini cardinales mandaverunt Concilium generale, vocaverunt solemniter & canonice utrumque contendentium ad dictum locum & præfixum diem. Et ita intimaverunt per eorum solemnes nuncios & litteras publicas, & C apertas omnibus prælatis, regibus, principibus, ducibus, nobilibus, & notabilibus communitatibus totius Christianitatis. Itaque concludunt quoad istum articulum, quod per eos non stetit nec stat, quin Concilium generale fiat, sicut fieri debet in unico loco dumtaxat. Veniat igitur dominus Gregorius ad dictum Concilium, si dicto loco adesse disponit, sicut debet, ad quem ipse & Benedictus, de cujus re similiter agitur, specialiter sunt vocati.

3. Ad tertium articulum, videlicet, *Item, dicit præfatus dominus Carolus sibi a certo innotuisse multos principes & communitates concurrere ad hanc viam, tamquam præ cæteris meliorem; instetisse quoque cum præfato domino Gregorio, sidem sup-* D *plicantes, ut sibi placeret concurrere cum suo Concilio in uno loco vestris cum reverendis paternitatibus vestroque Concilio. Subjungens idem dominus Carolus, quod si altera partium vestrarum R. P. videlicet, & præfati dicti Gregorii se retraxerint a prædicta electione dicti unici loci communiter fienda, verisimiliter hoc eventurum asserit, quod ab illa parte quæ recusabit, omnis obedientia totaliter subtrahetur cum vilipendio, detrimento, & infamia maxima ejusdem partis, cum manifeste convinceretur nolle unionem per modum justum & æquum, attenta maxime promissione utrinsque facta de non omittendo aliquid de contingentibus recusare aut electionem dicti unici loci esset omittere, & sic con-* E *tra promissa venire.*

4. Respondent dicti domini cardinales, quod de fide, legalitate, & probitate & pura intentione dicta domini Caroli circa unitatem ecclesiæ dicti domini confidunt, sicut de speciali & singulari filio ecclesiæ Romanæ, & pro tanto quidquid dicat vel faciat, domini reputant eum in omnibus bono zelo procedere. Sed possibile est, quod dominus Gregorius vellet eum circumvenire si posset; sed cum Dei auxilio sperant dicti domini, quod ipse est talis, qui non permittet se decipi vel seduci; &

quia

ANNO CHRISTI 1409.

quia dicitur in dicto articulo, quod posset multum imputari ad vilipendium, detrimentum & infamiam illius partis, quæ non acceptaret certum locum eligendum, cum manifesto convinceretur eos nolle unionem, & per consequens ab illa parte subtraheretur omnis obedientia, attento quod multi principes & communitates concurrunt ad hanc viam.

5. Respondent dicti domini cardinales, quod possibile est quod aliqui domini & communitates, qui non sunt plene informati de facto & de circumstantiis, ad informationem seu suggestionem dicti domini Gregorii, contentarentur, & placeret eis, si possibile esset, quod fieret mutatio ad unicum locum de communi partium voluntate; sed domini certificant dictum dominum Csiolum & dominum Malatestam, quod ipsi habent nova de majoribus regibus & principibus Christiania & de majoribus prælatis totius ecclesiæ, quod ipsi acceptant, laudant, approbant viam istam receptam per dominos cardinales de Concilio generali celebrando in Pisis, & venient ad dictum locum & tempus quot venire poterunt, legitimo impedimento cessante. Et qui erunt legitime impediti, mittent procuratores plene instructos cum sufficienti mandato. Et erunt in tanto numero, quod bene admirabitur uterque istorum contendentium. Et nihilominus credunt dicti domini cardinales, quod omnes qui pro nunc approbant mutationem loci, quando erunt informati de possibilitate juris & facti, malitiosa cautela per quam istud procuratur per dominum Gregorium, recognoscent veritatem, & concurrent cum majori & saniori parte regum, principum, comitatuum, cleri & populi Christiani & cum tota ecclesia auctoritative, canonice, & sufficienter unita. Et ut dicti domini sint de singulis informati tamquam speciales ecclesiæ filii, domini eis notificant, ipsosque cum pura veritate informant, quod in casu de quo agitur, quando scilicet sunt duo contendentes de papatu, ut est in casu præsenti, Concilium generale est judex ordinarius & superior utriusque. Nam clarum est quod propter dubium, unus non est superior altero, nec ambo simul, cum non possint esse duo capita, & esset contra articulum fidei: *Et in unam sanctam*, &c. Nec alter ipsorum per se habet in ista materia aliquam jurisdictionem, nec convocandi, nec ordinandi, nec aliquid statuendi. Nam alias quilibet esset judex in causa propria de titulo sui papatus. Ita quod oportet de necessitate quod sit dare tertium qui judicet inter alias, & nullus alius est, nisi universalis ecclesia, quæ est superior & mater utriusque, quam repræsentat generale Concilium in hoc casu. Nam nullus eorum habet integram obedientiam, Ita quod ecclesia universalis non est nec esse potest apud aliquem eorum, & per consequens neuter potest convocare Concilium, quod sit generala totius ecclesiæ. Opponuntur etiam contra eorum quemlibet fautoria schismatis, & quæ asseruntur notoria ex dictis & factis eorum. Opponuntur enormia & gravia crimina notoria facti permanentis, de quibus pluries & solemniter moniti fuerunt incorrigibiles, pertinaces, obstinati. Et crimina sunt talia, quæ enormiter scandalizant totam ecclesiam, immo sunt in subversionem, nisi occurratur, totius status ecclesiastici. Istis vero præsuppositis, quæ sunt luce meridiana clariora, quæ præcidenda lingua phrenetica audebit asserere, quod ipsi vel eorum alter in ista materia possit vel debeat esse judex, nec per consequens auctoritative convocare Concilium generale, cum multi opinentur eos jam esse præcisos?

6. Præterea clarum est, quod isti duo sunt principales Benedictus & Gregorius, de quorum facto agitur: ita quod de necessitate juris oportet eos requirere & provocare ad causam, & assignare eis locum securum. Et istud jam est factum per dominos cardinales. Nam dominus Gregorius hunc locum recusare non potest. Nam omnis locus in hoc articulo recusatur, vel quia non est idoneus, vel inhabilis, vel quia non est tutus, vel quia non electus per partes. Quo ad idoneitatem vel habilitatem loci Pisarum non est insistendum: primo quia notorium est, secundo etiam ultra alia loca mundi Gregorius commendavit locum Pilarum, sicut est rei veritas. Item ex tunc se posuit bis in manibus Florentinorum, in quorum dominio est ipse locus. Similiter dominus Benedictus, qui reputavit hunc locum, non potest eum acceptare suspectum; & pro ut communiter dicitur, & habentur litteræ a diversis personis fide dignis dominus Benedictus personaliter veniet ad istud Concilium ad locum præfinitum: si inveniat locum mutatum, factis justificationibus & rationalibus protestationibus suis, recedet, & sic Concilium ruet ex toto, & ipse prætendet se excusatum.

7. Præterea reges & principes, communitates, prælati, clerus, & populus totius Christianitatis utriusque obedientiæ, sunt solemniter vocati ad istum locum & terminum, & a pluribus habetur responsio quod venient vel mittent. Si inveniant locum mutatum, tamquam delusi & frustrati, si venerint, recedent; & si per prius ea sciverint, non venient, & arguent nos probabiliter varios, mutabiles & incostantes, & per consequens Concilium ruet, ut supra. Et credant dicti domini Carolus & Malatesta, quod multi venient Pisas, qui propter rationabiles & justas causas non transibunt magis profunde in Italiam. Sunt & multa alia ex quibus manifeste convincitur, quod D. Greg. & sui qui vellent divertere & impedire istud sanctum negotium, procurant ista diverticula. Quia sanæ mentis non videat, quod quicquid agitur per dictum Gregorium & suos, est ad divertendum istud sanctum Concilium, per quod solum potest sedari schisma & uniri ecclesia, quod malitiose & nequiter procuratur ad impediendum tantum & tam optatum bonum, ita per Dei gratiam dispositum & propinquum, & sub fallaci ac dissimulata cautela petunt seu peti faciunt loci mutationem? Quæ enim est ratio, quod dictus Gregorius non venit ad locum, nedum per eum acceptatum, sed tam publice & solemniter oblatum, & copiose laudatum, nisi ut sub verborum pampinis frustretur negotium? Nam si nunc, quod absit, Concilii congregatio impediretur, non esset spes quod de tempore nostro posset iterum congregari. Et ad istud tendunt isti seductores populi Christiani & maxime bonorum virorum & simplicium devotorum, tractando & procurando per vias exquisitas quod divertatur negotium & Concilium non teneatur.

8. Item, ad quartum capitulum videlicet: *Item, dicit in quantum R. P. V. ad hoc condescenderint, idem dominus Carolus offert se prolaturum obsides & omnem aliam cautelam sibi possibilem; putatque ad hanc cautelam & promissionem*

nem concurrere etiam dominium Venetorum, quod præfatus dominus Gregorius in dicto loco communiter eligendo pro dicta universali Concilio se præsentabit, & quod facta concordia loci inter vos & ipsum non erit tam discordia de modo & tempore, quin imma plena concordia.

9. Respondent dicti domini cardinales, quod ipsi habent tantam confidentiam & plenam securitatem de fide, legalitate & omni probitate dicti domini Caroli filii talis patris, cui successit nedum in teera, sed fide, probitate & moribus, quod si mutatio loci fieri quoquo modo posset, ipsi nollent obsides, nec aliam ab eo cautelam, nisi solum simplex verbum tam fidelis & notabilis domini; & idem etiam repetunt de inclyto dominio Venetorum, de quo nunquam fuit auditum, quod promissionem eorum ruperit seu eorum fidem violaverit, vel maculaverit; sed ex supra scriptis & infrascriptis apparet de mutatione loci quod nullatenus est agendum.

10. Item, ad quintum capitulum videlicet: *Item, affirmat præfatus dictus Carolus quod in quantum reverendæ dominationes vestræ contentæ remanerent de concordia dicti unici loci, præfatus dominus Gregorius etiam contentaretur dictum Concilium fieri in altera istorum locorum, videlicet Bononiæ, Forlivii & Mantuæ.*

Respondent dicti domini per supra dicta, quod mutatio dicti loci esset destructio totius negotii.

11. Item, ad sextum capitulum videlicet: *Si in quantum per vestram reverendam dominationem objiceretur, quod ratione electionis factæ per dominum Gregorium de suo concilio celebrando in patriarchatu Ravennate vel patriarchatu Aquilegiensi, ostenderetur vos ire ad locum deputatum per dictum dominum Gregorium. Respondetur per eumdem Carolum: affirmatur dominum Gregorium ante publicationem dictæ concordiæ, notificaturum & publicaturum per urbem alium locum pro dicto suo Concilio præter loca supra nominata, ita quod nec in loco electo per vos, videlicet pro vestro Concilio, nec in loco deputato seu deputando pro suo, fiet dictum universale Concilium. Sed tantum in illo loco, qui de partium concordia fuerit communiter electus & deputatus.*

12. Respondent dicti domini ut supra, quod non est necesse agere de mutatione alicujus alterius loci, præcipue quia dominus Benedictus & sui loca quæ mutari contingerent possent rationabiliter recusare.

13. Item, ad septimum capitulum videlicet: *Item, præfatus dominus Carolus considerans prædicta, & sciens quantum præfatus frater suus dominus Malatesta, est fidelissimus & devotissimus servitor vestrarum reverendarum dominationum, requisivit & hortatus est ipsum Malatestam, ut interponeret se, & operaretur cum dominationibus vestris, ut vobis placeat condescendere ad dictam electionem unici loci fiendam pro unico universali & indubitato Concilio.*

14. Respondent domini; quod ipsi confidunt plene de dicto domino Malatesta, & possunt, volunt & debent de eo veraciter confidere, quia ejus consilio reputant & confidunt se non posse errare. Confidunt etiam de dicto Carolo propter ejus probitatem & fidem, & recolendam memoriam sui patris & totius sui magnifici generis.

15. Item, super octavo capitulo, videlicet *quod præfatus fidelissimus servitor vester intentus continuo & vigilans circa omnia quæ adverteret proficuum afferre posse huic sanctæ unioni, considerans supra allegata, & maxime concurrere ad hoc voluntatem quamplurimorum principum & ditionum ut etiam in parte vobis notum esse poterit ex referendis reverentiis vestris per oratores serenissimi regis Hungariæ & illustris dominii Venetorum, ut venturos putat, credens hanc viam optimam fore & perfectivam desideratæ unionis, remotivamque penitus schismatis, scandalorum, divisionum, &c. ut jam dixi, supplicat humiliter & devote reverendas paternitates vestras per passionem Jesu Christi, quod si possibile est, & vobis videatur juridice posse fieri, placeat & dignemini inclinare & humiliare vos ad hanc communem & concordem electionem dicti unici loci, ne contra vos annotari possit aliquid omissum de contingentibus, ne juri honorique vestro objici possit, vel aliquid in contrarium modo aliquo allegari.*

16. Respondent dicti domini ut supra, quod teste Deo & eorum conscientiis, quod si quoquo modo esset possibile sine evidenti perditione & destructione, ac claro impedimento Concilii generalis, quantum esset eis honeste possibile sine præjudicio ecclesiæ, ipsi conformarent se votis & requisitionibus dicti domini Caroli & consiliis dicti domini Malatestæ. Sed per præmissa patet, quod nullo modo possunt mutare locum; & etiamsi facerent, quod absit, non esset Concilium generale. Placet etiam eis de adventu ambaxiatorum illustrissimi regis Hungariæ & inclyti dominii Venetorum. Nam sperant in veritate, quæ est ipse Deus, & in prudentia dictorum ambaxiatorum, quod postquam erunt per dictos dominos veraciter informati de justis & rationabilibus motivis eorum, rejectis falsis informationibus, si quas fursitan habuerunt, conformabunt se rationabili opinioni dictorum dominorum cardinalium. Et ita sperant quod faciet quilibet Christianus, si per eos fuerit iuformatus. Et propterea dicti domini pro Dei misericordia rogant & requirunt dictos duos dominos ab antiquissimo ex propagata progenie peculiares ecclesiæ filios, quod ipsi velint eis assistere, ipsosque juvare ad prosecutionem tam sancti, pii & meritorii operis, pro ipsorum animarum salute, pro indelebili fama & gloria sempiterna. Nam, teste Deo, domini cardinales non agunt pro aliquo proprio peculiari & temporali interesse, sed pro tollendo schismate, & dando pacem ecclesiæ, & salute tot animarum, quæ omni die sunt in statu perditionis. Et certificant dictos dominos, quod ipsi non faciunt, nec facere intendunt quamcumque partem in favorem alterutrius eorum; sed sunt communes mediatores in causa præsenti ad dandam pacem & unitatem ecclesiæ. Et propterea elegerunt etiam istum locum ut non magis viderentur favere uni quam alteri; maxime quia, ut supra tactum est, ambo de isto loco consenserunt. Et quia dictus dominus Gregorius de præsenti est in terra dicti domini Caroli, domini rogant eum & quantum possunt cordialius obsecrant, quod ipse velit inducere dictum dominum Gregorium ad veniendum ad istum locum in dieta præfixa & ad dandum pacem et unitatem ecclesiæ. Et rogant etiam dictum dominum Malatestam, quod quantum est ei possibile, velit assistere et juvare cum dicto domino Carolo consanguineo suo, pro felici et votiva conclusione prædicta. Et declarant dicti domini in eorum conscientiis, quod dictum dominum Gregorium et suos omnes tractabunt cum tanta benevolentia,

reve-

ANNO CHRISTI 1409.

reverentia, caritate, dulcedine et amore, cum A quanta scient & poterunt.

17. Et offerunt ulterius quod si Concilio, postquam hic fuerit congregatum, aliud videbitur utilia & magis expediens circa exstirpationem schismatis fiendum, stabunt consilio & ordinationi dicti concilii, cum nunc ex variatione eorum Concilium ex tota impediretur, & gravia scandala sequerentur ecclesiæ.

18. Neque, quamvis nonnulla acta sunt pridem quam dominus Gregorius Ariminum accesserit, & antequam mutationes loci & multifarii Concilii in unum tutum apud eos dominos qui Pisis erant, dictos unitum collegium, supplicaverim mediis quibusdam, ab illis exorsus sum, superfluam repetitionem evitaturus. B Implicate quippe sunt omnia in responsione hac quam detulit in scriptis, exhibitam illi ab eis Rodulfus de Giancontis, secretarius magnifici domini Malatestæ Pensauri fratris mei. Hanc nempe ideo proposui, licet post adventum domini Gregorii facta fuerit, mihique præsentata, quoniam in alia oratione (a) sequenti quæ ante accessum prædictum per me gesta fuere, narrantur.

ACTA ET TRACTATA

Inter Carolum de Malatestis & cardinales Pisis existentes pro extinctione schismatis.

Ib. p. 966. IN nomine SS. Trinitatis & individuæ unitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti, & gloriosissimæ genitricis Domini nostri Jesu Christi Mariæ semper Virginis Dominæ nostræ. Amen. Informatio gestorum cum reverendissimis & reverendis ac venerabilibus patribus Pisis existentibus, congregatis pro universali Concilio.

Eadem namque die, qua oratores Caroli exhibuerunt coram reverendissimis dominis Pisis existentibus orationem illam quæ incipit *Mandatum est*, &c. Ipse Carolus Pisas appulit, nec illa die per ipsum quicquam actum est, nisi quia significavit per reverendum patrem domi- D num Cerviensem, se illuc accessisse causa pacis ecclesiæ, audientiam deprecans tempore congruo & illis commodo. Sicque concessuros libenti animo responderunt, ordinatoque tempore die illa coram suis reverentiis benigne receptus, astitit in sacristia S. Martini, ubi mos est illis congregari. Idque effectualiter postulavit, quod in oratione prædicta habetur diffusius. Unde post quasdam responsiones commendativas domus & personæ ipsius Caroli, & quasdam persuasiones factas ad eorum intentum, se practicaturos cum eo collegiatim, vel per quosdam ipsorum ad hoc deputandorum, pe- E tita per ipsum sponponderunt, & sic factum est.

Nam his quidem per oratores suos & per se ipsum juxta gratiam a domino concessam effectualiter narratis, & sibi benigna audientia præstita per reverendissimos patres dominos Gallicos & Italicos, & postulatis induciis ad responsionem exhibendam, velut ipsi conscii sunt, dati fuerunt sibi auditores, secum practicaturi circa petita per eum, videlicet reverendissimi patres & domini Albanensis, Aquilegiensis, de Thureio, & Mediolanensis.

Coram quibus iisdem replicatis, si non immemor est, in domo habitationis domini Albanensis; omissis præfatione & commendatione facta circa progenitorum suorum fidem & legalitatem erga sanctam matrem ecclesiam habitam diu & jugiter, sicque per fratres suos & ipsum, per dominum Aquilegiensem facta postmodom protestatione, quod quicquid dicebat parte duorum suorum cardinalium & sui, non causæ responsionis, sed collationis & practicæ cujusdam dicere intendebat. Nam quidqud per Carolum diceretur, seu circa petita tractaretur, intendebant sui domini illic astantes & ipse ceteris suis dominis, qui non aderant, fideliter & seriose referre, & demum prædicto Carolo cum deliberatione atque consensu cunctorum dominorum suorum & sui sperabat responsum exhiberi justum & equum, ex quo prædictus Carolus tamquam fidelis sanctæ matris ecclesiæ filius contentaretur, & merito.

I. Gratia collationis cujusdamque tractatus, ut supra dixerat, respondebat, quod petita per Carolum dominis suis atque sibi videbantur impossibilia de jure & de facto: & si eis assentirent, contra justitiam facerent & æquitatem.

II. Videbatur namque impossibile per eos assentiri posse petitis de jure; quoniam ipsi nolentibus duobus dominis contendentibus de papatu servare eorum promissa, vota & juramenta, immo insimul, ut satis notorium est, col- C ludentibus; & nedum servantibus scissionem ecclesiæ tantum; sed, quod omnino pessimum erat, omnibus astutiis & possibilibus sagacitatibus operibusque sacram unionem molientibus impedire & destruere, pluribus experti mediis, nec proficientes, tandem tamquam ultimum remedium generale Concilium compulsi sunt indicere & convocare.

III. Hoc ideo in civitate Pisarum inducere deliberaverent, & congregare, ut nullus contendentium juste aut justitiæ apparentis captato colore ad illum accedere declinare valeret; præsertim cum per utrumque eorum, licet non eodem forte tempora, sicut patere poterat per utriusque publice documenta, locus ille propositus fuerat, commendatus, utpote idoneus, ad sacramque perficiendam unionem accommodus.

IV. Ulterius vero, quia locus ille visus est sibi plurimum aptus, & commodus unioni & Concilio. Nam exigente præsenti casu schismatis, duas de diversis obedientiis partes insimul ad tractandam & cum Dei auxilio perficiendam unionem convenire debere, eos videlicet qui erant Romanæ obedientiæ, & eos qui erant Gallicæ, locus utrique aptus exigebatur ad conveniendum in unum. Constat vero Pisas hujusmodi esse, cum sit in extremitate Italiæ & in confinio Ripariæ Jannensis, quæ per illustrem Francorum regem gubernatur.

V. Dicebat insuper ad eumdem locum utrique obedientiæ conventuris conciliatorisque tam per terram quam per mare tutum, patentem & commodum accessum esse; locus ille est etiam capax, fertilis & amœnus inter Italiæ loca.

VI. Et cum nonnulli principes potentes impedire satagant sacram unionem, locum erat expediens eligere, sub potenti tutamine constitutum. Hujusmodi autem Pisas esse liquebat, quo-

(a) Sequens oratio Caroli Malatestæ, quæ extat in bibliotheca regis Christianissimi, eadem est cum epistola anonyma ad cardinales superius edita.

ANNO CHRISTI 1409.

niam fub potenti brachio & regimine magnificæ & potentis comitatus Florentiæ gubernatur.

VII. De hac præterea & maxime quælibet partium confidere poterat & debebat, tam Italica, quam Gallica; maxime quia pro facra unione valde fe obtulerat & laboraverat, & locum illum pro facra præfenti unione commodaverat liberaliter valde.

VIII. Confiderant præterea, dicebat, reverendiffimi domini mei & ego, quia dictum eft de fecuritate loci, quod tutius eft in manibus unius communitatis effe, & fub ejus fide, quam unius domini. Nam cum plurium exigatur confenfus in regimine communi, difficilius magifque enorme plurium effet affenfum inducere, quam unius. Quia vero ubi majus eft periculum, ibi cautius eft agendum, debent qui præfunt ecclefiæ maxime advertere, ne univerfalem ecclefiam fub unius ditione & arbitrio fubmittant.

IX. Poteft autem atque debet, inquiebat, de prædicta magnifica communitate confidere pars Italica. Nam & patria & fide ab illa non difcrepat.

X. Alia quidem e Gallica parte. Nam eorum fidem multis temporibus experti funt; & infuper tot pecuniæ & eorum mercantiæ & perfonæ fub ditione Gallicorum conftitutæ funt, ut nequeant Gallici verifimiter fufpicari, illos quicquam in eorum moleftiam tentaturos.

XI. Eft autem locus Pifarum valde accommodus ad acceffum domini Benedicti, quoniam poteft illuc accedere tute, & cum commodo fui corporis & parvo labore: quæ omnia valde indulgeri debent grandævis ætate.

XII. Mirari infuper ipfos dicebat, cur dominus Gregorius locum illum declinare præfumeret, nec caufam videre fciebat, nifi folum ad fubterfugium, ut hactenus confueverat. Nam etfi ineptitudo loci opponebatur; ipfa eadem erat, quam ipfe fua bulla canonizaverat tantum. Nec fufpicionem allegare poterat dominii Florentinorum. Nam in fuis manibus & poteftate paulo ante fe pofuerat libere, & femper fuerat honorifice & optime per fua territoria receptus & tractatus, & per fuos cives & gentes affociatus, & ad luca conductus quæ voluit.

XIII. Unde circa primam partem inferebat, quoniam defectu contendentium ad facram unionem tractandam & perficiendam compulfi fuerunt facrum univerfale convocare Concilium: cumque illud rationibus fupradictis & aliis multis quæ allegari poffent, indixerint in civitate prædicta: cumque ftatutum Concili præfati tempus adveniffet; jamque per Dei gratiam multitudo non parva ex omni fere natione illuc perveniffet, tam prælatorum venerabilium, quam ambaxiatorum fereniffimorum & illuftrium principum, communitatum atque magnatum, tam ratione auctoritatis quam numeri fufficientis, Pifis dici poterat in rei veritate congregatum jam effe univerfale Concilium, quod poteftate & auctoritate univerfalis ecclefiæ fungebatur.

XIV. Dictante itaque jure, quod ubi major auctoritas & poteftas adeft, minor ceffat; dicebat ipfe quoniam univerfalis Concilii auctoritas & poteftas, nedum fupra cardinalium auctoritatem & poteftatem eft, fed fupra papæ poteftatem eft auctoritatem. * Inde ergo quoniam domini mei cardinales uniti collegii & ego Concilium convocavimus, & per Dei gratiam jam hic adfit, functi fumus officio noftro, & ceffat auctoritas noftra minor, adfiftente majore.

* Ita ferebat opinio Cardinalium Gallicanas partes tuentium.

XV. Impoffibile igitur eft de jure, quamquam domini mei cardinales, ajebat, honorabilius membrum fint ceteris in ecclefia Dei poft papam, ipfos nedum locum pro facro Concilio mutare, & de alio difponere, fed nec minimum actum validum exercere. Cum ad univerfalis Concilii difpofitionem fpectet, & noftra inter cetera computentur vota privata.

XVI. Adeft iterum, dicebat, alia impoffibilitas de jure. Nam poftquam provocavimus ambos contendentes de papatu ad locum illum, quem nulla ratione aliquis declinare poteft, cum jam quifque eorum pro unione facienda illum propofuerit & commendaverit, fi locus mutaretur, actus citationis eorum ad facrum hoc Concilium nullius redderetur roboris; & fic uterque excufatus effet de jure, fi coram hoc facro Concilio non compareret. Ipfis vero non comparentibus coram hoc facro Concilio, & in fua obftinatione relictis, non unio, fed unionis diffolutio, & fchifmatis hujus protractio, vel forte, ut ita dicatur, perpetuitas fequeretur.

XVII. Si præterea locus mutaretur, cum jam per nos convocati fint ad locum iftum tam clerici quam laici, qui debent de jure intereffe & admitti Concilio, & a pluribus eorum habeamus eos per fe vel fuos procuratores huc fore venturos, fatis inhoneftum foret contra fpem fibi miffam, abfque eorum confcientia mutare locum.

XVIII. Poffent infuper non abfque caufa conqueri, per dominos meos, inquiebat, & alios hic congregatos fibi injuftitiam fieri, fi abfque ipforum fieret indicti & acceptati jam per eos mutatio loci. Cum enim non ignoremus ipfos huc effe venturos, & ad Concilium debeant & poffint intereffe de jure, injuftitia fibi fieret, fi ipfis non præftolatis, faltem per congruum temporis fpatium, hoc, quod tanti ponderis eft, & quod jam probaverunt, mutaretur.

XIX. Poffet iterum de injuftitia & iniquitate fibi facta conqueri dominus Benedictus. Satis enim, cum fe verum putet pontificem, injuftum eft, ut in loco obedientiæ adverfarii fui & non fuæ Concilium convocatum fit. Majoris, quod illuc ipfe citatus & provocatus fit. Nec putare debere Concilium, dixit, dominos meos cardinales obedientiæ fuæ hic aliqualiter affenfiffe, nifi pro eo tantum, quod femel ipfe locum Pifarum propofuerat, ut cum adverfario fuo ad fedandum fchifma conveniret.

XX. Quantum itaque majorem querimoniæ caufam præberemus, ajebat domino Benedicto, fi adverfario nobis adfentientibus, & coadjuvantibus non folum ultra id quod intra obedientiam illius traheretur ipfe dominus Benedictus & tota pars ipfius; verum ufque ad illius ferme patriæ lares. Conftat enim quodlibet propofitorum locorum quafi in Venetiarum dominii finibus effe.

XXI. Quæ infuper, dicebat, honeftas, æquitas foret ex parte noftra & aliorum patrum hic congregatorum, locum mutare, cum intra xv. dies vel circa expectentur hic nonnulli reverendiffimi domini mei cardinales, nec non venerabiles prælati & ambaxiatores; inter quos funt oratores fereniffimorum regum Bohemiæ, Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, Portugalliæ & facri electorum imperii Moguntinenfis, & Colonienfis.

XXII.

ANNO CHRISTI 1409.

XXII. Præterea, si æquitas attenditur, major æquitas est quod unus solus, videlicet dominus Gregorius fatigetur, quam Benedictus qui se papam putat, & a multis papa reputatur, & tot centena prælatorum, qui Pisas accedentes, valde fatigati sunt itineribus longis & expensis plurimis, absque quod quæratur ipsos ulterius quasi insupportabiliter fatigare.

XXIII. Fieret etiam, dicebat, magna incommoditas & insupportabilis iniquitas fere dominis meis Gallicis, si ultra Alpes ducerentur, qui propriis relictis laribus, cum maximo eorum dispendio & periculo, zelo unionis ducti, in manibus Italicorum, qui contrarii fuerant sibi in fide pontificatus, non metuerunt se ponere.

XXIV. Ulterius, inquiebat, Carolum, quem sciebat fidelem filium sanctæ matris ecclesiæ, tamquam ad quemlibet catholicum spectat, solerter prudenterque advertare debere, ne astutiis domini Gregorii & suorum quorumdam sequacium seductus, ea proponat & petat instanter, quæ, si admitterentur & fierent, non unionem afferrent, sed potius subversionem unionis.

XXV. Etenim dominus Gregorius a modo, dicebat, non posse ulterius subterfugia evadere, quin aut papatum sibi expediat relinquere, aut æternam confusionem incurrere; nisi aut hoc sacrum Concilium dividat, vel dissolvat.

XXVI. Fallaci igitur honestatis modo adinvento, videlicet conveniendi omnes in uno tertio loco, & ibi communi consensu congregandi Concilium, ajebat, nos fallere credit. In hoc modo non unionem prosequi, sed impedire, vel si poterit, penitus destruere procurat.

XXVII. Primo itaque putat, si locus mutaretur, dominum Benedictum indignari debere, & inde occasionem sumere non conveniendi nobiscum in hoc sacro Concilio & renunciandi. Scit enim quod quotiescumque dominus Benedictus sacro adesset Concilio, male possit evadere ne cederet, attentis ipsius promissionibus & juramentis. Scit insuper quod si dominus Benedictus cederet aliquo modo, aut cessionem aut perpetuam confusionem ipsum protendere vel penitus effugere non valere. Scit etiam dominum Benedictum semper dixisse non esse suæ intentionis accedere velle ad aliquam terram Italiæ, quæ non sit penes mare, proinde loca propdnere facit, ad quæ impossibilitatem esse cogitat dominum Benedictum aliqualiter esse venturum. Et sic denique credit per hanc viam sacram differre unionem vel devastare, si sibi credentes & non de astutia perpendentes invenerit.

XXVIII. Inquiebat etiam: nesciunt domini mei & ego agnoscere qua honestatis seu opportunitatis fronte dominus Gregorius petat mutationem loci, ut in eo unum universale Concilium celebretur, in quo ipse sua promittit servare promissa, vota & juramenta.

XXIX. Nam si sua vult servare vota & juramenta, ea scit servare teneri sicut vovit & juravit. Scit autem quod eo tempore quo juravit in conclavi, una cum aliis dominis meis ibi adstantibus, non fuit nostræ intentionis quod expediret ad observationem voti & juramenti, & ad unionem ecclesiæ universale Concilium; quod suæ etiam intentionis nullo modo fuerit, aptissime liquere potest per suas juramenti confirmationes, & bullas, aliasque publicas scripturas, in quibus nec aliqua ipsarum factam esse de Concilio congregando mentionem patet. Unde cum solum postquam domini mei Gallici & nos contendentibus discessimus, & postquam nos viderunt unitos, & sciverunt congregaturos universale Concilium, unusquisque eorum suum diversis locis & temporibus congregandum statuerit; manifestum est hoc tantum subterfugii & impediendæ unionis causa fecisse. Videbant enim & vident per hanc viam, quam Domino dante suscepimus, & ipso adjuvante prosequemur, non posse per ipsos, nisi illam impediant, amplius sacram differri impedirique unionem.

XXX. Quid enim expediens est sibi Concilium, ajebat, si vult credere prout vovit & juravit? Potest namque cedere per procuratorem. Et si vult cedere, sed non nisi in manibus aut conspectu Concilii, accedat huc, ubi universale Concilium congregatum est, ubi honorifice & caritative suscipietur, & cedat, vel per suum cedat procuratorem idoneum. Quod si neque hoc voluerit, mittet ad ipsum sacrum Concilium in competenti & honorabili numero cardinales & alios prælatos, cum sufficientissimo mandato, nomine sacri Concilii universalem repræsentantis ecclesiam, usque ad præsentiam suam ad recipiendum prædictam cessionem & renunciationem de manibus suis. Quid vero sibi expedit aliud Concilium, quam hoc quod rite congregatum est in sufficienti numero, & de omni natione, in quo utraque obedientia convenit in unum?

XXXI. Advertunt etiam, dicebat, domini mei & ego, quod si petitis assentiremus, magnum tempus labi necesse est, antequam per orbem hæc nota fierent, & antequam illi quibus notificatum esset, accedere possent. Et hoc solum est, quod Gregorius quærit, ut patres hic congregati, alii laboribus, alii paupertate, alii necessitatibus ecclesiarum suarum & suis fatigati & coacti, indiscussa & indemnata malitia contendentium, & non proviso opportunitati unionis, ad propria expediat remeare. Et quoniam hoc esset dissolutio hujus sacri Concilii, & per consequens unionis, non sumus dispositi assentire; nec debere dicebant Carolum talia tentare, immo si facere vellemus toto posse probibere.

XXXII. Ajebat etiam, præter spiritualia pericula, incommoda, & jacturas, quæ propter hanc longam moram obvenirent, sequeretur ex ea totalis desolatio, & dilapidatio bonorum temporalium & status S. R. E. Nam ex una parte rex usurpat, & ex alia Gregorius dispergit & alienat. Hæc autem neque nos neque quisquis sanctæ ecclesiæ fidelis sit & subjectus velle debet aut tolerare.

XXXIII. Quibus attentis, ajebat, se omino compulsos fuisse negativam præbere venerabilibus oratoribus serenissimi regis Hungariæ, incliti dominii Venetiarum, qui ad eos accesserant similia postulantes, nec non reverendissimis oratoribus serenissimi secundi electi Romanorum regis, qui nuper huc propterea accesserant, & adhuc Pisis erant.

XXXIV. Unde licet non finalis responsionis causa hæc diceret, tamen quia putabat & dubitat Carolum frustra a modo laborare circa talia insistendo, concludens rogabat & hortabatur Carolum ex parte dominorum suorum cardinalium uniti collegii & universalis Concilii illic congregati, universalem repræsentantis ecclesiam, per fidem & devotionem, quam debet sanctæ matri & dominæ suæ ecclesiæ, & quam sui progenitores illi semper gesserunt & ser-

ANNO CHRISTI 1409.

servaverunt, quatenus vellet unionem & pacem dare populo Christiano & ecclesiæ sanctæ Dei, quoniam poterat si volebat, videlicet modum servando, quod dominus Gregorius, qui erat in domo sua & in ejus potestate, Pisas accedat, & rennnciet sicut promisit, vovit & juravit, vel stans ubi est vel per procuratorem.

XXXV. Offerimus insuper, dicebat, domini mei, & ego, & non dubitamus sacrum Concilium pariter consensurum, volente domino Gregorio hæc adimplere quæ dixi, bene & honorabile statui personæ suæ, fratris atque nepotum suorum providere. Et si quid Carolo per ipsos circa hoc in genere aut in specie faciendum videbatur, rogabat carissime & instanter, quod eos placeret reddere avisatos, quoniam sibi ad singularem complacentiam redundaret: quod si nollet ita publice eis referre, contentarentur domini sui & ipse per quemcumque & quomodocumque Carolo videbitur avisari private vel palam.

XXXVI. Hæc ipso finiente, reverendissimi Albaoensis & de Thureio inconstantiam notoriam & astutias maximas circa prosecutionem unionis duorum contendentium de papatu plurimum arguentes, nihilque de eorum promissionibus fore sperandum, nisi exinde fallacias & dolos, inquiebant. Propterea, dicebant, credimus patres sacro stante Concilio, nullomodo petitis per Carolum consensuros; & si vellent, multis omnino putamus impossibile foret. Et inde non auderemus, quisque dicebat, hoc illis ullo modo proponere, verentes ne putarent nos illudere velle aut fallere.

XXXVII. Postremo dominus Mediolsnensis hæc omnia affirmans, adjecit in hunc effectum ad Carolum: Certe domini mei & ego putamus nullum prudentem virum viam certam, paratam & celerem ad suum obtinendum obtentum, pro incerta & nondum parata & celeri, sed nec incepta & longissima via dimittere debere; neque nisi per aliquem prudentem amico suo consulere quod relinqueret. Patens est enim, ultra rationes optime inductas per dominos meos, ex facti obedientia, viam per nos Dei inspiratione inchoatam, paratam, & celeram fore ad sacram unionem, divino cooperante auxilio, cito perficiendam; viam vero propositam per Carolum non inceptam, nec paratam, immo longissimam. Unde dominis meis & ceteris patribus hic pro sacra unione congregatis, illam nulla scirem ratione consulere vel proponere. Verum cum sua supportatione dictum sit, non desino admirari, cur tam instanter per Carolum hujusmodi via petatur, cum non ignorem eum virum catholicum & sanctæ matris ecclesiæ devotum atque fidelem.

XXXVIII. Deinde iterum subjunxit: Domini mei, cum vestri reverentia & correptione, volo sciscitari a Carolo, utrum recordetur anne, dum Mediolani eramus pluries insimul de sacra unione conferendo, & de modis per quos ad ipsam perveniri posset ratiocinando, & præcipue postquam divulgatum extitit de collusionibus amborum contendentium de papatu, & de eorum subterfugiis, & prava intentione erga sacram unionem & pacem & publicum bonum populi Christiani, in hoc mecum, si recolo, convenit, quod ultimum remedium & potissimum erat, quod ambo collegia, dimissis contendentibus, convenirent in unum, & convocarent Concilium, & secundum quod Concilio videretur super unione providerent. Et postquam in hoc constantem, pluries secum conferendo, ipsum Carolum reperi, iterum petii in casu quo utrumque collegium hoc faceret, si viam illorum sequeretur, & eis faveret; qui, si bene memini, respondit quod sic. Unde si sic est, toto corde, ac toto ipsum mentis affectu deprecor, quod propter reverentiam domini nostri Jesu Christi, qui sibi sanctam ecclesiam sui pretiosissimi sanguinis effusione desponsavit, & propter obligationem, quam quisque fidelis suæ matri debet ecclesiæ sanctæ, & propter eam quam ipse debet ex beneficiis per suos præcessores & seipsum a domina sua sancta ecclesia susceptis, & propter intentionem, & promissa quæ ab ipso suscepi, velit dominis meis vobis & aliis qui hoc sacrum negotium tam pie suscepistis, & cum tot periculis, laboribus & dispendiis, favere & interponere cum affectu partes suas, ita & taliter, quod sancta mater & domina sua suo opere optata unione & pace fruatur. Ex hoc enim præter æternum præmium, quod propter tam pium sanctumque opus a domino merebitur, apud homines perpetuum & gloriosum præconium in sæculo consequetur, & domus sua in temporalibus exaltabitur plurimum.

XXXIX. Si vero, quod absit, quodque mihi fere credere apparet impossibile, considerans diuturnam fidem & legalitatem, quam erga sanctam ecclesiam sui præcessores & ipse huc usque gesserunt, hoc facere neglexerit vel noluerit, certus sit, vix pro tanta negligentia tantoque piaculo apud Deum salvabitur. Magnum dedecus ipse & domus in sæculo consequetur, & quidquid laboris aut dispendii in commodum sanctæ matris ecclesiæ & dominæ suæ passus est, totum, si hoc non egerit, inficietur & perdet. Nam in causa erit sanctæ ecclesiæ totalis desolationis ex nunc. Nec hoc non posse, se excusare valebit, cum dominus Gregorius in ejus sit manibus & potestate; neque hoc facere non teneri, cum juxta patrum decreta & sanctiones, quisquis fidelis obligetur schismaticos schismatisque fautores, pro ut est dominus Gregorius, per brachium sæculare compescere, & in carcerem trudere, si opus extiterit.

XL. Denique concludens ait: Hæc certe non dixi improperationis, seu contentionis, vel disputationis causa; sed quod ex debito & præsertim officii mei teneor, quemcumque fidelem in salutiferis animæ suæ, & publicis sanctæ ecclesiæ commodis admonere & exhortari, & præter ceteros erga ipsum hoc agere me obnoxium puto, cum S. R. E. ipse suique patres diu fuerint devoti particularesque filii, & quoniam insuper cum ipso conversatus sum, & amicitiam contraxi singularem atque domesticam. Unde si tacerem, nimis me putarem errare. Rogo igitur Altissimum, ut mentem suam ad hæc & alia sibi placita dirigere & confirmare dignetur.

His auditis, Carolus effectualiter sic respondisse videtur. Omissis gratiarum actione circa commendationem fidei progenitorum suorum & sui, & qualibet alia præfatione.

Ad primum. Quod neutrum istorum petivisset aut peteret, si quod dicebat sic esse cognosceret. Scit namque quod impossibilia de jure fieri non debent, & impossibilia de facto fieri non possunt. Et propterea stultus est, qui impossibilia de facto petit, & impius qui impossibilia de jure petit, & iniquus qui ea petit fieri, quæ contra æquitatem sunt.

Ad

ANNO CHRISTI 1409.

Ad II. Primo namque protestatur, quod non venit disputandi causa de jure partium Pisas, neque principaliter aliquam partium accusandi seu excusandi, nisi quantum conferre posse videretur sibi pro concordando partes, quod maxime necessarium est universo populo Dei, & non contentionibus novas parere contentiones, inveteratasque nutrire: quicquid tamen sit rebus sic stantibus, Concilium valde approbat, quod unicum atque universale fieri petit, ut unio fiat & universalis reintegratio, & non particulare, ne divisio major fiat, & modus per quem ad unionem perveniri juridice & consuete potest, videlicet Concilium dividendo, destruatur.

Ad III. IV. & V. Respondere superfluum apparet, quia de competentia & incompetentia loci Pisarum in petitione sua satis dissertum putat & conclusum, quod proposita loca per eum sint magis æqua, tuta & libera partibus.

Ad VI. Primam partem fateri dixit; secunda vero quam vera esset notum erat. Nam & cum magnificum commune Florentiæ tanta cum suspicione Pisas gubernet, quomodo potest exteris ibi plenam dare tutelam?

Ad VII. Tres dixit esse partes, unam ejus qui dicitur Benedictus, aliam domini Gregorii, aliam eorum qui fuerant obedientiæ ipsorum. Quod vero dominus Benedictus possit aut non possit de prædicta communitate & dominio Florentiæ confidere, ignorat. Unum tamen scit, se audivisse nullo umquam tempore voluisse Pisas accedere, nisi fortalitiæ prædictæ civitatis essent depositæ in manibus sibi fidis. Quod si verum est, certum est ipsum non plene de prædicta communitate confidere. De domino vero Gregorio scit, quod valde conquestus est dominii Florentiæ, suis cuncta adversariis auxilia præstitisse in ipsius vilipendium exterminiumque. Præterea passus fuisse & fecisse publice ipsum fautorem schismatis & hæreticum prædicari.

Ad VIII. Omissis pluribus objectis, quæ fieri possent, ne contentiones, quas odit, potius quam pacem pro qua venit, dicatur movere, dixit quod numquam hoc fœdere proposita sunt loca, ut sub unius vel duorum tantum sic ditione universalis ecclesia & partes contendentes. Sed loca proposita ideo Pisis prælata sunt, quoniam in illis nullius sub potestate sæcularis clerum & partes expedit esse, nisi sui ipsius & unius duorum, trium, decem, centum, mille, & quotquot & quorumcumque partes insimul convenerint & voluerint; & cum locorum illorum tria ecclesiæ sanctæ sint, videlicet Bononia, Forlivium & Ariminum, de illis ad beneplacitum absque contradictione disponere valent. Similiter vero de Mantua, quia sibi propter hoc absque reservatione oblata est & offertur. Verum quia de securitate locorum tangitur, dixit quod securitas, si attendatur penes locorum incolas, quilibet propositorum locorum tutior est Pisis. Si autem attendatur penes exterorum incursus, nullus prædictorum locorum, stante civium fide erga sanctam ecclesiam, sicut est, minus tutus est Pisis, cum quilibet sit inexpugnabilis. Sed nulli dubium est, quod Mantua præcipue & Bononia tutissima est ab omni hostium invasione.

Ad IX. Dixit, si conventio & congregatio ipsorum qui Pisis sunt, sufficiens erat de jure & de facto ad faciendam pacem ecclesiæ & uniendum populum, sufficit: si autem non, locus exigitur, non uni tantum parti, sed omnibus non suspectus.

Ad X. Supra dixit, quod aliud expedire videtur ad pacem ecclesiæ & unionem populi Christiani, quam quod qui Pisis convenerunt de illo loco possint confidere. Nam soli nequeunt de jure & de facto sine aliis pacem veram & reintegrationem facere. Et propterea expedit locus ceteris etiam securus. Et si dicatur quod ibi sunt ex utraque obedientia, admittitur, quod de olim utraque obedientia; sed manifestum est, ibi non esse utramque obedientiam, sed unam quæ ex duabus facta est, & ab illis divisa non unionem, sed trivisionem facit.

Ad XI. Dixit satis circa hoc dictum fuisse in petitione.

Ad XII. non subterfugii causa, quod sibi valde eorum est & damnosum, inter ceteros fideles quæsivisse mutationem loci. Dicebat: etiamsi dominus Gregorius hac causa quæreret, quod non est putandum, sed solum propter debitum æquitatis & juris; & quia videt si hoc fiat, verisimiliter & absque dubio pax bona & vera sequetur sanctæ matris ecclesiæ, & unio populi Dei: alias, detestabilis divisio & confusio. Ait insuper fateri mutatum non esse loci situm, quem dominus Gregorius sua bulla canonizaverat tantum, sed mutatam & detestam esse voluntatem gubernantium locum illum satis manifestum esse dixit.

Ad XIII. & XIV. Supra dixit non accessisse illuc causa disputandi de partium culpa. Similiter dicit se nolle nec oportere disputare de potestate Concilii, & utrum congregatio illa Concilium sit, & universalis ecclesiæ habeat auctoritatem. Nam canones patrum & jura non noviter edita, nec a personis in hoc suspectis terminant circa hoc sufficienter, quibus quantum in se est acquiescit.

Ad XV. Dicit, quod non dubitabat patres Pisis pro sacro Concilio congregatos, consensuros libentissime mutationi loci, dummodo ipsi reverendissimi vellent, immo si non prohiberent; quia cognoscere poterant aperte, quod ex hoc sequebatur vera pax & unio populi Christiani, remotis cunctis scopulis juris & impedimentis factis. Nec credendum erat ipsos proprios reliquisse lares propter unionem, & deinde respuerent oblatam.

Ad XVI. Duos fuisse citatos dixit, videlicet dominum Gregorium & dominum Benedictum. Si vero cum domino G. prout petebatur, convenire assentirent, citationem illam non expedire amplius manifestum erat, & certum hoc non nocere unioni, immo amplissime proficere; quia præstantissima erat via concordii viæ rigoris juris. Ceterum, aut dominus B. pariter convenire vellet, & etiam eadem de ipso erat ratio; aut non, & tunc terminus statutus ex eo quod non suspendebatur, fluebat, & poterant ipso comparente in loco citationis infra terminum statutum, jus sibi administrare. Si vero non compareret infra terminum, tunc de duobus possent alterum eligere, & ipsum tamquam contumacem judicare, ea qua fungebatur auctoritate et potestate; nihil tantum differre, quousque unum de communi consensu domini Gregorii et sui, ut petebatur, congregatum esset Concilium ad opportunam et majorem cautelam, et etiam una cum domino G. et suis, de domino Benedicto et sequacibus suis, secundum formam juris providere. Hoc autem neque dilatio erat, neque unioni præjudicium.

cium. Nam infra tempus concessum citatis ad comparendum, poterat de modis conveniendi in unum et forma tractari atque concludi: quod tempus aliter tamen præstolari expediebat, antequam posset sententia ferri: et si aliquo modico differretur ultra statutum terminum, non tamen propter hoc citatus excusabatur, seu absolvebatur a contumacia; sed quotidie magis ejus pertinacia et contumacia accusabatur et damnabatur a jure. Unionis ergo per hoc dissolutio, nec schismatis hujus protractio nec perpetuitas sequeretur, sed oppositum.

Ad XVII. & XVIII. Quemlibet prudentem virum & non malum dixit putare debere, quod convocati ad Concilium, sicut principaliter vocati sunt ad unionem, ita principaliter de omnibus contentari, quæ unioni conferant & optare. Cum vero manifestum sit concordiam inter vos & dominum Gregorium plurimum proficere unioni, de hac quoslibet contentissimos fore non est ambigendum, qui non fuerint pacis hostes & æmuli. Honestum quidem est & justum, ut qui pacem quærunt, potius per concordiam quærant & partium spontaneum assensum, quam per juris scrupulos, rigorem, lites, & jurgia: præcipue in his quæ de ecclesiæ causa & hominum conscientiis aguntur. Præterea non magis inhonestum & injustum foret absque conscientia & consensu accedentium mutare locum, ut pacifice & absque juris dubiis & facti, unio sacra fieret, quam si ipsis insciis & non assentientibus, propter contingentem utilitatem, videlicet epidemiæ, belli & hujusmodi. Nec tamen inde tot evidentia bona sanctæ matris sequerentur ecclesiæ, sicut ex hoc. Præterea multi actus facti sunt, ipsis insciis & non præstolatis, non minoris forte ponderis, qui quamvis dicantur facti, forte, immo quasi certe majorem saltem de facto cum multis juris anfractibus parient divisionem in principio, licet Dominus Deus ad suum beneplacitum disponet in fine, quomodo vero ignorant homines. Amen.

Ad XIX. Quamvis de hoc satis dissertum sit in petitione sua, dixit tamen quod non petierat absolute dominum Benedictum ad proposita loca accedere, licet illa valde commendaverit, sed quod vel ad illa accedat, vel quod æque bona vel meliora proponat; tamen adhuc dixit quod dominus Benedictus ad loca ecclesiæ accedere non deberet recusare, si se papam reputat. Exemplum habetur de præteritis pontificibus, qui pro commodo & opportunitate minori status ecclesiæ etiam temporalis, majores sustulere labores. Et ut non longius quæratur, multi debent recordari de domino Urbano V. & domino Gregorio XI.

Ad XX. Dixit ut supra; verum etiam proposita loca tuta esse patribus & Concilio ab omni invasione, & violentia.

Ad XXI. Ait ut supra ad XVII. et XVIII. hoc addito, quod prædicti nec eorum domini haberent justam querelæ causam, quia eis non petitur auferri commoda et honores, quæ ex sacro Concilio et sacra unione sibi proveniunt. Insuper ad rem certam accederent, unionis et pacis sanctæ matris ecclesiæ et totius populi Christiani, ubi nunc ad contentiones, rixas, et ambiguitates accedunt. Quis igitur sapiens crederet ipsos lamentari, sibi paratam pro ambiguitate unionis certitudinem, et pro labore quietem, et pro onere honorem, et pro incommodo commodum? Insuper tam breve spatium est XV. dierum, quod ante præterirent, quam inter ipsos et dominum Gregorium capitula concludantur. Et sic etiam non erunt ab hac conclusione absentes.

Ad XXII. Nolebat, dixit, de majoritate et obedientia partium disputare; sed hoc omisso, dixit, quod velut in sua petitione continetur, si vocatorum prælatorum numerus attendatur et distantia locorum propositorum et Pisarum, plures numero valde, plures prælatorum a Pisis distant, quam a quocumque propositorum locorum. Tamen de hoc in petitione latius habetur.

Ad XXXIII. Fatetur, ait, sed cum non possit publicum bonum esse absque privato incommodo, potius certum est publicum privato debere præponi: præsertim cum publicum commodum maximum est, et privatum incommodum satis tolerabile. Insuper quis ignorat quod negligens et insipiens mercator est, qui si transfretavit, licet conductæ non sint mercantiæ ad portum, pro quibus navigavit, si expediat laborem et expensas sufferre non paucas, potius vacuus domum redire voluerit, ut cito veniat, quam si differat, ut onustus optatas merces, quamquam sero et fatigatus, perducat ad propria? Subjunxit etiam subridendo reverendissimos dominos Gallicos non debere majoris tædere laboris, quia a parte Romana triumphum et victoriam expectant, cum via cessionis per ipsos inventa et semper et maxime prosecuta fuit, nec possunt dicere, quod trahantur ab Italicis, immo ipsi vexillum anteferunt. Nos vero illos in hoc imitamur a tergo quocumque ierint.

Ad XXIV. XXV. XXVI. Fatetur, dixit, se ad hæc teneri, quæ dicunt, diligenter advertere, et quod male, immo pessime faceret, oppositum faciendo. Sed, dixit, sperabat a bonitate Altissimi, quod si dominus Gregorius et sui hæc decipiendi causa et destruendi unionem proposuissent adverteret, tunc prius deberet velle mori, et Domini Dei gratia mori vellet, quam talia non solum tractare, verumetiam aliqualiter assentire. Nec adest etiam causa, quare hoc tractare deberet, aut assentire, cum suæ sit per divinum munus intentionis semper fidelem servum esse sanctæ ecclesiæ matris et dominæ suæ. Unde ex commodis ipsius, quid aliud quam commoda sperare potest aut debet, et ex incommodis & jacturis quid aliud quam incommoda et jacturas? Dixit insuper tempore plurium pontificum, et a quibuslibet, sui et ipse fuerat bene tractatus, et sic a quocumque foret sperare debebat, et sperabat in posterum, ipso permanente in debita fidelitate, sicut intendebat. Et quicumque credere velit, credat, quod dummodo vera pax & sacra unio fieret sanctæ ecclesiæ et populi Christiani, nullum habet hostem quem recusaret ut pontifex fieret. Dixit etiam quod nullus reperire poterit dicens, quod ipse aliquam gratiam aut munus aliquod importune receperit seu petierit a domino Gregorio, postquam fuit papa. Unde infert quod talis credulitas ab ipsis, et ab omnibus debet suspicio exsulare. Sed quod evidentissimum in oppositum eorum quæ dicta sunt est, dicit, quod ipse non fuit de hoc prius tentatus a domino Gregorio; sed viam conveniendi in unum cum domino B. si vellet, et suis reverentiis, ipse proposuit domino Gregorio primum, deinde ipsis, nullam videns viam per quam habilius ad concordiam partium veniretur. Cernebat enim quantum excidium universali ec-

clesiæ

ANNO CHRISTI 1409.

clesiæ sequeretur ex discordia; quantum vero commodum & proficuum ex concordia trium inter se partium contendentium; quocumque etiam juris colore aut veritate pars una adversus alias contenderet.

Ad XXVII. Satis faciliter comprehendi posse, inquit, quomodo rationes illæ procedebant, tam ex his quæ in petitione sua continentur, quam ex his quæ supra proxima dixit. Addit etiam cur dominus Gregorius hanc viam quæreret, ne dominus Benedictus Pisas accedat, cum vere omnibus manifestum sit, eum illuc nulla ratione fore venturum. Ante enim quam contra eum tantum actum fuisset, antequam domini Florentiæ pro reverentiis vestris detecti fuissent, manifestum est quod noluit Pisas accedere, Pisarum fortalitiis existentibus absolute in manibus eorum, quorum sunt. Quantum ergo nunc minus accederet?

Ad XXVIII. et XXIX. Dixit se ignorare, sicut supra dixit, quod dominus Gregorius principaliter hoc quæsierit, hoc vero scit, quod requisitus assensit. Verumtamen si dominus G. postquam res sic processerunt, et in his terminis sunt, quærit Concilium universale fieri pro sacra ecclesiæ sanctæ unione, credit quod expediens sit, quod et bene faciat; et male faceret, si non sic quæreret. Ad id vero quod dictum est per reverentias suas, satis manifestum est, quod domino Gregorio jurante et vovente in conclavi, cum esset cardinalis, et postquam fuit papa ipso confirmante quæ voverat et juraverat, non fuit facta, quod sciatur, publica mentio de Concilio, nec pro unionis essentia simpliciter oportebat congregari; sed si dominus Gregorius et dominus Benedictus fuissent concordes de renuntiando et cedendo et modis circa futuri pastoris electionem: quamquam in omni eventu nihil nocere potuisset aut potest sacri Concilii congregatio propter unionis celsitudinem et confirmationem, et propter multa decidenda dubia eorum quæ versabantur, et quæ agitari oportere verisimile erat inter ecclesias et prælatos. Diffiteri enim nequaquam posse certum est, multas inter ecclesias contentiones et lites fuisse diu post celebrata Concilia, quæ licet papa dirimere possit, tamen volens patrum sanctorum vestigia sequi, quisquis fuerit indubitatus papa cum ecclesiæ consilio dirimet. Nunc autem eo magis, quo ecclesia tanto tempore sub contraria obedientia scissa permansit; ex quo inveteratum est odium inter partes, et per consequens difficilius est dissidentium animos ad pacificam unionem revocare, et si revocati fuerint, faciliter parvus despectus et discordia, quæ inter unum contra alium adversæ partis oriatur, sufficit pristinam memorare discordiam. Et si inter plures partium cujuslibet adversus alios multæ lites et discordiæ ingentes, quamvis etiam juris dispositione sedentur, non sedentur de communi partium consensu et deliberatione, faciliter suscitari posset inter partes error novus pejor priore et discordia quodammodo impossibilis ad sedandum. Verum quis nescit quod fere innumeri prælati in eodem concurrunt titulo? Nonne tot intitulati cardinalatus in patriarchatibus, archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis, prioratibus et quolibet genere prælationum; nonne in quolibet magistratu et generalatibus Mendicantium, quis ita sapiens quoque consulet hæc sine partium et totius ecclesiæ consensu et deliberatione terminari, ut vera unio

A fiat et duret? Sed quid dicetur de discordiis urgentibus inter principes sæculares, quibus ut provideretur, jam aliás existente uno omnibus indubitato pastore, sacrum universale Concilium congregatum fuit. Nunc autem numquid non duo sunt de Romano contendentes imperio? Numquid non duo de regnis Siciliæ Hungariæ? Certe ergo, cum negotium unionis omnes tangat, docent leges quod ab omnibus debet approbari. Verum si hæc cessarent, negari non valet, quod non existente domino Benedicto concorde cum domino Gregorio, unio fieri non potest, nisi per Concilium generale, salvo nisi Dominus ipse mirabiliter faciat. Hoc autem quia non est in po- B testate hominum, non debet tractari per homines; excepto etiam nisi per violentiam sive propria voluntate una pars alteri se subjiciat. Utrumque vero istorum quantum sit factibile, credibile et sperandum judicet quisque non stultus aut non hostis manifestæ veritatis; quod autem hoc verum sit, non persuadetur, sed demonstratur. Cum enim non sint concordes de modo cedendi, aut alia via ad unionem dominus Benedictus et dominus Gregorius, esto quod dominus Gregorius cederet, et dominus Benedictus non; certe vel dominum B. in titulo papatus absque omni obedientia relinquere oporteret, et sic non fieret unio: aut diceretur quod omnes sibi obedirent, et hoc quantum C facerent illi qui sunt Romanæ obedientiæ et nonnulli de suis plus quam manifestum est; aut illum ejicere oporteret a titulo et possessione obedientiæ, et hoc vel per sententiam domini Gregorii, vel per aliam. Si autem sententiæ domini Gregorii tantum acquiesceret, et pareret pars Gallica, satis apertum est: Si vero non per ipsius sententiam, per quorum sententiam? si per alterius vel aliorum quam Concilii generalis sententiam, deberet sive posset ejici aliquo juris colore. Dicat si quis dicit non expedire Concilium generale pro unione, dummodo Gregorius cedat. Præterea si quis juris dispositionem et veritatem inspexerit, et cognitam gratis noluerit negare, fatebitur recti- D tudini et certitudini unionis expedire, volente maxime uno convenire cum aliis ex his qui in papatus tituli possessione est, illius præsentiam et auctoritatem antequam cedat ad absolvendum, dispensandum et habilitandum. Ex his igitur et pluribus aliis moti serenissimus rex Romanorum et serenissimus rex Hungariæ, illustreque ac inclytum dominium Venetiarum, videntes universale Concilium expedire et oportere pro sacra unione juste et recte perficienda celebrari; et scientes quod a tribus convocatum fuerat; inspicientesque quod hoc erat addere trivisionem divisioni, et non sacram facere unionem, saltem de facto; atque attendentes æquitatem, et putantes quasi de fa- E cto impossibile quod una pars ad alterius vellet Concilium et citationem accedere, sicut per oratores prædictorum principum discere potuerunt, cum domino Gregorio tractaverunt, ut in uno universali Concilio vellet communi partium consensu congregando convenire, et ibi sua vota et juramenta servare, et modum effectualem unioni præbere; a quo habito responso quod contentabatur, sed nolebat in loco ad quem citatus fuerat, & qui parti suæ et sibi foret suspectus accedere, mutationem loci et unius non plurium Conciliorum ex communi consensu faciendam procuraverunt. Ipse vero de-

ANNO CHRISTI 1409.

ANNO CHRISTI 1409.

demum, licet inutilis et minimus inter tantos; tamen astrictus debito & propter recepta beneficia sanctæ matri ecclesiæ dominæ suæ, quæ supra dicta sunt attendens & conspiciens, sicut in sua petitione etiam dixit, quod quia non solum periculum & damnum plurimum, sed fere totalis jactura sequeretur universi populi Christiani, hoc tentavit, procuravit, & petiit mediata pluries, & nunc immediate, ut conspiciebant. Hæc autem quis credat ipsum procurare destruendæ unionis causa seu differendæ, cum exinde non consequeretur meritum, nec honorem, nec delectationem. Nec sibi propter hoc quicquam oblatum aut datum est per dominum Gregorium seu aliquem suorum; verum si tam pessimum se, dixit, quisquam suspicari posset, cum tamen nullam occasionem inspiciat quomodo credi debet hoc vel potest de illis serenissimis principibus, & illustri inclytoque domino, qui loci mutationem, & unius & non plurium conciliorum congregationem fieri instituerunt instanter. Non igitur, intulit, hoc petiit dominus Gregorius ad deceptionem: & si petit locum tutum & æquum sibi & parti suæ; & si dicat nequaquam velle se fideles suos a Concilii honore & commodo fore privatos, nec velle etiam fideles suos in manibus & potestate suorum ponere adversariorum. Sed quia nihil sibi Carolo nisi oppositum probaretur per alias quam audiverit rationes, visum est dissonum justitiæ & æquitati propterea propter justitiam & æquitatem, ut vera pax & sacra unio fiat, & non detestanda majorque nova divisio, hoc petiit, petebat, & petit. Dixit insuper quod si dominus Gregorius tantum unionem odebat, & cessionem diffugiebat, nihil aliud tantum quæreret, quam quod plura fierent concilia, justitiæ captato colore, & non unum. Sed cum unum assentiat fieri, & nihil ut illi intersit Concilio pro se suisque petit, absurdum hujusmodi oppositum ostendit. Ipsi vero si hoc negaverint, domini Gregorii justificant causam, & se in alterius reprehensione quodammodo damnabunt.

Ad XXX. & XXXI. Ait causam dixisse, quare petiit unum universale Concilium & non plura, saltem de facto fieri, & omnia iterum repeti, non destruendæ unionis, sed destruendæ divisionis causa; & non dilatandæ unionis causa, sed perficiendæ & accelerandæ. Quis enim præter certitudinem juris & facti, quæ ex via concordiæ & voluntariæ unionis erit universæ ecclesiæ, negare audebit, quod facilius per concordiam pacis, ut ita dicatur, domini Gregorii cum his qui Pisis sunt, & aliis, si voluerint alii, reducantur in unitate, quam per violentiam? Quia iterum extendere seiet brachium potens, per quod pars domini Gregorii, si omnem foveat injustitiam, sub obedientia partis Pisanæ reducatur invita? Verum esto quod sit imperator seu princeps alius potentissimus partis illius totaliter obediens & devotus, numquid facilius, ipsis nolentibus, eos ad unionem cum parte Pisis existente reducet, quam ipsis assentientibus & volentibus? Dicitur quod tempus magnum labetur; sed quæritur, in quo majus & quomodo fieri potest, ut corpus longo affectum & extenuatum morbo, parvo restauretur in tempore; vel si contra naturæ voluerit cursum & consuetudinem restaurari, utrum citius sanabitur vel mactabitur? Dixit se tamen audisse a domino Gregorio nolle modis quibus petunt cedere, propter supradictas rationes, & ne sibi fideles conculcentur & confundantur contra omnem justitiam & æquitatem. Præterea non esset major dilatio quam duorum mensium, si fiat quod petitur, quam si negetur. Nam antequam tempus citationis præterierit, & antequam Concilium Pisanum congregatum fuerit in plenitudine sua & judicaverit, jam mensis transactus erit a principio indicti concilii per dominum Gregorium. Addatur ergo mensis, solum unius dilatio erit. Et si duo addantur, quod sufficere videtur, duorum erit dilatio mensium; & præcipue quia pars Pisas vocata venisse debebit tunc, & similiter quicumque venire deliberaverint ad concilium domini Gregorii intra tres menses a principio statuti termini, ad concilium venisse putandum est.

Ad XXXII. Inquit pluries se concessisse, & iterum fateri, quod nullus fidelis servus sanctæ matris ecclesiæ, nec ipse inter ceteros ea tolerare, multoque minus tractare deberet, quæ in desolationem S. R. E. suique temporalis status redundarent. Unde ipse inter ceteros Romanæ & universalis ecclesiæ fideles & servos viam concordiæ & voluntariæ unionis tota mente & toto posse inquirere tenetur, & intendit prosequi, divina prosequente clementia, utpote viam per quam omnis pax & exaltatio status spiritualis & temporalis sanctæ ecclesiæ redundabit. Sicque ex adverso ceteri fideles & ipse minimus tenetur & intendit viam discordiæ & majoris quam nunc sit, abominabilis divisionis tota mente & toto posse detestari, & ne sequatur quantum in eo est evitare, utpote periculum & angustiam sanctæ ecclesiæ spiritualis, status temporalisque dilapidationem & exterminium. Ad id vero quod dicunt viam propositam dilatione indigere, & dilationem hujusmodi dilapidationem & desolationem utriusque status ecclesiæ fore, ait, salva reverentia, manifeste apparet oppositum. Nam rationibus supradictis & pluribus aliis aperte probari potest, quod si dominus Gregorius cum ipsis conveniat ad voluntarium unionis modum, certius & brevius unio sequatur, quam quaecumque alia rigoris seu violentiæ forma, secundum præsentem possibilitatem, & rerum contingentiam. Præterea inspiciatur quod per viam discordiæ & judicii, si brevior somnietur, necesse est ut totalis dilapidatio bonorum ecclesiæ sequatur. Nam cum quælibet pars, sive credat, sive credere simulet, ut decipiat, violentiam sibi inferri cognoscet, si justitiam fovebit. Et si non simulabit, opus sibi fore violentiam sibi illatam vi repellere, & cum violentia per potentiam sæcularem inferatur, & cum secundum jus aut juris colorem, spiritalem statum oporteat temporali præponi, qui in securitatem & obedientiam spiritualis est, necesse habebit sæculare brachium sibi propitium quisque vindicare contendentium: quod & hucusque fieri experientia docet. Dum enim ratus inveniatur gratis sæculare exhibens brachium in utilitatem ecclesiæ vel prætensæ, quilibet quodlibet etiam vile & exiguum sibi eorum comparat, & hoc totum non sine scandalo & detrimento sanctæ Romanæ ecclesiæ subjectorumque suorum. Qui habet, tradit, vel ut spirituale reformet, vel protegat temporale quod restat, cum non putet per se posse tueri, qui nondum possidet, promittit, ut acquirat dilapidatum antequam habeat, vel fiat de summo pontifice summus fidei promissorumque violator. An forte dispensare se cogitabit gratis & ex proposito peccans, & in contradictione peccandi & absolvendi se perseverans.

ANNO CHRISTI 1409.

verans. Tacendum de spiritali jactura, cum nullus auferit prælatorum excedentes castigare subjectos, ne ad alios diffugiant oppositos; licet insuper plures amodo sint & futuri sint simoniaci, quam prælati, non omnes forte ut nummos præbeant, sed obedientiam & favorem. Hæc quidem omnia in prælatis, licet simonia non cadat in vero pontifice, sed forte balaatica, qui mercedem suscepit, ut populum Dei peccare doceret. Verum si concordiæ vias unio sacra sequatur, horum nullum expedit, & quamvis dilatio aliqualis in unione & reintegratione actuali appareat, non erit in habitu tamen, cum schisma habituali divisione incipiat, & sedari similiter necesse sit per habitualem unionem, priusque cum inter partes fuerit, unionem esse dici valet & provideri ad conservandum & reintegrandum temporalem statum ecclesiæ faciliter. Non enim putandum est, quod princeps quisquam, cum senserit inter reverentias suas & dominum Gregorium concordiam fore, audeat terras sanctæ ecclesiæ invadere. Immo si invaserit, de concordia cogitabit potius quam de invasionis perseveratione: & si noluerit, quis populorum sibi adhærebit? Verum ista interim ad futura cavendum pericula & perdita readquirendum quotquot partibus videbitur super hæc communi consensu proponi. Ne tamen hæc suspicentur eum dicere, ut unus ipse sit ex illis, ex nunc tali honori onerique renuntiant.

Ad XXXIII. Dixit quod non putabit principes prædictos indignari, si propter bonam pacem sanctæ ecclesiæ, & meliorem, certiorem, & faciliorem reintegrationem & unionem populi Christiani, mutato Concilio in melius, quod ante negaverant, ipsi nunc facerent, cum quicquid prædicti quæsierint, non quæsierint nisi propter pacem & bonum sanctæ matris ecclesiæ & totius populi Dei. Et quamquam duorum ex prædictis principibus oratores discesserint ab incœpto per ipsos sancto proposito, nec invideant multiplicatis intercessoribus, hoc etiam scit, quod discedentibus oratoribus prædictorum, ab ipsis exhortatus fuit & exoratus, ut circa incœpta per suos dominos & ipsum Carolum vellet viriliter & ferventer insistere, tamquam pro re summe utili & necessaria sanctæ matri ecclesiæ & Christianis omnibus a majori usque ad minorem, & quod de hoc ipse Carolus valde suis dominis complaceret. Scit etiam quod licet oratores Romanorum regis semel negativam susceperint, instare pluries super hoc intendunt, quod ab ipsorum didicit ore; quem etiam pluries exhortati & deprecati sunt, ut ipse omnem possibilem & efficacem in his adhibeat operam, inde maxime suo domino placiturus.

Ad XXXIV. & XXXV. Inquit se non dolere de labore suo præterito vel futuro propter se, etiamsi non consequatur finem optatum. Sciebat enim se ad majora propter sana & commoda sanctæ matris ecclesiæ dominæ suæ teneri. Et si cassus appareat omnis suus labor, laborare non tædet, nec desinet laborare, ne umquam conscientia sua & homines accusare valeant coram justo judice, quando manifestabuntur consilia cordium & abscondita tenebrarum, ipsum vidisse jacturam, desolationem, & quantum in hominibus est, ultimum exterminium sanctæ matris ecclesiæ & divini populi, & non obstitisse quantum potuit. Nec etiam dolet, si appareat se ex hoc non consequi honorem. Sciebat namque se non tantum mere-A ri honorem, ad majorem vero teneri laborem. Verumtamen dolet, & plus quam dolet servus & filius usque a progenitoribus & proavis ejus malo & excidio sanctæ matris & dominæ suæ, quod imminere manifestum est, nisi aliter cleri principes gesserint in futurum, quam contentiose inter se agentes egerint vel gesserint in præteritum. Et quod maxime dolendum est, acturi potius pejusque judicantur; & quidquid fuerit, dixit se dispositum toto posse agere, quicquid cognoscat aut sibi ostenderetur ipsum debere & teneri vel posse facere de jure pro vera pace & sacra unione sanctæ matris ecclesiæ & populi Christiani, dominum Gregorium exhortando humiliter & instanter & op-B portune atque importune ad hoc & omnia alia circa eum & contra eum faciendo, quæ de jure debet & tenetur. Tamen satis contentabatur se non pro finali responsione suscepisse quæ a suis reverentiis audierat. Sperabat enim quod maturius inspicientes quæ ad pacem forent, & non ad contentiones & æmulationes deliberarent. Et sic eis humiliter & toto cordis supplicabat affectu, & quod dignarentur per obligationem, qua coram Altissimo obnoxii sunt, & se obnoxios agnoscunt, vel viam propositam acceptare, vel meliorem proponere & prosequi, quæ sit quieta, æqua & justa & pacifica, & non jurgiorum mater; sed scandalorum extinctiva, & per quam sacra
C unio de jure & de facto effectualiter fiat. Supplicabat insuper, quod si quid in proposita via difficultatis aut dilationis appareat, velint librare, remotis omnibus odiis & rancoribus a mentibus suis, cum his quæ sequentur, si potius per viam rigoris & violentiæ partes incesserint, quam per viam concordiæ & voluntariæ unionis. Oblationes se fideliter relaturus dixit, quamvis modicum speraret per illas posse proficere ex his quæ audierat a domino Gregorio, nisi suæ reverentiæ assentirent his quæ petita sunt, & quod eos semper publice avisaret vel clam de cunctis quæ cernere posset sacræ unioni & veræ paci conferre sanctæ matris ecclesiæ.

D Ad XXXVI. Particulam dominorum Gallicanorum, videlicet *Hoc ipso finiente*, dixit se de culpa partium incompetentem judicem & non idoneum testem fore. Nam absens & longe distans fuit, dum de mutua conventione tractabatur inter dominum Gregorium & dominum Benedictum, & quod hoc sciebat, se diversa, immo opposita a diversis audivisse, de quibus parum indagare curaverat, putans quicquid in vero esset, magis ecclesiæ concordiam tractare proficuum esse, quam super contentionibus & partium culpis insistere; præcipue cum non videret in sæculo judicem ad reprimendam puniendamque malitiam perversorum idoneum & potentem. Verum quicquid fuerit,
E non credendum putabat dominum Gregorium propositia assensisse ad cautelam & deceptionem. Poterat enim manifeste nihil propositum fuisse, quod verisimiliter patres Pisis congregati renuere deberent. Illis vero assentientibus, postquam jam ipse acquieverat, vel in eodem persisteret vel non: quod si sic, quæ exinde deceptio poterat suspicari? Si vero non, parum sibi erat, quantum de incostantia & subterfugio accusatus fuerat absque eo quod sibi expediens agnosceret, toto orbi quæ sibi objecta fuerant adeo facere nota, quod nulla amplius ratione vera esse negare nequiret, nec

ANNO CHRISTI 1409.

ulla tergiversatione diffugere. Certe stultissimus est, qui adversarios justificat, seipsum condemnando, ut illos decipiat, seipsum decipiendo. De hoc tamen si dubitabant, Carolus obsidem se offerebat, & insuper omnem aliam cautionem præstare sibi possibilem, quod dominus Gregorius quæ ipse Carolus obtulerat, integre servaret. Et propterea putabat ipsos audere debere hæc patribus Pisis congregatis proponere, & pro his cum ipsis ut fiant instare. Quoniam bona sunt manifesta & utilia sanctæ ecclesiæ & universo populo Dei. Nec putabat propter paucos labores & expensas incumbentes sibi ex aliquali mora patres illos petita negaturos, si publico moventur commodo, etiamsi privato. Quis enim voluerit tot factas pro unione impensas, tot labores perpessos cassos relinquere pro minimis qui residui exigantur pro vera pace & sacra consequenda unione? Quis insuper, si considerat quantum proficient eorum proventus & commodi ex hoc, putabit illos expendere nolle parum, ut maximum inde suscipiant lucrum, quamvis nec Deum nec ecclesiæ rempublicam venerentur? Dicebat præterea, quod si qui inopes expensas tolerare nequirent, quoniam has propter ecclesiæ commodum supportabant, congruum videbatur, quod ab apostolica camera talibus provideretur. Et quoniam partem proventuum cameræ dominus Gregorius percipiebat, partem vero alii; congruum erat quod portionem sibi contingentem pars quælibet solveret, & sic impossibilitas illa cessaret, vel quod ille qui eligeretur in pontificem solveret.

Ad XXVII. Confessus fuit se malum & imprudentem esse, si consuleret seu peteret, quod via certa, parata & brevis ad unionem pro incerta & longissima dimitteretur. Et quia viam quam incœperunt, videtur via sibi certa celerque ad divisionem, incerta vero de jure, & de facto quasi impossibilis ad unionem. Via quidem proposita per eum certa ad unionem de jure & de facto, & brevis secundum rei naturam. Propterea pro hac instat tam sollicite & accurate, tamquam servus sanctæ matris ecclesiæ, bonum illius optans, & pacem, contrariumque odiens. Quis enim non perpendat aperte quod dominus Benedictus cum suis sequacibus non est pariturus Concilio Pisano, nec similiter dominus Gregorius cum suis? Unde si non concordant saltem cum altero illorum, nonne certum est, quod alium eligi expediat per eos, qui non faciliter omnium, si forte plurium obedientiam habebit. Et sic a certo de facto augebitur divisio, quam non nisi per violentiam sedari credendum est. Et cum dubius sit eventus belli, & cum, sicut supradictum est, non appareat potentia, quæ sit alios superaro potens, dubium est utrum per viam illam diebus nostris unio fieri valeat, immo quasi deber a certo judicari, quod non. Nam & per viam novæ electionis omnis spes concordiæ, quantum in hominibus est, præscinditur & aufertur. Et omnis modus per quem superborum colla a sua valeant perversitate cohiberi. Tollitur quoque spes futura mutuæ cessionis, quæ cum tam difficilis fuerit, ut executionem mereri non potuerit inter duos, multominus sperari poterit inter tres, & præsertim si iste noviter eligendus plurium, ex his qui utrius duorum obedientiæ fuerunt consensum susceperit & favorem. Et si via compromissi difficilis erat inter duos; ita quod quasi pro impossibili relicta fuerit, multo difficilior erit addito tertio. Viam insuper sacri Concilii universalis divisim tractam quasi etiam reparari impossibile erit, & unionem ipso Concilio tripartito nedum in præsenti, sed in futuro parere posse. Exulat insuper per viam hujus novæ electionis omnis spes Romanum uniendi imperium. Cum enim duo pariter contendant pro illo; si alter ab uno reprobabitur, illum ipse reprobabit; adhærensque alteri, capto justitiæ colore, favebit. Sicque alius aget e contra. Regum regnorumque & provinciarum quas solet ecclesia sedare contentiones & discordias suscitabit fovebitque. Unde sic fomes ministrabitur igni universum Dei populum spiritualiter & temporaliter voraturo. Non sic autem, si concordia inter ipsos & dominum Gregorium fiat. Sequetur quidem primo absque juris scrupulo vera pax & certa reintegratio sanctæ ecclesiæ & populi Christiani in clero, & deinde in sæcularibus; certum quippe est, quod vel dominus Benedictus concordabit cum domino Gregorio & illis qui Pisis sunt, vel non; & sic propositum habetur. Si non, cum Concilium domini Benedicti terminaverit ipsum cedere debere & renunciare papatui, domino Gregorio cedenre & renunciante; ipsum cedere oportebit & renunciare, vel a suis relinquetur; & sic unio de jure & de facto erit. Si vero dicatur sequaces domini Benedicti non relinquent ipsum, minime etiam eo cedente; dixit hoc non esse verisimile; sed dato quod ita, quisquis post dictam concordiam papa fuerit, Romanum si volet imperium faciliter uniet. Cum enim utrique de imperio contendentes Romanæ semper fuerint obedientiæ per XXX. annos et unum, non adest color aut verisimile, quod quis eorum ad dominum confugeret Benedictum, cui nullus umquam adhæsit, sed totaliter etiam qualitercumque erga eos per Romanum præsulem actum fuerit, utrique illi se ardenter et jugiter opposuerunt. Unde dum papam illum eligendum, existente prius domino Gregorio concorde cum his qui Pisis sunt, utrumque ipsorum diffiteri nequibunt: necesse erit quemlibet ipsius adquiescere voluntati atque sententiæ. Similiter quoque de regno contendentes Hungariæ, pari existente ratione. Similiter etiam de regni Siciliæ contentione. Manifestum quidem est in præsenti dominum Ludovicum devotum et fidelem esse reverendissimorum dominorum Pisis existentium, et dominum Ladislaum domini Gregorii. Unde si conveniet dominus Gregorius cum dominis qui Pisis sunt, et unus ipso cedente eligatur, neuter prædictorum de regno Siciliæ contendentium verisimiliter contradicet, poteritque contradicere illius dispositioni qui hoc modo erit electus. (a) Ubi colorata justitiæ apparentia alius eorum possessionem tuetur et titulum. Alius vero ti-

(a) In margine hæc leguntur. Hic videtur esse defectus, etiam in originali. Nam quæ sequuntur cum præcedentibus non continuantur, nisi aliud medium poneretur. Et credendum est quod aliquid omissum sit, forte ad hunc effectum: Sin autem dominus Gregorius & qui Pisis sunt non concordaverint, quomodo illi reges concordabunt. Ubi colorata &c.

titulo possessionem quærit, & sic perseverat augeturque contentio & bellum inter eos, & non sit pax. Unde etiam sperare possit subsidium ad resistentes coercendum & rebelles. Ita quod manifeste judicari potest, quæ via potior est, an illa per quam totum juris theologici canonici & civilis corpus, secundum favorem contendentium revocatur in scissuram. Insuper irreparabilis contentio de facto inter clericos & clericos & inter laicos suscitatur, etiam quæ paratæ sunt confirmantur. An via concordiæ, per quam quantum in eo quod circa hoc versatur, tollitur omnis scissura, & contentio tam divinæ quam positivæ scripturæ, & per quam fit vera pax & concors unio de facto, vel saltem exhibetur potentiæ modus per quem ecclesia compescere rebelles poterit & in viam justitiæ ioviros dirigere.

Ad XXXVIII. Dixit se plane fateri, nolente domino Gregorio facere debitum, ut ferebatur, & si non dixisset iterum diceret; sed quod placeret reverentiæ suæ reminisci unius inter ceteras conclusionis, quam sibi dederat in scriptis, consulendo de modis qui sibi videbantur tenendi, ut veridica & vera unio fieret, quam misit reverendissimo domino Benedicto, in qua dixit quod haberetur magna advertentia, quomodo quid tractaretur contra & in præjudicium Romani pontificis, cum divina scriptura, sacri canones, legesque civiles valde sibi faverent, ejusque potestatem cunctis nimium venerandam injungerent. Unde nolente domino Gregorio facere debitum, nec volente per modum justum & æquum cum suis reverentiis convenire, ad præbendum verum, justum, & æquum & effectualiter modum unioni, paratus erat, quod reverentia sua dicebat ipsum semel obtulisse, exsequi. Sic rogabat econtra reverentiam suam ut consulti recordarentur, & volente domino Gregorio, prout ipse Carolus obtulerat & offerebat, suum exsequi debitum, & non discedere ab æquitate & justitia, immo ultra suam obligationem facere pro pace sanctæ matris ecclesiæ & reintegratione vera populi Christiani, nollet ipse & alii odio vel ultione; si forte ultionis prætenderent causam, Dominum Jesum Christum persequi ab re & absque saltem opportunitate in vicario suo & apostolorum principem in eo quem ipse dominus Mediolanensis & collegæ sui Romanæ obedientiæ habuerant in ipsius successorem. Et præsertim quoniam hoc fieri non poterat, seu tentari præsentatio præter divinam & apostolicam ostensam, absque gravi præjudicio & manifesta jactura populi divini. Verum offerebat se facturum & acturum, quantum dominus daret sui clementia, pro vera pace sacraque unione quicquid poterat, & quicquid sibi ostenderetur ipsum posse alii debere de jure nihil omittendo, & sibi & omnibus quibus debita favendo, ad bonum & unionem veram ecclesiæ sacrosanctæ. Satis sibi putans iis hoc sæculo datum, nec aliud petens quam suum facere debitum coram domino, qui potens est depositum servare, & complicatum cum maxime proderit reddere.

Ad XXXIX. Dixit quod certe pessime faceret, si quid tractasset vel tractet in præjudicium sanctæ ecclesiæ matris & dominæ suæ, cum nulla ratione deberet, & tanto amplius damnandus foret, quanto culpabilior redderetur, ab antiquata fide & devotione delirando. Sed quia bonum & utile procurare putat, & nisi reverentiæ suæ ab aliquali sint passione quassatæ, hoc idem eos manifeste putare credit: ideo quod petiit, petit, & eo quod institit instanter instat, ne jure damnabilis fiat. Certum, inquit, ut supra, contra dominum G. paratum fore quicquid debet de jure facere, & sic dicit etiam facturum.

Ad XL. Regratiatus fuit reverentiæ suæ pro tanta caritate & monita sua reverenter et humiliter, quantum poterat et dicebat suscipiebat. Quantum habet jus æquitasque suaderent, illa exsequi erat insitum in corde suo. Et quoniam se faciliter inter insipientes certaturum, nisi dirigeretur a Domino, qui est Via, Veritas, et Vita, dubitare debebat, et propterea cum sua reverentia exorabat Altissimum, ut mentem suam in beneplacitis suis dirigere et conservare dignetur.

Insuper adjecit quod supplicabat humiliter et devote quantum poterat, etsi multa in utraque via dubia apparebant ponderanda, quamvis insipientiæ ipsius Caroli nihil dubii nihilque jacturæ appareret ad unionem veram et juridicam consequendam, si cum domino Gregorio concordarent, velut oblatum est; quod placeret suis reverentiis, quibuscumque remotis rancoribus animorumque passionibus, solum omnipotentis Domini nostri Jesu Christi, ejusque immaculatæ et dilectæ sponsæ reverentiam atque caritatem habendo, super omnia in cordibus eorum diligenter prudenterque librare, quantum via concordiæ certior, justior, brevior, et facilior erat via discordiæ, et quantum ecclesiæ sanctæ et omni populo Dei utilior. Et si sic quod sit, supplicabat eis quanto obligatiores erant ad reddendam rationem, quantum plura ceteris susceperant a domino, et quantum præ ceteris ab ipso gubernandi gregis sui susceperant curam, et quantum hoc præ ipso Carolo majoris existentes intellectus limpidius cognoscebant, quatenus vellent viam concordiæ pacificam et unitivam, cum eis offerretur, amplecti.

His itaque dictis effectualiter replicarunt, quod ipsi audierant, quæ Carolus dixerat, eaque diligenter atque fideliter ceteris reverendissimis dominis suis referrent. Et cum ipse Carolus audisset etiam quæ ipsi dixerant, nec credere possent quod aliud ultra quam dixerat non haberet, rogabant quod vellet ea proponere, quæ sibi possibilia forent justa et æqua, et libentibus animis exequerentur.

Quibus breviter replicavit, se nihil ultra quam dixisset habere, eosque minime credere debere, etiamsi prosenetarum more in ceteris negotiationibus amici prærogativam quæreret, certe nullum ipse amicum sanctæ ecclesiæ proponeret matri et dominæ suæ. Sero igitur illo post hæc vale inter se facto discesserunt ab invicem.

Post hæc per nonnullos dies inter se contulerunt plura effectualiter, secundum quæ narrata sunt. Nam & ipsi sua replicabant argumenta & repetebant. Carolus vero illa refellebat, ut supra; nec propterea cessabant per se, & varios, variisque & multiplicibus modis atque vicibus tentare utrum aliud Carolus reservasset exprimendum. Ipse vero cum nihil aliud haberet, quam dixisset, in suo perserverabat proposito, pacem & non æmulationes dicens sanctæ ecclesiæ expedire.

Verum cum inter ratiocinia pluries conclusissent in eorum excusationem, quod non debebant de jure mutare locum Pisarum; Inquiebat Carolus, se non venisse Pisas litigandi disputandique causa! cum lites & disputationes non jur-

ANNO CHRISTI 1409.

jurgia & æmulationes solerent sedare, sed plurimum generare; dum præsertim de potestate partium & eorum culpa innocentiave principaliter agit, opus erat, (a) rei exigente qualitate. Attamen dicebat se quasi indubie putare, ipsos teneri ad quamlibet propositorum locorum accedere, & ad quemlibet alium ejusdem partibus securitatis & æquitatis. Dato quippe quod dominus Gregorius nolens Pisas accedere, nec suum servare votum & juramentum, nisi alium propositorum suæ reverentiæ accederent, sibi bene staret; & si alium locum accederent, paratus esset suum servare votum & juramentum; & dato quod exinde perjurus fieret & voti fractor (b). Verumtamen unio videretur propter hoc quamquam ille damnaretur (c) tolli de facto. Nonne vos etiam voti & juramenti vestri fractores essetis, si viam possibilem ad unionem perficiendam omitteretis? Nonne & peccati ipsius efficeremini participes, si ille vobis complacentibus sibi de re possibili non injusta nec iniqua sua promissa servaturus esset? Si vero non dejeraturus, nonne ipsi, licet ille principaliter peccaret, scandali proximi privati etiam maximique ecclesiæ publici, & durationis antiquati schismatis, essetis culpabiles atque rei? Advertere deprecabatur ipsos eorummet processum. Non enim in illo ex prævaricatione domini Gregorii dominum Benedictum absolvendum judicabant; neque ex prævaricatione domini Benedicti dominum Gregorium. Sed quamquam alter nollet unam viam sequi, alium ad omnem aliam possibilem & rationabilem teneri ex suo voto & juramento dixerunt. Et si non sequeretur omnem aliam viam rationabilem possibilem, licet adversarius suus contra debitum & juramentum unam ex rationabilibus respuisset, illum fidefragum & antiquati schismatis nutritorem ajebant.

Sed quod majus est, non existente schismate, si unicus verus & indubitatus pontifex Romanus, incumbente opportunitate, sacram & universalem Synodum Pisis congregasset, interim quoque pontificali sedi Marchia & Romandiola rebellarent, nullaque suasione ad obedientiam redire volent, nisi dominus papa cum sacra Synodo ad alterum propositorum locorum accederet, ad quem tute posset accedere, & morari, haberetque centum millia equitum papa cum omni ad superandum illos expeditione parata; satis manifestum apparet utrum deberet bonus pastor vicarius domini nostri Jesu Christi cum universa Synodo ad quemlibet dictorum locorum accedere, ut illi ultro ad gremium redirent, & debitam fidelitatem sanctæ matris & dominæ suæ, licet gravissime fefellissent? An minime accedere & experiri illos armorum debellari potentia, cum rapinis, strage & sceleribus quæ consueverunt & præsertim in devictos parere bella? Quanto igitur nunc magis, cum desint currus & equites, omnique sufficiens bellicus apparatus ad hostes constringendos, & pro hujusmodi accessu sequitur concordia inter ipsos & dominum Gregorium sibique fideles, ex

A qua non solum duæ hæ provinciæ, sed decies amplius invicem reintegrantur?

Instabant ergo illi pro duorum altero, vel quod dominus Gregorius Pisas accederet, vel quod existens Arimini, etiam non cedente domino Benedicto, ipse per se in manibus sui Concilii renunciaret & cederet, dicentes hoc ad perpetuam gloriam illius civitatis & universæ domus de Malatestis; causa quoque erat hæc, quia si dominus Gregorius cederet & renunciaret Arimini, ibi ipse papatui habebatur civiliter defunctus. Dictantibus ergo sacris canonibus quod ubi pontifex decederet, ibi futuri fieret electio, omnes ibi convenire pro fu- B turi electione pontificia opus erat. Et quoniam hæc verba Italicorum erant; addebant, quod si Carolus ambigeret, ne Gallici iis assentirent, certi erant illos nequaquam dissensuros. Nihilominus si hoc promittere vellet, sperabant hoc parte sui ipsum certificare si vellet.

Respondebat Carolus se non propriam gloriam & civitatis Arimini quærere, sed divinam & ecclesiæ sanctæ suæ pacem & reintegrationem; & quod per ea quæ percipere potuisset a domino Gregorio non sperabat, quod ipse ullo modo cederet per procuratorem, neque Pisas vellet accedere multis rationibus, quarum aliquas substantialiter supra dixerat. Et C credere certe poterant, si vellent, quoniam veritas hæc erat, quod pro sacra unione dispositus erat, quantum Dominus ex alto donaret, totis suis viribus laborare. Nec vellet vere, si alibi cum majori commodo partium & majori quiete sanctæ ecclesiæ fieri posset, quam Arimini. Ideo hanc sciens per divinam gratiam suam fore intentionem, aliqualiter admirabatur eos credere ipse amplius propter hujusmodi gloriæ oblationem pro unione laboraturum aut curaturum, quam absque tali obligatione fecisset. Mirabatur insuper non parum, cur non sic Ariminum vel ad quemcumque propositorum locorum sibi amplius placeret, accederent, ut D ibi unum sacrum Concilium celebraretur, in quo dominus Gregorius renunciaret, & eligeretur absque contradictione, saltem ipsius & suorum, unus pontifex, sicut absque Concilio accedere volebant.

Ad hoc replicabant qui dixerant illa, quod facilius duceretur collegium, quam Concilium; & quod cardinales Gallici videntes quod Carolus tantum operatus fuisset, quod dominus Gregorius renuntiaret, merito inclinarentur ad accedendum Ariminum. Sed non ita libenter accederent, ex sua mera voluntate, disponente jure quod sub prædicto casu deberent accedere, declinare nequirent.

E Ad quæ iterum Carolus dicebat, non putare, salva honestate, & debito, propter opportunitates varias sanctæ ecclesiæ, & propter etiam contentiones & periculum & dissensionem quæ in electione futuri pontificis contingere poterat Concilium ante electionem posse vel debere dissolvi. Et propterea videbatur sibi ita ipsos cum Concilio posse & debere Ariminum accedere, antequam cederet dominus Gregorius & alius eli-

(a) In margine ponitur hæc nota: forte hic deficit negatio non secundum mentem loquentis, qui conveniens medium ad concordiam quæsivit.
(b) In margine alia manu sic legitur. *Hic est defectus, credo tamen quod velit dicere*, posito quod dominus Gregorius ex eorum proposito possit convinci, tamen ex hoc schisma de facto tolletur, nec unio de facto sequeretur.
(c) Etiam hic in margine additur: *Credo quod melius staret oriri vel fieri, aut hic deficit verbum* schisma.

ANNO CHRISTI 1409.

eligeretur sicut post hæc; nec minus debere reverendissimos Gallicos ante cessionem accedere quam post; & præcipue si certificati fuerint dominum Gregorium renunciaturum omnino, si admitterent quod Concilium universale celebraretur in altero propositorum locorum, vel in alio loco tuto partibus & universali Concilio.

His vero non obstantibus, quæritabant instanter, si suum valerent cum Carolo obtentum obtinere, & putare videbantur ipsum alia in commissione habuisse a domino Gregorio, quæ propter ipsius Gregorii prærogativam pandere distulisset, & differrat usque ad recessum, si videret omnino quod postulaverat interim obtinere non posse. Ipse autem non habens aliud quam obtulisset; nec credens unionem fieri posse, cognita eorum qui inter partes erat conditione, nisi oblatis & petitis annuerent; instabat quod verum erat, videlicet certe sa nihil aliud quam dixisset substantialiter & in commisso habuisse.

Videntes quoque Carolum in his quæ dixerat perseverare, dixerunt domini illi reverendissimi, qui a principio dati fuerunt ad tractandum secum sacræ unionis negotium, se velle eum declarare, quid parte domini Gregorii promittebat faciendum in facto cessionis. Ipsia vero ille inquir, quodcumque de jure tenebatur dominum Gregorium esse facturum. In hoc absque subterfugio & realiter, dicebant illi: Hoc nimis generale est. Nam si non aliter specificabitur hoc potius ad subterfugium & dilatandum vel impediendum unionem dici parte domini Gregorii suspicandum esse, quam ad ipsam perficiendam, doctis ipsis ab experto.

Ex alia quidem dicebat parte Carolus satia hoc quod dixerat parte domini Gregorii sibi apparere, & hoc ipsos quietari debere de jure; quoniam nullus potest honestarem & id quod sufficiebat quærere debebat ab altero. Si enim jure debiti aliquid a domino Gregorio quærebatur, satis erat quod ipse dicebat, suum velle servare debitum. Et de hoc sufficiens secundum sui possibilitatem cautio præstabatur. Præterea quantum ad unionis sufficiebat effectum, juxta domini Gregorii potentiam, hoc intellectu, quod dominus Gregorius non poterat immediate ecclesiam reintegrare, nisi quatenus in eo & suis fidelibus foret, fidejubenta quidem pro ipso Carolo, in cujus secundum sæculum brachio ejus dominus Gregorius erat persona, ipso Carolo volente in Galliam & quocumque vadens, se sub eorum potentia constituere, parum dubitare habebant de Domini Gregorii inconstantia & fallaciis, & quod suum ipse debitum non servaret. Si vero attendebatur honestas, non erat valde honestum dominum Gregorium ad novam coarctari obligationem, si suam ipse observare volebat, & illius observatio ad unionem non impediendam sufficiebat. Magis quidem honestum erat, faciente domino Gregorio debitum suum, alios etiam se ad debitum coarctare suum. Quod namque sufficiat dominum Gregoriom suum servare votum & juramentum ad unionem non impediendam, patet. Nam si dominus Gregorius suum non servaret juramentum, fovere schisma certum est, indubium est ipso sua servando juramenta quantum sibi incumbit, ex illo vero auferendi schisma non esse culpabilem.

Dixit insuper Carolus quod si diceretur per suas reverentias: quis judicabit quid debitum ut dominum Gregorium facere ad sua juramenta & vota servandum, cum usque nunc semper ipse dixerit se servasse & servaturum fore; & tamen omisso quod alii non fateantur, immo diffiteantur expresse hoc ipsum fecisse? verba hæc absque effectu & ambiguitas hæc ecclesiæ sanctæ reintegrationi & paci obfuerunt.

Respondebat, quod dominus Gregorius, per ea quæ ab ipso perceperat, contentus erat Concilium communi consensu congregandum hoc videre & terminare. Et hoc ipse Carolus paratus erat promittere & fide jubere dominum Gregorium observaturum. Ulterius perceperat ore ipsius domini Gregorii, quod si Concilium communi consensu congregatum decerneret ipsum ultra sua vota & juramenta aliquid facturum pro unione, paratus erat exequi quantum in eo forat usque ad mortem.

Quoniam autem Carolo videbatur protendi practicam, non cum opportuno effectu, dubitabat ne temporis spatium cum detrimento sanctæ ecclesiæ voluntas & non necessitas vendicaret. Instabat igitur pro conclusione. Quo intermedio factum est, ut ad ipsius habitationis domum sui humilitate accederent reverendus dominus A. Pisanus archiepiscopus & reverendus dominus Cameracensis & alius dominus Gallicus, cujus nominis Carolus non recordatur & venerabilis sacræ theologiæ professor ordinis Prædicatorum magister Thomas, missi a capitibus nationum pro universali Concilio congregatorum. Verba quidem fuerunt reverendi domini Cameracensis in hunc effectum, omissa quacumque præfatione & pulcro cujusdam collationis ordine.

Primo namque Carolum commendabat de assumto labore pro tam pia causa sanctæ matris ecclesiæ, in quo suorum parentum fidem opere renovabat. Ex hoc referebat sibi gratias parte Concilii universalem repræsentantis ecclesiam.

Secundo commendans, prout sibi placuit, quædam gesta per Carolum, dicebat patres sacri Concilii valde sperare pacem ecclesiæ reddi a Domino, mediante ipsius Caroli persona, & hoc ex gratia consueta, quam Dominum in causa sua sibi non sperabant auferre, sed augere. Sperabant insuper, si umquam aliorum causis prudenter & solerter Carolus gesserat, nunc maxime totis viribus laboraturum in causa divina & sanctæ ecclesiæ, cujus Carolus erat a cunabulis filius peculiaris, & ad hoc, quamquam non oportere putarent, Carolum quantum valebant hortabantur.

Tertio inquiebat, quod ex eo maxime sperabat ecclesiæ pacem reddi, quoniam non dubitabant Carolum magnam servare fidem & devotionem erga sanctam ecclesiam matrem ipsius & dominam. Cum igitur dominus Gregorius esset in manibus suis, rogabant eum parte Domini nostri Jesu Christi & suæ sanctæ sponsæ, hortabantur & manebant, requirebant, injungebant, quatenus vellet, quoniam poterat, pacem, quæ in manibus suis erat, reddere ecclesiæ hoc modo: videlicet persuadendo cum domino Gregorio tantum efficaciter, quod absque alia hæsitatione vellet cedere; quod si nollet sponte, sicut quilibet fidelis tenetur, per edicta sacrorum canonum, ipsum cohiberet tamquam fautorem antiquati schismatis & hæreticum, ut sic opere suo sancta ecclesia pace potiretur, & ipse Carolus maximis in utraque vita præmiis & gloria.

Ajebant quarto Concilio sacro relatum fuisse, Carolum tractare mutationem loci & Concilii,

& quam.

ANNO CHRISTI 1409.

& quamquam eredere non possent, Carolum hoc nisi bono zelo quærere, non poterant non admirari, cum pro isto tantum Pisas accessisse: verum ipsum avisabant talem petitionem nimium unioni obesse, & quod saerum Concilium talem admittere petitionem erat impossibile. Primo namque non debebat admitti de jure nec de æquitate. Deinde impossibilis erat de facto, & hæc multis effectualiter rationibus supradictis quantum poterat deducebat, quæ ad evitandum ejusdem replicationem non replicantur. Iterum concludebat saerum Concilium rogare Carolum, ut vellet alium proponere modum, offerens sacram Synodum, utpote optime dispositam ad sacram unionem, in cunctis ad illam conferentibus promptam, nec non etiam ipsius contemplatione tamquam inter ceteros præcipui sanctæ matris ecclesiæ & filii & subditi, quem libenter de sancto opere viderent optatam gloriam reportare.

Post hæc archiepiscopus Pisanus hæc quæ supradicta sunt affirmans, adjiciebat ejusmodi mutatione loci magnifice communitati Florentiæ, si fieret, in magnum opprobrium tendere, in magnamque displicentiam, & in maximum suorum civium dispendium, & status sui periculum. Inferebat ergo, si cuncta alia cessarent, numquam propter ista saerum Concilium debere mutationi hujusmodi assentire. Quoniam prædictæ magnificæ communitatis consilio, ope & opera sacra illa Synodus fuerat principaliter, immo quasi solum tam feliciter & magnifice congregata, per quam saera unio debebat sperari, & sperabatur, Deo favente, ventura. Nam aliter universalis ecclesia de injustitiæ & ingratitudinis macula merito deprehenderetur.

Deinde reverendus ille Gallicus, cujus nominis Carolus non recordatur, omnia affirmabat, maximum præcipue faciens fundamentum sibi super experta, ut dicebat, per ipsum domini Gregorii inconstantia & versutiis multis, quibus sacra unio fuerat hactenus impedita, & adhuc per viam istam, ut firmiter putabat, impediri quærebatur, & propterea non assentiendum petitionibus suis asserebat.

Postremo reverendus magister Thomas de Firmo ordinis Prædicatorum, illa ipsa effectualiter asserens, inquiebat, prædictam mutationem loci certe futuram fore omnimodam dissolutionem sacri istius Concilii, & per consequens sanctæ unionis, quod nullus fidelis nec quærere nec assentire debebat; propterea suadebat, rogabat, hortabatur, instabat, ut dominus Cameracensis fecerat.

His auditis, Carolus dixit se humiliter, quantum poterat, regratiari reverendissimis, reverendis & venerabilibus patribus & dominis Pisis pro sacro Concilio congregatis, nec reverentiis suis pro tanta curialitate exhibita in visitando ipsum per tantas dominationes & paternitates usque ad sui habitaculum: quæ licet gratiosissima fuerit, tamen ad sui reputabat confusionem, visitantium & visitati qualitate ponderata. Insuper & gratias referebat de commendatione valde sua merita præcellenti. Ceterum de paternis exhortationibus ad sacram unionem, ad quam promovendam & prosequendam se ultra cognitionem & vires fatebatur obligatum, toto corde & posse, quantum annueret largireturque Altissimus, se paratum offerebat & promtum; atque si pro pace & commodo status sanctæ ecclesiæ Romanæ matris & dominæ suæ, & cujuscumque principis Christianorum, umquam obligatum se laborare cognovit, & quantum sua fragilitas passa est laboravit; nunc maxime toto corde & opere pro sacra unione laborare teneri se obligatum agnoscebat & profitebatur, tanto maxime, quanto publicæ Christianorum rei & cujuslibet privato commodo spirituali temporalique sacra unio cernebatur conferens & opportuna. Inde quamvis etiam in minimis se insufficientem conspiceret & imbecillem, tantoque amplius in maximis. Tamen in eo sperans, de quo scriptum est. *Dispersit dedit pauperibus, qui potens est omnem gratiam abundare facere in omnibus nobis*; dispositum se offerebat pro sacra unione laborare, quantum ab eo per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, sua validaretur imbecillitas; sicque reverentias patrum Pisis congregatorum humillime & instantissime, quantum poterat, rogabat, hortabatur, sibique suadebat, quatenus vellent promovere sacrum unionis opus, ad quod se venisse toti mandaverant orbi, remotis quibuslibet rancoribus, odiis, injuriarum passionibus, & ultionum siti, nec præeminendi libidine & ambitionibus dominandi. Namque sperabat, ipsis sic facientibus, pacem a Domino reddi ecclesiæ suæ sanctæ, & populo fidelium tranquillitatem. Aliter namque pacem reddi, mediante homine, desperabat; quia juxta illud B. Augustini: *Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te.*

Ad tertium dixit, quod vere magnam tenebatur servare fidem erga dominam & matrem suam sanctam Romanam ecclesiam, & sic servari dispositus erat, quantum Altissimus largiri dignaretur. Verum ad illud quod dicebant, quod Carolus poterat pacem reddere ecclesiæ si volebat, cogendo dominum Gregorium, qui in manibus ejus erat, ad renunciandum papatui, si non vellet sponte, dicebat, quod sicut in jure habebatur, papa omnia poterat, & tamen quidam papa de se ipso, potentiam sui interpretando, dixit: *Illud dicimur posse, quod de jure possumus*. Nolens itaque sui domini jurisdictionem & potestatem, offerebat se velle totum facere pro sacra unione, quod de jure debebat & poterat, & nihil ulterius se posse interpretabatur, sive velle debere, nisi vel quantum jura sibi mandabant, vel sibi licere permittebant.

Instantias quoque admonitionesque, quibus ipsum hortabantur & sibi injungebant, ut vellet dominum Gregorium cobibere quod cederet, dixit se humiliter & reverenter suscipere sicut decebat; verum hoc nequaquam expedire cernebat. Nam dominum Gregorium sponte cedere velle, dummodo pax vera ecclesiæ & reintegratio ex sua cessione sequeretur, obtulerat reverendissimis patribus & dominis datis ei auditoribus, & sic denuo offerebat. Et si forte hæc dicta suspicarentur aliqua fraude, se sicut alias, ita nunc offerebat in Galliam, & in quemcumque locorum pergere pro obside, ut quæ promiserat servarentur; reum quidem se fore sacrorum canonum pœna, quæ non cohibentes schismaticos sæculari etiam afflictione, si expediret, decernebat; quantum in eo esset, proposuerat & proponebat effugere. Et si Dominus, parem cum voluntate sapientiam et potentiam circa hoc præstitisset, non tamdiu de schismate tollendo viguisset opus et labor, nec amodo superesset. Ceterum non minus illud dominicum colere proponebat: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite*

ANNO CHRISTI 1409.

lite malignari; præcipue cum dominum Gregorium christum Domini non deprehendat a justitia & æquitate alienum, in his quæ ad unionem conferant veram, indubitatam & sacram. Nihil vero sibi debere gloriosum magis reputare, quam divina valeat adorare præcepta, & sanctorum edictiones patrum venerari. Nihil quoque magis culpabile, magis inane, magis tremendum, quam hominibus potius placere, quam Deo, & veritatem divinæ justitiæ famosa hominum gloria commutare, & ut justus videatur ab hominibus & prædicetur, maledicat ei quem credit D. Jesu Christi vicarium, & BB. apostolorum principis successorem.

Ad quartum inquit, verum esse mutationem perquisisse & quærere loci, non impediendæ veræ sanctæque unionis causa, sed ut vere unio spontaneum, verum & indubitabilem sortiatur effectum, omni præditum divinæ humanæque dulcedine caritatis. Nam si possibile foret quamlibet partium jus fovere, & ad quamlibet convocationem Concilii spectare ordinario jure, sicut quilibet asserit, divinam veneratur quilibet caritatem, si juri præponat suo universale commodum ecclesiæ sanctæ. Insuper si præter commodum proximi, juris sui gloriæ cedat, ne pudor proximi detegatur. Præterea cum ipsi dicant dubitandum, quis contendensium jus foveat? & propter hoc quemlibet alteri cedere debere in jure suo, multo fortius quilibet assentire debet, quod unum communi consensu congregetur Concilium, ut exinde vera & indubitata unio sacra Christianorum fiat de jure & de facto, quam ut unusquisque velit sibi jus competens vel prætensum consequi, cum manifeste cernere possit, immo quasi se reddere certum, quod unio non sequetur exinde de facto, sed tertia trivisio plusquam dubitabilis de jure, & quantum de hominibus est impossibilis ad tollendum de facto, & plusquam impossibilis ad tollendum de jure. Quoniam vero dixerant mutationem loci impossibilem, dixit sa fateri de plano, quod impossibile simpliciter impossibile est, & nemo tenetur ad illud. Veromtamen hoc impossibile non putat de facto & de jure, etiam quoquo modo simpliciter: quod si putaret, nusquam rogasset pro mutatione ipsa, nec rogaret. Addit insuper, quod quædam impossibilia erant natura, quæ tamen possibilia effici poterant, quia obstaculo assistente fieri non poterant: quo remoto, sic illud removeri non existente impossibile; V.G. existente impedimento in quodam organo seu membro, multoties, sicut clare patet, illud ad suas operationes redditur impossibile quod remoto impedimento habile reddatur: Similiter & potius mens humana, quæ cum suis obumbrata voluptatibus, nec lumen veritatis inspicere, nec quod bonum est velle possibile est, nisi impedimento remoto: quodlibet quidem obstaculum removeri, præterquam in obstinatis cordibus, possibile fore nemo diffiteri potest. Dicebat igitur quod certi essent, ipsum Carolum, quantum Dominus largiretur, omnino dispositum, non obstinatum fore, sed semper paratum rectitudini acquiescere rationis; & propterea ipsos rogabat, ipsisque toto affectu supplicabat, quatenus si aliis quam audiisset rationibus deducere vellent, quod ipse petebat injustum fore, seu impium vel enorme, sibi placeret edicere verbo vel scriptis: sin autem, cum satis putaret eos cognoscere vel agnoscere potuisse atque posse, ea quæ proposuerat sacram allatura unionem, veram & certam & omne commodum ecclesiæ sanctæ; vellent, amotis ambitionibus & odiis quibuscumque, quæ impossibilem huc usque petitam mutationem loci & congregationem communi consensu sacri collegii effecisse videbantur, suis humilibus petitionibus acquiescere, quas non propter privatum amorem & odium, quæ solent a veritate divertere; sed solum propter omnipotentis Dei honorem, & sponsæ suæ quietem, totiusque Christiani populi salutem & pacem porrexerat, dignarentur. Si autem induratum esset cor eorum, quod Dominum Deum avertere deprecabatur Carolus, non ecclesiæ tempestate, quam exinde sequi videbat, dolebat tantum, quantum ipsorum culpa & pœna futura. Sciebat namque naviculam B. Petri apostoli tanto altius extolli, quanto majoribus fluctuabat undis, nec Dominum oblivisci posse sponsæ suæ sciebat, dicente propheta: *Si oblivisci potest* &c. nec propter se tantum dolebat etiam, quantum propter eos. Si enim affligeretur in sæculum propter sua demerita, pœna minus affligeretur æterna. Et si quid propter sacram unionem laboraverat minus debito, si ultra quam potuisset se fecisse cernebat, gratiasque reddere tenebatur Altissimo, si quod voluit & licuit, fecit. Agnoscere quidem fatebatur patrem qui in cælis est, & qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos homines, contra eorum voluntatem non salvare, juxta illud B. Augustini; *Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te*. Concludendo ergo quod nullam aliam viam hac meliorem rationibus supradictis proponere scivit vel sciebat, quod si ipsi meliorem agnoscerent, supplicabat quatenus proponere placeret, & prosequi quantum enim in eo erat, paratum se offerebat in hoc. Sin autem, humiliter deprecabatur, ut nollent quantum in eis erat populum domini destruere & ecclesiam sacrosanctam perturbare & scandalizare, cum per viam propositam possent unire & pacificare si vellent; & si non, sed quam incœperant prosequerentur, certe nisi valde fallatur, videre videtur ipsos quantum in eis antiquatum schisma nedum futuros esse, sed perpetuaturos duplicaturosque, & quodlibet quid hactenus propter præsens schisma & scandalum secutum est, innumerabilius multiplicatum.

Ad quintum dixit certe apud quemcumque sapientem & probum virum esse debere, mutationem loci, cum exinde rationibus supradictis & aliis patenter inspici posset, pacificam, veram, sacram & indubitatam unionem secuturam fore, non ad magnum suorum opprobrium, magnificæ communitatis Florentiæ, nec ad magnum suorum civium dispendium, nec ad magnum sui status periculum tendere, sed nec ad minimum cujuscumque istorum. Nam si honor, & quod magis attendendum est, inspiciatur in quo principaliter meritum consistit humanum, nequaquam dubitari valet, majus ei deberi præmium & honorem, qui publicum commodum semper privato commodo præponit, quam ei qui postponit. De duobus ergo cum sit alterum necessarium, videlicet quod magnifica communitas Florentiæ unionem prosecuta fuerit propter publicum ecclesiæ commodum principaliter, vel propter suum principaliter, divinam quidem justitiam, cui nihil occultum est, quæ novit abscondita tenebrarum & occulta inspicit cordium, sua præferre libra eos qui com-

ANNO CHRISTI 1409.

commune prædiligunt bonum privato, manifestum est illis quod ampliora reddere præmia debet. Igitur prædicta communitas, si præmium quærit, majus minori præponere debent, & quicumque communitatem diligunt illam. Insuper si honor sæculi attendatur, vel a sapientibus, etsi pauci fuerint, vel a multitudine insipientium quærendus est. Si namque a sapientibus, quis sapiens non magis a sæculo usque nunc honorificavit publicum bonum privato præponens, quam e contra? Præterea quid dicetur, si Florentini trivisioni assentient, quæ e vestigio futura est, nisi locus mutetur, potius quam loci assentire mutationi voluerint? Unde enim ipsos magis unionem dilexisse, & omnia quæcumque fecerunt propter unionem fecisse probabitur, quam si fumo inani & commodis omnibus renuntiaverint, dummodo veræ valeant proficere unioni? Numquid forte propter pacem ecclesiæ, an propter ejus angustiam Pisas obtulerunt & dederunt? Si quidem ponderetur dispendium & utilitas, longe major apparebit utilitas, quæ Florentinis adveniet propter mutationem loci, quam detrimentum & dispendium quod sequi valeat inde. Dispendium enim & detrimentum propter mutationem loci temporaliter evenire potest, vel quia si alibi unio fiat quam in suis locis, cum multas ecclesiæ terras habeant, dubitant ne ita faciliter ecclesia & futurus pontifex illas sibi concedat, sicut si in sua ditione unio fiat, vel quia cum præsentialiter a rege Ladislao molestentur, non ita prompta & subita subsidia quibus indigent ab ecclesia sperant, si alibi unio fiat, sicut in sua potestate: & hoc duplici ratione, vel quia fœdus cum unito Concilio traxerint, seu differri summi pontificis electionem dubitabant, quam suis profuturam, maxime, si cito fiat, opportunitatibus sperant, vel quia lucrum videantur amittere, quod ex gentium magno concursu ante & post tractationem futuri sacerdotis attendunt, necnon etiam propter speratas impetrationes officiorum & beneficiorum in Romana curia, quibus propter mutationem loci carere dubitant, seu saltem illa consequi difficilius posse. Verum ex adverso considerandum erat, quod quanto majus donum majusque beneficium ecclesia suscipiebat a Florentinis, quanto liberalius & tanto amplius illos diligere tenebatur, & prompta ad sua commoda reddebatur, affirmante sententia veritatis: *Qui plus recipit, amplius diligere debet*. Non ergo dubitase debent ecclesiam & futurum pontificem ipsis minus concessuros fore, cum viderint loca sua illos dedisse liberaliter, non venaliter, quam si non liberaliter, sed propter expectationem præmii. Si etiam lucrum cum damno calculatur quod Florentini percepturi sunt, vere modus propositus & petitus, non solum eis non debet displicere, sed illum toto posse perquirere & prosequi. Nam si lucrari sperant ex adventu multorum in eorum territorium propter Concilium istud, & beneficiorum obtentu, absque dubio cum magis sint mercatores ubique terrarum, & magnum undique commodum percipiant propter pacem, parvum vero vigentibus guerris; cumque propter unionem maxima ubique pax fieri speretur, maxima vero jurgia atque bella propter trivisionem quæ secutura est, nisi petitioni isti assentiant, amplius lucrabuntur ex universali commodo, si non fiat Concilium in terris suis, quam si in terris suis Concilium fiat cum universali Christianorum discordia & incommodo innumerabili. Ceterum quemadmodum effectualiter dixerat reverendissimis dominis quatuor auditoribus, si dominus Gregorius concors fuerat cum eis qui Pisis sunt, non est putandum, quod rex Ladislaus amplius contra Florentinos bellum prosequatur, præcipue prohibitus ab universali ecclesia, cum omnem colorem nitta ipsos invadendi amittat, & omnem spem suam consequendi intentum, videns uniri ecclesiam, & contra ipsius unitæ voluntatem sciens se nihil posse proficere. Verum præsupposito, quod bellum prosequi voluerit, potest dominus Gregorius quadraginta lanceas tenere, ad expensas terrarum ecclesiæ quæ sibi obediunt, ipso quidem cum illis, & per consequens cum Florentinis existente concorde. Hæ lanceæ in auxilium converterentur ipsorum; ipsis vero discordantibus, in sui hostis commodum & eorum detrimentum. Putabatque Carolus Florentinos potius ecclesiæ egere suffragio, eorum prout est condirione pensata, quam ecclesiæ ipsis commodum sit necesse esse præstare subsidium. Satis quidem manifestum esse, si sic ecclesia consistat, illos qui Pisis sunt, eorum potius indigere suffragio, quam quod illis valeant suffragari. Si quoque ad electionem tertii pervenerint, aucta ecclesiæ dissensione; non perpendit quovis modo ab ecclesia sperare possunt auxilium, nec a futuro pontifice, quoniam immo potius necesse esse ipsos illi vel auxilium præstare opportunum, vel ab ipsis derelictum fore, & suo opere tertium, ut ita dicam, pontificem electum in sua causa succumbere. Electus namque quicumque fuerit, si non prius inter illos qui Pisis sunt & Florentinos & dominum Gregorium concordia fuerit, ecclesiæ statum temporalem, quæ adhuc pro majori parte in manibus domini Gregorii est, non possidebit, nec faciliter valebit acquirere; unde nec potens erit illis præbere auxilium temporale. Cumque duos habuerit secum in cleri regimine contendentes, nequaquam audebit clericos sibi parentes gravare; non dixerit tantum propter Florentinis auxiliari, sed propter sui imminentes opportunitates, & quod potissimum erit, propter justitiæ cultum, ne ad adversarios fugiant. Porro utrum quæ proxime dicta sunt magis profutura Florentinis sint, quam lucrum quod ex congregatione hujusmodi percepturi sint, etiamsi duplicaretur, satis est patens. Nec minus, si propter hoc sui status periculum vel incurrat vel evadat. Unde intulit, quod tamquam grati, si non propter aliud, quam propter Florentinorum meritum, honorem & incommodum petitis assentire debebant & tenebantur. Insuper eis notificabant, quod eo per Florentiam transeunte, de his omnibus cum magnificis dominis prioribus artium & suis collegiis contulit; dumque videre visus fuit ipsos magnam assumsisse spem sua onera, pericula & jacturas tolli seu minui propter novam Pisis electionem pontificis, in hæc eis verba vulgaria orsus est: *Magnifici Padri, e signori miei, mi pare vedere che la vostra città avrebbe bisogno, che la Chiesa santa fosse proveduta d'un pastore, uomo adulto e virile, che per se fosse sufficiente e possente a sollevare le vostre angustie, dubii . . . . se voi non mutate proposito per vostro onore* . . . .

. . . .

. . . .

. . . . Et demum de mul-

ANNO CHRISTI 1409.

multis hinc inde discussis responderunt, quod valde contentabantur de loci mutatione, dummodo dominis qui Pisis erant placeret: & ipso postulante & supplicante quod illos rogatos mitterent, responderunt, quod vere libenter facerent; sed timebant, ne domini qui Pisis erant, indignarentur suspicantes, ne eis propter hoc curialiter licentiam impertiretur, ut exinde Concilium dissolveretur & unio. Verum deinde Deum rogabant, ut gratiam præstaret in oculis ipsorum ad faciendam sacram unionem, de qua summe gratulabantur, quovis modo fieret, propterea ipsum instanter rogabant, ne ab incœpto propter sacram unionem labore desisteret, sed viriliter insisteret, sperantes non defuturum ipsi divinum auxilium.

Ad VI. Ait ad ea quibus affirmabat aliorum dicta, sicut supradictum est. Dum vero fundamentum sic faciens de inconstantia præcipue domini Gregorii inserebat &c. dixit dominum Gregorium non sic dicere, sed quidquid fuerit in facto, etiamsi fuisset velut ipsi domini qui Pisis erant, dixerant, cum juxta Domini sententiam, *duodecim sunt horæ diei*, & in undecima fieri possit quod non factum est in aliis, & solvere jubet procuratorem suum venienti in novissima denarium sicut & primis, neque debebant circumvenire seu repellere dominum Gregorium, volentem per cessionem, & omnem aliam viam justam & rationalem, quantum in eo erat, pacem exhibere veram, concordem & bonam. Se etiam valde stupere dicebat, quomodo tantam facere videbantur difficultatem de loci mutatione, propter assertam per eos expertam domini Gregorii inconstantiam. Si enim quod petitur, recta rationis libra pensetur, quomodo cogitari potest, quod dominus Gregorius petat quod unum communi consensu Concilium fiat, ut sit universale tam de facto quam de jure, locum petat partibus omnibus communem & tutum, si ipse non intendat Concilio illi interesse? Si namque hæc petitio exaudiatur, quare putandum est, ut ipse locum parti sibi fideli & tempus petat, in quo convenire & conciliari cum aliis tute & habiliter valeant? Quare insuper quod suam & communem Concilium auctoritatem habeat, quod est ipsum indubitabile sacrum & potens ad judicandum & exequendum facere, si non velit Concilio interesse? An sibi parum est, quod aliorum judicari se videat auctoritate, nisi suam contra se præbeat auctoritatem? Quare etiamsi Concilio interesse noluerit, dubitandum est, quod ipse non exsequatur debitum suum. Et si Concilium etiam sua auctoritate congregatum in loco toto fuerit, quomodo credendum est, quod dominus Gregorius velit aut auserit sic, aut possit suæ se opponere voluntati & sententiæ? Si autem petitioni assentiatur & ipse intersit Concilio sacro & indubitato, quod certe putandum est, quis sapiens quasi certam, immo præsentem non inspiciat unionem?. Sicut insuper dominis auditoribus obtulerat, quod dominus Gregorius ad petitum Concilium accederet, & sua servaret vota & juramenta & promissa, & ultra quidquid justitia & æquitas suadebat faceret pro sacra unione. De uno offerebat se obsidem iturum in Gallias & quocumque terrarum. Verum his omissis, dato quod dominus Gregorius non accederet, sive, si accederet, cedere nollet quemadmodum promiserat, voverat & juraverat; certi esse poterant, quod apud partem domino

A Gregorio fidelem, suam justificarent causam, & eos qui in sua remanserant obedientia, vindicarent. Et satis comprehendere potuerunt ex his quæ venerabiles oratores serenissimorum regum Romanorum & Hungariæ & illustris dominii Venetorum sibi retulerant. Sin equidem crederent ipsi Carolo, trivisionem pro unione facerent, & multos inducerent in errorem pejorem priore, omnes autem saltem incertos, quid circa hoc credere, quidve sectari deberent. Quid enim istorum magis proficiat aut magis officiat populo Domini cogitent ipsi & judicent, divinum judicium præponentes omnium hominum odio & cupidini. Cogitent insuper, rogabat, quid nocere potest mutatio loci, nisi B quod parum augeat illis qui Pisis sunt laboris & expensæ. Cogitent alia ex parte, si non fiat, scelera, labores, & jacturas, quæ in universa sequentur ecclesia. Et cogitent pro certo vereque ipsi atque quicumque fuerint, qui publica ecclesiæ damna & jacturas potuerit evitare & non fecerit, sicut a culpa, ita a pœna non erunt immunes. Et si dicatur, sicut per aliquos jam prædictum est, quod pro subterfugio dominus Gregorius petit ista, non credens eos aliquo petitis modo assentire; porro nimis inane & nimis stultum est pro subterfugio ab adversariis quærere, quæ in ipsorum sunt potestate acceptare, & faciliter, vel saltem non valde difficulter exsequi possunt. C Ne putent quod ipse Carolus tamquam servus S. R. E. in facto reintegrationis & pacis suæ assentiret, quod decipulæ pararentur, & multo minus ipse esse vellet qui decipulas venderet.

Ad VII. Quoniam hæc tam per reverendissimos dominos auditores, quam ipsos reverendissimos dominos quatuor, necnon per ipsummet cum ipso Carolo disserta fuerint, superfluum dixit sibi videri super dissertis amplius disputare. Sicut tamen aliorum suasionibus, rogationibus, hortationibus respondendo obtulerat, iterum offerebat breviter, Domino dante & cooperante, se cuncta facturum pro reintegratione & pace sanctæ matris ecclesiæ, D quæ poterit, sciet, & debebit; sic versa vice eos, qui Pisis pro Concilio congregati erant, rogabat, hortabatur, & illis toto corde supplicabat, quatenus assumtum laborem & factas expensas nolint pro parvis quæ superessent amittere, & pacem ecclesiæ pro parcimonia, lucro & otio venundare. Et etiamsi dominus Gregorius multo pravior fuisset quam dicebant, illud quod scriptum est attenderent: *Nolo vinci a malo, sed vince in bono malum*. Nolint, supplicabat multo amplius, cum possint juste & æque, aut nescire aut nolle pacem dare in ecclesia, qua nimium eget; sed contra omne ipsius commodum agere discordiam.

Auditis itaque per eos responsionibus, petierunt E insimul seorsum loqui, & parvam post moram dixerunt, quod sicut reverendissimi domini & ipsi eum exhortati fuerunt super prosecutione unionis, iterum atque magis, si poterant, exhortabantur; quoniam licet plurimis rationibus persuasisset mutationem loci, omissis rigoribus juris quibuscumque, cognoscebant hæc quasi fieri posse, saltem per multos, etiamsi vellent, esse impossibile. Manifestum quidem esse dicebant multos ex patribus congregatis Pisis impeditos, alios senio, alios languoribus, alios egestate. Exemplumque adduxerunt de domino Penestrino, Gallico & aliis quibusdam,

ANNO CHRISTI 1409.

quorum nominibus non recordatur, qui propter prædicta non possent Concilio interesse, si locus mutaretur. Non debere igitur velle hoc dominum Gregorium, neque ipsum Carolum, neque debere ipsos assentire dicebant, & propterea rogabant, *ut supra*.

Dixit se suo (judicio) satis supra dixisse. Supplicabat, quod eis ut fructum qui sequetur ex uno, & malum quod sequetur ex altero librare vellent. Insuper æqua lance discernere, quid magis veræ & indubitatæ unioni profuturum sit, an quod universali Concilio non intersint hi quos mutato loco dicunt interesse nequire; an quod dominus Gregorius non intersit cum omnibus suis fidelibus. Ponderent etiam, si æquum est, domino Gregorio non complacere de loco sibi & suis tuto volenti juri sui papatus cedere, ut aliis paucis respectu sui & ipsorum complaceant. Qui tamen propter minimum respectum papatus beneficium ad remota orbis accedere conarentur, si seniores essent sive inopia aut languore amplius torquerentur. Adjecit præterea, quod loquens cum multis ex his qui fuerant obedientiæ Romanæ, dicentibus, quod etiam si Italici assentire vellent mutationi loci, Gallici potius ab illis discordes discederent quam assentirent, pluries intra se conferendo, cum manifeste certam unionem ex hoc fieri non dubitari credat ab eis, cumque & ipsi zelatores unionis non minus Italicis appareant, cogitavit cur ipsi renuerent quod appetere videbamur. Nec sciebat alias inspicere causas, nisi quia forte dubitant, vel per quosdam zizaniæ seminatores sibi suggestum est, quod si tota obedientia Romana convenerit, & dominus Gregorius cum eis, tunc primo petet super jure papatus sui per Concilium terminari, & cum plures valde sint numero, & præcipue cum intra se divisi sint, timent Gallici non confundi, & sic timentes decipi non assentiunt. Verum ne propter hoc tantum deficiat bonum, immo ne propter tantum bonum, quod ex petitis veniendum est vero assentiendo innumerabile sequatur scelus & scandalum, ipsos certos reddit quod dominus Gregorius non tentabit, & de hoc vult ipse fidejubere & certificare eos se obsidem exhibendo, ut prius obtulit. Vult insuper omnes fortaliris quas ipse Carolus gubernat tradere in manibus ipsorum in abundante cautela, quod hæc omnia quæ promiserit servabuntur. Nec pavere debent quod ipse eos decipiat; nam quamvis insipiens sit, cur credere valent quod Dominum Deum suum, sanctam matrem ecclesiam dominam suam, in sui & universorum fidelium scandalum & detrimentum, decipere velit, ut præter demeritum & dedecus, personam & omnia quæ possidet perdat. Cur etiam pavere vellent, quod dominus Gregorius ipsum Carolum decipiat, cum in suis secundum sæculum manibus & potestate sit? Neque tam stultus est, quod non agnoscat, quod potius & prius se deciperet, quam ipsum Carolum.

Hoc igitur audito & facto, invicem adhuc collocuti dixerunt se valde libenter audivisse quæ dixerunt, quod multa audiverant super ista materia, quæ numquam audierant; & præcipue de securitate, quod dominus Gregorius cederet, & quod cuncta seriose referrent reverendissimis suis uniti collegii & capitibus nationem, qui ad tractandum hoc negotium electi fuerant a sacro Concilio & eos miserant, & non dubitabant eos cuncta facturos illis possibilia pro sacra unione, & quod certe omnia facienda essent, nisi probata esset versutia de papatu contendentium & eorum subterfugia, quibus hactenus usi fuerunt. Insuper propter causas duas supradixerant, quasi impossibile fore sacrum Concilium mutationi petitæ assentire, & propterea postquam dominus Gregorius nolebat cedere, melius & habilius foret ipsum Pisas accedere, quod si nollet, cederet per procuratorem, & quodcumque istorum faceret, suam optimam intentionem probaret effectu, & sacrum Concilium sibi in suis & suorum commodis & honoribus nunc & perpetuo obligaret. Et hoc non loquebantur absque causa. Dicebant etiam hoc adversus Carolum, si tantum operaretur quod ille faceret. Ceterum ut melius & certius illis qui eos miserant referre valerent super voluntate domini Gregorii in medio cedendi: ecce dicebant: Nos scimus pravam intentionem domini Benedicti in cedendo. Cum ergo Concilium esset congregatum, dominus Benedictus non cederet; quid ergo faceret si dominus Gregorius non cederet, dicens: Ego non teneor cedere, non cedente adversario meo. Petebant ergo velle informari, si dominus Gregorius cedere intendebat, si locus mutaretur, etiam domino Benedicto non cedente.

Dixit quod cuncta saltem effectualiter & seriosius reverendissimis dominis auditoribus dixerat; utrum autem ipsi Concilio retulissent sua cuncta quæ dixerat ignorabat, licet credere debuisset quod sic. Quod autem Concilium illud circa possibilia faceret pro sacra unione sufficere dixit, neque aliud petierat aut petebat ab eis, de versutia quidem & inconstantia domini Gregorii, & de securitate satis dicto nihil addere intendebat. Quod enim Pisas accederet dominus Gregorius, neque justa neque æqua petitio videbatur, rationibus quas scripto & verbo jam dixerat, & multis aliis efficacioribus longe. Verum quamvis hæc tentare præsumeret, cuncta putabat officia perdi. Similiter autem quod per procuratorem cederet. Nec debebat suo videre nequam esse adversus dominum Gregorium, ipsum videlicet & fideles suos a Concilio privando, ne incumbentibus publicis & privatis ecclesiæ commodis intersint, qui eos, sicut ceteros, si non amplius saltem tantum tangunt, dicente jure, quod omnes communiter tangit, ab omnibus debet communiter approbari; sed ipse dominus Gregorius volebat bonus esse, & credendo juri papatus sui quantum in eo erat pacem reddere ecclesiæ sanctæ: quod quidem cedente domino Gregorio, suis se offerebant commodis & honoribus & suorum. Licet eo cedente, satis hoc justum censetur & æquum, nusquam tamen hoc petivisse aut petere se dixit, nec quisquam ubi super hujusmodi injunctum fuisse a domino Gregorio affirmabat. Satis autem jam sibi dixerat Carolus fore putabat, si quod debebat & poterat, faceret propter sacram unionem, quod facere hæc inde quærere humanum munus proposuerat, quantum Dominus donare dignaretur. Ad petita autem per eos super cessione, dixit quamquam abunde collegisse potuissent ex dictis jam per eum parte domini Gregorii, quod effectualiter erat ipsum velle & omnia & singula servare quæ promiserat, voverat & juraverat, & quicquid insuper tenebatur de jure, ulterius quidem quicquid justitia, æquitas suadebit pro parte ecclesiæ & vera unione ipsum forte facturum. Quamvis ipse nihil ulterius facere

ANNO CHRISTI 1409.

re teneatur, & oihil nlterius ab eo quærere videatur honestum; tamen non parte domini Gregorii, sed habens fiduciam in Domino Deo & in bona dispositione domini Gregorii circa hoc promittis ex seipso & fidejubet, quod si petitis jam per eum assentirent, quidquid illiusmodi Concilium sacrum terminabit dominum Gregorium facturum pro sacra unione, absque contradictione faciet, non solum usque ad cessionem inclusive, etiam domino Benedicto non cedente, verum etiam usque ad mortem, nec ista, quid aut quomodo loquatur ignorans, dicit. Ipse enim pluries ab ipsius domini Gregorii ore percepit. Rogabat igitur & supplicabat, ut immensum bonum, quod fieri facile poterat, non commutaretur in immensum malum quod imminebat in foribus pro facili re. Ipsi quoque his finitis cuncta se fideliter relaturos, & quidquid boni possent operaturos dixerunt, sperantes quod ipse Carolus a sacro Concilio talia reportabit, quibus merito poterit contentari. Verumtamen si Concilium suum deliberaverit non assentire petitis, eis supplicabit quatenus quæ dixerant, ipsi in scriptis darent. Insuper et si quas alias rationes haberent eorum concludentes animo, quod petitis nequaquam assentire deberent, aut etiam non tenerentur. Ipsos namque certificabat, quod quantum cognosceret, paratus erat non esse pertinax, sed semper acquiescere rationi, et similiter de eis sperare debebat, et de hoc eis supplicabat.

Hoc quidem nondum sermone completo, ecce nuncius ex parte reverendissimorum dominorum auditorum nuncians horam adesse, in qua cum Carolo insimul interesse convenerant, et quod propterea congregati in domo domini Aquilejensis, si de domo tamen bene recordatur, ipsum expectabant. Cui ipse dixit, se paratum fore, neque propter aliud distulisse, quam quod occupatus fuerat cum reverendissimis dominis a capitibus nationum missis, de quorum transmissione ipsos ignorare non credebat. Tunc magister Thomas unus ex illis ait, se putare præstantius ipsos primo dictos dominos informare de his quæ cum Carolo contulerant, quam cum eis prius Carolus loquerentur. Et hæc omnia propter commodum unionis. Cui Carolus ait se de omnibus contentum, quæ ad unionem conferre possent. Sic itaque illis discedentibus, & pene ostium habitationis Caroli egressis, alius nuncius supervenit dicens, reverendissimos dominos suos Carolum ipsum præstolari, & quod nisi secum die eadem convenire posset, cum hora transiret, vesperascente jam die, circa alia quæ eis incumbebant unicuique opus erat versari. Tuncque equum ascendit, dumque pene prædicti ad reverendissimos dominos attigissent, ipse domum in qua convenerant ingressus est, & jam incipienti equum descendere occurrit quidam dicens ei præfatos dominos ipsum rogare, ne moleste ferret, sed differret in crastinum mane loqui secum. Porro ipse statim dominum episcopum Cerviensem misit quomodo vocatus accesserat domum, si præciperent domum reverteretur, accessurus ad illos cum posset audiri. Nihilominus de sua expeditione rogabat. Ille quidem parvam post morolam rediens accessum illis tunc nuncians, quodque ignorassent eum domum illorum attigisse dicebant; quod si novissent, nequaquam retrocedere postulassent.

Accessit igitur, & ipsos octo congregatos invenit, atque alium simul, quem non noverat; sed per ea quæ a domino Mediolanensi audivit, Meldensis erat, Dominus Albanensis, si bene recordatur, dixit vere domini sui libenti animo Carolo complacerent, libenterque vellent, dummodo possent, quod ipse in his quæ tractabat, & in cunctis aliis honorem reportaret & votivum intentum; quodque propterea multoties ipsi & alii domini sui contulerant. Novissime etiam patrum quos ad eum miserant audita relatione, & quamquam ista non diceret pro finali responsione, tamen quantum suam tangebat personam, videns Carolo videri nihil fieri posse sine mutatione loci, dolebat ipsum certnere, si fideliter tamen, incassum laborare. Nusquam enim rem hanc, utpote omnibus aliis magis exosam sacro auderet Concilio proponere, ne sacræ unionis haberetur hostis, & quod vellet sacrum illudere Concilium, & dissolvere putaretur. Verum si alium cogitasset modum, ut proponere vellet, quoniam dominos suos & universum Concilium ad omnia alia sibi possibilia pro sacra unione & votis suis promtos experiretur. Inquiebat insuper, quod eis difficillimum videretur credere, immo quasi impossibile, quod aliud quam dixisset usque huc non haberet; & quod ipsi videretur, per eos aliquid offerendum aut faciendum domino Gregorio & suis ut cederet per se in manibus Concilii sacri, vel per procuratorem, vel in manibus procuratorum Concilii sacri. Certus autem erat quod domini sui & universum Concilium in sua relinquerent discretione, facturi quidquid erga dominum Gregorium videretur faciendum ipsi Carolo. Dicebat etiam sperandum esse a dominis suis & sperare sacram unionem sequi, mediante ipso Carolo. Nam attentis obsequiis quæ domino Gregorio exhibuerat opere & verbo, ipsum videlicet recipiendo quasi ab omnibus derelictum & repulsum, & sua jura defendendo, non erat dubitandum, quod Carolus videns loci mutationem impossibilem, nec universali Concilio gratam, non consulat, non instet apud ipsum, quod nostris petitionibus cum ipsius domini Gregorii & suorum proficuo & honore annuat, & sic sacra unio fiat: præsertim si tam bonæ intentionis est, velut asserit; quod tamen sibi & aliis dominis suis difficillimum apparebat. Si autem non assentiat; tunc etiam non erat dubitandum, quod Carolus cernens ipsius deceptionem & malitiam, universalis ecclesiæ pacem & bonum potius diligeret quam cum damno & jactura ecclesiæ ipsius domini Gregorii ineptam ambitionem. Et propter hoc ipsum, velut tenetur, arctabit & coget. Ideo hortabatur & coget, &c. Modus rogationis omittitur, quia ille fuit qui alias. Demum conclusit: non obstantibus quæ dixi, domini mei & isti alii domini suam dicent intentionem.

Tunc dominus de Turrejo acutissime dixit, quod nullomodo erat tractandum de mutatione prædicta, quia dissolveretur Concilium & unio totaliter destrueretur, si verbum super hoc fieret. Aliis vero omnibus quæ dixerat dominus Albanensis applausit. Similiter quidem & alii duo, unus tamen ex dictis quatuor ait: vos scitis, domini mei, quod aliquis vestrum voluit verbum super hoc facere cum capitibus nationum, & scitis quod tam moleste tulerunt, quod dubitamus eorum indignationem nimis fore damnosam sacræ unioni & personis nostris: & ideo non est amplius loquendum de hoc. Nihilominus vertentes se ad alios quatuor,

In-

ANNO CHRISTI 1409.

inquierunt: Dicite vos qui missi fuistis a nationibus, & melius noscere debetis eorum intentum. Hi vero quatuor hoc idem dixerunt effectualiter, nec ita mite locuti sunt, sicut ante fecerant, quando in domo habitationis Caroli fuerant.

His cum magna displicentia intellectis, quoniam videre videbatur futurum e propinquo jacturam & desolationem totius populi Christiani dolere quantum valebat, Carolus ait: Et super hoc nihil aliud dicere scire, quoniam dixerat satis super his quæ poterat circa hæc, & intendebat, & verbis superflua addere verba tamquam inane quid nolebat: eoque maxime apparebat ipsos divertisse quo nolebant. Ad suam tantum memoriam reducebat reverenter, quod novum suscitabant schisma, pessimam hæresim pariturum. Et cum ea quæ tentabant propter unionis opportunitatem dicerent se agere, unionis firmitatem, quam in unius pastoris reverentia dominus noster Jesus Christus constituerat, totum unitatis ecclesiæ robur mobile & tremulum facientes destruebant. Cum ergo hoc evitandum est, ipsi noscere debebant, & quantum jus canonicum & civile hæc detestatur, præcipue cum aliter sacra & indubitata unio fieri valeat. Et si unumquodque collegiorum quod deliberaverunt attentaverit prosequi, videlicet quem dixerunt suum pastorem deponentes, membra capiti rebellabunt absque opportunitate & utilitate aliqua, præter eam quod schismati augebitur schisma. Verum tamen cum nec dolere in ipsius Caroli potestate sit, nec posse proficere sibi appareat, & propter ejus absentiam & vicina illis regia Castra terræ quas pro Romana gubernabat ecclesia, non sine periculo sint, nullo præsertim fratrum suorum in patria existente, rogabat, supplicabatque pro ejus expeditione, quam non nihil proficuam universali putabat ecclesiæ in conversatione temporalis status. Hoc idem quatuor a nationibus missis dicens, & addens quod rogabat eos, quatenus sicut sibi intentionem exhibuerant, saltem in ipsius Caroli excusationem quæ dixerat fideliter referre vellent. Insuper & ei dare in scriptis rationes, quibus urgebantur de non mutando locum, quoniam paratus erat semper certis acquiescere rationibus in his quæ cognosceret velut supra dixerat.

Tunc replicarunt allegantes nedum fore impossibile locum mutare, sed de mutatione loci tractare sine Concilii & unionis dissolutione. Ipsum vero expediri statim a dominis suis procurarent. Sic & alii quatuor. Verum magister Thomas dixit Carolum non debere ignorare, quod ea quæ præcipue tantum important pondus, non ita faciliter & in brevi spatio describenda erant. Et quoniam Carolus suum frequentare videbatur discessum, licet putaret sacram Synodum rationes quas postulaverat, sufficientibus committere patribus ordinandas, & in scriptis exhibendas, non tamen putabat ante suum discessum ei ipsas tradi posse, sed adhibita possibili diligentia per fidum illi nuntium transmitterent, quod ægre non ferre rogabant; fere quoque dixerat istud & dominus Meldensis post tergum unius dominorum quatuor missorum, qui juxta eum sedebat, se extendens. Satis plane dixit magistro Thomæ: non dicatis dari sibi in scriptis quidquam super hoc, quoniam domini mei cardinales deliberaverunt nihil sibi dari. Hoc quoque quamvis dicere secrete voluisset vel ostendisset astutia quadam, tamen Dei gratia totum Carolus audivit, & ex illa hora spem amisit amplius quid super hoc in scriptis habere, quod postmodum expertus est in facto. Surrexerunt igitur omnes, & dum sua curialitate & humilitate dominus Mediolanensis ipsum sociaret jam prope ostium cameræ, ipsis duobus existentibus, in hæc verba prorupit: Antiquitus & diu fuimus dominus Gregorius & ego constituti in minoribus valde domestici & amici carissimi. Rogo ergo quamquam nuncius magnus sit, dicas sibi mei parte, quod perventis nobis ad senium expedit cogitare animas salvare nostras. Relinquamus ergo dignitates istas, quæ magis vanitati quam saluti proficiunt. Cedat ipse papatui, & ego volo cardinalatui cedere. Eamus ad S. Nicolaum de lettore servituri Deo, & ibi sibi paratus sum servire per annum & ultra. Hæc omnia junctis manibus in modum orandi cum maxima efficacia dicere videbatur dicens: Rogo te, Carole mi, dicas sibi hoc mei parte.

Ad hæc Carolus ait: o Domine mi, quam bene verba vestra sonare videntur, sed cum dominus Gregorius velit papatui cedere, nec petat vos renunciare cardinalatui, nec quod sibi serviatis in monasterio, quare quod minus est secum non vultis in loco partibus tuto convenire, & ipse ibi papatui cedet, & vos persistetis cardinalis, & vera unio & sacra pax redderetur ecclesiæ sanctæ?

Ad hæc ait: certe, Carole, ipse non cederet. Gustui namque suo tam dulciter sapit super pontificatus cathedram sedere, quod numquam nisi compulsus descenderet.

Tunc Carolus: Si tam dulce est super cathedram B. Petri sedere, quod hi qui numquam sederunt, tanta vexantur rabie, quod ecclesiam & universum populum domini destruere non curant, ut citius sedeant, quare istum tantum quisque culpat, etiamsi aliquali mora fuisset deprehensus? Quis namque magis reprehendendus est, vel ille qui dulce gustaverit ferculum, si nullius concupiscentia labatur, vel ille qui in non expertam delectationem exarserit? Et cum posset unusquisque quem dominus elegit, unicus verus & indubitatus fore pontifex, si petitis assenseritis vos & alii, certe valde stupendum est, quomodo unicuique tam infesta sit ambitionis voluptas, ut non valeant per paucos dies præstolari. Sed cum omni reverentia loquendo, similes muscipularum fiant, quæ propter frequentiam catulos suos pariunt cæcos. Sed ecce justum & æquum est, ut peccata Christianorum inveniant eos. Etiam in hoc dixit non desineret admirari, quare non experientia comprobare vellem utrum dominus Gregorius cedere vellet, sicut oblatum eis erat. Nihil enim sic nocere poterat experientia hæc. Nam si dominus Gregorius cederet, suum haberent intentum, si non, omnes Christicolas de sua malitia certos redderet.

At ille: dicis hoc forte propter me, conscius ipse sibi: verum modicum de papatu curo per Dei gratiam, & sit pontifex quicumque voluerit, dummodo unio fiat; parum curo, licet quantum in me est, bonum pastorem optarem ecclesiæ.

At Carolus non amplius propter eum hæc dixerat verba, sed propter unumquemque magis & minus, velut magis & minus in hoc noxii forent, & se de unoquoque sigillatim putare quod unusquisque de aliis singulis putabat, & subridens licet corde tristis propter jacturam popu-

ANNO CHRISTI 1409.

populi divini & properam, ad ceteros ait: Creditis, domini mei, quod dominus meus Mediolanensis cathedram illam libenter ascenderet? illi vero riserunt, & ipse Carolus: Certe in hoc credo quod vos omnes credere puto. Et his dictis ad suum rediit hospitium.

Dum hæc autem vicissim tractarentur, dominus Aquilegiensis tractavit cum Carolo, quod tamquam frater & amicus suus inspiciens ipsum ex jam cœptis honorem accepturum. Cumque sibi aperuisset ipsum Carolum non parum dubitare de electione futuri pontificis, cum ratione Gallicorum sibi pontificem quærentium, tum ratione Florentinorum, quos dubitabat etiam eis potius quam sanctæ ecclesiæ optare pontificem. Et propterea non solum propter cessionem, verum etiam propter securam canonicam & liberam electionem, ipsum instare pro loco extra Florentinorum fines, cogitaverat, quod si Carolus tantum cum domino Gregorio operaretur, quod ipse Arimini cederet, cum cessio illa loco mortis civilis haberetur, non possent declinare Gallici & quicumque hujus forent opinionis, quod electio futuri pontificis fieret Arimini. Ex qua omnis suspicio Carolo cessare debebat, & certificari quod futuri pontificis electio, certa erit & libera. Insuper ad perpetuam famam domus suæ & ipsius hoc futurum erat, quod in ejus, ut ita dicatur, domo schisma quod per XXXI. annos duraverit & ultra, sedatum sit. Nulli enim principi Christianorum (cum multi appeterent) hoc datum fuit. Rogabat ergo, quatenus sibi concessam gratiam agnosceret, & ipsa uti non negligeret. Propterea pontifex ille futurus, cum Concilii opus sit, congregare illud incumbet sibi, nec alibi quam ibi congregare ipsum velle aut posse commode putandum est, & sic ecclesiæ sanctæ serviet, quod electio & Concilium ipso operante in domo sua erunt libera. Hoc idem frater suus Malatesta Pensauri dominus dixit.

Ipse quidem domino Aquilegiæ inquit, jam dixisse se totum acturum & curaturum pro sacra unione, quod dominus posse concederet & debere nosceret. Ultra autem posse si se offerret, stultus foret; si tentaret, plusquam stultus; ultra autem quam sibi videatur debere, malus foret, si facere auderet. Hoc autem dixit domino Malatestæ fratri suo. Sed addidit se non parum mirari de eo, & quod certe id erat quod a cunabulis noverat, nec crederet ipsum alterum fore, nec crederet ipsum sæculi pompam suo magis diligere debito, & quod suo debito non faceret, propter pompam nemo speraret ipsum esse facturum. Dum esset invitatus etiam a domino Mediolanensi & a prandio recederet, prope scalam constitutum cum domino Mediolanensi, rogavit quod domino Gregorio ambaxiatam faceret, quæ supra dicta est.

Iterum vero ipsi ille respondit, ut supra: sed addidit vos vultis quod dominus Gregorius papatui cedat, quod non parum est: Et vos non vultis juri vestro congregandi Concilium cedere & locum mutare, quod respectu ejus quod petitis parum aut nihil est. Nihilominus quod injunxistis fideliter referam.

Postquam autem cum illis dominis octo in præsentia domini Meldensis Carolus contulerat, accessit ad eum magister Thomas die quadam, dicens cum magna displicentia videre ipsum sine conclusione unionis, vel saltem sine optima spe unionis discedere. Primo namque considerabat bonum unionis in se, quantum vel obligatus, nec non propriæ ejus personæ, & cum diu ipsius Carolus notus & benevolus, & beneficia tam a domino genitore suo, quam a civibus Arimini & ab ipso Carolo non pauca susceperit. Unde postquam discesserat a dominis suis, plurimum cogitavit quomodo fieri posset quod prædictis & pluribus aliis rationibus optabat, videnfque mutationem loci impossibilem, nec fieri posse unionem, nisi dominus Gregorius cederet, sperabat quod si Carolus domino Gregorio offerret aliquid honorabile & utile suæ personæ & suis, ipse acceptaret. Cogitaverat eum pro honore personæ domini Gregorii, si Pisas vellet accedere, quod aliqui ex cardinalibus, & si bene Carolus recordatur, videtur sibi quod dixerit de Italicis & Gallicis irent usque Ariminum obviam sibi, qui cum honorabili numero prælatorum ipsum Pisam honorifice sociarent, ubi etiam honorifice receptaretur, & ibi cederet, & ecclesia & futurus pontifex illi provideret de aliqua legatione honorabili; insuper statui fratris & nepotum suorum opportune & honorifice, & quoniam sciebat dominum Gregorium, cum de sua cessione tractaretur, aliqua a collegio suo postulasse pro suis affinibus, dicens non esse decens suos non remunerari ab ecclesia, si cederet papatui, sperandum erat omnino ipsum assentire debere, si hæc sibi offerrentur. Et si nollet Pisas accedere, quamvis melius ageret si veniret, & rem magis Concilio gratam universo, cederet Arimini in manibus venerabilium patrum, quos Concilium transmitteret in condecenti numero & reverentia, juxta quod mittentium & ejus ad quem mittentur honor exigeret, cum juridico & pleno mandato, ad recipiendum nomine & vice sanctæ matris ecclesiæ universalis cessionem prædictam, & ad promittendum sibi nomine & vice prædicta, quod ea quæ sibi promissa fuerint, ut supra dictum est, integraliter sibi & suis servarentur. Considerare namque debebat, ad quid ex voto & juramento suo tenebatur, & quantum proderat ecclesiæ & sibi & suis: ex adverso quidem quot mala sequebantur ecclesiæ, quot sibi & suis pericula. Cernere quidem poterat, nisi hoc faceret, se omni ecclesiæ exosum, atque ab omnibus derelictum. Concludens igitur diserte ornateque Carolo persuasit intercedendum propter hoc apud dominum Gregorium, ut sibi præmium & gloriam magnam apud Deum & homines vendicaret.

Ad hoc Carolus ait, quod regratiabatur sibi de his quæ domestice secum contulerat, & versa vice tamquam notus & filius suus dispositus erat secum amicabiliter conferre & domestice, nolebat namque valde cernere quod cernebat, licet verecunde referret, ipsum referre compelleret veritas, videbatur sibi quoque videre omnes excusationes super mutatione loci sibi facta frivolas & inanes esse. Ideo videbantur sibi potissimæ causæ quare locus non mutabatur, non illæ quas dixerunt, sed alias quas ne dominos Pisis existentes irritaret, neve putarent ipsum odii causa, seu inter eos scandalum suscitandi dixisse, tacuit coram eis; nunc vero instante opportunitate tamquam patri & amico familiariter pandere deliberaverit, quod hæc sibi videntur, incipiendo a Gallicis, quoniam eos numquam consensuros dicebant Italici, primo namque, quia interpretando eorum voluntatem in melius considerabant, quod vehementer

titu-

ANNO CHRISTI 1409.

titubarent, ne pars domini olim Urbani congregaretus omnes insimul. Sciebant enim, esto quod utraque pais integraliter eum altera convenirer, paitem domini Urbani suam excedere tantum; quod si duo essent ex ipsis in Concilio, quinque ad minus forent ex nostris. Cumque sciant inter eos schisma vigere fortius valde, & propterea dubitabant de violentia, primo ne Italici vellent ante omnia super jure contendentium de papatu terreri, deinde dato quod hoc sibi dum tolleretur, dubitant ne circa beneficiorum moderationes in quibus cum nostris concurrunt, succumbant. Sed alia causa esse potest, quam pudibunde referebat ex parte dominorum Gallicorum. Nam si tantum papatum ambierunt, ut plures ex nostris dixerunt, unde factum sit schisma non judicandum est, sed cavendum a nostris juxta illud Domini. *Estote prudentes ut serpentes, & simplices sicut columbæ*, ne quod circa XXXII. annos experti fuerunt, obtinere per directum non valuerunt, & per indirectum vel saltem substantialiter obtinere procurent, & propterea sumserint occasionem impossibilitatis mutandi locum, ne obedientia Romani pontificis insimul integra valeat convenire & concordare. Putant quidem si Romana obedientia concors fuerit, nusquam velut illi, neque in papatu neque in papatus administratione, diebus præsertim his, potentes fore: unde si in unum convenerint, dum appareat eis illos faciliter concordaturos. Cumque inspiciant, discordia loci inter illos vigente, nusquam inter eos concordare posse, quod de loco concordent non assentiunt, quin immo impedire satagunt. Cogitantes vel propter illorum discordiam ad sanctuarium Domini hereditate possidendum reverti sicut hactenus: vel si non potuerint, & in unum obedientiæ Romanæ assentire opus sit, gratis & liberaliter ostendant largiri velle quod obtinere non possint, & tantum obtinere effectualiter, quod aliis largirentur apparenter. Quis enim tam insipiens est, qui non videat, si fideles Gregorii non conveniant, & concordaverint cum aliis qui Pisis sunt, quiscumque fuerit Pisis pro pontifice electus, omnino, quamquam fuerit Italicus natione, fide & voluntate oportebit a Gallicis dependere. Et si noluerit, in causa papatus succumbere opus habebit, neque ad sinistram, neque ad dextram declinare, nisi quantum seu voluerint, seu assenserint Gallici. Si ceterum ad partem Italicam suam Carolus vertebat considerationem, videbat, heu!. quosdam tanto odio, quosdam tanto ultionis debacchatos ardore, quod nollent dominum Gregorium cedere & ecclesiæ pacem reddi, sed potius non trischisma fieri, sed centischisma, dummodo dominus Gregorius cum suo scandalo & suorum cedere oporteat, vel quod a papatu ejiciatur tamquam schismaticus & hæreticus. Quosdam vero jam sibi videri visos cathedram ascendisse, ex promissionibus quas susceperant & cautelis quas adhibuerant, tantum tædebat ad horam nedum per dies moræ scandendi. Insuper tantum dubitabant ne mutatione illa, & majori in electione adhibita libertate, a suo proposito evanescerent, quod prius, proh dolor! cælum & terram ruere assentirent. Audisse insuper dicebat, si promissionum observatio circa multos servata non implicaret contradictionem, tot futuros pastores tam de collegio Italicorum, quam de his qui erant prælati extra collegium, quod pene tot eis oves subjectæ forent. Hoc etiam non paucos sperare ex eorum proprio ore & gestu didicerat. Hinc igitur isti non solum supradictis causis, quascumque alias fingerent causas, loci mutationem & alios impedire sufficientes erant; sed si Dominus Deus annueret omnem confundere unionem, atque alios ad unionis seducere turbationem: in his, inquit, mentem suam cum ipso familiariter effudisse juvabat. Addens quod certe non solum qui tam ineptis voluptatibus & ambitionibus ecclesiam sanctam destruebant; sed quicumque juxta posse, aut prece, aut pretio, aut formidine juncti non resistebant, magnam in districto examine apud omnipotentem, sapientissimum & justissimum judicem, cui nihil cordium occultum est, pœnam eis vendicabant. Ad dicta quidem per eum respondebat, quod quicumque vellent fingere sibi a domino Gregorio, quam illa quæ dixerat; sed veritatem dixerat, & non credebatur; & si credebatur non credi fingebatur; & hæc omnia in detrimentum sanctæ matris ecclesiæ & in augmentum schismatis redundabant. Et quod verissime a domino Gregorio, nec ab aliquo suorum quidquam petere habuerat in mandatis, ipso cedere disponente nec si aliquid offerrent acceptare, & quod nullomodo credebat dominum Gregorium cessurum per viam illam, & præsertim quoniam pluries audierat ab ipso, quod potius mori volebat, quam propter molestiam hoc temporale cederet præmium. Et quod sponte, si permitteretur, cedere intendebat in hoc propter honorem Dei & ecclesiæ pacem. Dicebant etiam Carolum, etsi ipse oppositum assevERARET, eum tamen hoc credere. Si namque dominus Gregorius præmium quærebat æternum, nesciebat qua ratione æternum pro temporali seu amittere seu commutare vellet. Si vero temporale, hoc dupliciter quæreret, vel honore vel gazis. Si honore; vel quod tamquam virtuosus coleretur, vel tamquam dominus magnus & potens eximiaque potestate venerandus. Quod cum detur, istorum quis negabit, de primo quod potius liberaliter cedat, quam mercede, & quod præmium potius post actum expectet, quam quærat ante, si de aliis quod dicebat ipse Carolus, offerri illi poterit quod circa potentatum & gazarum venerationem papatui æquipolleat suæ personæ personisque suorum; etiam non parum admirari inquiebat, quod ipse tam prudens Carolum rogasset, quod offerret domino Gregorio legationem, & non dicebat quam, & super omnibus aliis generaliter loquutus fuisset, nihil specificando. Quid enim diceret dominus suus dominus Gregorius papa, si ista sic suæ proponeret sanctitati? Numquid dicere posset: quid hoc tentasti sine mei licentia; insuper quid mihi refers? Quid igitur ad hæc responderet Carolus, a sua quærebat reverentia.

Ille vero hoc audito, breviter & effectualiter persuadebat ut supra, dicens nullo modo hanc practicam omittendam fore, & quod sperabat ipsam esse unionem parituram; quodque satis videbatur honestum. Carolum tam nude ad dominum Gregorium super hoc non redire, & quod cogitaret, super hoc, & in crastinum clare & particulariter suum vivere diceret.

Ad ista Carolus ait, se non ista præstolari, quia non propter hoc venerat, sed tantum responsionem a reverendissimis dominis, qualem sibi exhibere vellent; & reverti, & respondere, vel non, beneplacito relinquebat suo: ex quo ille vi-

ANNO CHRISTI 1409.

videns Carolum, satis lætus discessit, credens forte, licet noluisset exprimere, Carolum tandem super hoc practicaturum; videns circa postulata per eum nihil omnino referre posse.

Die quidem sequenti reversus fuit ad eum prædictus magister Thomas cum quadam cedula, in qua continebantur quædam, quæ videbantur ipsi magistro offerenda per Carolum domino Gregorio, petierat pro suis attinentibus a suo collegio, in casu quo cederet, & quod habito respectu ad præsentem rerum dispositionem, & ea quæ petiverat, illa illi offerenda videbantur.

Primo, si vellet Pisas accedere, quod unitum collegium, sacrum Concilium, & domini Florentini illi & suis bonos salvos conductus in plenissima forma concederent.

Secundo, pro reverentia status ecclesiastici & personæ suæ, de obviaturis providerent, ut sibi dixerat prius.

Tertio, quod honorifice & caritative ab universo Concilio recipietur.

Quarto, quod cum cesserit, provideatur suæ personæ de legatione Fori-Julii & Marchiæ Trivisianæ per totum tempus vitæ suæ; & si in curia voluerit prope futurum pontificem morari, venerabiliter tractetur inter cardinales ceteros; et de tot sibi provideatur beneficiis, quod vitam ducere valeat honorabilem.

Quinto, cum suum collegium ad sui instantiam promiserit nepotibus suis providere in patrimonio de Monte-Flascone, de Corneto, de Urbe-vetere & in Romandiola de Foro-Pompilio, Forlivio, & Faventia, & quod eis provideatur de terris illis alias sibi in patrimonio oblatis. Verum cum dubitet, ne dominus legatus Bononiæ assentire noluerit, quod eis terræ illæ Romandiolæ traderentur, rogabat Carolum, quatenus cogitare et dicere vellet, quid illi æquivalens sancta mater ecclesia concedere posset, si dominus legatus non assentiret, de quo valde erat dubitandum. Insuper cogitaverat intra se, cum Caroli sororem in uxorem habeat Johannes Galeaz, ne ipse Carolus libenter tractaret alteri quam cognato suo Faventiam dandam fore. Hæc quidem dicebat ex se ut tantum sequeretur bonum cogitasse; tamen si Carolo videretur amplius quam dixerat, domino Gregorio & suis per unitum collegium & sacrum Concilium debere auferri, rogabat quod sibi tamquam amico suo pandere vellet, promittens, quod si voluerit hujus tractatus promotor videri, ipse nihil parum ipsius dicet de eo quod avisatus fuerit ab eo parte ipsius Caroli, sed tamquam a seipso tractabit, & quod effectum Caroli optatum res sortietur toto posse & fideliter laborabit.

Ad hoc inquit Carolus, quod ignorabat quid inter dominum Gregorium & suum collegium tractatum fuerit, & quod ipse magister Thomas bene sciebat ipsum, quando hæc tractata dicuntur, fuisse Mediolani, & quod quicquid fingeretur, non sperabat hanc viam posse unionem producere, nec absque causa loquebatur. Sed per ea quæ manifeste didicerat tentans a domino & suis, verum quidem considerabat illam esse viam certam ad unionem quam proposuerat, si domini qui erant Pisis, vellent illam acceptare: quia, sicut jam dixerat, vel dominus Gregorius servaret quod promittebat, & sic unio certe, indubitata & sacra; vel non, & sic confusus & ab omnibus derelictus ejicietur. Et quamvis alias dixisset, iterum dicebat se nequire comprehendere, dicent quod voluerint, quo jure, qua æquitate, qua honestatis fronte negabant assentire petitis. Et sicut dixeret, si proposita nolebant acceptare, æque bona, vel meliora & magis æqua proponerent loco, & tunc si Gregorius non acceptaverit, erunt excusati. Dolebat, sed nihil ultra valebat, quam referre fideliter domino suo papæ, dum ejus præsentiam adibit, quæ super hæc dicta sibi fuerint. Non enim practicare quidquam in his auderet, cum contra omnem suam foret impositionem. Hoc tamen non tacebat, quod si dominus Gregorius vellet pro munere temporali proprio & suorum eis assentire, pro nihilo putabat hæc posse concordari inter eos, quamvis non possent eis dari terræ illæ Romandiolæ. Nam de duobus alterum fieri posset, vel enim eis per ecclesiam tot donarli super impræstitis Venetiarum, quod ex eis perciperent æquivalentem introitum terrarum illarum, detractis expensis pro ipsarum custodia opportunis, vel aliæ æquivalentes darentur. Et quod vere si de propriis quas pro Romana quam gubernat ecclesia illis dari expediret, contentabatur, dummodo vera unio fieret in populo Domini. Hæc male libenter Carolus dixit secum contulisse propter duo. Primo quidem ne videntes istis ipsum aurem præbere, putent quidquid ostendet, non tractare super hoc absque consensu & commissione domini Gregorii. Secundo & maxime ne putantes hoc absque eo quod petitis assentiant putent unionem fieri posse. Sed nolint primum credere rogabat, quoniam vere hujusmodi credulitas falsa erat; nec velint sperare, quod unio fieri possit cum concordia partium, nisi vel Dominus omnipotens mutet mentium voluntates, vel nisi locus D. Greg. & suis tutus concedatur. Et alia quidem parte quæ dixerat dixit, ut si cum domino Gregorio convenirent, quod illi possent, & quomodo sibi & suis providere, sciant, cum Carolum pluries interrogaverint domini auditores per se & alios; deinde ipse magister Thomas cum suis collegis, & tandem per seipsum de provisione quæ sibi domino Gregorio & suis per eos fienda videratur, si cederet.

Reversus vero postea cum apparenti licentia, dixit se hæc quæ cum ipso Carolo contulerat, cum dominis suis collegii uniti contulisse. Sperabatque ipsum ab eis gratum & votivum accepturum responsum; & si bene recordatur Carolus ipse idem ait, quod domini prædicti convenerunt omnes in unum propter suæ expeditionis causam, quodque cum in loco S. Martini expectabant.

Igitur vel per ipsum vel per alium, quod nihil ad substantiam refert, vocatus accessit ad locum in quo convenerunt omnes qui Pisis erant uniti collegii, præter vulgariter dictum dominum Pictavensem, aliter vero Penestrinum, qui tunc defuit, & dominum vulgariter dictum Neapolitanum, si bene recordatur, capta occasione senii & languoris. Cumque coram sedentibus ipse sederet, suo videre dominus Albanensis ex parte omnium effectualiter dixit, quod attenta perfectione unionis quam Carolus tractabat, quamque ipsi toto corde dilexerant & diligebant affectu, & usque ad mortem prosequi, quantum in eis erat, forent dispositi. Insuper & fidelitate suorum progenitorum & præcipue genitoris illius, quam a longo tempore

ANNO CHRISTI 1409.

erga sanctam matrem ecclesiam conservaverant, necnon ipsius fide & labore, quæque propter zelum tam pii operis sumserat, multotiens domini suis cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ, utque ipse una cum eis cogitaverat, existente impossibilitate assentiendi petitis per ipsum rationibus, quas pluries secum contulerant, modos invenire, per quos optata per eos & illum sacra unio effectum sortiretur, sed & ipse inde honorem acquireret. Et cum vidissent ipsum Carolum circa ea quæ petierat instare tantum, nec alios voluisse proponere modos, valde doluerant, tamquam propter impossibilitatem annuendi desperati. Nuper quidem cum accessisset ad eos magister Thomas ordinis Prædicatorum, & quædam illis ostendisset capitula, quæ cogitasse dixerat, & cum ipso etiam Carolo contulisse, ne tantum bonum ex ipsorum causa deficeret, neve ipse Carolus sanctæ matris ecclesiæ filius sua frustratus intentione abiret, contenti erant assentire, quod omninu domino Gregorio & suis facienda promitterentur, & servari promittebat, sicut in prædictis capitulis continebatur. Insuper non dubitant, quod sacra Synodus universalem repræsentans ecclesiam, his omnibus assentiret, & quod domino Gregorio & suis servarentur quæ promitteret solemni stipulatione. Rogabant ergo Carolum multis obsecrationibus & adjurationibus, quæ cum supra dictæ sint, omittuntur, quatenus ita instare vellet, quod per hunc modum sacra fieret unio. Sciebant namque quod sciret & posset si vellet, neque dominus Gregorius his quæ offerebantur dissentire deberet, neque & sui. Magna quidem erant quæ pollicebantur, & ultra hoc perpetuis temporibus ipse dominus Gregorius & sui sanctam sibi obligabant ecclesiam ad gratias & beneficia potiora, quoniam per ipsos pax reddebatur ecclesiæ tanto tempore per alios scissæ & afflictæ. Hæc Carolum tentare debere dicebat, primo honorem Dei, & populi Christiani salutem si inspiciat & commodum: deiode si privatum meritum & gloriam hic & in alia vita, etiam quoniam dominum Gregorium diligere videtur, quem suum vocaverat & vocabat, quem ex hoc manifeste videbatur magnum fore meritum & præmium quæsiturum. Nec suspicaretur ipse Carolus, quod ex hac obligatione ullam simoniæ incurreret maculam. Poterat quidem, immo secundum sacra decretalia decens erat per summum sacerdotem providere prælato, qui ad evitandum scandalum & bellum beneficio cedebat suo. Multo igitur fortius per universalem ecclesiam & futurum pontificem provideri decebat, immo debitum erat, domino Gregorio, si propter tantum scandalum evitandum tanto renunciaverit beneficio. Ulterius si videretur per eos aliquid ultra domino Gregorio offerendum, rogabat ipsum parte dominorum suorum & sui, ut vellet illis pandere ante suum discessum, quoniam dispositi erant nihil de possibilibus eis negare domino Gregorio & suis tamquam benemeritis, dummodo disponeret velle absolute cedere, quod debebat propter suum juramentum & alias multiplices rationes facere. Et ut Carolus cerneret manifeste optimam dispositionem, & quantum optabant ipsum honorem suscipere ex assumto unionis tractatu, licet foret, omnibus, qui ad hoc sacrum Concilium venerant, & præsertim dominia omnibus ultramontanis, Francigenis & Anglicis, & multis hujusmodi, qui per mare venerant, & cum maxima difficultate opus haberent sibi equos & alia opportuna fere eis reperiri impossibilia, mutando locum, ad quem non possent per aquam pervenire, contenti erant si dominus Gregorius nollet Pisas accedere, nec renuntiare per suum procuratorem, neque in manibus procuratorum sacri Concilii, præeligens propter mundanam pompam cum incommodo & dispendio ecclesiæ locum mutari, quam ecclesiæ complacere, & ipsam sibi perpetuo obligare, per xx. milliaria vel xxx, ad plus ultra Pisas infra terram ad locum congruum accedere, dummodo securi forent, quod ipse accederet & cederet, sicut ipse Carolus dixerat eis, si ad petita loca potuissent ire. Quoniam ergo videre poterat Carolus, quod nihil de contingentibus per dominos suos & ipsum omittebatur propter sacram unionem perficiendam, concludebat rogans, obsecrans & adjurans, &c. Deinde vertens se ad dominos adstantes, dicebat se dixisse, quod ei injunxerant, quantum sciverat, secundum quod ipsorum ultimæ intentionis esse comprehendere poterat. Nihilominus rogabat unumquemque eorum, quatenus omissa per eum supplere & minus bene dicta corrigere placeret.

Deinde dominus Aquilejensis affirmans dicta per eum, ait se aliquid dicere velle propter meliorem unionis effectum, & ipsius tractandæ certius medium, non vero supplendi emendandive causa.

Primo quidem videbatur sibi, si dominus Gregorius nolit Pisas accedere, sed omnino locum mutari, & quamvis Concilium congregatum Pisis sit sufficiens ad negotium unionis perficiendum, & alia ecclesiæ sanctæ ineumbentia, tam de jure quam de facto, si dominus Gregorius petit aliud Concilium convocari, sicut per ipsum Carolum petitum videtur. Quare hæc cum sui domini & ipse, sicut alias dixere, nescirent apprehendere sinceritatem animi domini Gregorii, nullam inde inspicientes opportunitatem. Quærendum itaque videbatur a Carolo & ab ipso certificari debere, antequam locum & Concilium mutent, ne in unionis detrimentum hoc quæratur per dominum Gregarium & suos. Posset namque cogitare mutare locum, prorogare Concilium, & ad nullum demum cessionis pertingere finem; sed cum aliis coloribus novas justificationis suæ exquirere fallacias. Ex quibus alterum putaret, vel quod impossibilitate fatigati secederent patres, & sic unio desolata, vel quod ipse justificatus appareret. Vel, si tantum machinari valeat, quod tota obedientia domini olim Urbani unita congregaretur, petere forte putat, quod primo & ante omnia super jure papatus discutiatur vel forte amplius, quia quod dicit dominum Urbanum fuisse in plena possessione universalis obedientiæ, & per nonnullos nulla legitima lata sententia, ipsum sua obedientia fuisse frustratum, tamquam successorem in pontificatu domini Urbani postulabit, sicut de facto expoliatus fuit, ita de facto primo & ante omnia restituatur, & per viam hanc putat inter obedientiam Romanam & partem Gallicam, quam unitam quasi cernit, novam suscitare dissensionem, & abolitum fere schisma in pejus priore indeteriorare. Postquam igitur hæc videre videbantur, dicebat quod nullo modo hanc fraudem pati volebant nec debebant in tantum ecclesiæ dedecus & incommodum, &

pro-

ANNO CHRISTI 1409.

ANNO CHRISTI 1409.

propterea certificari volebant si locus mutaretur, & si assentirent quod unum communi consensu congregaretur Concilium, ne dominus Gregorius aliquid super jore papatus sui & obedientia sibi restituenda petat. Scire quidem dicebat dominos Gallicos istis numquam consensuros, neque ipsi assentire intendebant, ne jam facta inter eos unio & concordia in divisionem & scandalum pervertatur.

Insuper dubitavit, ne dominus Gregorius quæreret, quod Concilium terminaret antequam cedat, utrum si hæreticus vel non; & propter hanc discussionem vel schisma in Concilio, vel Concilii dissolutio fiat, vel quod ipse papa judicetur & remaneat papa. Hoc autem minus quam primum sustinere dispositi erant. Igitur certificari petebant super his antequam locum Concilii & Concilium mutent.

Insuper vertens se ad ceteros dominos astantes, dicebat. Domini mei, puto bonum de locis ad quæ ire possimus & deliberavimus Carolum certificare, ut melius & certius tractare possit: cumque illi dicerent bonum eis similiter videri, ipse dixit de S. Miniato, vel Pistorio, eos deliberasse, & quod sperabat dominos suos obtenturos talem securitatem a dominis Florentinis fieri domino Gregorio si vellet ad prædicta loca accedere, quod merito contentari poterit, sperabat etiam depositionem fortalitiorum alterius istorum locorum, ad quem dominus Gregorius accedere deliberaret, se obtenturos in manibus fidorum partibus fieri.

Dicebat etiam non parum dubitandum, quod dilatio temporis quæ petebatur a domino Gregorio, ut pars sua cum aliis valeat convenire, in desolationem Concilii & unionis redundare possit, & propterea volebant scire quantum differri Concilium petebatur.

Verum si dominus Gregorius recte vellet incedere, sicut Carolus dicebat, ut ipse Carolus perpendere possit, quanta cum caritate erga ipsum dominum Gregorium domini sui incedere velint, inquiebat, quod si in curia stare vellet, quantum in eis erat procurarent cum ceteris dominis cardinalibus apud futurum pontificem honorabilius & gratiosius tractari. Præterea ut inde suos honoraret, unde haberet quod vivere honorifice ipse posset, provinciam Marchiæ Anconitanæ sub suo regimine dari promittebant per totum tempus vitæ suæ.

Et quoniam dominum Gregorium forte puderet inter dominos cardinales sedere, super quos semel tamquam papa insedit; si nollet in curia morari, ei promittebant provideri de legatione, quam magister Thomas dixerat, ut cum honore suam ducere valeret vitam & quiete. Considerabant enim ipsum magis in legatione illa, quam alibi, quietam ducturum vitam, quoniam patriæ illi finitimus erat & notus.

Concludebat tamdem, si locus mutaretur, & de tempore Concilii congregandi cum ipso convenirent, ipsos omnino certificari velle dominum Gregorium cessurum absque ulla contentione sive hæsitatione aut subterfugio.

Cumque nullus prædictorum dominorum ulterius addidisset, sed quisquis quasi effectualiter affirmasset dicta per duos, & exhortando quæ illi, sermonem consummasset suum, respondens Carolus primo ad dicta domini Albanensis, in substantia dicebat:

Post gratiarum actiones de approbata fide progenitorum suorum, & de commendato labore ipsius, ad quem tamen se obligatum, divina illustrante gratia, cognoscebat: gratias iterum referebat de cogitationibus sumtis per eos propter ipsius honoris affectum, maxime quidem tamquam ex fidelibus minimi, quod sacram unionem toto posse & ingenio prosequi deliberassent. Ceterum fatebatur magistrum Thomam de Firmo ad eum accessisse cum cedula quadam, quam ipse viderat, & quam eis illum ostendisse confessi sunt, atque de his quæ in ea continebantur offerenda fore & petenda a domino Gregorio, ipsos fore contentos. Insuper fatebatur se pro bono unionis quædam respondisse prædicto magistro super contentis in cedula illa, & super offerendis domino Gregorio & suis; sed certi essent, quod vere quicquid circa illa commiserat, præter omnem commissionem sibi injunctam a domino Gregorio fecerat. Et licet amodo tantum dixerit replicaveritque super dictis suis, ut nauseaverint auditores, tamen quia opportunitas veritatis pro pace ipsum cogere videbatur, quæ pluries replicaverat, iterum dicere nec pudebat nec tædebat. Credere ergo dominationes suas deprecabatur, quod omnes oblationes & quæcumque alia pauca sunt & inania, ut unio fiat spontanea & libera per dominum Gregorium per viam cessionis, nisi assentiant quod unum communi consensu in altero propositorum locorum Concilium congregetur, & nisi æque bonum & tutum partibus alium proponant locum. Et si dixerint, quod duo bona & tuta proposuerint, dicebat quod dominus Gregorius nusquam putabat confidere accedere ad loca dominorum Florentinorum, aut velle, & hoc quia ab ipsius ore & suorum pluries audiverat, quod in opprobrium sedis apostolicæ & personæ suæ & suorum fidelium, contra omnem divini & humani juris modum & debitum, ipsum multifariam & suos fideles lædere procuraverant atque læserant, & propterea, nunquam accedere debere vel sub eorum ditione & potestate. Hoc insuper ipsi faciliter satis verum esse discere potuerunt ex his, quæ oratores domini papæ Florentinis non multis elapsis diebus exposuerant, quæ ipsos nequaquam ignorare ambigebat. Nesciebat ipse Carolus aliquam reconciliationis causam inter dominum papam & Florentinos post hæc initam aut contractam fuisse, oppositum quippe ex his quæ viderat comprehenderat: & propterea supplicabat eis toto posse, & qualibet sanctimoniæ obsecratione, quatenus postquam loci mutationi & Concilii unius congregationis assentire videbantur, nollent pro modico, immo pro minimo labore itineris & difficultate, sacrum unionis vere pacificæ & indubitatæ bonum impediri, immo destrui, & in majus pejusque priore schisma verti: dolebat quidem, si propositum non mutarint, sancti populi Dei excidio. Dolebat & sanctæ matris ecclesiæ turbine: sed quia sciebat necesse esse ut scandala veniant, etiam quod væ erit homini illi per quem scandalum venerit, non aliud poterat, nec licere videbatur sibi, quam dicta sibi domino suo papæ fideliter referre, & quod unio fiat & pax sanctæ ecclesiæ, quantum Dominus dederit, toto posse operari: nec pensarent, quod hoc diceret quia nollet dominus Gregorius cedere. Non enim locum pro cessione æquum & commodum peteret, vel ut ipse cederet, vel confundi ipsum necesse esset, si ipsum remanere papam vellet. Nec putent quod dicat, quod offerre dubitet, timens aliquam

ANNO CHRISTI 1409.

simoniæ maculam, si quæ ipsi offerebant domino Gregorio, renunciaret. Sciebat namque rationibus allegatis per ipsum dominum Albanensem, & nonnullis aliis, ipsum propter oblationes illas simoniacum minime fieri; sed manifeste putabat frustra offerri, quæ offerri volebant. Et quoniam de impossibilitate accedendi ad loca petita & aliis consequentibus, satis alias dixerat, dicere amplius non videbatur opus exigere.

Ad dicta per dominum Aquilegiensem inquiebat, se toties super his secum contulisse, quod recitare non erat expediens: non tamen omittebat, quod nulla inerat sibi causa, per quam domino Gregorio volenti fallere sanctam matrem ecclesiam dominam suam, si cerneret, favere seu assentire deberet. Et licet insipiens foret, certe omnes insipientiæ limites excederet, si sa & sua traderet, sicut obtulerat & offerebat, in manibus ipsorum, in certitudinem quod dominus Gregorius promissa per ipsum Carolum servaret, nisi de hoc certus foret.

Dicebat ipsos excogitare posse, quod eis libebat, sed vere ipse nullius fallaciæ perpendere potuerat nec poterat, & si perpendisset in sui ipsius personæ & bonorum suorum detrimentum non sufferret: multo qaidem minus in ejus animæ perditionem. Et quamvis dici posset, quod dominus Gregorius nullam alicui injuriam inferret, si suo vellet uti jure in Concilio juxta regulam juris: *Nemini injuriam facit, qui utitur jure suo:* tamen quia viam cessionis inventam & propositam per dominos Gallicos ad evitandum judicii dubium dominus Gregorius acceptaverat, & se etiam ad illam propter pacem ecclesiæ solemni voto & juramento obligaverat, sciens intentionem domini Gregorii: Volebat ipse Carolus fidejubere, quod si petitis assentirent, cederet absque eo quod jus papatus sui prosequeretur. Et propterea non expediebat ipsos ex hac titubatione loci tuti & congregandi Concilii petiti modum differre, seu mutare, seu auferre.

Dicebat se valde mirari ipsos petere dominum Gregorium non posse se purgare de opposita sibi hæresi coram Coocilio, cum excusatio ab infamia liceat unicuique & defensió suæ innocentiæ de jure divino, naturali & gentium; & quod videre videbatur ipse Carolus, quod nullam propter aliam causam petebant hæc, nisi forte, si dominus Gregorius sufficienter purgaret se coram sacra Synodo, ipsi condemnati vel confusi remanerent.

Ad hæc statim Aquilegiensis replicavit: Non diximus hoc quia judicium Concilii timeamus, seu effugere velimus, quoniam absque dubio credimus cuncta acta per nos contra eum legitime & debite acta fuisse; nec quod velimus quod ipse non excuset se; sed bene dicimus, quod sua nocentia vel innocentia agitetur per viam judicii, quoniam esset scandalum & schisma suscitare, quia unusquisque suum vellet honorem tueri, nolimus assentire. Et si ipse vult quod per viam judicii procedatur, compareat hic coram sacro collegio, ubi jam citatus est, & administrabitur sibi justitia.

Ad hæc Carolus: Quare ergo non sic alibi sicut hic? si tutus est; ita hic velut alibi foret; verum ut videatis quod non quæratur velle scandalum pro pace suscitare, dicebat: Volo promittere & fidejubere, quod facta sufficienter per dominum Gregorium excusatione sua, nihil suscitabitur contra vos.

Inquiebat, quod audita referret domino suo papæ, & cum ipso operaretur, secundum gratiam quam Altissimus sibi concedere dignaretur, toto posse & bona fide, quod dominus Gregorius accederet Pistorium, si fieret sufficienter tutus, ipse & sui ad Concilium venire volentes: verumtamen in hoc modicum sperabat posse proficere rationibus quas dixerat, sic quod eis supplicabat, quatenus nollent in hac spe persistere, sed dignarentur inclinari assentire petitis, si unionem volebant & diligebant.

Ajebat, quod nulla temporis dilatio quærebatur, nisi quæ opportuna foret, & quoniam unio potius per viam pacificam & partibus acceptam quæri debebat, quam aliter; æquitas circa partium commoditatem servari debebat. Sciebant namque ipsi quantum temporis lapsum erat post primum Concilii sui terminum, & quot venerant, quantumque, ut alii quos venire sperabant accedere possent, oportuerat ipsos suum prolongare Concilium, sciebantque primum terminum indictum per dominum Gregorium suis ad suum Concilium veniendum. Et propterea si divinam & naturalem legem & æquitatem nolebant attendere, debebant circa dominum Gregorium modos servare, quos, si in eodem casu essent, circa ipsos servari vellent.

Dicebat vere ipsos valde suo videre commendandos fore de grata provisione, quam personis domini Gregorii & suorum facere disposuerant post cessionem suam, & quod omnia, Domino concedente, diligenter referret ipsi & suis.

Inquiebat conclusive, quod dominus Gregorius cederet, quando & quomodo Coocilium congregatum, ut petitur, terminaret absque contradictione; & hoc promittere nolebat ipse Carolus; & pro domino Gregorio fidejubere: Nam cum domino Gregorio loquens & volens super sua cessione sciscitari, dixit, quod vere quicquid adulatores ipsi suggererent, certus erat ipse Carolus, quod numquam unio fieret, ipso remanente papa. Et propterea de duobus alterum præeligere sibi expediebat, vel papatum cum desolatione ecclesiæ, & tandem sui & suorum; vel pacem ecclesiæ cum cessione, & merito & bono sui & suorum. Ipse vero respondit, quod pacem ecclesiæ potius volebat, quam papatum: & si Dominus tantum concederet, quod in Concilio petito si reperiret ...... totum mundum de hoc cum opere certificaret; & quod certe numquam illius Concilii terminationi contradiceret. Mirabatur quoque Carolus, quomodo mentes ipsorum, quos prudentes reputabat, titubare valerent, quod dominus Gregorius modos exquirere auderet, si Concilio interesset, ad cessionem fugiendam vel evitandam. Notum quippe illi erat universam quasi ecclesiam inclinatam & dispositam fore, quod ipse suusque adversarius cedere deberent, & cederent, & quoniam visum fuit eis vias invenisse ad subterfugiendam vel evitandam cessionem, pluribus ex suis etiam fidelibus exosam se nosci; unde nec dubitandum erat ipsum causam odii contra se ipsum augere velle, nec debebant ipsi ex frivola hac dubii occasione modum ad unionem petitum seu differre, seu non exsequi.

His ita dictis, inter se mutuo conferebant, si melius foret aliquos cum pleno mandato uniti collegii & Concilii universalis Ariminum transmittere cum ipso Carolo, informatos plene de eorum intentione. Cumque pluribus eorum

rum

ANNO CHRISTI 1409.

rum visum fuisset, quod non, Carolum consulere placuit, quid sibi super hoc utilius appareret. Ipse vero considerans, quod partium animos inter se distare cernebat, ne odii inter eos augeretur fomes præmissa excusatione suæ insufficientiæ ad consulendum tanto negotio, dixit differendam fore missionem propter partium honorem, & ad tollendum omne rancoris futuri possibile augmentum. Ipse enim cum sui beneplacito, postquam conclusive expeditus erat, ad dominum suum papam festinaret, & comparata ejus intentione super tractatis, si modicam inter eos differentiam reperiret, infra quindecim dies ad plus personaliter rediret, vel personam transmitteret, juxta posse quam putaret idoneam. Si vero dominus Gregorius oblatis per eos assentire dignaretur, ipsis statim nuntiaret, & tunc transmittere poterunt. Rogabat quoque eos, ad tollendam omnem moram, quatenus interim eligere placeret eis patres utique venerabiles, idoneos, & quantum eorum considerationi possibile erit, justos, æquos & pacificos, jurgia odientes & scandala. Nam aliter novissima ecclesiæ prioribus pejora fierent, & hos transmittere cum pacifica commissione & sufficienti mandato. Insuper una cum dominis Florentinis providere super modo accessus domini Gregorii & suorum, & super securitatibus opportunis præstaodis sibi atque suis, si judicaverit accedere; quod tamen, ut alias dixerat, parum sperabat, & illos suos si venturos scriberet plene doctos mandaret. Supplicabat, atque eis obsecrabat, na vellent pro modica itineris difficultate & temporis intervallo, in omnem eventum quietem sanctæ matris ecclesiæ & omne ejus commodum, quod concordia inter eos & dominum Gregorium, si fieret, futurum erat, perdere. Demumque licentiam petiit ab eis ad patriam remeandi.

Illi autem provisuros se obtulerunt de mittendis, ut petebat, & securitatibus, & concedendo illi licentiam recessus, rogando, obsecrando, adjurando, ut supra, dicentes aum posse si vellet.

Tandem discedenti, nec aliter reverentiam exhibenti, nisi uti consuetudo est magnis dominis exhibere sæcularibus, dixit unus ex eis: non vis osculum pacis dominis istis exhibere? Tunc Carolus: domini mei, vos bene scitis me non convenire vobiscum quis pastor sit; nihilominus quia quicquid dixeritis, credere debeo vos unionem diligere & vella, ex quo unionem spero, habitum in spe futuri actus venerari paratus sum, & tunc antequam discessisset, ab eo obtenta jam licentia a Domino Gregorio ipsos venerandi, juxta quod suæ discretioni videretur, accessit ad eorum osculum, secundum ordinem venerabilitatis, quem inter se servabant, & sic discessit, nihil effectualiter amplius cum eis agens. Neque silendum est, quod Carolos putat, quod postquam Pisis fuit, pridie quam fieret eorum sessio, quidam frater Angelus de Reate, secretarius, ut ferebatur, uniti Concilii, exploravit si cum aliis Concilio in illo Carolus sedere vellet, dicens se scire honorabilem locum sedere volenti cedere decretum fuisse per eos qui Concilio præerant, ipse quidem respondit sa velle libenter, dummodo, quod pace universalis ecclesiæ quærebat, proponere coram Concilio illo permitteretur. Ille vero dixit, quod non putabat permitti, quoniam non erat moris sæculares aliquid in sacro Concilio proponere, ipse autem respondit, se ergo consedere nolle, si proponere non licebat quæ ecclesiæ quieti & commodo utilia cernebat & tractare venerat, ne ad consentiendum eorum terminationibus sedisse videretur. Post hæc magnificus dominus Malatesta de Pensauro frater suis his similia dixit. Cui cum similiter respondisset, illi dixit se voluisse informari quoniam & ipse sedere, si vellet, requisitus erat, quod reperiat moris non esse in sacro Concilio alicui quidquam proponere licere, nisi prælatis & oratoribus; & cum sedere delibetasset, volens notabilissimam rem videre, quam oumquam forte visurus etat, statuerat intra se consuetudinem servare, & nihil penitus proponere, & ad hoc Carolum allicieba. Ad quem Carolus ait, quod potius visus cerimoniæ Concilii privari volebat, quam quod licere non videbatur sibi præsens & tacens assentire videretur.

Discessit igitur a Pisis & Florentiam venit, dominisque & aorum collegiis acta Pisis substantialiter retulit; quos visus est per eorum responsa plene super ea informatos reperire. Sed quamquam exhortatus fuerit eos multis rationibus, quarum pars efficacior supra dicta est, quæ petebat ratione manifesta publicæ Christianorum rei utilitate, & eorum privatæ, per eos assentiri & promoveri debere, hoc effectualiter responsum obtinuit, quod libenter voluissent eum a reverendissimis dominis cardinalibus uniti collegii & sacro Concilio obtinuisse quod optabat, postpositis in quibuscumque eorum privato honore & commodo. Verum quia dominis illis non videbatur assentire aliter quam fecissent, salvo honore & debito ipsorum, non videbatur eis illos ulterius cogere posse, nec volebant; nec videbatur eidem domino Gregorio eum justitia seu æquitate renuere posse Pisas accedere, sive saltem S. Miniatum aut Pistorium, præsertim se volentibus, velut domini illi obtulerant, dominum Gregorium tutum sufficienter reddere, & ipsum, si ad sua accederet loca, bene honorificeque tractare. Et propterea concludentes rogabant, obsecrabantur, adjurabant ut alii effectualiter.

Ad hæc Carolus respondit sicut circa similia dixerat dominis Pisis existentibus. Addidit tamen, quod supplicabat eis, ne propter vanum simorem justum Dei judicium incurrerent, & contra eos in ultiooem provocarent. Quidquid enim dicerent, sciebat Carolus, si veram ecclesiæ pacem & ipsorum utriusque verum commodum privato quodam apparenti commodo & honori præmittere vellent, Dominum Deum non parvam eis dedisse facultatem ecclesiam sanctam tot annis scissam reintegrandi, & divinum uniendi populum, & suis occurrendi periculis & expensis. Sufficiebat quoque sibi hæc illis dixisse & suam circa hoc purgasse conscientiam. Dispositus tamen erat quidquid poterat pro sacra unione operari, & quod dominus Gregorius Pistorium accederet, licet æquam declinandi causam haberet, propter illa quæ contra eum tam impetuose & opprobriose fecerant, & quamvis modicum speraret ipse Carolus in hoc proficere posse, & licentia obtenta, die alia discessit.

Deinde quidem continuatis dietis Ariminum appulit xxvs. Aprilis, & horam circa vespertinam domino suo obsequium reverentiæ conservatum exhibens, jussus in crastinum redire, & quæ egerat exponere, paruit. Mane autem

facto

ANNO CHRISTI 1409.

facto in unica hora ad palatium domini Gregorii perveniens, illum in camera sui paramenti sedentem reperit, omnesque dominos cardinales suos circumstantes, qui Arimini secum venerant, inter quos dominus Tudertinus tunc aderat, atque dominus Corario prædicti domini papæ nepos. Præceptus igitur a domino suo quæ dixerat, audierat & respondetat Pisis & Florentiæ, quantum ei a domino datum fuit, posse recordari atque explicare, fideliter nunciavit, partem tantum illam oblationum particularium domino Gregorio & suis faciendam silentio pertransiens. Videre namque visus erat jubere honestatem prius illis domino Gregorio privatæ nunciandas fore, quam palam. Dicebat cum coram astantibus multa bona offerri domino Gregorio & suis, si vellet accedere & cedere, vel tantum cedere ut petebant. Tandem vero dicebat: *Sancte pater & domine mi*, superfluum est, & reprehendendum putaretur, si verbum persuasionis seu exhortationis sanctitati vestræ super unione ecclesiæ sanctæ proferre accederem, cum longe sit excelsior prudentia vestra sensu meo. Quantum unio sanctæ ecclesiæ conferat longe melius me cognoscitis. Non ignoratis insuper quæ ecclesiæ proficua fuerint, quanto ardore vobis incumbat inquirere, persequi, & exsequi. Concludam tantum in verbo veritatis æternæ, *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, amen, amen dico vobis*, non dabitis pacem ecclesiæ, *nec intrabitis in regnum cælorum*.

Circa autem vesperas diei illius ad dominum Gregorium accessit, præsentibusque domino Antonio cardinali & camerario, & domino Paulo nepotibus suis, & quantum minus male valuit, cuncta explicite & seriose retulit, quod particulariter & absolute per eum fieri domini qui Pisis erant postulabant, quomodoque certificari de hoc petebant. Pariter quoque retulit oblationes quas suæ personæ & suis faciebant, & certitudines quod promissa servarent oblatæ.

Ipse quidem, his auditis, cogitare visus, aliquantulum tacuit, deinde lacrymans, inquit, juxta verbum Susannæ: Angustiæ sunt mihi undique. Si enim egero quæ isti petunt, causa sum desolationis omnium qui fideles fuerunt prædecessorum meorum & mei, & præsertim eorum qui fuerunt mihi fideles, meæ etiam propriæ personæ & meorum proditor essem: Si vero non egero, maximum in ecclesia scandalum facient. Dicebat ulterius, quod certe pessime faciebant, nolendo tam justis & æquis petitionibus assentire, ex quo pax reddita fuisset ecclesiæ, & quod perpendere poterant omnes, quod odium quod in eum gerebant, & ambitio papatus, quem multi eorum cupiebant, tot malorum causa erat & fuerat. Verum quid aliud posset nesciebat, nisi suam diligentiam facere, & postquam illi volebant, quod unum communi consensu fiat Concilium in loco tuto, disponebat suum accelerare accessum ad locum, ad quem sacrum indixerat Concilium: ibique dispositus erat juxta gratiam quam sibi daret Altissimus, sacram unionem prosequi, & alia ecclesiæ sanctæ commoda tractare, & terminationibus Concilii illius, quod juridicum erat, acquiescere, ipsasque quantum in eo esset excutioni mandare. Neque enim credere poterat, quod Dominus Deus ipsum justam causam foventem, & qui ecclesiæ sanctæ commodum prosecutus fuerat & prosequi intendebat, non foveret. Impossibile iterum apparebat ei quod populus Christianus & præcipue qui fuerant fidei domini Urbani & suorum successorum per tot annos, videntes adversariorum ejus iniquitatem istam sanctæ ecclesiæ diu paterentur & permitterent.

Respondebat Carolus, credendum esse ipsum angustiari præ ceteris, tanto amplius, quanto magis cognoscebat imminentia scandala, futurasque jacturas ecclesiæ, quanto etiam sanctitati suæ incumbebat populum domini sibi præ ceteris commissum ab omni incursu & fraude liberare. Ipsique in tot angustiis & perplexitatibus involuto, a quolibet præsertim fidelium suorum compatiendum fore fatebatur.

Inquit, quod de duobus alterum esset, vel Pisis existentes & Florentini ipsum sufficientem tutum redderent, & suos fideles, si Pistorium seu ad S. Miniatum accedere inclinaret, vel non: si sic, non poterat perpendere Carolus qua ratione sanctitas sua conculcationis & desolationis suorum olim & tunc fidelium, etiam suæ personæ & suorum perditionis esset causa. Verum ex adverso, cum illi sibi suisque sufficientem offerant securitatem, si ipsa renueret simpliciter & ab experto, non videatur quod illi tutelam & cautionem super libertate Concilii non sint per effectum tribuere dispositi quam offerant sufficientem. Ad subterfugium imputabitur sibi omnis quam ingesserit ratio, impositum, & divisio quæ inter plures suorum fidelium & ipsum orta est, quia videre visi sunt, cum subterfugia cum fallacibus justificationibus ne cederet quæsivisse, ampliabitur. Sicque conculcationis & desolationis suorum & per consequens sui augendo causam, augmenti effectus causa fiet. Si quoque assentire non renuerit Sanctitas sua, & illi idoneam & sufficientem cautionem seu noluerint seu præstare non poterunt, tunc ejus non accedendi ad locum patefiet justa causa & dolus adversariorum, sive non æqua postulatio & excusatio ipsorum, cum nec ad loca tuta & æqua accedere voluerint, & cum sua sanctitas ad locum non æquum accedere humilietur, sufficientem ei & suis non præbeant securitatem. Hanc igitur ajebat suos videre viam esse calumniatores confundendi & se justificandi, suos similiter justificandi fideles & exaltandi: aliam quippe calumniatores justificandi suos, & suorum fidelium plurimos ab ipsius repellendi obedientia, & inter se ipsas dividendi. Demumque viam esse posse, nisi solus Deus Dominus obviaverit, omnimodi opprobrii & conculcationis, suæ personæ & omnium qui in sua fidelitate perseverabant. Dixit quod vere per ea quæ propriis oculis viderat, & propriis palpaverat auribus, nisi sanctitas sua cum his qui Pisis erant concors fuerit, majus longe quam puteint ab hominibus scandalum populo Christiano fieret, & in ecclesia Dei.

Inquit, quod justum & æquum visum fuit sibi & utile ecclesiæ sanctæ quod petitum fuerat & videbatur, & propterea ut obtineretur laboraverat, atque plene admittebat nullam intellexisse rationem, quamvis qui Pisis erant congregati multas reddidissent, propter quas non debuissent assentire petitis. Fatebatur etiam quod in multis illorum causa futuri maximi scandali erat odium partim in mentibus eorum adversus personam suam, & ejus qui dicebatur dominus Benedictus; sed adhuc potior in quibusdam ambitio papatus; apud qui-

dem

ANNO CHRISTI 1409.

dem alios spes promissorum, quæ nonnullos vendicasse apud expertos rei manifestum erat, apud vero alios ignorantia facti, seu quædam, forte non absque omnimoda occasione saltem apparenti, concepta suspicio contra eum & adversarium suum. Apud autem alios metus expensarum & vecordia quædam timore laboris exorta: apud quoque ceteros hebetudo quædam animorum & vilitas, qui eum bonum cernerent, promovere non curabant, putantes apud Altissimum & homines satis sibi fore majores, & multitudinem cernerent contradicere palam, seu illis se opponere non audebant. Verumtamen concessis eorum erroribus & malitia, supplicabat toto corde quod ipsorum multam malitiam & errores suæ justitiæ plenitudine convincere vellet, memorans sanctitatem suam illud apostoli, *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*, nec excusatam cum reverentia putabat sanctitatem suam illos dimittere in eorum superbia & adiuventionibus abire, non solum quidem qui horum principalis causa erant quæ sibi offerebant, sed innocentes plurimos & omnem Dei populum in maximas jacturas & scandala trahebant, nisi ipse suæ humilitatis & prudentiæ occurreret abundantia. Replicavitque verba Domini, quæ jam mane eodem dixerat. *Amen, amen dico vobis, nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum*, non dabitis pacem ecclesiæ, *nec intrabitis in regnum cælorum*.

Ait suam sanctitatem facere posse quod sibi libebat, cum reverentia tamen de his quæ titubat ipsam advisabat, videlicet accelerationem accessus sui ad partes Forojulii, accelerationem futuram esse maximi futuri scandali, non exstirpandi forte diebus suis. Credere quidem poterat sanctitas sua ipsi Carolo, si placebat, non daturo in hoc mendacium. Per ea enim quæ dum erat Pisis comprehendere potuerat, multi erant qui sollicitabant per publicos processus sanctitatem suam & adversarium suum ejici, & opportunitatem ad honestandum negotium quod optant, quærunt. Cumque viderint sanctitatem eamdem discessisse, calumnias exsperabunt in eam, jus suum dilatantes, dicentesque: ecce viam ad conveniendum pro sacra unione exequenda, atque ex hoc jam adepti visi coram suis astantibus quod cupiebant, processus urgebunt, & postquam de tractatu unionis in facto illos palam instruere poterunt, eum perjurum, fautorem antiquati schismatis, & hæreticum astruent, neminemque noscent excusare eum posse, cum cedendi tractatum quemlibet infecerit, nec alium prosequatur, per quem unio fieri, possibile sit. Perpendere quidem patule dicens potest orbis universus, quod non nisi ad subterfugiendum cessionem & decipiendum fideles illiusmodi Concilium indixit & prosequitur. Certus namque est dominum Benedictum & suos ad illud accessuros non fore. Similiter neque majorem partem fidelium qui ad hoc verum & sacrum Concilium accesserint & accessura est, & propterea ipsum cum paucissimis suis confluentibus non posse unionem per Concilium illud facere, cum certissimus sit, certi quilibet esse debeant, quod non accedebat illuc ad unionem perficiendam, sed quantum in eo fuerit destruendam. De Concilio quidem domini Benedicti qualem unionis fructum attulisset, patebat, unde inferrent, quod uterque eorum jam præcisus est, & notorie incorrigibilis, gravemque jacturam ecclesiæ

A imminere, si sedem apostolicam diutius vacare sinatur. Et exinde occasione sumta, concorditer procedent ad sententiam diffinitivam celeriter, & postmodum ad tertii, ut sic dicatur, pontificis electionem. Quo facto, quod jam factum esse, domino Gregorio Forujulium accedente, Carolo videre videbatur, cum reverentia petebat, quando & quomodo putabat fieri unionem posse? & si diceret forte quod alias dixerat, se paratum acquiescere terminationi Concilii sui, quod vere & juridice universalem præsentat ecclesiam, & ecclesiæ universalis auctoritate fungebatur, petebat, dato quod sic esset, quid in facto Concilium illud proficeret unioni, & quid circa hoc consulere poterit B aut diffinire. Si enim consultum fuerit, & concesso etiam quod juridice terminatum, quod dominus Urbanus, præcessoresque sui & ipse veri fuerint pontifices, & quod diligentiam debitam adhibuerint pro unione exequenda; iterum terminent ipsum tamquam verum pontificem ab omnibus venerandum fore, ceterum terminent aliorum congregationes non concilia, sed conciliabula fuisse irritent, damnent eos & acta per eos, petebat a sanctitate sua, si alios credebat hujusmodi acceptare sententiam, dicens Carolus se certissimum esse quod non, & propterea certissimus erat, quantum humana fragilitas de aliquo certificare poterat, humana consideratione, Concilium suum per C viam illam de facto unionem facere non posse. Insuper si diceret, quod dabitur modus in illo concilio reintegrandi obedientiam quæ fuit domini Urbani, dato, quod sic fiat, quod tamen fieri quodammodo impossibile Carolus putabat, animadvertebat, quod par illa fuit per multos annos, absque ulla divisione, multa principum prosperitate & potentia fulta, & tamen schisma minime sublatum fuit, quin immo quotidie auctum & inveteratum: unde etiam per viam illam Concilium suum unionem producere parum sperandum erat. Præterea dato quod ipse Gregorius una cum Concilio suo omni postposita excusatione, ubicumque in orbe terrarum fuerint adversarii D ejus, utique, videlicet qui dicitur Benedictus, & uniti collegii, terminaverit accedere, ibique suum debitum quodlibet adimplere plene & perfecte, non putabat tamen Carolus, quod, si qui Pisis sunt electionem alterius jam fecerint, stante, quam in facto expertus est, modica erga Dominum Deum reverentia & caritate, insuper urgente in proximos odio & privati honoris & commodi mundani ambitione proterva, non credit, licet unio fieri deberet, ipsam tamen fieri. Movebant quidem præsertim animum suum rationes istæ. Nam dominus Gregorius, adversariis ejus non cedentibus, cedere debere atque teneri non credebat suum consulere Concilium aut diffinire. Quod si huic E viæ dominus Gregorius jam conceperat terminaveratque, suo Concilio illam terminante, assentire; longe præstantius pensabat Carolus certitudini unionis & ipsi domino Gregorio fore, Pistorium accedere, quam festinare suum Concilium celebrare, ut talem exsequatur terminationem, postpositis quidem aliis rationibus publicis & privatis. Hæc propter certitudinem unionis apparebat præferenda, videlicet primo cedere, quam alius eligatur, quam post. Si enim primo cesserit, dubia non est electio ex causa sui, siquidem antequam cedat alius eligatur, sua cessio post factam electionem illam,

nisi

ANNO CHRISTI 1409.

nisi de facto tantum certificare non potest; valeat quidem licet pontifex cedere, non potest sibi substituere pontificem; & si mala seu inepta fuerit electio, illiusmodi cessio post facta ineptitudinem illius auferre poterit multo minus, sive validare. Si dicatur dispensari posse electionem illam per eum prius quam cedat, quis dicet hoc certum esse de jure, an dubium potius est, ac cuilibet juri canonico dissonum & oppositum? Præterea quis credet electum illum & electores hujusmodi postulare dispensationem, vel gratis oblatam acceptare velle? At si dicatur: Ille talis postquam fuerit electus cedere poterit; dicebat quod bene faceret, sed ratione multiplici, & præsertim præteritorum experientia, & præsentium qualitate ponderata, non putabat, quod si tertius eligatur, nisi invite, umquam cedet. Aut enim cogitatur eligendum eligi debere cum modo, ut cedat aliis cedentibus, quisquis electus fuerit, dum voto solemni & juramenti cautione, quantum magis de jure valide fieri queat; & tunc vel credebatur illos qui Pisis erant hujusmodi electionem facturos esse, vel non; detur quod sic, tunc qua ratione habilior modus reperiatur, tres insimul conventuros fore & cessuros quam duos? Si namque difficultas negotii causa impedimenti fuit, aucta causa difficultatis, addi impedimentum necessarie erat. Qualis enim fuerat difficultas conveniendi insimul duos, & modum reperiendi ad cedendum, opus teste erat. Si negotii difficultas, & non partium voluntas causa fuit impedimenti, si quoque voluntas, credendumne est humanæ menti liberum citius cessurum fore, quam eos qui per vota solemnia & juramenta valida ad cedendum obligatos fore toti patebat orbi; vel forte credendum erat, si tertius ille majorem sibi ceteris favorem inspiciat, citius quam ceteri cesserint cedere? Quod autem electio illa non fieret cum obligatione ad cedendum, his rationibus ipse Carolus movebatur. Primo quidem putabat, quod si volebant qui Pisis erant eorum Concilium juridicum & indubitatum asserere, velut asserebant, eorum terminationes, tam circa ejectionem, quam circa electionem fore validas, indubitatas & irrefragabiles omnimode fore cunctis fidelibus conarentur ostendere, & inde non cum obligatione illiusmodi electionem facturos fore, si quidem bono moveretur zelo. Dubitandi maxima inerat ipsis causa, si cum modo cedendi debere elegerint, ne forte si noluerit ille servare promissa, opus eis, sic dato quod jus foveant, illum iterum tamquam alios velut perjurum antiquati schismatis fautorem & hæreticum ejectum & præcisum declarare, & ad quarti electionem pervenire: unde quartischisma pro trischismata fieret. Concludebat ergo de primo ad ultimum, quod ut in principio hujus particulæ proposuit, videlicet accelerationem ad Concilium suum Forojulii, accelerationem posse esse, immo futuram esse credebat accelerationem tertii ad nomen papatus eligendi; quo facto, de unione diebus suis parum, quin immo minime forte erat sperandum. Et ideo suppliciter Gregorium deprecabatur suum modum adhibere, per quem tam proximum, maximum, pessimumque scandalum non fiat in ecclesia sancta Dei.

Dixit nedum per sanctitatem suam, sed per quemlibet fidelem recto animo incedentem hoc sperandum fore. *Prope enim est Dominus invocantibus eum*, sed præsertim *omnibus invocantibus eum in veritate*. Et propterea si recta ambulavit, & ambulabat mente, nihil erat & quod formidare deberet. Si autem non, reverenter suam sanctitatem memorabat, quamvis præsumtuosus nimis esset sibi, quod si homines decipi quandoque possibile sit, Dominum Deum decipi semper impossibile est, nec credat quod Deus ultionum Dominus non vindicaret adhuc injuriam sponsæ suæ dilectæ, sive in eum, sive in adversarios ejus, quisquis injuriæ hujusmodi adversus eam causa fuerit.

Inquit quod certe neque incutiendi sibi timurem causa, neque quemquam blasphemandi, sed quia si veritatem sileret, erga sanctitatis ipsius, quem sibi dominum spiritualem & temporalem cognoscebat, nimia noxium se putaret, pandere proponebat, quod præcipue potuerat ex opinionibus eorum qui Pisis erant. Sciebat quidem multos sanctitati suæ suggessisse, congregatos Pisis multum inter se discordes fore, verum tamquam fidelis perceptor & relator suam reddebat sanctitatem certam, quod si non certificaret populum Christianorum aliter quam illuc usque fecisset, se potius pacem ecclesiæ & unionem divini populi diligere quam papatum, quasi cunctos sibi adversantes reperiret etiam usque ad majorem numerum eorum, quos sibi fidelissimos reputabat. Se quidem vidisse dicebat eos qui obedientiæ fuerant domini Urbani, magis infestos, & adversos contra sanctitatem suam, quam alios longe. Sed & omnes tamen contra eum & adversarium suum unanimes cognoverat. Et licet in aliis particularibus minus concordes essent, contra tamen eos ambos nusquam discordes erant. Per ea insuper quæ viderat, certe nullus eorum hostem habebat, quem non vellet prius in pontificem eligi, & quantum sibi incumberet, in pontificem eligere, quam alter eorum pontifex remaneret. Et licet multas inter eos discordias comprehendisset, maxime ambitiones papatus, & prærogativas quas quisque a benevolo sibi sperabat papa futuro, tamen in ejiciendo eos, quoslibet plus quam concordes repererat. Et certe quisquis fabulabatur oppositum, seu non informatus falsum dicebat, seu adulationis ope fomentum quærens, maxima suæ sanctitatis adstruebat mendacia.

Tunc dominus Gregorius ait se totum stupefactum fore ex his quæ Carolus dicebat. Videbatur namque sibi ipsum mutatum opinionis esse, postquam Pisas iverat. Nam antea modum proposuerat æquum & juri consonum, & modum illum justum & æquum tam sibi quam aliis pluribus bonis rationibus persuaserat. Ipse vero, quamvis attenta juris dispositione aliter procedere debuisset, & rebellium suorum inductis a jure remediis præsumtionem cohibere, & castigare, tamen assensit, nec ab illa opinione mutatus erat, promissa per eum servare intendebat, nec sui erat culpa, si alii justis petionibus & æquis assentire nolebant. Unde stupebat Carolum exhortari ipsum assentire debere iniquæ eorum & fallaci petitioni in detrimentum sui & suorum fidelium; esto quod illi a justitia & æquitate deviassent & deviarent. Et interrogabat Carolum si consulebat ei, quod Pisas accederet.

Ad hæc respondit Carolus, quod mutatus non erat ab opinione sua, nec crederet sanctitas sua ipsum quæ dixerat dixisse, aut quia rationibus illorum convictus, propter veritatis reverentiam, sua opinione mutata, di-

cta

ANNO CHRISTI 1409.

cta mutaverit sua; aut quia prece allectus, aut quia pretio seipsum venumdaverit, aut quia timore percussus, potius multitudinis, quam veritatis favore hærere intendit. Neque enim Domino Deo præveniente & cooperante, tantæ obstinationis esse proposuerat, quod si convictus ratione foret, rationi non acquiesceret & veritati quam cognosceret. Neque etiam tantæ superbiæ erat, quod convictum non puderet amplius mendacium defensare, quam se à veritate victum fateri. Ceterum neque adulationibus perversus erat. Nullo insuper pretio, ullaque pretii spe venumdaverat se, neque tantum multitudine congregationis eorum territus erat, quod veritatem Domino Deo faciente, non præferret humano favori; & quod sperabat sanctitatem suam ejus constantiam majorem experiri, quam eorum qui in facie sibi adulabantur, Domino quidem annuente, sperabat se numquam suam sanctitatem relicturum, nisi juridice ostenderetur sibi ipsum suis demeritis præcisum esse & ejectum. Non insuper videbatur sibi sua variasse dicta, immo paulo ante confessus fuerat & iterum fatebatur, quod apparebat ei qui Pisis erant contra omnem justitiam & æquitatem negasse petita, quidquid in oppositum arguitent. Sed quæ inquierat sanctitati suæ, ideo dixerat, quoniam pax sanctæ ecclesiæ & unio populi Christiani tanto majorem ab ipso exigebat clementiam, quanto adversariorum suorum superabundaverit iniquitas & injustitia. Non enim aliter superari malitia a virtute potest; nec putaret per ea quæ comprehendere posset aliter de suis hostibus triumphaturum fore, & quietem redditurum ecclesiæ. Et propterea sanctitati suæ bis dixerat: *Nisi abundaverit &c.* Et dicebat quod non hortatus fuerat sanctitatem suam allentire illis cum sui & suorum detrimento. Sed licet illi inepte peterent quod Pistorium iret, suæ supplicaverat sanctitati, & supplicabat, quod illorum defectui sua benignitate occurreret. Et hæc omnia propter Domini honorem & sibi commissi populi caritatem. Multum quoque etiam sibi apparebat differens, si supplicasset & supplicaverat sanctitati suæ, quod Pisas iret, vel si supplicabat quod accederet Pistorium. Pisis namque citatus fuerat, quo si accederet, jurisdictionem eis, quam non habebant, facere videretur, cum illis quos in eum jurisdictionem non habere sciebat, assentiret, & coram suo throno vocatus accederet. Unde non solum se, sed pontificale culmen subjiciens subditis, inficiebat illud: maximam insuper opinionem genuisset in posteris adversus omnem juris dispositionem assentire visus, quod cardinales possent Concilium congregare, & ad illud citare papam; pluribus nec non rationibus aliis, quæ per ejus scripta apparebant, dicebat se non supplicasse nec supplicare quod Pisas ad illorum Concilium citatus iret.

Præterea quoniam non solum per ea quæ clandestine perceperat, verum per ea quæ manifeste viderat, & multis tam aliorum, quam eorum qui secum ierant manifesta esse putabat, non credebat, sanctitati suæ personam tutam Pisis esse, potestate civitatis illius existente velut erat in favorem congregatorum Pisis promta; multo quidem minus Concilium. Nec quoque putabant, quod fumia suspicionis rationabili excusatione apparenti, propter detrimentum sui status suæque civitatis reive publicæ excidium evitandum, domini Florentini fortalitia & potestatem civitatis Pisanæ in manibus non suspectorum partibus, & ecclesiæ universalia traderent. Verum ex adverso considerabat quod Concilium Pistorio congregatum, non privatum, sed commune esse oportebat, quia communi consensu & auctoritate congregari alii assentiebant, nec ampliua suæ præjudicabat sanctitati ipsum Pistorii congregari communi partium consensu & auctoritate, quam si Bononiæ & ceteris locis quibus sic congregandum esse assenserat, qui Pisis erant assentirent congregari. Credebat etiam per ea quæ sibi oblata fuerant, quod domini Florentini Pistorium & fortalitias ejus in manibus non suspectorum partibus, & ecclesiæ universalia deponent ad hunc actum celebrandum, ex quo tuta erit persona sua & Concilium tutum & liberum. Si quidem non deponent, tunc orbi patebit, quidquid ex parte sui implesse debuerat, eum fecisse; illos vero minime. Innotesceet ceterum orbi humilitatis ejus abundantia, & suorum superbia adversantium, & multimode fallacia exquisita: unde fortes animo efficerentur multi, convenirentque ad notoriam perversorum malitiam superandam. Deque duobus alterum fieri necesse ipsi Carolo videbatur, si non obstante illorum qui Pisis erant non æqua petitione, Pistorium humiliaverit ire, vel exhibita sibi & suis tutela sufficienti cautione uno fiet, vel apud Dominum Deum & homines justificatus erit penitus, cum nihil omisisse de his quæ tenetur ad unionem perficiendam, & ultra Deus noverit & hominibus patens erit. Sicque a Domino Deo per se & homines ecclesiæ suæ sanctæ & sanctitatis suæ causa fovebitur, ad optimumque dirigetur. Et cum multi propter suspicionem captam in eum ei opponantur, & ipsi tamquam malefactori detrectent, & bonis operibus considerantes eum, glorificabunt Dominum & suæ venerabuntur sanctitatis bonitatem. Supplicabat igitur sanctitati suæ, ne vellet propter modicum permittere tot fidelium errare mentes, & pessimum schisma tot inveteratum annis plurificari, intendi & extendi, cum suæ sanctitatis maxima ignominia & forte demerito. Deprecabaturque sanctitatem eamdem quatenus animadvertere placeret, quale quantumque excidium divino fieret in populo, si non concordabat se cum iis qui Pisis erant; & si se pastorem reputat, ut credebat Carolus, penset quod de minima ove perdita rationem cogetur reddere a Patrefamilias.

His auditis, dominus Gregorius replicavit, illos velle se reos qui fuerunt & sunt sibi fideles in eorum manibus & potestate poni, & quod absolute cedat Concilio in manibus eorum & potestate posito, & quod cognoscebat hanc esse desolationem sui & suorum, dicens, si absolute cesserit, quid fieret de cardinalibus suis, quid de rege Romanorum, & de rege Ladislao, & de rege Ungariæ, & de aliis suis curialibus & fidelibus, quos sciebat propter eorum constantiam erga eum illis exosissimos esse? & concludebat valde apud Dominum Deum se errare

ANNO CHRISTI 1409.

rare credere, & maximam agere impietatem, si sui & suorum perditionis causa foret, ut aliorum satiaret impiam voluntatem; & quod propterea nolebas Deum & suos & conscientiam suam taliter lædera, sed potius mortis periculo sa submittere, sperans in Domino, quod ipsum & suos fideles adjuvabit.

Ad hæc Carolus ait, quod qui Pisis erant, promiserant ipsum & suos bene & caritative tractare, quodque hæc & cetera particulariter promissa sibi, ipso cedente, servabuntur. Volebat promittere & sa obligare unitum collegium insuper acturos & curaturos fore cum effectu, quod sacra Synodus solemniter hoc idem faceret, etiam quod futurus pontifex promissa illa servabit integre & inviolabiliter. De cardinalibus vero suis & de aliis particularibus, nisi velut retulerat, nihil tractaverat. Sciebat namque sanctitas sua, quod nullam habuerit licentiam seu potestatem ab eo tractandi super aliquo cum eis, si non assentiebant prius ad aliquem propositorum iocorum accedere pro unico & communi Concilio celebrando. Noluit igitur mandato & licentiæ contradicere, verum opioabatur per ea quæ comprehendere valuisset, quod cernentes qui Pisis erant ipsius maximam humilitatem & libertatem multa mereri, ipso cedente propter sacram unionem ecclesiæ, contentarentur dominum B. nepotem suum cardinalem remanere, & forte camerarium, quamvis hoc sibi difficilius videretur propter duos collegii illius hoc officium prætendentes. De aliis vero quibusdam, quos non malos reputabant, forte hoc assentient: de duobus quidem videlicet dominis vulgariter dictis Ragusiensi & Seocnsi, nullomodo credebat, quoniam pessimos viros reputabant, & eos & eorum quemlibet causam fuisse destruendæ unionis, & omnis scandali, publice & communiter Pisis ferebatur, & propterea cunctis plusquam exosos esse palpaverat. Principes autem qui suæ sanctitatis fideles fuerant, securos de suo statu fieri decentissimum erat. Alias quidem quando via cessionis tractata est, recordabatur ipsa Carolus dictum fuisse ad omnem futuri scandali inter partes fomitem extinguendum, optimum fore, quod ea quæ dominus Urbanus & sui egerant aut successores in obedientia sua firma & rata haberet universalis ecclesia: similiter quoque quæ ille qui dictus fuit dominus Clemens successorque suus. Namque aliter necesse foret . . . . juris papatus; ad quam delendam cessionis viæ partes assenserunt, suscitare, vel quæ partium jus prosecuta fuisset auctoritatem executione non pari approbando terminare, esto quod sublata fuissent strepitus & figura judicii. De suis quoque curialibus dixit putandum esse, quod benigne tractarentur. Verum adjiciebat, dato quod suos cardinales alii nollent cardinales remanere, & suos curiales in officiis eorum, numquid hoc unionem impedire debebat universi populi Christiani? Audierat nempe a sanctitate sua plurica, ut faverent ei ad sacram unionem perficiendam suos fecisse cardinales. Primos autem, ne inter eos qui adversus eum jam conspiraverant, & decipulas non cessabant suis tendere pedibus, solum se absque Concilio reperiret & favore. Alios quoque, ne rebellantis adversus eum cardinalibus suis, ipse ab eis cum tribus derelictus cum ipsis tantum tribus remaneret. Audiarat etiam a sua sanctitate, quod viros humiles, & quam meliores sciverat elegerat ad ecclesiam sanctam Dei uniendam & reformandam, omni penitus spe humani favoris ejecta. Concesso igitur hoc, cum cardinales istos fecerat propter unionis favorem, & sanctæ ecclesiæ quietem, rogabat sanctitatem suam Carolus, quod non in detrimentum propositi ipsos fecisse reperiatur. Putabat etiam ipsus debere velle suæ dignitati cedere, ne propter hoc sanctæ ecclesiæ impediatur commodum & tranquillitas; videntes præcipue ipsius exemplum, qui post Dominum Deum suus & magister, & pontificali quæ major erat suis dignitati renuntiabat, ut quiete & commodo fruatur ecclesia. Si autem nollent, cum mala in hoc deprehendatur eorum ambitio, potius ecclesiæ commodum coli a sanctitate sua supplicabat, quam ipsorum prava voluptas. De suis vero cardinalibus similiter dicebat, concludens in responsione hac, quod si videbatur sanctitati suæ annuere petitioni eorum qui Pisis erant, cum opportunum foret tractare de securitate sui accessus Pistorium, & Concilii tute ibi celebrandi, futurique pontificis libera electione, poterat, immo decens erat de statu suorum cardinalium futuro tractare, necnon de securitate status principum qui fuerant constantes in obedientia sua, & de aliis suis sequacibus & fidelibus.

Ad hæc dixit dominus Gregorius, quod se & suos, sicut dixerat, in potestate rebellium suorum, & in ipsorum perniciem manifeste tradere non intendabat. Tractandi quidem ea quæ dicebat Carolus modum non inspiciebat, qui sibi & suis non obesset nimium. Nam tempus aderat indicti per eum Concilii, & semper titubaverat quando Carolus Pisas iverat, ne per verba sine fructu ab illis duceretur, ut sub concordii velamine agerent quæ disposuerant: ipse autem & sui pacem sperantes, præparationem Concilii, & accessum ad Concilium negligens, seu saltem differens, & sic inciderat in eo in quo timuerat incidere. Nam sub spe accessus ipsius, credens quod illi tam justas & æquas petitiones non negarent, non providerat sibi de galeis & opportunis navigiis, ut valeat ad Concilium accedere, cum ei non sit tutum per terram iter. Unde factum erat, quod cum multi venire disposuissent ad Concilium suum, non videntes apparatum ejus, a dominio diffidentes quod Concilium celebrare debeat, accedere tardabunt, vel forte non venient, et sic suum dilationibus et versutiis multis destruxere Concilium, cum maximo eorum conciliabuli favore. Nolebat igitur totaliter ipsorum pravam intentionem suum destruendi Concilium, quantum in eo erat, votum consequi; et propterea deliberabat, omni labore et periculo neglecto, infra statutum tempus ad locum Concilii sui indictum accedere, nec ulterius per practicas tendere, cum vix sibi tempus superesset reperire se vadendi in loco quem dixerat. Stamti temporis in principio, in quo saltem per mensem ante attingere debuisset, exigente consuetudine, nec minus opportunitate negotii imminentis. Ajebat insuper quod a principio usque nunc sub fallacia unionis, hostes sibi laqueos extenderunt, et quod oratores Gallici ostendendo unionem tractare, cardinales suos ei rebellare et ab ipso discedere subduxerunt, quod postea completum est per oratores Florentinorum, sub eadem fallacia ut antea factum fuisset, nisi suis cardinalibus tractandi quidquam,

ANNO CHRISTI 1409.

quam, & simul conveniendi sine ipso, eum de seditionibus illiusmodi perpendit, inhibuisset. Dicebat tamen quod licet ab Arimino discederet, Concilium celebraret, paratus erat si qui Pisis erant propositum mutaverint, & petitis assenserint, ad quemcumque propositorum locorum accedere, & promissa servare, & quod nullomodo ad terras Florentinorum accedere volebat, de quibus confidere minime poterat nec debebat ulla ratione. Hisque subjungebat, licet qui Pisis sunt crederent eum sub altitudine oblationis & cautionis sibi fiendæ per suum quem dicebant unitum collegium, & Concilium faciliter decipere, non tamen per divinam gratiam tantæ erat insipientiæ, quod ignoraret quomodo valide futurus pontifex posset obligari ad servandum promissa illa. Unde conscius periculi proprii & suorum, nolebat nec debebat velle, cum valeret & deberet juridice & æque evitare, illud subire gratis.

His finitis, Carolus ait, sibi apparere potissimam esse causam futuri excidii Christianæ plebis, quidquid sua sanctitas dixerit, quod omne quærebat subterfugium ne cederet, licet plurimos fingeret honestatis colores. Si namque qui Pisis erant petitis assensissent, si justæ erant rationes & æquæ quas reddiderat, cum ad cessionis conclusionem perventum fuisset, ipsas easdem assignasset, & si istæ ad justam executionem admittendæ sunt, ita & illæ fuissent, ne videlicet cedere deberet, cernens palam sui suorumque periculum, neque enim plus ecclesia posset futurum obligare pontificem, ubicumque foret petitorum locorum quam Pistorii. Petebat igitur a sanctitate sua, si hæc olim mente gesserat, quare toties circa petitorum obtentum laborare permiserat frustra, supplicabatque humiliter sanctitati suæ, quatenus amore Domini nostri Jesu Christi, si quietem ecclesiæ sanctæ, se mediante, optabat reddi, omnem possessionis papatus a se abdicaret cupiditatem, & animadvertere placeret centuplum in æterna vita se recepturum pro hac transitoria & multum post tempus necessario amittenda gloria, & illum voluntarie relinqueret propter Dominum. Insuper quæ bona ex quiete & unione populi divini sequerentur omnia in præmium & gloriam ipsius redundare. Ex adverso quot mala in ejus ignominiam, amaritudinem & jacturam. Quidquid enim contra dicerent adulantes sibi, nulla ratione cernere valebat, quod & alias dixerat, unionem fiendam, ipso non cedente, & quoniam nonnullos oblocutores fari ausos fuisse sciebat, suam amplius mereri sanctitatem sanctam ecclesiam bene gubernando, bonisque reformando prælatis, quam se ipsam pacificando per cessionem in manibus pravorum, sicut hactenus fuerat, relinqueret, memorabat sanctitas ejus cum supplici reverentia, quod videbatur ipsi Carolo datum fuisse sanctitati ejus a Domino Deo immensis scandalis & exitiali fere jacturæ universi populi Christiani, antequam evenerint, occurrere posse. Si autem papatum prædilexit, quidquid fabulatores fingant, quod detur illi submersum ejus culpa populum liberare, & laceratam ecclesiam restaurare & reformare, omnino non credit. Poterat namque unico actu plura nunc sibi populoque ei subjecto mereri atque prodesse, quam omisso hoc, si centum annis virtutibus studeret in posterum. Vidisse enim ajebat in codicibus S. Romanæ ecclesiæ plures summos sacerdotes ipsam optime rexisse, doctrina & morum exemplo excellentes; nec tamen isti mortem propter Dominum evitarunt, ut populo ejus vivendo proficerent. Tantæ enim humilitatis fuerunt, quod semper se indigne præesse putarunt, nec umquam præsumpsisse auserunt, adeo quod dignos se crederent populo Domini prodesse valere, & quod Dominus populum ejus non immense amplius illis dilexerit, & dilecturus sit usque in finem. Neque etiam tam modicæ fuere fidei, quod nesciant, quod Dominus sponsæ suæ quam sibi pretioso ejus sanguine dedicavit, non provideat de opportunis præsulibus, sive boni sive discoli humano appareant judicio, & quamvis hominibus datum sit homines ad prælaturas vocare, quod licet quandoque recta quandoque iniqua, quandoque inscia mente homines exsequantur; tamen Dominus est qui numquam valet errare, cujus dispositione dispensationeque homines hominibus præferuntur, & propterea morti se ultro obtulerunt, quod nequaquam fecissent, si adulationibus & falcis satanæ suggestionibus acquievissent, atque si Domino Deo suo minus moriendo quam vivendo novissent se placituros, & quamquam plures eorum qui optime populum regebant, & tamen gubernationem populi moriendo sponte reliquerunt, multi tamen summo sacerdotio quam aliis prælaturis indigni, immo pessimi e vestigio in principatibus secuti fuerunt, non fuerunt illi suo frustrati merito, nec eorum præmium minutum. Manifeste quidem Carolo apparebat diabolicam suggestionem esse, cum valeret occurrere, sanctam ecclesiam prius scindendi in novam scissuram, vetere permanente, occasionem aliis præbere, ut ipsam in melius, quam a centum annis fuerat, reformet, etiamsi ipsius gubernationi intenderet, præponere viros qui sibi idonei viderentur & optimi. Nam sub spe incerti commodi futuri, certum inferebat esse incommodum & detrimentum. Propterea si hæ ascenderant in corde suo cogitationes, rogabat ab ipso tamquam pessimas & universu domini populo, nec non ipsius animæ officiosas evelli, & ea supplicabat sanctitatem suam tota mente amplecti, quibuscumque privatis abjectisque, quieti & unioni sanctæ matris ecclesiæ fuerint profutura.

Propter hæc igitur quæ Carolus dixerat, aliqualiter visus est dominus Gregorius contristari, & ait, quod vere apparebat Carolum maximum peccatum acquirere, judicando ea mentis suæ fuisse & esse, quæ non fuerant nec erant. Nam numquam proposuerat nec proponebat potius papatum velle, quam ecclesiæ sanctæ quietem, & unionem populi Christiani: neque rationes illas assignaverat, ad quærendum subterfugium ne cederet: quoniam pacem & unionem veram videns sequi ex cessione sua, cedere semper paratus fuerat atque erat. Et dicebat quod si Carolus sciret mentem suam, non putabat ipsum tantum cum persuasionibus plurimis quas sibi fecerat institisse ut cederet, quoniam opus ei non erat illa persuadere ad quæ anhelabat tota mente, dummodo reperire valeret modum per quem cedendo non maximum augeretur in ecclesia scandalum, maximaque in eos qui fuerunt sibi fideles jactura. Siquidem secum personaliter convenire voluisset adversarius suus antequam cessisset, intendebat secum concordare de modo adhibendo, per quem futuri pontificis canonica & indubitata sequeretur electio, ne fieret error no-

vis-

ANNO CHRISTI 1409.

vissimus pejor priore; ipso quidem minime secum conveniente, arbitratus fuerat opus esse sacri Concilii congregandi, quod & fecerat, & quamvis jure sibi competere hujusmodi Concilium convocare & celebrara cognosceret, tamen ad petitionem principum sibi fidelium & ipsius Caroli inclinaverat se, omisso juris sibi competentis rigore, ex quo opus illis unionis exigere videbatur, unum communi consensu congregari Concilium in loco partibus tuto & æquo, & quoniam Concilium sic congregari assenserat, ad illud utique convenisset, nec cedere renuisset; sed omissis jurgiis privatis, quæ inter eos qui Pisis erant, & præcipue qui sui fuerant cardinales et ipsum agitabantur, ad obviandum sanctæ ecclesiæ scandalis, et proprio sui et suorum periculis, attentis odiis et inimicitiis, quæ a suis olim cardinalibus contra ipsum et suos fideles exorta fuerunt, clam et palam, nec non opprobriis et minis et injuriis attentatis et illatis in sa et suos, duobus per sacram illam et liberam Synodum provideri, ipso omnino cedere volente, antequam cederet, petivisset. Primo quidem quod futuri pontificis canonicæ et indubitatæ electioni providerent. Secundo quod eligeretur talis, qui suspectus non esset partibus justa et evidenti causa; sed de ejus persona possent partes merito confidere. Hæc autem sibi tam justa videbantur, quod certus quasi erat illa obtinere, præsertim si Concilium liberum foret, quod nequaquam esse poterat in ditione Florentinorum. Sciebat namque Carolum scire, si non dissimulabat, quomodo poterat confidere Florentinis. Sciebat et eorum astutias, infestamque voluntatem ad obtinendum quod volebant, blanditiis, pretio et minis. Sciebat, quod aliqui ex suis olim cardinalibus, qui intentioni ejus et captivitati, si fieri potuisset, assenserant, immo quod fieret instanter laboraverant, ad papatum anhelabant, quibus non parvam favoria spem Florentini tradiderant, quæ Carolus non ignorare sciebat. Ex quo si exhiberet Florentinis quod cupiunt, obtinendi facilitatem et commodum in Deum, in se et suos graviter peccare putaret. Quomodo enim, si aliquis ex illis eligeretur, quæcumque sibi et suis promitterentur, etiamsi Concilium se obligaret, confidere posset ipse et sui quod servarentur? quomodo insuper majus commodum ad obtinendum eorum cupiditatem contra se et suos illis præstare valeret, quam si in una terrarum suarum, quæ in medio potentiæ eorum est, Concilium fieri assentiret? An ignorare dicebat Carolum Florentinos misisse ad se deducendum plures ex curialibus ejus, oblationibus, contumeliis, et minis; subditis vero suis per publica edicta mandasse, quod nisi ab eo statim discederant, confiscatis illorum facultatibus cunctis, perpetuo ab omni electorum dominio exsularent? Dicebat si ergo in Arimino terra sanctæ matris ecclesiæ et sibi fidelissima et tutissima tantum contra eum ausi fuerant, quid facerent in Pistorio vel S. Miniato? Nimis quidem hæc ignorare crassa ignorantia fuerit, nimisque impia pietas in se et suos fideles; et propter hoc non ad subterfugiendam cessionem nolebat ad illa accedere loca, et quæ dixerat propterea dixerat, quidquid Carolo cogitara placeret, seu de mente sua judicare. Si namque assentissent petitis qui Pisis erant, ajebat mentem suam comprehendisset per Dei gratiam universa ecclesia

A manifeste, et quod non plus dilexisset papatum retinendo illum, quam pacem ecclesiæ sanctæ et unionem populi Christiani juri suo cedendo et papatui renunciando, experientia docuisset. Nam sicut dixerat, jam existente in libertate plena et debita de jure, sacro Concilio congregato velut quæsierat, obtentis justis petitionibus supradictis, securi fuissent adversarii in futuro, quia modus datus exstitisset, quod nullus eligi posset, qui justa ex causa suspectus esset partibus. Securus erat ipse, securi principes, qui propter fidem ipsi servandam hostes effecti fuerant illorum. Securi forent curiales sui et præsertim illi, qui in defendendo veritatem et justitiam suam, et intexendo B contra eos processus et publicando, licet sui mandato, illis displicuerunt nimis, qui justam timoris causam habent maximam præ ceteris, propter minas illatas ei præ ceteris, et sic juribus cedere suis et papatui renunciare potuisset, et fecisset absque conscientiæ suæ scrupulo, nullamque habuisset querimoniæ causam, quotquot sibi fideles fuerant, quod eos propter ignorantiam seu malitiam seu desidiam tradidisset aut vendidisset in manibus inimicorum suorum. Subjungebat quoque quod nesciebat conspicere quare Carolus crederet, quod ipse tantum papatum diligeret; manifestum quidem erat, quod papatum non quæsiverat, nec aliquem rogaverat ex his qui in concla- C vi sui fuerant electores, quod ipsum in papam eligerent, et quando acceptavit, non cum intentione retinendi papatum acceptaverat, et sic juravit, quod et postmodum confirmavit. Manifestumque erat, quod ex papatu isto numquam receperat nisi labores, irrisiones, opprobria, contumelias, blasphemias, minas, insidias, et omnia fere malorum genera. Nullam diem viderat, secundum orbem, quietis animi, nullam solatii corporis. Sunt igitur, dicebat, ista tam affectuose optanda, si ea quærere velles, inquiebat, quæ orbis erant: nonne melius fuerat ei antequam ad statum istum fuisset assumtus? sed considerata conditione sua, quotquot sibi adversabantur, con- D siderataque ætate quæ naturaliter quietis est avida; quanto magis nunc cum tot & tanta sibi suisque in statu mundi hujus pollicita sunt? Inferebat ergo, si aspectum mundi & suorum consanguineorum affiniumque opes diligeret, quæ sibi promittebantur, acceptaret; sed quia nolebat suos fideles & seipsum, immo sanctam matrem ecclesiam contra omne debitum juris necare & obruere; & consentiendo quod Concilium congregaretur in territorio Florentinorum, & præsertim in medio potentiæ suæ, esset necare & obruere sanctam matrem ecclesiam, se, & suos fideles, propterea deliberabat nullomodo talibus assentire, sed suam spem ponere in Domino & potius mortem pati.

E Conticentibus igitur paulisper cunctis, dominus Gregorius dicens, ex quo non videbatur Carolo, quod illi territorium Florentinorum egredi vellent, nec ipse debebat, nec valebat ad loca Florentinorum accedere; & præsertim quia erant in centro dominii sui; petiit a Carolo si modus reperiri valeret alius, per quem vera & non violenta unio fieri posset, dicens si bonus reperietur, se plus unionem quam papatum diligere ostenderet.

Ad hæc Carolus dicebat, quod videbatur sibi comprehendisse, ipsum nequaquam per procuratorem cedere velle, neque in manibus procurato-

trum; aeque concordare insuper posse & adversarios de loco in quo conveniant, & communi consensu celebrent Concilium. Nullum igitur medium aliud conspiciebat factibile cognita partium voluntate.

FRAGMENTUM SCRIPT. ANTONII DE BUTRIO I. V. D.

Ad Cardinales Pisanum Concilium habentes.

INCIPIT TRACTATUS .D. ANTONII DE BUTRIO.

Jesus Christus.

De hac lucubratione vide quæ diximus in præfatione ad hoc Pisan. Conc.

Reverendissimis in Christo patribus & dominis DD. episcopis, presbyteris, atque Diaconibus cardinalibus S. R. E. pro pace & unione gregis Christi in Pisana urbe in unum congregatis, Christi gratiam in patientia, & perseverantia unitatis, & finem Altissimo placitum habere.

Ex Cod. MS. Felini in Bibl. Canon. Major Eccl. Luc.

REM magnam aggressi estis, & adversitatibus plenam: gloriamini in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio vero spem; spes autem non confunditur. A caritate hac quietis, pacis, & unitatis Christianorum quis separabit vos? an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? tribulationes passi estis magnas, sed patiemini etiam. Parate vos ad tentationes; factum hoc Christi est. Creditis in re tanta propugnatores, repugnatores non habere? Passi sunt Apostoli, quorum typum geritis; sed & Christus. An discipulus super magistrum? Generosos animos probat labor & nutrit; & virtus in adversitate perficitur; & tunc etiam valentius in veritate reficitur, cum ardentius pro veritate fatigatur. Hæc zelo Dei agantur, quæso, non quærentes quæ nostra sunt, sed quæ Jesu Christi; si finem quærimus optatum. In hac re homunculus ego rudis & agrestis, parum, immo nihil quod offeram habeo, non aurum nec argentum est mihi, non potentia, non armorum subsidia; offero quod possum, ardentis animi affectum ad pacem populi Christiani, & bonam voluntatem. At minutum & leve hoc; sed talentuli a Domino dati agilem fructum compilationis libelli hujus ad repellendos latrantium mores contra pacem in re hac, quam puto, defendendam, justitiam & veritatem, totum quod dixero subjiciens correctioni vestræ ac emendationi Concilii generalis, & ecclesiæ sanctæ; ex nunc revocans si quid minus catholice fuerit prolatum, aut scriptum.

Narratio facti gestorum per contendentes & dominos cardinales in schismate tollendo.

Post obitum Gregorii XI. anno D. 1378. die 27. Martii, fuerunt duo ad pontificatum summum ab eisdem cardinalibus assumpti. Primo quidam B. * Barensis archiepiscopus, qui per impressionem Romani populi prætendebatur a cardinalibus electus, sed non sincere. Secundo, se collatis cardinalibus in Ananiam, ubi se securos reddebant, electus est quidam R. * Gebennensis; & primus vocatus est Urbanus VI. secundus autem Clemens VII. cum quo Clemente de Italia omnes pro tunc cardinales Avinionem accesserunt, cui adhæsit Illustriss. rex Franciæ, & cætera pars Christianitatis. Urbano autem adhæsit rex Bohemiæ, & tota Alemania, & Anglia cum majori parte Christianitatis. Omnes autem cardinales antiqui steterunt in fide Clementis usque ad vitæ exitum; duobus etiam hodie viventibus in eadem fide perseverantibus a principio, & temporis successu. Hinc & inde pro uno & reliquo habita, & reddita fuerunt peritorum consilia diversa & contraria; varietas etiam in facto fuit. Post mortem Urbani VI. pro illa parte a cardinalibus ab eo annunciatis assumptus fuit Bonifacius, & post eum Innocentius VII. & post eum hodie Gregorius XII. Pro parte alia post mortem Clementis, Benedictus. Interim aliqui se fecerunt neutrales, nulli adhærendo: aliqui post adhærentiam ab obedientia recedendo; aliqui de una obedientia ad aliam se transferendo; ut Januenses, & Leodienses. In maxima conquassatione stante navicula Petri, interim magnam plagam passa est Christianitas in guerris civilibus & extrinsecis, & multæ civitatum depopulationes sequutæ sunt, præsertim in Italia, & variæ novitates. Avaritia, ambitio, simonia multum crevit inter clericos, multi inhabiles ad dignitates promoti sunt, & ad nutum potentum ecclesia regebatur. Lasciviæ magnæ pullularunt in clero, usurarum vitium inter laicos ubique discurrens nummulariorum mensas occupavit, & pene artes omnes fucatis coloribus latenter subintrabant, nervus ecclesiasticæ disciplinæ in contemptum habebatur; veritas, caritas, pietas, justitia, & Dei honor, & morum omnium honestas a Christi populo patiebatur exilium; & quod omnium pejus est, in desideriis suis laudabantur peccatores: ille acceptior in populis, qui raptu, aut potentia per fas & nefas ditior prodibat ad publicum; hinc etiam sepulchrum ad altaris conspectum ornatius occupabat, qui manifestius, & voracius usuras exercebat. Talis morum ruina, & quidquid populos terrebat, divisioni, & merito, adscribebatur ecclesiæ. Tandem mortuo Clemente, præstitum fuit juramentum in assumptione Benedicti in forma inferius describenda. Similiter & in assumptione Innocentii VII. sub certa forma, quam non refero, quia morte prævento Innocentio effectum fuit evacuatum. In assumptione autem Gregorii XII. DD. cardinales, compatientes Christianitati, præstiterunt ad tollendum scripta in forma sequenti votum, & juramentum; & similiter in assumptione Domini Benedicti.

* Bartholomæus.

* Robertus

Forma juramenti D. Benedicti, & ejus Cardinalium.

„ Nos omnes, & singuli S. R. E. Cardd. „ congregati pro elect. futura in conclavi, ante Altare, in quo Missa communis celebrari consuevit, pro Dei servitio, unitate suæ „ ecclesiæ sanctæ, ac salute animarum omnium fidelium, promittimus & juramus ad „ SS. Dei evangelia corporaliter per nos tacta, quod absque fraude & dolo, & machinatione quibuscumque ad unionem ecclesiæ „ & finem imponendum schismati proh dolor! „ in ecclesia nunc vigenti, quantum in nobis „ erit, laborabimus fideliter, & diligenter: & „ per nos, quantum ad nos pertinet, seu „ etiam pertinebit, dabimus pastori nostro & „ gre-

ANNO CHRISTI 1409.

„ gregis Dominici, ac Vicario Christi, domi- A
„ no nostro futuro qui erit pro tempore, au-
„ xilium, consilium, & favorem, nec ad im-
„ pediendum, vel desendendum præmissa da-
„ bimus auxilium, Consilium, vel favorem di-
„ recte, vel indirecte, publice, vel occulte;
„ & ista omnia, & singula, & alias etiam
„ ultra præmissa vias utiles, & accommoda-
„ tas ad utilitatem ecclesiæ & unionem præ-
„ dictam ejusdem; sane & veraciter, & sine
„ machinatione, seu excusatione, vel dilatio-
„ ne quacumque servabit, & procurabit posse-
„ tenus quilibet nostrum, etiamsi fuerit as-
„ sumptus ad Apostolatum, etiam usque ad
„ cessionem inclusive per ipsum de papatu fa-
„ ciendam, si DD. cardinalibus, qui nunc B
„ sunt vel erunt in futurum, de his, qui sunt
„ nunc vel majori parti hæc pro bono eccle-
„ siæ & unitatis prædictæ videatur expedire.
„ Et ego Guido episcopus Prænestinus prædi-
„ cta juravi, & promisi, & mea manu sub-
„ scripsi. Idem D. Nicolaus episcopus Alban.
„ Idem D. Leonardus tit. S. Sixti presbyter
„ cardinalis. Idem D. Bertrandus tit. S. Po-
„ tent. presbyter cardinalis. Item D. Thomas
„ tit. S. Praxedis presbyter cardinalis. Idem
„ D. Johannes tit. S. Ciriaci in Thermis pres-
„ byter cardinalis. Idem D. Johannis tit. S.
„ Vitalis presb. card. Idem D. Petrus tit. S.
„ Susannæ presb. cardinal. Idem Johannes tit.
„ S. Anastasiæ presbyt. card. Idem Martinus C
„ tit. S. Laurentii presb. card. Idem Johan-
„ nes tit. S. Johannis & Pauli presb. card.
„ Idem Petrus tit. S. Petri ad vinc. presb.
„ card. Idem Guillelmus tit. S. Ceciliæ presb.
„ card. Idem Petrus tit. S. Mariæ in via la-
„ ta diac. card. Idem Petrus tit. S. Mariæ in
„ Cosmedin, diac. card. Idem Amadeus tit.
„ S. Novæ diac. card. Idem Galeottus tit. S.
„ Georgii ad velum aureum diac. card.

Affert hanc formulam Raynaldus Annal. An. 1394. n. 6. sed desunt apud illum subscriptiones

Qui scripserat cedulam propria manu, & subscripsit, & præsupponitur in facto quod a majori parte cardinalium declaratum fuit D. Benedicto viam cessionis expedire, & super hoc fuit pluries requisitus, ita quod conditio juramenti purificata est. Et postea per litteras D D. Benedicti responsivas ad litteras D. Gregorii approbata & declarata responsione ad petitionem Ambaxiadorum illustris regis Franciæ; qui intendebat viam cessionis omnibus aliis viis anteire, ut patet ex declaratione quam fecit Marsiliæ.

Formula juramenti Gregorii & ejus Cardinalium.

„ In nomine S. & individuæ Trinitatis. An-
„ no a nativitate D. N. J. C. MCCCCVI. ind.
„ 14. die martis 23. mens. Novemb. in die S.
„ Clementis, Apostolica Sede vacante per obi-
„ tum sel. rec. D. Innocentii papæ VII. con- E
„ gregati, & ad invicem collegialiter coaduna-
„ ti pro futura electione summi pontificis ce-
„ lebranda infrascripti reverendissimi in Xto
„ Patres & DD. Angelus Hostiensis Florenti-
„ nus, Henricus Tusculanus Neapolitanus, An-
„ tonius Prænestrinus Aquilejen. Epis. Ange-
„ lus tit. S. Potentianæ Lauden. Conradus tit.
„ S. Grisogoni Militen. Angelus tit. S. Marci
„ Constantinop. Jordanus tit. S. Martini in
„ Montibus de Ursinis, Joannes tit. S. Crucis
„ in Jerusalem Raven. Antonius tit. S. Praxe-
„ dis Tudert. presb. Rainaldus tit. S. Viti in
„ Macello de Brancatis, Landulphus tit. S.
„ Nicolai in carcere Tulliano Barrens. Oddo
„ tit. S. Georgii ad aureum vellus de Colum-
„ na, Petrus tit. S. Angeli, & Angelus alias
„ Joannes tit. S. Cosmæ & Damiani Leodin.
„ vulgariter nuncupati. Diac. S. R. E. card.
„ in cappella communi S. palatii Apostolici
„ Romæ apud S. Petrum intra conclave con-
„ suetum, quem pro loco ad infrascripta ele-
„ gerunt, & etiam deputarunt in præsentia mei
„ Barontii de Pistorio, & aliorum notariorum,
„ & testium infrascriptorum. Considerantes
„ christianæ religionis infamiam, detrimenta,
„ & graves fidelium molestias, atque pericula,
„ quæ hactenus emerserunt & emergere veri-
„ similiter est censendum, nisi salubriori re-
„ medio & in tempore, Domini favente cle-
„ mentia cujus res agitur, occurratur; & pe-
„ stifero, & damnabili schismate, quod tan-
„ tis, proh dolor! temporibus in scissuram chri-
„ stianæ fidelitatis gravissime perduravit, &
„ durat, nec piam provisionem pro ipsius schis-
„ matis remotione per eos factam aliquem ef-
„ fectum produxisse; ac intendentes ad reme-
„ dia fortiora, non quod necessarius (*ita*)
„ pro parte eorum justitiam suadeat, quod
„ jus verissimum est & plena veritate fulci-
„ tum; sed quod pro integratione & unitate
„ Christianorum ex malitia temporis, de fa-
„ cto, etsi non de jure, expediat; eligentes
„ & in specula eorum considerationis extollen-
„ tes quanti posset esse discriminis, si dilatio
„ in electione summi pontificis fieret, tempo-
„ sum malignitate pensata; universaliter sin-
„ guli, & singulariter universi unanimiter &
„ concorditer, nemine discrepante, ex cer-
„ ta scientia convenerunt, voverunt Deo, ac
„ ejus Matri virgini gloriosæ, ac SS. aposto-
„ lis Petro & Paulo, totique cælesti curiæ ju-
„ raverunt invicem, unus alteri, & e contra,
„ se obligando solemniter promiserunt; quod
„ si quis eorum fuerit assumptus ad apicem
„ apostolatus summi pro integratione unita-
„ tis Christianorum renuntiabit effectualiter ju-
„ ri suo & papatui, pure, libere, & simplici-
„ ter, si, & quando antipapa qui est, & qui
„ pro tempore fuerit consimiliter renunciabit,
„ & cedet prætenso juri & papatui, sive de-
„ cedat; dummodo anticardinal. effectualiter
„ velint cum ipsis dominis de sacro collegio
„ sic convenire ac concordare, quod ex hoc
„ sacro collegio & episcopis sequatur juste ca-
„ nonica electio unici summi pontificis Rom.
„ ac etiam promittentes se facturos & curatu-
„ ros, omni dolo, fraude & maligna interpre-
„ tatione cessantibus, pro posse, quod si quis
„ ex DD. cardinalium absentibus vel extra col-
„ legium per eos assumatur in papam, eamdem
„ faciet obligationem. Ac quod in mensem, a
„ die suæ inthronizationis numerandum per suas
„ extensas apostolicas litteras regi Romanorum,
„ antipapæ, & ejus prætenso collegio, regi
„ Franciæ, & omnibus aliis regibus, illustribus
„ principibus, prælatis, universitatibus, com-
„ munitatibus christianitatis, secundum videre
„ præfator. dominorum de collegio, præmissa
„ omnia indicabit, & ea se offeret impleturum
„ & paratum ad cessionem modo prædicto, &
„ ad omnem aliam viam rationabilem, per
„ quam prædictum schisma tollatur, & unio-
„ nis subsequatur integritas in ecclesia Christia-
„ norum; & quod omnibus supradictis ultra
„ præmissa suos solemnes destinabit oratores,

„ in-

ANNO CHRISTI 1406.

„ infra tres menses a die inthronizationis prædictæ computandos, illis quibus de Concilio præfatorum dominorum sacri collegii sui videbitur; & ipsis ambaxiatoribus cum effecto imponet cum consilio eorumdem dominorum de locis decentibus eligendis ab utraque parte, eisque potestatem dabit plenariam de loco conveniendo habili, & decenti. Ac etiam promittit similiter, ut præfertur, quod pendente tractatu unionis hujusmodi effectualiter & realiter ex utraque parte non creabit neque faciet aliquem cardinalem, nisi causa coæquandi numeri sacri collegii cum numero prætensi collegii anticardinal. prædictorum, nisi ex defectu steterit adversæ partis quod unionis præfatæ conclusio infra annum, a fine dictorum trium mensium computandum, non fuerit subsequuta. Quo casu eidem liceat cardinales eligere, & creare, prout pro statu Rom. eccl. videbitur convenire. Et hoc de non creando cardinal. nisi modo prædicto in forma congrua insinuabit antipapæ & prætenso collegio supradictis, ut ipsi similiter sic faciant. Nec non quod omnia præmissa inchoabit, & inchoanda media prosequetur, & fine debito terminabit, nihil de contingentibus necessariis & utilibus vel quomodolibet oportunis quantum in eo fuerit (omittendo). Quodque statim post ejus electionem, & ante publicationem omnia & singula supradicta confirmabit & approbabit authentico modo; & de novo similem promissionem faciet in omnibus & per omnia coram dictis dominis de collegio, testibus, & notariis; & subscriptionem faciet manu propria instrumentis, ut infra de cardd. continetur, & consimiliter hujusmodi ratificationem, approbationem, & promissionem effectualiter faciet in primo consistorio publico, vel generali, quod post coronationem suam ad hoc, commodo, consueto & congruo tempore celebrabit. Insuper præfati dd. cardd. voverunt, juraverunt & ad invicem promiserunt, quod per suas litteras intra mensem a die inthronizationis prædictæ collegialiter intimabunt de electione facta, necnon de voluntate, & promissione quoad unionem prosequendam. Et omnia supradicta omnibus præfatis Dominis, prout & sicuti facere tenetur qui erit electus, ac etiam inchoata mediabunt prosequentur, & finient, quantum in eis erit; nihil de contingentibus, necessariis vel oportunis quomodolibet, seu utilibus omittendo. Quæ omnia & singula promiserunt ad invicem inter se, & vicissim, ut supra, attendere, observare, facere, exequi, & effectualiter adimplere, bona, pura, & sincera fide, omni dolo & fraude cessantibus. Et sic quilibet eorum juravit corporaliter manu tactis sanctis evangeliis coram eis præsentialiter positis servare, adimplere, & exequi, prout superius continetur. Quodque a prædictis promissione, voto, & obligatione ac juramenti præstatione, & ejus observatione ac omnibus supra dictis & singulis nullus eorum absolutionem petet, seu impetrabit per se vel alios, & impetratis, seu impetrandis non utetur, & sibi concessam nullatenus acceptabit. Nec data potestate per ipsum alteri faciet se absolvi, seu etiam secum in aliquo dispensari; sed volet perpetuo dicto vinculo manere obligatus. Et nihilominus ad majorem certitudinem (&) firmitatem quilibet D. de collegio supradicto teneatur subscribere se manu propria omnibus, singulis instrumentis conficiendis; exinde quatuor instrumentorum (sic) quilibet ex ipsis DD. de collegio, unum vel plura habere valeat pro ejus arbitrio voluntatis. Actum in cappella præfata præsentibus &c.

ANNO CHRISTI 1406.

Subscriptio DD. Cardinalium.

„ Ego Angelus Hostiensis episc. card. Floren. sicut præmittitur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium manu mea subscripsi. Similiter singuli subscripserunt se, inter quos card. Constantin. qui post hæc electus fuit.

Reiteratio sacramenti D. Gregorii post electionem.

Anno prædicto die 30. mensis prædicti electus fuit D. Angelus tit. S. Marci presb. card. Constantinopolitanus dictus Gregorius papa XII. & eadem die statim post electionem idem votum, sacramentum & promissum fecit, prout superius continetur, in præsentia dictorum Dominorum cardinalium, testium & notariorum, & se subscripsit in singulis instrumentis, quorum quilibet cardinalium habebat unum in hac forma.

„ Ego Gregorius XII. hodie, ultimo novembris, MCCCC. sexto, assumptus in Romanum Pontificem, sic ut præmittitur, juro, voveo, promitto, & confirmo omnia supradicta.

Post quæ destinantur litteræ per Gregorium, invitatur Benedictus ad unionem, offertur via cessionis, dicitur de apicibus juris non disputandum, nec semper suo juri inhærendum. Acceptat Benedictus mutuis litteris oblata; involute tamen. Similiter se offert ad cessionem; scribitur Romanorum regi, regibus aliis, principibus, comitibus, & universitatibus. Excitatur ex hoc populus Christi in magnam spem desideratæ unionis; trasmittuntur legati per Gregorium ad Benedictum, inter quos nepos proprius tunc episcopus Motonen. Tristantur DD. cardinales de tali legatione, timentes ne colludatur. Per legatos eligitur Saonæ locus; approbatur per D. Gregorium per litteras Saonæ scriptas, & per litteras destinatas ambaxiatoribus propriis legatis ad illustrem regem Francorum. Retrahitur a fervore Gregorius; quærit occasionem recusandi locum, & recusat propter timorem, & insidias, quas dicit se timere. In termino primo Saonam se offert Benedictus, & expectat usque ad secundum; se interponunt legati Franciæ, legati Venetorum, & Florentiæ. Ponuntur in medio loca habilia; modo unus, modo alter refutat; longe ab eis concordia est. Vacillationibus, & involutionibus legatorum capita involvuntur, nulla constantia in Gregorio reperitur; modo sic; modo non; quod in mane firmatur; in sero revocatur; & .... per verba inania cæcum populum Christi anno, & plus traxerunt ad manus. Captat uterque occasionem a tractatu discedendi; & alter alteri culpam impingendi; illic difficultant ubi difficultandum non est. Quærunt locum ad cedendum; illis objicitur locus non de substantia agendorum, cum ubique cedere queant, aut medio procuratore, aut in manibus collegii; hoc surda aure transitur. Laudatur immense a Gregorio pro loco civitas Pisana, & adversario offertur ab eo, & Cardinali-

ANNO CHRISTI 1409.

nalibus ejus, ejus mandato securitas: quærit Gregorius, nec declinat; offert se Benedictus venire Liburnum. Interim Apuliæ rex Romam invadit, eam suo subdit imperio: festum facit Gregorius & cum muneribus suscipit nova deferentes. Asserit Benedictum tractatum habuisse in Roma; hinc causat discessum a tractatu: hic, ut ait, non sincere ambulat; quærit me capere. Hoc confirmant adulatores, pacis inimici. Et quid plura? Disceditur a tractatu; a Gregorio cessionis via damnatur ut diabolica. Scribitur Joanni Contareno Parisiis non amplius eum sequi velle viam cessionis. Renitentibus & invitis cardinalibus de facto contra votum & juramentum citantur cardinales unionis inimici, inter quos nepos proprius. Ad præcludendas vias unionis, ut dicitur, præcipitur cardinalibus ne invicem communicent per se vel alium, nec cum legatis Franciæ colloquantur, & hoc sub pœna perjurii & excommunicationis. Nec etiam civitatem Lucanam egrediantur absque licentia sub pœna excommunicat. & privationis cappelli & beneficiorum, quam incurrant ipso facto. Tandem discedunt cardinales qui secum erant, tribus exceptis, quorum duo postea sunt reversi ad cardinalium cœtum. Pisas accedunt; convocant cardinales Benedicti: Liburnum se conferunt; in sufficienti numero in eunt tractatum de pace danda populo Christi: mature eligitur via convocationis Concilii generalis: hoc sentiunt de papatu contendentes: deliberat uterque de recessu; petit Benedictus Perpignanum in Arragonia; Gregorius autem Senas. Dimittitur populus Christi delusus & de unione desperatus, undique clamant populi. Ingentissima & crebra contra eos crescit infamia. Scandalum patiuntur omnes de minimo ad maximum. Publicatur Concilium per Benedictum apud Perpignanum in festo Omnium Sanctorum; per Gregorium apud archiepiscopatum Ravennatem aut patriarchatum Aquilegensem in festo Pentecostes. Requiritur uterque a cardinalibus ut assentiat Concilio, quod esse dicitur universale propter locorum distantiam & tempora diversa. Publicat Gregorius litteram Christifidelibus convocans ad se DD. Cardd. pro tractanda unione. Dicit se fuisse, esse & in futurum fore bonæ voluntatis ad implenda juramenta secundum intentionem voti & juramenti. Conceditur locus Pisarum a Florentinis DD. cardd. utriusque collegii unitis pro unitate ecclesiæ, contradicentibus Legatis Gregorii. Publicatur Concilium generale per cardd.; diriguntur inquisitoriæ prælatorum, requirentibus DD. cardd. Gregorii suam obedientiam & Benedicti suam, de voluntate utriusque collegii. Et similiter exhortatoriæ ad Romanorum regem & principes utriusque obedientiæ. Ex hac habui, quantum potui narratione facti oriuntur dubia quæ occurrunt & occurrere possunt tam ante Concilii congregationem, quam in Concilio, quam etiam post Concilium, quæ ad capitula reducta sunt. Et hæc de primo capitulo sufficiant.

CAPUT II.

An DD. cardd. utriusque collegii potuerunt convocare Concilium generale utriusque obedientiæ, ita quod possit dici Concilium ad expedienda quæ intendunt.

Circa hunc articulum secundum movebo dubia pro utraque parte; eligam pro parte DD. cardinalium; confutabo ulterius motiva pro parte adversa. Primo namque videtur cardinales non posse convocare Concilium generale ex defectu potestatis, ut vocant, quia non sunt; nam causabitur Gregorius, quod DD. Cardinales Benedicti non sunt cardinales, quia creati a non papa, & ut schismatici per verum papam inhabilitati, ut apparet ex processibus contra schismaticos. Item, quod excommunicati adhuc per processus; eo addito etiam, quod schismatici sint, omni judiciaria potestate privati, tamquam a jurisdictionalibus suspensi XXX. q. 1. *audivimus* §. *sin autem*, & cap. *Didicimus* VII. q. 1. *Novatianus*. de eler. exc. mi. *Si celebrat* in fin. de re jud. *ad probandum* de schis. cap. I. Similiter & DD. cardd. Gregorii schismatici videntur, ut a capite recedentes, & schismaticis adhærentes XXX. q. 1. *Schisma loquitur* & cap. *alienus*, & dicto cap. *Novatianus*, & XXX. q. 3. *inter schisma*. Et per sententiam papæ cardinalatu fuerunt privati, si discederent de Luca, ut ponitur in facto, & etiam sunt excommunicati. Ut cardinales ergo, ut faciunt, citare non possunt, cum citatio judiciarius, & jurisdictionalis sit actus, de his qui ad ecclesiam confugiunt præsenti de probat. *quoniam contra no.* de teriis capite fin. Repugnante ergo potestate voluntati, non valet quod agunt; leg. *multum* C. *Siquis alteri*, *vel sibi* de offic. del. cum super. de sententia excomm. a nobis consi. Secundo negari non potest alterum collegium non collegium propter incompossibilem, & impossibilem multiplicationem Papatus VII. q. 1. *factus*; & cap. *non autem*, & cap. *Novatianus* cum cap. sequenti XXX. q. 1. *Dicimus* & cap. schisma de off. ord. *Interim*; repugnat enim huic articulo *unam sanctam*; & quia unus est Christus, unum corpus ecclesiæ, unum ergo caput VII. q. 1. *in apibus*, ad Corinth. 1. *& unum dedit caput super omnem ecclesiam quod est corpus Christi*; ad Eph. 3. Mixtis autem habilibus cum inhabilibus non valet quod agitur IX. D. *si ad sacras*, XXIII. d. *quorumdam*, III. q. IX. *pura* de off. deleg. cum super., & cap. *Super quæstionum* §. *si vero* de elect. illa, & quod ibi notatur, & quod notatur de procur. consult. ff. de Arb. pedivis l. 1. §. *item quæritur* ff. de Aqua, & Esti. cum si. Item de facto, & de jure impossibilis videtur ex tali mixtura vocatio; quia vel vocant hæc collegia ut unita ambo utramque obedientiam, & non obedietur, quia altera obedientia alterum ex collegiis opinatur non collegium; unde verisimiliter non obediet, nec obedire poterit, salva conscientia, & opinione; vel vocat separatim quilibet suam obedientiam, & res incipit a decisione, cum eis non est Spiritus Sanctus, cum agant ut divisi, nam effugit Spiritus S. scissutas, nec descendit nisi in congregatos in unum, Actuum f. XXX. q. 1. *loquitur schisma* .... & cap. *alienus*. Tertio, dato quod ambo collegia alias non deficerent in potestate cardinalatus, adhuc non videtur eos posse congregare Concilium, quia hæc potestas est soli papæ reservata, ut patet ex capitulo Isidori *In antiq.* cap. *canonum*; cujus verba ad litteram sunt hæc: *Synodorum vero congregandarum auctoritas Apostolicæ Sedis privata est commissa potestate*. Nullam Synodum generalem ratam esse legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata, vel fulta. Hæc auctoritas testatur canonica, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc SS. Patres confirmant, ad quod III. Dist. ...., §. *Porro*, XVII. Dist. *Synodum*, regula, & quasi

ANNO CHRISTI 1409.

quasi per totum: unde Pelagius in cap. *Multis*, ea D. illa non concilia, sed conventicula, seu conciliabula vocat. Ad quod II. q. 6. *ideo*, & q. 15. *Mandastis*, & eap. *Auditum*. Confirmatur hoc, quia de jure convocatio est facienda per majorem de universitate ff. *de albo script*. l. 1. & ibi not. l. 2. & quod ibi not. C. de Decurio. l. XI. D. 93. *A subdiacono*, notat Innocent. de major. & obed. eap. I. de elect. Bon. I.; & eap. *Cetum*, §. ult. & de Off. Ord. *irrefrag.*, §. I. de Nov. op. nunt. cap. 2. Ad hoc; quia citatio pertinet ad eum, qui superioritatem habet, aut imperium in aliquem ff. de Jud. *Siquis ex aliena*; Siquis *in jus voc*. l. 2. de rescripi. super litteris & quod ibi no. & de Dila. cap. *præterea*. Super Concilium autem est solus papa, de electione *Significanda* cum concor. ergo &c. Quarto quia papa judicem non cognoscit in terris, neque ab Augusto, neque ab omni elero, neque a regibus, sive gregibus, neque a populo judicabitur IX. q. 3. *Nemo*; & aliorum eausas voluit Deus per homines judicari: Sedis Apostolicæ præsulem suo, sine quæstione reservavit arbitrio ca *quæst*. C. *aliorum*; Et dicit Aurelius: *facta subditorum judicantur a nobis; nostra vero judicantur a Domino*. Et prima sedes de tota ecclesia judicare potest; ipsam autem ad nullius commeare judicium. Ea q. *ipsi*, & capit. *cuncta*, & *prima sedes non judicabitur a quoquam* XXI. D. *nunc autem*. Ut ergo judicari possit, est necessaria papæ vocatio, per quam noteiur quædam submissio XXI. D. eap. *nunc autem*, 2. q. 5. *mandastis*, & cap. *auditum* 2. q. 7. *Nos si incompetenter*. Cum si. Quinto, quia tale Concilium absque papæ vocatione foret acephalum, absque capite, monstruosum, contra regularem naturam Conciliorum, quæ constant ex membris, & eapite, ut in aliis inferioribus Conciliis III. D. §. *porro* XVIII. D. *Quoniam si episcopus Metropolitanus*; *si quis episcoporum*, & quasi per totam, VII. q. 1. in *apibus* de præscriptionibus: cum non liceat contra si. Sexto quia, ubi propter superioritatem, & præeminentiam quis non habet judicem, ejus est eligere judicem, qui superior est in propria eausa, ut patet in imperatore, qui eligit procuratorem Cæsaris de Off. procoosulis l. *nec quicquam* no. de judi. *cum venissent*. q. 5. *Mandastis*; & cap. *auditum* 2. q. 7. Nos si sic in criminali episcopus, diaconus, presbyter eligit judicem, 11. q. 1. *judices*, 15. q. 7. *Si autem*. Ad ipsum ergo pertinet aligere judicem, qui hoc facere censetur convocando Concilium. Et judicis electio non est illi auferenda, aut *habita* C. *ne filius pro patre*. Septimo quod concederetur in defectu papæ potestatem devolvi ad dominos cardinales, cum in hoc non reperiatur titulus a jure statutus, exigebatur requisitio utriusque, ut convenirent; & congregarent Concilium; ff. de verborum signif. ex legati, & l. sequenti de clericis non residentibus *ex tuæ* & eap. seq. V. q. 5. cap. 1. ff. de usuris l. *mora*, ad hoc quod notat Innoc. de præbendis. cap. *extirpandæ*, de concess. præbendæ. Ex parte per Pan. de religiosis domibus, *quia contingit*. Isti autem non fuerunt requisiti ad concordaodum de loco Coocilii. Et quamquam fuerint requisiti de concordando loco renunciationis; per hoc non convincitur negligentia in actu separato conventionis loci Concilii de testi. *cum olim* in fina, & notat Glossa de dolo, & contu. cap. fin. l. 6. in v. *non teneris* ad si. consi. Et maxime confirmatur hoc, quia si in aliquo foret negligentia, quilibet ipsorum convocat, & sic purgatur negligentia; & silere debet cujuscumque inferioris vocatio, ut not. de offic. Deleg. *Pasto*. in si. de appell. *cum parati* de Off. dele. *studuisti*, & cap. *licet*, C. de relat. l. 1. no. de appe. *Intimasti*, C. *ut nostrum* & eap. *si duobus*. Octavo quia congregatio Concilii debet fieri ab eo qui habet aliquam auctoritatem, vel jurisdictionem super eos qui convocantur, hoc est supra Concilium, & super eos contra quos fit convocatio, & super causam convocationis, XVIII. Di. *quoniam placuit*, & eap. *Episcopus* V. q. 2. *vocatio* 2. q. 3. *si ægrotans*. Hæc omnia cessant hic, quia domini eardinales nullam sibi vindicant superioritatem in Concilium, a cujus potestate sola papæ auctoritas excipitur. Hinc est, quod legatus de latere illud congregare non potest, ad hoc de elect. *significasti* notat Glossa 3. di. §. *porro*, & quod notat Glossa & Archidiaconus 2. q. 6. *ideoque*. Item multoties sunt congregata antiquitus Concilia, & numquam reperitur aliquod Concilium fuisse per cardinales congregatum. Non est ergo superstitiose inveniendum, quia cum hoc exorbitet a regulis, sufficit non inveniri concessum ut prohibitum censeatur. De transl. Præla. e. *inter* 2. q. 5. *consuluistis* XXXI. q. 1. *quod si dormierit* C. de colla. l. *illam*.

E contra pro parte DD. eardd. quod ab iis potuerit fieri congregatio probatur primo: quia supposito quod immineat causa illud congregandi; quod examinabitur infra; non est congruum ut a potestate judicandi pendeat an judicetur. ff. de eo quod certo loco *non utique*. Interest enim ut male gesta, & maxime in confusionem Christianitatis judicentur, & emendentur, ff. ad l. Aquil. *ita vulnerat*. de sent. excomm. *ut famæ*. Alias laxaretur Papæ licentia ecclesiam, & Christianitatem dissipandi, & subvertendi fidem. Nec dici posset, cur hoc facis? LXXXIII. Dist. *nemo* 28. q. 1. *qualis* 23. q. 4. *est injusta*, & cap. *non potest*, cum si. Hinc est, quod captata remedia ad præsidium iniquitatis a jure repelluntur, ff. de verb. signif. *si qua pœna*, de appellat. & cap. *pervenit*, *consuluit*, *proposuit*, & cap. *cum speciali* §. *porro*. Si autem soli papæ congregatio permitteretur, in ejus esset semper potestate an judicaretur. Quid enim si nollet Concilium congregare? quid si de facto non posset? quid si ostenderet se congregare, & malitiose disspergeret? aut sibi tantum propitios accersiret in iniquitate? aut alia occulte interponerentur impedimenta ne congregaretur, aut non debito modo? quia saperet tunc Concilium non posse ab aliis congregari, nisi qui vellet ecclesiam ponere in manibus unius, qui fidem Christianam, & statum ecclesiæ libere posset absque remedio ullo illam funditus annihilare? non sic in foliis intelligenda sunt jura, quæ dicunt papam convocare debere Concilium; non sic in cortice; sed temperandi sunt in radice rationis, & ex illa regulandi; non enim in verbis scripturarum est Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis; 1. q. 1. *Marcion*. 13. q. 1. §. 2. V. *verba* XXXVIII. d. 1. *sedulo*, XXII. q. V. *humanæ* de verb. sign. *intelligentia* ff. de leg. *scire* de verb. sign. *cum quidam* C. de leg. *cum quo*; etsi oppositum diceretur evacuata, & sub ludiario manerent jura,

ANNO CHRISTI 1409.

quæ permittunt aliquo casu papam judicari contra de post: prælat. Bon. V. *nec nocebat*. C. de bonis quæ lib. l. ult. §. *ubi* LXI. dis. *nullus*. Secundo reperitur pluries antiquitus, oedum per DD. Card. tam honorabilia membra ecclesiæ Concilium congregatum in similibus; immo per imperatores qui nedum dominis cardd. sed quibuslibet episcopis se cognoscere habent inferiores, 63. dis. *Valentinianus*, 96. dis. *bene quidem* de Majo. & obed. *solite* de jud. unde antequam ecclesiastica capitula constituerentur per imperatores congregabantur, 15. dis. c. 1. & dicit Glossa io lib. Conciliorum in principio Africani Concilii. Item Constantinus suo jussu, & suis expensis congregavit Concilium, & sedit in medio Concilii imperialibus decoratus, quamvis in humili cathedra, ut dicit historia trip. lib. 1. cap. fi. & lib. II. cap. 1. IV. Et XX. et seq. lib. X. cap. 2. 3. Item mandato & licentia imperatoris congregatum fuit Concilium Chalcedonense, ut patet in principio Chalcedonensis Concilii; & quod plus est, interfuit ibi regina, cujus Concilii ad hoc propositum verba referam. *Sancta, & magna, ac venerabilis Synodus, quæ secundum gratiam Dei, & decreta piissimorum imperatorum congregata est in Chalcedonensi civitate metropoli &c.*; & parum post: *Dominus noster piissimum & fidelissimum imperatorem erexit ad zelum fidei, qui undique sacerdotes & pontifices ad se convocavit*. Et in fine illius capitis dicitur: *ab universis enim provinciis*, loquitur imperator, *religiosissimi sacerdotes Chalcedoniam venerunt juxta mandata nostra, & præcepta*. Et dicit historia trip. lib. V. cap. XIV. & seq. *convenerunt in Italiam episcopi Orientalium, & Occidentalium ultra trecentos, at præcepto principis Mediolanen. Conc. celebraretur* & cap. XVI. dicitur: *cogitabat imperator, quatenus omnes episcopos Orientales venientes ad Occidentem, si posset, concordes efficeret; quod tamen propter itineris spatia difficile videretur, duplicem tractavit Synodum celebrari, ut in Arimino quidem Italici, qui tunc aderant, convenirent; Orientales in Nicomedia Bithiniæ civitate*. Submittit quædam alia, non ad hoc propositum, quæ postquam cepi hic interferam, ut videatur diversorum Conciliorum effectus & finis, de quo tangam interius. Sequuntur verba historiæ. *Hæc ergo imperatore tractante, effectus non venit, ut voluit; neutrum enim Concilium sibimet concordavit; sed utramque divisum est: nam in Arimino convenientes alterutris inter se consonare* (*non*) *potuerunt. Et Orientalee in Seleucia Isauriæ congregati aliud schisma sunt passi. Hoc totum operata est non in unum congregatio*. Quid plura referam? innumerabilia antiquitus inveniuntur per Imperatores congregata Concilia, ut patet ex transcursu tripartitæ historiæ; & Martinianæ chronicæ & in lib. Conciliorum, ad hoc XVI. dis. *habeo librum* cum omnibus cap. seq. usque ad finem distinctionis. Ex quibus concluduntur duo, quod hoc fortius facere possunt DD. card. Secundo quod actus convocationis Concilii non est auctorizabilis, & ut puri facti competit eis de jure quam qui de facto congregare possunt: non enim alia ratione imperatores antiquitus Concilia congregabant, nisi quia ecclesia tunc non erat in potentia de facto compellendi venire nolentes; (nec propter diversitates de facto parebant) non audebant congregari ut patet in primo Africani *canones* 15. dis. cap. 1. unde statim cum ecclesia potuit hoc correxit, & non per principes, sed per se convocavit, & aliquando ipsa rogante, & postea auctorizante; & aliquando per imperatores præcipiente ecclesia, aliquando ipsa ratificante, ut patet 17. Dis. per totam, maxime §. *hinc etiam* & in gestis Symmachi cap. IX. ubi extense ponitur §. *hinc etiam*. Et aliquando consultu Imperatoris, & præsentia, ut in primo Chalcedonensis Concilii; sic etiam Antiochenum congregatum fuit in gestis Antiocheni Concilii cap. 1. & in gestis Silvestri papæ cap. 11. *cum si*. Tertio, convocationes universitatum a superioribus non sunt de substantia; ipsa enim met universitas se potest congregare. Nam multoties se congregabsnt apostoli vocatione Spiritus S. absque alio capite vocante, ut patet actuum VI. in principio ibi. *Convocaverunt autem duodecim multitudinem discipulorum*. Et de jure, dummodo duæ partes vocandorum se reperiant præsentes, possunt aliam ad se vocare, & si tota causa & facto congregata foret, valeret quod agitur no. in l. *observare* C. de Decori. l. X. ff. quod cuique uni C. *plane* de tu. & cu. dan. *ab eis* l. ult. de decret. ab or. fa: III. not. Glos. de elect. *Licet* Innocentius de elect. Bonch. I. in verbo *constare* ver. et no. de novi operis nuncupatione cap. 11. in verbo *vocatis*, verbo *si autem nullus ad hoc* l. nominationum de decu. l. X. arc. & 63. dist. *Quanto*. Sic & citatio ad sententiam requisita non exigitur aliter quomodocumque data præsentia l. *in causæ* §. *causa cognita* ff. de mino. no. de re judicata l. *furioso*. ff. de electione, cap. fin. in VI. in novell. Cum ergo instet necessitas ecclesiæ, locus paratus Pisarum sit utique tutus, et quem uterque contendentium approbavit, et obtulit D. Benedictus in Massilia per archiepiscopum hodie Taeaton. in hospitio ambaxiadorum Gregorii, me præsente, et audiente, & adstante maxima multitudine, inter quos Bononiensium domini mei D. Baldassar Cossa de Neapoli tit. S. Eustachii card. & legati hujus unionis zelatoris ferventissimi, & principalis post Deum operatoris, nunc pro S. Romana ecclesia Domini Bonon. Faventiæ, Forlivii, quos suis laboribus sudore, & industria recuperavit, ecclesiæ legati interfuerunt; D. Gregorius in Pisis, ut supra ponitur in facto. Cum tam honorabilia membra jam locum, & omnia paraverint, qui de omnibus gestis sunt informati, & sine quibus Concilium de gestis utriusque contendentium non potuerit informari; cum appareat retro tantam fuisse difficultatem in requirendo locum, cum res celeritatem tantam desideret; quotidie enim magis, & magis christianitas periclitatur; cum pateat de malo proposito utriusque contendentis, qui aliud non quærunt quam diffugia, ut perpetuentur in sedibus, & ecclesiam, reducant ad extremum ruinæ, & desolationis: cum quotidie novas inveniant fictiones, & exquisitos colores ad impediendam hanc congregationem; nunc D. Gregorio convocante cardinales ad se, ut si possit ab aliis separaret; & sic nulla via possit dari congregatio utriusque obedientiæ. Nunc utroque ad dispergendum gregem, quem congregare intendunt, dominos cardinales ad remotissima loca, & diversissima tempora obedientias suas convocante, certi alterutrius obedientiam ad alterutram non accedere. Certe prælati vocati a DD. cardinalibus si homines sunt, si ratio-

ANNO CHRISTI 1409.

tionis habent capacitatem aut usum, si non sunt omni pietate privati, si totaliter Deum & ecclesiam suam non postergarunt, nedum vocati a tam notabili cœtu, sed ex se, nullatenus vocati, aut ad vocem cujuslibet muliercu-læ velut divinitus inspiratæ, relictis retibus hanc insequi debent convocationem. Et secus agendo ecclesiam Dei, & fidem Christi jaciunt in profuodum, & iterato Christum io membris suis crucifigunt. Congregatio enim omnis ad finem boni, & maxime tanti, mota præsumi non debet nisi a Spiritu S. 24. q. 1. cap. *si autem*, & cap. *alienus*; maxime cum videant nulla alia via posse tolli schisma; & impossibile alia via haberi Concilium generale, nisi omnes principes utriusque obedientiæ invicem consentirent; quod quantum sit factibile omnibus patet, & experientia longe 30. jam annorum edocuit. Quarto, hujusmodi universitatum convocationes non dependent ab imperio: nam non sunt proprie citatiooes, sed requisitiones secundum Inoocentium compo. Abba. & Hosti. de elect. *cum nobis*: nam non proprie citant, sed monent ut veniant, ut tali die Concilium celebretur: tales autem denunciationes & requisitiones faciunt pares & minores de suppl. negl. prælat. cap. 1. no. de accusa *licet* de voto. magn. ad hoc quod no. de *pluribus delegatis* de off. del. *cum causa* in Glossa. Patet in denunciationibus, quas faciunt emptores venditoribus, ff. de evi. *si rem* §. fin. & l. *si* . . . . . §. *præsente* de empt. & vend. cap. fin. Hinc est, quod tales requisitiones non requirunt solemnitatem peremptorii, ut not. Gloss. 18. dis. *Si episcopus Metropol.* in Gloss. 2. & notatur in l. *si tempora* A. C. de jur. fis. 10. notat Arch. de pœnis cap. I. l. VI. in v. *convocat*, Paulus in Clementi. I. de decimis in verbo *post requisitionem*; necessitate ergo maxime imminente, ut ad præsens, nedum per DD. cardd. sed per minimum de universitate fieri potest vocatio, & incitatio, ut Concilium congregetur. Et Concilium vertere debet plus oculum ad causam convocandi, quam ad convocantem, quamquam minimum, quia ille major est qui maxime in tanta re Dei agit voluntatem. Quinto, non videtur exigi auctoritas papæ, qui præbeat auctoritatem Concilio, quia in quantum Concilium convocatur contra papam non eget auctoritate papæ; alias sequeretur absurdum, quia præberet auctoritatem in facto proprio, quod a jure improbatur. l. I. & l. *pupillus* in prio. ff. de aucto. tut. 17. q. 4. quæ, & §. *præterea*, Abbas §. etiam *de rebus ecclesiæ* non alien. Clementina *si una*. Item quia actio, & passio in eodem incompossibilia sunt de conces. præben. *postulastis*, de inst. cap. fin. de verb. signif. forus consi. sic in processu criminali per episcopum exigitur consensus capituli; & ubi proceditur contra capitulum non exigitur quando per episcopum proceditur contra capitulum, ut dicit Glossa de off. ord. *irrefragabili* §. *excessus*. Sexto, ut dixi, convocationes universitatum pertinent ad dignores de universitate. Data impotentia; vel inhabilitate papæ in convocando, post papam non sunt personæ majores, & ad quas proprius spectet provisio, quam ad cardinales, qui papæ assistunt, & sine quibus non debet, immo secundum aliquos non potest ardua agere 6. q. 1. *Siquis cum militibus* C. ad l. Juliam ma. *quisquis* 16. q. 1. *ecclesia*, qui papam eligunt, & consecrant, de elec. *licet*, 23. dis. *in nomine Domini*, 96. dis. *Constantinus*; ad quos, vacante ecclesia, vel quasi vacante, spectat providere statui, & periculis arduis ecclesiæ, de electione *ubi periculum* §. *Idemque* in 6. ad quod not. per Glos. de schismate cap. I. lib. 6. in v. *Sede vacante*, in Clem. *ne romani* de elect. Septimo reperio aliquos tenentes quod olim in causis electionum papæ, & in factis ejus judices erant episcopi cardinales, cum ipsi haberent consecrare 79. dis. per totam; allegant gesta Conc. Sardicensis cap. VII. & inter gesta Conc. Africani cap. 17. & in gestis Bonifacii cap. II. §. *denique*, & in Nicæno Conc. cap. 3., & 6. 65. dis. cap. I. Et secundum illud tempus non adstabant episcopi cardinales ad latus papæ, sed solum presbyteri & diaconi, nec etiam episcopi cardinales eligebant: & allegant etiam 23. dis. *in nomine Domini*. Aliquam ergo debent habere præeminentiam in convocando Concilium, ut qui judices erant olim, hodie convocent Concilium.

Decisio primi dubii.
An. DD. cardinales possint, vel potuerint convocare Concilium.

Pro decisione dubii præmitto quod ad tollendum schisma de jure per viam Concilii, de jure & de facto Concilium debet esse generale; de jure patet 15. dis. cap. I. & seq. 96. dis. *nam ad fidem* & cap. *Utinam*. De facto, nam naturale est, ut quod omnes tangit ab omnibus comprobetur. 66. dis. cap. I. 54. dis. cap. I. 13. q. I. *licet* & in regula *quod omnes* de re jud. in 6. unde dicit Glos. in lib. Conc. de gestis Bonifacii cap. 2. in verbo *ecclesiarum*, quod prout patet in Chronicis & Conciliis antiquis, solus clerus Romanus antiquitus vocabatur & suffraganei in quæstionibus papæ. Quare cum non sic tantum actu dilatata foret potestas Rom. pontificis, ut ex toto absorberet potestatem ordinariorum, ex quæstionibus papatus non in tantum turbabantur, alii merito non vocabantur. Ea autem ampliata actu ut universum occupet, quæstio de papatu turbat omnes, merito vocandi sunt omnes. De facto probatur, qua plarium est ad nullam concordiam, aut decisionem veniri posse nisi utraque obedientia sit simul; notum est enim quod id quod determinatur in una, altera non sequitur; & nisi ambæ partes sint simul, nihil conloqui possunt, aut alia tractare præambula; quibus mediantibus venitur ad pacem & unionem ut docet experientia Conc. Arimioensis & Orientalium, de quo supra feci mentionem. Secundo præmitto, quod & supra tetigi, quod in casibus, in quibus papa subjicitur Concilio, si non vult, aut non potest de facto vel de jure congregare Concilium formale & universale, prout esse debet; de jure ita quod possit dici Concilium, necessario est concedendum aliter ulterius ab altero congregari posse, & ipsi assentire tenetur volentibus & valentibus debite congregare: alias evacuarentur jura submittentia papam Concilio. Et ex hac causa antiquitus Romani pontifices, non valentes congregare Concilia, permittebant hoc imperatoribus, aliquando rogando, aliquando licentiando, aliquando consulendo, aliquando suadendo, aliquando ratificando, ut plene dixi in secundo argumento pro parte ista. Et ultra illa patet in epistola Leonis missa Chalcedonensi Concil. in qua apparet papam misisse cum lacrimis ad impe- (Locus turbatus.)

ANNO CHRISTI 1409.

ratore, rogando ut Concilium congregaret in Italia. Præmissis his pro sano intellectu canonum; advertendi sunt duo casus. Primus quando datur unus, & indubitatus papa respectu totius universalis ecclesiæ, & imminente causa congregandi Concilium. Concilium ut sit conc. debet habere auctoritatem papæ, ubi fraudulenter illam non deneget, & de facto præstare possit; quando præstare censetur, eo quod Concilium congregat, vel congregato a quocumque tacite, vel expresse consentit; & hoc videtur indubitatum sive congregetur contra tertium, sive contra papam, ut patet clare 17. dis. §. *hinc etiam*, & clarius in gestis Symmachi cap. 8. ubi integre ponitur §. *hinc etiam*, & §. *item Symmachus* 2. q. 7. Est enim speciale in papa ut auctoretur in facto proprio; sicut in eo est speciale ut seipsum judicet, sicut in Marcellino 21. dis. *nunc autem*. Nec obstat si dicatur, quod ibi ecclesia erat in schismate, quia Symmachus fuit electus in discordia cum Laurentio, ut patet in chronicis, & recitat Glossa in dicto cap. 8. quia, ut patet in dicto cap. 8. & 9. Symmachus jam fuerat a Concilio approbatus, & reprobatus Laurentius; & hoc quia Symmachus fuerat electus primo & a majori parte; unde post decisionem erat indubitatus, licet aliqui ab eo recessissent, & vocassent Laurentium propter delicta, quæ Symmacho imponebantur. Adverte tamen, quod non dixi supra, congregationem vel convocationem fore necessariam papæ; sed quod Conc. habeat ejus auctoritatem; loquuntur enim textus in hac materia diversimode tendentes. Ad hoc textus 17. dis. cap. 1. dicit quod absque auctoritate sedis apostolicæ non licet episcopos congregare; textus in cap. *regula* 17. dis. dicit non valuisse congregationem, quia legatus apostolicæ sedis non interfuit; & idem 3. dis. §. *porro*, textus in cap. *multis* dicit, quod non valent Concilia absque sententia Romani pont. congregari; textus 2. q. 6. *ideoque* dicit, quod soli papæ reservata sunt privilegia de congregandis Conciliis; textus Isidori, quem posui supra in allegationibus primæ partis, in III. articulo dicit: *nullam synodum ratam esse legimus, quæ non fuerit papæ auctoritate congregata, vel fulta*: Pondera illam alternativam, positam inter verbum *congregata & fulta*. Sufficit ergo alterutrum; & his verbis utitur cap. *regula* ad fin. Per hos textus simul junctos concludo, convocationem, ut facti quod fiat a papa, non esse de substantia; sed sufficiat, quod ante congregationem, vel postea ejus auctoritate firmetur, vel fulciatur. Unde duplex datur practica: una, quod papa Concilium convocet, & si potest, tuta est practica. Et eo quod convocat, auctoritatem præbere censetur. Et tunc congregatio auctorizabilis est. Secunda, quod Concilium congregetur ex se vel a quocumque habente potestatem de facto, ut est Imperator, ubi sibi obediretur de facto. Et eo congregato requiratur ut assentiat Concilio, vel fulciat ejus auctoritate, & sufficit si approbet; & si non prætendat aliud interesse juridicum diei, vel loci, vel aliarum circumstantiarum, illud approbare tenetur, sicut fecit Symmachus in §. *hinc etiam* 17. dis. & clarius inter gesta Symmachi lib. Conciliorum c. 9. ubi sic stant verba: *Memorati pontifices in Conc. congregati, quibus allegandi imminebat occasio, suggesserunt ipsum qui dicebatur impetitus, debuisse Synodum convocare, scientes quia ejus sedi &c.* Hoc habetur in §. *hinc etiam*; postea ibi subjicitur. *Et dum venerabili collectioni de incipiendo hoc negotio, prout poscebat causa tractatus, S. papa Symmachus basilicam Julii, in qua Pontificum erat congregatio, prout habuit cura cælestis, ingressus est, & de vocatione synodali clementissimo regi gratias retulit; & rem desiderii evenisse testatus est. Causa erga de sacerdotum animis, quanda Concilio nondum firmato tristitiam ministrabat, abscissa est, & auctoritatem ordinandi de jure, quia de facto erat congregatum colligendo, sicut poscebant ecclesiastica statuta, in omnium qui ibidem convenerant episcoporum præsentia se dare professus est &c.* Alias si renueret approbare, vel consentire absque causa, ubi Concilium congregaretur; tunc cum jam pateret de ejus fuga, & quod aut causa dilatandi aut impediendi hoc ageret, & talis audiendus non est, qui nisi hoc agit ut noceat ff. de rei vend. in fund. Et si dicat: interest mea, quia volebam determinare diem vel locum; & non est hæc justa querela: ex quo aliud non datur interesse dici vel loci ff. de eo quod certo loco, per totum. Et si quid dici vel loci allegaretur interesse, Concilii est cognitio, quod est judex in principali ff. de edi: edi: *ediles* §. *item sciendum* C. de pot. l. 4. C. de fruc. & lit. exp. *terminato* ff. de Jud. *si quis ex aliena* Cle. 1. de rescript. *descripsit*, & quod notatur cap. fin. eo tit: consi. Maxime procedunt prædicta quando in exequenda papæ voluntate a principio ante congregationem præcedunt indicia, vel præsumptiones de dilatando negotio, aut impediendo ne congregetur, aut apparet verisimilis ejus impotentia congregandi, vel aliquod quod dilationem inducat negotio celeritatem desideranti, & alias longe dilatato. Si autem non est unicus indubitatus, a tota congregatione, sicut in proposito, quia una pars christianorum adhæret uni, altera alteri, tunc, si consideretur quilibet de per se, neuter habet facultatem totam ecclesiam universalem utriusque obedientiæ congregandi de facto nec de jure; quia neuter est in quasi possessione universali totius ecclesiæ, quæ habet nunc tota ex necessitate congregari. Nec alteri de facto obediretur, repugnante conscientia obedientiæ, quæ non habet vocationem pro papa. Unde visum est aliquibus ambos requirendos ut congregent, & de congregando concordent in uno loco, & die; & si non faciunt, tunc agere hoc poterunt cardinales. Et hoc ingessit aliquod dubium inter DD. ante factum, & etiam valentissimis DD. doctoribus Florentinis D. Stephano de Bonaccurtiis, & D. Laurentio de Ridolphia egregiis & solidis decretorum doctoribus, ac etiam D. Bartholomæo de Tornaquintiis legum serenissimo professori, qui tandem acquieverunt; & pluribus causis ostenditur in proposito hanc requisitionem non fuisse necessariam, quinimmo nec utilem & penitus perniciosam. Primo quia, ut supra dixi, in uno indubitato sufficit, quod ex post facto requiratur; sed debent requiri; & si non allegant aliud interesse cujus cognitio est Concilii, debent assentire; alias cum non habeant contradicendi causam pro consentientibus habebuntur. Habetur enim & in jure conditio sine causa pro consensu l. 2. ad. fin. ff. solu. matrim. eo tit. *si cum dotem* §. *eodem autem tempore*, & l. *dotem*; sic & contumacia pro confessione l. *de ætate* §. *qui tacuit* de intero, acti No,

de

ANNO CHRISTI 1409.

de confess. c. fin. in 6. Maxime hæc fieri poterant stante suppositione dilatandi, & impediendi negotium; sicut patebit ex sequentibus. Secundo, quia jam patebat de mala voluntate utriusque in danda unione, cum quilibet subterfugeret, ut in se est notorium; & sicut in aliis fuerant suspecti de dilatando, & impediendo negotio, ut se perpetuarent in cathedris; ita & in hoc. Tertio, quia actu se separabant; uno ad meridiem, altero ad orientem gressus dirigente; unde absque longissima mora, in hac re celeritatem desiderante, non erat spes habendi eorum concurrentem voluntatem. Quarto, jam experientia docuerat eos per verba anno, & plus duxisse populum Christi super concordia loci de renuntiando; & ex simultatibus suis vacillationibus & varietatibus discesserunt turpiter absque concordia; & qua ratione non concordaverant in loco renuntiandi; verisimiliter idem fuisset de loco Concilii: cum ex quo duo pariter sunt expedibilia, si unum non est expeditum, sic præsumitur de non expeditione secundi; sic ex l. *tutor* §. *non est audiendum* ff. de ed. min. tut. 23. q. 4. *displicet*; & quod ibi not. in prima Glo. de ap. const. de cle. *bone* de dolo cum dile: consi. Item D. Gregorius aperte reprobavit viam cessionis, ut in facto proponitur. Congregatio autem Concilii non fit ad aliud, nisi ut impleant quod conveniunt. Denegata ergo cessione, & sic fine Concilii, denegatum videtur Concilium ad hoc; ad quod ergo requirendus? ad hoc ff. de spon: oro. de const. *nam concupiscentiam*. Nec obstat quod postea obtulerit; quia non obtulit ut debebat, ut infra clare suo loco declarabitur. Item quilibet eorum se adstrinxerat ad viam cessionis, ut principalem; ut patet ex juramento & oblationibus Gregorii; & patet ex juramento Benedicti, A junctis litteris suis responsivis ad Gregorium de acceptatione viæ oblatæ, & in litteris & declarationibus litterarum datis ad postulationem ambaxiatorum illustris regis Franciæ in Marsilia; ergo Concilii, via renuntiationis valente habere effectum amplius amplecti non poterant, arg. de el. *ut quis duas* C. de furto l. 1. ff. de tribu. *quod in hæredem* §. *eligere*, & quod not. in l. *edita* C. de eodem, & in regula nullus pluribus, de re jud. in 6. Item, & hoc bene advertendum, jam uterque ipsorum convocaverunt Concilia, antequam litteræ destinarentur per collegia; licet ante forent expeditæ; & congregationes nuntiarunt in locis omnino remotis & distantibus diebus, ut patet ex themate. B Jam ergo declaraverant suam malam voluntatem non conveniendi in uno loco, non congregandi unum Concilium de tota ecclesia, ut esse debet; sed divisa conciliabula faciendi ad confirmandum schisma, & sic potius intentio sua mala detecta est ad dispergendum Conc. in diversa, quod cardinales conjungere nitebantur; ut nec via cessionis, nec aliqua posset dari unio. Non ergo amplius erant requirendi, quia patefacta voluntate non conveniendi, ad unum locum non congregandi, ut debet, non exigitur requisitio; maxime cum fit ex actu permanenti, & in quo perseverant donec revocent, sicut dicimus in frustratore appellante de dolo, pro ut eo tit. c. 2. lib. 6. in Clem. *si* eo C tit. per Inno. de accu. *ad petitionem*. Sicut dicimus in asserente se non venturum per Glos. 24. q. 3. *de illicita*, per Inn. in dicto c. *ad petitionem* Adcursus in l. fi. ff. de in int. resti. & in l. *tres denuntiationes* C. *quomodo & quando* per Ostiensem in summa de dolo & contu. §. 2. verbo *item* ad hoc quod no. de sent. excom. *venerabilibus* §. *secus* in 6. sic & terminus requisitus.

Cætera desunt.

ACTA CONCILII PISANI.

IN NOVUM CATALOGUM PATRUM CONCILII PISANI

COLLECTORIS PRÆFATIO.

,, SI vetusti alicujus Concilii subscriptiones ceu D
,, fœdissimis inquinatas mendis apud erudi-
,, tos lectores accusandas susciperem, querelas
,, hasce meas facile admissuros confiderem;
,, ea est enim mortalium omnium rerum na-
,, tura, ut quanto longius e suo fonte decur-
,, runt, eo majori, veluti limo inficiantur.
,, Cum vero res mihi nunc fuerit de Concilio
,, haud ita procul a nostris temporibus celebra-
,, to; si patrum, qui huic interfuerunt, nomina
,, idem vitii, quo laborat antiquitas, contra-
,, xisse affirmavero, id mihi asserenti non abs-
,, que idoneo teste concessuros arbitror. Vera
,, tamen exprobrare me actis Pisani Concilii
,, comperto novi; meamque de vitiatis ejus sub-
,, scriptionibus assertionem non alio minus ido- E
,, neo testimonio, quam ex actis ipsis petito,
,, confirmo. Porro subscriptiones illas non unus
,, scriptor e vetustis erutas codicibus dedit.
,, Alias enim e Vaticano codice vulgavit Ray-
,, naldus in Annalibus; alias ex Dacherii Spi-
,, cilegio Cossartius; alias denique ex Pisano
,, codice Ughellius in Pisanis. Aliæ ab aliis
,, discrepant in multis; sed in eo omnes con-
,, veniunt, ut sint mendosissimæ. Vaticanas
,, Raynaldi vidit Cossartius; & suis illis e Spi-
,, cilegio deductis in multis concedere judica-
,, vit, quamquam fatetur, menda quædam ca-
,, talogi sui in nonnullis corrigi ex Vaticano
,, illo posse. Verum nec prælatum a Cossartio
,, catalogum plurimi fecerunt eruditi, cum man-
,, cus sit in multis, ut ex collatione catalogi
,, Vaticani & Pisani intelligimus. Ea vero quæ
,, affert fere singula depravata. Quis, rogo,
,, est dux *Careslus Austrensis? Jodocus marchio*
,, *Brandeburgensis archicancellarius* (archicame-
,, rarius) *S. R. Imperii*? Quid *Theodoricus*
,, *præpositus Tangermontensis* ab eodem Jodoco
,, ad Concilium ablegatus? Legendum est
,, enim Theodoricus decanus ecclesiæ Stenda-
,, liensis (male Pisanus legit *Stemben*, qui
,, tamen optime duos viros distinguit) *Joan-*
,, *nes præpositus Tangerinmundensis* (male Pisa-
,, nus Taregatimundens.) Multos etiam
,, omittit tum episcopos, cum abbates, atque
,, etiam principum ablegatos, ut ex catalo-
,, go mox promendo non ambigue demonstra-
,, tur. De Ughelliano vero seu Pisano cata-
,, logo quid dixerim? Profecto si abbatia-
,, rum Italiæ nomina quæras, rectius ibi quam
,, in Cossartii catalogo efferri non abnuo; cæ-
,, tera vero externa nomina ita deformata sunt,
ut

ANNO CHRISTI 1409.

,, ut alia omnino appareant. Speciminis gratia A dabo hic aliqua de abbatibus Anglicis Ord. S. Benedicti. Pisanus: Abb. *de Abindone*, *de Redruge*, *de Therbone*, *de Multare*, *de Seme*, *Albotissimo*, *Malmisan. de Canestola*, *de Everthan*, *Glonsentriæ*. &c. Hæc vero nomina quomodo in catalogo mox referendo native appareant, cerne. Ab. *Abindomiæ*, *de Redinghe*, *de Serborne*, *VVatone*, *de Serve*, *Alboeusfontin*. *Malmisimas*, *Tanestolte*, *Erisbam*, *Clocestin* &c. Multa etiam episcoporum & abbatum nomina in hac ipsa serie desiderari ultro fatetur & agnoscit Ughellius. Ex his omnibus cæterisque, quæ ex collatione catalogi mox evulgandi patebunt, de Ughelliana hac nominum serie illud ap- B tissime pronunciaremus; utilissimam haberi illam, ex qua menda quamplurima catalogi Dacheriani corrigantur; hanc vero vicissim in multis a Dacheriano corrigi: utrumque a perfectione abesse quam longissime. Hoc igitur perfectionis culmen sin minus assequitur, reliquis tamen omnibus proprius attingit catalogus ille quem e MS. cod. reg. Univers. Taurinensis omnium ego primus extraxi. Volumen est ingens in folio multa continens ad Pisanum hoc Concilium pertinentia; nam præter historiam vel, si malueris, acta Concilii ab anonymo descripta, nec usque adhuc vulgata, plura ibi occurrunt documenta sive scripta Conciliaria, C velut epistolæ quædam principum ad Concilium & Concilii ad illos; singraphæ quædam conciliares, & alia id generis. Ex his nonnulla vulgavit ex alio Codice P. Martene, & ex eo hic dantur; alia a me descripta, in hac mea collectione parebunt. In ipso vero actorum Concilii limine recensentur nomina patrum, prout quisque Concilio primitus sese sistebat, adnotato diligenter die & mense, quo singuli excipiebantur ab iis, quos Concilium ad eos admittendos delegerat. Hinc natus catalogus ille novus, quem hic dandum aggredior; ab aliis huc usque vulgatis in eo diversus, quod alii Patrum nomina actis Concilii subscripta exhibent; in hoc Patres enumerantur prout quisque Con- D cilio adfuturus supervenit. Præstat vero aliis catalogus iste noster multis nominibus; nam ipsas Patrum & Urbium ac regionum appellationes melius plerumque, licet non semper, reddit; cum enim fidelis teneatur in iis quæ jam nota sunt; hoc indicio & de aliis, quamquam nobis ignotis, judicamus. Ita lectionem mei codicis probo: *Antonius abbas monast. S. Samuelis de Capalon*. lectionem vero Cossartii reprobo: *Ant. abbas monast. S. Janualis & Coplonens*. In Cossartio larva est. *Mamilianus ab. S. Faidaici de Pisis ord. Camald*. Vultum hominis cognosce ex nostro: *Mamialianus ab. monast. S. Frigdiani de Pisis*. In catalogo Pisano Ughellii nomen abbatis hujus non datur; & pro *S. Frigdiani*, ut constanter nomen hoc efferunt veteres codices, habet *S. Fridiani*. Novi etiam patres, ex editione Labbeana frustra repetendi, sese hic offerunt, quæ ut distinguant Lectores apposito asterisco notavi. Quamquam vero hæc bona sunt; id tamen habet singulare catalogus noster, quod eorum nomina servat, qui, ut Concilio pro se adsisterent, missi sunt ab episcopis & abbatibus procuratores. Nemo horum vel rari parent in catalogis excusis. Illud insuper novi exhibet, ut singulorum episcoporum & abbatum Concilio præsentium notet annos, dies, menses & pontif. quo deferente, dignitatem obtinuerint; quin & si forte quispiam ex alia in aliam cathedram transivit, hæ omnes dignitates diligenter referuntur cum designatione anni, mensis, diei, pontificis, quo singulæ editæ sunt. Valent hæc plurimum ad Ughellii tabulas corrigendas. Ita E. G. anno 1409. Albintimilienses infulas tenuisse Benedictum recens Ughellii censor notat; quando vero cœperit, unus, quem sciam, docet catalogus noster, monens renunciatum illum ab Urbano VI. die 8. *id*. Octobris anni 1382. Sexcenta id generis alia occurrent legentibus. His igitur aliisque commodis in rem ecclesiasticam obventuris persuasus, exscribendi hæc e Taurinensi codice, atque huc transferendi laborem alacer assumpsi.

NOMINA PATRUM

Qui Pisano Concilio interfuerunt.

Isti sunt RR. in Christo PP. DD. S. R. E. Card. utriusque collegii ad ecclesiæ unionem per Dei gratiam uniti, qui in S. Conc. quod actualiter Pisis celebratur, sunt præsentes: videlicet.

D. Guido episc. Prænestinus dictus Pataviensis.

D. Enricus episc. Tusculanus, dictus Neapolitanus sacri collegii camerarius.

D. Nicolaus episcopus Albanensis, dictus Albanensis.

D. Antonius episcopus Prænestinus dictus *Neapolitanus*, summus pœnitentiarius.

Lab *dict.* *Aquileg.* D. Petrus ep. Tusculanus dictus de Podeo summus Pœnitentiarius.

D. Joannes ep. Ostiensis Vicecancellarius, dictus Vivariensis.

D. Petrus tituli S. Susannæ, dictus de Thureis.

D. Angelus tit. S. Potentianæ, dict. Laudensis.

D. Conradus tituli S. Chrysogoni, dictus Militensis.

D. Jordanus tituli S. Martini in montibus, dictus da Ursinis.

D. Joannes tituli S. Crucis in Jerusalem, dictus Ravennatensis.

D. Petrus tituli duodecim Apostolorum, dictus Mediolanensis.

D. Amadeus S. Mariæ novæ, dict. de Salutiis.

D. Reinaldus S. Viti in macello, dictus de Brancaciis.

D. *Luidolphus* S. Nicolai in carcere Tulliano, *de Laren*. E Tab. *Radulphus*, sed *Ludulphus* habet Ughell. *Baren.*

D. Odo S. Gregorii ad velum aureum, dictus de Calumna.

D. Petrus S. Angeli, dictus S. Angeli, ultramontanus.

D. Petrus S. Angeli Romanus.

Die 24. Martii 1409. Comparuit D. Petrus Dei gratia ep. Mildensis provinciæ Senonensis, promotus ad ecclesiam Meldensem per D. Clementem VII. die 28. Novembris an. 1390. SS. regis Franciæ nuntius.

* Eadem die comparuit R. P. D. de Frisco archid. Januensis, S. R. E. protonotarius.

ANNO CHRISTI 1409.

☞ * Eadem die comparuit R. P. D. Nicolaus archiepiscopus Siponr. ad ecclesiam Ragusinam primo promotus per D. Bonifacium IX. die XII. kal. Aug. sui pont. an. IV. 1393.

Eadem die comparuit R. P. D. Benedictus Dei gratia ep. Vigintimiliensis, promotus ab Urbano VI. die 8. idus Octobris 1382.

* Eadem Nicolaus ep. Botontinensis, promotus ad dictam ecclesiam a Clemente VII..... Octobris anni 1381.

Sulcitanus in Sard.

Eadem comparuit D. Blasius ep. Sultium promotus per D. Bonif. IX. die 25. Nov. 1396.

f. Comaclensem Lab. *Oscensis.*

* Eadem Jacobus ep. Adriensis, primo promotus ad ecclesiam *Comalensem* per Bonifacium IX. pridie nonas Januarii an. 1402.

B Eadem Franciscus ep. *Oten.* promotus a Bonifacio IX. non. Novemb. an. 1398. qua ipsa ecclesia vacabat; postea proprie non confectione litterarum apostolicarum supradicta provisione cessante; demum sibi fuit de novo provisum per Innocentium VII. die 4. idus Septembris anno 1406.

Eadem Bartholomæus ep. Alatriensis, promotus per Innocentium VII. idibus Januarii anno 1406. indict. 14.

Eadem Alexius ep. Bobiensis, promotus per Innocentium VII. 7. kal. Octobris anno 1405. indict. 13.

Deest nomen hujus Ep. in Lab. & Ugh.

Eadem *Petrus* ep. Aretinensis promotus per Bonifacium IX. die 4. kal. Decembris anno 1403. indict. XI.

Eadem Matthæus ep. Pistoriensis, promotus ad eamdem ecclesiam per Bonifacium IX. 5. Kal. Martii 1400. indict. 8.

f. Tarentiæ

Eadem Alamannus archiep. Pisanus, primo promotus per Bonifacium IX. die 25. Decemb. anno 1401. indict. 13. ad archiepiscopatum *Traretin*, & ante per eumdem ad ecclesiam Florentinam idibus Decembris anno 1400.

Lab. *Vulturranus* Locus mendosus

Ita legitur in codice

Eadem Ludovicus ep. *Vulterranus*, (*a*) promotus ad ecclesiam Olonensem die 15. kal. Aprilis anni 1380. indict. 10. ab Urbano VI. & postea per Bonifacium IX. die 7. idus Augusti 1391. indict. 14. & demum per eumdem die 7. Augusti ad ecclesiam Vulterranensem IV. Kal. Julii an. 1397. indict. 5.

f. Tarlatensem. Lab. *Gaudensis* stylo Pisano, nostro vero 1387.

Eadem Raymundus ep. Petragoriensis per D. P. promotus primo ad Ecclesiam *Garlatensem* Kal. Octobris anni 1399. indict. 6. & postea eodem anno ad ecclesiam Petragoriensem translatus.

Eadem D. *Sunderix* electus per capitulum ecclesiæ Strigoniensis ad episcopatum dictæ ecclesiæ.

Eadem D. Bernardus generalis presbyter abbas monasterii S. Mariæ Vallis umbrosæ, primo promotus per Urbanum VI. die 10. Kal. Januarii anni 1383. indict. 10. ad monasterium sancti Michaelis de Pasignano, & postea per eumdem ad supradictum monasterium S. Mariæ die 11. Kal. Januarii 1400. indict. XIII.

Eadem V. P. F. Marcus monasterii S. Salvii de Florentia ordinis Vallis umbrosæ, promotus ad ipsum monasterium per Bonifacium IX. 17. Kal. Maji 1393. indict. I.

Eadem Baltassar abbas monasterii S. Michaelis de Pasignano ordinis Vallis umbrosæ Florentiæ diœcesis, promotus primo per D. Bonifacium IX. ad monasterium S. Mariæ de Rota ordinis S. Benedicti Camerinensis diœcesis die 13. Kal. Julii 1397. indict. 5. postea per eumdem ad monasterium S. Bartholomæi de Ripellis ordinis Vallisumbrosæ Florentinæ diœcesis die 6. nonas Martii anno 1403. Indict. XI. postea per Innocentium VII. ad supradi-A ctum monasterium Fusignano die 13. Kal. Maji 1405. indict. 13.

Eadem Gaspar abbas monasterii S. Trinitatis de Florentia ordinis Vallisumbrosæ.

Lab. *S. Pancratii*

Eadem Richardus abbas monasterii S. *Pancratii* de Florentia ordinis Vallisumbrosæ, promotus per Gregorium XII. idibus Augusti anno 1408.

Ughell. *de Pamana*

Eadem Franciscus abbas monasterii S. Mariæ de *Pactiana* ordinis Vallisumbrosæ, promotus per Bonifacium IX. ad monasterium S. Salvatoris de Sporgia dicti ordinis Vulterr. diœcesis 5. Kal. Octobris 1399. & postea per eumdem ad dictum monasterium de Pactiana die 3. nonas Martii 1404. indict. 12.

Lab. *de Fusculis* Ugh. *de Furcil* legendum *de Furculis*

Eadem Joannes abbas monasterii S. Michaelis de *Furtuliis* Pistoriensis diœcesis ordinis Vallisumbrosæ promotus per Bonifacium Kal. Martii 1395. indict. 3.

Eadem Joannes abbas monasterii S. Mariæ de Grignano de Prato Vallisumbrosæ Pistoriensis diœcesis, promotus per Bonifacium IX. die 6. idus Octobris anno 1390. indict. 13.

* Eadem Franciscus abbas monasterii S. Bartholomæi de Ripolis prope Florentiam ordinis Vallisumbrosæ promotus per D. Gregorium XII. die 13. Kal. Maji an. 1407.

Eadem Jacobus abbas monasterii S. Donati de Senis ordinis Vallisumbrosæ.

Lab. *de Rofnello* Ugh. *de Rofucllo*

Eadem Antonius abbas monasterii S. Pauli C *de Reznolo* ordinis Vallisumbrosæ Fizulan. diœcesis promotus per Bonifacium IX. indict. 12.

Lab. *de Muchero de Muscheto Florent. diœc.*

Eadem abbas monasterii S. Petri *de Muscheto* ordinis Vallisumbrosæ *Ferzulan.* diœcesis.

Eadem Frater Joannes prior prioratus monasterii S. Fabiani Pratensis Pistoriensis diœcesis ordinis Vallisumbrosæ, promotus per D. Gregorium XII. anno 1408. indict. I.

Eadem Joannes abbas S. Justinæ de Padua ordinis S. Benedicti, promotus per Urbanum VI. die 18. kal. Junii anno 1389. indict. 12.

Eadem F. Bernardus abbas monasterii S. Michaelis de Podio Loniaii, promotus per Bonifacium IX. 18. kal. Decembris 1390. indict. 13.

Eadem Frater Felix abbas monasterii S. Sal-D vatoris de Septimo ordinis Cisterciensis Florentinensis diœcesis, primo promotus per Urbanum VI. ad monasterium S. Mariæ Siciensis Nucerinæ diœcesis ordinis S. Benedicti 11. Kal. Junii anno 1387. indict. 10. & postea per Bonifacium IX. ad monasterium S. Salvatoris &c. IV. Non. Julii 1393. ind. I.

Eadem Bonifacius generalis ordinis Camaldulensis, primo promotus ad monasterium S. Salvatoris de Florentia dicti ordinis a Bonifacio IX. Kal. Aprilis 1390. indict. 6. & postea per ipsum ordinem assumptus ad generalatus officium.

Eadem Antonius abbas monasterii S. Michaelis de Burgo Pisano ordinis Camaldulensis, promotus per Bonifacium IX. 4. idus Februarii E 1395. indict. 3.

Eadem Joannes de Ussinis præceptor domus hospitalis S. Antonii de Reymerso, & generalis cellarius monasterii Sennensis promotus ab Innocentio VII. anno 1406. Indict. 13.

Eadem Ven. & Rev. F. Thomas de Framo S. Theologiæ eximius doctor, & generalis magister ordinis FF. Prædicator. ut vocatus ad sacrum Concil. comparuit cum infrascriptis in sacra Theologia magistris, videlicet magistro Simone de Pisis regente Florentiæ, magistro Michaele de Florentia vicario nationis Tusciæ, magistro Jacobo de Pisis, magistro Leonardo

de

ANNO CHRISTI 1409.

de Florentia inquisitionis Bononi. Magistro Uberto priore Florentino, magistro Andrea de Florentia, magistro Joanna de provincia Poloniæ regenta Cracoviæ, magistro Ardixono de Padua priore Paduano & vicario generali provinciæ beati Dominici.

Sequitur generalis ordinis Minorum cum magistris.

Anno, indictione, mensa & die prædictis. Ven. & Rev. F. Antonius de Perioсto generalis minister ordinis fratrum Minorum comparuit cum infrascriptis magistris.

Magistro Francisco de Creppa ministro provinciæ Mediolanensis.

Magistro Joanne de Lovania ministro provinciæ Bononiæ.

Magistro Marco de Parma ministro provinciæ Romanæ.

Magistro Vitale Valentin. de provincia Provinciæ.

Magistro Joanne Joannis de Florentia.

Magistro Nicolao de Bononia.

Magistro Lanzalecto de Placentia.

Sequitur generalis ordinis F. Eremitarum cum magistris &c.

Anno, indictione, mensa, dia &c. Van. & Rev. F. Nicolaus de Cassia S. Theologiæ eximius doctor ordinis F. Erem. S. Augustini prior ganeralis, una cum infrascriptis magistris in theologia.

Magistro Boetio de Tolentino dicti urdinis procuratore.

Magistro Simone de Florentia regente Florentiæ.

Magistro Bartholomæo de Pisis regente Pisan.

Magistro Gabriele de Spoleta regente Bononiæ.

Magistro Jacopo da Gomessa provinciali provinciæ Vallispoleti.

Sequitur generalis ordinis Servorum (cum) magistris &c.

Anno, indictione &c. comparuit F. Antonius da Bononia ordinis Beatæ Mariæ Servorum generalis una cum infrascriptis S. T. magistris.

Magistro Antonio da Alexandria.

Magistro Urbano da Bononia, & magistro Antonio da Pasniavo.

Sequitur generalis ordinis Carmelitarum cum magistris.

Anno, die, mensa, &c. comparuit F. Matthæus de Bononia sacræ Theologiæ eximius doctor. S. Mariæ de Monte Carmeli generalis cum infrascriptis magistris.

Magistro Andrea de Luca procuratoré dicti ordinis.

Magistro Joanna de Florentia vicario generali in provincia Tusciæ.

Magistro Baco de Florentia Syodico universitatis Bononiensis.

Sequitur generalis ordinis Prædicatorum.

Anno indictione &c. eodem Ven. & Rev. patres.

Hic turbata sunt multa.

Magister Thomas de Framo (sic etism supra) generalis ordinis Prædicatorum.

A Magister Matthæus generalis ordinis Carmelitarum.

Magister Antonius generalis ordinis Beatæ Mariæ Servorum.

Magister Leonardus Stacii de Florentia ordinis prædicatorum.

Magister Bartholomæus de Florentia ordinis Carmelitarum.

Magistar Antonius de Pasignano ordinis Serv.

Magister Joannes Georgii ordinis Minorum provinciæ Bononiensis minister.

Magister Bartholomæus de Nozaivella dicti ordinis Minorum.

Magister Gabriel da Spoleto ordinis Eremitarum.

B Magister Antonius de Bononia dicti ordinis Eremitarum ut procuratores & procuratorio nomine universitatis facultatis Theologiæ almi studii Balion (s. Bononiensis.)

Eodem anno, mense &c. comparuit Rav.

Pater D. Richardus de Erham S. theologiæ magiller & cancellarius universitatis studii Cantabrigiæ procurator & procuratorio nomina.

* Eodem D. Jacobus apiscopus Florensinus promotus per Bonifacium IX. primo ad ecclesiam Monopolitanam idibus Octob. 1391. indict. 14. & postea per eumdem ad ecclesiam *Tuentam*. 14. Kal. Aprilis anno 1400. Indict. 7. & per eumdem ad aclesiam Florentinam 16. Kal. Decembris 1401. indict. 14. Ind. IX.

C Eodem Branda episcopus Placentinus promotus a Bonifacio IX. pridie Nonas Augusti 1400. indict. 14. Ind. VIII.

Eodem D. Capo de Caponibus præpositus Florentinus & D. Joannes Joannis da Abbat. canonicus atiam Florentinus procuratores capituli Florentini.

Eodem D. Julianus de Ricis canonicus Florentinus procuratorio nomine ven. P. Bernardi da Rici abbatis monasterii S. Justi de Wulteeno ordinis Vallisumbrosæ.

Eodem anno die 25. Martii comparuit Ven. D. Joannes da Rupescissa utriusqua juris doctor canonicus, & officialis Ambianensis procuratorio nomina reverendissimi D. apiscopi & D W. Decani & capituli, & civitatis & diœcesis Ambianensis.

Eodem comparuit Ven.* F. Petrus Dachior decretorum doctor, prior prioratus monasterii Abbatis Villæ ordinis Cluniacensis Remensis diœcesis.

* Eodem comparuit Ven. P. D. Fr. Guillelmus abbas monasterii westmis ordinis S. Benedicti Londinensis diœcesis, & nobilis & egregius miles Joannes Alvil, & Ven. vir D. Nicolaus Resten causarum sacri palatii apostolici auditor, ambaxiatores & nuntii seren. & illustrissimi D. Henriai regis Angliæ & D. Hiberniæ.

* Eodem F. Paulus abbas monasterii S. Anastasii da Amandula ordinis S. Benedicti Firma- E næ diœcesis promotus per D. Gregorium XI. anno I. . . . . .

Eodem D. Pileus Dei gratia archiepiscopus Januensis promotus per Bonifacium IX. prid. I. Decembris 1400. indict. 8.

Eodem Ven. vir. magister Joannes Rila canonicus ecclesiæ Nivernensis procurator capituli ejusdem acclesiæ.

Eodem anno in secunda sessione dia 27. Martii comparuit Ven. vir D. Petrus Pratalis decratorum doctor, at canonicus ecclesiæ Carmen. procuratorio nomine reverendi in Christo P. Bernardi episcopi Carmen.

Eo-

ANNO CHRISTI 1409.

Eodem ven. vir D. Petrus de Umhalt canonicus ecclesiæ Carmen. procuratorio nomine capituli ecclesiæ.

Eodem F. Zinobius abbas monasterii S. Mariæ de Fabroio ordinis S. Benedicti Florentinæ diœcesis promotus per Urbanum VI.

In edit. est Jo. Leonardus Carnensis.

Eodem Ven. F. *Bartholomaeus* Abbas S. Cassiani ordinis S. Benedicti Walteran. diœcesis.

Lab. Philippus.

Eodem Joannes episcopus Waptingensis promotus per Benedictum XIII. 6. idus Martii anno 1406.

Eodem D. Paulos episcopus Massiliensis, promotus per Benedictum XIII. anno 1404. die 15. Kal. Octobris.

Sisteriensis.

Eodem D. Nicolaus episcopus *Sistaniensis* promotus per Benedictum XIII. 2. idus Martii 1404.

Dignensis.

Eodem ... dus episcopus *Duguensis* promotus anno

Lab. &, Ugh. Joannes

Eodem E... Forojuliensis promotus anno 1408.

Eodem D. Petrus Abbas monasterii S. Victoris Massiliensis, ordinis ejusdem S. promotus a Benedicto XIII. anno pontificatus sui XI. & Christi 1404.

Sequuntur procuratores DD. infrascriptorum.

Anno, indictione &c. eodem Ven. vir D. Guillelmus Biram decretorum doctor, Joannes Salbanis in utroque, & Joannes de Gerulandi in decretis licentiatus procuratorio nomine RR. in Christo PP. DD.

Aquensis)
Ebredinensis) Archiepiscoporum nec non
Arelatensis)
Regensis)
Grassensis)
Venciensis) Episcoporum comparuerunt.
Tholonensis)
Aptensis)

Eodem die 28. mensis Martii comparuerunt Venerabiles viri DD. Sebastiaous decanus, & Nicolaus Warat canonicus ecclesiæ Brixiensis, & Georgius Ziborandi secretarii RR. in Christo Patris D. Ulriei Episcopi *Brixiensis* procuratores pro eodem.

Et ausi Brixinensis

Lab. ad Pinum Indi. VIII.

Eodem F. Paulus abbas monasterii S. Martini ad *pluris* ordinis S. Benedicti Aretinensis diœcesis promotus a Bonifacio IX. 8. Idus Martii anno 1400. Indict. 13.

Eodem Ven. & relig. miles F. Jacobus de Obicio præceptor domus hospitalis S. Joannis Jerosolymitani de Florentia, & procurator generalis dicti ordinis.

Lab. S. Barontii

Eodem Pater Joannes abbas monasterii S. *Boranti* de Pistorio ordinis S. Benedicti promotus a Bonifacio IX. die 11. Kal. Januarii anno 1403. Indict. 11.

Eodem P. Michael abbar monasterii S. Bartholomæi de Bono solatio ordinis Cisterciensis Florentinæ diœcesis, promotus a Bonifacio IX. 10. Kal. Augusti 1391.

Eodem anno die 30. Martii comparuit ven. vir D. Petrus Raimundi *uti callat.* (sic) in decretis canonicus Ecclesiæ Carcassonensis, & prior de tribus Bonis, ut procurator ecclesiæ Carcassonenesis.

Lab. Colme

Eodem Rev. in Christo Pater Episcopus Sapingen. D. Guillelmus de Ruppibus miles, & Cambellanus, D. Joannes *de Genond* legum doctor consiliarius, magister * Lucas de Castilliano secretarius Illustris Principis & DD. Ludovici Jerusalem, & Siciliæ regis.

Sancta Synodus deputavit duos Cardinales ad recipiendos & acceptandos prælatos.

Anno, indictione prædictis, die sabbati; 30. mensis prædicti, qua fuit etiam facta Synodus, de novo elegit deputavit RR. in Christo PP. & DD. DD. Neapolitanum, & Vivariensem commissarios supradictos ad recipiendos prælatos eorumque procuratores & nuntios, ac oratores & ambaxiatores regum, principum, ducum, comitum, baronum, comitatuum & aliorum DD. ad Consilium vocatorum; & nihilominus confirmavit & approbavit hucusque per eos recepta & approbata de commissione sacri utriusque collegii.

Eodem comparuit ven. vir D. Joannes Fayditi decretorum doctor & sacri palacii apostolici causarum auditor procuratorio nomine pro capitulo Narbonensi.

Ovetensis

Eodem D. Alvarus episcopus Onetensis promotus per Bonifacium IX. die 6. Kal. Novembris anno 1393. indict. I.

S. Donnini

* Eodem F. Jacobus abbas monastarii S. *Domni* extra muros Pisanos ordinis S. Benedicti, promotus ad ipsum monasterium per Innocentium VI. dein per Bonifacium IX. factus est abbas, eum primo fuisset prior, idibus Augusti anno 1385.

Eodem Vitalis archiepiscopus Tolosanus promotus per Benedictum XIII. 4. nonas Maji anno 1402.

Eodem D. archiepiscopus prædictus procuratorio nomine R. in Christo Patris D. episcopi Montisalbani.*

Eodem Archiepiscopus prædictus procuratorio nomine R. in Christo Patris D. Episcopi S. Pauli.

* Eodem idem Archiepiscopus procuratorio nomine ven. Patris abbatis monasterii S. Antonii de Resato ordinis Cluniac. Remen. diœcesis.

* Eodem Petrus episcopus Bomberiensis promotus per Clementem VII. anno 1392.

Eodem P. Joannis Garsiæ ordinis Fratrum minorum sacræ paginæ professor, procuratorio nomine universitatis studii Tholosani.

Eodem ven. vir. Nicolaus Tertii *Saxonis* præpositus ecclesiæ Tholosanæ & Bernardus de Vanandro Vananho canonicus, & archidaconus Villæ longæ in ipsa ecclesia Tholosensi, procuratorio nomine dictæ ecclesiæ Tholosanæ.

Die 2. mensis Aprilis Reverendissimus domin. Conradus tituli S. Grisogoni S. R. E. presbyter cardinalis, Militensis vulgariter nuncupatus, venit de Bononia Pisas ad sacrum Concilium.

Eodem Ven. P. Nicolaus abbas monasterii S. Mariæ de Florentia ordinis S. Benedicti, promotus ad ipsum monasterium per Gregorium XII. 3. Nonas Augusti anno 1408. Indict. I.

Eodem R. in Christo pater D. Joannes episcopus in universali ecclesia, & nobilis vir Franciscus Panthira, & D. Andreas de Moreiculis in jure civili licentiatus, & ven. vir Odorieus *Nucussii* canonicus Civitatensis procuratorio nomine R. in Christo Patris D. Antonii Patriarchæ Aquilegensis.

Eodem D. Joannes episcopus in universali ecclesia, promotus per Bonifacium IX. ad ecclesiam Saltamen. die 13. Kal. Augusti anno pontificatus IX. Christi 1398.

Eodem D. Bartholomæus de Valaxia præpositus ecclesiæ S. Mariæ de Vineis, & D. Simon Ranasihom prior ecclesiæ S. Silli de Janua, procuratorio nomine civitatis, cleri & diœcesis Januensis.

ANNO CHRISTI 1409.

Die 4. Aprilis D. Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. diaconus cardinalis, *Barensis* vulgariter nuncupatus, venit de Alamannia, & Bohemia missus per sacrum Concilium Pisanum.

Barensis

Eodem D. Antonius *Calamanensis* episc. promotus a Bonifacio IX. die 9. kal. Julii 1396. Indict. 4.

Lab. *Calament* Ug. *Calamonens*

Eodem Jacobus episcopus *Comatensis* promotus a Bonifacio IX. pridie idus Septemb. anno 1404. indict. 12.

Lab. *Comerclensis*

Eodem Jacobus episc. Laudensis promotus a Gregorio XII. die 7. Kal. Februarii 1407. indict. 15.

* Eodem D. Guillelmus episcopus Vestinensis promotus a Clemente VII an. 1391.

Die 5. Aprilis reverendissimus D. Joannes tituli sanctæ Crucis in Jerusalem S. R. E. presbyter cardinalis, Ravennatensis vulgariter nuncupatus, venit de Bononia ad Pisas.

Eodem Joannes episcopus *Forlimensis* promotus per Bonifacium IX. die 12. kal. Decembris anno 1400. indict. 8.

Ed. Forojuliensis.

Eodem Petrus Faventinus episcopus promotus ab Innocentio VII. die 8. kal. Julii 1406. indict. 13.

* Eodem Gentilis episcopus Neatahensis promotus ad ecclesiam Marsicanam per Urbanum VI. die 6. Kal. Augusti 1384. indict. 7. & postea per Bonifacium IX. ad ecclesiam Neatosaensem translatus pridie nonas Novemb. ann. 1398. *indict.* 5.

Ind. XIV.

Eodem Vulterus episcopus *Banensis* promotus a Bonifacio IX. die 8. idus Martii 1403. *indict.* 12. (11.)

Ind. VI. Ed. *Bonon.* sed male, nullus enim Vvalterus tunc Bononiensem ecclesiam tenebat.

Eodem Paolus episcopus *Cervensis* promotus per Bonifacium IX. die 7. idus Martii 1402. indict. 10.

Lab. *Cervens.*

Die 6. Aprilis F. Egidius abbas monasterii S. Eligii *Nomonien.* ordinis S. Benedicti promotus per Benedictum XIII. die 6. idus Octobris anno 1404.

Noviomen.

Eodem idem D. Egidius procuratorio nomine pro episcopo Nomonien.

Idem procuratorio nomine pro capitulo ejusdem ecclesiæ.

Eodem D. Joannes abbas monasterii S. Crispini majoris Suessionensis ordinis S. Augustini, promotus a Benedicto XIII. an. 1404.

Idem procuratorio nomine pro clero, civitate & dioecesi Suessionensi.

Eodem Joannes abbas monasterii S. Petri supra Dinam ordinis S. Benedicti Sagiensis dioecesis promotus per Benedictum XIII. die 12. kal. Augusti 1404.

Idem abbas procuratorio nomine F. Eliæ abbatis monasterii *Bindegalensis* ordinis S. Benedicti Vituriensis dioecesis.

Burgidolensis *Bituricensis*

Idem procuratorio nomine F. Joannis abbatis monasterii S. Cipriani extra muros *Bigavenses* ordinis S. Benedicti.

Pictavensis

Idem nomine *Asterici* monasterii S. Benedicti de Quintiano ejusdem ordinis prope Pictavis.

Lab. *Aymerici*

Idem nomine Petri abbatis monasterii S. Crucis de Anglia ord. S. Aug. Pictavensis dioec.

Eodem Simoo episcopus *Cassensis* promotus per Bonifacium IX. anno pontificatus sui 12. anno 1400.

Lab. *Cassanens.* Ugh. *Cassens.*

Die 7. Apr. Ven. vir magister Jacobus de Frassensis licentiatus in legibus procuratorio nomine pro Reverendo Hugone episcopo Lemocensi.

Die 8. Apr. VV. & RR. viri DD. F. Petrus Thomas decretorum doctor & præceptor Lemoniecensis, & Bernardus de Lupo baccalarius in decretis & præceptor Umoniensis dioecesis procuratorio nomine D. abbatis monasterii S. Anmnii Umonieosis ord. S. Augustini,

Eodem Willelmus episcopus Mirapicensis promotus per Benedictum XIII. an. 1400.

Eodem D. Enricus Honbereb decretorum doctor & *Caripens* (*sic*) ecclesiæ Trajectensis, procuratorio nomine Friderici episcopi Trajectensis.

Die 9. Aprilis Guillelmus episcopus *Utinensis* promotus ad ipsam ecclesiam per Clementem . . . . an. 1384.

Uticensis

Idem procuratorio nomine capituli ecclesiæ Uticensis

Eodem Joannes abbas monasterii Cistercii ordinis prædicti dioecesis Cabilonensis, sacræ theologiæ professor, promotus per Benedictum XIII. 6. nonas Maji 1393.

Die 10. Apr. ven. viri DD. magister Geraudus Ronde sacræ theologiæ professor, Lambertus de Stipite decretorum doctor, Egidius de *Vilaninonia* (*a*) in utroque jure, Andreas *Zanderman* (*b*) in legibus, & Paulus de *Doetingen* (*c*) etiam in utroque jure licentiatus, procuratorio nomine D. electo Leodienn.*

(*a*) Lab. *de Tomalinone* (*b*) Ugh. *de Vice molle* Lab. *Sudeman*. Ug. *Fordemian* (*c*) Lab. *Clotingerit* Ug. *Clotingaen.*

Sopradicti Ambaxiatores capituli ecclesiæ civitatis & dioecesis Leodiensis procuratorio nomine omnium prælatorum sæcularium & religiosorum Leodiensium.

Eodem D. Joannes abbas monasterii Puciniaci ordinis Cisterciensis Antissiodorensis dioecesis sacræ theologiæ professor, promotus per Clementem VII. anno 1389. Octobri mense.

Vivariensis Lab. *de*

Eodem Petrus abbas monasterii Camporum bonorum ordinis Cisterciensis *Binacensis* dioecesis, promotus per Benedictum XIII. I. . . . . Januarii anno 1392.

Eodem Guillelmus abbas monasterii de *Grivendo* ordinis Cisterciensis Anxitanæ dioecesis decretorum doctor, promotus per Benedictum XIII. die 7. Kal. Novembris anno 1399.

Gimundo Ita & Ug.

* Eodem Stephanus abbas monasterii de Caritate ordinis Cisterciensis Bisuntinæ dioecesis, sacræ theologiæ professor, promotus per Benedictum XIII. die 7. idus Octob. an. 1400.

Eodem D. Stephanus episcopus Dolensis, promotus per Benedictum XIII. an. 1405.

Idem procuratorio nomine Henrici episcopi Nannetensis sicut & ecclesiæ ejusdem.

Idem procuratorio nomine Gratiæ episcopi Corosopitensis.

* Eodem D. Joannes de Avanilla cantor & canonicus ecclesiæ Dolensis pro D. Guidone episcopo Leonensi.

* Eodem Stephanus episcopus Dolensis procuratorio nomine Joanois episcopi Briocensis.

Eodem magister Nicolaus Conicoiis licentiatus in legibus, & canonicus ecclesiæ Dolensis pro capitulo ecclesiæ suæ.

Die 11. Aprilis D. Bartholomæus de Bando acolytus D. N. Papæ procuratorio nomine D. Primi archiepiscopi Turitani in Sardinia.

Idem pro Francisco episcopo *Terræ Albensi* in Sardinia.

Lab. *Terralbensi*

* Die 12. Aprilis Antonius de Rest canonicus ecclesiæ S. Mariæ Fratris Octacii ordinis Humiliatorum de Mediolano, procuratorio nomine Fratris Leonis abbatis monasterii S. Petri de Cerreto ordinis Cisterciensis Laudensis dioecesis.

Eodem Nicolaus episcopus Nazaretensis promotus a Bonifacio IX. die 3. nonas Decembris anno 1399. indict. 3. (*d*)

(*d*) Ind. VIII. Ind. VII.

Eo-

ANNO CHRISTI 1409.

Eodem Guillelmus olim episcopus Corleolensis promotus per Bonifacium IX. anno 1399. indict. 3. die 6. Idus Decemb.

Lab. *Cicens* Ug. *Carensis*

Eodem Franciscus episcopus *Crorensis* promotus ab Innocentio VII. die 8. idus Augusti an. 1405. indict. 13.

Die 13. Aprilis Guillelmus episcopus Lexomensis promotus per Gregorium XI. anno 1374.

Eodem Guillelmus episcopus Ebroicensis promotus per Benedictum XIII. an. 1400.

Eodem D. Henricus Calvomonte canonicus & arcbidiaconus ecclesiæ Ebroicensis pro sua ecclesia.

Lab. *Philippi*

Idem procuratorio nomine *Stephani* abbatis monasterii S. Taurini ordinis S. Benedicti diœc. Ebroicensis.

Idem procuratorio nomine Joannis abbatis de Ymbreyo ordinis S. Benedicti Ebroicensis diœcesis.

Eodem Simon abbas monasterii Gemeticensis ordinis S. Benedicti Rotomagensis diœcesis, promotus a Clemente VII. anno 1387.

Eodem ven. vir Ursinius de Talavanda sacræ theologiæ professor primarius, & canonicus ecclesiæ Constantiensis, procuratorio nomine provinciæ Rotomagensis, una cum V. P. D. abbate Gemeticensi supradictis procuratorio nomine ejusdem provinciæ.

Lab. *de Provinc.* Ugh. *de Pumir* Lab. *de Froquenbergue* (a) Lab. *Vivit* Ugh. *Vindome*

Eodem VV. Viri magistri Dominicus Parvi Petrus Paul. sacræ Theologiæ professor, Dominicus Robertus de Quesnero, Dominicus Petrus de Prunnio decretorum doctores, Joannes Petri artium medicinæ doctor, D. Pontius Simoneti magister in artibus & licentiatus in theologia, Eustacius de *Valquembergiæ* magister in artibus & licentiatus in decretis, Guillelmus Carpentarii magister in artibus & baccalarius in theologia, & Arnaldus *Wintwint* (a) magister in artibus & licentiatus in decretis procuratorio nomine totius universitatis studii Parisiensis.

Eodem Martinus episcopus Atrebatensis promotus per Benedictum XIII. die 8. Kal. Decembris anno 1407. indict. X.

Ind. XV.

* Idem pro abbate Montis Stingilii ordinis S. Augustini Atrebatensis diœcesis sicut & pro capitulo Attrebatensi.

Eodem magister Hugo de Tayen licentiatus in legibus & cantor ecclesiæ Constantiensis procuratorio nomine Matthæi episcopi *Morinensis*.

Lab. *Marinensis*

Eodem VV. viri magistri Jacobus Bralard in utroque jure licentiatus, & Petrus Franchan magister in artibus & licentiatus in decretis procuratorio nomine provinciæ Remensis.

Eodem VV. viri magistri Matthæus Camini in utroque jure licentiatus procuratorio nomine Joannis episcopi Laudunensis.

Lab. *Guidonis*

Eodem VV. & RR. PP. DD. Petrus *Candent* legum doctor & cancellarius ducis Brabantiæ, Joannes abbas monasterii S. Petri de Gemlois ordinis S. Benedicti Leodiensis diœcesis, Oto abbas monasterii S. Mariæ de Zongerloe ordinis Præmonstratensis Cameracensis diœcesis, * Amandus de Bremmonte licentiatus in sacra pagina, magister Gaufredus *de Zichen* magister artium & licentiatus in legibus, Joannes de Torrahoni artium magister & licentiatus in legibus procuratorio nomine illustris principis D. Ducis Bramantiæ.

Lab. *de Tungerloc* Lab. *de Orbenis* Ugh. *de Zeiberus*

Eodem Joannes abbas monasterii S. Petri de Gemlois ordinis S. Benedicti Leodoniensis diœcesis, promotus per Bonifacium IX. anno pontificatus sui IX. Christi 1398.

Eodem abbas monasterii Beatæ Mariæ de *Villers* ordinis Cisterciensis Leodoniensis diœcesis promotus per Bonifacium IX. die 14. Kal. Julii 1392.

Lab. *de Villari*

* Eodem Joannes abbas monasterii S. Mariæ de Zongerloe ordinis Præmonstratensis Cameracensis diœcesis, promotus per Bonifacium IX. anno 9. pontificatus, 1400.

Eodem VV. Viri magistri Felix S. Offr Cenomanensis in decretis, & Joannes de Busioco in utroque jure licentiatus procuratorio nomine .... episcopi Cenomanensis. Idem procuratorio nomine Joannis abbatis monasterii S. Vincentii ordinis S. Benedicti Cenomanensis diœcesis, sicut & Guillelmi abbatis monasterii S. Petri de Culture ordin. S. Bened. ejusdem diœcesis. Item & DD. *Gernasii* abbatis monasterii de Belloloco ordinis S. Augustini prædictæ diœcesis, sicut & DD. *Guillelmi* abbatis monasterii de Vadacio ordinis S. Augustini prædictæ diœcesis; atque etiam procuratorio nomine Joannis abbatis S. Georgii de Nemore ordinis S. Augustini ejusdem diœcesis. Item procuratores Joannis abbatis S. Carilephi ordinis S. Benedicti ejusdem diœcesis. Item D. Petri abbatis mon. de Vadis alveti ord. S. Ben. ejusd. diœc. Item proc. D. Joannis abbatis monasterii de Pelicia ordinis S. Benedicti ejusdem diœcesis. Item proc. D. Simonis abbatis monasterii de Ebromo ordinis S. Benedicti ejusdem diœcesis * Item proc. abbatis monasterii de Bonsaio ordinis S. Benedicti ejusdem diœcesis.

Lab. *Gervasii* Lab. *Jo.*

Eodem D. Guillelmus de Merla licentiatus in legibus, consiliarius regis Franciæ & canonicus & scholasticus ecclesiæ Cenomanensis pro eadem ecclesia & capitulo.

Die 10. Aprilis Joannis Loqueti sacræ Theologiæ professor procuratorio nomine provinciæ Senonensis. Item & Martini Episcopi Carnotensis. Item & Joannis abbatis monasterii S. Petri ad montes Cathalan. Item Guillelmi abbatis monasterii omnium sanctorum in Insula. Item Joannis Fabri abbatis monasterii S. Mennii in suburbio Cathalan.

Eodem Bertrandus episcopus Appamiarum promotus per Clementem VII. pontificatus anno 2. 1379.

Eodem Franciscus archiepiscopus Narbonensis, S. R. E. Camerarius promotus ad ipsam ecclesiam per Clementem VII. an. 1300. (sic)

Eodem *Christianus* episcopus Treconensis promotus a Benedicto XIII. anno 1404.

Lab. *Tribensis*

Die 17. Aprilis ven. vir Fridericus Deys decretorum doctor, decanus Paderburnensis nomine Everardi archiepiscopi Salsenburgensis. Item pro * Ulrico episcopo Raventinensi. Item pro * Eugelmaro episcopo Creonensi.

Eodem Leonardus episcopus Firmanus olim camerarius D. Innocentii VII. promotus ad eamdem ecclesiam ab eodem 2. idus Julii anno pontificatus I. 1405. indict. 13.

Eodem F. Petrus procurator ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, procurator magistri generalis sui ordinis.

Die 18. Aprilis D. Guido canonicus ecclesiæ Carnacensis procuratorio nomine capituli sui.

Eodem D Petrus Cattul decretorum doctor procuratorio nomine D. Aymy episcopi Gratianopolitani.

Eodem D. Egidius episcopus Nemausensis promotus per Clementem die 7. kal. Julii anno 1391. Item pro capitulo ecclesiæ Nemausensis. Item pro Aymerico abbate monasterii Psalmo-

modiensis ordinis S. Benedicti Nemausensis diœcesis.

Eodem Bertrandus episcopus Tutellensis promotus per Benedictum XIII. anno 1407. indict. 15.

Eodem D. Egidius episcopus Nemausensis suprascriptus procuratorio nomine pro Petro abbate monasterii *Cendronensis* ordinis S. Benedicti.

Lab. *Cendronenus*

Eodem Bertrandus qui supra procuratorio nomine ecclesiæ suæ.

Item pro abbate monasterii Usarciæ ordinis S. Benedicti Lemonicensis ecclesiæ.

Eodem Petrus abbas monasterii Montis S. Michaelis ordinis S. Benedicti Abricensis diœcesis promotus a Clemente VII. anno 1381.

Die 19. Aprilis D. Joannes Nam juris utriusque doctor procuratorio nomine * Conradi electi Olomucensis. Item idem Joannes electus (sic) procuratorio nomine pro capitulo ecclesiæ Pragensis.

Die 20. Aprilis VV. viri DD. Joannes abbas monasterii Cæsariensis ordinis Cisterciensis Augustensis diœcesis, Fridericus Deys decretorum doctor decanus Paterburnensis, & Joannes de Missen canonicus ecclesiæ Beatæ Mariæ veteris capellæ Ratisbonensis, procuratorio nomine pro Joanne episcopo Ratisbonensi.

Lab. *Celamen.*

Eodem Joannes abbas monasterii *Cesariensis* prædictus promotus per Bonifacium IX. die 9. idus Augusti pontificatus sui anno 15. 1400. indict. 12.

Ind. VIII.

* Eodem Guillelmus abbas monast. Westmonasteriensis ordinis S. Benedicti extra muros Lon. promotus ab Urbano VI. die 6. kal. Aprilis pontificatus anno 1387.

Die 22. Aprilis Joannes episcopus Lubicensis promotus per Bonifacium IX. die 8. Kal. Octobris pontific. anno 8. anno 1397.

Idem Joannes nec non vv. viri * Theodoricus decanus ecclesiæ Stendaliensis, & *Joannes* præpositus Tangerinnundensis licentiatus in decretis ut ambaxiatores illustris & excellentis D. Jodoci Marchionis Brandemburgensis, archicamerarii S. R. I. & Marchionis Moraviæ.

Lab. *Theodoricus*

Eodem ven. vir D. Stephanus Ancheru baccalarius in decretis procuratorio nomine Staphani episcopi Vabrensis & capituli ecclesiæ Vabrensis & capituli ecclesiæ Vapincensis.

Eodem D. Michael abbas licentiatus in decretis & canonicus Ruthenensis procuratorio nomine Guillelmi episcopi Ruthenensis & capituli ejusdem ecclesiæ, item & D. Reygmundi abbatis monasterii Conchensis ordinis S. Benedicti Ruthenensis.

Eodem Petrus archiepiscopus Bituricensis promotus a....... anno 1392. nomine etiam Joannis episcopi Castrensis, & Petri abbatis monasterii B. Mariæ *S. Eustachii* de Cellis ordinis S. Augustini, nec non abbatis monasterii * Euvacii ordinis S.......

Lab. *S. Eusechii*

Item, pro Joanne abbate monasterii Ussionis ordinis S. Benedicti Bituricensis diœcesis.

Item, pro abbate monasterii S. Gildacii ordinis S. Benedicti ejusdem diœcesis.

Item, pro Guillelmo abbate monasterii Casali Benedicti Bituricensis diœcesis ordinis S. Benedicti.

Item, pro abbate monasterii de Vermissia ordinis S. Augustini.

Item, pro Roberto abbate monasterii de Misserayo ordinis S. Augustini ejusdem diœcesis.

Item, pro Guillelmo abbate monasterii Fontiscombandi ordinis S. Benedicti Bituricensis diœcesis.

* Item, pro Petro abbate monasterii S. Sagarani de Moreilis ordinis S. Benedicti Bituricensis diœcesis. Item, pro abbate S. Mariæ de Exolduno ord. S. Ben. ejusdem diœc.

Item, pro abbate monasterii S. Sulpicii ordinis S. Benedicti.

Item, pro Aymerico abbate monasterii S. Ambrosii ordinis S. Augustini Bituricensis diœcesis.

Eodem Petrus abbas monasterii Grandimontensis ordinis prædicti, Lemonicensis diœcesis promotus per Clementem..... anno 1388.

* Eodem VV. DD. priores monasteriorum de Seivasia Xantonensis, Cerrocensis (alibi Cernacensis) Bituric. Malleae de Bandolonna de Podio Capierii, Boulonha ordinis Grandimontensis diœcesis......

* Eodem Guido abbas monasterii Grassensis S. Benedicti Carcassonensis diœcesis promotus per Clementem VII. an. 1388.

Eodem D. Martinus de Campo procuratorio nomine Joannis prioris monasterii de Nemore Vicennarum prope Parisium Grandimontensis diœcesis.

* Eodem Petrus abbas monasterii Vissiliacensis ordinis S. Benedicti Eduensis diœcesis, promotus per Clementem VII. an. 1391.

Eodem Bartholomæus abbas monasterii Molismensis ordinis S. Benedicti Lingonensis diœcesis, promotus per Benedictum XIII. anno 1396.

Eodem VV. PP. DD. Ursiliacensis & Molismensis abbates prædicti pro provincia Lingonensi.

Eodem Franciscus abbas monasterii S. Genovevæ Parisiensis ordinis S. Augustini, promotus per Benedictum XIII. anno 1407. Idem pro Petro Parisiensi episcopo.

Eodem VV. Viri DD. Guillelmus de Malignerius J. U. D. & Nicolaus de Molleyo legum doctores procuratorio nomine pro studio Andegavensi.

Eodem Philippus abbas monasterii Anhanæ ordinis S. Benedicti Magalonensis diœcesis, promotus per Benedictum XIII. an. 1395.

Eodem D. Eustachius de Falcaberga magister in artibus & licentiatus in decretis & canonicus ecclesiæ Nomonensis pro episcopo * Silvanectensi.

Eodem D. Dominicus Parvi de Varenis sacræ Theologiæ magister procuratorio nomine pro Henrico episcopo Tullensi.

Die 23. Aprilis Ludolphius abbas monasterii Saganesis ordinis Canonicorum regularium S. Augustini Ulatissariensis, promotus....

Eodem idem abbas cum D. Nicolao Barsmez scholastico & canonico Uratissariensi procuratorio nomine pro *Bencesiao* episcopo Uratissariensi & clero capituli ejusdem civitatis.

Lab. *Lancelao*

Eodem D. Lodulphus prior S. Joannis in Monte decretorum doctor cum Joanne Andrea pro capitulo & clero civitatis Bononiensis.

Eodem Joannes episcopus Saxoniensis promotus per Bonifacium IX. die 12. Kalend. Augusti pontificatus anno 8. Christi 1398.

Eodem VV. viri DD. Gerardi Rudelli sacræ Theologiæ professor, Labertus de Stipite decretorum doctor, Egidius de Umalmen U. J. D,

An-

ANNO CHRISTI 1409.

Andreas Suderman in legibus, & Paulus de Cloeiigghen etiam in utroque jure licentiatus procuratorio nomine pro Renero abbate monasterii S. Jacobi Leodiensi ordinis S. Benedicti, Henrico abbate monasterii S. Laurentii extra muros Leodiensis diœcesis ordinis S. Benedicti, Joanne monasterii 12. Apostolorum. Bellicediis Leodiensis Præmonstratensia ordinis, & Willermo abbate monasterii *S. Ægidii in publico* monte prope Leodium ordinis Canonicorum regularium S. Augustini, sicut & pro tota ecclesia, civitate & diœcesi Leodiensi & abbatibus monasterii Stabulensis ordinis S. Benedicti Leodiensis diœcesis, abbate monasterii S. Trudonis ejusdem ordinis & diœcesis, abbate monasterii S. Uberti ejusdem ordinis & diœcesis, abbate monasterii S. Gerardi de *Bramo* ejusdem ordinis & diœcesis, abbate monasterii Walchidiorensia, abbate Floriensi omnibus ejusdem ordinis & diœcesis. Abbate *Alvensi* ordinis Cisterciensis ejusdem diœcesis, abbate monasterii Vallis S. Lamberti, abbatis monasterii Vallis Dei, abbate magni Prati omnibus ejusdem ordinis & diœcesis; abbate monasterii Floresensis ordinis Præmonstratensis ejusdem diœcesis, abbate monasterii Parcensis, * abbate monasterii Pacensis, abbate monasterii Averbadiensis, abbate monasterii Heljimensi, omnibus ejusdem ordinis & diœcesis; abbate monasterii Novi ordinis & canonicorum regularium S. Augustini Leodiensis diœcesis, abbate monasterii Flonensia, abbate monasterii *Mabomensis*, utroque ejusdem ordinis & diœcesis.

Lab. S. Ægidii in pulchro

Lab. de Bromo

Lab. Alnensi

Lab. Malomensi

Die 25. Aprilis Joannes episcopus Novariensis promotus a Bonifacio IX. die 13. Kal. Junii 1398. Idem etiam procuratorio nomine pro Petro episcopo *Paxiensi*, & Petro episcopo Terdonensi, & Bartholomæo episcopo Alexandriæ & etiam procuratorio nomine magnifici viri Fazini comitis de Blandrate.

Lab. Papiensi

* Die 26. Aprilis Stephanus abbas monasterii Grandacil ordinis S. Benedicti Vivariensis diœcesis.

Eodem magister Joannes Wulriheti dictus Franciscus magister in artibus & licentiatus in decretis pro Milione episcopo Eduensi & nomine capituli ejusdem ecclesiæ.

Eodem Rodulphus presbyter canonicus ecclesiæ Cameracensis pro capitulo ejusdem ecclesiæ.

Eodem D. Simon de Cramanda patriarcha Alexandrinus pro se, & capitulo ecclesiæ Agatensis.

Eodem dictus patriarcha & Robertus procuratorio nomine pro capitulo ecclesiæ Rotomagensis, & pro Guillelmo abbate monasterii S. Mariæ de *Borciesin* ordinis S. Benedicti Rotomagensis diœcesis.

Die 27. Aprilis episcopus Xanctonensis promotus per Clementem VII. anno 1393. pro se & procuratorio nomine Joannia abbatis monasterii S. Joannis *Angliacensis* ordinis S. Benedicti Xanctonensis diœcesis; sicut & pro Nicolào abbate S. Laudegarii ejusdem ordinis & diœcesis.

Lab. de Becco Helinini

Lab. Angeliacensis

Eodem Tymbertus episcopus Agennensis..

* Eodem episcopus Belvacensis.

Eodem V. vir Simon Barcholi canonicus Arecinensis procuratorio nomine pro Joanne abbate monasterii S. Floræ & Lucillæ de Aretio ordinis S. Benedicti; sicut & pro capitulo ecclesiæ Aretinæ; sicut & pro Antonio abbate monasterii S. *Samuelis* de Capalon ejusdem diœcesis.

Die 28. Aprilis Joannes abbas monasterii S. Mariæ *de Agano* (*a*) ordinis Camaldulensis, promotus pro Gregorium XI. anno 1377.

Eodem Bertrandus abbas monasterii S. Justi *de Vulterris* (*b*) ordinis Camaldulensis, promotus per Gregorium XII. 2. Kal. Februarii pontificatus anno I. Christi 1407. indict. 15.

Eodem Sebastianus abbas monasterii S. Salvatoris de Florentia, promotus per Gregorium XII. pontificatus anno 2. 1408. indict. I.

Eodem Laurentius abbas monasterii de Corvero dicti ordinis & diœcesis Vulterranensis, promotus per Urbanum VI. die 14. Kal. Aprilis pontificatus anno 8. Christi 1385. indict. 9.

ANNO CHRISTI 1409.

Lab. S. *Janualis* Ug. S. *Jammalis Campana*. legendum S. Januarii de Capalona ex eod. MS. ap. me

(*a*) Lab. *de Capuano* leg. *de Agnano* ex eod. Cod.

(*b*) Lab. *de Valteris*

Eodem Gregorius abbas S. Salvatoris de Silvamanda dicti ordinis, promotus per Urbanum VI. anno....

Eodem Jacobus abbas monasterii S. Stephani *de Cintorio* dicti ordinis promotus per Urbanum VI. anno....

Lab. *de Centonio*

Eodem Mamialianus abbas monasterii S. *Frigdiani* de Pisis, promotus per Bonifacium IX. pridie Kal. Februarii pontificatus anno 12. Christi 1401.

Lab. S. *Fardiaci*

Eodem Orlandus abbas monasterii S. Mariæ de Morrona Pisanæ diœcesis, promotus per Gregorium XII. die 12. Kal. . . . . . Christi 1406.

Eodem Andreas abbas monasterii S. Bartholomæi de Anglari dicti ordinis Aretinæ diœcesis, promotus per Innocentium VII. anno 1047.

Eodem generalis ordinis Camaldulensis procuratorio nomine pro abbate monasterii S. Ægidii de Camprioiio ordinis prædicti Aretinæ diœcesis.

Eodem *Borchardus* abbas monasterii S. Bartholomæi de S. *Jucunda* dicti ordinis Lucanæ diœcesis, promotus per Gregorium XII. idibus Augusti, pontificatus anno 2. Christi 1408. indict. I.

Lab. *Bartholomæus de S. Jucunda* Ug. *Bartholomæus de S. Gunda*.

* Eodem Joannes prior monasterii S. Mariæ de Bra dicti ordinis, promotus per Bonifacium IX. anno 1400.

Eodem Franciscus abbas S. Mariæ de Poppiena promotus ab Urbano VI.

Nicolaus Antonius Episcopus *Lucernensis*, promotus a Clemente VII. anno 1394. die 29. Aprilis.

Lab. *Lucerinensis* Ug. *Lucion*

Eodem magister Hugo de Cayen licentiatus in decretis, cantor & canonicus ecclesiæ Constantiensis pro capitulo ecclesiæ suæ.

Eodem V. D. Nicolaus de Bailonibus de Perusio prior generalis S. Sepulcri Dominici Jerosolymitani, procuratorio nomine pro Petro episcopo Pacen. & pro * Antonio episcopo Tudensi & pro Geosalin episcopo Ramacensi.

Die 30. Aprilis D. Cardinalis Burdegalensis intravit civitatem Pisanam rediens ex Anglia.

Eodem VV. viri Simon & Michelinus de Zaffert de Novaria fratres, & Petrinus & Augustinus de Maglo fratres, canonici ecclesiæ Novariensis pro suo capitulo & clero civitatis & diœcesis. sicut & * pro Rufino abbate monasterii S. Laurentii extra muros Novarienses ordinis S. Benedicti.

Die I. Maji Ven. vir D. Guillelmus Benedicti U. J. D. procuratorio nomine pro *Excodo*

Lab. *Esteldo*

ANNO CHRISTI 1409.

codo abbate monasterii Fiscampuensi ordinis S. A
Benedicti Rotomagensis diœcesis. Die 2. Maji
D. Cardinalis de Hispania intravit civitatem
Pisarum, veniens ad sacrum collegium.

' Eodem Joannes abbas monasterii S. Ghiselmi de Cella Cameracensis diœcesis ordinis S. Benedicti.

Lab. *de Reyngheslute*

Eodem dictus D. Joannes, nec non D. Thomas de Fraxino miles, & Henricus de *Reyngeisslute* licentiatus in legibus, acclesiasticus ecclesiæ S. Petri Luthosensis Cameracensis diœcesis procuratorio nomine, & ut ambaxiator illustris & magnifici principis Guillelmi ducis de Bavaria, Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ comitis.

Eodem Salvator abbas monasterii S. Ægidii B
Nemausensis diœcesis.

Eodem Guido de Albiaco legum doctor canonicus Parisiensis procuratorio nomine pro capitulo ejusdem ecclesiæ, & pro capitulo ecclesiæ Senonensis.

Die 3. Maji Bartholomæus abbas monasterii S. Fidelis de Piuppiis ordinis Vallisumbrosæ, Aretinæ diœcesis, promotus per Urbanum VI. pontificatus anno 2. Christi 1379.

* Eodem Willelmus abbas monasterii Beatæ Mariæ de Impcabru ordinis S. Benedicti Turonensis diœcesis, promotus anno 1387.

* Eodem Radulphus abbas monasterii omnium Sanctorum Andegavensis ordinis S. Augustini, magister in Theologia, pro se & pro C
episcopo ac capitulo Andegavensi.

Eodem Guiddo abbas monasterii SS. Sergii & Bacchi prope Andegavis ordinis S. Benedicti promotus anno 1385. pro se & pro Joanne abbate monasterii S. Mauri supra Ligerim ordinis S. Benedicti Andegavensis diœcesis, & Theobaldo abbate monasterii S. Albini ejusdem ordinis & diœcesis.

Lab. *Ringer*

Die 4. Maji VV. viri MM. Franciscus S. Theologiæ magister ordinis Prædicatorum, & Petrus *Ringer* vicecancellarius venerabilis studii Viennensis procuratorio nomine pro Ernesto duce Austriæ, & studio suo Viennensi.

* Eodem Galterus Graffi prior ecclesiæ conventus Rhodi ordinis S. Joannis Jerosolymi- D
tani.

Eodem Amelius archiepiscopus Turonensis.

Eodem F. Alanus David ordinis Fratrum minorum minister provinciæ Turonensis pro sua provincia.

Eodem Andreas abbas monasterii S. Galliaci ordinis S. Benedicti Albiensis diœcesis pro se & Sicardo episcopo Conseranensi, & capitulo ecclesiæ Bitterensis, ac Michaele abbate monasterii Villæ magnæ ordinis S. Benedicti Biterrensis diœcesis, ac Arnoldo abbate monasterii de Juncellis ordinis S. Benedicti Biterrensis diœcesis, ac Joanne abbate monasterii S. Amani ordinis S. Benedicti S. Pontii *Tommeriarensis* diœcesis, & Raymundo abbate mo- E
nasterii Jocundensis ordinis S. Benedicti Electensis diœcesis.

Die 6. Maji Ven. vir D. Joannes Cavatori in utroque jure licentiatus archidiaconus Ripariæ in ecclesia Suessionensi procuratorio nomine pro Michaele episcopo Antissiodorensi

Lab. *Trecensi*

& pro Stephano episc. *Trecorensi*.

Eodem Gaufridus de S. Amore cantor ecclesiæ Matisconensis procuratorio nomine pro Petro episc. Matisconensi.

* Eodem Antonius abbas monasterii S. Faustini & Jovitæ majoris Brixiensis ordinis S. Ben.

Eodem Joannes Samphonista secretarius Georgii episcopi Pataviensis procuratorio nomine pro episcopo suo.

Eodem Bertrandus archiepiscopus Arborensis, promotus per Innocentium VII. die 3. Kal. Augusti pontificatus 2. Christi 1406.

Die 7. Maji Magister Fridericus Rocardi præpositus ecclesiæ Heyngenstadensis Maguntinæ diœcesis & canonicus ecclesiæ Warmensis procuratorio nomine pro Arnoldo episcopo Culmensi, & pro capitulo ecclesiæ Culmensis, & pro Joanne episcopo Pomenzamensi, & ejus capitulo; sicut & pro capitulo ecclesiæ Warmensis, & ecclesiæ Sambiensis.

Eodem Petrus episc. Cracoviensis, promotus a Bonifacio IX. die 2. nonas Decembris pontificatus 4. Christi 1393.

Eodem Petrus olim episcopus Siregiensis, promotus a Bonifacio IX. die 8. Kal. Junii pontificatus 12. Christi 1401.

Dictus D. Petrus episc. Cracoviensis procuratorio nomine & ut ambaxiator regis Poloniæ.

Lab. *S. Mariæ*

Eodem Paulus præpositus monasterii S. Mariæ *Magdalenæ* extra muros Procenses procuratorio nomine pro Simonico seniore duce Maxoniæ & ut ambaxiator ejusdem.

Lab. *Landemirensis*

Eodem Gregorius episc. *Valdiminensis* promotus a Bonifacio . . . . die 13. Kal. Martii pontificatus 12. Christi 1400. ind. 8.

Eodem ven. vir. Nicolaus Lubich decanus ecclesiæ beatæ Mariæ Erphodiensis protonotarius, & secretarius illustrium principum Friderici & Guillelmi germani Lamgravi Thuringe marchionum Misnensium comitum Palatinorum Saxoniæ, procuratorio nomine, & ut ambaxiator ipsorum.

Eodem Stanislaus canonicus ecclesiæ Plocensis procuratorio nomine pro Jacobo episcopo Plocensi, & capitulo ejusdem eccl.

Eodem supradicti DD. ambaxiatores procuratorio nomine ordinum DD. archiepiscoporum, & abbatum, ac capitulorum ecclesiarum metropolitanarum, & cathedralium, collegiatarumque, ecclesiarum regis Angliæ & universaliter pro tota ecclesia Anglicana, prout de eorum commissione & mandato plene docuerunt, & promiserunt stare & obedire, & præsertim pro infrascriptis reverendis Patribus, videlicet, Thoma archiepiscopo Cantuariensi, Henrico archiepiscopo Eboracensi, Henrico episcopo Wintoniensi.

Lab. *Mevensi*

Eodem RR. in Christo PP. & DD. Robertus Salesbiriensis, & Henricus *Melensis* episcopi, & VV. PP. DD. Thomas monasterii S. Mariæ Eboracensis ordinis S. B. Thomas prior Cantuariensis, Ricardus monasterii Beatæ Mariæ Jorevallensis Cistercienses abbates; nec non magister Ricardus Canynsten legum doctor officialis curiæ & canonicus ecclesiæ Eboracensis procuratorio nomine, & ut ambaxiatores Henrici regis Angliæ.

D. Thomas episc. Dunelmensis (pro) Ebdimindo episcopo Exionensi, Richardo episcopo Londoniensi, Joanne episcopo Heliensi, Nicolao episcopo Bathoniensi & Wellensi, Richardo episcopo Herifordiensi, Roberto episcopo Cicerciensi, Guillelmo episcop. Carleolensi, Joanne episcopo Lichefeldensi & Convestrensi, Thoma episcopo Wigorniensi, Philippo episcopo Lincolniensi, Alexandro episcopo Nerbicensi, Joanne episcopo Laudanensi (forsan Landavensi) Benedicto episcopo

Ban-

ANNO CHRISTI 1409.

Bangorensi, Joanne episcopo Assavensi, Thoma priore ecclesiæ Cantuariensis ordinis S. Benedicti, Thoma abbate monasterii S. Augustini extra muros Cantuarienses, Roberto abbate monasterii Deffashensm ordinis S. Benedicti, Waltero priore de Donaver ordinis S. Benedicti Cantuariensis diœcesis, Joanne priore de Herten ejusdem ordinis & diœcesis, Joanne priore ecclesiæ Roffensis, Guillelmo abbate de Vello ordinis S. Benedicti Cestrensis diœcesis, Joanne priore de Leoen. ejusdem ordinis & diœcesis, N. priore de Valgione ejusdem ordinis & diœcesis, Guillelmo abbate Westmonsterii ordinis S. Benedicti Londoniensis diœcesis, abbate de Voldsime ejusdem ordinis & diœcesis, abbate Colcheser ejusdem ordinis & diœcesis, priore de Come ejusdem ordinis & diœcesis, Thoma priore ecclesiæ Vintoniensis ordinis S. Benedicti, Joanne abbate de Lida ejusdem ordinis Vintoniensis diœcesis, abbate de Berinen Desey ejusdem ordinis & diœcesis, abbate de Carthesei ejusdem ordinis & diœcesis, Joanne abbate Abindomiæ ordinis S. Benedicti Sarisbiriensis diœcesis, abbate de Bedinghe ejusdem ordinis & diœcesis, abbate da Serborne ejusdem ordinis & diœcesis, abbate de *Watone* ejusdem ordinis & diœcesis, abbate de Serve ejusdem ordiois & diœcesis, abbate de Alboeysontin ejusdem ordinis & diœcesis, abbate de Malmisiboi ejusdem ord. & diœc. abbate de Taraestolte ejusdem ordinis & diœcesis Exomensis, priore S. Nicolai Exome ejusdem ordinis & diœcesis, Joanne priore ecclesiæ Vigorniensis ejusdem ordinis, abbate Erisham ordinia S. Benedicti, abbate de Cloncestim ordinis S. Benedicti Vigorniensis diœcesis; abbate de Barthore ejusdem &c. de Wenchecombe ejusdem &c. abbate de Altestso ejusdem &c. abbate de Theultesbuey ejusdem &c. priore de Malnernemagna ejusdem &c. Joanne abbate de Clsstoma ejusdem ordinis Bathomensis & Wellensis diœcesis, Joanne priore ecclesiæ Bathomensis ordinis S. Benedicti, abbate de Mochinlegh ejusdem &c. abbate de Addenlech ejusdem &c. abbate S. Albani ordinis S. Benedicti Lnicolnensis diœcesis, abbate de Ensham ejusdem &c. abbate de Rarusey ejusdem &c. abbate de Burgo S. Petri ejusdem &c. abbate de Cionlande ejusdem &c. abbate de Bardeney ejusdem &c. priore de *Spoldyim* ejusdem &c. priore de S. Nocto ejusdem &c. priore de Valnigfordi ejusdem &c. priore de Bevete ejusdem &c. priore Daventre ejusdem &c. priore ecclesiæ Conventrensis ejusdem ordinis, abbate de Cestria ordinis S. Benedicti Lich. & Conventrensis diœcesis, abbates de Sallopia ejusdem &c. abbate de Burconem ejusdem &c. priore ecclesiæ Eliensis ordinis S. Benedicti Eliensis diœcesis, abbate de Thornei ejusdem &c. priore ecclesiæ Norvicensis ordinis S. Benedicti, abbate de Burgo S. Ednardi ord. S. Bened. Norvicensis diœc. priore de Terford ejusdem &c. priore de Carsalt ejusdem &c. priore de Beincolume ejusdem &c. priore de Foscombe ejusdem &c. priore de Sutipis ejusdem &c. priore de Wimuntham, priore de . . . . . ejusdem &c. Richardo abbate Jerovallensis monsterii ordinis Cisterciensis diœcesis, Philippo abbate de Wanloi ejusdem &c. Guillelmo abbate de Fuonegia ejusdem &c. Roberto abbate de Futanis ejusdem &c. Joanne abbate de Revella ejnsdem &c. Joanne abbate Ballaloenda ejusdem &c. Joanne abbate de Melsa ejusdem &c. Thoma abbate

A de Odeway ejusdem &c. F. Willelmo de Ristallis ejusdem &c. Joanne abbate de Sallay ejusdem &c. Richardo abbate de Novo monasterio ejusdem &c. Joanne de Holmiculctam ejusdem &c. Guillelmo abbate de Eardava ejusdem &c. Joanne abbate de Rolfod ejusdem &c. Roberto abbate de Ruppa ejusdem &c. Rodulpho abbate de *Stutfordia* ejusdem &c. Joanne abbate de Comba ejusdem &c. Valtrine, abbate de Saune ejusdem &c. Philippo abbate de Stonlay ejusdem &c. Guillelmo abbate monasterii de Perceliudo ejusdem &c. Rughero abbate de Starcta florida ejusdem &c. Galfrido abbate de Hailis ejusdem &c. Nicolao abbate de Valler regis ejusdem Gilberto abbate B de Turbiner ejusdem &c. Joanne abbate de *Rereculllica* ejusdem &c. Richardo abbate de Tincerna, Willelmo abbate de Doz ejusdem &c. Nicolao abbate de Bellisden ejusdem &c. Joanne abbate de Hieron. ejusdem &c. Henrico abbate Sehynyshed ejusdem &c. Rogerio abbate de Valde ejusdem &c. Simone abbate de Hyllini ejusdem &c. Roberto abbate de Gratia ejusdem &c. Thoms abbate de Walborii ejusdem &c. Rogero abbate de Latres ejusdem &c. abbate de Walthm ordinis S. Augustini ejusdem diœcesis, abbate de Leicestre ejusdem, abbate de Thornton ejusdem, abbate de Oseny ejusdem &c. abbate de Aarle ejusdem &c. abbate de Rocetre ejusdem &c. abbate de Oye C jusdem.

Eodem mensa, anno & die D. Archiepiscopus Franciscus Narbonensis S. R. E. Camerarius procuratorio nomine pro Henrico episcopo Electensi & pro Bernardo abbate monasterii S. (Policarpi) ejusdem ordiois & diœcesis.

Eodem Philippus archiepiscopus Lugdunensis promotus ab . . . . anno 1392.

Eodem Joannes Archiep. Viennensis.

Eodem VV. viri DD. Godfridus Liveghen præpositus Moguntinensis & thesurarius ecclesiæ Coloniensis, Theodoricus de Minse præpositus *Bonnensis* & archidiacoous ecclesiæ Coloniensis comes, Joannes de *Linepe* subdiaco D nus ecclesiæ Coloniensis, Henricus Vesterholta J. U. D. auditor sacri palatii & decanus ecclesiæ S. Andreæ Coloniensis, Hugo de Heynort, Christianus *de Herpilis* legum doctor canonicus S. Cassii Bonnensis Coloniensis diœcesis, Balduvinus de Diche canonicus S. Andreæ Coloniensis, ut ambaxiatores & procuratores Friderici archiepiscopi Coloniensis sacri imperii electoris & archicancellarii per Italiam.

Lab. *Viennensis.* cum nostro cohæres Ug.
Lab. *Huepe* Ugh. *Linepe* ita & Ugh.
Lab. *de Bipe.*

Eodem D. Joannes Faydici decretorum doctor auditor sacri palatii apostolici causarum procuratorio nomine pro capitulo Narbonensi & pro Bertrando abbate monasterii S. Hilarii Carcassonensis, & Jacobo abbate monsterii beatæ Mariæ de quadraginta ordin. S. Augu- E stini Narbonensis diœcesis, ac pro Joanne abbate monasterii Fontis Frigidi ordinis Cisterciensis, & Sinsberto abbate " sæculari ecclesiæ S. Pauli Narbonensis.

Eodem F. Crassi generalis ordinis Carmelitarum sacræ theologiæ magister pro obedientia una cum magistro Raimundo procuratore generali dicti ordinis.

Eodem episcopus Mirapicensis promotus anno 1400. . . . . . pro se & capitulo ecclesiæ suæ.

Eodem Petrus episcopus Cameracensis promotus aono 1405.

Eo-

ANNO CHRISTI 1409.

Eodem magister Petrus de Tubbia canonicus ecclesiarum Narbonensia & Albiensis procuratorio nomine pro capitulo ecclesiæ Albiensis.

Eodem episcopus Saonensis promotus per Benedictum XIII. anno 1405.

* Eodem Guillelmus abbas monasterii de Carmeliis ord. S. Bened. dioec. Lexoviensis promotus per Bened. XIII. an. 1405. procuratorio nomine pro Germano episcopo Lucionensi & pro Extodo abbate monasterii Fiscampuensi ordinis S. Benedicti.

Eodem ven. V. D., Bartholomeus Nothonis archid. Saonensis pro capitulo ecclesiæ suæ.

Eodem Guillelmus episc. Lexonensis.

* Eodem Joannes abbas monasterii Thongarensis ordinis Præmonstratensia Cameracensis dioecesis.

Eodem Alanus Butaen Baccalarius in legibus pro Guillelmo abbate monasterii S. Andreæ ordinis S. Benedicti Avenion. dioecesis.

Eodem Guillelmus de Sciffet prior conventualis S. Arnulfi de Cuppeyo Salvanectensis dioecesis, pro * episcopo Salvanectensi & capitulo & clero ejusdem civitatis & dioecesis.

Eodem Petrus archiepiscopus Bituricensis procuratorio nomine Hugonis episcopi Lemonicensis, & prioris conventus monasterii de *Millebato* ordinis S. Benedicti Bituricensis dioecesis, sicut & Joannis abbatis monasterii S. Enulfi ordinis S. Benedicti ejusdem dioecesis.

Lab. *Millebeo*.

Eodem Ægidius episcopus Constantiensis promotus anno 1408. pro se & Michaele abbate monasterii S. Salvatoris vicecumitis ordinis S. Benedicti Constantiensis dioecesis, & pro Guillelmo abbate monasterii Beatæ Mariæ de *Bombeyo* ejusdem ord. & dioecesis; sicut & pro Joanne abbate monasterii S. Laudi de S. Laudo ordinis S. Augustini Constantiensis dioecesis.

Lab. *de Hambeya*.

Eodem Guillelmus Boyfratier J. U. D. decanus & Geraldus Chorail licentiatus in legibus canonicus ecclesiæ Bituricensis pro capitulo ecclesiæ suæ.

Eodem Petrus Astrolom procuratorio nomine pro Bernardo abbate monasterii S. Tiberni Agatensis dioecesis, & * Matthæo abbate sæcularis & collegiatæ ecclesiæ S. Affradidii Biterensis.

Eodem ven. D. Aurelius Appovail baccalarius in decretis procuratorio nomine pro Joanne abbate monasterii S. Martini Runctenensis alias de Busco ordinis S. Augustini Belvacensis dioecesis.

Lab. *Ruricurtensis*.

Eodem Joannes Scabelli præpositus de Novileta ordinis S. Benedicti Scemonensis dioecesis pro *Sagmaldo* abbate monasterii *S. Victoris* Virdunensis ordinis S. Benedicti.

Lab. *Reginaldo S. Vicini*.

Die 8. Maji Joannes de Torrano cantor & canonicus ecclesiæ Metensis pro capitulo ecclesiæ Tullensis.

Die 9. Maji magister Joannes Pargamenaesen magister in artibus & in utroque jure licentiatus procuratorio nomine pro Theobaldo abbate monasterii S. Albini Andegavensis ordinis S. Benedicti.

Eodem Joannes de Tornato cantor, & Simon de Fraudi canonici ecclesiæ Metensis procuratorio nomine pro Rodulpho episcopo Metensi.

Eodem VV. viri DD. Joannes Conteti licentiatus in decretis canonicus Bisuntinus, & Joannes de Nemoribus secretarius D. cardinalis Salutiarum procuratorio nomine pro archiepiscopo Bisuntino.

Eodem Gaufredus de Perusia consiliarius regis Franciæ procuratorio nomine pro Petro abbate monasterii S. Trinitatis de *Undecimo*.

Eodem ven. vir magister Nicolaus de Hubanto litterarum apostolicarum scriptor & abbreviator, canonicus ecclesiæ Nivernensis procuratorio nomine pro Roberto episcopo Nivernensi.

Lab. *de Vindocino*.

Eodem Nicolaus Fraillam in utroque jure licentiatus, regis Franciæ consiliarius, Parisiensis & Matisconensis ecclesiarum canonicus nominatus in provincia Lugdunensi procuratorio nomine pro capitulo ecclesiæ Lingonensis.

Die 24. Maji vener. vir magister Joannes Genteti in utroque jure licentiatus archidiaconus de Combrallia in ecclesia Lemonicensi procuratorio nomine pro Hugone episcopo Lemonicensi.

Eodem Andreas abbas monasterii *de Casedei* ordinis S. Benedicti Claromontensis dioecesis, promotus per Gregorium XI. anno 1377. pro se & pro Enrico episcopo Claromontensi.

Lab. *Casa-Dei*.

Eodem Villelmus de Fontagiis archidiaconus Filimanti in ecclesia Claromontensi magister in artibus & licentiatus in decretis pro capitulo Claromontensi.

Die 16. Maji D. Robertus Eschan de Losa decretorum doctor prior domus Colsimarium procuratorio nomine pro Raymundo abbate Cluniac.

Eodem Petrus de Monterato decanus ecclesiæ Lugdunensis pro suo capitulo & pro Filiberto episcopo Cabilonensi.

Die 17. Maji magister Joannes de Laca ordinis Prædicatorum in theologia magister nominatus per ecclesiam Gallicanam regens in scholis Albiensibus.

* Eodem Petrus abbas monasterii S. Augustini Lemonicensis ordinis S. Benedicti, promotus anno 1397.

Eodem VV. viri DD. Joannes Kempen præpositus ecclesiæ S. Bartholomæi Francfordiensis Moguntinæ dioecesis, Philippus *Flath* canonicus Moguntinus, Henricus *Heverfels* decretorum doctor præpositus ecclesiæ S. Victoris extra muros, Conradus *Ovels* decanus beatæ Mariæ ad gradus Moguntinenses, *Vest* præpositus Jethebursis ut ambaxiatores Joannis archiepiscopi Moguntini sacri imperii electoris, & ejusdem per Germaniam archicancellarii.

Ita fere & Ug. Lab. *Praalt*. Lab. & Ug. *Hevenselle* Lab. *Curos* Ug. *Ouros* Lab. *Vesso*

Eodem Messilianus abbas monasterii Tuitiensis ordinis S. Benedicti Cracoviensis dioecesis.

Lab. *Craclensis* Ug. Tuitiens

Eodem VV. viri DD. Henricus *de Croule* licentiatus in decretis canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ in Yvodio consiliarius & *Exefelus* de Vealdresinga pastor in .... *Teuvvensis* dioecesis capellanus, ambaxiatores procuratorio nomine pro Carolo duce Lotharingiæ & Marchioni.

Lab. de *Tronle* Ug. *de Trouls* Lab. & Ug. *Gerselus*

* Eodem nobilis vir Hemyngus de Valde miles procuratorio nomine & ambaxiator D. Buggutzlani ducis Stetinensis Pommeraniæ Salvæ, Cassuriæ principis Rayvarlt.

* Die 18. Maji Petrus abbas monasterii de Turono pro se & pro Joanne archiepiscopo Senonensi.

* Eodem RR. viri fratres Joannes de Griffamone prior Vallis Viridis prope Parisios, & Joannes Toelli Fontismerdum Suessionensis dioecesis, F. Dominicus prior S. Bartholomæi prope Januam monasterii ordinis Cartusiensis pro se & nomine totius ordinis ac monasteriorum in regno Franciæ & Delfinatus.

Die 19. Maji Joannes de Goch præpositus eccle-

ANNO CHRISTI 1409.

ecclesiæ S. Sebastiani Magdeburgensis, apostolicæ cameræ clericus, procuratorio nomine & ut ambaxiator Guntherii archiepiscopi Magdeburgensis & pro excelsis principibus Henrico & Gunthero fratribus comitibus de Suartzemburch, sicut & pro Waltero episcopo Merseburgensi.

* Eodem Georgius episcopus Laudemonensis promotus anno 1398.

Die 20. Maji Petrus episc. Famagustanus promotus anno 1387.

Die 22. Maji Joannes de Montenigno electus per capitulum ecclesiæ Famagustanæ in episcopo ejusdem ecclesiæ.

Eodem Petrus tituli S. Praxedis S. R. E. presbyter cardinalis, Hispaniæ vulgariter nuncupatus commendatarius ecclesiæ Oxomensis.

Eodem F. Villelmus de Brione præceptor præceptoriæ domus S. Antonii.

Die 24. Maji V. P. sacræ theologiæ magister D. Petrus de Vene generalis fratrum eremitarum S. Augustini una cum fratre Raymundo de Grosio.

Die 25. Maji Julianus episcopus Morsitanus promotus anno 1380.

Eodem Leonardus administretor ecclesiæ Chiensis.

Die 26. Maji, Joannes episc. in universali ecclesia, VV. viri Francischinus Pantera & Andreas de Domomiculis in jure canonico licentiatus, ac ven. vir D. Odoricus in Micussii canonicus Civitatensis pro Henrico de Sciaseldo * electo Concordiensi.

Eodem Hugo patriarcha Jerusalem, promotus a Bonifacio IX. pridie idus Aprilis pontificatus anno 7. Christi 1396. Indict. 4.

Die 27. Maji R. P. D. Ventzlaus patriarcha Antiochenus, & Thuno episcopus Misnensis, & magnificus & excelsus D. Benesinus Baro regni Bohemiæ regis Romanorum & Bohemiæ comparuerunt in dicto Concilio. Item dicti ambaxiatores præsentarunt litteras dominorum cardinalium ex parte regis Hungariæ, quod propter nonnullas causas ambaxiatores suos ad hoc sacrum Concilium generale mittere non poterat; sed quod fratrr suos rex Romanorum & Bohemiæ suos mittebat solemnes ambaxiatores, & quod ipse a volantate dicti fratris sui deviare non intendebat.

Eodem D. Ventzlaus patriarcha Antiochenus promotus a Bonifacio IX. die 3. idus Apr. pontificatus anno 8. Christi 1397. indict. 5.

* Eodem Timo episcopus Misnensis promotus a Bonifacio IX. die 3. nonas Decemb. pontificatus 10. Christi 1398. Ind. 6.

Eodem Mercus episcopus Naulensis promotus ab Innocentio VII. die 10. Kal. Ap. pontificatus anno 2. Christi 1406. indiction. 13.

Eodem VV. viri DD. Laurentius Banehaneis (Bantoniensis) decretorum doctor, & Antonius præpositus conventus monasterii S. . . . . de Mediolano ordinis Humiliatorum procuratorio nomine pro Nicolao præposito conventus omnium sanctorum ordinis prædicti de Florentia.

Die 29. Maji VV. viri D. Andreas de Bohemita libenda sacræ Theologiæ professor, & Herobaldus Zolobold baccalarius in sacra theologia artium magistri procuratorio nomine pro universitate studii Pragensis.

* Die 2. Junii Fraocifcus archiepiscopus Zaulcensis promotus per Bonifacium X. 5. kal. Decembris pontificatus anno 4. Christi 1394. indict. I.

* Eodem Guido abbas monasterii S. Angeli de Vergareto ordinis S. Benedicti Sussenatensis dioecesis, promotus per Bonifacium IX. die 4. Kal. Decemb. pontificatus II. Christi 1400. indict. 13.

* Eodem Thomas Dunelmensis episc. promotus per Innocentium VII. die 12. Maji pontificetus 2. Christi 1406.

* Die 3. Junii Franciscus episc. Burgarensis promotus per Bonifacium IX. die 4. kal. Novembris pontificatus anno II. Christi 1400.

Eodem Antonius abbas monasterii S. Benedicti Wallabensis Pergamensis dioecesis ordinis ejusdem, promotus per Gregorium II. pontificetus anno 2. Christi 1408. ind. I. die 4. Junii.

Eodem Zenobius monastetii beatæ Mariæ discelceatorum de Florentia procuratorio nomine pro Michacle abbate S. Michaelis discalceatorum ordinis . . . . . . Pisanæ dioecesis.

Eodem Christophorus abbas monasterii S. Salvatoris de Spongia ordinis Vallisumbrosæ Ceracensis dioecesis.

Eodem Lucas abbas monasterii de Saxo ordinis S. Benedicti.

Eodem Zenobius abbas monasterii S. Cassiani Montis Chaiani ordinis Vallisumbrosæ.

Eodem Simon patriarcha Alexandrinus procuratorio nomine pro Geraldo episcopo Pictavensi.

Eodem Joannes episcopus Umaciensis promotus anno 1406.

Eodem ven. vir magister Simon Gileti bacealarius in legibus canonicus Laudnnensis procuratorio nomine Bartholomæi episcopi Vintimiliensis & capituli ecclesiæ ejusdem; sicut & Joannis episcopi Wirdunensis ejusque capituli; sicut & Guidonis abbatis monasterii beatæ Mariæ Orgiasi ordinis S. Augustini Eduensis dioecesis.

Eodem Bernardus Alamannus licentiatus in decretis procuratorio nomine pro universitate studii Montiapessulani Magalensis dioecesis.

Die 4. Junii ven. vir Petrus Buleren procuretorio nomine pro capitulo ecclesiæ Viveriensis.

Die 5. Junii ven. vir Stephanus Caprioli legum doctor canonicus ecclesiæ Lexoniensis pro Giraldo episcopo S. Flori ejusque capitulo.

Die 6. Junii Franciscus episcopus Croensis, & nobilis vir Fridericus de Poeus de Russia procuratorio nomine pro Joanne archiep. Neapolitano.

Die 7. Junii Antonius S. Mariæ Inviolatæ diaconus cardinalis, de Chalanco vulgariter nuncupatus, administrator archiepisc. Talantogiensis; intravit civitetem Pisanam veniens ad sacrum Concilium.

* Eodem prædictus D. cardinalis & ven. vir D. Joannes de Belleforti legum doctor procuratorio nomine ut ambaxiatores illustris & magnifici D. Comitis Sabaudiæ.

* Eodem Amadeus abbas monasterii de Clause ordinis S. Benedicti Cammensis dioecesis.

* Die 13. Junii Antonius de Beldmatt de Pistorio legum doctor procuratorio nomine ut ambaxiator Nicolai marchionis Estensis.

* Eodem Franeiscus episc. Milen. promotus a Bonifacio IX. die 6. idus Octob. pontificatus an. 8.

Eodem Philibertus de Neylsca magnus magister ordinis S. Joanois Jerosolymitensis.

Eodem generalia ordinis Cruciferorum.

* Eodem Joannes episc. Montis Regalis in Pedemontium promotus per Bonifacium IX. die 3. Augusti pontificatus enno 13. Christi 1400.

ANNO CHRISTI 1409.

☞ * Eodem Matthæus episc. Bertonensis promotus per Bonifacium IX. die 3. kal. Apr. pontificatus anno II. Christi 1400. indict. 13.

* Eodem Nicolaus episc. Mutinensis & Thomas de Birondelis decretorum doctor canonicus Ferrariensis, ac F. Petrus Monfre de Bononia procuratorio nomine pro * Petro episc. Ferrariensi.

Idem Thomas & Petrus pro clero civitatis, & dioecesis Ferrariensis.

Eodem dictus D. episc. procuratorio nomine pro episcopo S. Leonis (alibi S. Geminiani) * Idem episc. pro Bartholomæo abbate monasterii S. Petri Mutinensis.

Eodem VV. viri Joannes Hoborth legum doctor Cicestrensis, & Robertus Appillton Ebroycen. ecclesiarum canonici pro * Nicolao episc. Batonensi & Villensi.

Eodem Joannes prior monasterii S. Fabiani Pratensis, & D. Stephanus de Prato clericus collegii DD. cardinalium procuratorio nomine pro * Jacobo abbate monast. de Monteplano ordinis Vallisumbrosæ Pistoriensis dioecesis.

Eodem Joannes de Montani rector parochia- A lis ecclesiæ S. Uldalrici extra muros novæ civitatis Salzburgensis dioecesis procuratorio nomine pro * Conrado episcopo Gurcensi.

Die 14. Junii Giraldus presbyter de Buschnasco procuratorio nomine pro * Alvaro de Currio abbate monasterii Fructuariensis.

Eodem Fridericus Deys decretorum doctor & decanus Paderburnensis procuratorio nomine ut ambaxiator illustris principis D. Joannis Menardi Palatini Carintiæ, & comitis Gontiæ, & Tirrolis.

Eodem Joannoitus episc. Novariensis, & * Jacobus episc. Adriensis procuratorio nomine pro * Bartholomæo episcopo Cremonensi.

B Eodem VV. viri DD. Galtherus Gratæ prior ecclesiæ hospitalis S. Joannis Jerosolymitanæ de Rodis, Petrus Holt tricoplejus Rodi, Joannes Jolvoth, Robertus Appelton, & Joannes Bruder procuratorio nomine pro Waltero Grendensi priore hospitalis S. Joannis Jerosolymitani in Anglia, Willelmo Hullers, Ricotido, Paulo, Willelmo Robe, Joanne Rilequid, & Thoma Tancelane militibus & confratribus dicti hospitalis.

EPISCOPUS NOVARIENSIS,

De Benedicto & Gregorio, in solemni Oratione, An. 1409. in Concilio Pisano dicta.

Ex MS. Erfurt.

Apud Harduum Conc. Constant. t. IV. p. 1305.

ECce, apparet ex his, patres & domini, quid hi olim pastores, militibus Christum crucifigentibus deteriores, fecerunt. Illi inconsutilem Christi tunicam recte ut dividerent sortiti in funiculo distributionis, fuere Christi imitatores. Ille fecit, quia pax nostra est, utraque unum: isti vero, ut Christi & ecclesiæ hostes, de uno fecerunt duo. Ille alias oves, quæ non ex suo primo erant ovili, adduxit, ut unum fieret ovile: isti autem per Christum adductas oves ad ovile unum, separant & dividunt, ut unitatem, quæ est in omnibus, auferant.

Ubi est apostolicum illud? Rom. XII. *Multi unum corpus sumus in Christo*. Non norunt certe pastores olim isti corpus Christi, ex quo corpus Christi negligunt. Et si non negligunt, ubi quæso, in eis sacramentum pietatis? ubi vinculum charitatis? Accedant, incorporentur, inquit Augustinus super Johannem, ut vivificentur, non abhorreant a compage membrorum.

Sed quia non habitant unanimes in domo militantis ecclesiæ, veluti membra putrida a Christi corpore resecari meruerunt. Non enim pertinent ad totum Christi corpus, tanquam divisores inconsutilis tunicæ Christi & unitatis ecclesiæ. Ideo nec participes erunt Christi corporis, quod est ecclesia. Ceciderunt enim, qui operantur iniquitatem. Expulsi sunt, & non potuerunt stare &c. scribitur psalm. XXXV. Justa quidem *expulsio*, sancta condemnatio, recta & æqua contra eos per sanctam synodum lata sententia & in jure divino fundata, prout ex dicendis apparebit. Hos enim, & eorum tempus, ad Timotheum III. scribens, apostolus prævidebat, dicens: *Erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, sine affectione, sine pace, sine benignitate, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.*

Sed oro, Patres & Domini, si virtutem habent pietatis, ubi ipsorum observatio promisso- C rum? Ubi fides data? Ubi præstiti juramenti executio? Ubi voti adimpletio? Ubi ipsorum litteræ, pro unione fienda liberam cessionem promittentes? Non enim legerunt cum consideratione: *Promitte, plenius, quam promiseris serva. Quid ridiculosius dicam, summo pontifice mendace?* Sub quo necesse est Petri naviculam, ne naufragium patiatur, & omnino illibatæ fidei opus, regi & gubernari. Stabile prorsus ac solidum promissum esse debet, in quo fundata est tantorum spes & tranquillitas omnium fidelium populorum. Sed *qui decipiunt*, juxta sententiam Senecæ, *Nihil habent solidum. Tenue est mendacium, perlucet, si diligenter inspexeris.* Digne igitur eos, Patres & Dom. juxta scri- D pturæ præceptum condemnando, perdidit ecclesia. *Perdes enim*, inquit, *eos, qui loquuntur mendacium*, Psal. V. Reddit autem hujus perditionis rationem Augustinus dicens: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium; hoc est, veritati contrarium. Sed ne quis putet aliquam substantiam vel naturam veritati esse contrariam, intelligat, ad id, quod non est, pertinere mendacium, non ad id, quod est. Si enim dicitur, quod est, verum dicitur. Si autem hoc dicitur, quod non est, mendacium est. Ideo, inquit: Perdes eos qui loquuntur mendacium, quia recedenter ab eo, quod est, ad id, quod non est, declinant.*

E Sed ubi olim horum Pontificum juramenti observatio? Nunquid non ipsi legerunt, *qui facit irritum juramentum, & solvit pactum, in medio Babylonis morietur?* Et infra: *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam juramentum, quod sprevit, & fœdus quod prævaricatus est, ponam in caput ejus, ut expandam super eum rete meum, & comprehendetur sagena mea, & adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi in prævaricatione, quia despexit me*: scribitur *Ezech. XVIII.*

Non enim patres & domini, olim, horum pontificum, illius populi Romani imperatoris

Mar-

ANNO CHRISTI 1409.

Marci regula, fides. Qui ut *primo de* Civ. Dei, c. XV. refert Augustinus propter juris jurandi fidem nec remanere in patria elegit, nec inde quolibet ire; sed ad suos acerrimos inimicos redire voluit, a quibus novo ac prius inaudito nimium horribili supplicii genere cruciatus & extinctus est. Deos, per quos juraverat, certe sic ille coluit, ut etiam vita carere, quam ipsos offendere maluit. Nostri autem olim pontifices, prostergato Dei honore ac salute Christianæ religionis, elegerunt potius rumpere jurisjurandi fidem, quam fumum scintillæ mundani & gemmati verticis, quam gloriam serici & purpurei tegminis, quam fastum, caduci honoris observantiam. Dilectores, inquit, hujus seculi putant: Parvi cordis, & segnis est animi terrenas opes spernere, honores assiduos fastidire, nec quærere gloriam. Ubi laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniqua gerunt: bene dicitur. Legant pariter & catholicam partem libelli *De vita solitaria*. Ubi ait, contemptus iste rerum temporalium, ad quæ tendat, & qualia concupiscat. Nihil hujusmodi mentibus rectius, nihil invenitur exactius, quæ sanctissimis desideriis universa transcendunt, neque ad ullam creaturam, quamvis potentem ac mirabilem, sed ad ipsum omnium visibilium ambiunt creatorem, cui appropinquare calescere est, quem timere gaudium est, cui servire regnare est.

Locus vitiatus

Deest aliquid

Nec ultra mirum, si super pastores iratus est furor Domini, *Zach. X.* Ex quo vota impleri tardantur emissa; immo verius manifestissime recusantur, aperto contemtu divinæ legis, dicentis: *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardes reddere. Quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Quod enim semel egressum est de labiis tuis, observabis & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es*, scribitur *Deut.* XXIII. Tu ergo qui vovisti Papatui cedere, redde altissimo votum tuum.

Ecce ergo, patres & domini, monstrante experientia videtis, qualiter istorum olim pontificum promissa fides rumpitur, gemit decus honestatis, sacrum factum perditur, fugit valor firmitatis, emissum votum spernitur, cadit fervor bonitatis. *Corrupti sunt* igitur, inquit Psalmista *Psalm. XIII. & abominabiles facti sunt in studiis suis*, dum non unitatem Christi corporis, sed hoc seculum amant, cujus affectiones animam corrumpunt. Ambo declinaverunt simul, non est ex eis, qui faciat bonum. Ideo contritio & infelicitas in viis eorum. Immo illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Timuerunt regnum terrenum amittere, ubi non erat timor, & amittere certe regnum cælorum, quod certe timere debuerant. Cum enim temporalium amissionem timeant, ad æterna non venient. Et regnum militantis ecclesiæ, ne ipsa triste naufragium patiatur, jam justo Dei miserunt judicio.

Divina est enim sententia, per sanctam Synodum lata. Legite Ezechielem, ubi hæc Dei in forma sententia: *Veh pastoribus, qui pascebant semetipsos? nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis & lana operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod fractum non alligastis, & quod abjectum erat, non reduxistis, & quod perierat, non quæsivistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia; & dispersæ sunt oves meæ & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum. Propterea, pastores, audite verbum Domini: hoc dicit Dominus Deus: ecce ego ipse super pastores. Requiram gregem meum de manu eorum, & non erit eis ultra in escam.* Et paullisper: *Suscitabo pastorem unum, & ipse pascet oves meas.* Scribitur hæc divina sententia *Ezech.* XXXIII.

Habetis jam, reverendissimi Patres & Domini, huc husque monstratum, qualiter militans nostra mater ecclesia lustris sex jam peractis fuit pastore bino lacerata, tolerando grave jurgium, errore sævo tenebrata, deplorando grave scandalum, mœrore diro fatigata, fugitando sævum jaculum.

Propter quæ sancta Synodus, quæ debite congregata errare non potest, ut omnes unum corpus simus in domino, & servemus unitatem spiritus in vinculo pacis, ut non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris, justo, vero, ac sancto judicio contra duos colludentes de papatu sententiam privationis utriusque tulit, ut sancta ecclesia, pastore unico & indubitato collecta, sit cunctorum gaudium.

SESSIO I.

Ex Mart. Vel Monto. VII. pag. 1075.

Sancta Synodus propter celebritatem festivitatis hodiernæ, quæ fuit pretium redemptionis nostræ, & propter prolixitatem longæ processionis, & ut omnes præsenti die ac nocte vacent & intendant devotioni & orationi, ut Deus per sui misericordiam perficere dignetur quod in spe ejus gratiæ feliciter inchoatur, ad laudem & gloriam sui nominis, pacem, reintegrationem & unitatem ecclesiæ suæ sanctæ ordinat, quod prima sessio Concilii generalis hic per Dei gratiam congregati, sit cras de mane die Martii XXVI. præsentis mensis Martii in isto eodem loco in solis ortu, ita quod omnes convocati conveniant, & nomine dictæ sanctæ Synodi, & omnium quorum interest peto, per omnes notarios hic assistentes fieri publica instrumenta, & sic ab omnibus notariis fieri petiit & rogavit.

Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi.

Fideli & devota professione fatemur, &c.

Legitur in Concilio Toletano XI. & habetur 5. q. c. *in loco* quod est ultimum.

In loco benedictionis &c.

Ut lectum & recitatum est, ut in generali Concilio Lugdunensi continetur, tenet, & profitetur, & firmiter credit hoc sanctum & universale Concilium, & omnia alia quæ de summa Trinitate & fide catholica, sacramentis ecclesiæ, & ecclesiæ unitate hactenus docuit & prædicavit, docet & prædicat sancta catholica ecclesia, firmiter tenens omnem hæreticum vel schismaticum cum diabolo & angelis ejus æterni ignis incendio participandum, nisi ante finem hujus vitæ catholicæ fuerit incorporatus & reintegratus ecclesiæ.

ANNO CHRISTI 1409.

Sancta Synodus ordinat, quod secunda sessio Concilii generalis, hic per Dei gratiam congregati, sit cras de mane in solis ortu, videlicet die mercurii XXVII. præsentis mensis Martii in isto eodem loco, ita quod omnes convocati conveniant.

SESSIO II.

Sancta Synodus seu hoc sacrum generale Concilium dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. nominatum; & dominum Angelum Corrario Gregorium XII. nuncupatum, de papatu contendentes, & quantum in eis est ecclesiam Dei notorie in schismate tenentes, legitime requisitos & vocatos, & provocatos in causa schismatis & fidei ad hoc præsens sanctum generale Concilium, & omnia in eo agenda, non venientes seu legitime comparentes per se vel per alios, non termino statuto satisfacientes, licet expectati post terminum per duas sessiones, reputat, & decernit, & declarat in causa schismatis & fidei contumaces, ponitque in contumacia & defectu, & ordinat in eorum contumaciam ad ulteriora debere procedi, & prætendit fore, ordinans sessionem aliam fieri die Lunæ post dominicam in Albis, quæ erit XV. dies futuri mensis Apr. ad quem diem ordinat præsens sanctum Concilium dominum cardin. Tudertinum domino Gregorio adhærentem, & dominum Johannem Sabinensem episcopum, S. Adriani & S. Mariæ *in via lata* de Flisco & de Chalanco vulgariter nuncupatos S. R. E. cardinales Benedicto adhærentes, de benignitate expectandos fore, cum intimatione, quod si prædicti duo contendentes, & præfati domini cardin. non comparuerint in dicto termino, ad ulteriora procedere eorum contumacia non obstante. Ordinat nihilominus præsentem ordinationem in valvis præsentis ecclesiæ cathedralis affigi publice, ne de præmissis valeant ignorantiam allegare.

Universis & singulis, sacra mandante Synodo, tenore præsentium intimatur, quod hac die sabbati penultima hujus mensis Martii in ecclesia cathedrali Pisana, celebrata devote & solemniter missa pro unione sacro sanctæ ecclesiæ ordinata, dictis in cantu litaniis & devotis orationibus, ac expletis aliis in talibus consuetis, auditis quidem propositionibus & petitionibus deputatorum advocatorum, & procuratorum sanctæ Romanæ ecclesiæ iniquis de papatu contendentium ausibus lacessitæ, proh dolor! immo diutissime laceratæ, per quas recensito quod accusata contumacia infrascriptorum contendentium proxime lapsis in processu hujusce causæ descriptis terminis, petitum fuit eosdem contendentes, etiam & adhærentes eis cardinales, & alias ad hujusmodi Concilium legitime vocatos reputari, decerni, & declarari contumaces; jam bis & nunc tertio prorogata seu continuata dies instat, In qua contendentes ipsi ac cardinales eis adhærentes & ceteri vocati comparere tenentur, accusataque tandem legitime hac ipsa die contumacia prædictorum, & petito eos contumaces reputari, decerni & declarari; ipsa sancta Synodus seu sacrum generale Concilium antedictum præfatis contendentibus & aliis legitime, ut ex processu constat, ad valvas ecclesiæ vocatis, & aliis servandis servatis, unanimi consensu & voto super prædictorum & aliorum contumacia, reputavit, decrevit & declaravit per organum reverendissimi in Christo Patris & domini domini G. episcopi Prænestini Pictavensis vulgariter nuncupati, sicut continetur in cedula, cujus tenor de verbo ad verbum est talis: Sancta Synodus &c. ideo ut si prælegitur seriose. Super quibus quidem reputatione, decreto & declaratione præfatæ hujusce ecclesiæ deputati petiverunt fieri unum vel plura publica instrumenta in processu hujusmodi causæ reaggravanda. Datum ubi & diebus quibus supra, anno a Nativitate Domini MCCCCIX. ind. II.

ANNO CHRISTI 1409.
Guidonis

SESSIO III.

Sancta & universalis Synodus auditis, intellectis, & consideratis omnibus & singulis supradictis, & quolibet tempore volens mature atque cum gravitate procedere, & eo attento potissime, quia fide digne relatione perceperat aliquos dominos cardinales, & quamplures valentes prælatos, ac nonnullorum prælatorum procuratores & nuncios in itinere esse ad ipsum sacrum Concilium venientes, & Pisas infra nonnullos dies applicare debere, cum quibus considerabat agenda omnia laudabilius & consultius processura, præsentem sessionem hodiernam usque ad diem XXIV. præsentis mensis Aprilis prorogavit, & continuare statuit & decrevit, ordinans hujusmodi continuativam prorogationem per cedulam in modum edicti ad valvas hujus ecclesiæ cathedralis Pisanæ affigi debere, ne de ipsa prorogatione contendentes prædicti & quatuor cardinales supra nominati, valeant quomodolibet ignorantiam allegare.

Universis & singulis, sacra mandante Synodo, tenore præsentium intimatur, quod in ecclesia Pisana eadem Synodo seu sacro Concilio Pisano congregato, cantata per dominum Bartholomæum episcopum Aleriensem missa beatæ Mariæ Virginis, dictis Litaniis in cantu, & aliis servandis servatis, hac die lunæ de mane XV. hujus mensis Aprilis, quo pendebat terminus ad procedendum ad ulteriora contra Angelum Corrario, Gregorium, & contra Petrum de Luna Benedictum nuncupatos, de papatu perperam contendentes, ad quam etiam dominos Tudertinum, Angelo, & Auxitanum, de Flisco & de Chalanco cardinales Petro de Luna contendentibus prædictis adhærentes expectandos, in ultima sessione decretum fuit, post auditos ambaxiatores seu nuncios illustris domini Ruperti in regem Romanorum electi, præcipue facta per dominum advocatum & procuratores, seu promotores deputatos petitione, de novo contra Angelum & Petrum contendentes declaratos contumaces in præsenti decerni & declarari, quorum dictorum contendentium per se vel per alium comparentium, seu huic termino & sessioni non satisfacientium prius contumacia extitit accusata; eadem sancta Synodus volens continuo non per rigorem, sed cum debita mansuetudine procedere maxima, quia relatione fide digna accepit aliquos dominos cardinales & plures valentes privatos esse in via ad hanc sacram Synodum venientes, sessionem præsentis XV. diei & actum seu actus ad ipsam diem pendentes contra contendentes & eis adhærentes præfatos usque ad XXIV. diem ejusdem mensis continuantem prorogavit, ordinans atque mandans præsentem continuationem & prorogationem in valvis ejusdem ecclesiæ Pisanæ per præsens publicum edictum

ANNO CHRISTI 1409.

ctum affigi, ne de hujusmodi prorogatione contendentes & eis adhærentes prædicti possint quomodolibet ignorantism allegare, cum intimatione quod si in dicta XXIV. die non comparuerint, nihilominus procedetur ad ulteriora, prout præfatæ sanctæ Synodo isti videbitur, eorum seu cujuslibet eorum contumacia non obstante. Datum Pisis, die prædicta lunæ XV. Apr. II. indictione, anno nativitatis Domini MCCCCIX.

SESSIO IV.

Lunæ XV. Aprilis, ad quam diem continuatum fuerat Concilium in ultima sessione præcedente, fuit Concilium de mane congregatum in ecclesia metropolitana civitatis Pisanæ, ubi primo devote fuit missa de beata Virgine solemniter celebrata in plano cantu per quemdam episcopum, dominis cardinalibus & aliis prælatis ibidem existentibus, & sedentibus in sedes sibi assignatas secundum tempus ordinationis eorumdem: ita tamen quod domini cardinales erant & sedebant in uno scanno quasi præsidentes, & habentes dorsum ad altare, vultus autem ad episcopos & alios coram eis assistentes. Omnibus etiam missa durante indutis suis vestibus & cappis communibus. Qua missa celebrata per illum episcopum cum mitra aurifrigiata & sine pastorali baculo, nulla etiam benedictione facta solemni, sed ea sola quam simplex sacerdos facere consuevit in fine Missæ. Tunc omnes cardinales & alii prælati exuerunt suum habitum & se induerunt cappis sericis seu pluvialibus cum singulis mittis, scilicet albis & simplicibus.

Postmodum statim incœpit cantor quidam istam antiphonam: *Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos, Domine*; cum psalmo & *Gloria Patri*, secuta statim oratione per unum cardinalium dicta. Deinde dixit diaconus, *Orate*; quo dicto, omnes prostrati oraverunt sub silentio quasi per spatium dicendi psalmum *Miserere mei Deus*. Oratione facta, prædictus cardinalis elegit cum cantu quamdam orationem, scilicet istam: *Deus, qui diversitatem gentium in tui nominis confessione adunasti, da ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum*. Subsequenter dicta prostratione durante decantata fuit Litania, in qua multæ fiunt preces & rogationes speciales materiam præsentem tangentes respicientes ut sic: *ut ecclesiam tuam sanctam & omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione Christiana regere, dirigere, & sanctificare digneris, te rogamus &c.* item, *ut omnes inimicos ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus &c. ut hanc sanctam Synodum dirigere &c.* Finita autem litania prædictus dominus cardinalis dicit orationes propter hoc specialiter factas. Quibus finitia, clamat diaconus: *erigite vos*; & statim alius diaconus cardinalis legit evangelium indutus tunica. Quo dicto, iterum sequitur quædam oratio per primum cardinalem dicenda. His vero peractis, præceptum fuit ut omnes exirent, præter eos qui poterant & debebant ibidem interesse, quod fuit executioni demandatum.

Deinde quidam nominatus magister Conradus de Susato petiit audientiam, ut in præsentia Concilii proponeretur intentio domini Ruperti regis Romanorum, quam habebat ad unionem sanctæ Dei ecclesiæ. Cujus petitione audita, domini cardinales quasi præsidentes ibidem, ut supra præmisi, miserunt notarios ad singulas sedes aliorum prælatorum & procuratorum, ad petendum sua vota super audientia prædicta concedenda vel deneganda, in qua concedenda omnes consenserunt; & sic eis concessa fuit. Tunc non ille magister Conradus, sed dominus episcopus Berdensis collega prædicti Conradi ascendit cathedram ubi fecit quamdam arengam assumens thema: *Pax vobis*. Quo aliquantulum deducto, dixit se esse missos ad Concilium præsens pro parte serenissimi & illustrissimi principis Ruperti regis Romanorum semper Augusti &c. Et deinde præmissis quibusdam protestationibus & excusationibus, dixit: intendo difficultare & impugnare acta & agenda in dicto Concilio; plura dubia quasi objective & quæstiones proposuit, requirendo finaliter mutationem loci dicti Concilii & multa alia, de quibus constare plenius potest per tenorem & copiam dictorum præpositorum.

Hac igitur propositione sic facta, domini cardinales præsidentes per organum domini cardinalis Prænestrini dixerunt præfatis dominis ambaxiatoribus, quod se retraherent, & Concilium super sua requisitione deliberaret. Quo facto, Concilium deliberavit, & eisdem respondit, quod mandatum, si quod a rege Ruperto haberent super præmissis proponendis, exhiberent; & quod suas petitiones, dubia, ac quæstiones ac proposita in scriptis traderent, ut plenius super eisdem possit eisdem satisfieri, & plenius valerent informari & dominus eorumdem. Et licet hujusmodi responsionem prima facie non acceptarent præfati nuncii, sed potius recusarent tradere & procuratorium & ipsa dubia sive objecta: tandem rationibus convicti, præmissa tradere consenserunt & promiserunt. Et tunc dictum fuit, quod in prima futura sessione dicti Concilii responderetur, & satisfieret eorum dubiis & quæstionibus per eum propositis. Et ulterius fuit ordinatum, quod de singulis provinciis aliqui deputarentur ad videndum ipsa dubia. Et similiter domini cardinales aliquos ex eis ad hoc deputarent, qui haberent conferre, & deliberatione facta, providere de condecenti responsiona prædictis nunciis facienda.

Hoc sic concluso, statim generalis advocatus Concilii pro & nomine procuratoris & promotoris cum Concilio deputati publice requisivit, quod duo contendentes, & cardinales eisdem adhærentes numero quatuor, quorum tres domino Benedicto, scilicet de Chalanco, de Flisco, & Auxitanus, & Gregorio unus adhærens, evocarentur in valvis ecclesiæ comparituri in hoc sacro Concilio &c. Cum debite citati & vocati fuissent, accusando eorum contumaciam, nisi legitime per se vel procuratores idoneos comparerent. Qua requisitione facta, duo cardinales vel tres vel quatuor archiepiscopi & episcopi una cum notariis, ut testibus, venerunt ad valvas ecclesiæ; & inde postmodum reversi, retulerunt quod solemniter & debite vocaverant prædictos, de quibus & pro quibus nullus comparuit. Et tunc ad promotoris instantiam reputati sunt contumaces per Concilium. Postmodum per eum de dominis cardinalibus dictum fuit, quod plures erant prælati & domini ac viri solemnes ad Concilium venturi, quorum præsentia erat Concilio pro-

profutura; & ideo si videbitur expedire, dies sessionis Concilii continuaretur & prorogaretur usque ad XXIV. dicti mensis Aprilis, & interim legerentur proposita nunciorum dicti regis Ruperti, & ordinaretur de responsione eadem die facienda, ut est dictum. Et sic fuit ordinatum & conclusum de consensu in Concilio assistentium.

SESSIO V.

Mercurii XXIV. mensis Aprilis fuit quinta sessio Concilii generalis in ecclesia majori, ubi celebrata primo missa solemniter de Angelis per quemdam episcopum modo supra præmisso in proxima præcedenti sessione, & aliis solemnitatibus præmissis, vocati fuerunt duo contendentes, sed non cardinales eis adhærentes, scilicet in valvis ecclesiæ eo modo quo supra præmissum est; & quia nullus ex eis vel pro eis comparuit, accusata & adjudicata eorum contumacia extitit, promotore instante. Et postmodum licet ordinatum fuisset in proxima præcedenti sessione, quod nunciis regis Ruperti super dubiis suis & eorum propositis hodie responderetur; quia tunc præcedenti tempore de Pisa hospite insalutato recesserant, dimissa per eos quadam appellatione clam & occulte; præfatis eorum dubiis hac die responsum non extitit; & etiam quia factis duorum contendentium visis & auditis, responsio clarior poterat ad prædicta dubia haberi. Igitur hac die pro fundanda hujus sacri Concilii intentione, lecta fuit quædam prolixa scriptura per modum libelli & articulorum contra ipsos contendentes, facta eorum continens, & publice propositæ conclusiones, ad quas tendit promotor hujus Concilii inferendo. Et insuper quamvis facta in dicta scriptura contenta & narrata dicerentur esse notoria, nihilominus ad majorem eorum purificationem advisatum fuit fore expediens, quod procederetur ad eorum probationes; ad quas recipiendas eligerentur aliqui notabiles viri per nationes, vel provincias, prout videbitur expedire. Quibus peractis, continuata fuit sessio ad diem Lunæ inde proxime sequentem.

SESSIO VI.

Martis XXX. & ultima die mensis Aprilis fuit sexta sessio sanctæ Synodi universalis in ecclesia Pisana, in qua supervenerunt plures Anglici episcopi, abbates, doctores, & alii cum magna comitiva sæcularium dum missa cantaretur. Qua celebrata, & aliis solemnitatibus solitis adimpletis, primus dictorum Anglorum in ordine, scilicet Salisberiensis, statim cathedram ascendit, incipiens sermonem suum per hoc thema: *Justitia & judicium præparatio sedis ejus*. Quod quidem thema deduxit prolixe, inducendo Concilium & prælatos ad insequendum voluntatem divinam, & non propriam vel humanam: & ut omnem carnalem affectionem & appetitum dominandi abjicerent, sensus suos subjicientes rationi ac dispositioni divinæ; quatenus omni semota carnali affectione, odio, favore, timore & amore, studerent providere ecclesiæ, & sedi apostolicæ de pastore, qui in vera caritate vellet Christum sequi & utilitati subditorum intendere. Finaliter completa propositione dixit per hæc verba: „R. Patres & „domini, ex parte serenissimi & illustrissimi „principis regis Angliæ &c. dominorum prælatorum & cleri totius regni venimus ad „Concilium, cum bona & sufficienti ac necessaria potestate faciendi & consentiendi „ea, quæ per hoc sanctum Concilium vel „majorem ac saniorem partem ipsis videbuntur facienda; nosque offerimus facturos „quicquid pro bono & utilitate ecclesiæ poterimus.“ Postmodum supplicavit Concilio, quod vellent regratiari domino patriarchæ, & aliis de regno Franciæ, specialiter autem domino gubernatori Januæ, & universitatis Parisiensis studiis de gratiis, libertatibus & donis & aliis venientibus ad dictum Concilium, ob ipsius Concilii reverentiam & favorem multipliciter factis & impensis.

Hoc facto, quia propositio dicti domini episcopi Salisberiensis longa fuit, nihil de principali processu actum fuit nec extitit, præter hoc quod illico ascendit cathedram advocatus fiscalis, ubi proposuit, quod licet in proxima sessione præcedenti deliberatum fuisset, hac die nominari deberi nomina dominorum commissariorum electorum ad recipiendum testes, litteras, instrumenta, &c. causam contra dictos contendentes tangentia; tamen quia pluries viri solemnes, inter quos nominant Anglicos & nuncios electorum imperii tam sæculares & ecclesiasticos nondum propter tardum eorum adventum potuerunt super hoc deliberare & debite informari potuisse. Ideo quia eadem die dicta nominatio non poterat expediri, petiit continuationem hujus diei fiendam, si placeret Concilio, usque ad diem sabbati sequentis, quæ erit IV. mensis Msji. Subjungens insuper quod tam episcopus Verdensis pro se & suis complicibus alias publice in Concilio, prout supra tactum est, proposuisset multa adinventa falsa, scandalosa, & injuriosa, quæ non credebantur procedere de mente & conscientia regis Ruperti, in regem Romsnorum, ut dicebat, secundo electi, cujus oratores se esse dicebant. Ad quæ quidem proposita hodie foret respondendum per ordinationem Concilii, prout eisdem oratoribus fuerat oblatum; quia cum de Synodo sancta absque licentia recesserant, pœnas juris incurrendo, de quarum prosecutione protestatus est, ordinatum fuit, quod responsio hodie fienda ad illa talia qualia dubia differretur in primam futuram sessionem, petita prius per singulos eorum super hoc deliberatione. In hac sessione Concilii generalis comparuit dominus patriarcha, in qua præsedit sedens in medio duorum antiquorum cardinalium, non tamen Missa durante, quia tunc sedit post dominum camerarium, Narbonensem archiepiscopum, sed statim missa dicta, & indutus pluviali & mitra alba transivit ad locum præsidentis.

SESSIO VII.

Sabbati IV. mensis Maji fuit septima sessio sacri Concilii universalis in loco solito, ubi primo missa de S. Spiritu per quemdam episcopum celebrata, & aliis solemnitatibus Synodi factis, prout supra in IV. sessione dictum est, quidam solemnis doctor de studio Bononiensi, Petrus de Ancorano vocatus, ascendit pulpitum dictæ ecclesiæ, quod est quasi in medio ejusdem, & ibidem proposuit responsiones ad quæstiones & dubia per ambaxiatores regis Ruperti superius nominati alias motas & factas, omnibus præsentibus qui voluerunt interesse, nemine rejecto,

ANNO CHRISTI 1409.

jecto, improbando primo factum ipsorum nunciorum seu oratorum, & ostendendo quod dicta dubia moveri non debuerant. Secundo repetiit succincte effectum dictorum dubiorum, quasi ea summando. Tertio fundavit intentionem Concilii ex adverso. Quarto, respondit ad dictas quæstiones & eorum rationes. Deinde per advocatum fiscalem petitum fuit, quod nominarentur qui audituri & recepturi erant testes, instrumenta, probationes &c. super factis contra dictos dominos contendentes propositis in præcedenti sessione, & ipsorum factorum notorietate, prout alias per Concilium fuerat appunctuatum; qui tunc nominati fuerunt, & cum eisdem ad petitionem dominorum cardinalium duo ex eis fuerunt nominati, qui de consensu Concilii in dicta receptione interessent. Quibus omnibus sic nominatis per Concilium de omnium consensu concessa fuit eisdem commissio ad præmissa faciendum. Postmodum dictum fuit, quod si videretur expedire, & placeret Concilio, mitterentur aliqui ad Ladislaum, regem Siciliæ ab aliquibus nuncupatum, petituri, ut huic Concilio nullum præstaret impedimentum, sed faveret, &c. Super quo tunc nihil extitit deliberatum, nec conclusum. Sed continuata fuit dies hujusmodi Concilii ad diem veneris proximam sequentem, quæ erat decima dies dicti mensis Maji, & interim reciperentur probationes.

SESSIO VIII.

Die veneris decima mensis Maji fuit octava sessio in loco & hora solitis, ubi missa solemniter celebrata, &c. advocatus fiscalis una cum promotore, &c. nomine dicti procuratoris petiit & requisivit unionem duorum collegiorum rite, juste & canonice fuisse & esse factam pro bono tam pii negotii, sicque decrevit declarari, appropriari & pronuntiari per sanctam Synodum. Secundo, petiit convocationem hujus Concilii per dominos cardinales utriusque collegii factam fuisse rite, juste, canonice & legitime, loco ac tempore competenti, habili, tuto, libero, & idoneo, et securo, ac convenienti, et sic decretum pronunciari et approbari. Tertio, quod ipsa sancta Synodus decernat, declaret, et pronunciet hanc sanctam Synodum esse generale, ac universale Concilium, repræsentans universalem ecclesiam catholicam, sibique competere tamquam ad unicum judicem superiorem in terris cognitionem, decisionem, et omnimodam determinationem hujus causæ contra istos duos de papatu contendentes, et ut dicitur, colludentes, cum omnibus pertinentibus, emergentibus, incidentibus et connexis et eam tangentibus. Quarto, quod cum terminus datus ad producendum, recipiendum et examinandum testes fuisset nimis brevis, maxime cum infra eumdem terminum inciderint tria festa, scilicet dominica, festum B. Johannis apostoli, et apparitio B. Michaelis, quatenus daretur alius terminus ad hoc faciendum competens et idoneus. Hoc dicto, subjunxit dictus advocatus, quod si hæc Concilio placerent, hoc exprimerent: ad quod multi alta voce statim responderunt: *Placet*. Nihilominus postea per notarios, testibus eisdem assistentibus, et etiam per alios ad hæc deputatos sigillatim inquisita fuerunt vota singulorum super præmissis: et repertum fuit omnes in præmissis consentire, paucis exceptis, videlicet tribus aut quatuor. Deinde hac inquisitione facta et relata, quidam doctor de jussu etc. ascendit pulpitum, qui nomine quo supra petiit, requisivit et postulavit, quod dicta sancta Synodus decerneret, pronunciaret et declararet licuisse, potuisse et debuisse se subtrahere ab obedientia dictorum contendentium a tempore quo desierunt prosequi unionem ecclesiæ per viam mutuæ cessionis, juxta præceptum Domini per prophetam dicentis: *Recedite a tabernaculo impiorum, ne simul involvamini in peccatis eorum, etc.* Et subjunxit, quod si Concilio placeret, hoc dicerent: quo dicto, responsum fuit alta voce per conjunctam multitudinem, *Placet, Placet*. Dicunt tamen aliqui, quod super isto fuit contradictio quorumdam cardinalium, inter quos audivi nominare Penestrinum. His peractis, dominus patriarcha tunc præsidens, et sedens in medio dominorum cardinalium, surrexit de seda sua, et tunc ascendit pulpitum, assistenteque domino episcopo Salisberiensi, qui primus est inter Anglicos, cœpit idem patriarcha legere cedulam continentem in effectu decretum, declarationem, pronunciationem et approbationem ex parte sanctæ Synodi factam de omnibus et singulis per promotorem et advocatum petitis, assignando terminum ad octavam diem sequentem, quæ erit XVII. Maji, ad producendum, et examinandum, et recipiendum dictos testes; et alias ad procedendum, prout juris esset, continuata fuit sessio Concilii proximo futura. Pronunciatio autem talis est.

„ Sancta Synodus, habita plena & matura deliberatione, decernit, pronunciat, et declarat unionem et conjunctionem factam de duobus collegiis dominorum S. R. E. cardinalium fuisse et esse legitimam ac canonicam, ipsamque sua auctoritate roborat, approbat, et confirmat pro bono tam sancti et pii negotii, ac evidenti et eminenti necessitate universalis ecclesiæ catholicæ, extirpationis schismatis, ac unionis et reintegrationis ipsius ecclesiæ, et etiam hanc sanctam Synodum per dominos cardinales utriusque collegii ad tantum bonum simul unitos et congregatos tempore congruo, et in loco tuto et habili et idoneo, securo, et libero, rite, debite ac canonice convocatam. Declarat insuper, pronunciat et decernit per Dei gratiam hic esse generale Concilium repræsentativum totius universalis catholicæ ecclesiæ, rite, juste et rationabiliter fundatum et congregatum; et ad hoc generale Concilium, tamquam ad unicum superiorem et judicem in terris pertinere hujus causæ et omnium propositorum contra dominos Benedictum et Gregorium nominatos contendentes, seu, ut asseritur, colludentes de papatu, cognitionem, examinationem, decisionem, et omnimodam determinationem, ac omnium et singulorum ad dictam causam pertinentium, quoquomodo dependentium, incidentium seu emergentium ex præmissis. Item, sancta Synodus, habita matura et plena deliberatione ex causis præmissis, pro secunda dilatione ad producendos testes statuit terminum ab hodie ad octo dies, quæ erit XVII. mensis Maji, et ad illum diem assignat proximam sessionem. “

PRÆ-

ANNO CHRISTI 1409.

PRÆMONITIO COLLECTORIS

IN SEQUENTEM LUCUBRATIONEM.

RObertus ex Bavariæ duce ad regnum Romanorum, & ad imperium assumptus Gregorio XII. contra ejus æmulum Benedictum XIII. savebat impense. Dum vero sub ipso electionis ejus tempore accidisset secessio illa cardinalium ab utroque pontifice, & ex illa Pisanum Concilium convenisset, ex qua coitione mala sibi omnia utriusque factionis capita metuerent, Robertus legatum suum pro Gregorio ad Concilium destinavit Verdensem episcopum, postulaturum ut Concilium dissolveretur, statimque aliud ab ipso Gregorio indicendum in locum aptum spondendo, ubi gravis illa controversia rite discuteretur. Neque enim rite adeoque, & felici eventu absolvi pacem illam posse contendebat in eo Concilio, quod non legitima auctoritas convocasset. Mandata regis exposuit legatus prius quidem pro concione apud Patres, tum oratione ipsa in scriptis redacta, quam Concilio petenti exhibuit. Ejusdem Concilii nomine Petrus Ancharanus, jurisconsultorum ætata sua facile princeps, respondere jussus est. Id præstitit primo brevi oratione viva voce; dein cum fusiorem responsionem pararet de scripto, legati illi nihil se impetraturos intelligentes, clam inconsultis omnibus abierunt. Nihilo tamen secius Ancharanus cœpto operi institit, tandemque in sessione Concilii VII. scriptum suum scripto legatorum oppositum dedit. Extat apud Labbeum scheda illa quam Ruperti regis legati exhibuerunt; & cum Dacherius in codice MS. unde accepit schedam ipsam, dein a Labbeo in suam collectionem translatam, ad singula legatorum dubia breves responsiones adscriptas nactus fuisset, has pariter & Labbeus retulit, persuasus totam se Ancharani lucubrationem representare. Id vero passim omnibus dein litteratis viris creditum est. Nec aliter ego opinatus fuissem absque ope Felinianorum codicum bibliothecæ majoris ecclesiæ Lucanæ, quorum sæpe alias commemini. In uno enim ex his codicibus integram Ancharani lucubrationem nactus sum, plane diversam a brevibus illis adnotationibus a Dacherio vulgatis. Est autem scriptum illud nostrum ab ipso Ancharano subscriptione signatum, ne quid de sinceritate dubites.

RESPONSIO IN EODEM SACRO CONCILIO

Per Petrum de Ancharano facta, omnia exprobando quæ dixit episcopus Verdensis.

REverendissimi metuendique Patres prælatique venerabiles ac illustres principes, regum, ducum ac prælatorum omnium reverendi ac magnifici oratores, eximiique doctores. Auditis & intellectis quæ exposita & narrata fuerunt in hac sancta Synodo, & sacro generali Concilio per reverendum in Christo patrem & dominum Verdensem specialiter una cum aliis egregiis oratoribus ad hanc sanctam Synodum destinatum per inclytum & illustrem principem D. Robertum Dei gratia in Romanorum regem electum; mandatum mihi extitit, & injunctum per honorabiles promotores super inquisitionis officio per eamdem sanctam Synodum deputatos, ut super dubiis, & quæsitis per eosdem eximios oratores deberem singulariter respondere. Hujusmodi autem jussioni, si negotii gravitatem intueor, respondebo, quod domino Hieremiam respondisse legitur *A, A, A, Domine, nescio loqui, quia puer ego sum*. Si vero zelum catholicæ ecclesiæ, & ipsius sanctissimæ unionis ac proximorum salutem, imitabor ipsius vestigia, qui omnipotenti Domino quærenti quem mitteret ad prædicandum, respondit: *mitte me*. Quod ergo unus expavit &c. Hac igitur divini numinis invocatione præmissa, descendo confidentius ad principale propositum, in cujus quidem prosequutione, quia, teste canone, ordo verborum designat ordinem intellectus, de cons. d. 2. *In Christo pater*, hunc ordinem retinebo. Primo namque, dubia & quæsita proposita coram ista sanctissima Synodo per præfatos eximios oratores breviter reassumam. Secundo, antequam ad solutionem descendam, aliqua subjiciam, ex quibus apparebit eorum dubia & quæsita minus provide, & consulte fuisse proposita & deducta. Tertio, ali-

A qua evidentialia præmittam, ex quibus clarior & lucidior apparebit solutio dubiorum prædictorum. Quarto, dicta dubia & quæsita solvam, ipsas solutiones sacris canonibus, legibus, & orationibus confirmando. Quinto & ultimo, breviter ex prædictis concludam, ex cujus conclusione apparebit, & elicietur responsio ad id, quod ultimo ponitur per præfatos eximios oratores. Quibus quinque membris explicitis, ero de præsenti actu, quam brevius potero, expeditus. Quæ si oratio, etsi longior fuerit, cum magnitudine utilitatis compensabitur, & ita fortasse brevis videbitur, ut ait Tullius lib. 2. de officiis.

Redeo igitur ad primum membrum, videli-
B cet, ut reassumam dicta & quæsita dictorum venerabilium oratorum, & si bene considero licet sint multa, tamen ad quatuor principaliter (reducuntur) quorum primum respicit nullitatem subtractionis obedientiæ, & exhortationis populorum ad ipsam subtractionem Gregorii faciendam. Secundum respicit nullitatem convocationis hujus sacri Concilii propter plura inferius referenda. Tertio respicit nullitatem requisitionis Gregorii ad præfatum Concilium, ad quod venire minime teneatur propter aliqua inferius adnotanda; & istud tertium explicabo simul cum secundo proximo, de quo supra. Quartum & ultimum respicit nullitatem, & quodammodo impossibilem unionem & mixtu-
C ram dom. cardin. utriusque collegii, per rationes & jura inferius recitanda.

Ista sunt quatuor principalia dubia quorum quodlibet habet sub se plura dubia accessoria, prout infra patebit. Et antequam ad ipsorum solutionem descendam, capio secundum membrum, quod fuit ut quædam subjiciam, ex quibus apparebit dictorum venerandorum oratorum dubia & quæsita prædicta minus provide, & consulte fuisse proposita. Nam dico quod quærere, & movere prædicta dubia in hoc sacro Concilio, & de ipsis velle inquirere non spectet ad prædictum illustrem dominum, vel alios dominos temporales; constat enim hanc esse

ANNO CHRISTI 1409.

ANNO CHRISTI 1409.

esse causam fidei propter dubium de papatu, & schisma antiquatum, & ista causa est ad sacrum Concilium deferenda, & in eo de juris dubiis inquirendom, discutiendom, & finaliter terminandum. No. 29. d. *si duo*. In istis ergo rebus spiritualibus quod juris sit non debet se præfatus dominus, vel alius dominus temporalis se intromittere, etiam imperator; sed definita in sacro Concilio pia devotione suscipere, & tueri, LXXXXVI. d. *cum ad verum*, & X. d. *certum*, ubi textus ad litteram ita clare dicit: *certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, juxta ipsius Dei constitutionem regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, & sacrosancta per eorum præsules potius discere, quam docere, ecclesiæ formam sequi, non huic humaniter subsequenda jura præficere, neque ejus sanctionibus velle dominari, quibus Deus voluit clementia tuæ piæ devotionis colla submittere, ne dum mensura cœlestis dispensationis excluditur, eatur in contumeliam disponentis*. Et hæc sanctissimus imperator Justinianus protestatur se nolle de istis rebus spiritualibus & fidei aliquid diffinire; sed ad sanctam sedem apostolicam, etiamsi indubitata sint, referre. Epistola *inter claras* C. de sacrosanctis Ecclesiis; facit *cum ad verum* XCVI. d. & ca. *Ecclesia Sanctæ Mariæ* de constit. Hoc etiam patet in fine Concilii Calcedonensis, ubi Imperator Justinianus (Marcianus sacro Concilio reliquit dubiorum decisionem, ipsi varo eorum quæ decisa sunt susceperunt tuitionem, & protectionem, ut in ultimo membro tangam.

Præterea in hac causa fidei solum agitur in ista sanctæ Synodo ut hæc duo capita, velut monstrum io eodem corpore deleantur, & unicus & indubitatus pastor in ecclesia habeatur. Constat hoc fore non solum utile, sed summe necessarium & expediens, & in hoc convenire consensum prælatorum, & prinaipum fere omnium Alemanniæ.. Quo pro vero præsupposito, consequenter infertur, quod dictus dominus novus electus injuste se opponit bono principio, & majori parti; ideo non audiendus cap. I. de his, quæ fiunt a maj. par. cap. Et confirmatur hoc, quia movere talia dubia in hac sancta Synodo nihil aliud est, quam schisma defendere; cum sublata hac via Concilii, vel io longum protracta, ut quærunt dicti domini oratores, ecclesia Dei io hoc schismate perpetuo remanebit, non absque sigillationa illustris principis contra bonum publicum reoitentia. Ex quo facto, quam immane quidem crimen incurreret in conspectu Dei, & juxta divinas, & humanas leges quod præsumeret, vestris sententiis notum esse non dubito. Postremo, si motiva & rationes, quas adducunt oratores prædicti diligenter considerentur, omnes ad defensiones Gregorii tendunt ad impugnationem hujus sacri Concilii; quod autem de papatu D. Benedicti penitus nihil dicunt, & tamen constat quod eo in eodem proposito non concurrente, unitatem, & pacem in universali ecclesia obtineri non possit. Procurare igitur concordiam cum uno, non cum altero, non est quærere unitatem, sed perplexitatem & prolixitatem, maxime cum in una allegatione sua videantur firmare Gregorium, non tamen ad renuntiandum si non renuntiat dominus Benedictus; cum tamen contrarium est de jure dicendum. Item, cum nulla sit spes quæ appareat de cessione domini Benedicti, immo ex præteritis præsumendum sit in suo proposito perdurare, cap. *majores* in fin. de baptismo; respondeant mihi, quæso, isti domini oratores, quare debeat sacrum Concilium incipere nunc tractatum concordiæ non verosimiliter sequuturum? Certa dicit lex quod frustra conteritur tempus, ubi nullus boni operis expectatur eventus, ff. ad vel l. *aliquando*. Immo verosimilius præsumendum foret, quod diutius sic manendo, infecto negotio dissolutio Concilii sequi posset per tedium moræ, incommoda expensarum, & imminentia guerrarum pericula quæ videmus. Ultimo constat præfato serenissimo principi, omnium regum, prælatorum, principum & populorum animos inclinatos ad istam sacratissimam unionem. Constat similiter eidem, præfatos reges, principes, populos, & doctores insuper in toto orbe famosus, & magnæ scientiæ & conscientiæ viros, collusionem ipsorum dominorum contendentium detestatos, & contra eos tamquam contra antiquitati schismatis nutritores composuisse solemnes tractatus & opuscula. Curiales etiam, qui omnes bonæ conscientiæ, & magnæ scientiæ, a Benedicto, & Gregorio recessisse, & dominis cardinalibus adhæsisse. Quare ergo idem illustris princeps & dominus cum tot regibus, principibus, populis, & doctoribus non occurrerit, & concordet, nulla potest bona ratio assignari; sed in contrarium illud sapientis dictum: *ne innitaris prudentia tua*; & contra illud apostol: *noli plus sapere quam oportet*. Contra tales beatus Bernardus in sermone resurrectionis Domini ait: *lepra vero proprii consilii eo perniciosior est, quo magis occulta; & quanto plus abundat, tanto sibi quisque sanum esse videtur: hoc illorum est &c.* Et quæ major superbia, quam quod unus homo toti congregationi judicium suum profetat, tamquam ipse solus habeat spiritum Dei? *idolatriæ scelus est non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi*. Ex quibus omnibus expeditum est principale membrum, in quo, cum omni pace & reverentia venerandorum doctorum, dicebam, dubia & quæsita per eos minus provide & consulte fuisse proposita et deducta.

Descendo ad tertium, & principale membrum, quod fuit, ut dixi, præmittere aliqua evidentialia, ex quibus clarior apparebit solutio dubiorum plurium, de quibus quæsierunt dicti eximii oratores. Primo igitur inquirendum est, utrum ista divisio & scissura, quæ ad præsens viget in universali ecclesia, proprie possit dici schisma, de quo loquuntur canones XXIV. cau. per totum, & extrav. de schismate in decretalibus in *6*. Et hoc procul dubio est dicendum, quod sic; & quidem majus quam fuerit a tempore Christi citra; ad quod ostendendum præmitto, quod unio ecclesiæ debet esse tam in capite, quam in membris, & ubi sic reperta non fuerit, constat ibi esse schisma; argumento *juste* de his qui sunt sui l. ali. jur. in prin. Dico ergo, quod ecclesia debet esse unica & incorrupta, pudica, unius cubilis sanctitatem casto pudore custodiens; c. 24. q. 1. *loquutum*, ubi textus dicit, quod Christus super unum fundavit ecclesiam, & ab unitate exordium proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Item subdit, quod unus est episcopatus, una mater ecclesia, unum caput, una origo, quæ ramos suos per universam terram copia ubertatis spandit. Item alius canon dicit, quod domus Dei dicitur ædificari super petram, quæ unica columba appellatur, sine ma-

ANNO CHRISTI 1408.

☞ macula, sine ruga, fons signatus, puteus aquæ vivæ, XXIV. q. 1. *omnibus*. In hac igitur ecclesia sive sponsa unus debet præsidere qui sit successor Petri, & vicarius Jesu Christi; si enim in ea duo præsideant, dicuntur duo capita in corpore Christi, quod est ecclesia, quasi monstrum, cap. *in plerisque* de off. ordin. Item, si habeat duos sponsos non dicitur incorrupta, pudica, sine macula, sine ruga; sed adultera: sicut uxor una habens duos viros, ut sic arguamus primo casu de carnali matrimonio ad spirituale 7. q. 1. *sicut vir*. Et non solum in hac dignitate summi pontificatus, sed in qualibet debet unus præsidere, non duo, & una ecclesia unius debet esse sacerdotis, 7. q. 1. *in apibus; cum non ignores* de præb. Sed moderno tempore ista ecclesia sine macula, sine ruga unica, pudica &c. & quæ ramos suos per universam terram copia ubertatis expandat, non reperitur in istis contendentibus; immo divisio in ipsis, ut in capite, & in membris; & per consequens quod sit schisma. Pro cujus latiori declaratione sciendum, quod schisma in nostra materia consideratur respectu facti, sicut dicit lex in simili ff. de his qui not. infra l. *quid ergo*, & *inter tutorem* de administ. tut. unde omnes canones in materia schismatis factum notant. Hinc est quod textus in capite *audivimus* XXIV. q. 1. dicit, quod Christus non habitat a cordibus eorum, qui superbiæ singularitatem insequuti a corporis Christi compage semetipsos abrumpunt. Pro hoc capite *alienus* eadem causa & quæstion. ibi: *quomodo autem cum aliquo conveniet, qui cum corpore ecclesiæ, & universa fraternitate non convenit?* Non potest habere Deum patrem qui ecclesiæ non habet unitatem; per hoc palea cap. *omnibus* eadem causa q. 3. *nisi quis soliditatem fidei tenuerit, divinam præsentiam non agnoscit*. De qua soliditate loquitur Christus dum dixit: *super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*: per hoc cap. *denique* 7. q. 1. ibi: *ecclesiam scindentes & contra pacem, & unitatem Christi rebelles cathedram sibi constituere*; ad idem 11. q. 3. *abiit Judas*. Ex istis conficitur, quod schisma consideratur respectu divisionis factæ capitis, & membrorum in casu nostro, quod nisi in unitate schisma esse non possit, & constet unam esse ecclesiam, quæ est corpus Christi; hæc ecclesia in duo vel tria dividi non potest, nec Christum divisum poterit quisque sine Apostoli reprehensione confringere, ut hæc dicit textus eadem causa & quæstione *pudenda*, videlicet quod nullo modo potest dici ecclesia in qua schisma est; eo enim ipso quod de facto divisa est, ecclesia esse desistit, ut ibi dicit textus. Sed cum isti duo contendentes de papata partes sibi ferrent de corpore Christi, quod est ecclesia, ut prædixi, necessario sequitur, quod non potest esse in solidum apud duos. Si ergo est apud Benedictum, ergo nec apud Gregorium, vel e contra ut dicit textus 24. q. 1. *didicimus*. Item, sequitur & aliud, quod cum nullus ex eis curaverit certificare universalem ecclesiam de suo canonico titulo, quod nullus ex eis debet haberi vel recipi per ecclesiam pro papa; nam papa nisi unicus, & universalis esse non potest. Item, constat quod per eorum præsidentiam corpus ecclesiæ de facto divisum (est); & constat quod divisio illa in capite, & ordine derivata est ad singula membra ecclesiæ, cum in qualibet inferiori ecclesia & dignitate unus ex eis creat unum, alius a-

ANNO CHRISTI 1409.

A lium. Ex quo facto in populis & in clero insurgunt lites, contentiones & scandala, & plerumque multorum hominum cædes. Ex quibus concluditur necessario, quod illud debeat dici schisma, & quidem, prout dixi, majus quam umquam fuerit, & quod plus universalem ecclesiam, & populum Christi afflixerit a XXX. annis & citra; nam quilibet ex eis ecclesiam ad se trahens, eamdem ecclesiam rumpunt, & per consequens magnum schisma LXXXXIII. dist. *legitimus*. Tertio præmitto, & revoco in dubium, utrum istud schisma antiquatum possit imputari præfatis duobus contendentibus, in tantum quod ex hoc possint dici schismatici, & antiquati schismatis nutritores, & per con- B sequens hæretici. Et certa, quia temporis brevitas non patitur narrare omnia quæ per alios scripta (sunt), & etiam quæ ego scripsi, referam tamen substantialiter quod credo Deo, æquitati, & justitiæ convenire. Primo igitur, quod sint nutritores schismatis antiquitati, & per consequens hæretici, decisum & determinatum est primo per generalia Concilia universitatis studii Bononiensis, & Parisiensis, quia ita sub sigillis suis doctores omnes sacræ theologiæ, juris canonici, & civilis consulti, deliberatione præhabita, concluserunt. Et cum in dictis universitatibus præsumendum sit fore multos viros magnæ conscientiæ, & scientiæ, credendum est in tam gravi negotio plus eorum C decisionibus, quam istis vel illis doctoribus vel magistris aliter sentientibus. Unde dicit textus, quod integrum est judicium quod plurimorum sententiis comprobatur, ca. *prudentiam* de officio delegati; & lex dicit quod per ampliores homines perfecta veritas revelatur, c. *de feudis*, & 64. dis. *extra conscientiam*. Secundo hanc partem confirmo rationibus; & primo quia omnes canones, supra proxime allegati contra schismaticos, adaptantur directe ad eos; nam ambo ipsi sunt qui superbiæ singularitatem secuti a capitis Christi compage semetipsos abrumpunt, ut dicto cap. *audivimus*. Isti sunt qui cum universali serenitate non conveniunt, & per consequens habere non possunt D Deum patrem, qui ecclesiæ non tenent unitatem, ut dicto cap. *alienus*. Ipsi sunt qui ecclesiam scindentes, & contra pacem atque unitatem Christi rebelles cathedram indivisibilem, quæ duos non capit, quorum in eis est, inter se diviserunt, ut dicto cap. *denique*. Ipsi sunt qui firmitatem societatis multa discordiæ peste commaculant, & per consequens Deum perdunt, ut dicto cap. *abiit Judas*. Ipsi sunt qui ecclesiam catholicam ad infidelitatem redigere moliuntur, dum se in duobus capitibus conservare conantur; ex quo negari non potest, quin sequatur corruptio principalis articuli nostræ fidei *unam sanctam ecclesiam*; nec in aliquo ex eis potest monstrari E illa tunica domini inconsutilis, nec ille fons signatus & hortus conclusus, & puteus aquæ vivæ 34. q. 1. *quoniam vetus*. Ipsi sunt qui generalem statum ecclesiæ decolorant & mutant, dum in quolibet episcopatu, & aliis dignitatibus majoribus & minoribus duos instituunt. Ipsi sunt in quibus demonstrari non potest ille unus episcopatus, una mater ecclesia, unum caput, una origo, quæ ramos suos per universam terram copia ubertatis expandit 24. q. 1. *loquitur*. Ex quo consequenter sequitur, quod in eis vel eorum altero illud caput vel episcopatus unus sive ecclesia non apparet;

paret; ideo nullus ex eis potest producere tales ramos & rivulos, nam ut dicit canon: *vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibet medicinam, aut qualem fructum de se producturus est, cujus gravi peste radix infecta est?* 1. q. 1. *vulnerato*. Ipsi qui sunt totum quasi patrimonium ecclesiæ dissipaverunt, partem alienando, partem patiendo & tolerando ab aliis occupari; & hoc non licet papæ. 12. q. 2. *non liceat*. Ipsi sunt qui nullam ad populum catholicum & ecclesiasticum charitatem habent, quam si haberent non ita dilacerarent corpus Christi, quod est ecclesia 24. q. 1. *ubi sana*. Isti sunt quorum peccatis notoriis perjurii, fractionis voti moniti ut desistant, & ut debent debitum impleant, hoc agere pertinaciter recusant, & per hoc ecclesiam scandalizant ad hoc quod notatur in capite *si papa* 11. dist. Ipsi sunt quorum quilibet vendunt sibi summum pontificatum ordinatum ad unionem, ne sint in ecclesia schismata 88. dist. *legimus*. Cujuslibet autem prædictorum pontificatus tendit ad dispersionem & divisionem; ergo ad oppositum ejus ad quod principaliter institutum fuit; & per consequens non potest dici pontificatus, postquam operatur contrarium effectum; & in personis eorum quod provisum est ad remedium tendit ad noxam XI. dicta distinctione *licet*. Ex istis infero, quod cum per prædicta attentata per istos principalis articulus fidei corrumpatur, status ecclesiæ decoloretur, & ad nihilum redigatur, & aliis subjaceant sacris canonibus contra schismaticos, & hæreticos editis; nam ut dicit canon, *blasphemare videntur Spiritum Sanctum, qui contra sacros canones spiritu Dei plenos, & totius mundi reverentiam continentes proterve agunt aut loqui præsumunt &c.* 25. q. 1. *Si violatores*. Et hoc maxime verum, ubi iidem sacri canones Christi & apostolorum diffinitionibus sunt roborati 24. q. 1. *sunt quidam*. Christus autem unum non duos in sua ecclesia vicarium constituit, scilicet Petrum & ipsius successores, ut pasceret non spargeret oves suas, prout isti dispergunt. [Locus corruptus] Per hoc autem schisma inveteratum deventum est in his duobus obfirmata hucusque ecclesia. Ergo quoad eos qui potuerunt hoc de ecclesia extirpare & negligunt, dictum schisma proculdubio transit in hæresim, ut notatur 24. [Cap. Schisma.] q. 1. *Non afferamus*, & eadem causa & q. 3. *Inter schisma*, ubi dicit quod postquam detinent ecclesiam in duobus capitibus, cum tamen [Locus mendosus] canones fundati in præceptis Christi & apostolorum dicant unam esse ecclesiam sine macula, sine ruga, ut in canonibus allegatis supra; tales autem canones debet papa usque ad animam & sanguinem custodire, aliter dicitur errare, ea. *sunt quidam* 25. q. 1. Præterea ut sit apostolica sedes mater ecclesiarum, non debet hæreticis novitatibus deturpari, cap. *ad recta* 24. q. 1. nunc autem iterum præsidentia & facto depravata deprehenditur; ad quod malum delendum si quis ex eis, se verum papam intelligit, debuit omnes conatus suos impendere, postquam prospicit universalem ecclesiæ statum infestari, ut dicit textus ead. caus. & 24. *memor*. Item textus appellat illos hæreticos, & schismaticos, qui laniant corpus Christi, quod est ecclesia, cap. *ubi sana*. 24. q. 1. Ulterius, reverendi patres, & domini, contra ambos ponderanda sunt verba canonis *in nomine Domini* 23. dist. ubi præmissa electione papæ subjungit: *Si quis contra hoc decretum per*

A *seditionem vel præsumptionem aut quodlibet ingenium &c.* pondero enim multum illud verbum, *quodlibet ingenium*, ex quo patet quod ipsis recusantibus implere præmissa roborata vinculis juramenti & voti, adepti sunt papatum malo ingenio, & violatione promissorum; Dominum Jesum Christum, Virginem gloriosam, & beatos apostolos, & ecclesiam militantem, ac etiam electores malo ingenio decepisse; quasi ex hoc, quod non cedunt, habuerint malum propositum non cedendi a principio, quod propositum præsumitur ex hoc quod sequitur, sicut e converso ex præterito præsumitur in futurum ea. *Scribam* de præscript. & l. 29. C. de adul. & idem dicendum si tale propositum a principio
B non habuerint, sed postea supervenerit; nam quoad malum propositum puniendum non est differentia habere ipsum a principio vel ex post facto supervenire l. *quod contra*. c. de nuptiis, & l. 2. §. *circa* de doli exceptione; sed ex ista violatione fidei aggravatum est schisma, & tota majora mala & pericula quæ dicuntur in dicto capite *in nomine Domini*; nam pro certo totus temporalis status ecclesiæ non fuisset in tanta ruina, si a principio cessissent juxta volita & jurata: si ergo ille, de quo loquitur illud caput propter adeptionem papatus malo ingenio appellatur ibi antichristus, invasor, & destructor christianitatis; quare non iste, si ex ejus violatione fidei, & obstinatione majora
C pericula sunt secuta? certe, licet non expresse, sub verbis illius capitis comprehendatur iste casus; tamen comprehenditur ex mente, & per consequens vendicat sibi locum illa pœna cap. *Si postquam* de elect. in VI. vel possumus dicere quod expresse veniat ex verbis illis *quodlibet ingenium &c.* quæ verba sunt latissima, & sic comprehendunt illos, qui violant fidem præstitam Christo, sanctis apostolis Petro & Paulo, Virgini gloriosæ, & toti ecclesiæ militanti, & directo possunt dici electi malo ingenio, quia contra fas est, quod duo cum tanto scandalo sedeant in sede apostolica, & per eorum præsidentiam scandalizent ecclesiam tam crudeliter; & sic verbum *quodlibet ingenium* po-
D test exemplificari per cap. *Si duo soli contra fas* 78. dist. in quantum duo possident, & sic contra fas per jura prædicta. Item in quantum non servant fidem Deo præstitam, & ecclesiæ militanti promissam pro ecclesiæ unione, nonne est hoc contra fas? Ex istis & pluribus aliis causa brevitatis omissis, proculdubio concludendum videtur istos ambos contendentes fuisse & esse antiquati schismatis nutritores, & per consequens hæreticos & schismaticos. Quinimmo, ut dicit textus in cap. *in nomine Domini*, antichristos, invasores, & destructores totius christianitatis; & ideo, ut ibi textus sequitur, *nulla eis audientia reservanda*. His itaque evidentialibus sic præmissis, brevis
E & facilis redditur solutio dubiorum, quæ in hoc sacro Concilio moverunt præfati venerandi oratores.

Descendo igitur ad quartum principale membrum præsentis collationis, videlicet ad decisionem dubiorum prædictorum, quorum primum, ut dixi, respicit nullitatem subtractionis obedientiæ prædictorum dominorum cardinalium præfato D. Gregorio. Nam, ut dicunt, videtur esse adhuc papa, & per consequens sibi obediendum in licitis & honestis, & ligare ejus sententias rationabiliter promulgatas, cum nondum cesserit, nondum fuerit ab universali ecclesia

ANNO CHRISTI 1409.

condemnatus sive depositus, nondum de alio crimine scandalizante ecclesiam convictus vel confessus. Ergo nullo jure titulus papatus potest in eo intelligi resolutus. Immo jura volunt quod prælato pendenta causa criminis contra eum, sit a subditis obedientia exhibenda, 8. q. 4. *Nonne*; & videtur expressum in papa, ut non liceat subditis ab ejus obedientia se subtrahere etiam lite pendente, 17. dist. §. *hinc etiam*. Et per istam rationem redarguunt litteram prædictorum, in qua alios omnes monent & requirunt, ut in nullo debeant sibi de juribus sedis apostolicæ respondere, vel ei de cætero obedire; redarguunt similiter litteratos viros & in jure peritos, qui audent dicere vel asserere, quod obtemperantes Gregorio sunt schismatis nutritores. Nam cum ipsi fuerint & sint in quasi possessione obedientiæ ipsorum, nec constet eis ipsum ab ecclesia reprobatum, videntur exhibentes reverentiam consultius & prudentius facere & fecisse, quam de facto & nulla præcedente sententia obedientiam subtraxisse; subtrahere enim obedientiam est dominum sua possessione privare; & hoc non possunt facere subditi ante tempus sententiæ, ut dicto capite *Nonne*. Arguunt etiam præfatos dominos cardinales, quia parum post tempus dictæ subtractionis obedientiæ nominant eum papam, & ita a gravantibus sibi ab eo illatis appellant ut ad papam; ita etiam elegerunt eum pure & simpliciter tamquam papam. Quod ergo voce dilucida protestati sunt, non possunt contrario testimonio infirmare cap. *per tuas* de probatione; & reprobari a nobis non potest semel prælatus 8. q. 1. *dilectissimi* de his quæ fiunt a majori parte cap. Nam & contra verum hæreticum debet prius ferri sententia declaratoria, quam suis possessionibus & juribus spolietur, ea. *cum per leges* de hæreticis in 6. Ista sunt motiva & rationes quæ considerantur. Quæ dicta sunt superius parum urgent, & ea tango plenius in tractatu per me reposito super ista nostra quæstione; & quia nimis esset longum referre omnia ibi scripta, substantialiter referam & succincte; & primo tangam quod quoad exequutionem pastoralis officii Gregorius desierit esse papa; & per consequens non ligent ejus sententiæ & processus, & quod recte egerint dicti cardinales in subtrahendo obedientiam & ad subtractionem alios exhortando, & non temere sed mature jurisperiti & litterati redarguant obedientes sibi, & eadem sententia involvantur.

Quoad primum pro vero præsupposito quod ambo sint schismatis nutritores scandalizantes ecclesiam, & per eorum præsidentiam redigentes eam ad duo capita; consequenter infertur decisio primi dubii, quod desierit esse papa, saltem quoad executionem pastoralis officii. Primo probat hoc textus in cap. 1. de schismat. ubi gesta a schismaticis & hæresiarchis sunt irrita ipso jure. Et advertendum quod omnia verba illius capitis sunt verba temporis præteriti perfecti, & sic censetur sententia canonis juxta notata in l. *in criminali* de jurisdictione omnium judicum, & dixi in c. *si diligenti* de foro competenti. Item textus generaliter dicunt, quod hæretici & schismatici nihil habent potestatis aut juris 24. q. 1. *didicimus*; ibi dicitur quod foris sint schismatici, & hæretici, & non habent spiritum sanctum; nam nonnisi congregatis in unum dictum est illud: *accipite Spiritum Sanctum*; ex quo patet quod qui non sunt in ecclesiæ unitate solvere & ligare non possunt, eadem causa & quæstione *audivimus*; & maxime ibi non potest dejicere quemquam jam prostratus, ad idem eadem causa & quæstione capite *ait Cælestinus*, & cap. *aperte*. Secundo videtur quod propter hæresim supervenientem, etiamsi fuisset papa indubitatus, resolutus fuerit ipso jure titulus prælaturæ juxta notata in simili per Joannem Andream in cap. *ut commissi* de hæret. 6. in novella. Et hinc est quod petenti restitutionem obstat exceptio hæresis, quia hæreticus nihil licite possidere no. 8. d. *quo jure*; & probatur hoc per argumentum a minori; si enim privatur quis titulo prælaturæ propter crimen læsæ majestatis commissum contra papam vel unum cardinalem, de pœnis *Felicis* §. *quod si quis* l. 6. vel commissum contra imperatorem vel ejus officiales ipso jure privatur bonis *si quis* ad l. Jul. majest. fortius debet intelligi privatus propter crimen schismatis universalis ecclesiæ, in quo unitas ecclesiæ ostenditur, & sagena summi piscatoris procellis intumescentibus in profundum fere submergitur cap. *in nomine Domini* 23. dist. Ubi igitur est majus delictum, majus majus applicetur vindicta 24. q. 1. *Non afferamus* in fine; majus enim est delictum schismate, hæresi, perjuriis, et votorum fractionibus æternam offendere majestatem quam terrenam, cap. *Unigenitus* de hæret. Et bene probatur ista majoritas pœnæ in dicto capite *in nomine Domini*, ubi maximæ et diversæ pœnæ decernuntur contra tenentes cathedram beati Petri malo ingenio, ut sunt isti duo. Tertio, resolutus est in eis titulus non solum propter hæresim supervenientem; sed etiam quia ex post facto non servant fidem promissam Deo, et ecclesiæ militanti juratam, et votitam; quo casu per similitudinem in aliis casibus videtur posse papatum ab eis repeti, tamquam collatum ob causam, causa non sequuta ff. de condi. ob caus. l. 1. & per totum, vel tamque frangenti fidem fides frangatur eidem l. *cum proponas* C. de pactis; vel quia tamquam fuerit transactio de renuntiando, & in casu licito propter dubium de papatu videtur titulus papatus resolutus in eo, postquam non adimplet, & infamatus remanet l. *si quis major* C. de transact. vel si possessio gratuita fuerit, ante electionem habita & postea confirmata, videtur resoluta, ex eo quod abest voluntas exigentium ex post facto, postquam promissa non implet, & hoc facit deficere matrimonium spirituale, quia remanet sine voluntate, & resolvit ipso jura contractum; & ideo ista ultima ratio R. P. & domini mei de Turejo per l. *Cum te* C. de par. inter ep. Quarto probatur quod vere ab ipso principio non fuerit titulus papatus per notata in lege de *Barbarius* ff. de officio prætoris, & cap. *quod sicut* de electione per Inno. & utrobique quærunt doctores utrum ille Barbarius fuerit prætor; cui quæstioni jurisconsultus ibi non respondet, sed dicit quod tenuerunt gesta per eum contra communem errorem, & propter utilitatem. Doctores autem utrobique, ubi supra, tenent quod non ille Barbarius fuerit prætor, nec habuerit titulum prætoriæ. Si ergo unus habens in dignitate illa prætoria titulum putativum, & ab illo qui super ejus inhabilitate poterat dispensare ut a populo Romano, non fuit prætor; multo minus duo habentes titulum dubium & incertum ab eisdem qui non poterant con-

fer-

ANNO CHRISTI 1409.

ferre duobus, nec ſuper hoc diſpenſare debent veri papæ. Quinto probatur, quia etſi aliquem haberent titulum, tamen ambo poſſent ejici; nam cum ſint pares in titulo & propter opinionem populorum & juriſperitorum apud univerſalem eccleſiam ſit dubium quis ſit verus, & ſcandalum maximum propter hoc; neuter ex eis habet poteſtatem adminiſtrandi, & uterque debet ejici propter tale ſcandalum & tertius creari. Et ita notat Hugo in dicto capite. *Si duo forte contra fas*, & quod idem ipſe notat 63. diſt. c. fin. immo propter incertitudinem neuter debet dici papa *l. d. duo ſunt* de teſta. tutoris.

Non obſtat quod alibi in paritate tituli & poſſeſſionis debeat pronuntiari uti poſſidetis ita poſſideatis cap. *licet canon* de probationibus; nam habet locum in re quæ poteſt pro indiviſo a duobus vel pluribus poſſideri, non in re penitus indiviſibili ut papatus, ad hoc quod notatur in rubrica de ſponſa. duor. Plus dicit Hugo in dicto capite *ſi duo*; quod ſi dicto caſu vere conſtaret de canonico titulo alterius, & timeretur de ſcandalo ſi altero excluſo ille remaneret, & debet etiam ipſe ejici & tertius eligi, quod eſt *damno* (ſic) quoad caſum noſtrum; & videtur hoc veriſſimum, nam ſi per ſcandalum & evidens damnum verus prælatus cedere tenetur ut notatur in cap. *Niſi cum pridem §. pro gravi* de renunt. multo magis quando duobus conſedentibus ex præſidentia unius ex eis ſcandalum remaneret; nam publica utilitas eſt præferenda privatæ, & ex eadem cauſa communis boni poteſt quis privari jure ſuo indubitato l. *Lucius* de evictionibus; multo fortius dubitato; & præſertim cum quis renuntiare promiſit cum vinculis votorum & juramentorum ut in caſu noſtro. Et cum iſta utilitas publica ſe exhibeat in reſpectu, ut ſcilicet eccleſia redigatur ad unum indubitatum paſtorem & epiſcopum animarum noſtrarum, & ut ſchiſma hoc peſtiferum extirpetur; probabiliter concludi poteſt, maxime præſuppoſita mora ipſorum notoria in cedendo, quod eis abſentibus & non citatis ulterius per ſacrum Concilium poſſint ejici, & tertius eligi; nam regula juris eſt, quod poſſum facere te præſente & invito, multo fortius te abſente l. 2. §. *voluntatem* & l. *dotem* ff. ſoluto matrimonio. Ex prædictis omnibus luce clarius manifeſte concluditur, quod poſtquam notorii ſunt antiquati ſchiſmatis nutritores, nullum habent juriſdictionis exercitium, & quod dicta de cauſa ipſo jure extinctus eſt in eis titulus, ſi quem habuerunt, in papatu. Id quod videtur verius quoad perſonas ipſorum; non dico quoad geſta numquam habuiſſe titulum in papatu, ſicut nec ille Barbarius in dignitate illa prætoria; & propter ſcandalum & ruinam in eccleſia ambos ejiciendos vel declarandos a ſacris canonibus & a Deo ejectos, per tot & tanta flagitia & excuſationes & tergiverſationes ipſorum & præcipitium & ruinam chriſtianitatis & fidei catholicæ. Et per iſta conſequenter ſequitur deciſio per vos, videlicet quod licitum fuit dominis cardinalibus ab eorum obedientia ſe ſubtrahere, & ad ſubtrahendum alios excitare. Quinimmo regum & principum invocare auxilium ad amborum coercitionem; & dictum auxilium impendere teneantur, & quod potuerint abſque alia ſententia hominis ſe propria auctoritate ſubtrahere, & ad hoc idem alios exhortari. Probatur primo quia canones ita jubent ſive præcipiunt 24. q. I. *didicimus*, ubi contra tales loquitur dominus ad Moyſem ita dicens: *ſeparamini a tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere de omnibus quæ ſunt eorum, ne ſimul pereatis in peccatis eorum*. Idem probat textus in capite omnes eadem cauſa & quæſt. ubi ſanctus vir videns Corinthum (Cerintum) ſchiſmaticum, de balneo receſſit dicens: *exeamus hinc ne balneus ipſe corruat, in quibus lavatur Corinthus inimicus veritatis*. Ad hoc eadem cauſa & quæſt. *qui dignior*, ubi vitanda hæreticorum communio, fugienda eſt ſynagoga, excutiendus pulvis &c.

Ex iſtis canonibus apparet data licentia, immo mandatum omnibus recedendi ab eis; & per conſequens non requiritur alia ſententia vel licentia judicis l. *qui ſub conditione* §. fin. ff. de condi. inſti. Hinc dicitur fruſtra a principibus impetrari quod jure conceditur C. de teſta. l. 1. l. 10. Similiter dicit lex de latronibus, transfugis & venientibus ad delendam patriam, quod hæc ſcelera poſſunt ſine judica vendicari C. *quando licet ſe ſine judice vendi*. l. 1. Quinimmo impune pater poteſt occidere filium, & e converſo filius patrem, ſi venerint ad delendam patriam l. *minime* ff. de religione. Si ergo occupati in delenda patria jam exoſi ſunt humanis legibus; quanto fortius illi duo occupati in delenda & confundenda catholica eccleſia per eorum præſidentia majore ſupplicio digni ſunt? nam ultro videtur omnibus conceſſa, quia in offenſam omnium recidit quod in divinam majeſtatem committitur l. *hi qui* C. de hæret. nam & alibi dicit textus verendum eſſe fidelibus ne divinam indignationem incurrant, cum ea perpetrari patiuntur injuſte, quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt, c. *etſi Judæos* de Judæis. Exemplum habes in Matat. 1. Machab.; idem in Scip. Naſica, qui Graccum ſuis largitionibus ſubvertentem populum omiſſo juris ordine interemit cum ſua conjuratione, & reprehendit Scevolam principem conſulem, qui volebat juris ordinem ſervare, dicens: *conſul, dum juris ordinem ſequeris, illud agis ut cum omnibus legibus Romanum imperium ruat &c.* ut refert Valerius 3. in t. de fortitudine. Et recte nam non videntur eis jura ſervanda, qui omnia jura divina pariter & humana ſubvertunt. Quinimmo ipſam ſanctam eccleſiam cum omnibus juribus ſubvertere moliuntur, *quia fruſtra* de uſuris. Ex prædictis ergo canonibus apparet, quod recedere & ad condeceſſum exhortari potuerunt alios dominos cardinales. Pro hoc facit tenor ordinationis factæ in conclavi, approbatæ poſtea, in qua patet quod domini cardinales poſſunt omnem viam utilem procurare & exequi per quam eccleſia uniatur; ſed nulla utilior, poſtquam negligunt implere promiſſa & ſchiſma fovent, quam ſubtrahere eis obedientiam & redditus; per exhibitionem enim talium ſchiſma diutius conſervatur; ad hoc XXIV. q. 7. *ſi qua* cum ſequenti facit quod dicam infra proximo ſequenti membro in quinta reſponſione. Patet etiam eoſdem dominos oratores temere de temeritate reprehendere litteratos viros, & juriſperitos, qui conſulunt adhærentes obedienteſque eiſdem duobus fore hæreticos & ſchiſmaticos, & eadem pœna & ſententia puniendos nam prælegatus canon *didicimus* expreſſe dicit, quod tales adhærentes & cum eis communicantes eodem ſupplicio digni ſunt, & ſimul pereunt in peccatis eorum; ad idem

I. q.

ANNO CHRISTI 1409.

1. q. 1. *ficat inquit*. Item propter eorum assistentiam videntur vetare & impedire pacem & unitatem ecclesiæ, dum defendunt eos; unde cingulo dignitatis & bonis sunt ipso jure privati cap. *qui contra pacem* 24. q. 1. & repetitur supra hæc pœna cum quis præsumit contradicere his quæ sacro Concilio fuerunt terminata in lege imperatoris promulgata, sive Concilii Chalcedonensis repetita pro parte C. de summa trinitate l. *nemo*. Immo plus dico, quod reges & principes non solum debuerunt eis subtrahere obedientiam; sed ambos cogere ad cedendum, non uni vel alteri adhærere; & hoc bene notent clarissimi & magnifici oratores regum & principum in hac sancta Synodo personaliter residentes; & hoc expresse volunt multi sacri canones; & primo hoc vult textus in cap. *princeps* 24. q. 5. nam ut dicit ibi textus: *qui intra ecclesiam positi scissuram faciunt vigore principum consternantur, ut quod non potest ecclesia per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem*. Concordat 23. q. 4. ibi: *si christianæ potestates non commoverentur contra dissipatores detestandos ecclesiæ; quomodo rationem traderent de imperio suo Deo? Ad idem* eadem causa q. 5. *quali ibi hoc enim divinæ & humanæ leges statuerant, ut ab ecclesiæ unitate divisi, & ejus pacis iniquissimi perturbatores, a sæcularibus potestatibus comprimantur. Nec quicquam magis est unde Deo possitis sacrificium offerre, quam si id ordinetis, at hi qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci*; pro hoc cap. *qui peccat*, eadem caus. & quæst. ibi: *per ordinatas & legitimas potestates de sedibus, quæ illicite usurpantur, vel ad injuriam Dei detinentur, expellat imperium impium pius, & justus injustum*. Idem dicit canon eadem causa & quæstione & *de Liguribus* ibi: *mille exempla & constitutiones sunt, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuram in sanctam ecclesiam, non solum ex his, sed etiam proscriptione rerum & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri*. Ecce ergo e tantis canonibus clarum patet, quod officium regum & principum in facto schismatis solum est cogere clericos et alios facientes schisma, non autem cognoscere de istius vel illius quis fuerit vel sit papa; hoc enim non ex opinionibus singulorum, sed sententia Concilii dirimendum est, ut in libro Conciliorum in fine Concilii Chalcedonensis ibi: (*de*) *hoc enim & aliis fidem tangentibus hoc statutum est, at ad Concilium recurratur quod non potest errare*, 24. q. 1. *A recta*. Quid enim aliud quam ex opinionibus singulorum, sed sententia Concilii dirimendum est, et Conciliabulis sequutum est in præteritum, quam schismatis confirmatio? certe nihil aliud, dum unum regnum uni, alterum alteri adhæsit, quanto melius sacratissimus imperator Justinianus, nam in epistola C. de summa trinitate attestatur, quod de spiritualibus, quamquam claris et lucidis, non intendit aliquid definire, sed referre apostolicæ sedi. Per hoc palea cap. *curæ* 10. dist. Per prædicta videtur responsum eorum rationibus et motivis in contrarium; nam verum est quod ante tempus sententiæ non est subtrahenda obedientia prælato accusato de crimine, quando scilicet est dubium de crimine; & ita dicit textus in dicto cap. *Nonne* 8. q. 4. ibi. *pro dubia suspicione &c.* sed in casu nostro delicta istorum duorum sunt notoria facti permanentis, & scandalizantis ecclesiam & decolorantis, postquam retinent eam scienter in duobus capitibus, quasi monstrum, maxime contra juramenta & vota per orbem suis litteris divulgata. Unde cum tales condemnati sint ut schismatici per sententias sacrorum canonum, quos superius allegavi, non est necessaria alia sententia hominis & declaratoria, postquam clara & lucida sunt eorum delicta; nam in condemnatis ab homine vel a jure non habet locum illud capitis *Nonne*, ut ibi notat Hugo. Item non obstat cap. *cum per leges*, quia debet intelligi, cum in bonis est fienda executio; secus cum pœna afficit personam; nam ab ea statim postquam est inflicta debet recedere, quia non requiritur executio facti sicut ex initio in bonis, & hoc voluit canon allegatus supra & X. q. 1. *didicimus*, & cap. *omnis*, & cap. *quam dignior*. Pro hoc ca. *licet episcopus* de præbendis in 6. & pro hoc glossa *summe* 8. q. 1. pro hoc etiam caput *Anastasius*, et quod ibi notatur 18. dist. Item cum probatum sit supra eos fore schismaticos, certe talibus denegatur omnis audientia, ut notatur 23. dist. *in nomine Domini* in glossa *hic habes casum*. Non obstat quod parum post subtractionem nominaverunt eum papam, appellaverunt ut ad papam &c. nam nominationes, appellationes et similia non nocent quominus possint postea dicere eum non fore talem, et maxime cum contra confessionem se habeat veritas notoria in contrarium, quod non ita sit; et est casus expressus in l. *jubemus*, et l. *nec commissa* C. de liberali causa. Item licet fateantur eum papam ab eo sic appellando, et nominando, non per hoc fatentur habere exequutionem pastoralis officii, postquam supponitur notorie nutritor schismatis antiquati; nam postquam canones privant eum exequutione officii, confessio in contrarium esset nulla l. *ornamentorum* ff. de aur. et ar. Item duplex est subtractio obedientiæ, absoluta et secundum quid; prima DD. cardinalium fuit secundum quid, hoc est quoad certa præcepta papæ, in qua contra bonum unionis, ut de non recedendo de Luca, vel non communicando cum oratoribus prosequentibus unionem. Alia postea fuit absoluta, postquam eum obstinatum perpenderunt; et sic nihil contrarium cap. *cum tu* de testibus. Per prædicta apparet solutum primum principale eorum dubium, cum dictis accessoriis, nam dictum dubium ut dixi, respiciebat nullitatem subtractionis obedientiæ, cui per prædicta videtur plenarie responsum.

Can. 23.

Can. 23.

Locus obscurus.

Descendo ad secundum eorum dubium principale, quod respicit nullitatem convocationis Concilii DD. Cardd. nam redarguit dictam convocationem multis modis; primo quia ad Gregorium non ad ipsos hoc pertinet, per canones qui habentur 17. dist. per totum. Secundo, quia Gregorius prius publicavit suum Concilium, antequam dicti domini cardinales suum; & prius litteras per obedientias direxit: sibi ergo tamquam majori & tanquam prævenerit, est obediendum cap. *cum parati* de appellatione, & l. *contra pupillum* §. *quod ad majus* ff. de re judicata. Non obstat per eos si dicatur, canones 17. dist. loquuntur de papa indubitato non dubitato, ut esset Gregorius; nam non videretur hoc posse dicere, eum scilicet dubitatum, quia immo pro vero et indubitato eum elegerunt; ita etiam in conclavi eum indubitatum asseruerunt; obstare ergo eis vide.

ANNO CHRISTI 1409.

videtur eorum confessio multiplex, si modn velint eum dicere induhitatum; nam etiam sic dicendo viderentur decipere totam partem obedientiæ Gregorii, & omnes reges et principes, ad quos literas direxerunt, qualiter R. P. & D. D. A. tit. S. Martini presbyterum cardinalem eorum confirmatione elegerunt in patrem &c. Item qua ratione dubitant de papatu Gregorii, debuerunt dubitare etiam de papatu Innocentii, et Urbani, et similiter de eorum cardinalibus qui trahunt causam & originem a prædictia, cap. *cum inter vos* de re judicata. Tertio opponunt contra dictam convocationem Concilii factam a dominis cardinalibus, nullitatem ratione personæ citatæ sive requisitæ ut est Gregorius; nam una pars dicti Concilii est alterius obedientiæ, quæ reputavit patrem nostram schismaticam, et nos illam. Altera pars obedientiæ jam est sibi rebellis et inimica, quia jam obedientiam sibi subtraxit. Ad tale igitur Concilium sibi inimicum et contrarium non tenetur venire; et maxime quia eo veniente et non Benedicto, non tenetur cedere vel renuntiare, ut colligitur ex tenore instrumenti sicut dicunt *& non Benedictus*; et quia esset ignominia partis nostræ, si ipse cederet et alius remaneret; nam sic, alio non existente, dominus Benedictus posset se prætendere universalem papam, quod esset absurdum. Item ad requisita cardinalium non tenetur venire, et sic non est citatio; Concilium autem non citavit eum; ergo sine citatione processus nullus ca. *pastoralis* de re judic. Quarto impugnant prædictam convocationem ex defectu jurisdictionis DD. cardd. super vocatos ad Concilium; nam supra ipsos viderentur habere aliquam jurisdictionem. Quinto impugnant vocationem respectu formæ, quia ad certum actum super allegata scilicet ut finis schismatis imponatur per viam invitæ cessionis; sed cum fini aliæ viæ, videtentur imponere legem Spiritui Sancto. Sexto impugnant quod ante unionem et mixturam videntur indixisse, quod non est verisimile. Octavo impugnant, quia die feriata intimarunt. Nono quod etiam in termino nimis brevi, quoad aliquas nationes. Ex quibus, ut dicunt, dicta eorum convocatio Concilii redditur dubia, et de jure potius non valere rationibus superius dictis secundum eos. Ex quorum allegationibus apparet eos non venisse ad hanc sanctam synodum ut mediatores, sicut dixerunt, sed ut Gregorii pertinacissimi defensores, et ut seminantes zizaniam super triticum bonum, videlicet super illud sacrum Concilium, dum per coloratas rationes subvertere mentes hominum unionem affectantium moliuntur. Quid enim aliud agunt, dum dicunt totam sanctam Synodum suspectam Gregorio, quam quod nunquam possit contra ipsum Gregorium Concilium convocari, et per consequens pro suo beneplacito posse ecclesiam perpetuo in schismate retinere? Item, quid aliud dicunt, dum asserunt universale Concilium posse ut suspectum per Gregorium recusari, quam dicere universalem ecclesiam posse errare contra cap. *Arcta* 23. q. 1.? Quoad Gregorium ergo ecclesia nulla est contra caput *liventi* 12. q. 2. Ista dicta certe sapiunt hæresim, maxime quia tendunt ad conservationem et perpetuationem schismatis antiquati, et defensionem Gregorii, qui est auctor et factor tot errorum, ut superius dictum est. Et quod venerint ut Gregorii defensores, et solum ad sacrum Concilium disturbandum et scandalizandum, apparet ex eorum appellatione occulte affixa valvis ecclesiæ, et furtivo eorum discessu; cum tamen benignissime in sancta Synodo fuerint recepti et exauditi, et assignatus eis terminus respondendi dictis suis rationibus et motivis; quod fuisset honestius et justius expectare, quam fugere; hoc enim signum diffidentiæ suæ justitiæ, et non bonæ conscientiæ 11. q. 1. *Christianis*, de præsumptione *nullus*. Hoc ergo præmisso, venio ad solutionem dubiorum, pro quorum clariore decisione præmitto, quod dixi supra, videlicet dominos Gregorius et Benedictus tamquam antiquati schismatis nutritores jurisdictione carere; quo præsupposito videtur quod jurisdictio congregandi Concilium in casu in quo expedit, ut est hic, devoluta sit ad dominos cardinales, quinimmo omnia alia papalia jurisdictio in casibus evidenter necessariis, ut plene examino in tractatu meo super ista materia q. 6. Moveor primo, quod in inferioribus ecclesiis & aliis casibus, in quibus si ille ad quem spectat primo gradu sit suspensus vel privatus ab ejus exercitio, fit devolutio in gradum sequentem magis proximum. Patet exemplum in ca. *si episcopus* de supplenda negligentia prælati, in VI. patet in ca. *si cui* de off. delegat. in 6. ubi similiter devolutio in alium in casu necessitatis, ut l. *ut perfectius* C. de annali exc. & l. *ubi absens* ff. de tut. & cur. da. ab his; ad hoc optime cap. *eos* de temp. ord. in VI. ubi suspenso ordinario a collatione ordinum, a proximis & vicinis episcopis peti poterit. Pro hoc optime 66. dist. *si forte*, ubi propter defectum præcedentium in gradu devolvitur ad populum; & ibi notatur quod par monet parem, & in hoc censetur major; & quod minor supplet negligentiam majoris, & e converso 9. q. 3. *cum simus*, & 88. dist. *nolumus*, & ibi notatur, & in multis aliis juribus hoc habetur, quod propter difficultatem vel exclusionem ejus, ad quem pertinet actum gerere, devolvitur ad sequentem; & similiter in casu negligentiæ primi gradus cap. *ne per defectum* de elect. cap. *si hæredes* de testamentis *aut hoc apostoli* C. de fidejus. ex quibus in casu nostro concluditur, quod in casu nostro cum domini cardinales sint magis proximi & vicini papæ, quam alii, quia sunt pars corporis sui, & coadjutores in executionem officii cap. *per venerabilem* §. *Rationibus qui filii sunt* *l. ergo*; sequitur quod ad eos debet fieri devolutio jurisdictionis & convocationis Concilii.

Secundo hoc probatur; constat per illud schisma vacare ecclesiam, sicut per mortem cap. 1. de præscriptionibus, & notatur in cap. 1. de schisma; sed vacante sede apostolice per mortem papæ, in casibus imminentia necessitatis vel periculi possunt domini cardinales occurrere & providere cap.: *ubi periculum* §. *Ideoque* de electione in VI. Plus dico, quod etiam non vacante, si papa nollet vel non posset convocare Concilium in casibus, in quibus urget necessitas convocandi, ut in casu extirpationis fidei vel erroris alicujus in articulis fidei, ad sacrum collegium cardinalium pertinetet convocatio. Pone enim quod papa sit effectus amens, furiosus, vel captus a paganis, vel contra se cum erguatur de hæresi non vult generale Concilium congregare, vel non potest, quia non possidet nisi partem ecclesiæ universalis, & alius aliam partem cum simili titulo colorato; certe in

istis

ANNO CHRISTI 1409.

illis casibus videretur quod ad ea cardinales, tamquam ad proximos atque vicinos, devolvatur illa potestas; alias ecclesia ruere posset, & pro illo tempore non diceretur habere vicarium Christi in terris; cum tamen Christus noluerit ecclesiam suam esse sine capite; & his casibus sustineri potest opinio Ostiensis, qui dixit in casu vacationis jurisdictionis papæ transire ad dominos cardinales, cujus opinio reprobata est in vacatione modico tempore verosimiliter duratura, puta per Cle. *ne Romani* in fine de electione; sed in duratura diutius, ut per schisma antiquatum, ut in supradictis exemplis, æqua & rationabilis videtur opinio Ostiensis, ut illud quod provisum est in inferioribus ecclesiis in prædictis casibus, sicut dictum est supra, habeat locum in sede apostolica, & nullo fortius per majus periculum, ut dicto capite *ubi periculum*.

Tertio hoc probatur: constat hos duos possidere ecclesiam malo ingenio & contra fas, quia contra promissa jurata & vota, & quia se erexerunt in duo capita in eodem corpore, quasi monstrum, & moniti a regibus, & principibus, & toto mundo hoc facere subterfugerunt, & contemnunt; certe contra tales non solum per jura, scilicet congregando Concilium, sed, quod plus esset, posset invocari auxilium brachii sæcularis, & sic eos de seda apostolica expellere cap. *si quis pecuniam* 79. dist. conjuncto capite *si duo* eadem distinctione. Major etiam subest ratio compellendi duos sanctam sedem occupantes de facto, quam unum ordinatum per pecuniam vel tumultum popularem.

Quarto hoc probat impossibilis convocatio per eosdem duos; nam aut convocant ad diversa loca, & in neutro poterit dici universalis ecclesia congregata; & per consequens nec aliquod ex eis Concilium generale, sed Conciliabula, ut ipsi per se fatentur in dubiis suis, cum dicunt ex talibus particularibus Conciliis nullatenus unionem sequi posse ad eumdem: & præsidebunt ambo tamquam duo capita, quasi monstrum; nec poterit dici illud Concilium unicum, in quo pars una recognosceret unum in papam, alia alium. Corpus ergo Christi, quod est ecclesia apparebit ex hoc divisa, nec erit ibi Spiritus Sanctus, qui non descendit nisi in convocatis in unum, scissurasque refugit; nec erit ibi ecclesia in qua apparet schisma & divisio, ut dicto capite *schisma* cap. *audivimus*, cap. *didicimus* 24. q. 1. cum aliis allegatis supra in tertio membro principali.

Quinto probatur, quia ista sancta Synodus congregata sit auctoritate Gregorii & Benedicti; nam in conclavi inter cætera, tam ipsi, quam singuli cardinales juraverunt, & voverunt & promiserunt sequi omnem viam rationabilem, per quam dictum schisma tollatur, & unionis sequatur integritas in ecclesia Christianorum; & hanc ordinationem ipse approbavit post assumptus in papam; similiter dominus Benedictus respondendo litteris ejusdem Gregorii intimantis sibi de dicta ordinatione cum suis cardinalibus approbavit; & ipsa idem dominus Benedictus suis dominis cardinalibus fortius juramentum præstitit super sua cessione; sed cum ambo, sæpius requisiti ut cederent, vel de loco cessionis, sæpius reprobaverunt; necessario infertur quod domini cardinales potuerunt per dictam ordinationem Concilium convocare, cum sit via rationabilis & honesta & per ambos ipsos Gregorium & Benedictum auctorizata, ut supra dictum est; ex qua ordinatione etiam videretur dicendum quod unus solus ex eis teneretur vinculo juramenti & voti dictum Concilium convocare; nam ita singuli juraverunt; & per hoc quod ad dictos cardinales spectet convocatio Concilii, cum duo contendunt de papatu, est glossa Hugonis in cap. *si duo* 79. dist. Quin immo si deficerent omnes domini cardinales, ad clerum Romanum devolveretur congregatio Concilii, ut in cap. *licet de evitanda* de electione. Plus etiam, quia in defectum omnium, ad quos de jure ordinario fit devolutio, dicit textus in simili, quod devolvitur ad populum, 66. dist. *si forte*; & quod dixi supra in primo articulo. Quinimmo in tantis periculis, schismate ecclesia naufragante, videtur quod quilibet episcopus, clericus, vel fidelis Christianus possit ecclesiam congregare, & se apponere tamquam murum pro domo domini & latrare, 43. distin. *rector*; nam in tanta contumelia & opprobrio nostræ fidei videtur quilibet christianus offendi, ut patet l. *hi qui sanctam*, cap. *etsi quæstiones*. Item quilibet de ecclesia potest se opponere contra attentata in ecclesiæ præjudicium, & obligatur ad hoc cap. *si quis presbyter* de rebus ecclesiæ non alienandis, & de testi. *cum cly.* per Innocentium; nam in sacra scriptura legitur de Mathatia cum videret contritionem civitatis sanctæ, & videret super aram Domini immolantem, zelo legis accensus, occidit eum super aras, & exclamavit *quicumque zelum Dei habet, me sequatur*: & multi sequuti sunt quærentes Dei judicium & justitiam in desertum 1. Mach. 2. Ipse igitur solus absque ulla auctoritate convocavit ad bellum ecclesiam Dei contra schismaticos, & adorantes idola, & gessit prælia multa, ut in toto illo libro. Item cum universitas est dispersa, ut sunt episcopi, & alii vocandi ad Concilium, seniores convocant, ut in cap. *cum ex invicto* de novi operis nunciatione, & quod notatur in cap. I. de major. obed. Plus videtur quod nemine convocante, si omnes prælati conveniunt in unum pro extirpatione schismatis & defensione fidei, recte ibi dicatur esse universalis ecclesia, si pro bono publico convenerunt; nam illa solemnitas, quod auctoritate papæ convocetur, est solemnitas meri juris positivi, non juris divini; quod patet in cap. I. 15. dist. ubi imperator olim imperavit generalibus Conciliis, prout ibi patet; & licet propter impotentiam ecclesiæ primitivæ tunc temporis hoc fiebat; sed cum hodie sit major impotentia quam umquam, quia quod sit verum caput ecclesiæ ignoratur, & nullus ex istis posset universalem Synodum congregare; sequitur quod convocatio facta a dominis cardinalibus contra ambos istos fuerit juri & æquitati consona. Non obstant canones 17. dist. per totam; nam omnes loquuntur cum præest unus papa, qui potest universalem ecclesiam congregare, & demonstrari unica & indubitata sedes apostolica, in qua unus possidet; & hoc colligitur ex omnibus illis capitulis, qui loquuntur in singulari; & hoc non est in casu nostro. Non obstat quod non possint eum dicere non papam vel dubitatum; nam hoc verum inspecto principio creationis; sed post moram incedendo & implendo promissa cum pertinacia, & incorrigibilitate, & scandalo universalis ecclesiæ, certum est, quod ex his causis supervenientibus, ne pereant in peccatis simul cum eo, licite potuerunt ab eo recedere, sicut a schismatis nutritore; & per consequens de præventione convoca-

ANNO CHRISTI 1409.

vocationis sui Concilii non curandum, utpote non ab habente potestatem. Facit cap. *nulli* de electinne in 6. & quod notatur in cap. *quemadmodum* de jurejurando; nam esset ejus convocatio derisoria, ex quo nulla potest sequi unio, nec decisio per viam justitiæ, cui renuntiavit eligendo viam cessionis cum juramento. Item nec spes cessionis, quia eam damnavit, & posset per procuratorem cedere & in camera sua si idem timeret Deum, & homines revereretur. Non obstat quod totam Synodum recusare posset, quia hoc non est verum, ut dixi supra, post principium hujus secundi dubii principalis. Item, inimicitias nullas potest prætendere, nec contra alteram partem, quia in eum numquam crediderunt; nec in suam, quia juste se ab ejus obedientia B subtraxerunt: unde qui juste facit & recedit, non potest prætendi probabiliter inimicus; & est casus in capite *non vos* 23. qu. 5. ubi ecclesia, etiam persequens schismaticos, non potest allegari inimica; qui enim resistit vitiis & coercet, pius pater, non inimicus dici potest. Illa promissio facta Deo & ecclesiæ militanti super spontanea cessione, videtur habere executionem paratam, sicut si fuisset facta Deo præsente, cap. *quoties cordis oculis* 1. q. 7. sed in exequutione, maxime quæ potest momento per eum expediri cedendu, nulla potest allegari suspicio; quia nec requiritur alia mentis cognitio, cap. *novit* de appellat.

Non obstat quod domini cardinales non habeant jurisdictionem super Concilium, & per con C sequens convocare non possunt; nam in convocando singulos in Concilio potestatem habent per jam dicta, & similiter præfatos dominos contendentes; postquam autem fuerit congregatum, fateor quod non habent jurisdictionem; ergo in actu convocationis jurisdictio est (ut) ut in singulos; non autem postquam fuerit congregatum ut in universos, ad hoc optime, 2. q. 5. *si primates*. Item falsum est quod dicunt, quod propter formam instrumenti Gregorius non tenetur cedere non cedente Benedictu; nam immo tenetur & ex jure communi & ex forma instrumenti, ut dixi plene in dicto tractatu per me composito q. 9. ubi dico quod illa perplexitas: *si ille cedit & ego cedam*, & e converso, sit purificata postquam D stat per eos quominus cedant, ut est casus in lege *si Titius*, de verborum obligationibus. Item in instrumento subjungitur: *& omnem aliam viam rationabilem &c.* sed multæ aliæ sunt viæ per quas posset haberi unio & impleri subterfugium; & ergo in mora perjuriis & votorum fractionibus. Item, probo quod illa, *si* & *quando* non faciant conditionem; sed sonent in monitu nunc, quia adhuc de jure communi propter vitandum scandalum & schisma antiquatum cedere tenebantur, 24. q. 1. *memor*. Item Gregorius qui primo apposuit dictam conditionem *si & quando*, debuit prævenire in implendo dictam conditionem, E quia ad hoc Benedictum per suas litteras provocavit, ad hoc quod notatur in capite *frustra* de regulis juris in VI. mercurialibus, quod notatur in simili in dicto capite de offic. deleg. Non obstat quinta ratio, quod deficiat ex defectu formæ, postquam non est expressa via cessionis, nam expresserunt magis facilem ecclesiæ expedientem; nec per hoc sequitur, quod si Concilium videret viam faciliorem, sint per hoc manus sibi ligatæ; quia in istis publicam utilitatem concernentibus judiciis officium est latissimum, cap. *bona* de postul. prælat. Sed vere nulla melior est & expeditior, quam ista, quia uno verbo pro quolibet expeditur dicendo cedo, & ille similiter & ego 6. & 7. Quod objiciunt contra indict. Conc. trusæ sunt; & similiter quod dicunt in 8. 9. postquam enim Dei gratia est Concilium congregatum, non est de istis juris apicibus & ambagibus, maxime de jure canonico, disputandum; sic enim sophismatibus & arte dialectica disputando, dicit canon, erroris offendicula præparant, & confirmant, & recurrunt in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum, cap. *transferunt* 25. q. 3. Et bene advertant dicti domini oratores ad cap. *qui aliorum*. ubi hæresiarca dicendus est, qui defendit aliorum errorem. Per prædicta expeditum sit secundum eorum principale dubium, quod, ut dixi, respicit nullitatem convocationis Concilii pluribus respectibus, ut dicunt; sed contrarium est demonstratum, & contrariis satis clare responsum, ut ex superioribus patet.

Descendo ad tertium principale dubium, quod respicit nullitatem requisitionis ipsorum contendentium: circa quod revocatur in dubium, utrum requisitio facta de Gregorio per dominos cardinales, quod veniat ad Concilium, quæ tamen requisitio eum personaliter non apprehenderit, quia sui copiam non fecit; habeat vim citationis peremptoriæ; ita quod per Concilium ulterius citari non debeat; & eadem est quæstio de Benedicto, minor tamen, ex eo quod requisitio suorum dominorum cardinalium apprehendisset eum personaliter: sed restat dubium.

Utrum per Concilium habeat necessario amplius citari, adeo quod ipsis non citatis ulterius possit procedi per Concilium ad eorum ejectionem. Et pro istis duobus contendentibus, quod citari debeant per Concilium, allegatur primo, quod domini cardinales contra eos non sunt judices competentes, sed Concilium. Requisitio igitur illa non potest dici citatio, utpote facta a judice non suo; ergo nulla, cap. *at si clerici* de jud. & cap. *si non compe. jud.* per totum; oportet ergo quod citatio sit legitima & fundetur in jure, alias nullum producit effectum, l. *si prætor.* cap. *de statu* ad hoc, quod legitur & not. de off. deleg. in VI. Ex hoc ergo consequenter infertur, quod cum omne judicium incipiat a citatione, ut notatur ff. de in jus voc. in rubric. & cap. *ecclesia sanctæ Mariæ*, de constit. quod judicium sancta Synodus debet incipere a citatione sua, non a requisitione facta a privata persona quoad ipsum citatum, cap. *ut animarum* de constit. in VI. & l. *extra territorium* de jurisdictione omnium jud. ubi etiam citatio facta a judice de illo, qui non est de sua jurisdictione, non valet. In contrarium primo arguam, quod dicta requisitio de prædictis sit vera & legitima citatio & ad totam causam. Secundo quod etiam si non esset citatio, tamen Concilium non teneatur eos citare; sed ad eorum ejectionem procedere, potuit & posset absque alia citatione; & pro evidentia dicendorum præmitto duo plene discussa pridie in nostris responsionibus factis pridie R. P. D. episc. Verdensi. Primo videtur, quod ad dominos cardinales, rebus sic in facto se habentibus ut se habent, pertinet convocatio generalis Concilii, ex jurisdictione eis a jure concessa in hoc & in multis aliis similibus patet, prout plene dixi in secundo eorum dubio principali. Hoc ergo præmisso; secundo præmitto quod isti duo contendentes sunt, sive censentur antiqui schismatis nutritores,

ANNO CHRISTI 1409.

propter quod dictum schisma, quoad eos, transivit in hæresim, ut in dictis meis responsionibus, & in dicto opere plenius &c. His pro veritate præmissis, quod requisitiones factæ de prædictis contendentibus a dominis cardinalibus sint citationes propriæ sic probatur. Concessa est cardinalibus jurisdictio convocandi prælatos ad generale Concilium, ergo similiter & prædictos duos, quorum causa Concilium congregatur; ut sic cui conceditur principale videatur concessum id, sine quo illud, de quo agitur, explicari non posset, per hoc cap. *præterea* cum ibi notatis de offic. deleg. & l. 2. ff. de jurisdictione omnium judicum. Constat enim judicium ex judice, actore, & reo, cap. *forus* de verborum significatione. Si ergo domini cardinales habuerunt jurisdictionem in convocando prælatos, quod futuri sint judices super actu, de quo agitur; ergo similiter & in futuros reos, ut compareant coram dictis judicibus, ut in juribus per aliud simile in judice recusato, quilibet, licet post recusationem non possit se intromittere de negotio principali, tamen, quantum pertinet ad illum actum recusationis expediendum, jurisdictionem habet contra partes contra arbitros cap. *cum speciali* de appellatione, & cap. *legitima* eo titulo in VI. Nec est hoc mirum, ut jurisdictio concedatur a lege in certo actu explicando, non in reliquo processu l. *senatus* ff. de officio præsidis. Item etiam est optimum simile in archiepiscopo, qui convocat Concilium episcoporum contra episcopum accusatum de crimine, & etiam ipsum episcopum, & tamen ultra non extenditur ejus jurisdictio, 5. q. 2. *si primates*. Idem ergo in dominis cardinalibus, ut convocent Concilium contra istos contendentes. Et habet ista opinio æquitatem; cum enim multitudo congregata ad Concilium non debeat, neque possit dici commode commorari in loco, ut patet in cap. *propter ecclesiasticas* 18. dist. iniquum esset quod eo congregato inciperet judicium ab ipsius citatione, maxime in casu nostro, in quo Benedictus longe distat, videlicet Perpignani; unde loci & personæ qualitatibus pensatis, non deberet dari dilatio minor duorum mensium; sed cum Concilium non possit stare vel debeat ultra mensem, ut dicto capite *propter ecclesiasticas*, dilatio citationis excederet terminum quo durare debet Concilium: & hoc esset absurdum, l. 1. de glos. legum, & cap. fin. de jud. & l. *scire oportet*, de excus. tut. in ratione sui. Justum est igitur sic sentire & dicere, quod sicut cardinales habent jurisdictionem in vocando singulos prælatos ad Concilium infra congruum spatium, prout factum est; ita similiter & prædictos contendentes, ut compareant in eodem termino ad abluenda crimina. Præterea si negetur pertinaciter dominos cardinales non habere jurisdictionem incitando ipsos contendentes: tamen probo quod dicta requisitio habet effectum citationis: constat enim ex facto & collusionibus & juramentorum transgressionibus prædictorum dominorum universalem ecclesiam & ipsos dominos cardinales gravari, quorum interest principaliter periculis Romanæ ecclesiæ providere, maxime de pastore cap. *ubi periculum* de electione in VI. Sed cum quis ab aliquo gravatur, vel gravari timet extra judicium, maxime in beneficialibus, potest adversarium ad causam provocare, ut dicit 6o. in cap. *cum sit Romana* de appellat. & patet etiam in capite 1. de electione in VI. ubi propter quod ex illa appellatione extrajudiciali appellatur, debet venire instructus super tota causa; alias proceditur ad definitivam sententiam, eo ulterius non citato, ut ibi est textus. Nec potest dici ibi propria appellatio, cum fiat a gravamine non illato in figuram judicii, sed dicitur provocatio in causam, ut dicto capite *cum sit Romana*. Et ita directe in casu nostro in quo propter ruinam, quæ ex istorum præsidentia imminet universali ecclesiæ, ambo sunt propter illud gravamen ad judicium, hoc est ad Concilium provocati. Sive ergo dicta requisitio censeatur proprie citatio, ut volunt præcedentia argumenta, sive requisitio & provocatio ad causam, ut vult proximum, concluditur, quod debuerunt comparere instructi super tota causa, ut dicto capite. Et advertendum, quod licet in ordinariis judiciis debeat exprimi in citatione præceptorium, ut compareat super tota causa processus, cap. *cum ex litteris* in fine de restit. in integr. vel citetur ad singulos actus, cap. *ad petitionem* de accus. per Innocentium; tamen in vocatis ad Concilium videtur de natura judicii speciale, quod intelligantur citati super tota causa peremptorie; quod patet, quia debet in Concilio manere & inde non discedere antequam Concilium dissolvatur, ut dicto capite *propter*, & cap. *si quis autem* 18. dist. XII. q. 3. *certum*. Secundo principaliter probo, quod etiamsi dicta requisitio de prædictis nullo modo facta fuerit; tamen Concilium congregatum possit absque alia citatione vel requisitione ambos ejicere; primo quia impossibile est de facto & de jure unionem universalis ecclesiæ posse sequi, nisi ambobus ejectis: de facto namque dixi, nam pars quæ adhæsit uni vel alteri jam 30. annis, verisimile non est velle alterari quam cui credidit adhærere; nam hoc notorium est, quod quælibet pars dicto tempore in suo proposito perduravit, & sic in futurum, nisi ambobus ajectis per Concilium, verosimiliter perduraret, *cap. majores* de baptismo, & l. *sancimus* C. de test. Item juris discussio, videlicet quis ex eis sit verus apostolicus, sit difficilis, immo penitus impossibilis propter conflictum rationum hinc inde orgentium; item propter opiniones doctorum excellentium contrarias; item propter factum vario & contrario modo propositum ab utraque parte, ex quo jus oritur l. *si ex plagiis* §. *in clivo* ad l. Aquil. cum ergo non possit liquere Concilio quis sit papa, ambo debent ejici l. *duo sunt Titii* de test. tut. Quin immo si posset constare de justitia electionis alterius, tamen si ex depositione alterius scandalum remaneret, debent propter hoc ambo ejici, ut notat Hugo 63. d. c. finali. Nec mirum, quia etiam verus prælatus, si ex ejus præsidentia oriretur scandalum, & ecclesiæ sic immineret periculum, teneretur cedere ut notatur in cap. *nisi cum pridem* §. *pro gravi* de renunt. & est ratio, quia propter publicam utilitatem, privari potest quis dominio rei propriæ l. *Lucius* ff. de evic. multo fortius administratione rei non suæ quoad proprietatem 12. q. 1. cap. fin. l. cum ibi notatis.

Ad propositum ergo si essent præsentes nulla excusatione admissa propter juris & facti obscuritatem erga eorum titulos; item propter extirpationem schismatis antiquati & ecclesiæ unitatem ambo possent ejici propter jura prædicta; ergo similiter in eorum absentia hoc fieri potest, quia quod possum facere te præsente & invito, multo fortius te absente, l. 2.

§. vo-

ANNO CHRISTI 1409.

§. *voluntatem*, & l. *dotem* ff. solv. ma. Ex hoc concluditur, quia nulla citatio requiritur ad eorum ejectionem, postquam ipsis præsentibus & invitis Concilium hoc facere posset. Secundo hoc alia ratione confirmo: constat ambos cathedram, quæ non capit duos, ut supra dictum est, contra fas & non electione canonica possidere; constat scilicet ex eorum præsidentia ecclesiam militantem majora detrimenta pati, quam enumerentur in dicto capite *in nomine Domini* 23. dist. Constat eos schisma fovere, cum servando pacta possent illud amovere. Sed talibus dicit ibi textus omnem audientiam denegari, & glossa dicit idem ibi de schismaticis; ex quo infero, quod citari eos non expediat postquam non debent præsentes audiri. Cum enim citatio fiat ad finem defensionis; ubi denegatur defensio, est ergo superflua citatio; ubi enim ratio legis cessat, cessat & lex, cap. *cum cessante* de appellatione, & l. *adigere* §. *quamvis* de jur. patr. Tertio probo sic; constat in ecclesia de facto esse ista duo capita, & contra præcepta evangelica, apostolica, & canonica præsidere in cathedra beati Petri, & hoc est delictum maximum, quia corruptus est articulus *unam sanctam ecclesiam*. Constat ex hoc ecclesiam scandalizari; constat hoc scandalum durasse in ecclesia jam sunt 30. anni; constat ex debito pastoralis officii & promissionibus ambos obligari ad cessionem & ad ipsam unum alterum provocasse per plures litteras hinc inde transmissas, & ad reges, & ad principes; constat sacro Concilio neutrum cessisse, sed in suis cathedris hodie etiam præsidere; sed cum ista omnia sint notoria facti permanentis, ex quo ecclesia scandalizatur, non videtur quod in facto tam notabiliter notorio, quod se exhibet in conspectu Concilii; & notum est hoc judici ut judici, quod præsideant ambo contra jura prædicta, requiratur aliqua citatio, cum ex eorum præsidentia semper scandalum & iniquitas appareat in conspectu, cui iniquitati debet semper judex ex officio occurrere, etiam nemine petente, cap. 1. de offic. vicar. Quia ergo processus contra ambos formatus est super notorio actu permanente, & ex dilatione per citationem possunt multa pericula imminere, videlicet dissolutionis Conc. propter longam moram, propter imminentia guerrarum pericula, quæ non multum distant, item propter periculum continuationis, quæ in multitudine incuriosa sæpe suboritur; concluditur manifeste quod absque aliqua citatione possent ambo per Concilium ejici. Hæc est communis opinio, videlicet quod propter imminens periculum, vel ubi probationes non sunt necessariæ, ut in casu nostro, in quo apparent duo capita in ecclesia quasi monstrum, ad quæ solum delenda agitur, citatio non est necessaria; & ita tenet Jo. Cal. in comment. cap. *vestra* de cohab. cler. & Mul. in v. *circa quintam quæstionem*.

Quarto sic: constat & notorium est hoc Concilium fuisse convocatum a sexta mensis citra, & causam convocationis scilicet ad ejectionem istorum dominorum; item certum est eos verisimiliter hoc scivisse & eis a regibus & civitatibus nuntiatum & exhortati ad cessum; hac ergo scientia præsupposita, non videtur de his alia citatio necessaria; fit enim citatio ad finem scientiæ inducendum; sed qui certus est, certiorari non debet. Ad hoc optime dicta causa de electione in fine, & quod ibi notatur in glossa super verbo *pœnam*; nam & in multis casibus sola scientia & aliter non intimata sufficit, ut e l. p. de am. ep. & est regula juris *eum qui certus* in VI. ergo similiter in favorem fidei isto casu in quo favore religionis multa contra juris regulas statuta sunt, ut l. *sunt personæ* de relig. & simp. fu. Solutio, ut dixi supra, proximo dubio, ista promissio de cedendo & omnem aliam viam utilem prosequendo juramento firmata videtur facta æterno judici, idest Deo & suæ ecclesiæ militanti, arcanorumque notante, in cap. *quoties cordis oculis* q. 7. & videtur dictum juramentum litis decisivum, & interpositum super re dubia & certa, scilicet quæstione papatus: eo ergo ipso quod constat judici de hoc ut judici, quia talis obligatio exhibetur judici, idest Concilio, videtur habere exequutionem paratam, l. *tale pactum* §. *qui provocavit* ff. de pactis; sed in exequutione quæ petitur, scilicet privatione papatus non videtur necessaria citatio, ut notatur in simile cap. *veniens* de testibus; maxime post tam longam moram & tergiversationibus habitis per eos & non cedendo. Sexto & ultimo concludendum videtur ex rationibus & juribus præallegatis, quod citatio rite & recte intervenerit ab habentibus potestatem & jurisdictionem citandi, vel saltem ad causam provocandi; & quod etiam circumscripta omni citatione sententia sacri Concilii super eorum ejectione fienda non possit de iniquitate vel nullitate redargui, ut dicam in fine, & maxime hæc sunt vera contra istos contendentes, ex quorum contentione ecclesia Dei redacta est quasi ad nihilum, & habita pro eo in ludibrium & hæresim populorum. Insuper viam facilem cessionis suis collusionibus & dissensionibus super loci electione & aliis reddiderunt difficilem & obscuram, & finaliter reprobarunt tamquam diabolicam & damnationem; sic ludibrio jura omnia & sanctorum patrum exempla saluberrima in similibus contemnentes. Numquid ergo talibus, qui jura divina pariter & humana pervertunt, debent ad unguem jura servari, vel potius armari gladio ultore? Certe dicunt leges & canones quod frustra legis auxilium invocat qui committit in legem, cap. *quia frustra* de usuris. Pro hoc exemplum valet Mathatiæ, de quo supra in declaratione primi dubii V. *exemplum habes*. Ex quo exemplo & aliis concludendum videtur, quod ubi totius christianitatis strages jacet, & pericula animarum imminent, & jura jam fere sepulta jacent, non sint ita omnimodo juris exacta diligentia servanda, ut in multis casibus non ita gravibus ostendi posset; sed quia non expedit; non prosequor; & hoc de tertio principali ipsorum dubio.

Venio ad quartum dubium principale quod, ut dixi, respicit nullitatem & quodammodo impossibilem unionem & mixturam dominorum cardinalium utriusque collegii; primo quia citati sunt a duobus contendentibus, quorum alterum certum est in rerum natura non esse papam, & per consequens nec creatos ab eo fore cardinales tamquam trahentes originem ab infecta radice, ut dicit textus in cap. *cum inter vos* de re judicata, ibi unde causam & originem habuerunt, facit lex *cum principalis* de regulis juris, & cap. *accessorium* de regulis juris; & ideo sicut dominus Gregorius & Benedictus non possunt sic invicem se unire, ut retineant ambo papatum; ita nec Cardinales utriusque partis ut retineant cardinalatum. Talia enim non pactionibus sed legitima institu-

ANNO CHRISTI 1409.

tione possidentur, cap. 1. de regulis juris in VI., & maxime hoc verum, quia mixti Cardinales veri cum non veris possent illos qui veri non sunt eitare de novo, ut notatur in di. *Neroniani* de elect. ergo non eos taeite pro cardinalibus recipere, vel tenere, ut quod non potest fieri expresse, non possit tacite, l. *quod ad certam* ff. loc. Secundo nnu persona cardinalis utriosque collegii usque ad tempus discessus a suis capitibus, videlicet Gregorio & Benedicto, reputavit alteram anathematizatem, excommunicatam, & schismaticam per sententias & processus dictorum contendentium promulgetas. Ex illa igitur nnione videntur incurrere inconveoiene manifestæ contradictionis, si volunt modo dicere non fuisse tales vel ad legitimos actus excommunicatos recepisse, & per consequens vitiari actus tales legitimos propter talem mixturem, statuente cap. *illa* de elect. & eap. *cum super abbatia* de off. delegati. Nam saltem videtur debuisse intervenire reconciliatio secundum formam, que schismatici & excommunicati ab ecclesia consueverant recipi, l. q. 7. *si qui*, & cep. *quoties* & II. q. 3. *canonica*. Hæc autem illotis manibus, ut sic dixerim, se invicem univerunt, quod videtur derisorium, & ineptum, & omni ratione carens; maxime quia une pars alteri, & e converso, se immiscuit & nnivit, tamquam semper fuerint veri cardinales, quod est impossibile, ot prædixi. Netura autem respuit, ut contraria quæque jungentur l. *ubi repugnantia* de regulis juris. Tertio videtur, quod crimen entiquati schismetis, quod dominus Benedictus & Gregorius objiciunt, quæ ipsi contraxerunt cum ipsi pacifice & quiete cum eis manserunt, & ab eis & eorum prædecessoribus creati fuerunt; ex hoc videntor participasse in crimine damnetu, unde pari sententia involvuntur, ad hoc II. q. 7. *sunt nonnulli*, & 3. q. 5. *canonica*; morbo enim simili laborantes ab accusatione & testimonio repelluntur, cap. *persona*, & eap. *veniens* de testibus; facit de exceptione *cum* eccles. de div. *significasti* de adul. *intelleximus* cum similibus. Istæ sunt rationes quas ego facio pro perte dictorum honorandorum oratorum, quibus tamen non obstantibus contrarium est de jure dicendum: & primo hoc probo propter mixturem verorum cardinelium cum non veris. Certum est enim io rerum natura, licet non apud nos, alterum ex eis contendentibus esse verum papam, & per consequens cardinales veros qui trahunt causam & originem ab eodem, ut juribus allegatis supre in prima ratione pro parte contraria; ex quo sequitur favore fidei & sanctæ unionis debere istam mixturam valere; nec debet utile per inutile vitiari, cap. *utile*, & quod ibi notat Dinus de regulis juris in VI. Et hoc maxime propter mixturam insuperabilem propter incertitudinem qui sint veri vel non veri. Ad hoc l. 3. §. *Generaliter* de dominatione inter virum & uxorem, & l. prima §. 1. ff. de falso tutore, ubi auctoritas præstita a falso tutore simul cum vero valet facit, quod notetur in cap. 1. de jure patr. in sexto. Secundo hoc probo propter mixturam duorum, diversam vel contrariam naturam habentium; natura enim talium est ut magis dignum trahat ed se minus dignum cap. *quanto*, & ibi scripsi de judic. & cep. *quod in dubiis* de consec. ecclesiæ vel alt. Item natura contrariorum est, ut id quod reperitur utilius, & melius in altero participet reliquum, cep. 1. *ne sede vacante*, & l. 1. de rei vendi. & l. 2. comm. de leg. & l. 1. de leg. 2. per part. sic & alibi unus participat de natura alterius & sequitur opera alterius quod non habet ex persona sua. Patet in uxore, quæ habet privilegium ex persona viri, 32. q. 1. *si quis uxorem*; & cognatio spiritualis contracta ab uno trahitur ad alios 30. q. 3. c. 1. Item nnn potest compromitti in laicum de re spirituali, sed io clericum & laicum sic, cap. *contingit*, & cap. *per tuas* de arbi. Ad propositum ergo, cum sit dubium, utrum isti vel illi sint veri, & certum sit in rerum natura alteros veros; consequenter infertur quod ista unio toleretur. Sic & alibi fit unio duorum senatus consultorum, quando est dubium utrum ex uno vel ex elio competat jus agendi; nam postquam certum est ex utriusque mixturu competere, fit amborum conventio ut l. I. §. *Quod si hoc ipsum* de lib. & l. *Galus* §. *Si ejus*, & §. *Ille casus* de lib. & post. sic cum est dubium io cujus territorio sit delictum commissum, puta io confinibus, fit conjunctio amborum judicum de loco delicti contendentium, l. *Jurisperitos* §. *Cum oriundus* de excus. tut. & c. *cum illorum* de sententia excommunicationis; nam & alibi propter dubium facti vel juris admittitur quod alias prohiberetur, ut notatur in cap. *uno* de postul. prælat. & l. 1. §. *Quod autem*. Tertio confirmatur hoc, quia aliter jura statuunt de re dubia, aliter de re certu l. *eleganter* §. *Si quis post* de condi. indeb. & l. 1. ff. quæ sunt sine epp. rescind. Quarto, posito quod non veri cardinales non possent recipi vel admitti; tamen postquam est dubium sint veri vel non, videntur posse admitti; cum sint in quasi possessione cardinalatus: onde ratione dubii & tituli colorati videntur in sua quasi possessione tuendi, c. 2. *ut lite pendente*, & c. *consultationibus* de jur. patron. Item cum tractaretur de papæ creatione, cessat exceptio inhabilitatis personæ, ut excommunicationis, & omnis alia solemnitas, Clem. ne *Romani* de elect. & cap. *licet de evitanda* eodem titulo; ergo multu magis in ecclesiæ unione, ubi major necessitas in sedando pestiferum schisma. Quinimmo pro defensione fidei licita ast unio etiam cum paganis; nam Machabæi, qui erant viri sancti & pugiles, univerunt se cum Romanis, ut mutuo se juverent 1. Mach. 8. & tunc Romani erant pagani: nam & eanes Ecclesiæ pro pace ecclesiæ toleramus, 23. q. 4. *quidam*; & Deus quandoque per malos facit vindictam suam 23. q. 5. §. *Hinc notandum*. Io favore etiam fidei, in cause quæ sapit hæresim, ut est ista, excommunicati, tyranni, & alii possunt requiri pro euxilio & admitti ad testimonium, c. *in favore*, & c. *præsidentes* de hæret. io VI. Quarto hoc probat ordinatio Gregorii & suorum cerdinalium facta in conclavi post assumptionem suam, eum iteretione juramenti & voti confirmatam; nam in dicta ordinatione, voto & juramento primo se adstrixerunt prosequi omnem viam rationebilem & pro integratione ecclesiæ christianorum, nihilque omittendo de necessariis, utilibus, vel quomodolibet opportunis; & postea subjungitur: *dummodo anticardinales effectualiter velint cum ipsis dominis & sacro collegio sic convenire ac concordare, quod ex hoc sacro collegio & ipsis sequatur juste canonica electio unici summi Romani pontificis &c.* Ex quibus retionibus, quoad efficaciam unionis & maxime utriusque collegii duo sunt ponderanda: primo quod hæc mixtura vise fuit & est utilis pro executione sanctissimæ unionis

ANNO CHRISTI 1409.

nis dictis dominis cardinalibus; nam una pars non potuisset sine altera ecclesiam contra dictos contendentes universaliter congregare. Secundo, quia ratione dictæ utiliratis ad finem unionis idem Gregorius videtur expresse in dicta mixtura a principio consensisse & de ipsa cogitasse; & similiter Benedictus dum per quamdam ejus litteram bullatam dictam ordinationem Gregorii approbavit, & ad celeritatem expeditionis exhortatus fuit; per dictam ordinationem videtur omnis inhabilitas de personis ipsorum cardinalium, si qua erat, abolita, & super ipsam per Gregorium dispensatum; quia postquam approbavit mixturam, per consequens videtur removere voluisse omnia obstacula per quæ potuisset talis unio impediri; arg. l. *illud*, ff. de aequi. hæred. & l. *quidam consulebat* de re jud. Ista igitur unio & mixtura videtur eorum ab eis facta postquam impartiti sunt auctoritatem, argum. l. 1. cap. de ver. jur. enucl. & licet illa verba videantur referri ad unionem & mixturam post cessionem ipsius; tamen idem est & ante cessionem, postquam stat per ambos (quod) non habetur conditio pro impleta, maxime post contractum crimen fautumque schisma per eosdem, ut dictum est supra; unde non absurde, sed probabiliter dici posset, quod post dictam mixturam de jure potuissent ad electionem procedere absque alia convocatione Concilii propter dictam ordinationem; & per istam rationem tollitur secunda ratio facta superius in contrarium; rollitur etiam secunda ratio prædicta per ea quæ dixi supra in secunda electione facta pro illa parte. Fuit ergo valde utile illud pactum pro unione utriusque collegii; similiter & illud quod possent prosequi omnem viam utilem &c. nam per illam ordinationem potuerunt facere subtractionem, & alios ad hoc idem exhortari; potuerunt similiter Concilium convocare & invicem se unire, quia hæc omnia utilia, quinimmo necessaria, pro unione facilius obtinenda. Non obstat prima ratio facta supra in contrarium, nam sive restaret quod sint non veri, sive esset dubium quod sint illi; dicta unio & mixtura est valida per ea quæ dicta sunt supra in ratione tertia pro illa parte. Non obstat quod sicut Gregorius & Benedictus non possent sic se unire, ut tenerent papatum; ita nec cardinales ut retineant cardinalatum; quia papatus regitur jure populi, & nulla constitutione posset in duos dividi per jam dicta superius; cardinalatus vero & alia beneficia & dignitates regulantur jure fori; unde unio, divisio & omnis alia compositio potest recipi auctoritate superioris, & pro evidente utilitate & necessitate ecclesiarum facit quod notat Innocentius in cap. *de multa* de præben. unde non improbabiliter dici potest, quod sacrum Concilium & futurus Pontifex possent dispensare quod singuli promoti per dominos Gregorium & Benedictum ad eamdem ecclesiam possent eam simul, dum vixerint, possidere, arg. cap. *nisi essent* de præben. pro hoc quod notatur 7. quæst. prima, *non autem*, ubi ista differentia papatus ad alias dignitates; nam ut ibi dicit glossa in papatu comprehenditur articulus unam sanctam ecclesiam: & esset secundum Hugonem indeformitas, videlicet in eodem corpora duo capita, quasi monstrum; & uni tantum dictum est: *& tu vocaberis cephas*, 22. dist. *sacrosancta*; ubi etiam patet, quod ecclesia Romana & apostolica non ab apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro primatum obtinuit per illa verba: *tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*, Matth. 6. Omnes vero aliæ ecclesiæ dictæ sanctæ apostolica auctoritate Domino disponente reguntur, ut ibi dicit textus: ex quo bene concluditur quod dicebam, papatum regulari jura poli, alias vero ecclesias jure fori. Non obstat tertia ratio, quod domini cardinales laborent eodem morbo propter tolerantiam diuturni schismaris in manendo cum eis & non obviando: primo namque apparet de eorum diligentia, dum curarunt in conclavi ambos, scilicet Gregorium & Benedictum, vinculis juramenti & voti adstringere ad cedendum, quod & hoc credere debuerant ipsos esse facturos, tum quia ita promiserunt, tum quia postea ita se velle agere per totum urbem suis litteris publicarunt. Non ergo erat credendum, ipsos æternæ salutis fore immemores, l. fin. C. de sacrosanctis Ecc. nec decepturos Deum & homines suis dictis. Tandem cum centies moniti ut factis non verbis promissa juramenti & votorum vinculis roborata implerent, & neglexerunt, secuti sunt doctorem gentium Paulum, qui cum minorem fructum de se certo loco manendo conspiceret, ad gravem laborem se alibi cum fructu servavit, & velut fortis prælìator teneri inter claustra noluit, sed certaminis campum quæsivit 7. q. 1. §. *Hinc etiam*, & cap. fin. Restiterunt igitur isti reverendi patres & DD. cardinales utriusque collegii; & resistunt his duobus prave decertantibus ex amore justitiæ, & pro defensione dominici gregis exposuerunt se ex adverso velut murus pro domo domini, 43. dist. *sit rector*. Per prædicta expedita & declarata, judicio meo, omnia dubia prædictorum venerabilium oratorum, qui minus recte de efficacia gerendorum &c.

SESSIO IX.

Die Veneris XVII. mensis Maji fuit IX. sessio Concilii, in qua post missam & alia consueta, ad petitionem promotorum fuit pronunciata per patriarcham ad hoc de consensu singulorum de Concilio deputatorum quædam cedula super expeditione hujus diei, factis primo per advocatum petitionibus, & secuto consensu singulorum de Concilio super eisdem petitionibus. Fuit etiam petitum, quod, ut melius & cum majori concordia possit procedi, si contigerit in posterum, durante Concilio, aliquos, cujuscumque status existant, situatos esse vel fore in aliquibus majoris vel minoris ordinis &c. quod hoc non possit generare præjudicium, vel jus novum adquirere, sed cuilibet remaneat sua prærogativa illæsa, quod concorditer concessum est. Tenor autem cedulæ talis est.

„ Sancta & universalis Synodus hic in Christi nomine congregata, declarat, pronunciat „ & decernit ex justis & rationabilibus causis „ a Petro de Luna, qui Benedictus XIII. & „ Angelo Corrario, qui Gregorius XII. dicebantur, improbe contendentibus de papatu, „ & ab ipsorum cujuslibet obedientia licuisse „ recedere libere & impune, videlicet a præfato Benedicto ab eo tempore, quo viam „ cessionis per eum juratam & solemni voto „ firmatam & promissam realiter prosequi & „ damnabiliter adimplere prætermisit.

„ Insuper eadem sancta Synodus ex causis „ quibus supra, pronunciat, statuit, ordinat, „ & de-

ANNO CHRISTI 1409.

„ & decernit præfatis contendentibus de papatu, & ipsorum cuilibet, qui canonice requisiti & vocati in præsenti causa schismatis & fidei, fuerunt declarati legitime contumaces, fore a cunctis Christi fidelibus omnimodam obedientiam subtrahendam ex nunc & in antea ab omnibus pro substracta haberi, & ita observandum decernit, pronunciat atque mandat.

„ Processus antem & sententias, condemnationes, privationes, nihilitates, constitutiones, & censuras quoscumque per ipsos contendentes in ipsorum alterum in præjudicium unionis ecclesiæ, aut prosecutionis ejusdem contra substractos aut imposterum subtrahendos factos & imposterum fiendos, hæc sancta Synodus decernit, & declarat cassos existere, & nullius esse roboris vel momenti, & eosdem cassat & annullat, quatenus de facto processerunt, aut in futurum procedet.

„ Item, eamdem sancta Synodus in favorem fidei, & pro schismatis extirpatione, ac lacerata ecclesia unienda & pacificanda, decernit, pronunciat & declarat, omnes cujuscumque status, etiamsi cardinalatus præfulgeant dignitate, qui in causa præsenti sunt, aut esse possunt judices seu conjudices in Concilio, etiam esse posse legitimos testes, eorumque tam testimoniis quam sententiis fidem esse indubiam adhibendam.

„ Item, cum propter diversitatem & prolixitatem articulorum in præsenti causa productorum posset testium examinatio dispendiose protelari, propterea sancta Synodus decernit, pronunciat, & declarat, quod domini commissarii seu examinatores, ad hoc per sanctam Synodum deputati, possint dictos articulos declarare, specificare, & in eisdem addere, detrahere, & mutare, ac etiam novos articulos de novo recipere, & super eis testes examinare & interrogatoria facere, prout utilitati & accelerationi causæ viderint expedire, & mittere etiam extra locum Concilii, maxime Florentiam, ad recipiendum & examinandum testes; & ex prædictis, causa cognita & deliberata, dat, statuit, & decernit tertiam dilationem ad probandum, & testes producendum, & ad ulteriora procedendum, prout eidem sanctæ Synodo videbitur expedire, diem Mercurii proximam, quæ erit XXII. hujus mensis, ad quam diem statuit & ordinat proximam sessionem.

Dum vero peterentur vota singulorum super præmissis, omnibus in eisdem consentientibus, contradixit unus Anglicanus cortisianus de servitoribus Errorii, cui propter contradictionem petitum est, an mandatum haberet essendi in Concilio: quo respondente, quod nullum habeat mandatum; statim cum confusione ejectus de Concilio, & tandem ad sciendum quis esset, & causam adventus & contradictionis, & unde veniret, missus est in carcerem.

Gregorii scilicet.

SESSIO X.

Mercurii XXII. mensis Maji fuit decima sessio Concilii generalis, ubi missa per dominum Turonensem archiepiscopum celebrata, & aliis solitis solemnitatibus adimpletis, petitum fuit a singulis de Concilio per aliquos ad hoc deputatos, & etiam per advocatum & promotorem, an placeret Concilio quod domini episcopi Cameracensis & Atrebatensis irent ad dominum gubernatorem Januæ & Januenses, videlicet Cameracensis ex parte Concilii, & Atrebatensis ex parte collegii pro certis negotiis &c. quod omnibus placuit.

ANNO CHRISTI 1409.

Postmodum per præfatum advocatum nomine promotoris petitum extitit, quod cum dati fuissent plures termini ad producendum, recipiendum & examinandum testes super articulis & eorum notorietate, alias propositis in Concilio contra duos contendentes, & domini ad hoc deputati multos recepissent & examinassent, ipsique duo contendentes citati fuissent ad videndum & audiendum eorum publicationem, quatenus ad hoc vocarentur; qui si non comparerent, aut eorum alter per se vel alium, accusabant eorum contumaciam. Et ipsa adjudicata, petierunt dictas attestationes publicari; de qua petitione & requisitione petierunt instrumenta &c. Qua petitione facta, de beneplacito & assensu Concilii duo ex dominis cardinalibus, & cum ipsis domini archiepiscopi Januensis & Pisanus, una cum notariis & testibus iverunt ad valvas ecclesiæ vocatum præfatos contendentes. Quibus reversis, petito per promotorem, quod de hujusmodi vocatione, &c. fieret relatio; unus ipsorum dominorum cardinalium retulit pro se & aliis, qui cum ipso fuerant, quod præfatos contendentes vocaverunt ad præmissa, quorum nullus aut eorum nomine pro ipsis comparuit. Et tunc reputati sunt contumaces per patriarcham præsidentem.

Deinde per advocatum & promotores præfatos petitum extitit, quod in prædictorum contendentium contumacia publicarentur attestationes testium per dominum archiepiscopum Pisanum, si placeret Concilio. Quod omnibus placuit. Et tunc idem dominus archiepiscopus cathedram ad hoc deputatam ascendit, ubi narravit quod cum dominis commissariis, ad hoc per Concilium deputatis, multos testes recepissent, & examinassent in causa schismatis & fidei contra duos perperam contendentes de papatu, ipsisque pro contumacibus reputatis, sibi fuisset injunctum, quod easdem attestationes publicaret. Primo dixit, se publicaturum eas generaliter, deinde specialiter. In genere namque dixit quod omnes articuli contra præfatos contendentes propositi, & maxime substantiales sunt probati, veri, notorii & publici. In specie autem dixit, quod ut melius, clarius & lucidius appareret de ipsorum singulorum probatione, singuli articuli legerentur per unum de notariis, qui ipsas attestationes redegerant in scriptis, & in fine singulorum articulorum publicaret idem dominus Archiepiscopus per quos testes articulus probatur.

„ Iste articulus in prima sui parte probatur verus & notorius per quindecim testes, de quibus tres sunt cardinales, unus patriarcha, sex episcopi, unus abbas, tres doctores juris, & unus licentiatus in decretis. Secunda pars ejusdem articuli probatur vera & notoria per quindecim testes, quorum tres sunt cardinales, unus patriarcha, quinque episcopi, unus abbas, & quatuor legum doctores, & unus licentiatus in decretis. Tertia pars quæ incipit: *Et tunc illico* probatur vera & notoria per IX. testes, quorum unus est cardinalis, unus patriarcha, tres episcopi, unus abbas, duo doctores, & unus

„ li-

ANNO CHRISTI 1409.

licentiatus in decretis. Deinde statim notarius A legit secundum articulum. Quo lecto dixit dictus D. archiepiscopus Pisanus. " iste secun-,, dus articulus probatur verus & notorius per ,, octo testes, quorum tres sunt cardinales, ,, unus episcopus, unus electus ad ecclesiam ,, cathedralem, duo doctores, unus licentia-,, tus in decretis." Postmodum notarius cœpit legere tertium articulum, & secuta fuit publicatio eo modo, quo nunc supra dictum est; & similiter factum fuit de singulis articulis sequentibus usque ad vicesimum articulum inclusive. Et quia propter magnum numerum aliorum articulorum sequentium non potuit hodie perfici publicatio, petiit idem D. archiepiscopus publicationem residuorum differri usque B in crastinum, si placeret Concilio. Et hoc omnibus placuit. Sicque recesserunt Domini de Concilio.

SESSIO XI.

Jovis XXIII. Maji fuit XI. sessio Concilii, in qua post missæ celebrationem & alia consueta, perficit dominus Pisanus publicationem testium, quam heri inchoaverat, scilicet usque ad ultimum articulum, qui est XXXVII. Deinde lecti fuerunt per eum quinque novi articuli ab aliis superadditi per dominos examinatores, qui hæc poterant vigore suæ commissionis, super quibus etiam testes receperant & C examinaverant, publicavit eorum depositiones eo modo quo de aliis præmissum est. Quibus peractis, advocatus Concilii pro & nomine promotoris etiam petiit & requisivit formaliter ,, isto modo: Reverendissimi patres, audivistis ,, sufficientem & plenam relationem factam & ,, hic in vestrum & totius sanctæ Synodi præ-,, sentia recitatam per reverendum patrem do-,, minum archiepiscopum Pisanum, de manda-,, to reverendissimorum in Christo patrum do-,, minorum cardinalium Laudensis & S. An-,, geli senioris, & dominorum prælatorum, & ,, aliorum commissariorum & examinatorum ,, in præsenti causa per hanc sanctam Syno-,, dum deputatorum, & ex eorum authentica D ,, & sufficienti relatione clare constat omnia ,, & quæcumque proposita & producta contra ,, duos Benedictum & Gregorium contenden-,, tes, immo verius colludentes de papatu esse ,, publica manifesta & notoria, ita quod non ,, possint aliqua tergiversatione celari; propte-,, rea peto, supplico & requiro nomine, & ,, pro parte promotoris & procuratoris, ad ,, prosecutionem causæ præsentis per hanc san-,, ctam Synodum deputatorum, per eamdem ,, sanctam Synodum pronunciari, decerni, & ,, declarari omnia & singula in dicta petitio-,, ne contenta, esse vera, publica, manifesta, ,, & notoria, & super eis tamquam veris suf-,, ficienter probatis, publicis, manifestis & no- E ,, toriis, ad ulteriora procedendum, prout tam ,, magnæ necessitati ecclesiæ ac pertinaciæ, ,, contumaciæ & obstinationi dictorum Bene-,, dicti & Gregorii hæc sancta Synodus viderit ,, expedire.

Postmodum petita fuit deliberatio Concilii per dictum advocatum, an scilicet placeret, quod ad audiendum determinationem sanctæ Synodi super dictis petitis & requisitis, & interim ad deliberandum super eis assignaretur terminus ad diem sabbati proximam, quod placuit Concilio. ,, Et tunc per dictum archie-,, piscopum fuit pronunciatum in hunc mo-,, dum: Sancta Synodus, audita dicta relatione, ,, statuit terminum ad deliberandum & audien-,, dum determinationem sacri Concilii super di-,, ctis petitis & requisitis ad diem sabbati pro-,, ximam, quæ erit XXV. mensis præsentis Maji, ,, & ad ulteriora procedendum prout sanctæ Sy-,, nodo videbitur, ad quam diem statuit proxi-,, mam sessionem:" & ordinatum, quod ipsi duo contendentes citarentur, fuitque tunc citatorium in valvis ecclesiæ appositum in una cedula.

ANNO CHRISTI 1409.

Eadem die post prandium fuit congregatio generalis dominorum de Concilio in ecclesia S. Martini super forma ferendæ sententiæ interlocutoriæ, super notorietate articulorum, &c. Et fuit data quædam cedula, quæ per singulas provincias visitata fuit & correcta. In fine Concilii venit quidam, & præsentavit dominis cardinalibus quasdam bullas clausas a Petro de Luna eisdem transmissas, quas nullus de sua obedientia quondam voluit recipere; sed dominus cardinalis Mediolanensis eas recepit, instigante domino patriarcha, ut videretur tenor earum per quas in effectu prohibet cardinalibus, ne procedant ad quemcumque tractatum alium eligendi in papam, & magnam narrationem ponit, tandem ferendo sententias latas, an ipso, contra non parentes dictis litteris, excommunicationis, depositionis, degradationis, inhabilitationis, &c. Et ulterius per easdem ratificat, approbat, & confirmat alias bullas & constitutiones per eum contra subtrahentes vel appellantes a sede apostolica latas, editas, & emanatas, & multa alia continebant, de quibus, earum tenore audito, multi læti sunt, quia per eas apparebat eum fuisse vocatum ad præsens Concilium. Item, constabat de ipsius pertinacia, obstinatione & contumacia. Item, per eas apparebat, quod frustra amplius expectaretur, &c. Immo plus secundum plurimorum judicium operabantur ad ejus convictionem, quam multorum testium probationes.

SESSIO XII.

Sabbati XXV. Maji vigilia Pentecostes domini fuit XII. sessio Concilii. Primo missa de B. Virgine per episcopum Saonensem celebrata, dictisque & peractis aliis precibus & solemnitatibus assuetis, ad petitionem advocati fiscalis, &c. duo domini cardinales diaconi, una cum quibusdam aliis prælatis notariis & testibus iverunt ad valvas ecclesiæ vocatum ipsos contendentes, quorum dominorum cardinalium relatione facta, scilicet quod nemo eorum per se vel per alium comparuit, reputati sunt contumaces, & per dominum patriarcham pronunciatum extitit ut sequitur: ,, Sancta Synodus, ,, attenta eorum, de quibus agitur notorieta-,, te, de qua per factorum evidentiam deposi-,, tiones testium, & alia documenta legitime ,, constat, habita super his matura delibera-,, tione, pronunciat, decernit, & declarat, ,, crimina, delicta & excessus, & alia ad de-,, cisionem necessaria in prosecutione præsen-,, tis causæ deducta, contra Petrum de Luna ,, & Angelum Corrario de papatu contenden-,, tes per promotores seu procuratores per hanc ,, sanctam Synodum deputatos, fuisse & esse ,, notoria, & tamquam super notoriis fuisse ,, & esse ad ulteriora procedendum, & sicut ,, in causa in qua imminet scandalum, & pe-,, riculum notorium est in mora." Postmodum fuit

ANNO CHRISTI 1409.

fuit petitum, an placeret quod domini cardinales eligerent aliquas personas idoneas mittendas apud Senas & Lucam pro bona, justa & utili causa. Insuper quod placeret Concilio quod domini commissarii ad examinandum testes alias deputati possent recipere quascumque probationes usque ad finem causæ. Ulterius quod ad diem Mercurii proximam assignaretur proxima Sessio ad deliberandum & determinandum de die ad quam citarentur duo contendentes ad audiendum jus et definitivam sententiam. Quæ omnia placuerunt.

SESSIO XIII.

Mercurii XXIX. Maji fuit XIII. sessio Concilii, in qua post missam et alias solemnitates et orationes solitas, magister Petrus *Plaoul* ascendit pulpitum ecclesiæ, et dixit quod habebat explicare opinionem matris suæ, universitatis scilicet Parisiensis, et assumsit thema *Congregabuntur filii Juda & Israel, & ponent sibi caput unum*, Osee c. 1. in fine. Et secundum Hebræos est principium secundi cap. quod deduxit multum notabiliter, ut patet per processum suum, in cujus fine dixit, quod per hæc quæ dixerat, nolebat universitas Parisiensis sibi attribuere auctoritatem aliquam seu prærogativam singularem. Non enim sola est universitas regni Franciæ, immo & Angliæ & Alamanniæ & Italiæ & aliarum nationum, cum de omnibus mundi partibus ibidem conveniant studentes. Unde si quid boni faciat ipsa universitas aut dicat, sive fecerit aut dixerit, honor debet attribui non solum Gallicis, sed omnibus prædictis. Opinio autem universitatis fuit, quod isti duo contendentes de papatu sunt schismatici, pertinaces & veri hæretici, termino hæresis stricte & proprie sumto. Hujus etiam opinionis dixit esse universitates Aurelianensem & Andegavensem. Quo facto, unus episcopus & unus magister in theologia Anglicus, & unus alius de studio Tholosano ascenderunt pulpitum. Et tunc dominus episcopus dixit omnes magistros in theologia, qui ad hoc sacrum Concilium convenerant fuisse congregatos, & contulisse solemniter super hac materia. Qui omnes nemine discordante fuerunt opinionis prædictæ; numerus vero dictorum magistrorum quos nominavit erat centum & quinque, qui omnes erant magistri, exceptis sex vel octo, qui erant tantum licentiati & baccalaurei formati. De numero prædicto erant XXIII. magistri de universitate Parisiensi, alii de aliis studiis. Deinde subjunxit dictus episcopus, quod hujus opinionis erat universitas Bononiensis, & similiter universitas Florentiæ, ubi congregati fuerunt super hoc centum viginti sex doctores, qui concorditer hoc idem concluserunt. His dictis advocatus Concilii petiit pro promotoribus instrumentum de præmissis opinionibus & relationibus. Et similiter dixit, quod cum ista sessio fuisset ordinata ad assignandum diem super diffinitione hujus causæ & negotii, ad quam diem assignandam forent etiam citandi duo contendentes, quod adtenta natura causæ & periculo dilationis, assignaretur terminus octo dierum, scilicet ad diem mercurii proximum, qui erit dies quinta Junii, fieretque citatio, & apponeretur ad valvas eccles. & in aliis locis publicis civitatis Pisanæ, contra dictos contendentes, &c. Insuper quia super quibusdam novis articulis fuerant aliqui testes producti, si placeret, publicarentur die sabbati proxima, scilicet prima Junii. Quæ omnia placuerunt Concilio.

CONSULTATIO THEOLOGORUM

De abrogatione duorum Pontificum per Concilium, & tertii electione.

In Sessione XIII. lecta,

Ex MS. Cod. Taurinensi.

IN nomine domini nostri Jesu Christi anno a nativitate ejusdem 1409. die 28. Maji in mane congregati fuerunt omnes Magistri in theologia tam episcopi quam abbates generales ordinum mendicantium & alii doctores licentiati, & baccalaurei formati ejusdem facultatis, ad requisitionem RR. in Christo PP. & DD. sacri collegii cardinalium in sacristia conventus FF. minorum de Pisis, præsente & convocante eosdem R. in Christo P. D. D. cardinali Mediolanensi, coram quibus fuerit propositum attentis articulis & probationibus coram sacro generali Concilio publice recitatis contra DD. de papatu contendentes, videlicet Petrum de Luna Bened. XIII. & Angelum Corrario Gregor. XII. nominatos, utrum sint schismatici & hæretici reputandi. Secundo, dato quod sit, utrum sub titulo hæresis sint ab universali eccl. & papatus regimine ejiciendi. Ad quas quæstiones, habita pluries ad invicem matura deliberatione, responderunt & respondent unanimiter & concorditer sine discrepantia qualicumque, quod attentis prædictis articulis & sufficientissimis informationibus & attestationibus super inde receptis solemniterque probatis, prædictos Petrum & Angelum contendentes, ut præfertur, reputavit, determinavit, & affirmavit. *Deest spatium unius versus.* Attestationes SS. Doctorum in jure divino fundatos fore pertinaces, schismaticos, & antiquati schismatis nutritores, & hæreticos, hæresis termino stricte sumpto. Et per consequens per sacrum generale Concilium & tales pertinaces schismatici antiquo schismate & hæretici sunt declarandi de jure ejecti. Et nihilominus ad majorem cautelam per diffinitivam sententiam ejusdem generalis Concilii velut tales solemniter ejiciendi. Quorum dictorum licentiatorum & baccalariorum nomina sunt inferius nominata. Et quilibet, licet in hac cedula se non subscripserit, tamen paratissimus est ad perpetuam rei memoriam se subscribere.

Magistri de universitate Parisiensi.

Reverendissimus Pater & DD. P. card. Mediolan. DD. episcopus Albinen. Cameracen. Constantien. Sistari Trecorum.

Abbates Moiismenses de Vezalaisu, S. Gerani (f. l. Germani) omnes ordines S. Benedicti Cisterciensis bonorum camporum de Pontiaco, Claravallis de Charitate, omnes ordines Cistercienses.

D. omnium Sanctorum Andegaven. ord. canonicorum regularium, magister Nicolaus de Turna ordinis Eremitarum magister Dominicus Parvi archidiaconus Metensis, magister Joannes

ANNO CHRISTI 1409.

nes Luqueti canonicus Cameracensis, magister Petrus Plaon canonicus Parisiensis, magister Matthæus de Longuadio archidiaconus in ecclesia Leodiensi, magister Ursinus de Tallenende pœnitentiarius Constantiensis, magister Bernardus Rondelli canonicus Leodiensis, magister Guillelmus Pulchripontis lector Mildensis.

Licentiatus in eadem universitate.

D. episcopus Caleolensis, magister Richardus de Rhon cancellarius universitatis Cantebrigiæ, Thomas Clare procurator omnium monasteriorum S. Benedicti in Anglia, F. Joannes Babynge ordinis Prædicatorum, Guillelmus Uffort ordinis Carmelitarum.

Baccalaurii de universis testibus prædictis Oxoniensis & Cantebrigiæ, Joannes Fiten, Joannes Lub, F. Thomas Walden ordinis Carmelitarum.

Magistri de universitate Tholosana.

D. episcopus Dignensis, F. Joannes Gressi generalis Carmelitarum, F. Petrus de Wrena generalis Eremitarum S. Augustini, F. Joannes Corzie ordinis minorum, F. Vitalis Valentini ordinis minorum, Frater Raymundus de Salis ordinis Carmelitarum, Frater Ubertus de Rupe ordinis Prædicatorum, F. Petrus de Aola ordinis minorum, F. Alanus David ordinis Minorum minister Turingiæ, F. Petrus Garandi ordinis Carmelitarum.

DD. *Archiepiscopi*, Sipontinus, *Episcopi*, Novariensis, Laudeosis, Nemausensis, Atrebatensis, magister Joannes de Padua episcopus & ambaxiator D. Patriarchæ Aquilegensis, abbas Podii Bonizi.

Magistri de ordine Prædicatorum. F. Joannes de Firmo generalis, F. Franciscus de Retza regens in universitate Viennensi, F. Ubertinus de Albizi de Florentia, F. Leonardus de Florentia, F. Jacobus Joannis de Pisis, F. Michael de Verzellis, F. Joannes de Vallemborg, F. Andr. Thomæ de Florent., F. Joannes de Lacu, F. Simon de Cassana.

Magistri ordinis Minorum. F. Antonius de Porreco generalis, F. Nicolaus de Tergesto electus Tergestensis, F. Antonius de Reate procurator ordinis, F. Bertrandus de Dinsten minister provinciæ Coloniensis, F. Joannes Leonis minister provinciæ Argentinensis, F. Franciscus de Crepa minister provincialis Mediolanensis, F. Joannes de Bononia minister provincialis Bononiensis, F. Nicolaus de Bitricano, F. Marcus de Farona, F. Lancelatus de Placentia, F. Joannes de Florentia, F. Nicolaus Bertoldi de Senis, F. Antonius de Massa, F. Joannes de Montenigo, F. Bartholomæus de Bononia, F. Joannes de Fontibus, F. Joannes de Frenedinis de Mutina, F. Antonius de Vercellis, F. Nicolaus de Cassia generalis, F. Simon de Florentia, F. Gabriel de Spoleto, F. Bartholomæus de Pisis, F. Joannes de Gomeissa, F. Antonius de Vinniecia.

Magistri de ordine Carmelitano. F. Matthæus de Bononia generalis, F. Andreas de Luca, F. Guillelmus de Anglia, F. Bartholomæus de Florentia, F. Nicolaus de Francia.

Magistri de ordine Servorum. F. Antonius de Bononia generalis, F. Antonius de Alexandria, F. Petrus de Roma, F. Stephanus de Burgo, F. Urbanus de Bononia, F. Antonius de Pasignano, F. Petrus de Florentia.

SESSIO XIV.

Die sabbati prima mensis Junii in vigilia SS. Trinitatis fuit XIV. sessio, in qua post missam & alia consueta per dominum archiepiscopum Pisanum, assistentibus sibi tribus episcopis, fuit summatum, & in brevi recitatus effectus singulorum articulorum contra duos contendentes productorum, & per quos testes singuli articuli probati sunt veri, & etiam non solum testes, sed multi per bullas vel instrumenta, seu alia documenta.

SESSIO XV.

Mercurii quinta die Junii, scilicet in vigilia consecrationis corporis Christi fuit XV. sessio, in qua divinis officiis prius more solito celebratis, advocatus Concilii ascendens pulpitum ecclesiæ Pisanæ, nomine promotorum, & pro ipsis proposuit qualiter statutum & ordinatum fuerat in ultima præcedenti sessione, quod hac die vocarentur & citarentur peremptorie ad valvas ecclesiæ duo contendentes improbe de papatu: & quod nisi comparerent, aut alter eorum, accusabat eorum contumaciam, ad quam convincendam mitterentur per Concilium duo cardinales & alii prælati, sicut alias in similibus actum est, ad valvas ipsius cathedralis ecclesiæ convocatum duos contendentes. Quorum relatione facta, requirebat eos reputari contumaces, & in ipsorum contumaciam sententiam diffinitivam ferri contra ipsos. Secundo proposuit, quod alia sessio, si placeret Concilio, assignaretur ad diem lunæ proximam super aliquibus aliis. Tertio, quod nullus recederet de Concilio sub pœna excommunicationis & aliis pœnis juris absque legitima ratione: quæ omnia placuerunt. Quo dicto, iverunt duo cardinales ad valvas ecclesiæ, cum aliis prælatis ad proclamandum, &c. quorum relatione facta, patriarcha Alexandrinus & duo alii patriarchæ, scilicet Antiochenus & Jerosolymitanus ascenderunt pulpitum dictæ ecclesiæ. Qui quidem Alexandrinus de consensu Concilii expresse protulit sententiam in scriptis sedendo, cujus tenor sequetur inferius. Deinde protestatus est dictus advocatus, quod propter assignationem sedium factam multis in hoc Concilio existentibus, non intendebat Synodus alicui præjudicare, sed singulis ecclesiis & personis suas libertates & prærogativas reservare. Lecta vero sententia, cantatum fuit *Te Deum laudamus*, & ipso finito, versiculus cum collecta, & pulsatæ fuerunt omnes campanæ primo in majori ecclesia, deinde in aliis ecclesiis dictæ civitatis, & consequenter per suburbia, & alias villas & ecclesias successive continuando. Ita quod infra tres vel quatuor horas post prolationem sententiæ pulsatæ fuerunt campanæ in Florentia, quæ distat a Pisis XLIV. milliaria. Et notandum quod ad hoc ut plures & major ac copiosior multitudo adesset in ipsa prolatione, clamatum fuit & præceptum cum tuba de jussu potestatis Pisanæ, quatenus omnes & singuli de dicta civitate festivarent solemniter diem istam usque ad meridiem, &c. quod factum fuit.

SEQUITUR TENOR SENTENTIÆ.

Christi nomine invocato, sancta & universalis Synodus universalem ecclesiam repræsentans, & ad quam cognitio & decisio hujus causæ noscitur pertinere, Sancti Spiritus gratia in hac majori ecclesia congregata, ibique pro tribunali sedens, visis & diligenter inspectis omnibus & sin-

ANNO CHRISTI 1409.

& singulis productis, probatis, & agitatis, in præsenti causa unionis ecclesiæ & fidei & schismatis contra Petrum de Luna Benedictum XIII. & Angelum Corrario Gregorium XII. olim appellatos, quæ in præsenti processu hujus causæ plenius continentur, ac quibuscumque aliis ipsam sanctam Synodum ad infrascriptam diffinitionem moventibus & inducentibus, habita prius inter seipsos & demum cum copiosa multitudine magistrorum in sacra theologia atque utriusque juris doctorum pluries & pluries diligenti collatione, & tandem deliberatione matura, omnesque pariter hanc in sententiam reperiens unanimiter concordare, omni modo, via & jure quibus magis & melius potest, in prædictorum contendentium seu verius colludentium de papatu, & cujuslibet eorum contumaciam in his scriptis pronuntiat, decernit, diffinit & declarat, omnia & singula crimina, & excessus, & alia cuncta necessaria ad infrascriptam decisionem præsentis causæ deducta per providos viros magistros Henricum de Monte Leone, Johannem de Scribanis, & Bartholdum *de VVildinghen* promotores, instigatores & sollicitatores seu procuratores deputatos ad prosequendum præsentem causam pro hujus detestandi & inveterati schismatis extirpatione, ac unione & reintegratione sanctæ matris ecclesiæ, contra & adversus prælibatos Petrum de Luna Benedictum XIII. & Angelum Corrario Gregorium XII. de papatu damnabiliter contendentes ab aliquibus nuncupatos, in petitione in ipsa sacra & universali Synodo præsentata & exhibita, fuisse & esse vera atque notoria, ipsosque Angelum Corrario & Petrum de Luna de papatu, ut præfertur, contendentes, & eorum utrumque fuisse & esse notorios schismaticos, & antiquati schismatis nutritores, defensores, fautores, & approbatores, & manutentores, pertinaces, necnon notorios hæreticos & a fide devios, notoriisque criminibus enormibus perjurii & violatione voti irretitos, universalem ecclesiam sanctam Dei notorie scandalizantes, cum incorrigibilitate, contumacia & pertinacia notoriis, evidentibus & manifestis, & ex his ac aliis se reddidisse omni honore & dignitate etiam papali indignos, ipsosque & eorum utrumque propter præmissas iniquitates, crimina & excessus, ne regnent vel imperent aut præsint, a Deo & sacris canonibus fore ipso facto abjectos & privatos, ac etiam ab ecclesia præcisos; & nihilominus ipsos Petrum & Angelum & eorum utrumque per hanc definitivam sententiam in his scriptis privat, abjicit, & præscindit, inhibendo eisdem, ne eorum aliquis pro summo pontifice gerere se præsumat, ecclesiamque vacare Romanam ad cautelam insuper decernendo.

Et insuper omnes & quoscumque Christicolas, etiamsi imperiali, vel regali, vel alia qualibet præfulgeant dignitate, declarat ab eorum & cujuslibet eorum obedientia, non obstante quocumque fidelitatis juramento, aut alio quovis vinculo, quo illis vel illorum alteri tenerentur adstricti, fore perpetuo absolutos: inhibendo eisdem Christifidelibus, ne prædictis de papatu contendentibus, seu eorum alteri, quomodolibet obediant, pareant & intendant, aut consilium, auxilium vel favorem ipsis præstent, aut eos recipiant vel receptent, sub pœnia excommunicationis & aliis a sanctis patribus & sacris canonibus inflictis, promulgatis & ordinatis; quique si parere contempserint, huic adjutationi & sententiæ, ipsos, & eorum fautores, defensores, adhærentes & sequaces, etiam per sæculares potestates fore compescendos & compesci debere juxta præcepta divina & sacrorum canonum dispositiones, eadem sancta Synodus pronuntiat & diffinit.

Ac insuper omnes & singulos processus & sententias excommunicationis vel alterius censuræ & pœnæ, privationes quoque ordinum & dignitatum, etiam cardinalatus, beneficiorum, & officiorum, ac graduum quorumcumque, qualiacumque sint, & quomodocumque nuncupentur seu nominentur, contra dominos cardinales per dictos Petrum de Luna & Angelum Corrario factos, latos & fulminatos, fuisse & esse nullos, cassos & irritos: nullas, cassas, & irritas, ac nullius roboris, efficaciæ, vel momenti; & quatenus de facto processerunt, eatenus annullandos, cassandos & irritandos, & annullandas, cassandas & irritandas, sicque & etiam ad cautelam, quatenus expediat omni modo & jure, quibus melius potest, annullat, cassat & irritat.

Et insuper omnes promotiones, immo verius profanationes quorumcumque ad cardinalatum per dictos contendentes de papatu, vel eorum utrumque attentatos, per dictum Angelum a die tertia Maji, & Petrum antedictum a die XV. Junii anni proxime præteriti MCCCVIII. fuisse & esse nullas, cassas, irritas & inanes, & quatenus de facto processerunt, de facto annullandas, cassandas & irritandas, & sic & etiam ad cautelam quatenus expediat omni modo & jure quibus melius potest, præfata sancta Synodus per hanc definitivam sententiam cassat, irritat & annullat.

Ad providendum adversus processus, constitutiones & sententias in præjudicium unionis, & alias per Petrum de Luna & Angelum Corrario olim contendentes de papatu, seu colludentes præfatos, factas & latas contra dominos reges et principes, patriarchas quoque, archiepiscopos & episcopos, ac alios ecclesiarum prælatos, universitates studiorum, & communitates, ac singulares personas ecclesiasticas & sæculares, & circa promotiones per ipsos olim contendentes factas ad dignitates quascumque, & ulterius ad procedendum super aliis bonum universalis ecclesiæ tangentibus sancta Synodus statuit diem Lunæ proximam pro sessione futura, quæ erit decima mensis præsentis.

SESSIO XVI.

Lunæ X. mensis Junii fuit XVI. sessio, & ante eamdem locutum fuit cum dominis cardinalibus super materia dictæ schedulæ, de qua in die præcedenti: unde de illa nulla facta fuit mentio in hac sessione, sed statim missa & aliis divinis officiis celebratis more solito, advocatus Concilii ascendit pulpitum, & proposuit, quod cum sententia diffinitiva fuisset lata contra duos olim contendentes de papatu, quia parum esset ipsius sententiæ prolatio, nisi demandaretur executioni, ideo petiit, quod si placeret Concilio, domini cardinales deputarent aliquos ad compilandum processus, & sententiam deferrent, & exsequerentur per universum orbem. Item, quod Errorius accedebat ad patriarchatum Aquilegensem, & ibi intendebat tenere sedem suæ pestilentiæ, propter quod dominus patriarcha dicti loci, qui semper catholice & sincere obediverat ecclesiæ, & in facto unionis

mul-

ANNO CHRISTI 1409.

moltum laboraverat, optabat litteras destinari ex parte Concilii ad dominos & communitates ipsius patriarchatus, ad ipsum Errorum impediendum. Quare petebat, quod si placeret Concilio, domini cardinales litteras ibidem juxta intentionem & materiam opportunas mittarent. Et ista ut petita sunt placuerunt Concilio, & concessa sunt.

Item, quia dominus cardinalis de Chalanco recesserat, & diu post convocationem Concilii moratus fuerat cum Petro de Luna olim vocatum Benedictum XIII. propter quod vocatus fuerat, & suspectum se reddiderat de fautoria ipsius Petri schismatici & hæretici, maxime quia vocatus fuerat ad Concilium, & in ipso Concilio fuerat ipsius cardinalis accusata contumacia, ut patet in quarta sessione: ideo ad purgandum præmissa, dominus cardinalis Albanensis excusavit coram Concilio dictum dominum cardinalem de Chalanco, dicens in effectu, quod dominus cardinalis de Chalanco cum dicto Petro de Luna remanserat, non ut sibi in sua malitia faveret, sed potius ut laboraret ad eum inducendum ad unionem ecclesiæ effectualiter prosequendam, & quis reducere non potuit, recessit ab eodem Petro de Luna, &c. Cujus excusatio præsenta dicto cardinali da Chalanco saltem tacite admissa fuit per Concilium, & adjunctus fuit, & receptus in suo loco cum aliis cardinalibus.

Dicta die in vesperis fuerunt multi prælati & alii de natione Franciæ congregati in domo Carmelitarum super modo futuræ electionis, & ibi venerunt nuncii universitatis Parisiensis, nitentes omnino inducere illam congregationem ad consentiendum quod penitus staretur ordinationi cardinalium super futura electione, hoc addito, quod si et umquam opus esset, hoc fieret auctoritate Concilii. Dicebant etiam, quod nisi sic fieret, periculum divisionis & impedimenti totius negotii possemus incurrere, maxime quia aliæ nationes jam dicebant, quod Gallici modis omnibus quærebant & procurabant habere papam Gallicum. Verum est tamen, quod dicebatur communiter inter Gallicos, alias nationes ad hæc dicenda fuisse inductas per aliquos Gallicos, ut sic indirecte sequerentur cedulam patriarchæ alias factam super hujusmodi materiam electionis. His tamen non obstantibus, major pars & quasi omnes de dicta congregatione fuerunt opinionis, quod dictæ cedulæ non staretur; sed in crastino singulæ provinciæ super hoc deliberarent, ac referrent post prandium suas deliberationes. Deliberatum fuit etiam, quod deputarentur aliqui, qui adirent alias nationes extraneas ad pacificandum eas, & proponendum motiva Gallicor. petentium electionem fieri auctoritate Concilii, & ad minus per duas partes utriusque collegii, vel per compromissum, alias electio non videbatur esse de jure pacificativa conscientiarum, etc. ad certificandum eos quod non quærimus papam Gallicum, sed pacem & unionem & serenationem universalis ecclesiæ & conscientiarum fidelium, & securitatem electionis: sic quod nihil posset contra eam impingi, vel alio modo impugnari, seu etiam calumniari, ec.

Epistola custodum Conclavis ad Aquilejenses.

ANNO CHRISTI 1409. Affert de Rub. in Mon. Eccl. Aquilej.

Spectabiles viri amici nostri carissimi post salutem. Quia reverendissimi in Christo Patres, & domini S. R. E. cardinales pro felici electione unici & indubitati Romani Pontificis in Conclave secundum consuetum morem impræsentiarum existunt, nec alicui intrandi ad eos aut colloquendi facultas permittitur; deliberavimus nos ad custodiam ipsius Conclavis deputati, cognitis his quæ per discretum virum Alvisium Nuncium vestrum referebantur, aliqua pro informatione & certitudine vestra rescribere: quamquam sic expectemus electionem papæ, ut de die in diem, & de hora in horam illam fieri præstolemur. Audierit jam ut certissime credimus, nobilitas vestra, quod sacrum generale Concilium pro pace & unione christianorum in hac civitate Pisana solemniter congregatum, cum omni maturitate procedens die V. hujus mensis contra Angelum Corrario, & Petrum de Luna, olim de Papatu damnabiliter contendentes, sententiam tulit definitivam, per quam eos esse privatos, ac notorios hæreticos, a fide devios, & ab ecclesia præcisos declaravit; omnibus christifidelibus sub gravissimis pœnis inhibendo, ne eisdem aut alicui eorum pareant, vel intendant, aut consilium, auxilium, vel favorem præstent, aut ipsos recipiant, vel receptent; prout in ipsa sententia, quæ post creationem summi Pontificis una cum processu & aliis transmittetur, vestra nobilitas poterit latius intueri. Post sententiam autem lata prædicti domini cardd. decem diebus prout a sacris canonibus constitutum est, expectatis; & interim his, quæ disponenda & providenda erant, dispositis atque provisis, tandem die sabbati proxime præterita (*die 15. Junii*) Conclave pro electione facienda ex auctoritate & approbatione sacri Concilii intraverunt. Sunt autem præfati domini cardinales XXIV. numero. Nam dominus Tudertinus, qui solus remanserat apud Angelum Corrario, post recessum illius ab Arimino huc se contulit; & similiter a Petro de Luna, qui apud eum remanserant, præter unum recesserunt, & huc se contulerunt his proximis diebus, dominus cardinalis de Calancho, & dominus cardinalis de Baro. Gesta autem hic sunt omnia tam in sententia ferenda, quam in cæteris rebus cum summa maturitate admirabilique concordia; licet enim tanta res sine disceptatione, & magna agitatione, & discussione rerum fieri non poterat; tamen admirabile est, quanta unanimitas, quotaque concordia, unionem, & pacem, & reintegrationem Christianorum apud summos, mediocres, & infimos in hoc Concilio semper extiterit; ut in tanta multitudine, ex tam variis, diversisque Nationibus in uno loco congregata numquam, ne apud inimicos quidem (&) familiaras, indignationis aut iracundiæ vox fuerit unquam audita: immo tanta caritas & benevolentia viget, ut semper una vixisse videantur; & creatio summi Pontificis, ut supra diximus, de die in diem cum gratulatione votiva omnium expectatur, postquam suffragante spiritus S. gratia, qui hæc negotia mirabiliter direxit; & annitente populo Christiano, qui a duobus contendentibus variis fraudibus & inveterata male agendi calliditate olim delusus eorum

ANNO CHRISTI 1409.

collusiones amplius tolerare non potest, omnino salubriter diligentur, & si quid illis superest, effectualiter auferetur. Quoniam autem & his, quæ pro sancta unione & pro defensione patriæ a schismaticorum & damnatorum ausu nefario, imperterrite gessistis, magnam famam & laudem apud sacrum Concilium generale & ipsos dominos cardinales vestra fuit communitas merito consequuta; eamdem totis affectibus rogamus, ut per eadem vestigia perseverantes, reverendissimo in Christo Patri D. Antonio de Portugruario, vero Aquilejensi patriarchæ, & per Concilium approbato, prout adhuc fecistis, favorabiliter & viriliter assistentes, contra pacis hostes & christianæ quietis perfidos inimicos forti brachio resistatis, indubie tenentes, quod apud proxime futurum pontificem sollicitudinem & operam efficacem pro vestra salute & defensione & commodis promtissime reperietis. Et quia litteræ vestræ supradictis causis præsentari pro nunc eisdem dominis cardinalibus non potuerunt, quoniam ut diximus, nullus ad eos permittitur accessus; ipsas litteras diligentissime servamus debito tempore præsentaturi, & operam nostram apud præfatos, quibus eædem literæ diriguntur, interposituri, ut desideria votive adimpleantur. *Vestram igitur paternitatem sinceris affectibus exhortamur ut bona & magna spe suscepta, cum omni efficacia & magnitudine animi contra præfatum Angelum et nefarios ejus conatus constantissime insurgatis, habituri, præter divinæ retributionis præmium, etiam famam et gloriam nominis apud mundum. Dat. Pisis die XX. Junii MCCCCVIII.*

F. Archiepiscopus Narbonensis camerarius

H. Patriarcha Jerosolymitanus

I. Episcopus Novariensis.

P. Sseræ domus hospitalis S. Johan. Jerosolimitani magister.

H. Capitaneus) Civitatis Pisarum
H. Potestas)

SESSIO XVII.

Jovis XIII. dicti mensis celebrata fuit XVII. sessio Concilii, in qua post missam & alia divina officia, advocatus Concilii ascendit pulpitum ecclesiæ modo solito, & tunc proposuit, quod cum juxta constitutionem *Ubi majus periculum*, potestas sive dominus temporalis, in cujus districtu electio summi pontificis est facienda, teneatur præstare juramentum, prout in dicta constitutione cavetur: idcirco capitaneus & potestas civitatis Pisanæ, quod nobili communi Florentinorum, in cujus dominio est ipsa civitas Pisana, illuc præsentialiter advenerant, præfatum juramentum præstituri. Item, dixit dictus advocatus, quod ibidem erant legendæ quædam cedulæ per patriarcham Alexandrinum. Tertio, cum instante electione summi pontificis fundendæ sunt preces ad Dominum, &c. si placeret Concilio, in crastino fieret generalis processio & solemnis de ecclesia sancti Martini ad majorem ecclesiam, in qua interessent omnes cardinales, patriarchæ, archiepiscopi & alii prælati revestiti & induti cum mitris & pluvialibus suis, & similiter omnes alii, si habere possent. Et hoc ultimum bene placuit Concilio. His dictis, receptum fuit juramentum prædictorum capitanei & potestatis. Postmodum tres patriarchæ superius nominati, scilicet Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus ascenderunt pulpitum, quorum primus legit suam cedulam, formam quæ sequitur continentem.

„ Quia hujus pestiferi schismatis tempore, „ domini cardinales in hoc sacro Concilio existentes, quidam fuerunt a diversis olim contendentibus de papatu creati, & nunc, Deo „ dirigente, procedendum est ad electionem unici & indubitati papæ; hoc sacrum Concilium universalem ecclesiam repræsentans, „ vult, consentit, disponit & ordinat; quod „ ipsi sic a diversis creati, ad electionem prædictam procedant, si & umquam opus est, „ hac vice auctoritate Concilii, nec per hoc „ potestati dominorum cardinalium circa electionem Romani pontificis intendit in aliquo derogare, vel aliquod innovare. Hortatur tamen prædictos cardinales, quod ipsi „ cum caritate ad electionem unius pastoris „ procedant sic unanimiter, quod de quacumque discordiæ scintilla notari non debeant. “

Et ista est cedula, quam ipse patriarcha fecerat, cui multipliciter alias fuerat contradictum, & sic transivit contra deliberationem omnium provinciarum regni Franciæ, etiam non scrutatis votis in Concilio, secundum quod erat in aliis consuetum fieri. Verum est tamen, quod aliqui dicebant dominos cardinales, præsentibus quibusdam prælatis, dum missa celebraretur, in ista sessione existentes, retro altare jurasse se electuros unum indubitatum papam, in quem omnes consentirent, aut saltem duæ partes utriusque collegii. Nihilominus tamen hoc non placuit pluribus in Concilio existentibus, sed fuerunt plures scandalizati. Item, postea legit idem patriarcha unam aliam cedulam super annullatione processuum & sententiarum, &c. per olim contendentes factorum, latorum, & in præjudicium unionis ecclesiæ, & ipsam prosequentium. Item, legit unam aliam cedulam super annullatione bullarum per dictos olim contendentes concessarum, quæ non essent sufficienter exhibitæ, &c. quarum cedularum tenor primæ sequitur.

„ Omnes & singulos processus, sententias „ excommunicationis, suspensionis, interdicti, „ & maledictionis, seu alterius cujuscumque „ censuræ, pœnæ, constitutiones papales, inhabilitationes, privationes ordinum, dignitatum, beneficiorum, officiorum, ac graduum „ quorumcumque tam ecclesiasticorum quam „ sæcularium, contra prosequentes unionem „ sanctæ matris ecclesiæ, videlicet tam contra „ principes, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios viros ecclesiasticos, cujuscumque ordinis vel status existant, quam „ contra sæculares personas cujuscumque conditionis, etiamsi imperiali, regali, vel alia „ præeminenti potestate, nec non relaxationes & absolutiones juramentorum fidelitatis, confœderationum & homagiorum, ac „ etiam contra civitates, universitates studiorum, collegia ecclesiastica vel sæcularia, „ communitates villarum, castrorum, terrarum, „ seu districtuum, atque singulares personas per „ Petrum de Luna quandocumque, & per Angelum Corrario a die tertio Maji anni Domini MCCCCVIII. de papatu olim damnabiliter contendentes, immo verius colludentes, factos seu latos, seu factas vel latas, vel „ de ipsorum seu alterius eorum mandato, „ hæc sancta Synodus decernit ac declarat nullos seu nullas fuisse & esse, & quatenus „ de facto processerunt cassat & annullat,

„ sul-

ANNO CHRISTI 1409.

„ vultque esse nullius roboris vel momenti, „ & pro infectis haberi.

Sequitur tenor secundæ bullæ.

„ Item, si aliquæ bullæ seu litteræ sub eorum aut alterius eorum titulis seu nominibus expeditæ reperiantur seu exhibeantur a dictis diebus, videlicet per Petrum de Luna a quocumque tempore, & per Angelum Corrario a die tertio Maji, vel ante contra prosequentes unionem supradictam, si illæ non sunt ante dictos dies præsentatæ vel exhibitæ sub testimonio sufficienti, capitulis vel ecclesiis seu prælatis vel aliis, quibuscumque diriguntur seu scribuntur, consimili modo sint nullæ & nullius roboris vel momenti, & pro infectis habeantur.

His peractis, ambaxiatores regis Aragonum petierunt audientiam, quæ fuit eis concessa. Et tunc cancellarius dicti regis, licet incœpisset loqui, de sua sede ejectus, tum ad instigationem & clamorem multorum de Concilio ascendit pulpitum ecclesiæ, & tunc cœpit proponere, quod die præcedente petierat a dictis dominis cardinalibus audientiam publicam, ad hoc quod omnibus ibidem præsentibus, & etiam toti mundo, si fieri posset, nota fieret intentio serenissimi domini sui regis Aragonum. Et quia domini cardinales responderant, quod hodie super hoc deliberarent cum Concilio, petiit dictam audientiam sibi dari, si Concilio placeret. Quibus dictis, responsum est in multitudine, *Placet*. Denique cum ad ulteriora procederet, petitum fuit eorum mandatum: qui responderunt illud secum non habere, sed esse in eorum hospitio, unde pro mittendo illud quæsitum, exierunt ecclesiam, ne tum propter moram nimiam generarent fastidium expectantibus. Dictus cancellarius petiit audiri, & interim afferretur mandatum prædictum, quod statim ipso habito exhiberent. Et tunc cum difficultate concessa fuit ei audientia. Et sic iterum ascendit pulpitum, ubi alta & intelligibili voce proposuit eorum ambaxiatam. Primo, præmittendo excusationem, eo quod harenga nulla uteretur, tum propter tempus, quod non bene patiebatur, quia jam tarde erat; tum quia noviter venerant & vexati erant, &c. Tum etiam quia in materia de qua loqui habebant, non verbis hominum, sed potius Dei & veritatis utendum erat. Item, subjunxit quod non reciperetur pro molesto, si aliquibus forsitan uteretur modis aut verbis non convenientibus his, quæ agitata fuerant per reverendissimas paternitates dominorum ibidem existentium; quoniam attenta obedientia, quam dominus rex Aragonum & multi alii principes exhibuerant domino Benedicto papæ, nec adhuc erat informatus de his quæ acta erant, oportebat quod uterentur verbis conformibus intentioni dicti regis, quousque alias essent ipsi ambaxiatores informati. His igitur præmissis, exposuit primo, quod rex Aragonum Christianissimus fuarat semper, & est multum affectatus ad bonum unionis ecclesiæ universalis, & quod pluties laboravetat & laborare paratus est ad eam, tamquam verus Catholicus & fidelis ecclesiæ filius. Obtulitque pro parte dicti regis, ipsum facturum quidquid posset ad bonum dictæ unionis, & taliter, quod omnes deberent quietari. Dixit etiam, quod si reperiretur modus per quem isti contendentes desisterent, &c. videbatur & credebat hoc esse utile & bonum pro ipsa unione, & pacificativum totius christianitatis. Secundo, petiit, requisivit & obsecravit, quod de agitatis in præsenti congregatione per reverendissimas paternitas dominorum prælatorum ibidem existentium, instrueretur, ut dictum regem posset debite & ad plenum informare. Tertio, requisivit, quod cum ambaxiatores domini Benedicti venissent Pisas in honesta & nobili comitiva, qui exponere volebant aliqua, quæ possent ecclesiæ universali proficere, vellent ipsi domini prælati audientiam publicam eisdem concedere. Finaliter protestatus est, attento quod non erat informatus de his, quæ gesta fuerant per ipsos reverendos patres, quod per sui præsentiam non intendebat eisdem consentire, nec aliquo modo approbare. Finito proposito dicti cancellarii regis Aragonum, habitaque incontinenti deliberatione super responsione eisdem ambaxiatoribus facienda per advocatum fiscalem, de mandato dominorum cardinalium & consensu Concilii facta fuit responsio talis in effectu, videlicet, quod primo Concilium sacrum regratiabatur domino regi Aragonum de bono affectu & intentione, &c. Secundo, ad primum petitum, scilicet quod informarentur de actitatis & gestis, &c. Et respondit, quod libenter ex parte Concilii deputarentur & darentur aliqui solemnes viri, qui de præmissis eos ad plenum informarent. Tertio, ad secundum petitum, scilicet quod audientia esset danda illis nunciis Petri de Luna, respondit, quod cum jam tarda esset hora, tunc audiri non poterant, sed darentur commissarii, qui viderent eorum mandatum, quo viso, darent eis audientiam, si danda esset, aut alias facerent quidquid faciendum esset. Quibus dictis, petiit dictus advocatus an placeret Concilio, quod domini cardinales eligerent & deputarent aliquos ad præmissa faciendum. Cui responsum est in turba, *Placet*. Et sic finita fuit dicta sessio.

SESSIO XVIII.

Die sabbati XV. Junii fuit missa solemnis in majori ecclesia celebrata per dominum archiepiscopum Lugdunensem, & ibi prædicavit eleganter episcopus Novariensis, missus ad Concilium per * Fastinum canis, cujus thema fuit: *Eligite meliorem, & eum ponite super solium*. Ista die venit dominus cardinalis Barriensis. Eadem die in sero intraverunt domini cardinales conclave, quod erat in domo archiepiscopali Pisana, & erant numero XXIII. cardinales, scilicet X. de obedientia Benedicti, & XIII. de obedientia Gregorii. De obedientia olim Benedicti sunt cardinales Pictavensis, Albanensis, Vivariensia, Aniciensis episcopi; de Thureyo, de Hispania presbyteri; de Saluciis, S. Angeli senior, de Chalanco & de Barro diaconi cardinales, De obedientia vero Gregorii olim sunt Aquilegiensis, Neapolitanus, Burdigalensis, Laudensis, Melitensis, de Ursinis, Mediolanensis, de Brancaciis, Barrensis, de Columna, Ravennas, Bononiensis, & sancti Angeli junior.

* Sic legit codex MS.

Mercurii XXVI. die Junii anno Domini MCCCCIX. circa horam nonam in mane, dominus Petrus de candida Mediolanensis nuncupatus, de ordine fratrum Minorum, natione Græcus, magister in sacra theologia Parisiensi, electus fuit in summum pontificem, & ejus publicatio publicata in domo archiepiscopali Pisana concorditer, nemine reclamante, qui voca-

ANNO CHRISTI 1409.

vocatus est Alexander V. Quæ quidem electio nunciata fuit in civitate Lucana dicta die circa horam meridiei, per quemdam servientiem armorum papæ.

SESSIO XIX.

Lunæ prima die mensis Julii fuit XIX. sessio Concilii generalis, præsidente papa, & ibi fuit in servitio divino longe major solemnitas, quam in sessionibus præcedentibus. Dominus cardinalis de Thurcyo celebravit missam, & in fine papa fecit benedictionem. Postmodum cantata fuit letania, & alia consueta, & in letania in illo versu, *Ut hanc sanctam Synodum*, &c. præmissum est, *Ut domnum apostolicum, & sanctam Synodum, & omnes ecclesiasticos ordines*, &c. Post letaniam papa dixit orationes consuetas, & incepit *Veni creator Spiritus*, &c. & omnia alia fecit, quæ in aliis præcedentibus sessionibus faciebant episcopi cardinales. Similiter illud *Orate*, quod consueverat proferri per quemdam simplicem cappellanum vel diaconum, ac etiam illud *Erigite vos* protulit unus diaconus cardinalis. Et notandum, quod domino papæ assistebant & ministrabant omnes diaconi cardinales induti dalmaticis albis & mitris, una cum quibusdam aliis prælatis & officiariis. Post expeditionem vero divinorum, dominus cardinalis de Chalanco ascendit pulpitum ecclesiæ, assistentibus sibi tribus episcopis, legit & publicavit decretum electionis domini nostri papæ, per quod approbat eumdem papam concorditer, nemine reclamante, per omnes cardinales fuisse electum. Et deinde singulorum cardinalium subscriptiones propriis manibus factas legit, per quas dictam electionem approbabant domini cardinales, & eumdem pro vero papa tenebant, ac tenere intendebant.

Hoc facto, papa fecit unam notabilem collationem, cujus thema fuit: *Fiat unum ovile & unus pastor*. Et deduxit ponendo tria quæ requiruntur in pastore respectu subditorum, scilicet prudentia, justitia, & clementia, & tria requiruntur in subditis erga prælatum, scilicet fidelitas, obedientia, & obsequium. Item, tria quæ communiter requiruntur in pastore & subditis ad Deum, scilicet fides, spes & caritas. Finita collatione papæ, cardinalis Bononiensis assistentibus sibi duobus vel tribus episcopis, una cum advocato Concilii, existens in pulpito ecclesiæ, legit unam cedulam approbativam omnium processuum & aliorum quæ acta & gesta fuerant per cardinales a die tertia Maji anni D. MCCCCVIII. usque ad primam diem hujus Concilii, necnon omnia facta in Concilio usque in præsens, supplendo insuper ad cautelam omnem defectum, si quis forsan intervenisset in præmissis. Et hoc generaliter nulla expressione facta in specie; qua lecta, fuit per advocatum petitum, an placeret. Ad quod per paucos fuit responsum, placet, nulla tamen declaratione præmissa. Item, lecta fuit per dictum cardinalem Bononiensem una cedula, per quam in effectu papa cum Concilio universali removendum fore decernebat omne impedimentum appositum in beneficiis domini cardinalis de Chalanco, & ipsum impedimentum amovebat. Et petito an placeret, fuit ab aliquibus paucis responsum, placet, quibusdam aliis aperte contradicentibus, aliis tacentibus, & nonnullis murmurantibus. Deinde legit dominus cardinalis aliam cedulam plures articulos continentem, primo quod papa de ambobus collegiis dominorum cardinalium facit unum collegium. Alius articulus quod papa intendit laborare circa reformationem ecclesiæ, tam in capite quam in membris, sicut juraverat cum aliis dominis cardinalibus, de quorum numero tunc erat, & volebat quod nationes eligerent certos deputatos, viros moribus, ætate & scientia providos, provectos, & approbatos, qui de hoc cum ipso domino papa & cardinalibus tractarent. Tertio, quod ipse dominus papa ante recessum dominorum cardinalium, qui venerant ad Concilium, intendebat eos singulariter consolari, sic quod singuli cum lætitia possent ad propria reverti; quod singuli in suis terris & locis informarent reges, & principes, & populum de justitia processus facti contra olim contendentes, & de eorum canonica ejectione, necnon & de legitima & concordi electione papæ. Item, quod papa intendebat mittere suos nuntios ad universas mundi partes, qui, si placeret Concilio, mitterentur non solum ex parte sui, sed etiam Concilii. Et hoc placuit Concilio.

Dominica VII. die Julii dominus papa celebravit missam in ecclesia Pisana, in qua interfuerunt cardinales prælati & alii multi de Concilio, induti, scilicet prælati modo suo solito, id est pluvialibus & mitris albis. Missa finita, venit papa una cum cardinalibus & prælatis multis ante ecclesiam in alto scalfaudo, ubi coronatus fuit per decanum diaconorum, scilicet dominum cardinalem de Saluciis: deinde omnes abbates mitrati ibidem existentes, episcopi, archiepiscopi, patriarchæ ascenderunt equos suos indutos albo, cardinales similiter & papa; & procedentes iverunt processionaliter equestres per villam, ita quod abbates præcedebant, episcopi & ceteri sequebantur. Post patriarchas veniebant cardinales isto modo; scilicet quod cardinales episcopi præcedebant, presbyteri cardinales sequebantur, & postea veniebant diaconi cardinales, postremo sequebatur eos papa indutus pontificalibus & thyara cum tribus coronis coronatus procedendo. Discessit cardinalis de Saluciis a dicta processione, & una cum capitaneo Pisano ivit ad certum locum, ubi erant aliqui Judæi, qui suam legem, scilicet Mosaycam, præsentaverunt sibi in quodam rotulo, quem recepit, & reversus præsentavit eam papæ; qui recepit de manibus dicti cardinalis, & eam post tergum suum projecit dicens: *Legem recipio, sed ceremonialia respuo*, vel similia verba. Papa autem ad domum suam reverso, descendit equum, quem una cum suis ornamentis habuit capitaneus prædictus, quamvis plures stipendiarii vellent & niterentur illum occupare, tamquam expositum, & concessum occupanti.

SER-

ANNO CHRISTI 1409.

SERMO JOANNIS GERSONIS DOCTORIS

Et Cancellarii Parisiensis,

Factus coram Alexandro Papa in Concilio Pisano in die Ascensionis Domini

Adjuva rex cælestis, & tu regina Genitrix Virgo pauperem & inopem da regno Israelitico locuturum.

Ex operibus Joan. Gersonii t. II. p. 431. E MS. Cod. Victor. & Colb. extraxit Dupinius.

D*Omine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Originaliter Act. 1. 6. & recitative in epistola præsentia Festivitatis. Non sum ne- B scius, Beatissime Pater, vosque cardinales orbis terrarum, & ceteri domini, sapientia clara fulgentes, me subire sermonis opus prorsus impar exiguis viribus. Ideirco pulsabo januas devote regis cælestis, nt imperfectum meum suppleat, humili det gratiam, linguam infantis faciat disertam. Et quo facilius exaudiar, oretur pariter ejus pia Genitrix, illique salutatio præsentatur Angelica. *Ave gratia plena, etc.*

Domine, si in tempore hoc etc. Quæsierunt hoc apostoli ab ascendente Domino eisdem quidem verbis, sed sensu vario; qua varietate, brevitatis studio, præterita, quoniam duplex est regnum Israel, hoc est videntium Denm; alterum cæleste, triumphantis ecclesiæ, cujus ci- C ves Deum vident per speciem; alterum terrastre, militantis, cujus cives Deum intuentur per Fidem. Dicam primum quomodo cælestis, deinde terreni ruinas, Ascensio dominica hodie restituerit. Hanc mihi partitionem non meus sensus, sed divinus contulit apostolus; a quo scriptum memini, Deum Patrem proposuisse in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quæ in cælis & quæ in terra sunt. Ecce me docet Apostolus tuus, vas electionis tuæ Domine Jesu, quæ tibi respondere liquerit quærentibus Discipulis. *Domine, si in tempore hoc etc.* Nam si per te essent instauranda quæ sunt in cælis, uti affirmare illum perspicio, quid tibi levius quam D hanc illis varitatem respondere, ta propterea scandere cælos, ut civitatem diminutam, & magna parte sua per scelus orbatam turpe, reintegrares. Ipsa malorum omnium prima parens superbia, Luciferum illum qui mane oriebatur, cum tertia stellarum parte traxit ad tenebrosum occasum. Et quis crederet non inde regni superni claritatem obumbratam? Tollite ex hoc cælo visibili Luciferum, & cum eo tertiam partem stellarum; cui dubium est noctes obscuriores futuras? Quis nesciat imperfectam remansisse SS. Angelorum societatem, suo numero diminuto? Quis in dubium vocabit, corpus civitatis istius præstantissimorum membrorum avulsione sensisse læsionem, & integritatem E pulcherrimam amisisse? Nullus opinor. Ergo clandicabit sanctorum gloria, nec Dei civitas de sui integritate lætabitur. Si natura tanto tempore vacuum insectetur & sic exhorrescat, quo pacto supernas sedes vacuas, oculis æquis aspiciet sanctorum gloria? Denique gaudent Angeli ad pœnitentiam peccatorum. Quod si gaudium ingerant oculis lacrymæ meæ, quid delitiæ meæ? Et si delitiæ meæ gaudium sint Angelorum, quomodo non magis fuisset eorum qui ceciderunt permansio. At illud civitati cælesti deest. Fuisset igitur aliqua sanctorum jucunditas, stantibus Angelis, quæ ruentibus sublata est. Ergo, inquies, confirmati spiritus, ceterorum ruinam mœsti deploraverunt, & qua parte beatorum civitatem luctus ingrederatur? Non dico flevisse, non mœstos, non tristes extitisse, viderunt culpam peccantium, non inde lætati sunt propter caritatem, neque contristati propter confirmationem. Viderunt deinde pœnam, & lætati sunt justi videndo vindictam atque ad defectionem impiorum affuerunt conditori: etenim Michael & Angeli ejus præliati sunt cum dracone, & putas victoria potitos non inde sumpsisse gaudium? sed aliud ast aliquam deesse lætitiam imperfectæ civitati, aliud tristitiam admittere. Nonne vides dele- B ctationes ipsas intellectu purissimas & contrarietate carentes, cum adsunt lætificare, cum absunt non contristare? Accessit ad mali cumulum, quod ea superbia quæ conceperat in cælis dolorem, in paradiso terrestri peperit iniquitatem; quando per invidiam indignata carnem eo viliorem ascendere, unde præstantior spiritus corruerat, homini condito ad raplendas sedes in cælo vacuefactas, in serpenta dirum virus aspersit: sic enim invidia mors intravit in orbem terrarum, quamvis initium extiterit omnis peccati superbia. Ita ex omni parte optatæ restitutioni supernæ civitatis malignos obviabat. Attamen spes eum fefellit; restitota est; immo & amplificata dignitate. C Cecidit Lucifer per superbiam; ascendit alius Lucifer per humilitatem. Invectæ tenebræ per occasum primi; purgatæ fuerunt per ortum secundi. Ille minuit sanctorum numerum; ille restauravit & amplificavit diminutum. Ille regni violavit integritatem; iste violatam reparavit. Ille in cælo sedes vacuefecit; ille novis laudatoribus vacuefactas adimplevit. Ille multos ex Angelis, exemplo malo, traxit in præceps; iste plutimos homines justificatos tamquam centesimam ovem prius errantem propriis humeris reportavit in cælos. Iste ex omni parte satan deluditur; nec enim in cælos reascendere potuit, unde tamquam fulgur ceciderat, hoc est, furoris impetu fuerat præ- D cipitatus, & ascensum quem homini, atque restitutionem quam invidit civitati, nullatenus impedire prævaluit. Verum gladio suo manu potentioris electo jugulatur, & dum intentione corrupta ab ingressu gloriæ novos cives prohibere, gloriosumque Dei regnum intagritate pulcherrima fraudare satagit, tam civibus fabricat coronas, quam nova dignitate regnum honestat. Lucifer inde cecidit, sol ascendit. Vanitas e cælis ejecta est, veritas in cælo revecta est. Amiserat illa civitas creatum Angelum, & recepit creatorem hominem. Unde & hic verum est illud Apostoli: *Non sicut delictum, ita & donum.* Rom. V. 15. Vis etiam audire novum genus gaudii, quod nisi homo E peccasset, civitas illa non sensisset. Non vereor ne nimis audacter loqui videar, cum sequar Bernardum auctorem, qui non putat Deum nostrum totam habiturum gloriæ suæ laudem, donec veniant qui in conspectu Angelorum psallant sibi. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala* Ps. LXXXIX. 15. Hoc genus lætitiæ cæli nescierunt, nisi per ecclesiæ filios, hoc nemo nunquam lætatur, qui nunquam non lætatur. Opportune post tristitiam gaudium subit, post laborem quies, post naufragium portus: placet cunctis securitas; sed ei magis qui timuit. Jucun-

ANNO CHRISTI 1409.

ANNO CHRISTI 1409.

cuncta omnibus lux; sed evadendi de potestate tenebrarum jucundior. Transisse de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat; deest laudi si desunt qui dicant: *transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Ps. LXV. 12. Hodie felix illa civitas novis exultat gaudiis, ad hunc diem cælestes ruinæ perduraverunt. Ante hunc diem nemo ascendit in cælos, cum de Christo scripserit Propheta, quod *ascendit pandens ante eos iter*. Mich. II. 13. An vero ipso ascendente conscenderint qui cum resurgente resurrexisse leguntur? Animas omni labe purgatas credo, sed de corporibus haud quidquam temere definire velim. Ergo læti fuerunt Angeli Christo concepto, læti nascente, læti prædicante, læti hominem redimente, læti resurgente, sed lætiores ascendente. Quid ita, quia multa docentur mysteria Christo præsente, quæ prius absente nescierunt. Nec id mirum videatur, cum scripsit Apostolus Eph. III. 10. *Innotescere principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformem sapientiam Dei*. Porro quod prius sola spe tenuerant ruinas suas resarciendas, hodie re lætiore comprehendunt. Quis mihi det, o Domine Jesu, o gloriosissime restitutor regni cælestis? Quis mihi det ut possim concipere quanta intuleris hodie cælis festa gaudiorum, quanta jucunditate Beatorum spirituum agmina ad novam solemnitatem invitaveris, quanta tibi lætitia calcatori torcularis, cum rubris vestimentis cælos introgredienti tota superna Curia certatim obviam venerit, advenisse gratulata est, quantis laudibus triumphatorem prosecuta est, quam jucundis obsequiis in sedem excelsiorem collocare studuerit? Si plus gaudeat super unius peccatoris pœnitentia, quam super nonaginta novem justis, qui ea non egent, Luc. 15. 7. quantum de te gavisa est Deo homine, mortis victore, tot pœnitentes in ipsam domum paternam non reducente, sed reportante, qui ipse es summum ejus gaudium, summus amor, summa suavitas: in te enim tota desiderat conspicere, te sui ipsius oculis ex propinquo contuendum præsentabas. Quam incredibili voluptate sensus omnium intimos tua vox illa permulsit! Congratulamini mihi amici & vicini, quia inveni ovem quæ perierat, inveni drachmam perditam, mortuus filius revixit. Celebremus alacriter, o christianitatis rectores inclyti, celebremus tantam festivitatem, repræsentemus in terris Angelorum lætitiam, quæ pro nostra illis salute partim ingesta est. Nobis congratulemur, quorum est hodie relaxata, immo & captivata captivitas, *ascendens* enim *Christus in altum, captivam duxit captivitatem*. Eph. 41. 8. Gaudium ingens: hodie chirographum nostræ damnationis deletum est. Quid ni, illa natura hodie in cælum it, cui dictum ante fuerat, *terra es et in terram ibis*. Gen. 3. 19. Et ut thematis sententia concludatur, a Domino in tempore hoc restitutum est cæleste regnum Israel. Hæc pro priori parte nostri sermonis satis sint. *Domine, si in tempore hoc etc.*

Tractetur jam hæc interrogatio de regno peregrinantis ecclesiæ, quod ab Abel justo ducens originem, etsi postea sæpe laboraverit, tamen nunquam universum intercidit. *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, et non potuerunt mihi*, Psalm. 138. 1. Floruit aliquando sub Patriarchis, ducibus, judicibus, regibus, sacerdotibus; verum Apostolorum tempore nationibus subjectum mire deflorueťat. Responde tu quærentibus Domine Jesu, non ego, sicuti certe nunc operibus nunc vocibus respondisti, & si minus fortassis ad effectum quærentium, tamen ad veritatem.

Audistis *Joann.* XV. 16. quoniam misi vos ut eatis & fructum afferatis, eripiendo cives Israeliticos e manibus regis Babylonis. Audistis quoniam præcipio vobis Marc. XVI. 14. ut euntes in mundum universum prædicetis evangelium omni creaturæ, ut sitis mihi testes in Jerusalem & in Judæa & Samaria, & usque ad extremum terræ. Cur hoc? Nisi ut quaquaversum hoste depulso, regnum Israeliticum vestro ministerio dilatetur. Hujus rei gratia dedi quosdam vestrum Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, Ephes. IV. II. 12. In ædificationem regni Israel. Propterea alteri vestrum alteram manifestationem spiritus partim dedi, partim dabo ad utilitatem reparationis regni desolati; & ne nudos hostium telis exponerem, succinxi lumbos vestros in veritate, indui vos loricam justitiæ, dedi pedum calceos in præparatione Evangelii pacis, contuli scutum Fidei, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Eph. VI. 24. 15. Quia vero imbecillibus, quales adhuc estis, hæc arma potius forent oneri quam usui: Edico vobis Actor. 1. 4. ab Jerosolymis ne discedatis, quoad usque receperitis virtutem Spiritus Sancti supervenientis in vos, qua non arma tantum sine molestia ferre, verum etiam cunctos impetus hostiles elidere, immo & exercitus fundere atque fugare possitis: nam quomodo damna cælestia restituentur, nisi ex his civibus regni terrestris quidam sursum ascenderint?

Hæc illis charus præceptor: cujus vocibus diligenter paruerunt. Unde post Spiritus S. susceptionem *profecti prædicaverunt ubique domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis*. Marc. XVI. 20. Ubique circumtulerunt sagittas potentis acutas cum carbonibus desolatoriis, *Psal. CXIX.* 4. ubique vicerunt regna, effugerunt aciem gladii, fortes fuerunt in bello, castra verterunt exterorum, *Hebr. XI.* 33. 34. Ita brevi crevit ecclesia: inclyta facta est & posita est in superbiam sæculorum, dominata est a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Adoraverunt eam omnes reges, omnes gentes servierunt ei. Ps. LXXI. 8. 11. Sed quid ad hæc Ascensio. Multum per omnem modum. Quippe quamdiu Dominus in terris cum Discipulis conversatus est, humi repsit eorum dilectio, dulciter siquidem eum amaverunt, & præ ejus dilectione spreverunt alia. *Ecce*, inquiunt, *reliquimus omnia, et secuti sumus te*. Matth. XIX. 27. Verum nescio quomodo præsentia vitæ carnis, spiritualis amoris puritatem non admittebat. Inde sæpe tamquam carnales objurgantur. Inde Petrus impatienter audiens verbum de morte Magistri, satanas vocatur. *Matth. XVI.* 23. Inde cuncti moleste tulerunt, quod de ascensuri Magistri discessu audierunt. Inde plus illis sapiebat Verbum caro, quam verbum veritas, verbum sapientia, justitia, virtus, pietas. Inde scriptum est illud: *Nisi ego abiero, Paraclitus non veniet*. Joan. XVI. 77. Et illud aliud: *Nondum erat spiritus datus, quia nondum fuerat Jesus glorificatus*. Joan. VII. 39. Sed

post

ANNO CHRISTI 1409.

post Magistri discessionem, aptiores subinde fuerunt sanctum suscipere spiritum, a quo roborati atque firmati discerent amare valide, prædicare veritatem intrepide, frigida corda succendere, discerent plus invenire saporis in Verbo Deo, quam in Verbo homine. Experiuntur altiorem amoris gradum jam eis ostensum a Christo dicente: *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam*, Jo. VI. 64. Ad hunc gradum Paulus ascendisse videbatur cum dicebat: *Et si cognovimus Christum secundum carnem, sed jam non novimus*, II. Cor. V. 16. Fortassis & Propheta cum diceret: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus. Hujus igitur spiritualis amoris viribus ac robore regnum Israeliticum restituerunt. Sed heu & plus quam millies heu, quam grandis nobis materia lacrymarum objicitur? Circumferamus oculos quocunque libuerit, nusquam pax, nulla tranquillitas, nusquam secura quies, ubique calamitas, afflictio, perturbatio. O me miserum, quomodo regnum ubique diffusum per bellatores inclytos, coarctavit in angustum ac restrinxit rex impius Babylonis, quomodo majorem antiqui regni portionem abstulit Christo, & eam ipsam quæ secundum sibi nomen retinuit, innumeris tempestatibus jactatam afflixit! Nam quota sunt humani generis portio Mahometici, ac ab octingentis ferme annis suave Christi jugum cervicibus excusserunt? Quota Indi feruntur Christianæ Crucis insignibus exornati, sed ecclesiæ Romanæ Primatum ignorare? Quota Græci, ac illos male tempestas a sede Petri disjectos, non modo schismatis, sed nonnullis etiam hæresis macula fœdavit? Latinitas ipsa purior ac immaculatior sedem habet Petri, pro cujus fide, ne deficeret, specialiter oravit ille qui in omnibus exauditus est pro sua reverentia. Ipsa tamen multis quam diuturnis quam violentis schismatibus, tum antea sæpe, tum nostra tempestate miserabiliter concussa languit. Unde nuper tantarum calamitatum impatiens ecclesia multis suspiriis ac gemitibus clamavit ad Dominum: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Act. I. 6. Aliqua ex parte audita est. *Excitatus* est tanquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis, Ps. LXXVII. 65. Asportavit duplicem Sobnam, tanquam gallum gallinacium, Isaiæ XXII. 16. 17. 20. & fidelem Eliacim substituit. Nam cujus est ista tua substitutio, Pater Beate, nisi Christi? Unde convocatio Concilii tam mira? Unde prius discordantium inaudita consensio? Unde tot Præsulum ac præsapientum concursus tam celer? Non a Deo certe dissensionis, sed pacis. Non vocavit Papa: fuit Conventiculum. O ridenda ac irrationalis nimium ratio! Neque vero ad quatuor illa Concilia quæ in actis Apostolicis describuntur Petrus vocasse memoratur. Neque synodus Nicæna jussu Silvestri, sed Constantini convenisse legitur. Ad quintum universale Patrum Concilium contra Theodorum Nestorii discipulum, nemine convocante sese certatim Patres exhortati sunt. Fuere ergo conventicula? Cave dixeris. Coluntur a Gregorio tanquam evangelia. Quid si schisma dubios reddit Christianos, quem duorum pro papa colant? Quid si (quod perrarum est) summus Pontifex labatur in hæresim, ut legimus Liberium Arrianæ pravitati subscripsisse, Marcellinum idolis sacrificasse? Quid si in tolerandis oneribus Christianitatem gravaret? An adversus tantos morbos ullam relinquis me-

A delam? Relinquo inquies. Credo sane: nam imperfectam nimium ecclesiasticam politiam astrueres, nec a Deo cujus perfecta sunt opera salubriter institutam, quod credere nefas est, si quis in eam morbus posset incurrere, contra quem nulla posset adhiberi medicina, sed tamen nulla memoratis casibus relinquitur, si non aliquando sine papæ vocatione convenire possit ecclesia libenter hic diutius insisterem, sed brevitate prohibeor.

Quoniam ergo te certum ac indubitatum pontificem nobis exhibuit Deus, ut reliqua mala per te tollat, & regnum Israel nimis restrictum iterum ampliet; ad te jam convertitur & clamitat ecclesia quærens: *Domine, si in tempore*
B *hoc*, &c. Non ab longis inquit retro diebus quisquam, me summus pontifex in tantam spem erexit recuperandæ meæ dignitatis antiquæ sicuti tu, quem video contrarie dispositum illis qui me dimiserunt. Fac, obsecro, ut non frustra speraverim. Considera etiam atque etiam quod cum mihi donatus es, tuus esse certe desiisti, nec si te vocem Dominum, tu me propterea famulam arbitreris. Sic Sara obediebat Abrahæ dominum illum vocans. Non ego certe tua, sed tu meus, omnia siquidem mea sunt, sive Paulus sive Apollo sive Cephas. Tu te etiam filiorum meorum servum vocas, si non es, cur te vocas? Si vere es, negato Dominum, & vide quantum mihi debes. Si quispiam te filiorum
C meorum rationabiliter uti velit; non potes te sibi negare vel furari qui suus es, quin per te vel alium suæ necessitati succurras; quamvis nil ambitioni, nihil avaritiæ vel malitiæ debeas: si tantum singulis, quantum universis; certe quantum universis, tantum mihi, quare suspirabunda atque plorabunda peto ut mala mea respicias, ut regnum Israel hoc tempore restituas. Justum petit, Pater Beatissime, eam exaudi, universum studium tuum ad regni sui restitutionem conferas, de vetusta illa Sarac. ruina; quamvis ò si resarcietur. Vix ausi aliquid dicere, licet non existimentur Christiani populi rectores hoc absoluti præcepto quod hodie tuis auribus insonuit. Marc. XVI. 14. *Euntes in mundum univer-*
D *sum, prædicate evangelium omni creaturæ*, aliisque similibus, quandiu fuerit aliqua gens sine Christo, nec se putassent Patres eorum Apostoli, nec illi quatuor principales doctores ecclesiæ, post quorum tempora tanta pestis exorta est. Verum ab hac disputatione, brevitatis amor avocat, ac prope rapit ad alia. De Indis quid dicam? Habent Christum, an pute quis doceat? Quis te vetat ad eos mittere qui referant omnia? Facile in eis Fidei sinceritas corrumpitur, cum ecclesiæ Romanæ non cohæreant, a qua Fidei certitudo petenda est.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per tela, per ignes.

E Et ex te nullus eo curret spe lucrifaciendæ tantæ Gentis? Memento tamen illi te esse debitorem. Jam vero de Græcis loquerer, quibus multa Latini debemus. Verum hunc locum eo negligentius transeo, quod te Græcum erga Græcorum revocationem omnes adhibiturum operas intelligo; festina, Pater, festina, ne fugiat hora, ne labatur occasio desuper oblata, cui non est facile similis reditura. Ad rem feliciter tractandam tempus omnium primum est. Itidem dicendum puto de ea parte Latinorum, quæ nondum tuam claram justitiam insequitur. Sed duobus hominibus humano judicio divinoque condemnatis adhuc inhæret, quoniam

ANNO CHRISTI 1409.

& tua vigilantia, & obedientium principum sedulitate, & veritatis perspicuitate, spes est cito Deo bene juvante redituram. Labore tantum opus est. Igitur bis tanta brevitate decursis, pergit iterum ecclesia quærere de ea parte quæ tuam justitiam agnoscit. *Domine, si in tempore hoc &c.* Tecum forte cogitas, cur hoc quærat: nam cum hæc pars sit schismate liberata, quænam in ea ruinæ reparandæ reliquuntur? Gaudet sane schisma esse hinc depulsum, sed non radicitus eredit avulsum. Hærent terræ radices, ex quibus pullulaverat malum germen. Veretur ne si non succindantur, denuo repullulet, quare cupit ut fodiat alius labor tuus, non futura sine metu, nisi viderit cunctas malorum germinum stirpes penitus avulsas. Sed quæ sunt, ais, istæ radices? Absit si hoc a mea tenuitate, prorsus absit ut tuam summam sapientiam velim instruere: scio ab insania paululum distare, volentem docere Minervam. Sed effundo coram te cordis mei affectum, immo profero voces ecclesiæ sanctorum, & sine suspicione docendi oro ut eas exaudias. Quis enim nesciat nos in orationibus effundere coram Deo corda nostra, nec eum velle docere? Malo tamen dicat ipsamet ecclesia voces sanctorum suorum, dicat quas velit stirpes excindi, & quas plantari. En loquitur, non jam in me, sed in eam intendite. Væ miseræ mihi, væ infelici, ea quo dignitatis culmine, manibus iniquorum, detracta sum, quomodo mutatus est color optimus, obfuscatus faciei nitor? Cælestis pulchritudo terrenis sordibus inquinata, exangue corpus effectum, miserandum, incultum, hispidum, vestimentis fragrantibus spoliatum. Ecce rex & conditor meus, me regni sanctorum cælestis expressam imaginem esse decreverat, ut quantum fas esset, terrenarum rerum oblita, cælo propinquarem, & regnum illud supernum oculis mortalium præsentarem. Sic enim sub Moyse nomine dictum fuerat. Exod. XXV. 40. *Vade, omnia facias secundum exemplar tibi monstratum in monte.* Sic retulit postea discipulus quem dilexit, se vidisse *Civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cælo, habentem claritatem Dei.* Apoc. XXI. 2. Duplici vero similitudine illam imitabar: Primum quidem, quia sicut in cælesti regno Cherubin, Seraphin & ceteri quinque usque ad Angelos ordinantur sub uno capite Deo, ita in meo corpore sub summo Pontifice Primates vel Patriarchæ, Archiepiscopi & Episcopi, Archipresbyteri, Presbyteri, & Abbates & reliqui. Est alia principalior, & cujus gratia hæc instituta fuit, ut quantum patitur corpus corruptibile quod cælestes habent perfecte, habeant terrestres ea parte. Illi vident per speciem; videant isti per sapientiam & fidem. Illi Deum teneant præsentem per comprehensionem; teneant absentem isti per spem. Illi Deo fruuntur plena caritate; fruantur isti quanta possunt in corpore prægravante. Deum colant & adorent quomodo Beati, casti sint quomodo Beati, sapiant *quæ sursum sunt, non quæ super terram* Coloss. III. 2. quomodo beati; & sic possem discurrere per ceteras virtutes: recte sane sic ordinavit sapiens artifex: nam si propria ratio mea quæritur, & mei collatio ad cælestem civitatem facienda est. Ego sum via, & motus in illam, illa finis ac terminus. Ego peregrinatio raptim transiens, illa patria semper manens. Ego militantium juge certamen, illa lætus victorum triumphus. Ego vallis miseriæ, illa mons lætitiæ. Ego mare tempestuosum, illa portus tranquillus. Ego exilium, illa natale solum. Itaque quemadmodum motus ex suo termino ad quem vadit, sic ego ex illa propriam traho rationem. Quantum ad illam accessero, tantum veritatis acquiro. Si tendere desidero, amisso nomine proprio, in alteram formam convertor. Unde Deus conditor meus ascendens in cælum, quid aliud voluit, quam ut eum mente sequerer quo progrediebatur corpore, ut illic esset cor meum, ubi esset thesaurus meus, amor meus, spes & desiderium? Nonne affixit mihi pennas, quibus in terris corpore jacentem, mente volarem in cælos? Sunt enim pennæ volucris mihi, quæ celsa conscendunt poli, quas sibi cum velox meus induit, terras perosa despicit. Sed quæ sunt illæ? Fides, Spes, Caritas, nihil cum terra commune gerentes, sed totæ cælestes. Nonne secundum has virtutes me consuscitavit Deus, & consedere fecit, in cælestibus in Christo Jesu? O mira atque desiderabilis imitatio, qua cælestior quam terrestrior effecta non dubitor? Omnia civitatis illius ordinem eloquuntur, cæli, sydera, elementa mixta; cum ordinatissimis Legibus Deo serviant. Unde & natura duce, ante Christum meum natum, gentilium Sacerdotum potestates ita erant ordinatæ, ut Archiflaminibus Flamines subessent, a quibus adhuc provinciarum ac diœcesium discretionem partitionemque retineo. Potestates autem terrenas quis ordinatas ambigat? *Non est potestas nisi a Deo, quæ autem a Deo sunt, ordinata sunt.* Rom. XIII. 1. Verum ordinis mei pulchritudo longe præstantior, expressior atque vicinior. Hujus curam præcipuam ac pene unicam, custodibus, quos mihi reliquit in terris, meus conditor mandavit. *Exemplum*, inquiens, *dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Joan. XIII. 15. Si pulcherrimas similitudines cælestis ordinis in terris posui, vos illas servate; vestrum est officium ut ceteros purgetis, illuminetis, perficiatis, quatenus cælestem portent imaginem: idcirco vos purgavi, illuminavi, perfeci; quia nec sordulentum mundificat, nec tenebrosum illuminat, nec diminuta perficiunt. Et vos quales custodes meæ sponsæ substitueritis, etiam atque etiam cauta consideretis; quandiu recte his mandatis est obeditum, spiritus valuit, caro jacuit, eximia par totum orbem terrarum diffusa sum. Pax ubique portabatur, ubique recipiebatur, ferrea corda linguis igneis, & verbis ignitis liquescebant. Sed heu! quid de calamitate præsentium temporum querar misera? Quibus, pro cælesti ordine perturbor confusione, & ex similitudine cælesti quæ mihi vita est, ad inferni similitudinem *ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*, Job. 22. quæ mihi mors est, manibus impii pertrahor? Denique ex distinctissima membrorum decentia in chaos Anaxagoreum nisi manus conditoris retentaret, prope dilaberer. Siccine, mi Rex, te sequor? Siccine cælos peto? Siccine Matris cælestis veneratur imago? Vix jam ordo meus, quem instituisti, legitur in libris, quanto minus in moribus? Cernere est archiepiscopos, primates suos vel ignorare vel contemnere; adversus illos aut consuetudinis diuturnæ præscriptionem, aut exceptionem allegare. Et nonne hæc eadem ab inferioribus suis archiepiscopi patiuntur? Cernere est professos paupertatem, ita ut nec in privato, nec in communi sibi quidquam reservaverint, quo liberius in terris charitatis ardore Seraphim, scientiæ plenitudine

Che-

ANNO CHRISTI 1409.

Cherubim imitarentur, aut ad Prælaturas nisibus summis aspirare, aut si hoc non audeant, ad beneficiorum minorum, quod est inusitatius, commendas currere, non veritos ne cum uxore Loth retrospicientes in salis effigiem redigantur, neque satis memores Ananiæ & Saphyræ. Mirum est non alios æque festinare ditari his, quorum professio vetat ditari. Cur enim assidue pulsant aures apostolicas, quatenus nova privilegia valeant extorquere. Si hoc ut publice proficiant, magis quam marsupia repleant, splendide vivant, paupertatem quam voverunt exuant, ipsi viderint; quamquam multa me experientia magistra docuerit, nolim tamen judicare. Videas alios novem ordinibus non contentos; non enim novenis beneficiis saturantur, tamdiu novos hiatus pandere quamdiu vivant, conjungere domum ad domum, agrum agro copulare, quasi in medio terræ soli habitarent, ipsum væ propheticum pro fabula contemnere *Isaiæ V.* 8. Videas fere omnes summis importunitatibus in leges irruere, dum nunc petunt gratiam obtinendorum simul incompatibilium, nunc in absentia posse fructus colligere, nunc ante annos magnas dignitates assequi, nunc ad sacros ordines non compelli, & mille alia rectis legibus vetita. Ubi nonne est intolerandum magnos prælatos commissos sibi greges lupis exponere, & quotidie ad denariorum regiorum supputationes sedere, non veritos præceptum Apostolicum transgredi. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, 2. Tim. II. 4. eo sensu quo per sacrosanctum Concilium olim expositum fuit. Quid de illis loquar, de more patriæ pro mitris utuntur galeis; pro veste linea utuntur ferrea; arma ferunt, bella gerunt, fundunt sanguinem, præsules negant, duces exhibent, spiritum nesciunt, carnem fovent; quasi arma militiæ nostræ essent carnalia, & non potentia Deo ad destruendum omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Quod si ad hæc arma necessitas vigentior detruserit (uti non unquam accidere fateor) non est magis speranda victoria ex pugna Josue, quam oratione Moysi. Porro illud quam absurdum, in hierarchiis institutos nullos actus hierarchicos exhibere, non purgare, non illuminare, non perficere. Atque utinam exemplo suo malo non inficerent, non errores traherent, ac imperficerent pauperum plebeculam paratam io alterutrum sequi aut bona exempla virtutum, aut prava vitiorum. Quid turpius quam videre doctos aut bene moratos, aut extra ordines jacere, aut in imis collocatos; ignaros autem & improbos altissimum gradum tenere; videre alios esurire, alios ebrios esse. Quod si ad institutionem sacerdotum atque provisionem venire delectet, doleo seminaria seri litium, ubi lites sequi prope nefas est. Vix aliquod beneficium intra prælaturas confertur, quin ipsum, uni summus pontifex, alteri vero legatus aliquis, item ordinarius alteri conferat. Quid est hoc aliud quam litium materiam exhibere? Nec illud minus absonum quod magis favoribus humanis, aut gratia, aut metu, aut cupiditate, aut consanguinitate, aut affinitate, aut aliquo impetu animi quam judicio aut delectu provisiones istæ fiunt? Nec ad ea dona spectatur quæ Spiritus S. membris meis variis varia distribuit, ad regimen ordinatum, atque per se sufficiens mei corporis. Unde fit ut auris ad videndum, & audiendum oculus nonnunquam applicetur, similisque cæterorum membrorum confusio fiat, qua nulla major pernicies. Ex quibus hæc radicibus pullulasse crediderim? Profecto ex fœdis inquinamentis clericorum. Unde periere virtutes, ex quibus secunda similitudo mea ad cælestem Hierarchiam intemerata salvabatur: sublatus est simul omnis decor ordinis, in quo prima fundabatur. Priores illi sub quibus magna felicitate floruit, sapientia cælesti, fideque fervebant. Isti posteriores, carnali prudentia corrumpuntur. Illi inflammabantur amore Dei, isti flagrant amore mundi. Illi firmabantur in vero bono spe solida, isti spe mendaci falsis bonis inhærescunt. Quo fit ut quemadmodum illi per sapientiam spiritus cæterasque claras virtutes meum Regnum fundaverunt, ornaverunt, ampliaverunt, sic isti per carnis prudentiam cæteraque fœda vitia idem diruant, maculent, restringant: Nam cum caro concupiscat adversus spiritum, cui dubium est Leges carnis spiritualem politiam potius subruere quam salvare, deterrere quam emendare, minuere quam augere? Recte dicit Ethnicus: *Imperium facile his artibus retinere quibus initio partum est.* Unde quia meis propugnatoribus artes illæ desunt, quibus mihi dignitatem ac opes antecessores eorum pepererunt, undique in meam dignitatem ac divitias fit impetus. Et sicut ex illis tanquam pacis radicibus pax latissime exorta est; sic ex istis tanquam discordiarum stirpibus omnia schismata & creata sunt & nutrita. O indignum facinus, o sceleratissimam proditionem, milites mei & iidem filii quos ad honores maximos opesque sublimavi, projectis armis sponsi mei, lorica justitiæ, scuto Fidei, galea salutis & gladio spiritus ad hostem capitalem transfugerunt, pactoque turpissimæ pacis fœdere armaturam illius induerunt, loricam injustitiæ, scutum prudentiæ carnalis, galeam amoris mundani, gladium carnis, quod est verbum mendax diaboli. Unde pugnant contra me & in materna viscera vites convertunt. Quos advocem defensores? quos quæram adjutores? quos mihi propugnatores sperem? non a filiis derelicta tantum, sed hostiliter impugnata? Olim sæviente tyrannorum rabie, me tutata est constantia Martyrum; invalescente hæreticorum fraudulenta calliditate, me protexit sapientia doctorum; modo quid agam cum *amici mei & proximi adversum me appropinquaverunt & steterunt?* Psal. XXXVII. 12. An non ergo sunt prudentes congerendis opibus, instruendis dapibus, cumulandis honoribus, pompis fovendis, & negligentes regendis plebibus, alendis pauperibus, diligendis humilibus & superfluitatibus coercendis? An non potius de beneficiis disceptant per leges Justiniani, quam populum erudiant & doceant Legem Christi? doceant dico, immo discant. Nam quem e Sacerdotum numero mihi dabis non ignarum Legis Christi? An non augmentis plus inhiant facultatum, quam lucris animarum? quis autem hæc a carnis prudentia proficisci negaverit? Jam vero multas mihi moverunt lacrymas carnalis amoris argumenta clarissima, cum alium ambitione corruptum, per scelus dignitates rapere conari cernerem, Magnates adire, eorum abuti potentia, per eam vim adhibere, aurum polliceri, minis terrere, allicere blanditiis, fas nefasque confundere, non revocatum neque metu legum neque exemplorum Dathan & Abyron, Simonis Magi, regis Osee. Lugebam quoque cernens alios avaritia rapaci oves spoliare exactionibus, exactiones cumulare, accusationes struere, serere lites, falsis criminibus innocentes impetere, congerere pecunias, terrenis tantummodo nego-

ANNO CHRISTI 1409.

tiis intendere; quibus ſalubriter conſultum putarent, ſi mallent Ariſtotelem audire quam Apoſtoli præterire mandatum. Ille patribus familias opulentis conſilium dat, ut adminiſtrandarum facultatum atque familiæ negotium procuratoribus imponant, ipſi vero ſimul vivant aut philoſophentur. Sed modicum miror apud iſtos Ariſtotelem contemni, apud quos nihil valet apoſtolorum exemplum ſalubre, qui ne verbum Dei relinquere cogerentur, ſeptem Diacones pro miniſterio menſarum inſtituerunt. *Act.* VI, 2. Nec ſine lacrymis inſpicere poteram alium concubinatu pollui, cui tamen, ut puritatem Angelicam æmuletur, connubium eſt interdictum; luxuriam non clam, ſed in propatulo habere, fœdis factis fœda verba conjungere, B dapibus implere ventrem, inebriari vino doctum & ad calicem vigilanti ſtertere naſo; & mille malis aliis prope conſpectis, fluebant mihi lacrymæ, nec fluere deſinent, niſi malas iſtas radices pejorum germinum matres ſucciſſas agnovero. Nam quid poſtremo de ſpe mendaci proferam? Quid ſacerdotes ſperare dicam utrum ſempiternam gloriam? Hæc profecto eorum poſtrema cura eſt. Sed quid? ſperant beneficia conſequi, ſperant emolumenta terrena: ſub nova lege veteraſcunt, novis præmiis æterniſque relictis ad legis Moyſi vetuſtatem reſolvuntur, & ex ſchula credo Stoicorum, non certe chriſtianorum honores iſtos caducos beneficiorum virtutis præmia ducunt. Quod facturos non exi- C ſtimo, niſi ita oculos ad opes honoreſque converterent, ut onera non adverterent, niſi honorum dulcedinem & non ad onerum amaritudinem inſpicerent. An tibi videtur naucleras ſummis tempeſtatibus uſque ad finem dierum meorum mari jactandus, recte primum putare terrenum commodum quod tantis periculis conjunctum videris. Non putabit, inquies, niſi tempeſtatis immemor. Ceterum quis viator pro laborum præmio eam pecuniam ſumpſerit, quam, niſi per medios latrones prædoneſque manu ſemper portaverit, poſſidere non liceat? Nullus inquies niſi ſalutis oblitus. Ergo ſi in beneficiis ſtatutum lubricum ſempiternæque pœnæ nimis facile periculum ineſſe certum ſit, D quis intelligens non ea magis ſuſcipere metuat timore periculorum, quam quærat ſpe commodorum? Quo circa ſoleo mirari, quid id ſibi voluerunt qui primum gratias expectativas applantaverunt; ſed ut video jam dudum vera rerum vocabula amiſſa ſunt.

Habes itaque vel maximas afflictionis meæ cauſas, quia dum omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti, & quod ſibi utile eſt, non quod multis, dum ſuavis carnis paſtui tantum carnales intendunt, currunt ad honores, onera rejiciunt, quærunt jucunda, moleſta fugiunt, quod in alieno ſtatu dulce viderint ad ſe rapere, quod in proprio amarum cognoverunt in alios projicere moliuntur. E Inde diſcordiæ, lites, ſchiſmata, rixæ, ſimultates, & totius ordinis mei turpiſſima confuſio. Quæro Domine ſi ab his poſtibus hoc tempore liberabis ac reſtitues regnum Iſrael? Et precor ut reſtituas; quod facturum ſubinde ſpero: quippe ſpiritualibus literis eruditiſſimus, ſacerdotes Dei legem ignorare non feres, uti ſine damnationis periculis ignorare nequeunt; quod multis auctoritatibus ſacræ ſcripturæ confirmarem; ſed brevitati ſtudendum eſt. Denique cum a puero te cæleſtis religio ſuſceptum adeo ſpiritualiter vivere docuerit, ut id tibi in

A naturam converſum ſit, advocabis ſpirituales viros ad beneficia, ab his carnales arcebis. Excludes quos ſpes improba ad importune petendum impulerit, ſed invitos intrare coges, quos parvi pendere terrena, comparatione cæleſtium agnoveris. Exinde confuſionem præſentis temporis reduces ad diſtinctionem ordinis. Coges quemque ſuum tenere locum, ſuo gradu contentari, officium exercere ordinis ſucepti, limites non excedere, non perturbare terminos poſitos a patribus. Jubebis quemlibet eſſe contentum menſura ſtatum decente. Et quoniam pravæ cupiditati terminum imponit nemo, tu omnibus præficere conſberis. Præcipies ſeminare ſpiritualia, qui metunt carnalia. B E contra leges recte latas, quantslibet importunitate petentium fatigeris, nunquam diſpenſabis, niſi aut neceſſitas urgeat, aut communis provocet utilitas: alioquin fuerit potius crudelis diſſipatio quam juſta diſpenſatio. Cavebis diſpenſationem ipſam lege communiorem facere, ne turpe ſit, ſi regulam ſua vincat exceptio. Si hæc feceris, ad quæ te ſucepti officii debitum aſtringit, tum ſchiſmatum avulſis radicibus pax ipſa chriſtiana ſibi terrarum orbem denuo vendicabit. Et in hoc poſitum eſt unicum pacis ſtabile fundamentum, ſine quo ſi quis ædificare voluerit, nihilo plus agit quam ſi det operam ut gravia tecta parietibus arundineis ſuperimponat. Morum corruptio fuit prima cau- C ſa mali; quare morum correctio erit prima cauſa boni. Verum hic labor, hoc opus eſt, ne hoc facere poſſis, niſi te propinqui tui ac domeſtici juverint. Proinde Gregoriano exemplo perſuaſus advocabis tibi tantorum laborum ſocios clericorum ac religioſorum quoſque prudentiſſimos ac optimos: ornabis domum tuam ſanctis, prudentibus, modeſtis, integris, incorruptis. Quam enim domum decet ſanctitudo, ſi non tuam domine? Certa parum profutura eſt tua unius juſtitia, ſi eum vicerit diſſimilis aliorum affectio. Uteris ſubinde membris tuis, regiſque ſummi ſecurus exemplum, quemadmodum ab illo diſcurrunt aſſidue ſpiritus Angelici ad hominum miniſteria, ſic diriges per or- D bem terrarum pacis nuncio. Vide tamen qualibus membris utaris; ſunt quædam paralytica; ſi volueris in dextrum movere, prave potius ferentur in ſiniſtrum. Proinde magna cura tibi ſubeunda eſt, ut ad hoc miniſterium idonea deligas. Poſt habebis rerum minorum curas, ut hinc maxime major ac efficacior inſervias. Vide quæſo ſi careas oneribus, vide ſi quis alius tanta ſollicitudine fatigetur, quanta tu. Vere hoc dixerim: ſummus honor, ſummum onus. Sed ne te onus terreat ſi bene miniſtraveris: ſummi oneris ſummum præmium. Vide denique, ſi non tibi incumbat cum eximio Rege pſallere, durum quidem, ſed vigilantis viri canticum: *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpe-* E *bris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino*, Pſal. CXXXI. 4. Sed quem locum? pacem nempe. *In pace factus eſt locus ejus*, Pſ. LXXV. 3. ſed quænam eſt hæc pax? tranquilla bonorum concordia. *Non enim eſt pax impiis, dicit Dominus*, Iſaiæ XLVIII. 22. Tolle igitur vitia, reduc virtutes. Redde mihi formam, redde vitam, redde etiam cum domino gratum locum invenire, cum hoc tempore regnum Iſrael reſtiteris. Hæc eccl. tecum. Cujus vocibus nihil aliud adjicio, niſi precationem humilem, ut ſub tuo pontificio pulchræ pacis dilatationem ampliſſimam videre poſſimus. Amen.

FLO-

ANNO CHRISTI 1409.

FLORENTINUS CONVENTUS

ANNO CHRISTI 1409.

Ad subtrahendam seu subtractam a Gregorio XII. obedientiam approbandam & confirmandam.

Anno 1409. *habitus.*

ADMONITIO JOANNIS DOM. MANSI.

Recessum ab obsequio Gregorii XII. meditans Florentinorum publicus magistratus, non continuo totum imperium ejus excutiendum censet, sed per partes. Primo igitur nullum Pontifici esse voluerunt jus in beneficia ecclesiastica, si quæ interim justo possessore vacasse contigerit. Id vero edixerunt decreto rogato die XXVI. Januarii, quod cum integrum hic offeratur, supervacaneum duco ejus summam hic explicare. Cum hæc quiete successissent; processum ad consultandum, num omnis in pontificem obedientia subtrahenda esset, quoadusque ingenti animorum contentione agitata lis ardua in Concilio definiretur. Eo Concilio episcopi provinciales, & quidquid erat virorum in sacra scientia peritorum in consultationem vocati sunt. Definierunt nemini ex pontificibus parendum, ut vel sic admoniti sive ipsi pariter in Concilium Pisanum convenirent vel dignitate cederent. Concesso sibi hoc jure non statim utendum judicarunt Florentini; sed litteris ad Gregorium & legatis missis, quid sibi consilii datum esset aperuerunt; simul vero monuerunt decrevisse se nihil innovare usque ad diem XXVI. Martii; tunc vero omni abjecta cunctatione recessuros se ab officio profitebantur; siquidem ille in recusanda ecclesiæ pace perseverasset. Malum illud evertendum sibi censuit Gregorius; statimque ad eos destinavit legatos suos edoctos de iis quæ litteris & legationibus Florentinorum reponenda erant. Id vero reminiscentiæ gratia chartis consignata illis tradidit; idemque scriptum hic producitur ex Martene. Frustra tamen ille; nam Florentini Pisano Concilio favorem suum & auctoritatem impenderunt.

CONVENTUS PRÆLATORUM FLORENTINORUM

Ad subtrahendam seu subtractam a Gregorio XII. obedientiam approbandam & confirmandam.

Ex Mart. Ver. Mon. t. VII. p. 957.

Considerantes magnifici & excelsi domini priores artium & vexillifer justitiæ populi & communis Florentiæ, nec non & ipsorum honoranda collegia, quod nihil est in hac vita mortali diligentiori cura inquirendum, nihil magis necessarium ad animarum salutem, ad Dei honorem, & ad militantis ecclesiæ liberationem, quam his duris & miserabilibus temporibus, & in hac deflenda & abominanda a cunctis fidelibus ecclesiæ sanctæ scissura, D in hoc perniciosissimo errore, quo periculose nimis grex Christi divisus est; ea procurare quæ ad pacem sunt, atque sanctam & veram unitatem populi christiani, & ad extirpandum ex ipsa christiana religione monstruosum ipsum & pestiferum schisma, quod fere triginta annis ad magnam animarum perniciem in ipsius ecclesiæ corde miserabiliter hæsit. Et cum ipsi magnifici domini & eorum collegia, cum his qui sub eorum ditione continentur, ipsius ecclesiæ membrum sint, & omnia usque in præsentem diem cum cordis puritate & animorum sinceritate ob eorum debitum fecerint, non sumtibus, non laboribus, non periculis, nulli denique rei parcentes, quæ proficua & salutaria ad E ipsius ecclesiæ pacem judicarent, apud eum multis variis, honestis & efficacibus rationibus & modis instando, qui se Gregorium XII. appellat, quæ omnia sigillatim exprimere longissimum esset, & cum omnis eorum labor usque in præsentem diem incassum fuerit, nihilque eorum sancti conatus profecerint apud ipsum dominum Gregorium, sed omnem prorsus spem amiserint posse eum reducere ad sanctam & necessariam unitatem Christianam, quam Deo & hominibus promisit, juravit & vovit, nisi fortiora remedia adhibeantur: ac etiam considerantes præfati magnifici domini & eorum collegia, quemadmodum S. Spiritu inspirante, ut pie credendum est, duo sacrosancta collegia reverendissimorum dominorum cardinalium, videlicet collegium illud quod Gallicum apud quosdam appellatum est, & aliud quod Italicum, ab eorum capitibus, scilicet a præfato domino Gregorio, & ab eo qui se Benedictum XIII. appellat, discesserunt, prorsusque desperati posse eos de papatu contendentes, ad reintegrandam ecclesiam adducere, in unum se conjunxerunt in tanta unitate, ut vere de eis dici possit, quod cor unum sint & anima una. Nec non pensantes ipsi domini priores & sua collegia, quod domini cardinales indefessis studiis, prout Deo promiserunt, & ex ipsorum debito sunt astricti, rebus cunctis mortalibus spretis, procuraverunt, procurantque recta & sancta voluntate Christianam pacem, & maxime regia via, ea scilicet, qua alias ecclesiæ perturbationibus subventum est, videlicet per generale & sanctum Concilium totius Christiani populi, quod celebrandum ipsi domini cardinales mandaverunt in civitate Pisarum, eisdem ad hoc sanctum negotium peragendum a Florentino populo concessa. Advertentes præterea, & secum diligenter considerantes quamdam eisdem dominis prioribus requisitionem factam per ipsos reverendissimos dominos & patres, dominos cardinales, cujus hic est effectus, quod Florentinus populus, quemadmodum obligatus est, ipse & reliqui Christiani, secundum Deum & sacrorum canonum dispositiones, postquam aliter haberi ecclesiæ pax nequit, ad hoc ut hoc schisma tollatur, omnem obedientiam auferre debet præfato domino Gregorio, tamquam a christianæ religionis vastatore & nutritore inveterati in ipsa ecclesia schismatis, & propterea crimine hæresis affecto. Asserentes quoque ipsi domini cardinales hoc præterea ideo faciendum esse, ut omni metu seposito, liberius ecclesiæ prælati possint sanctissimo generali Concilio interesse, & labenti

ANNO CHRISTI 1409.

ti ecclesiæ in miserandam ruinam, priusquam funditus deleatur, gratia Dei juvante, opem ferre, quam quidem petitionem ac alia quæque supra narrata animis volventes præfati magnifici domini priores, ac etiam habentes ante oculos Deum, & secundum ejus voluntatem incedere in his gravibus & magnis negotiis volentes, ac etiam studere, quantum eis divina bonitate permittitur, christianæ reconciliationi, nihilque omittere, quod auxilium aliquod laboranti ecclesiæ possit afferre, ne sub specie boni in aliquo decipiantur, & ne quicquam, quod contra sanctas institutiones ecclesiæ sit, per errorem faciendo & omittendo, committatur, decreverunt velle in istis eorum Consilium sequi, quos sciunt Deum timentes esse, & qui noverunt quomodo in divinis rebus sit incedendum, quidve divino & humano jure liceat vel non liceat, & quibus cura est Florentini populi in spiritualibus secundum ecclesiæ ordinationem commissa. Quapropter ipsi magnifici domini priores in palatio residentiæ domini episcopi Florentini, infrascriptos reverendos patres & dominos archiepiscopum, episcopos, prælatos, abbates, professores sacræ paginæ, religiosos, & utriusque juris doctores congregari fecerunt, & ipsis sic congregatis, ipsi magnifici domini priores & vexillifer justitiæ supradicta & alia ad rem facientia narraverunt, & ab ipsis consilium postulaverunt, utrum secundum Deum, bonam conscientiam & jus possent & deberent juxta petitionem dominorum cardinalium omnem obedientiam auferre a domno Gregorio. Qui siquidem infrascripti omnes ad requisitionem ipsorum magnificorum dominorum priorum juraverunt in manibus reverendi patris in Christo domini episcopi Florentini, se in hac materia ea dicturos esse atque consulturos, omnibus aliis postpositis, quæ secundum Deum, bonam & rectam conscientiam, & secundum Dei ordinationem, jus & veritatem esse * crediderint. Unde subsecutum est; quod hodie hac præsenti die infrascripti omnes, exceptis tantum tribus, qui inferius describentur, habitis prius tamen inter se omnes aliquibus diebus magnis & longis disputationibus, tractatibus & allegationibus, & allegatis omnibus sacris canonibus, decretalibus, glossis, auctoritatibus sanctorum doctorum ecclesiæ, ac juribus omnibus ad partem affirmativam atque negativam facientibus, ipsisque diligenter discussis & examinatis, & interpretatis fideliter, pure atque canonice, ac facto præsentis schismatis plene examinato & diligentissime considerato, inspirati, ut pie credendum est, Sancto Spiritu, atque gratia Dei & Redemptoris nostri Jesu Christi, ob cujus ecclesiæ salutem congregati sunt & laboraverunt, atque gloriosissimæ Virginis reginæ cælorum Mariæ, omnes & quilibet de per se unanimiter interrogati, singulatim per me Petrum notarium & cancellarium infrascriptum dixerunt, consuluerunt, declaraverunt, determinaverunt, quod secundum Deum, bonam, puram & sanctam conscientiam, secundum sanctas ecclesiæ institutiones, veritatem & jura, pro bono universali sanctæ matris ecclesiæ, & pro inducendo in populum Christianum sanctam & immaculatam pacem & veram unitatem, & pro schismate tollendo, magnifici domini priores & eorum veneranda collegia, cum universo clero & populo Florentino, & omnibus cujuscumque status, qui sub eorum jurisdictione continentur, possunt & debent, atque astringuntur sub mortali peccato, omnem obedientiam, assistentiam, auxilium atque favorem ab domino Gregorio subtrahere & amovere, tamquam a nutritore universalis & inveterati schismatis in ecclesia Dei, & dissipatore gregis dominici, & ecclesiæ sanctæ Dei subversore, & tamquam a violatore obligationis, juramenti & voti, quam & quod Deo & christianis omnibus solemniter fecit, ut publicis documentis in conclavi & post factis, continetur & habetur. Et me Petrum notarium & cancellarium infrascriptum, tamquam personam publicam, ipsorum declaratione rogaverunt, quatenus de hac ipsorum determinatione, ad perpetuam rei hujus memoriam, publicum conficiam instrumentum. Et quo prædicta majorem obtineant firmitatem, unusquisque infrascriptorum propria manu se subscripsit, & præsentem paginam propriis sigillis munivit.

(a) Ego Alammannus archiepiscopus Pisanus omnia suprascripta approbo & confirmo, ideo propria manu me subscripsi & signavi meo sigillo secreto. Hoc eodem modo infrascripti se subscripserunt.

(a) Subscriptiones desunt in cod. Chauveliniano.

Dominus Jacobus episcopus Florentinus.
Dominus Ludovicus episcopus Wlteranus.
Dominus Petrus episcopus Aretinus.
Frater Bernardus de Giansglaziis, generalis Vallis-umbrosæ.
Frater Honosrius de Florentia, prior eremi Camaldulensis.
Frater Bernardus de Florentia abbas monasterii S. Michaelis de Podio Bonizi, theologiæ professor.
Frater Thomas de Firmo theologiæ professor, generalis Prædicatorum.
Frater Antonius de Pecto ordinis Minorum generalis.
Frater Matthæus de Bononia theologiæ professor, generalis Carmelitarum.
Frater Felix abbas monasterii S. Salvatoris de Septimo.
Cappone de Capponibus de Florentia, præpositus Florentinus et Aretinus.
Johannes de Albicis canonicus Florentinus.
Bonosus Florentiæ de Federigia canonicus Florentinus.
Dereninus de Pectoris canonicus Florentinus.
Franciscus de Ancelcensibus canonicus Florentinus.
Johannes de Riccis canonicus Florentinus.
Frater Nicolaus *de Sofrol* decretorum doctor.
Johannes abbas S. Floræ de Aretio.
Jacobus de Campo utriusque juris doctor.
Frater Laurentius de Boronteis decretorum doctor.
Albertus de Albicis de Florentia.
Nicolaus abbas S. Mariæ monasterii.
Baldassar abbas monasterii de Passignano.
Domnus Bastianus abbas S. Salvatoris Camaldulii.
Hieronymus Gilii de Florentia decretorum doctor.
Laurentius abbas monasterii S. Petri.
Lazarus prior plebis de Balneo.
Frater Gaspar abbas monasterii S. Trinitatis.
Richardus abbas S. Pancratii.
Antonius abbas S. Pauli de Razulo.
Albertus de Albicis ordinis Prædicatorum magister.
Michael P. *Thim* professor theologiæ.
Frater Leonardus theologiæ professor.
Frater Andreas Tomæ professor theologiæ.

Fra-

ANNO CHRISTI 1409.

Frater Jacobus de Pisis professor theologiæ. A
Frater Michael Johannis professor, &c.
Frater Michael de Fegehino professor, &c.
Frater Lottus ordinis Minorum inquisitor.
Magister Johannes Georginii de Boonoia minister Fr. Minorum.
Frater Matthæus de Parma minister provinciæ Romaniæ.
Magister Johannes Johannis de Florentia professor.
Frater Jacobus Fei professor.
Frater Bartholomæus de Bononia professor.
Antonius de Massa professor.
Frater Benedictus de Testis professor.
Frater Valentinus Urlac. professor.
Frater Hieronymus de Faventia baccalaureus. B
Bartholomæus abbas de Pyppio.
Johannes prior S. Fabiani de Prato.
Frater Antonius Petri prior generalis Armenorum.
Frater Michael abbas.
Frater Johanoes Petri abbas.
Frater Laureotius de Florentia professor.
Frater Simon de Tornaquantis professor.
Frater Gabriel de Spoleto professor.
Frater Antonius de Rignaoo professor.
Frater Zenobius da Florentia prior provincialis Provinciæ.
Magister Bartholomæus de Pisis.
Frater magister Jo. de Sedoggiis.
Frater Antonius Salvi da Florentia baccalaureus. C
Frater Nicolaus de Cassis baccalaureus.
Frater Jo. Leonardi professor.
Frater Jo. de Sicilia.
Frater Lucas Hispanus ordinis S. Salvatoris sub constitutionibus B. Brigidæ, gubernator monasterii Paradisi.
Frater Antonius de Alexandris professor.
Frater Perius da Roma professor.
Frater Antonius de Passignano professor.
Frater Dominicus Bartholi de Floreotia prior canonicus.
Domnus Simon Matthæi.
Frater Zenobius abbas.
Simon Jeremiæ canonicus Pisanus. D
Petrus canonicus Pisanus.
Frater Dominicus Riostri de Florentia baccalaureus.
Frater Thomas Jacobi de Regno.
Frater Antonius Simonis baccalaureus.
Julianus Cucchi.
Lucas canonicus S. Mariæ majoris.
Philippus de Corsiois doctor.
Stephanus Bonacursi doctor.
Laurentius de Ridolphis doctor.
Rossus Andreossus doctor.
Bartholomæus de Poplechis doctor.
Torellus de Torrellis doctor.
Richardus *Delbene* doctor.
Johannes P. Rustan. doctor. E
Marcellus de Strozzis.
Franciscus de Marchiavellis doctor.
Dominicus P. Mini doctor.
Petrus de Beccanugis doctor.

Ego Petrus S. Mini, S. Dominici civis & notarius Floreotiæ & magnifici communis Florentiæ caocellarius, & imperiali auctoritate judex ordinarius, prædictis omnibus dum agerentur præsens interfui.

EPISTOLA FLORENTINORUM

Ad dominum Gregorium papam XII.

Declarant se ei suam certis conditionibus obedientiam subtraxisse.

1. NEmo est tam expers rationis, saoctissime ac beatissime in Christo pater, qui inficiari possit omnes qui Christianam religionem profitentur, rebus cunctis mortalibus posthabitis, non debere, etiam si opus fuerit, vitam morti exponendo, ecclesiæ sanctæ Dei pacem quærere. Quid enim, si terrena sapere B voluerimus, & cœca oimis inanium caducarumque rerum cupiditate teneri, magis necessarium, magis utile, magis divinum miseræ & afflictæ nimia ecclesiæ excogitari potest, quam pestifero schismate sublato, non duas, proh dolor! sed unam ecclesiam aspicere, & hanc pulcherrimam Christi sponsam, quam ipse pretiosissimo sanguine sno constituit, non in partes doas sectam & duobus capitibus deformatam, sed integram & unico redimitam capite; & in ea esse pulchritudine, qua eam Dominus noster exornavit? Nos igitur cum divina bonitate non inferius membrum ipsius ecclesiæ simus, nulla in re debere nos enixe magis atque diligentiori cura laborare judicamus, quam dare pro viribus C operam ut tam ingens malum, tam sæva tempestas, quæ sanctissimos ac pulcherrimos ecclesiæ parietes disturbat, evertit, & miseranda ruina deformat, penitus tollatur, tranquilla & serena pax Christiaois restituatur. Hoc igitur sanctum desiderium nostrum, hæc egregia voluntas, quæ nobis divinitus inserta est, eo populum nostrum deduxit, ut nihil durum æstimet, nihil laboriosum, quod ad Christianæ religionis reintegrationem cederet. Hinc subsecutum est, ut non sumtus, non labores, non pericula pro hac tam necessaria re declinaverimus. Nota sunt hæc beatitudini vestræ, propterea ea exprimere obmittimus. Deo nota sunt, cui ut placeremus, ad hæc facienda devenimus, D & ipse nobis est testis, sinceris animis & recta mente Christianam a nobis pacem procuratam esse.

2. Experti tamen sumus novem legationes nostras quas ad beatitudinem vestram infra bieooium, & duas alias præstantissimorum civium nostrorum ad adversarium vestrum, qui se Benedictum XIII. appellat transmissas rogatu vestro, nihil usque io præseotem diem profecisse. Nihil etiam valuit, quod tam benigne, tam multa florenorum millia infra tam parvum temporis spatium pro unitate consequenda, ex beneficiis, quæ in nostris finibus sunt, colligi sumus passi. Nihil valuerunt infinitæ propemodum supplices exhortationes nostræ, nihil E preces, quas apud vos porreximus, nihil tam uberes, tam amplæ oblationes nostræ, quibus non solum facultates nostras, sed sanguinem quoque pro ecclesiæ salute benignitati vestræ obtulimus; nihil potuit quod Florentinam, Pisanam, & alias civitates & oppida nostra non semel tantum concedere pro tractatu unitatis obtulimus; nihil denique alia opera nostra profuere: cujus rei culpa apud quem sit, nolumus indicare. Deus enim hoc ipse indicabit. Quid igitur, cum omnia frustra Florentinus populus tentaverit, conatus sit, & vera simplicitate egerit, quæ ad gregem Dominicum reintegrandum

ANNO CHRISTI 1409.

dum proficua judicaret, facere debebat, an sanctum obmittera principium? non vera. Scriptum est enim, non qui incœperit, sed *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*.

3. Cum ergo sanctum & universale Concilium a reverendissimis dominis cardinalibus celebratum iri cognoverimus, & ab ipsis rogaremur, ut in nrbe nostra Pisana eis permitteremus sacrum Concilium celebrari; non tantum hoc assentiri volnimus, sed ne divinam majestatam offendaremus, aut contra sanctæ ecclesiæ instituta faceremus, doctorum hominum in sacris litteria, Deumque timentium consilium sequi decrevimus, a quibus tandem nobis consultum fuit, ad ipsos dominos cardinales, cum ita se ecclesiæ conditio haberet, universalis Concilii convocationem spectare, neque nos sine gravi Dei offensa, cum Christiani simus, posse ipsorum sanctam petitionem non implere. Valnit igitur plus apud nos Dei causa, quam ulla hominum gratia, neque timuimus propterna periculo quopiam humano nos submittere; sed in Deo ponentes fiduciam nostram ad ipsam civitatem concedendam pro ipsa sancta Synodo devenimus, ne ob commodi loci defectum, hæc sancta & necessaria ad Christianam pacem Concilii convocatio impediretur, aut ratione aliqua differretur. Quo facto, per egregios oratores nostros supplicavimus beatitudinem vestram, ut dignaremini exemplu redemtoris nostri, qui exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, humilitatem induere, & non ad mortem eundo, quam etiam nequaquam recusare pro salute Christiani populi dabetis; sed ad sacram & nuiversalem Synodum præfatam accedere, quoniam & via renuntiationis papatui quæ tractabatur, in totum sublata esset, & Concilium illud quod congregandum mandaveratis, non poterat ex duabus aeclesiis quæ constitutæ sunt unam facere, renuistis id quidem, ut nostis.

4. Quamobrem volentes divinæ inhærere voluntati, & ab ea lege sua non discedera, cum crebro a reverendissimis dominis cardinalibus, atque a quibusdam magnis principibus christianis, nonnullisque sanctis hominibus moneremur, labi nos in perniciem animarum nostrarum, si quam obedientiam sanctitati vestræ præstaremus, postquam non juramentis, non votis, quibus Deo & christianis omnibus vos obligastis, non supplicationibus totius ferme populi christiani adduceremini ad pacem & unitatem sanctissimam christianæ religionis. Perturbavit nos sane admodum talis hæc admonitio, & undique nobis angor & angustiæ erant; patri & capiti nostro & in spiritualibus domino obedientiam amnvere cor nostrum acri dolore vulnerabat. Ex altera parte metus divini judicii, & caritas quam ad salutem animarum gerimus, quam salutem omnibus scimus esse rebus anteponendam, alia ex parte pene incredibiliter nos anxios reddebat. Hac in perturbatione nobis existentibus, nihil melius est visum, quam id videre, quod secundum sacras ecclesiæ institutiones, & Dei voluntatem a nobis esset faciendum.

5. Convocari ergo fecimus omnes prælatos, professores sacræ paginæ, & decretorum legumque doctores, nonnullosque religiosos sanctosque viros, in locis ditioni nostræ subjectis degentes, a quibus unanimiter, jurejurando tamen prius in manibus Florentini episcopi præstito, determinatum fuit, quod nisi a vobis desciremus, & omnem obedientiam auferremus, animas nostras mortali peccato occidebamus; quod quam luctuosum, quam grave, quamve durum nobis videretur, non facile exprimeremus. Sed prius quam ad hoc, ad quod necessitata, quæ nulli est legi subjecta, induceremur, tentandum esse rursum per oratorem nostrum virum egregium ac peritissimum dominum Stephanum Bonaccursum, an vos adducere possemus supplicationibus & oblationibus illis beatitudini vestræ factis, ut pro pace ecclesiæ danda, ad universale Concilium Pisis celebrandum veniret. Ex qua quidem nostra legatione, ut nostis, nullus est effectus subsecutus. Quid faceret ergo, sancte pater, populus Florentinus, videns & sciens quod in mortem æternam se præcipitaret, Deum tam graviter offenderet? Eamne obedientiam præstaret, quæ inveteratum schisma nutriret, quæ paci Christianæ inimica esset? In his tamen difficultatibus durisque rebus, & in hac necessitate, in quam devenimus, quod mitius fuit humaniusve delegimus. Subtraximus a vobis enim obedientiam omnem, prout per particulare Concilium, quod in nostra civitate tenuimus, determinatum fuit, non tamen aliter, quam solet prudens & pius filius, qui urgente necessitata, & legitima causa subsistente, impellitur flens gemensque graviter, patrem relinquere, & ejus imperium & obedientiam, ac si ignotus esset, non attendere. Verum has adjecimus conditiones, quod hæc obedientiæ subtractio, non ante sextum & vicesimum diem futuri proximi mensis Martii locum habeat; ac etiam declaravimus, quod si infra hoc tempus mansuetudo vestra dignata fuerit ad præfatum universale sanctum Concilium accedere, seque libera & sponta determinationi ipsius Synodi submittara, atque determinationi præfatæ stare vos obligabitis; vel si decreveritis infra præfatum vicesimum sextum diem per vos vel legitimum procuratorem vestrum, cum pleno & irrevocabili mandato, ad prædictam renuntiationem papatui in manibus reverendissimorum patrum et dominorum cardinalium Pisis existentium, aut alterius cujuscumque speciale mandatum ad prædicta habentis ab ipsis dominis cardinalibus; tunc et in his casibus hæc subtractio obedientiæ pro nihilo habenda est, ac si facta non esset.

6. Tandem ut finem scribendi faciamus, testis est nobis, beatissime pater, testis est conscientia nostra, quam ardenter exoptemus, ut ita vos geratis, quod minime necessarium sit hanc subtractionem obedientiæ locum habere. Vos igitur pro salute animæ vestræ et omnium Christianorum, per plagas illas sanctissimas redemptoris nostri Domini Jesu Christi, per pretiosissimum ejus sanguinem, a quo ecclesiam sanctam fundavit, per illum sanctum lignum crucis, in quo ipse pendens, mortem et superbiam destruxit, et pacem humano generi dedit, vos oramus atque obtestamur, ut exsurgatis in mansuetudine et humilitata, et huic sancto et universali Concilio, suæ vos determinationi subjiciendo, interesse dignemini, aut aliam sanctam, quam supra setulimus renuntiationis viam amplecti, ut tandem indubitata et vera pax ecclesiæ sanctæ reddatur. Nos vero beatitudini vestræ, illi honestæ et societati quam nobiscum habere decreveritis, omnem rationabilem libertatem et salvum conductum, quem postulaveritis, ut liberius ad ipsam civitatem

tatem Pisarum accedere valeatis, et generali Concilio interesse tenore præsentium pollicemur. Datum Florentiæ.

ANNO CHRISTI 1409.

AD MAGNIFICOS VIROS DOMINOS

Florentinos, post subtractionem factam Gregorio.

Ib. p. 946. MAgnifici & potentes domini, amici nostri carissimi, post salutem.

Cunctos inter populos qui sub professione Christiana censentur, vestram communitatem de zelo, sacro Dei cultu, justitia, singularique in suis actibus gravitate semper audivimus nec immerito commendari, ex quo quidem agro virturum a bonis vestris seminatis veteribus, & usque ad vos novissimos diligentiore cultu, non solum odorem bonæ famæ progressum probabilem æstimamus, sed & fructus pacis, libertatis ubertatem, potentiæ magnitudinem, ac divitiarum copiam vestro singulariter populo pervenisse; adeo ut digne dici possit: Populus est vester cui Deus benedixit. Audiveramus enim, sed ex ore reverendissimi patris domini A. (a) S. R. E. episcopi Penestrensis cardinalis Aquilejensis dignissimi, nuper a vestra Florentina civitate redeuntis, læto animo percepimus & jucundo, quantum ab antiquis non deviantes, sed potius perseverantes, devotionis affectum ad sanctam romanam ecclesiam per opera manifesta in perpetuum memoriæ retinenda, vestræ nuper virtutes ostenderunt, quantumque cum diligentia & gravitate celebratis solemniter comitiis & consiliis vestris, necnon ad Concilium prælatis & aliis famosissimis clericis, qui vestro in territorio sunt reperti, solertissime convocatis, pro effectu sanctæ præfatæ ecclesiæ toti populo Christiano optatæ unionis, maturaque omnibus deliberatione pensatis, vestram & omnium vestrorum devotionem a domino Gregorio detestandi schismatis pertinacissimo fautore divertentes, divina inspirante clementia, in favorem ejusdem unionis, nostris jugi ardore ad ipsam flagrantibus vota unanimiter, exceptis paucissimis numero & æqualitate, laqueo satanæ irretitis, conformia penitus reddidistis. Digne quidem omnes vestræ præteritæ actiones laude multiplici, sed laudum inexplicabilem cumulum hæc quæ in præsentiarum fecistis opera mortales inter omnes gloriæque promissione æternæ apud cunctipotentem, cujus res agitur, vendicarunt. Nos vero pensantes quanto dignior sit res maturis digesta consiliis, quodque plerumque consiliorum prolixitas operibus brevitatem largitur, in agendisque succenditur, quod dilatatur in otio, quamvis ardore quodam ab ipso Jesu Christo nobis infusæ caritatis citiorem ad conclusionem fuissemus incensi; vestram tamen hanc sanctam operam eo majoribus attollimus laudibus, quo magis digestam totique populo Christiano futuram in Domino confidimus: gratiarum actiones quas possumus vestræ magnitudini referentes, ac Dominum Jesum Christum continuis orationibus propulsantes, quatenus vestram rempublicam felicibus extollat, augeat & conservet auspiciis juxta vota, nihilominus universaliter et specialiter nos favoresque nostros vestro statui continuis temporibus obnoxios offerentes. Demum, magnifici domini, amici nostri carissimi, quamvis ea quæ hactenus fecistis, spem nobis in dies pinguiorem spoponderunt, confidenter tamen vestram magnificentiam requirimus & hortamur in domino, rogantes affectuose, quatenus ea quæ circa ea sancta cœpta pro bono unionis præfatæ minus completa supersint, ad perfectionem vestra prudentia jugi & solerti cura, prout speramus, faciat perduci ad magnificos dominos Senenses & alios conterminos & circumvicinos cum scriptionibus, cum orationibus, omnibusque aliis vestræ prudentiæ visis honestioribus modis hortari, quatenus se in operibus vestris sanctis aperto oculo speculantes, ad itidem faciendum se disponant. Quicquid enim per alios vestris intercessionibus & exemplis factum fuerit, ad laudum præconium vobis majus cedet. Nos vero & litteris & vocibus vivis, quantum cum Deo poterimus, eos & cunctos alios forte dormientes curabimus ad hoc pium & toti populo Christiano salutiferum opus excitare; parati semper ad vestra & vestræ reipublicæ beneplacita, augmenta, & honores unanimi & prompto corde. Datum Pisis, sub priorum nostrorum signetis die XI. Febr. II. indictione MCCCCIX.

(a) Antonii

ANNO CHRISTI 1409.

E P I S T O L A

Ad serenissimum Francorum regem per magnificos dominos priorem, vexilliferum justitiæ populi & communis Florentinorum.

Declarant se subtraxisse obedientiam Gregorio papæ.

SErerenissime atque gloriosissime princeps, & plusquam metuendissime domine, domine noster singularissime, quot labores jam in procuranda ecclesiæ unitate, postquam dominus Gregorius in summum pontificem assumptus fuit, pertulerimus, quot ad eum legationes hac pro re miserimus, quam supplicibus verbis ipsum ad reintegrationem Christianæ religionis adducere conati simus, quam ingenti pecunia cum propterea juverimus, qualia etiam idcirco secum quantaque egerimus, quoniam longam exigeret orationem, silentio præterire decrevimus. Satis enim nobis est, majestati vestræ significare, quod frustra omnia usque in hanc diem tentavimus, & quod nihil nostri sancti conatus apud eum profecerunt. Quamobrem visum nobis expediens fuit ipsius ecclesiæ unitati, ut reverendissimis in Christo patribus & dominis cardinalibus utriusque collegii hæreremus, qui ut sublimitati vestræ notum est, ab eorum capitibus discesserunt, prorsus desperati ipsos de papatu contendentes ad sanctam & necessariam Christiano populo unitatem posse adducere, quosve cernebamus pure & sancte unitatem ipsam quærere. Hinc igitur est subsecutum, quod eis Pisanam civitatem pro sancta & universali Synodo congreganda concessimus, multis nos propterea periculis subjiciendo, quæ omnia subire non recusamus, tum ut divinæ bonitati placeremus, tum ut huic tam magnæ, tam salutiferæ, tamque sanctæ rei non deessemus, conati etiam sumus pluribus nostris legationibus ipsum dominum Gregorium adducere, ut ad hoc sacrum & universale Concilium vellet accedere; sed nihil apud eum, qui in hodiernum usque diem aures veritati clausit, hæc vim habuere. Quare tandem cum a pluribus doctis & sanctis viris admoniti essemus, non debere nos ei qui ecclesiam Dei vastaret, & in ipsius perniciem inveteratum schisma nutriret, aliquam obedientiam præstare, quoniam hoc faciendo mortali peccato animas no-

Ib. p. 948.

stras occideremus, a præfato domino G. obedientiam omnem subtraximus, non tamen sine consilio cujusdam particularis concilii, quod in nostra civitate congregavimus, quorumdam prælatorum atque multorum sacrarum litterarum utriusque juris doctorum, qui centum & ultra fuere. Sed huic obedientiæ subtractioni has conditiones adjecimus, quod non ante sextum & vicesimum diem mensis Martii proxime venturi, hæc locum haberet, ac etiam ut pro nihilo haberetur ac si substracta non esset, si infra dictum tempus ad præfatum sanctum Concilium ipse Gregorius accesserit, & ipsius determinationi se submiserit, vel per se, aut per suum legitimum procuratorem, papatui antequam præfatus vicesimus sextus dies labatur, renunciaverit. Quam nostram determinationem majestati serenitatis vestræ idcirco notam facere decernimus, ut cognoscat nos veros atque devotissimos filios vestros sublimitatis vestræ vestigia imitari, & ea implexisse, ad quæ dignatus est nos hortari, & per litteras & per egregios oratores majestatis vestræ, cui nos humiliter commendamus. Datum Florentiæ.

CAPITULA DOMINI NOSTRI

Papæ ad Florentinos.

IN nomine domini & gloriosissimæ genitricis Domini nostri Jesu Christi Mariæ, semper virginis Dominæ nostræ.

Primo ambaxiatores sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Gregorii divina providentia papæ XII. dilectis filiis suis prioribus artium, & vexillifero justitiæ populi & civitatis Florentiæ, ceterisque civibus ejusdem civitatis, apostolicam benedictionem & paternam salutationem exhibeant pro parte sanctitatis ejusdem.

Deinde dicant, quod sanctissimus dominus noster prædictus suscepit ambaxiatam quamdam parte prædictorum dilectorum filiorum suorum, per nobilem & egregium doctorem oratorem eorum, dominum Stephanum de Bonacorsis in hoc effectu.

Primo quidem cum filiali reverentia visitavit prædictum dominum nostrum papam parte dictorum priorum & vexilliferi justitiæ & totius populi Florentiæ.

Secundo, ipsius sanctitati communitatem & populum Florentinum commendavit.

Tertio, ipsi obtulit ipsam communitatem & populum in rebus possibilibus & honestis.

Quarto, supplicavit & precatus est sanctitatem suam, ut dignaretur ad Concilium Pisas per utrumque collegium convocatum accedere, ut pax & unio in ecclesia sequeretur.

Quæ quidem omnia & multa circa illa seriose & eleganter in publico suæ sanctitatis consistorio narravit. Ubi benignam, seriosamque audientiam per dominum nostrum suscepit. Et quamquam multa quæ expedientia visa sunt, per præfatum dominum nostrum & oratorem prædictum hinc inde pluribus mediis, responsionibus, replicationibusque ventilata fuerint, velut notum est multis astantibus, & prout dictus eorum egregius orator poterit referre, tamen ad dilectam filiam suam communitatem Florentiæ dominus noster papa suos deliberavit transmittere oratores, suam intentionem responsuros super prædictis, præterea & quædam alia narraturos ut infra.

Primo quidem visitationem suscipit tamquam a dilectis filiis sanctitatis suæ & sanctæ matris ecclesiæ, & eis paterno affectu regratiatur.

Similiter quoque eorum recommendationem suscipit, eisque ut supra regratiatur.

Tertio, de oblationibus dictæ dilectæ filiæ suæ communitatis prædictæ paterno affectu & toto posse regratiatur, & certificat prædictam communitatem & dilectos filios suos cives universos populi & civitatis ejusdem, quod ad nihil aliud suscipit oblationes suas, nec illis uti vult, nisi ad ea quæ sint proficua paci unicæ & immaculatæ sanctæ Dei ecclesiæ sponsæ, & opportuna unioni populi Christiani, & ad ea quæ proficiant reipublicæ & commodo spirituali & temporali civitatis prædictæ; quæ sint insuper illi possibilia, juridica, æqua, honesta, & prædictæ communitati honorifica; dilectos filios prædictos paterne hortans, quatenus Beati Petri sedis honorem conculcare nolit, tamquam catholici filii: sed & si qui conculcare præsumserint, ea potentia, quæ sibi a Domino tradita est, ad reprimendam malitiam resistere velint. In hoc enim putat tam Deo gratum, quam hominibus honestum & debitum exhortari.

Quarto, dominus noster papa miratur, quod dicta communitas instet, quod Pisas accedat. Scit enim in ipsa civitate Florentiæ multos fore sacrarum scripturarum jurisque peritos, multos præterea prudentes, probosque cives, unde ignorari non debet nec posset, quod Concilium Pisas convocatum nullum est, quia præter, immo contra legitimam auctoritatem convocatum.

Quod etiam Concilium taliter Pisas convocatum nullum est, quia naturæ Concilii contradicit. Concilium enim a communi intentione dictum est, unde cum hoc non communi, sed particulari intentione vocatum est, Concilium esse non potest.

Non potest præterea esse Concilium, quia Concilium quasi consilium dictum est. Unde quotiescumque prius terminatio fit quam consilium, Concilium evacuatum est. Nunc autem quia manifestum est, eos qui Pisas se evocasse Concilium dicunt, prius dominum nostrum papam exspoliasse obedientia, & plurimos concitasse, ut præfatum dominum nostrum de facto obedientia exspoliarent, antequam Concilium sive Concilium judicaverit ipsum exspoliandum; certum est ipsos auctoritatem Concilii præoccupasse, & evacuasse Concilii naturam, quia cum electio facta est, super eodem consilium frustra est. Non utique consilium potest esse electio, sed consilii finis. Unde cum consilium sit eorum quæ sunt ad finem, quomodo fieri potest, ut electio antecedat consilium; aut si electio manifesta fuerit, quomodo esse potuit post electionem consilium?

Ordo præterea & judicii natura perversa est per illos qui Pisis sunt, quoniam judicium ante latum est, quam de competente judice terminatum sit. Et si certum judicem fore hujusmodi Concilium quod vocaverunt, admitteretur; manifestum est eos qui Pisis sunt prius sententiam contra dominum nostrum papam tulisse, cum per orbem publice antiquati schismatis fautorem damnando & hæreticum, & obedientia quam possederat per xxa. annos & ultra exspoliando, aliosque ut exspoliarent incitando, prout notorium est, antequam suus judex, si tamen judex dici potest, nedum

actus

ANNO CHRISTI 1409.

actus opportunus præmiserit, ad sententiam legitime ferendam; sed etiam antequam judicandi causa sederit, & quod absurdissimum est, etiam antequam adsit judex, quem expectant.

Et quamquam dicant, quod ideo eorum est Concilium generale, quia ad illud utriusque obedientia concurret; respondetur, quod neque de jure, neque de facto eorum Concilium potest esse universale. De jure canones attestantur; de facto manifestum est multos utriusque obedientiæ ad ipsorum conciliabulum non esse venturos.

Advertat igitur, requirit & monet sanctissimus dominus noster papa, tot proborum civium prudentia, qualiter eorum opinioni faveant, qui nec de jure nec de facto valent sanctæ ecclesiæ pacem exhibere modis quibus tentant.

Advertant ceterum attente, requirit & monet SS. dominus noster, tot proborum civium prudentia, quomodo & consulunt & eum deprecantur, ut Pisas accedat, & eorum se Concilio submittat, aut illorum Concilium approbet, qui conventuros ad Concilium illiusmodi, non ideo vocaverunt, ut consulant, sed ut determinata ante Concilium approbent, nec eos, ut auditis partibus & eorum discussis juribus judicent, vocaverunt; sed ut iniqui judicii approbatores & executores fiant.

Advertant quomodo eis faveant, qui pacem velle dicunt, & cum pacifici haberi possunt, jurgia quæ non expediunt excitant. Paratus est enim dominus noster papa servare sponte vota per eum jurata, immo paratus esset & est potius mortem, si expediat, velle subire, quam juramenta frangere & vota.

Advertant quomodo illis faveant, qui papam cogere volunt, ut cedat juri suo, cum cessio non valeat, & expediat quod voluntaria sit, non coacta.

Advertant quomodo illis faveant, qui cum universale velle Concilium dicunt, & universale de jure & de facto habere possunt; potius particulare quærunt habere, contradicente domino nostro papa, quam universale habere, ipso eum suis adversariis convenire volente, & universale congregare communi omnium consensu Concilium.

Advertat eorum prudentia, quomodo illis faveant, qui sibi ipsis palam contradicere deprehenduntur. Dicunt enim quod dominus noster papa non vult unionem, & cum ipse velit, & operam, quantum in ipso est exhibeat, ut fiat, ipsi contradicunt; & quod voluntarie & pacifice vult, ipsi suis sagacibus jurgiis destruere moliuntur.

Dicunt velle quod cedat, & dum ipse paratus sit juxta promissa sua sponte cedere, ut pax Romanæ & universali reddatur ecclesiæ, ipsi vim inferunt: & sic quod sponte facere vult, & quod sponte fieri potest, & sponte fieri debet, eorum violentia inficit & invalidat.

Dicunt quod Concilium, etsi spectaret ad eum, quod adversa pars numquam suo Concilio vellet interesse, universale esse non posset; & quia universale expedit Concilium pro pace ecclesiæ, propterea modum servari oportet, ne propter hoc pax impediatur ecclesiæ. Nunc autem dominus papa attendens, quod licet Concilium per ipsum convocatum de jure universale sit, tamen ne facti defectus, quantum in ipso est, unionem populi impediat & pacem ecclesiæ, contentus fuit & est, quod relictis juris apicibus, fiat communi omnium partium consensu congregatio & Concilium unum, per quod pax ecclesiæ sanctæ reddi, & unio populo christiano valeat. Ipsi vero qui universale Concilium expedire dixerunt, nequaquam ei quod de jure & de facto est universale assentiunt, sed ne universale fiat contradixerunt hucusque. Et ne illud quod universaliter fieri potest & debet, omnium communi assensu fiat, toto posse laborant, particulare detestantes, & particulare quærentes, juris veritatem & sanctiones importunas inquirentes, & novissimis jurium interpretationibus suam molientes deducere voluntatem.

Advertat insuper attente, requirit & monet Florentinorum catholica prudentia, si dominus noster papa bene faceret, si excusabilis in districto judicii examine redderetur, si sedem B. Petri institutione divina cunctis prælatam sedibus, his qui se utriusque collegii cardinales inscribunt, subderet, & futuris præberet audaciam cardinalibus, qui ipsius judicio submittuntur, judicem apostolicum ad judicium trahere, qui soli Deo & nulli hominum subesse dignoscitur, cujus causam & culpam a populo, ab augusto, & a clero Deus justus & omnipotens eximens, suo tantum voluit reservare judicio.

Advertat etiam catholicorum prudentia filiorum, si papa tenetur aut debet beati apostolorum principis Petri sedis stabilitatem impelli trahique permittere, & impellentibus trahentibusque assentiendo, occasionem præbere, viamque recludere, per quam sedes prædicta præsumatur concuti, in cujus stabilitate & firmitate universa fides fundata est, & potestas quiescit ecclesiæ. Cum enim XII. apostoli erant, soli Petro per Dominum non frustra dictum est: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo domum meam.* Et iterum ut fidei stabilitatem in eo demonstraret principaliter instituisse, inquit; *Petre, rogavi pro te, ut fides tua non deficiat.* Nec abs re putandum est sedem B. Petri cunctis sedibus fore prælatam, quia cum sedere mobilitatem sedentis excludat, & sedere potestatis & judicantis sit, & Petrus a petræ immobilitata dictus sit, valdo dissonum est & protervum, ecclesiasticam potestatem in tanta stabilitate fundatam commovere, & quodammodo inexcusabilia redditur, qui fidei firmitatem, & ecclesiasticæ potestatis venerationisque quietem, concitare audet, vel quod concutiatur assentit. Heu! quam magna impietas, quam insolens texitur periclitatio ecclesiæ, ut propter unius odium, vel ad satiandam plurium ambitionem, fideles discant fundamentum fidei concutere volentium tradere potestati.

Circumspiciat attente prudentia Florentinorum, & facile deprehendet, quis aut qui sint antiquati schismatis fautores, & novi schismatis suscitatores, vel per quem aut quos stat seu differtur, quominus pax vera reddatur ecclesiæ, & vera unio fiat.

Dicant qui sui etant, si dominus papa Gregorius verus umquam papa fuit, numquid poterat esse schismaticus, cum proprie schisma fit, quando fideles dividuntur a papa; vel si schismaticus papa sit, & antiquati schismatis fautor defendendo jus papatus, & suum.

Et si sit, quare non ita dominus Bonifacius, & dominus Innocentius, cum tempore ipsorum schisma novum dici non poterat, sed antiquatum?

Et si illi etiam fautores schismatis fuerunt, quare de manibus illorum cardinalatum susce-

ANNO CHRISTI 1409.

perunt, ad nutriendum schisma inveteratum, & ad fovendum schismaticos?

Et si dominus Gregorius numquam fuit papa, quare ipsi cardinalatum usurpant?

Et si dominus Gregorius hæreticus est, quia dubium sibi jus papatus servavit, quare non sic ipsi, qui pari ratione dubium sibi jus cardinalatus servantes servaverunt?

Dicent, licet in dubio dubium jus servare, quousque terminatum fuerit super dubio, aut aliter inter partes dubias pro unitate conventum fuerit, & sufficit toto posse insudare, ut dubium terminetur jure vel pacifica conventione, quare non fiat illi licitum sicut & fuit eis?

Vult dominus noster papa realiter renuntiare, sicut juravit & vovit, ut veram pacem veramque unionem ecclesia habeat & populus christianus. Discutiatur ergo solerter, & sagaciter ventiletur, si dominus noster papa a justitia & æquitate divina & naturali discedit. Et cum vera pax & justitia osculatæ sint, & pax vera absque æquitate esse non valet, si dominus noster a justitia & æquitate discedit, hostis pacis ecclesiæ habeatur: si vero justitiæ & æquitati divinæ & naturali ipse hæret, alii vero ab omni justitia & æquitate discedont, ipsi eodem judicio habeantur innoxii.

Videatur insuper, si ipse aliquid proprium quærit, unde merito suspicari valeat, quod pacem ecclesiæ impediat, cum ipse paratus sit, ut supradictum est, propter veram unionem papatui renuntiare.

Inquirat orbis, qui scit multos etiam cives Florentiæ non ignorare, utrum nonnulli Pisis existentium & aliqui qui se cardinales dicunt, multis illicitis promissionibus & viis papatum quæsierint & quærant.

Inquirunt illi unionem, justitiam & æquitatem divinam & naturalem confundere non verentes, ut papatum & magistratum in ecclesia, quocumque modo fiat, acquirant. Et secundum justitiam & æquitatem divinam & naturalem dominus noster papatum relinquere procurat, & propterea damnandus est, & ipsi sanctificandi erunt? O hominum immensa justitia!

Attentis igitur prædictis, & quod dominus noster paratus est operam cum effectu exhibere promissa sua servando, & cetera quæ expediunt pro dicta unione exequendo, quæ sint secundum justitiam & æquitatem divinam & naturalem, & non sint in conculcationem apostolicæ sedis & fidelium suorum. Nam aliter divina majestas, quæ in sede B. Petri quiescit & fulget, super terram læderetur, & dignitatum ordo, qui ab ipso Rege regum & Domino dominantium institutus est, confusus perverteretur, & prætereveniendi magnum exemplum & occasio præberetur subditis adversus Christum Domini, quibus nullo modo assentire debet aut vult, nec intendit insuper assentire aliquo modo, quod fideles e ceteris mirabiliter conculcentur, ne divina justitia injustorum oppressione lædatur, quod foret piaculum grande, & maximum dedecus apostolico throno inde redundaret.

Dilectos filios suos communitatis & populi Florentini cives universos requirit & hortatur in Domino & per misericordiam Domini obsecratur sanctissimus dominus noster papa, quatenus cum illis qui Pisis sunt, & cum adversario intercedere placeat, & taliter partes interponere suas, quod ad unum locum communem a partibus non præelectum, & venientibus stantibusque tutum, qui illas habeat circumstantias, quas canones & æquitas dictant, cum ipso convenire velint, in quo fiat communi partium consensu congregatio & universale Concilium, ubi paratus est interesse, & unionem cum effectu, promissa servans populo, dare, quantum in eo erit. Sperat enim si vestra intercessione hoc fiat, fructus optatus pacis a Domino dabitur populo, votivus & expeditus, & rejectis scopulis juris & periculosis involutionibus, quæ propter illa multorum Christicolarum animabus imminerent, resecabuntur corporibus innumerabilibus discrimina quæ parantur, laudem jubilumque pacis poterit divinus populus decantare Domino cum Psalmista: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*. Tunc florens civitas præter merita quibus florebat vere in excelsis, in terris florens prædicabitur & gloriosa.

Hæc enim dominus noster papa paterno affectu, & cum grandi fiducia prædictis filiis suis exigit. Scit enim quanta possunt circa hæc, & præcipue cum illis qui Pisis sunt; & ipsos quæ possunt facturos sperat, attento maxime quorumcumque fidelium debito & proficuo, & attento quantum zelum erga unionem christiani populi & pacem sanctæ matris ecclesiæ ostenderunt.

Sperat insuper prudentiam suam taliter se habituram, quod omni populo propalabitur, ipsos non unionem propter privatum commodum & loca sua dilexisse; sed propter unionem loca quælibet illi apta & æqua pariter diligere; non enim propter loca res, sed propter res loca quærenda sunt.

Et ne suspicari valeat, quod ad dilatandam & subterfugiendam unionem dominus noster papa mutationem loci quærat, contentus est dominus noster papa, quod adversarii suæ sanctitatis unum virum eligant, qui ipsis placuerit, & ipse similiter unum eliget pro parte sua.

Et quoniam dominus noster papa quod supradictum est tota intentione peroptat, intendit virum eligere, cunctis rationibus divisionem christiani populi, & schisma Deo abominabile, & hominum exterminium odientem, & ecclesiæ sanctæ pacem & unionem fidelium diligentem, non solum propter publicam utilitatem & commodum; verumetiam propter privatam: cui sanctitas sua injungere deliberat, ut locum eligat cum omni solertia & æquitate, rejectis cunctis cavillationibus & dilationibus. Et ideo carissime requirit & hortatur in Domino, prædictos dilectos filios suos, ut instare velint cum adversariis sanctitatis suæ, ut similiter faciant.

Dolet insuper paterno affectu dominus noster cum prædictis filiis suis, de modis servatis Florentiæ his diebus adversus sanctitatem suam. Et primo dolet, quod Concilium quod congregaverunt, ad deliberandum utrum eidem domino nostro papæ deberet per ipsos totaliter auferri obedientia, fuit ex personis ut plurimum passionatis contra justitiam suæ sanctitatis, & quorum plurimi assenserant conspirationibus & terminationibus contra suam sanctitatem factis.

Deinde dolet de modo servato in formando & proponendo punctum, super quo consilium quærebatur. Modus quidem proponendi punctum, & quærendi consilium sicut suæ sanctitati relatum est, hic fuit: Vexillifer justitiæ in hunc vulgaria verba surrexit: *Stando ne i termini*

ANNO CHRISTI 1409.

mini del scisma come egli stanno, noi domandiamo se secondo iddio e la bona conscienzia, & secondo la ragione siamo obbligati a dare in tutto la obbedienzia al misero papa Gregorio, perchè in cotesto non vogliamo solo attendere la conscienzia ma eciandio le ragioni, nè vogliamo più la parte affirmativa che la negativa; ma stare intendiamo secondo ragione alle vostre determinazioni. Voces apparentes honestatis fuerunt; sed si intentio & verba honestati consonabant, non diu per proferentem infrascripta absconsum fuit. Inquit enim: *Et acciochè ciascuni siano liberi nel parlare, & da niuno timore suggetti noi vi notifichiamo che egli è determinato per noi che niuno boulle apostoliche siano obedite sotto la nostra signoria siano obolę per privazione de beneficii o* B *per decessione de prelati. Ancora determinato habbiamo che niuno denaro per collectori siano portati al misero papa Gregorio.* Ex quibus satis comprehendi potest, quod Concilium ad utramque partem postulatum, solum illis qui obedientiam auferendam consiliaturi erant liberum factum est, immo satis aperte suasum, aliis vero hæc libertas data est. Hæc suasio præstita libere pro veritate consulendi, quod videlicet domini deliberationi se opponerent, si obedientiam dicerent non auferendam. Quis enim nescit naturale fore hominibus, etiam amicos absentes faciliter culpare, quos præsentes redarguere non auserint. Quanto magis, si agnoscant veritatem, cum dixerint, magistra- C tibus displicere? Quis nescit quod multi consiliarii inveniuntur, qui vultum principis & actus ante examinant, ut quid applauserint perpendant, quam rem discutiant, ut consulant veritatem. Sat sufficere debebat ad hæc mala prona ut plurimum consulentium malitia. Verum ne propter ignorantiam peccarent, domino papæ jam oblatam esse per dominum Florentiæ potestatem apostolicam exercendi jurisdictionem in terris suis, & debitos apostolicæ cameræ proventus, palam dictum fuit. Quid ergo illi auferendum consulere supererat, nisi solum papæ nomen, cum jam directo & utili dominio dominus noster papa Gregorius esset exspoliatus per eos. Dixerunt insuper: *Ancora* D *habbiamo determinato che veruno generale de gli ordini de Mendicanti non possa essere offeso sotto la nostra signoria.* Sed si libera dari volebat consiliariis ad utramque partem facultas; quare non saltem additum fuit illis verbis: *Et determinato habbiamo che a veruno de Mendicanti che vogliano vel consigliata tenere la obedienzia de papa Gregorio, niuno de generali possa fare novitanti nostri terreni.* Sed quanta cum honestate ulterius processum fuerit verba referant. Dixerunt enim: *Gli è stato chiamato per voi il venerabile patre maestro Luca a cotesta congregazione, e non è venuto, hen sarà di venirve doman, meglio havrebbe fatto se vi fosse venuto oggi.*

Visum erat supradictis verbis nomen papatus relictum fuisse domino nostro pap. Greg. nunc autem cum dictum sit: *Gli è stato chiamato il venerabile patre &c.* dominium Florentiæ non habere in card. eos quos fecit card. dominus noster papa, per ipsorum verba astantibus manifestum fuit; quod nihil aliud apud eos qui audiverint refert, quam quod ex tunc dominum nostrum Gregorium papam non habebant in papam.

Quibus dictis, relatum est domino nostro papæ per cancellarium vestræ communitatis: A Dilecti filii sui priores artium & vexillifer justitiæ populi & civitatis vestræ legere fecerunt instrumentum confectum super tollendo schismate tempore quo ad summum pontificatum dominus noster Gregorius evectus est. Deinde præceptum fuit omnibus astantibus, ut redirent in crastinum.

Hoc quidem summe placuit & placet domino nostro papæ Gregorio, videlicet quod instrumentum illud lectum fuerit, & sæpius perlegatur: quoniam dispositus est quodcumque apparet in instrumento ipso juratum, votum, & promissum integre & realiter observare. Et utinam adversariorum suorum jura & debita a fidelibus debite discuterentur & cernerentur, sicut jura sanctitatis suæ indebite ventilata sunt. Et utinam eorum ipsi cogerentur juramenta & vota servare, si nollent, sicut ipse realiter & sponte paratus est, sua juramenta & vota servare, quoniam pacem celerem & bonam sine peccato & dilatione experiretur sancta mater ecclesia.

Ceterum relatum est domino nostro papæ, quod in crastinum congregatis prædictis omnibus dictum fuit illis per cancellarium prædictum in hunc effectum: Ut omnes super materia sint magis docti & clari, volunt domini mei, quod dominus Laurentius de Ridolfis primo loquatur pro utraque parte, nihil determinando. Post quæ ipse dominus Laurentius tractatum quemdam, quem contra veritatem & C justitiam domini nostri papæ confecerat, recitavit: in cujus narratione licet quicquam conclusive non fuerit visus asserere; tamen conatus fuit, quantum potuit, ut argumenta impugnantia contra defendentia justitiam & veritatem vellicando prævalere viderentur.

Postquam vero ille conticuit, ut relatum est, surrexerunt multi & præcipue quidam qui interfuerant, quando de unione tractatum fuit inter dominum nostrum papam & adversarium suum, in multis malitiosis adinventionibus deducere conati sunt, dominum nostrum papam cum adversario suo intrinsece de schismate non tollendo fuisse concordem. Secundo dicebant per dominum Gregorium tractatum unionis D fuisse fractum. Idem asserebat ille qui se dicit cardinalem de Thureio, & multas alias cavillationes per dominum nostrum papam & adversarium suum servatas fuisse ad impediendam unionem, magnis fictionibus probare nixus est. Deinde facta aliquali reflexione, multi alii pulpitum ascendentes, approbaverunt totalem obedientiam removeri debere a domino nostro papa.

His omnibus ponderatis, videre videtur SS. dominus noster in principio disputationis illius, videlicet utrum sibi deberet auferri totalis obedientia, an ne, licet non fuerit præmissa laudabilis & consueta protestatio, tamen aliqualem consuetudinem fuisse servatam, videlicet E quod quidam surrexit, & quæstionem proposuit, & per quemdam alium argutum fuit ad partem utramque. Sed cum soleant conclusiones poni, ille tacuit quod per alios quosdam & per quem alias conclusum fuerat. Cum soleat insuper solus unus conclusiones ponere, & quantumcumque verissimæ sint, major pars astantium, etiam qui super cathedram sedet, pro elucidanda veritate conclusiones impugnare: exceptis tribus, quorum unus, ut relatum est, dixit sibi non videri quod obedientia deberet auferri suæ sanctitati, nec tamen aliter ausus est contradicere, alius vero inquit, melius

ANNO CHRISTI 1409.

lius est bene mori quam male vivere, & quod habebat dominum Gregorium in verum papam. Alius obtulit se velle in fornacem ignis ardentis introire, si aliquis ex adversariis domini nostri papæ Gregorii similiter introire vellet in testimonium veritatis. Nullos injustas conclusiones ausus est impugnare, nec inventus est inter tot illorum, qui divinas veritates cavillare consueverunt, zelo studiositatis & exercitio intellectus, vel ut videantur ceteris sapientiores, qui si non zelo veritatis, aliqua saltem hujusmodi causa apostolicam justitiam, & principis apostolorum sedem & thronum defensare voluerunt, & sapientia ad fallacias & sophismata refellenda usi fuerint, quam a Domino receperunt, sed ad sua desideria coacervabant sibi magistros prurientes auribus.

Verum quot vera & honesta ibi proposita & præsupposita fuerint, faciliter discutere volentibus innotescet. Præsuppositum enim ibi fuit dominum nostrum papam Gregorinm cum adversario suo de schismate non tollendo fuisse concordem, & inde dictum est ipsum fautorem schismatis fuisse & hæreticum. Negatur propositio, antecedens probent ipsi qui asseruerunt, vel si probare non possunt, quod numquam poterunt, quia verum non est, unde ex antecedente hoc falso conclusio vera? Et quamquam sufficiat domino nostro papæ negasse verum esse quod falsum est: tamen ut magis adhuc falsitas deprehendatur, & clare videri possit, quod sua sanctitas non fuit, nec concors est cum adversario de non tollendo schisma; quod dominus papa pluries dixit, iterum replicat, quod patatus est in uno loco communi cum suo adversario convenire a partibus non prælecto, & venientibus & stantibus tuto, qui illas habeat circumstantias, quas canones & æquitas dictant, in quo fiat communi partium consensu congregatio & universale Concilium. Ibi patatus est interesse, & unionem cum effectu, promissa servans, populo dare, quantum in eo erit. Et si ille adversarius suus venire recusaverit, paratus est etiam absque adversario suo cum illis, qui Pisis sunt convenire in loco, prout supradictum est, & sua juramenta & vota integraliter observare. Ex quo satis clare patet, quod cum illo concors non fuit, nec est de schismate non tollendo, prout assertum fuisse in illo Concilio suæ sanctitati relatum est.

Audivit insuper ibi dictum fuisse sanctitatem suam fregisse tractatum unionis. Ad quod ipse respondet, quod tunc non unionem multi tractabant, sed conspirationes & subversionem veritatis, & destructionem personæ suæ. Quod vero hoc verum sit, quot scandala e vestigio pullulaverint contra suam veritatem & personam, opus probat.

Advertens igitur præfatus dominus noster papa Gregorius, cum quanta animositate & injustitia in illo Concilio, quod tamen deliberatio præcesserat, actum fuerit adversus sanctitatem suam, præter, immo contra omnem juris ordinem & æquitatem, dolet non de communitate & civium universitate, sed de quibusdam qui sive ignorantia, sive malignitate, sive odio, cujus tamen parti sui causam illis datam ignorat, sive injusto amore allecti, sive iniquo pretio, aut illicitis promissionibus vendicati, veritatem & judicium subverterunt in offensam omnipotentis Dei & apostolicæ sedis, & personæ suæ sanctitatis opprobrium, sancientes contra principis apostolorum successorem, & exequentes quod contra minimum clericum & subditum suum facere de jure & æquitate non poterant, nec debebant.

Ut videant insuper dilecti filii sanctitatis suæ cives Florentini, qualis & quanta honestas servata fuerit adversus sanctitatem suam, advertant attente, requirit. Quæ enim lex præcepit, quæ æquitas suasit, ut Concilium illud ad instantiam adversantium sibi congregarent, & cum sanctitas sua non distet a civitate Florentiæ; ultra quam per tres dietas, nihil sibi notificatum extiterit.

Quæ lex præcepit, quæ æquitas suasit, ut ex tot adversantibus sibi & complicibus illorum admissi fuerint in Concilio, & sanctitas sua minime requisita fuerit, ut si unum saltem minimum vellet mittere, posset ipsos de sua veritate & justitia informare?

Forte ad excusandas excusationes in peccatis dicent, vocatus fuit ad Concilium prædictum cardinalis suus, & noluit interesse. Sed quomodo vocatus est, dicatur. Interesse voluit tamquam legatus apostolicæ sedis, & illo modo noluit admitti. Quid aliud hoc referebat, nisi quod aut legatus nolens opprobrium apostolicæ sedis & personæ suæ, ideo interesse recusasset, & sic honestum vocationis colorem sibi vendicasse nisi fuerint; vel quod si tamquam non legatus interesset, magis videretur patriæ voluntati & legi per eos jam ordinatæ assentire velle videri; & sic ipsam injustam tamquam justam approbare legem, quam domini nostri papæ Gregorii potestati eredere, & ipsam patrio dominio præponendo defensare.

Verum Deus omnipotens, qui abscondita cordium consilia manifestat, noluit ipsos longa suam honestatem abscondere posse. Miserunt enim ad sanctitatem suam oratorem suum, narrantem quæ statuta fuerunt post Concilium hujusmodi, & certa, sicut supradictum est, petentem. Sed quare non sic antea?

Sed ut honestum adderent honestati, terminum dierum trium orator ipse statuit domino nostro ad respondendum. Si vero infra dictum terminum dominus noster papa non responderet, dominos suos aliter provisuros ajebat. Prævisi fuerant adversantes domino nostro papæ per hebdomadas, ut consuetum est ut plurimum. Triduo longior terminus furibus & homicidis & aliis reis & damnandis ad mortem solet indulgari, & apostolorum principis successoris veritas, justitia, & potestas tanta ignominia, tantoque dedecore præsumitur conculcari. O bone Jesu, qui dixisti fideli tuo Petro: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis*, attende & miserere.

Nec licet tam abominabilis injustaque fuerit prædicti præfixio termini, ahuc eo modico differri potuit. Nam missæ sunt litteræ cunctis qui in curia sanctitatis domini nostri erant subditis prædictæ communitatis, magnas injungentes pœnas, nisi a prædicta statim discederent curia; quæ litteræ datæ sunt Florentiæ XVIII. Februarii. Die vero eodem, oratore Florentinorum discedente a præsentia domini nostri; O magna honestas! o honeste expectata responsio;

Quoniam vero dominus noster papa Gregorius magnam, immo maximam offensam in

omni-

ANNO CHRISTI 1409.

omnipotentem Deum, in apostolicam sedem, & in seipsum suscepisse visus est, dilectam filiam suam communitatem Florentiæ suosque cives hortatur, requirit & monet in Domino, ut veliot & operam adhibeant, quod quia contra justitiam & æquitatem de facto exspoliatus fuit obedientia, quam possederat per xxx. annos & ultra, in prædicta civitate & dominio suo, de facto restituatur in ipsa; quoniam exspoliatus est de facto, ante omnia debet restitui.

Sperat enim sanctissimus dominus noster papa Gregorius, immo certus est, quod nisi seducti fuissetis per quosdam, nunquam hoc scandalum evenisset. Certus insuper est, quod si sanctitatis suæ volueritis veritatem & justitism, juxta vestrum debitum, audire, de ipsa plene informati malignantium fallaciis confusis, veritas & justitia domini nostri papæ Gregorii apud vos gloriosa venerabitur.

APPENDIX AD CONCILIUM PISANUM

SALVUS CONDUCTUS ALTER FLORENTINORUM.

Ex autog. transmisit D. abbas Laur. Mehus.

NOs priores artium &c. tenore præsentium damus, & concedimus plenam, & liberam licentiam, atque salvum conductum reverendissimis in Christo patribus, & dominis, dominis episcopis, presbyteris, & diaconis cardinalibus sanctæ romanæ ecclesiæ utriusque collegii veniendi ad quascumque nostras civitates, terras, castrum & loca quæcumque nostræ jurisdictionis semel, & pluries totiens, & quotiens voluerint collegialiter, conjunctim, separatim, & divisim, & quomodocumque eis placuerit, & in ipsis, standi, discedendi, atque ad libitum eorum voluntatis redeundi cum omni utriusque collegii præfati, & cujuslibet de dictis collegiis comitiva, seu curia, & eorum, & cujuslibet eorum sociis, equis, jumentis, bonis, navigiis, & rebus eorum, vel alicujus eorum quibuscumque, non obstantibus aliquibus obligationibus publicis, vel privatis, aut aliis quibuscumque rebus, quæ diei, vel excogitari aliquo modo possunt, ac etiam non obstantibus aliquibus conditionibus, limitationibus, aut reservationibus, in certis aliis nostris Salvis conductibus præfatis reverendissimis dominis cardinalibus alias per nos concessis adpositis. Mandantes insuper omnibus, & singulis rectoribus, & officialibus nostris, sub quibuscumque nomine, vel vocabulo nuncupentur, ac etiam nostris gentibus armatorum tam equitibus, quam peditibus, vel quæ in nostris finibus morarentur, quatenus præfata collegià reverendissimorum dominorum cardinalium, & quemlibet eorum cum omni ipsorum, & cujuslibet ipsorum curia, & comitiva, libere permittant ad quæcumque nostra loca venire, stare, recedere, atque redire, eisdem collegiis dominorum cardinalium, & cuilibet eorum iter, transitum, ac etiam moram in nostris locis trahere libere permittant, atque exhibeant cum personis, equis, mulis, rebus, & arnensibus quibuscumque eorumdem, vel alterius ipsorum, aut curiæ, vel comitivæ ipsorum absque aliquo impedimento reali, vel personali modo aliquo inferendo sine aliqua solutione pedagii, oneris, vel gabellæ. Ita tamen, quod præsens securitas ad aliquem civem vel subditos nostros pro condemnationibus aut bannis pecuniariis, aut personalibus nullatenus extendatur, præsentibus valituris sex mensibus proxime secuturis. Præsentem vero licentiam aut salvum-conductum quo majorem firmitatem, atque robur habeat una cum nostris collegiis servatis servandis deliberavimus, atque firmavimus. Datum Florentiæ die quarta mensis Augusti MCCCCVIII.

COLLECTORIS PRÆMONITIO

In sequentes duas epistolas.

GEminas has epistolas quanquam absoluto jam Concilio scriptas, subjungendas tamen censui, cum rerum in Concilio definitarum ceu complementum quoddam haberi jure meritoque possint.

ALEXANDRI PAPÆ V. EPISTOLA

F. Thomæ de Firmo Ord. Præd. generali magistro, ut schismatis fautores a censuris ecclesiasticis absolvere possit.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilecto filio Thomæ magistro ordinis FF. Prædicatorum salutem & apostolicam benedictionem.

Affert P. Bremond in Bullar. ord. Præd. t. II. ex archi. ord. afferit exemplar extare in archivo apostol. li. VII. fol. 247. Meminit hujus & Fontana in Monum. D.

PErsonam tuam, nobis & apostolicæ sedi devotam, paterna benevolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, per quæ aliorum animarum saluti & statui salubriter consulatur. Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati tibi absolvendi quascumque personas ordinis prædicatorum & in eodem ordine degentes & altissimo in humilitatis spiritu famulantes ab excommunicationis sententia, quam forsan adhærendo vel favendo seu alias credendo perditionis & iniquitatis alumnis Petro de Luna, qui Benedictus XIII. & Angelo Corario, qui Gregorius XII. in suis obedientiis appellabantur, vel eorum fautoribus aut sequacibus & eis adhærentibus, quæ quidem personæ ab obedientia & devotione nostra ac sedis prædictæ se qualitercunque subtraxerunt, ad obedientiam & devotionem nostram præfatam redire volunt, prius præstito per ipsas personas & recepto ab earumdem singulis de stando nostris & romanæ ecclesiæ mandatis fidelitatis debitæ juramento juxta formam inferius adnotatam & injunctis earum singulis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis quæ de jure fuerint injungenda; cum illis quoque ex personis prædictis quæ sic ligatæ celebrando divina vel sa illis immiscendo: ais tamen ad tempus da quo tibi expedire videbitur a suorum ordinum executione suspensis; demum suffragantibus eis meritis, & alio canonico impe-

ANNO CHRISTI 1409.

pedimento non obstante, dispensandi plenam, tenore præsentium, concedimus facultatem. Forma antem juramenti prædicti talis est. „ Ego N. ordinis FF. Prædicatorum professor, comperto divisionis & schismatis laqueo, quo tenebar, credendo, favendo & adhærendo perditionis alumnis Petro de Luna, qui Benedictus XIII. & Angelo Corario, qui Gregorius XII. in suis obedientiis appellabantur, sibique & aliis credentibus, faventibus & aliis receptatoribus adhærentibus, defensoribus complicibus & sequacibus eorum præstando auxilium vel favorem, & propterea nunc diutius mecum deliberatione pertractans prona & spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicæ divina gratia reversus fateor publice me errasse, & de præsenti tenere catholicam fidem, ac credere & tenere quidquid credit & tenet ac docet S. mater ecclesia, cui præest D. noster D. Alexand. divina providentia papa V. & quod idem D. Alexander fuit & est verus romanus pontifex, & verus vicarius Jesu Christi Petrique successor, canonice electus, inthronizatus, & coronatus in romanum pontificem per cardinales, ad quos, vacante sede apostolica, inthronizatio & coronatio pertinebant. Quodque privati perditionis alumni, tanquam hæretici, & nutritores schismatis antiquati, ac totius Christianitatis invasores, & destructores, & a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separati, a Christifidelibus persequendi sunt, donec ad cor reversi, suos recognoscant errores, & ad gremium revertantur ecclesiæ antedictæ, & quod tam ipse Petrus de Luna, & Angelus Corarius, quam omnes eorum fautores & sequaces in hac parte fuerunt, & sunt veri schismatici, apostatici, excommunicati, anathematizati, ac divisi, & separati a communione fidelium, & ab unitate S. Dei ecclesiæ, & tanquam hæretici puniendi, & ut tales fuisse, & esse juste, & sancte de schismate, credentia, fautoria, adhæsione, sequela, & erroribus prædictis condemnatos, & incidisse in pœnas, & sententias, tam a jure quam ab homine in talia pertractantes promulgatas, & in processibus contentas, & declaratas; & ne simulate reversus existimer, sub honoris mei casu, & anathematis obligatione, & sub pœna, quæ relapsis, a jure, vel ab homine, imponi debet anathematizo, & abjuro omnem hæresim & schisma, & nominatim damnatum schisma, credentiam & adhæsionem præfatorum Petri de Luna, & Angeli Corarii, & me ad ipsorum aliquem, de quo Redemptoris nostri gratia ereptus sum, nunquam reversurum; sed semper me in unitate ecclesiæ catholicæ, cui præest præfatus D. N. Alexander papa V. mansurum; ac sponte promitto, non ficte, sed voluntarie, & sincere juro ad sancta Dei Evangelia, corporaliter per me tacta, quod stabo, & parebo mandatis ecclesiæ, & dicti D. Alexandri papæ, super rebellionibus, fautoriis, & cæteris pœnis, ac sententiis, quas ob præmissa, & ea tangentia incurri, & quod dicto D. N. papæ, & ejus successoribus canonice intrantibus obediens & fidelis de cætero ero, & eis reverentiam debitam exhibebo; non ero in consilio, vel tractatu, quod vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione; consilium, quod mihi credituri sunt per litteras, vel nuncium, ad ipsorum damnum, vel præjudicium nemini pandam, vel communicabo; & si scivero fieri, vel tractari aliquid, quod in ipsorum damnum, vel præjudicium vergat, illud pro posse impediam, ne fiat; & si impedire per me non potero, hoc eis aut aliis per quem, vel per quos id credam ad notitiam ipsorum pervenire personaliter vel per litteras aut per nuncios significare curabo. Papatum R. & regalia S. Petri ac jura, & jurisdictiones præfatæ R. E. & dicti D. N. papæ majestatem, honorem, & statum illæsos manutenebo totis viribus & defendam, & adjutor eis ero ad recuperandam, & recuperatos manutenendum contra omnes homines & specialiter contra præfatos Petrum de Luna & Angelum Corarium, & quoscumque credentes, adhærentes, fautores, receptatores, & defensores, complices, & sequaces eorumdem, cujuscumque præeminentiæ, ordinis, religionis, conditionis, vel status existant, etiam si pontificali, regali, vel reginali, vel quavis alia præfulgeant dignitate ecclesiastica, vel mundana, etiamsi fuerint dictæ S. R. E. cardinales; & contra quoscumque per prædictam ecclesiam denotatos, vel in posterum denotandos, quamdiu extra gratiam & communionem dictæ ecclesiæ fuerint; nec cum præfatis schismaticis, apostatis, & rebellibus, vel eorum complicibus, fautoribus, & sequacibus, quamdiu stabunt in rebellione ecclesiæ, seu aliis hæreticis, & schismaticis, et rebellibus, ac illorum fautoribus, et sequacibus, per dictam ecclesiam denotatis, deinceps ero; nec eis, seu quibuscumque aliis contra dictam ecclesiam, et D. N. PP. dabo consilium, auxilium, et favorem per me, vel alium, seu alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte; nec ab eis, quantum in me fuerit, si impedire potero, præstari, seu dari permittam, nec cum dictis schismaticis, apostatis, et rebellibus, aut quibusvis aliis in rebellione præfatæ ecclesiæ existentibus contra ipsam ecclesiam colligationem, vel conspirationem faciam seu ligam; sed eos, et eorum quemlibet, juxta tenorem processuum prædictorum, pro posse meo persequar, et invadam, donec convertantur, ac revertantur ad gremium ecclesiæ memoratæ. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia. Datum Pisis 4. id. Ang. Pontificatus nostri an. I.

EJUSDEM AD EUMDEM

Ut quæ tempore schismatis a generalibus Capitulis Ordinis Prædicatorum sancita sunt, comprobari, vel rescindi possint a generali Capitulo proxime futura.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

An. 1409. die 10. aug. lib. ex archivo ord. accepta ex archivo apost. lib. 7. fol. 223.

QUoniam interdum ex his, quæ pro quiete, et pace religiosarum personarum, quarum intentio et studium debet esse, ut calcatis spretisque seculi pompis, et abdicatis illecebris, præstent virtutum altissimo famulatum, provide sunt statuta, pacis æmulo procurante, scandalorum materia generatur, consuevit sedis apostolicæ providentia circumspecta statuta hujusmodi quandoque, vel in parte mode-

ANNO CHRISTI 1409.

moderationis suæ lima corrigere, vel obscura dilucidare, vel in totum revocare, & sollicitudinis suæ partes adhibere, ut æquo judicio singula dirigantur. Dudum siquidem post obitum piæ memoriæ Gregorii papæ XI. prædecessoris nostri, & interea usquequo, proh dolor! perniciosum schisma duravit, & postmodom, divina nobis suffragante clementia, fuimus cum unione ecclesiæ ad apicem summi apostolatus assumpti, secundum morem ordinis Fratrum Prædicatorum generalia per dilectos filios Fratres dicti Ordinis quàm plurima fuerunt capitula in utraque obedientia celebrata, in quibus constitutiones, & ordinationes nonnullæ conditæ extiterunt, ex quibus verisimiliter formidatur, ne inter Fratres prædictos scandala, & dissensiones pro tempore oriantur. Quare pro parte dilecti filii Thomæ magistri Ordinis antedicti nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum in brevi debeat celebrari generale Capitulum, super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctorum Christi fidelium, & præsertim sub religionis habitu incedentium, pacem appetimus & quietem, ac ipsorum scandalis libenter, quantum cum Deo possumus, obviamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, volumus, & hac irrefragabili apostolica constitutione decernimus, ut præfatum generale Capitulum quam primum celebrari contigerit, constitutiones, & ordinationes hujusmodi, si ritas & legitimas ei fore videbitur, acceptare, & observare, illas vero, quas ei acceptandas, & observandas fore secus videbitur, infirmare, & irritare in totum, vel in partem, libere & licite possit, constitutionibus & privilegiis apostolicis, necnon statutis, & constitutionibus Ordinis antedicti, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Pisis IV. idus Augusti, pontificatus nostri anno primo.

IN SEQUENTEM DISSERTATIONEM

PRÆFATIUNCULA EDITORIS.

DUbius aliquantisper hæsi, num scriptum istud hic locorum collocarem, ubi suam sibi sedem, aliis alio ablegatis, poscunt scripta illa, quæ sive in Concilio, sive ad Concilium data fuisse constaret. Edendi tandem consilium assumpsi, ea persuasus ratione, quod consultationem promerem viri docti nondum vulgatam, quæque aliquot licet annis Concilio posterior est; adhuc tamen ad asserendam Concilii hujus auctoritatem valebat plurimum; nec alia mente ab auctore suo elucubrata est, nisi ut jus pontificale Joannis XXIII. vindicaret jure Pisani Concilii in abrogatione Gregorii XII. & Benedicti XIII. asserto ac demonstrato. Quare licet non ad Concilium, nec in Concilio, pro Concilio tamen scripta est. Hinc totus est auctor in tuendo Pisano Concilio, ac legitima Alexandri V. electione propugnanda. Nonnulla etiam de Pisano illo Concilio prodit alias haud ita explorata, ut illud de provocatione Cardinalium statim post suam a Gregorio secessionem ad collegium unitum; quæ sane provocatio non usque adeo congruit cum ea, quam dat Labbeus pag. *1279.* & ego ex Martene hic pag. 849. Fieri tamen potuit ut factum illud cardinalium minus accurate exploraverit ille, ex quo id tenere se auctor noster affirmat. Respuisse Gregorium *viam* quam vocabant, *cessionis*, quod illam hæreticam & perniciosam haberet, ex relatione viri comperta narramis affirmat Cataldinus: Hæc sin minus vera, nova saltem fuerint. Cæterum si quid asperius in Gregorium pronunciat, si maledictis illum fœde proscindit, dandum id est auctori, studio partium addicto. Profecto si æmulis Pontificibus licuit se mutuo incessere dicteriis, diris devovere; cur non id pariter indulgeamus scriptoribus singulorum illorum causam defendentibus? inclinat etiam in sententiam de Conciliorum auctoritate supra Pontificem: ferebant id mores ætatis illius, qua certa erat ecclesia, pontifices ambigui. Notus est scriptor iste alio edito libro inscripto. Cataldinus de Bonis Compagnis; sive Boncopagnus de Visso *de translatione Concilii Basileensis*. Extat pariter opus illud in oceano Juris to. XIII. Qui vero hic editur tractatus ignotus hucusque eruditis, ex MS. codice Feliniano acceptus est.

CATALDINI DE VISSO

Ad SS. Patrem, & D. Clementissimum D. Joannem XXIII. sacrosanctæ & universalis ecclesiæ unicum SS. & verum pastorem.

TRACTATUS.

DEi sub expressione Trinitatis nomine invocato, qui in personis est trinus, & in substantia unus; existit de consecratione dist. 5. cap. finali de SS. Trinitate, & fide Catholica cap. 1. & 2. qui solus curare potest meæ imbecilles animæ passiones, de consecr. dist. 1. *omnis christianus*; & ipsius augere potentias, & virtutes, de pœnit. dist. 2. *Dum sanctam*; qui magis inspicit conscientiam quam opus, 15. qu. 6. cap. 1. & in se sperantes non fallit, 22. q. 2. *quæritur*, ad ipsum cum David psal. 50. humiliter porrigo preces meas dicens: *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.*

Et si apostolicos duos esse fides Christi & canones refragentur, 7. q. 1. *Non autem*, in gl. Jo. 24. q. 1. loquitur unam quidem esse catholicam ecclesiam, & unum caput, sic definitum in cantico canticorum; *una est columba mea, una est perfecta mea, una est matris suæ, electa genitricis suæ*, de consecrat. dist. 4. *alium*, & dicto cap. *loquitur*. Una est enim ecclesia, unus populus, una spes nationis nostræ, unus Domin. una fides, una columba dicto cap. *lo-*

ANNO CHRISTI 1409.

☞ quitur 24. q. 1. & causa, & q. 7. ca. *schisma*, cum unitas non recipiat divisionem de præben. *tua fraternitatis*, & ca. *Majoribus*, & cap. *Dilecto* & de rescriptis *pastoralis* & §. 1. cum infinitis similibus. Cumque in præsentiarum, ut ita dixerim, vigeant duo papæ, sæpe mecum alias disceptavi quis eorum apostolicus & alter apostaticus sit dicendus. Sæpius cum ecclesia jam orando: *Deus, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti; da ut una sit fides mentium, & pietas actionum*. Pro hac enim Christum tunc patrem legimus adorasse, Joan. 22. *Rogo*, ait, *ut unum sint*, *&c.* meminique, creberrime dixerim verbum illud: *Tu autem qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum*, act. 1. Ad calamum tamen manum porrigere non præsumpsi, cum cibus iste mihi ignaro non competat. Nam magistris competit definitio quæstionis, & non illis qui formam discipuli non suscipiunt, de electione officii 48. dist. *Probibentur*. Cum quis primo debeat esse discipulus, quam magister, 59. dist. *ordinatas* 61. dist. *miserum*, 16. dist. *si clericatus*. Verum quia generosos animos labor allicit & invitat, nec est viri timere sudorem, nec est strenuus nuncupandus qui laborem fugit, nisi crescat eis animus ex ipsarum rerum difficultate, testante in epistolis Seneca ad Lucillum, refert Joannes Andreas de renunc. *Nisi cum pridem §. Porro*. Confisus de omnipotentis subsidio, qui *dat omnibus affluenter, & non improperat*, Jac. 1. Nam dicebat apostolus ad Cor. 2. *fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei*, scribam quid sentiam de præmissis. Labores namque velut amor appetimus, ut quietem mihi valeam & si non aliis præparare. Dicit SS. imperator in aut. *ut divi* jussi coll. 8. de SS. eccl. u. de resti. spol. *Frequens* l. 6. ne contingat mihi dicere cum propheta: *Væ mihi, quia tacui*. Et ideo scribitur Matth. 10. *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate in tectis*; quia quilibet christianus pro indagine hujusmodi veritatis, pro animæ suæ salute insomnes ducere noctes in aut. *ut jud.* sine quo suffertur in prin. col. 2. Durus autem est hic sermo, & quis potest eum audire? de pœnit. dist. 4. *si in bono*. *Propter* enim *peccata nostra* (ut cum scriptura conveniam) *& iniquitates patrum nostrorum Jerusalem & populus tuus, Domine, in opprobrio sunt omnibus per circuitum nostrum. Exaudi igitur Deus orationem populi tui, & preces ejus, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter temetipsum memor eris, propter semeptisum Deus meus. Exaudi & placare, Domine, attende & fac, quia nomen tuum invocatum est super civitatem, & super populum tuum*; scribuntur Daniel 8. Verum quia veritas sæpius exagitata magis splendet 35. q. 9. *grave*. Incipiam omisso longo prologo jam conscripto, ubi statim romanorum pontificum, atque imperatorum decursa schismata, eorumque tempora descripseram singillatim, ne ad nauseam adducam lectores, & pariter auditores.

Et pondus diei, & æstus consistit in potestate, & virtute Concilii Pisanensis, in quo Gregorius XII. notorius schismaticus, nec non pacis & unionis universalis ecclesiæ turbator scandalosus & manifestus voti quoque liciti, & irremissibilis, ac juramenti suorum super eadem unione procurandæ per ipsum sponte præstiti transgressor, quinimmo & hæreticus pertinax, nec non a fide catholica devius extitit declaratus. Præsupposito quod ipse Gregorius per prius fuisset canonicus, apostolicus, & verus papa; videamus primo an per declaratoriam in dicto Concilio promulgatam idem Gregorius nunc apostaticus & non apostolicus sit dicendus. Et videtur in hac ardua & dubitabili quæstione probabiliter posse dici, quod dictus Gregorius verus adhuc apostolicus sit dicendus, tum quia illud non potuit dici Concilium, sed potius conciliabulum appellatur, cum generale Concilium sine sedis apostolicæ licentia nullum valeat celebrari, 17. dist. *multis* cap. *generalia*, & cap. *de Conciliis* notat speculator tit. de leg. §. *superest videre*. *Sed nunquid legatus Ecclesiæ Romanæ*, cum remissionibus, & de præbendis grave de his quæ fi. a præla. c. nit. & de offi. leg. *quod translat.* in glossa 1. & plenius super ea; cum ergo ad convocationem, & congregationem hujus Concilii licentia Gregorii tunc papæ non intervenerit; ergo quidquid factum est in illo, irritum est de jure: Omnia enim ad id referuntur, unde vim capiunt formam & originem, ff. ad l. fal. l. 1. rat. s. §. *Si filio*. *Ut omnes opes patris*; Et causa 2. tantum operatur quantum a prima sibi . . . . . & non ultra ff. de leg. 2. leg. peto §. prædictum ff. locati si quis domum, §. huic, & ff. p. & eo rei vend. l. necessario & quod notatur ad Falc. 1. l. præd. *si ex duobus* in gloss. ordinaria. Quoties enim a lege traditur certa forma de dispositione alicujus actus, ea vel aliqua ejus parte non servata, totus ille actus diceretur nullus. De verborum obligatione l. 1. & l. qui Romæ §. Flavius C. de . . . . . . of. l. universa de elect. Quia propter de sacra un. cap. unico in principio de pœnit. dist. 2. *caritas* de usuris l. VI. de elect. constitutionem §. 1. in Cle. C. de lit. contrarium offeratur 12. q. 2. *sanctam*: hinc dicitur, quod mutata forma interimitur substantia rei *detestor* d. 1. si notum 12. q. 2. *aurum*, de constit. ecclesiæ vel alt. *cap.* 1. & cap. *quod in dubiis* ff. com. l. 3. unde congregatio & convocatio dicti Concilii facta sine papæ licentia, & auctoritate defecit in salutari suo: igitur quodcumque in eo factum fuit, caret prorsus efficacia & virtute. Illud enim quod impedit faciendum, resolvit jam factum ff. de furto l. inter omnes §. Recte. Conjuncta lege *Uranius* §. 1. de fidejussoribus. Cessatio ergo licentiæ convocationis hujusmodi Concilii Pisanensis actum in illo irritat, & infringit. De hæredibus instit. Si non lex, & non de diverso l. ultim. §. *ait lex*. Quoniam omissio necessaria ad actum irritat ipsum actum, & notat Bartholus ff. de test. l. prima. Præterea de esse Concilii requiritur, quod sit canonice institutum, & quod canonice congregetur, & quod agenda sint de puris veritatibus 25. q. 1. *quod ad perpetuam*. Item Concilium non potest judicare papam, patet aperte, 21. distinct. *nunc autem* 9. quæst. 3. *nemo*, ubi dicit textus, quod nemo judicabit primam sedem, neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex supremus judicabitur; & glossa dicit ibi esse argumentum, quod Concilium papam judicare non potest, allegat. *significasti*. Quinimmo subdit ibi, quod si totus mundus sentiret in aliquo contra papam, papæ sententiæ est standum, & non alio-

ANNO CHRISTI 1409.

aliorum, 24. q. 1. *Hæc est fides*. Præterea papa interpretatur, & tollit statuta Conciliorum, 15. dist. *Sicut* 17. dist. *nec licuit*; & probat cap. *Constitutus* & in cap. *statut.* elect. lib. 6. & dist. *Ne romani* §. *Sane*. Nec mirum, quia ista corrigit, & immutat de R. statutum lib. 6. & per doctores da elect. *significasti*. Item papa major est Concilio 15. dist. *Sicut* & quod ibi notatur 24. q. 1. *quodcumque*; & a nullo judicari potest, 9. q. 3. *aliorum*, nec etiam ab universali Concilio per gloss. Joannis 2. q. 5. *mandastis*; & probatur 17. dist. *Hinc etiam* 21. dist. *non autem*, ut. ff. de legibus l. *princeps*; et licet non servet votum, vel juramentum, non est cogendus stare judicio alicujus; immo excipere potest: Dominus est, qui me judicat; ut. 9. q. 3. *aliorum*: ita dicit glossa 69. dist. *Si quis pecunia*. Præterea postquam quis est papa, nihil potest ei objici, etiam si sit uxoratus, ut dicto capite *si quis pecunia*. Item contra papam non potest opponi exceptio, quod sit laicus, 61. dist. §. *His omnibus*: nam beatus Ambrosius, & beatus . . . . fuerunt clerici, & fuerunt laici, ut patet in dicto §. *His omnibus*. Quinimmo etiam si papa esset furiosus, jam promotus, et jam electus, removendus non erit; 15. q. 1. cap. finali. Sed si nondum esset promotus, sed nominatus in scrutinio, et laborat per dilucida intervalla, non deberet eligi; sed tamen electio tenet; sed si jam est promotus non removebitur de jure; sed sibi debebit dari coadjutorem; de clerico ægroto cap. unic. lib. 6. Ita refert Gaspar Cald. in cap. *licet* de electione, et ibi refert hanc exceptionem furoris opposuisse cardinales contra Urbanum IX. Item Concilium non potest imponere legem papæ, 17. dist. §. *huic etiam* de elect. *Significasti* 15. dist. *sicut*: quia ipse cunctos judicat, et a nemine judicatur 40. dist. *Si papam*. Quinimmo, licet papa sit hæreticus, si est paratus corrigi non desinet esse papa, 21. dist. *Nunc autem*: unde dixit Baldus in lege *quoniam liberi*, cap. *de teste*, quod vivente papa, est crimen læsæ majestatis, conventicula facere de papatu; allegat. cap. *Veniens* de teste, in novella; et est expressum 78. dist. *Si quis papa superstite*. Et ideo dicebat Isidorus lib. 4. de summo bono 40. cap. de propositis cannalibus, quod rectores a Deo judicandi sunt; a suis autem subditis nequaquam judicabuntur; et hoc est, quod dicitur secunda q. 7. cap. 1. ubi dicit littera, quod non est a plebe, sive a vulgaribus hominibus arguendus, sive accusandus episcopus, eadem causa et quæstione cap. sacerdotes, et reliqui ecclesiæ ministri omnesque plebes ipsos episcopos suos diligere debent; et eorum præceptis obedire, etiamsi ipsi aliter, quod absit, quam debeant, agant, et ideo scribitur Matth. 7. *nolite judicare, & non judicabimini*; Matth. 23. ait Christus discipulis suis: *super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite, secundum autem opera eorum nolite facere; dicunt enim & non faciunt*. Et alibi dicitur: *Servi, subditi estote in omni tempore Dominis, non tantum bonis, sed & discolis*. Nec absonum judicatur sacras in re hac allegare scripturas, cum illæ summis pontificibus, et decretalibus quibuscumque alias præponantur, et de papa est expressum in dicto cap. 9. ubi littera dicit aperte, quod nemo judicabit illam sedem. Patet ergo, quod Concilium prædictum in Pisanense, tum quia non legitime convocatum, tum quia sibi est interdicta potestas, judicare papam non potuit ex prædictis auctoritatibus divinæ legis, item auctoritatibus SS. Patrum. Item per jus canonicum & humanum. Unde dicebat doctor meus in l. Item *stipulatorem* ff. de verborum obligationibus. Quod si quis schismatici animo, quid non facit, potest qui vult, papæ adhærere. Allegant notata ab Innocentio de const. *ne imitaris*. Quinimmo dixit Baldus alibi, quod tempore schismatis quis potest esse neutralis. Ita dicit ipse in leg. *cum status, de ordi. cognit.*

Quid ergo dicemus? Credo, idest ex fide sentio C. de jure cal. leg. firmissime quoniam attestor, nullatenusque dubito de . . . . 4. firmissime de hæreti. firmiter Gregorium supradictum et Angelum Corarium, qui se pro Gregorio XII. gerebat, fuisse & esse intrusum, apostaticum, schismaticum & hæreticum manifeste, & sic per consequens apostolatu ipso jure privatum 79. dist. *Si quis pecunia*, ut infra clarissime & evidentissime ostenditur, & ipsum non Angelum fuisse, & esse, sed Dæmonem infernalem, & abominabilem ecclesiastico cultu, Deo & populo christiano, 12. q. 3. *omnis jactantia* 12. dist. *ridiculum*, qui sine lumine vel candore in profundum demersit, ut dicit archidiaconus 30. dist. *nonne*.

Is enim non Angelus, sed Diabolus dici debet, cum Angelus ad bonum dumtaxat libero arbitrio potiatur; Diabolus vero, quod similiter liberum habet arbitrium ad malum, in omnibus illud agit 33. dist. *qui episcopus*. Diabolico profecto opere, & non angelico damnatæ memoriæ, atque vitæ Angelus iste destinandus, fœdus populo christiano, hæresiarca, idest hæreticorum magister, & princeps, uni. q. 1. *ordinationes de schismate* cap. 1. in omnibus est potitus, hoc est lupus rapax, pater mendacii Dei & hominum inimicus, de elect. *licet hostisque iniquus ecclesiæ*, de elect. *Ne pro defectu*. Insuper lupus de hæreti. ad materiam, Item a membris ecclesiæ separavit, unde hæreticus est habendus, ut dicit gloss. notabilis in aut. de privilegiis Doct. *Nulli* col. 8. ibi ad hoc omnis, qui non se membris sanctæ Dei & apostolicæ ecclesiæ. Et probatur 4. q. 1. cap. 2. *Funestius foedus nullam*, 32. q. 7. *primum*, & cap. *quod in omnibus*: Nam quod nec convictionem pacis, nec unitatem ecclesiæ observavit, sed se ab ecclesiæ vinculo ac sacerdotum colloquio separat, pontificia nec potestatem habere potest, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem habere voluit nec pacem, 7. q. 1. *Novatianus* in fine. Alias quanto sanctius sibi fuisset, papatui cedere, ut poterat, & debebat 7. q. 1. *Nos autem* in glossa ut quod promiserat voverat, & juraverat schisma de medio tollere, opere adimpleret, de pact. qualiter 12. v. *quia Joannes* q. 2. q. ultim. cap. final. de præbendis relatum in glossa, per suum quidem errorem corrigere quam expectare, quam ab aliis corrigatur, in aut. de nup. circa prin. col. 4. de accus. qualiter, & quando scire debuit irrevocabilis & obstinatus sua pertinacia capitosa, cum in pectore suo recondita jura omnia lex præsumat de const. cap. 1. lib. 6. 36. dist. §. *ecclesiæ*. quod etiam ex nuda promissione facta Deo quis obligatur, & potest effectualiter conveniri 12. q. 2. *scimus* de sta. mo. *quod Dei timorem* in fine 17. q. 1. sunt quædam quæ etiam non voventes debemus; & quædam quæ nisi voverimus non debemus, sed postquam ea Deo promisimus necessario Deo reddere constringimur; & ibi est glossa

ANNO CHRISTI 1409.

magistra, an & quando a voto recedere permittatur, de quo 27. q. 2. c. 2. 27. q. 1. *neque* in gloss. p. quæ differentiam facit inter deliberationem, propositum & votum. Quis namque vere catholicorum, & Christi benedicti fidelium dicat, illum papam verum, catholicum, & vicarium legitimum Jesu Christi, de translatione inter corporalia, Verbo *non enim* de elect. *ubi periculum* §. *Cæterum* lib. 6. & cap. *fundamenta* §. *decet*, & ibi concordantiæ. De summa Trinitate *damnamus* §. nos *igitur*; quis sanæ fidei, mentis solidæ, & verissimus christianus dicat illum apostolicum verum esse successorem Petri, rectorem universalis ecclesiæ, & gregis Dominici ductorem, qui in hostem ecclesiæ transtulit ecclesiæ facultates 17. q. 3. *Omnis*. Quis de Christi, & B. Petri & aliorum pontificum romanorum societate 21. dist. *cleros*, dicat illum catholicum & verum papam, qui non puri hominis, sed Dei vices gerit in terris de translat. quarto qui votum & gressu retrogrado deturpavit sese mendacem exhibens universo 12. q. 2. *sancimus*. Quis ecclesiæ catholicæ subditorum dicat verum papam & catholicum illum esse, qui contra apostolicas suas litteras per universum orbem directas ducibus, principibus & prælatis & studiis universis de tollendo schismate, ut præfert intra annum, & tres menses papatus, quem cedere quidem sacra attestatione firmaverat, pertinaciter ac etiam obstinate a bono retrogradus sponte venit. Nonne malum est, dicit textus ab ecclesiæ unitate & obedientia resilire, & contra canonum statuta porrigere quod multi post sacramentum præstitum præsumpserunt, extr. de elect. *significasti*, cum non debeat in juramento intentio verbis, sed verba intentioni servire 22. q. V. *humane*. Cum Papa, nec dum sibi, sed aliis perjurii esse causa arceatur. Per Innoc. de rescript. *constitutus*; Cum nec juramento aliter corde sentiat; quam ore juratur 22. q. 5. *juramenti*. Putabatne populum aliter interpretando hujusmodi juramentum, eludere Christianum. Cum & Deus sic accipiat juramentum, sicut ille intelligit cui juratur 24. q. V. *quacumque*. Nonne, Angele, dejeratio tua turpis saluti animarum dominici populi cui indignus præfueras illudebat 22. q. 4. *quod david*. Nonne pro unitate fienda salubre, & Papæ permissum dicatur hujusmodi juramentum, ut patet de elect. *significasti* in glossa. Nonne sciebas, quod tanto majus perjurium, quanto est sanctius, & laudabilius, pro cujus observantia intervenit juramentum 22. q. 5. *qui perjurat* in gloss. p. scire debebat quod non merentur ecclesias regere, qui sunt perjurii crimine irretiti, de jurejurando *querelam*, & ideo possunt dicta de causa ab ecclesia removeri, ut ibi notatur & de tempor. ordi. *directus* de rescriptis ex parte, de elect. *Venerabilem* in glossa *quamquam*, cum etiam ex perjurio infametur de jurejur. *quanto*, in gloss. & Capite *querelam*. Nesciebat misertimus quod non potest homo solvere quando ad Deum dirigit juramentum, secus si ad hominem dirigatur, ut notatur de spons. *præterea*. Quid dicet miserrimus miserorum, nisi quod juramentum illud servare non tenebatur, quia non in salutis æternæ, sed nepotum, & fratrum interitum vergere conjectabat, quorum exaltatio excæcaverat mentem ejus, nam & alibi dicit glossa: *Quod cæci sunt episcopi erga nepotes* 1. q. 3. *pervenit*. Quid dicet perversor fidei christianæ, nisi quod votum illud implere minime tenebatur, cum mentis alienationem saperet, & ipsius tristem spiritum conturbaret, de verb. signif. *dudum*, per Jo. And. quid dicet versutus hostis ecclesiæ qui caritatem vulnerare, & veritatem rescindere ecclesiæ est conatus; sanctorum operum dulcedinem invidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus evertere, & turbare, 16. Q. 2. *Visis*; nisi quod votum servare non tenebatur, quasi illum invitis fratribus, & nepotibus solemnizare & emittere minime potuisset, 23. q. 5. *quod Deo*, *quod Cler. vel vo.* cap. fin. per Ost. Quid dicet bellua indomita, cum homo dici non valeat, cum careat ratione. 27. q. 1. *Si Homo.* nisi quod nemo dominandi cupiditata inflammatus vel fastu dominationis elatus (non) desiderat habere consortem. 23. q. 7. *quod autem*, quid dicam, quid de te devoti ecclesiæ prædicabunt, quid cœtus cardinalium de te dicet, nisi canonis verbum illud: si homo esses, aut aliquam discretionem habuisses, ita regularis debuisti disciplinæ custos existere, ut ea, quæ illicite committuntur, ante vindictam corrigerentur; sed dum te facit nimia stultitia negligentem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad ulciscendum desidiam tuam nihilominus provocamur; 27. q. 1. *Si homo esses*, ferro namque abscindenda sunt vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam p. q. 1. *reperiuntur* 1. dist. *Ferrum*. Si te ipsum pertinacem convertebas dictis promissione, juramento, & voto irrevocabilibus tanta solemnitate emissis, & Christi populo non obligatum, tuis novis erroribus, & perjuriis intellectibus adinventis. Et quod Hæreticalis labes non infecerit turpissimam, & abominabilem vitam tuam, pro ut de te universus Christi populus prædicabat, & ad promissorum observantiam Cardinales tecum jugiter insistebant, debuisti episcoporum, & prælatorum generale Concilium congregare, ut antiquissimi pontifices in similibus faciebant, ut patet 15. 16. 17. Dist. 2. q. 5. *mandastis*, & tuis fratribus cardinalibus silentium non imponere, & mandare, ut de unione tam salubri auderent quomodolibet pertractare, nisi tua præsentia interesset. Ut & tibi digne dici valeat verbum illud: displicet tibi quod traharis ad salutem, cum tamen multos nostros ad perniciem traxeris 23. q. 4. *displicet*. Cum cardinales in exequutione pontificalis officii adsistant, quorum consilio debet Romanus pontifex quæcumque negotia terminare, dicit textus in capite *fundamenta* §. *ne autem* lib. VI. quia instigatione diabolica, & ausu temerario 16. q. 1. lator: prorupisti (proh dolor) ad tam detestabilem jussionem. Non sic beatum illum Gregorium, cujus nomen usurpas, fecisse legimus, qui ipsum redarguere volentem, quemlibet invitat, 2. q. 7. *Si quis nos*. Nam traditum est, quod qualitercumque possumus, debemus vexare malos ut cessent a malo 23. q. 6. *jam non*. Et alibi dicitur, quod ecclesia malos cogere debet ad bonum, sicut Christus Paulum coegit 23. q. 6. *schismatici*. Unde adversus hunc hominem malignantem cardinales dicere valeant cum Psalmista: *Sedens adversus fratres tuos loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum &c.* q. 1. *ex merito*; cum dicunt canones quod incauta locutio detrahit in errorem 43. dist. *sit rector*. Nonne clavis aperitionis dicitur esse sermo correctionis, quia increpando culpam detegit, quam sæpe nescit, sicut ipse qui perpetravit, ut dicto capite

pite

ANNO CHRISTI 1409.

pita *fit rector*, & ibi textus; & ideo dominus per Isaiam 58. admonet dicens: *clama ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam*. Præconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium ascendit, atque ante adventum judicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet declamando greditur, dicto cap. *Sit rector* cum tuo erroris vulnere audientium corda percutis, & tristaris eadem dist. *& §. sed cum rector*. Et ideo dicit littera, quisquis loqui &c. nititur sapientem & magnopere metuat, ne ejus colloquio audientium unitas confundatur. Quæ igitur diabolica supplantatio te oppressit, ut ad tam detestabilam prorumperes jussionem, ac illud potius dicere debuisses, si mala loquutus sum, testimonium perhibe de malo, 2. q. 7. *Præsumunt*. Nesciebas, quod in exemplum culps vehementem, quando pro reverentia erroris peccator honoratur, 83. dist. *Nemo*. Quia qui aliorum errorem defendit, multo damnabilior est illis qui errant, quia non solum ille errat, sed in aliis erroris offendicula præparat, & confirmat. Unde quia magistri erroris essent, non tantum dicerentur hæretici cardinales, sed hæresiarchæ debuissent penitus nuncupari, 24. q. 3. *qui aliorum*. Erroris namque alieni socium, vel a sui voluntarie proposito tramite recedentem, aut sacrorum patrum regulis, & constitutionibus non obedientem suscipere non possumus, nec debemus: dicit textus 2. q. 7. *alieni*; & glossa exponit non obedientem, §. *schismaticum* 19. dist. *Nulli* 25. q. 1. *Violatores*, & ideo alibi dicitur, qui justificat impium, & condemnat justum, uterque abominabilis est apud Deum, Prov. 17. Nesciebas pastor perfide, animarum vulnerator, quod melius est in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba responsio, 11. q. 3. *injustum*. Nonne mandatum cardinalibus per te factum est in civitate Lucana, ad quam te venisse pro unione facienda ecclesiæ, ore, sed non animo prædicabas; cum dicat canon, quod pax labiis prædicata debet cum voluntate animi concordare, 93. dist. *Diaconum*. Te hæreticum comprobat & affirmat, cum per solum dictum quis hæreticus constituatur dicit glos. Jo. 24. q. 1. *Hæc est*. Dic mihi nefandissime fœdus ordinis clericalis, scissura ecclesiæ lacrymantis cum in omni colloquio da re hac tam salubri, atque sancta volebas penitus interesse, nisi quod propter verecundiam procrastinationis & perfidiæ tuæ vererentur, facta tua hæreticalia prædicare; sed illa potius sub silentio pertransirent; cum sit naturale adversus superiorem propter verecundiam quem tacere, per Baldum cap. *de nuptiis l. in conventione*, in verbo *cultu verecundiæ*; facit quod notat glossa in l. p. §. *quam honorande* quar. rer. ac non da. & quod notat Innocentius in cap. *Causam matrimonii* de officio delegati. Quinimmo nedum mandatum, sed blanditiæ potentium æquiparantur minaci furori, dicit glossa signata per Baldum cap. *Si verum precium* l. 1. Accedet quod notat Joannes Andreas in capite *insinuante*, quod clerici, vel vo. Nonne scire debebat tua pertinacia bestialis, quod quoties de fide agitur, tenetur papa requirere consilium episcoporum 19. dist. *Anastasius*, & tunc Synodus major est quam ipsa 15. dist. *Sicut*. Quid impudens aliud dicere ipse queat, nisi Juvenalis verbum, *sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas*. Refert Joannes Andreas, quod clerici, vel vo. *ex litterarum*. Juste de jure naturali §. *secundum quid* principi, & de translatione cap. *de* in glossa super verbo. *vicem*. Quid dicit Angelus maledictus, fermentum schismaticæ perversitatis, qui tyrannorum furore collisus domini tunicam inconsutilem desuper textam per frusta decerpit, & Christi pro posse nisus est vineam supplantare, 24. q. 1. *quoniam vetus*. Summique piscatoris naviculam in naufragii profunda demergere, 23. dist. *in nomine*. Quidve dicere poterit nisi illud: Pervenerant peccata mea usque ad cælum, & recordatus est Dominus iniquitatum mearum, Apocalyps. 18. sequebar turbam ad faciendum mala, & judicio plurimorum acquievi. Exod. 23. Quid de se ipso loquetur pravi atque iniqui hominis perversitas obstinata 23. dist. *in nomine*; qui contra universalem ecclesiam altare conatur erigere schisma fovens, 23. q. 5. *non vor*. Quidve ipsius superstitiosa calliditas pro suis schismaticis operibus respondebit, quæ orthodoxam ecclesiam funestarunt, nisi verbum illud: scrutamini scripturas, idest promissionem, votum, & juramentum; ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me: Joann. 5. Quid dicet Hipocrita testis, qui habuit oculum excæcatum, trabe collisum, aliorum præsumit damnara sententias, Matt. 7. 32. q. 6. *in principio*. Quid dicet perfidiæ insectator, qui veritatis a se fidem abjecit, & a Deo extitit infidelis 2. q. 7. *non potest?* Quid ajet ejus irrevocabilis pertinacia impudenda? Quid loquetur indocilis ac etiam obstinatus? de usur. *ex gravi*, §. final. in d. de summa Trin. cap. 1. 16. q. 1. *versantem*. Quid dicet Errorius sive erroneus appelletur, de quo 7. q. 1. *remote*. Quidve dicere poterit Errorius, nisi illud quod error sequitur ex errore, ut lex diverso ff. de rei venditione? Quid dicet apostaticus detestandus, ex quo e statu fidei & religionis retro stetit? 27. q. 7. *non observetis*. Quid dicis venia nulla dignus, qui pacem ecclesiæ profugabat, nisi quod se ex hoc hæreticum, & schismaticum comprobavit, & omni apostolica dignitate privatum; 24. q. 1. *Pacem*. Quid dicet prævisus in omnibus antichristus, qui scandalizavit ecclesiam & per consequens ipsum Deum, 93. dist. *Nulla ratione*, 8. q. 1. *Qui vos*. Taceo tuorum observantiam promissionum, taceo fidem tuam, promissas toto orbi, cum probatione non indigeant manifesta, ff. de interrogatione testium l. 1. Cum rei satis demonstrate frustra adjiciatur alia demonstratio, ff. de do. proleg. l. 1. cum supervacuis laboret impendiis, qui solem certat facibus adjuvare, 6. q. 1. *si omnia*. Si quidva in hujusmodi discursu dixerim a gravitate & venustate remotum, quæso lector ignoscat, & auditui aures accommodet patienter 7. q. 1. *suggestum*. Non enim debemus multum dimittere opprobria illius, qui probra nostra delevit, de Judæis *in quibusdam* §. ul. quia longe gravius est divinam, quam temporalem offendere majestatem, in aut. *ut non luxurietur contra naturam* in principio coll. 6. de hær. *vergentis* & ibi notata.

Tandem post abyssum in laqueos Babylonis, de quibus superius aliqua memoravimus, ad cautelam scilicet, ut cognoscatur & cognita melius evitentur, restat, ne parenthesim faciam ulteriorem, ut ad reliqua conscribenda sollicite festinemus; & antequam alio stilum vertam, sciendum est, quod pestis ista schismatis detestandi multoties invaluit in ecclesia sancta Dei, & quasi humano (al. divino) judicio semper hi schismetici fuerunt a fida repulsi, ut 89. dist.

ANNO CHRISTI 1409.

dist. *Si quis pecunia*; sic enim fuit tempore Leonis, & Adriani, oam Carolus capiens Desiderium, Longobardos vicit & restauravit ecclesiam 63. dist. *Adrianus*. Joanues papa XI. passus fuit magnas tribulationes & persecutiones a quodam Berengario. Octo qui vocatur primus rex Saxoniæ capiens Berengarium, ecclesiam restituit pristinæ libertati. Item Leo IX. fuit ab urbe expulsus & creatus Benedictus, quod audiens dictus Octo Romam reversus obsedit civitatem, donec sibi traditus fuit ille Intrusus, & misit eum in exilium in Saxouiam, & ibi mortuus est. De isto habetur 68. dist. *in synodo*. Item Joannes XII. fuit expulsus per quemdam Crescentium patritium, & Octo III. rex Saxonum ivit, & fugato illo Crescentio totam illam progeniem extirpavit, & tunc fuit creatus Gregorius V. & fuit de genere Octonis, dictus Crescentius, & Romani expulerunt dictum Gregorium, & creatus fuit Joannes episcopus Placentinus. Quod audiens dictus Octo iterum Romam rediit, & obsidens eos in castro S. Angeli cepit utrumque & membris eos mutilsvit. Item populus Romanus tempore Joannis XXII. recepit D. Ludovicum de Bavaria, qui se pro imperatore gerebat contra processus domini papæ & ecclesiæ Romanæ, & eum sicut imperatorem tractavit, & quod deterius fuit, quemdam fratrem Petr. de Corbario ord. Min. in dictum pap. Nicolaum V. creaverunt clerus, & populus, antipapam, prædicantes ipsum D. Joannem papam hæreticum. Fecerunt etiam plures cardinales: & ex hoc motus præfatus D. Joannes papa consuluit dominum Ol. de Laude, ut posset privare urbem, & Romanam ecclesiam omnibus privilegiis eisdem competentibus, vel saltem ipsam ad tempus suspendere. Fuerunt ergo qusmplurimi, qui injuste Petri cathedram ac etiam imperium occupaunt. Ideo Octavianus, & Joannes maledicti; qui vocatur Victor injuste cathedram occupavit. Vixit autem in cathedra annis octo, & mensibus 7. Huic successit Guido, qui & Paschalis vocatus fuit; quorum facta damnantur, de schismat. cap. 1. Octavianus etiam contra papam Alexandrum schisma movit, & fovit, ut tractant doctores de electione *quia diligentia*. Reprobus etiam & Valtemanus schismatici fuerunt in cap. *a nobis* de Sacra. non iter. Fredericus etiam avus istius contra D. Gregorium IX. & tandem per D. Innocentium IV. depositus fuit in Concilio Lugdunensi. Omittamus reliqua: nostra ecce ætate Ladislaum olim regem Siciliæ, feudatarium ecclesiæ, schismaticum manifestum, Christi exsufflatorem, dissipatorem, blasphematorem quoque ecclesiæ, & flagellum 23. q. 4. *Quando vult*. Qui sibi præter catholicæ communionem ecclesiæ christianum nomen usurpavit 8. dist. quo jure, adversus principem principum verum Christi vicarium temere cornua præsumpsit erigere, cernimus de præsenti contra canonum instituta d. c. 1. in gloss. de appel. cum parati in gloss. ab Aquilone sedem ponens jussa & debita cælestis regis & domini sua præsumptione resolvere 23. q. 4. *Si is qui*; Cum nec subditus pacem vel ligam facere in præjudicium superioris possit per bald. de pact. debitor. C. & est glossa de fideicommis. lib. l. *invitus* vel alterius effici censuslis de probat. *licet*; oam suo domino subditus præstare tenetur perpetuam reverentiam & honorem, de majoritate & obedientia solitæ 11. q. 1. *magnum*. Proh Deus, feudatarius ecclesiæ, qui fidelitatis nomen assumpsit, quam domino præstare tenatur, de jurejur. *veritatis*; & capite *eam te*, adversus dominum bella movet, 32. q. 2. *latores*. Nam consilium, & auxilium fidelis Domino suo præstet, si de beneficio dignus videri vult, & salvus esse de fidelitate, quam juravit, 22. q. 5. dist. *Forma*. Cum & ille versutus hostis ecclesiæ, Lupusque rapax, mendax opere, & sermone, quem perdat ipse Deus, deberet dicere verbum illud; *& si alii scandalizati fuerint, sed non ego*, Matth. 26. VI. q. 1. *imitare*. Rexque ille quem canon præcipit honorari, 8. *dist. quo jure*, adversus ecclesiam bella movet, qui contra ecclesiæ inimicos debet manus porrigare adjutrices, 23. q. 4. *non invenitur*; & c. *quando vult* 24. q. V. Regum; & eadem causa q. 3. *Maximianus*. Nam ideo majestati regiæ titulus serenitatis adscribitur, cum ei proprium esse debeat pacem ecclesiæ diligere & amplecti, & finitimarum gentium tranquillitate haud aliter quam aeria serenitate lætari, hic guerras & damna molitur. Solubres namques reges catholici, & devoti debent posse tenus laborare, ut aberrantes a grege piæ matris, in ejus gremio revocentur, 23. q. 6. *schismatici*; & eadem causa q. 3. *quando vult Deus*. Non mediocriter profecto offendit, quia debita cælestis regis & Domini sua præsumptione resolvit, 23. q. 3. *Si is qui*. Dicat mihi ille, quem sui aruspices alias prudenter facere prophetizant, cur ecclesiam non desinit Infestare, & repetitis malis crebrisque concussionibus columnas Dei viventis conatur opprimere, & summi pastoris naviculam intumescentibus procellis in naufragii profunda demergere? 23. dist. *in nomine*. Scira debet versutus hostis ecclesiæ, qui veritatem vulnerare conatur; & ecclesiæ rescindere unionem, humanumque genus evertere & turbare 16. q. 2. *visis*, quod etsi aliquando fluctuet navicula Petri submergi tamen non potest, 24. q. 1. *non turbatur*; de qua beatus Hilarius loquebatur: *proprium est*, inquit, *ecclesiæ, ut tunc vincat cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc secura sit cum deseritur, tunc obtinent cum superata videtur*. De hac juris civilis sanxit auctoritas profitendo, quod ecclesia cultrix, & auctrix justitiæ non patitur contra justitiam aliquid fieri in se, vel in alterum. Privatus vero sæpe obviat justitiæ in us. feo. cap. 1. De hac quidem apostolus pollicebatur, quod sine intermissione de ea in orationibus suis facit mentionem, ut patet in epistola ad Rom. in principio: hæc enim non solum ecclesiarum est mater, domina & magistra, de sor. Comp. cap. final. de sacrosanctis ecclesiis l. *omnium* 12. dist. *non decet*, q. 3. *cuncta* de privilegiis, *Si papa* de pœn. *felicis* lib. 6. de summa Trinitate, *damnamus* in fine; sed etiam caput & cardo, ut patet de immunitate ecclesiæ cap. 1. lib. 6. & ibi per Joannem Andream soper verbo *tutela*. Hæc est enim illa ecclesia gloriosa, habitans in confidentia, & extra eam non est salus, toto c. 2. ubi fons sacerdotii reperitur in cor. ut eccl. Ro. in prin. illam enim imperator cælestis instituit, de elect. *fundamenta*, illam ipse solus fundavit, & ipsius privilegio fungitur, 22. dist. cap. 1. immo canon sacratissimus attestatur, quod non ab apostolis, sed ab ipso Salvatore nostro primatum obtinuit eadem dist. cap. *Sacrosancta*. Ipse enim locum elegit, eamque ratione persecutionis deserere noluit. Nam Petrum persecutionem fugientem revocavit di-

ANNO CHRISTI 1409.

dicens: per se velle ibi pati; vel etiam crucifigi, antequam locum illum desereret; qui filii sint legi per venerabilem 3. q. *1. Nulli*. Exemplo illius qui unicam suo proprio cruore defendit, 24. q. 1. *memor*. Hanc enim Romanam ecclesiam divinam providentiam legimus incommutabili dispositione aliis prætulisse, ut in proemio lib. 6. istud enim est tabernaculum illud, quod nequaquam transferri poterit nec auferetur Prælatus ejus in sempiternum. Isaiæ 33. & ideo Zachariæ 14. de ecclesia loquens dicebat, sedebit Jerusalem secura & merito, quia a superiore monte superari non potest; idest ab aliquo Tyranno seu rege, quia tyrannico more vivit: & mons Domini præparatus in vertice montis, Isaiæ 2. Et ideo dicit Chrysostomus: *ecclesia impugnari potest, expugnari non potest: tela mittuntur, sed ejus manus non perforantur; machinæ præparantur, sed turris davidica non eliditur*.

Est insuper locus tutus, qui ab aliquo flumine non potest inundari, idest erroribus submergi; ergo nec flumina obruent illam: & est ratio quia universalis ecclesia errare non potest, ut dicit Augustinus super illo verbo *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*. Hujus rei figuram pertulit arca Noe, unde extra ecclesiam non est salus. Unde Augustinus contra Donatistas: extra, inquit, ecclesiam virtutes fieri possunt; sacramenta dari non possunt, sed prosunt. Et ideo dicit Augustinus super illo verbo psalmi, *Sæpe expugnaverunt me*, ibi, *& non potuerunt mihi*: In Abel ecclesia incepit, & tunc Caio eam expugnavit, sed Abel est salvatus; sola ecclesia in Noe fuit, & Deus eum a diluvio liberavit; sola fuit in Abraham, & de Ur Chaldæor. ereptus est. Sola in Moyse & de manib. Pharaon. liberatus. Deinde in David; salvo Saule Golia evasit, (alias Saule & Golia evasit). Deinde in Macabæis & ipsi liberati sunt. Postmodum in Domino nostro Jesu Christo, & captus ligatus, & illusus & crucifixus mortuus est. Deus eum tertia die suscitavit. Et post hæc in apostolis, & ipsi persecutores patientes ad ultimum coronati ascenderunt in cælum. Sæpe ergo expugnaverunt me a juventute mea, dicit Israel, idest ecclesia, quæ hic videt Deum per gratiam, & in cælo per gloriam. Sed non potuerunt. Et hoc ideo est, quia ut dicit Chrysostomus in homil. in Pentecostem, propter ecclesiam patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres & ipse unigenitus Dei homo factus est. Sicut ergo omni tempore persecutionis bellum ecclesiæ Christus ordinare per suos milites instituit, ut semper invicta permaneat; nititur ergo incassum flagellum Dei & hominum inimicus contra verum vicarium Jesu Christi bella movere, qui non puri hominis, sed Dei vicem gerit in terris, de translatione Prælat. navemque submergere Petri; nam fluctuat, sed nunquam desinit esse ratis eum successoris Petri potestas non sit ex homine, sed ex Deo De judic. novit. Scilicet lites & bona timeri propter dubium finis 1. Regum 16. ff. de pec. l. Quod debetur. Sed hic finis & victoria secta est. Qui ecclesia Christi, quæ verus Vicarius sponsus, pugilque ecclesiæ gloriosus Joannes vir fortis prælii, quem Deus posuit ducem tutum, 1. Machabæor. 13. veritatem sequitur, quæ semper vincit, & prævalet 10. & 8. Esdræ dist. *consuetudo*. Super petram solidam fundata est, ideo ruere non potest, 21 dist. *in novo*, 24. q. 1. *Loquitur*, & est navicula Petri, fluctuare potest, ut dixi, perire non potest, 24. q. 1. *non turbatur*. Contra hunc igitur principem malignitatem insurgat Christi Vicarius Joannes vir fortis prælii, Machab. 13. qui potens est opere & sermone, de officio ordin. Inter cetera de statu Mo. cum ad monasterium utroque gladio iniqui hominis atque pravi diabolica supplantatio supprimatur, qui adversus successorem Petri, rectorem universalis ecclesiæ & gregis Dominici ductorem, ut dictis juribus bellica bella movit. Armetur conatus ecclesiæ & pro domo Israel murum objiciat inexpugnandum, 2. q. 3. *Salvator*; irruat in eum Christi potentia, qui statum universalis ecclesiæ infestatur. 24. q. 1. *memor* de Judæ ad abolendam personam, cruxque coram illum schismaticum prædicetur, 23. q. 8. *hortatu* & cap. ut quidem, indulgentiæ concedantur eadem causa, & q. *omni timore*. Quinimmo verus sponsus & pugil ecclesiæ gloriosus, qui ad portum deduxit Petri naviculam, hactenus fluctuantem, præsentialiter irruat contra eum. Sic enim legimus Leonem papam Romam egressum contra hæreticos jam fecisse ea. caus. & q. *Cum sæpe* eum nempe pacis Italicæ perturbatio, immo loquar ut proprius, sarmentum schismaticæ perversitatis, perversor fidei christianæ pejor sit Saracenis, q. *Nonne*. Ad defensionem ecclesiæ adversus hujusmodi perfidiæ sectatorem principes undique convocentur, 23. q. 5. *Principes*, & cap. *de Liguribus*, & cap. *quali*, cum necdum interfectores schismaticorum excommunicationis laqueum non incurrunt, 23. q. 5. *excommunicatio*, immo maximas indulgentias assequuntur eadem caus. & q. *omnium*. Hic etiam invasor ecclesiæ, destructor totius christianitatis a liminibus sacræ Romanæ ecclesiæ separatus 23. dist. *in nomine*, conquerens undique exteras potentias contra universalem ecclesiam conatus suos erigere est molitus 23. q. 5. *Non vos*, totius orbis sententiæ transgressor existens, & Concilii Pisanensis maturitate, & solemnitate digesti, & undique ex mundi partibus convocati. *In omnem enim terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, Jo. X. de elect. *fundamenta*. Romanam ecclesiam nixus est sua præsumptione confundere, & turbare contra statuta Concilii attentando. Anathemate et excommunicatione perpetua labefactus, cum impiis, qui non resurgent in judicio, deputetur, omnipotentis contra se iram sentiat, & Ss. Apostolorum Petri & Pauli, quorum præsumit ecclesiam in hac vita confundere, furorem sentiat in futuro. Fiat habitatio ejus deserta, & uxor ejus vidua; orbis terrarum contra eum pugnet, & cuncta elementa sint ei contraria; & omnium sanctorum quiescentium merita eum confundant in hac vita; super eum apertam vindictam ostendant, 23. dist. *in nomine Domini*. Ut parvulus quidem ego devotus ecclesiæ dicere ipse possim: videbam Satanam sicut fulgur cadentem de cælo, Luc. 10. de pœnit. dist. 2. *sicut inquit*, gravabat eum iniquitas sua secundum psalmum, & corruet, & non adjiciet ut resurgat. Ignorat miserrimus verbum Christi: qui scandalizarit unum de pusillis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus & demergatur in profundum, Matth. 18. & de jejunc. *Nisi cum pridem* §. pro gravi, de operis novi nunc: *Cum ex injuncto*; unde adversus ecclesiæ turbatores Dei filius loquebatur dicens:

Ausc-

ANNO CHRISTI 1409.

Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum, id est regi Christianissimo & gloriosissimo Ludovico. Hic est enim quem eanon præcipit bonorari, 8. dist. *quo jure*; cujus sacrum inclytum majestatis diadema unicum, & decus gloriosum eo magis glorificatur & illustratur, quo propensius quies, idest pax ecclesiæ ab ipsa severitate efficacius procuratur. Item labores ipsorum justi edent. Item omnia sunt justorum, dicto capite, *quo jure* 23. q. 7. cap. 1. 2. & arg. ne clerici vel monachi; *relatum*; regnumque illius hominis pestilentis tradi debeat, ut dici, regi catholico occupandum, de hæreticis, *excommunicamus*, §. Si vero Dominus temporalis. Tum etiam quia idem hostis ecclesiæ negligens invenitur circa regni requiem, & justitiam faciendam, cujus exercitium jam diu a sua procul aula exulavit, 17. q. 4. *Si quis deinceps* 11. q. 1. *nullus*, 23. q. 1. *præceptum*. Unde Zacharias papa Ludovicum regem Francorum prædecessorem Pipini patris Caroli hac de causa digne deposuit. 15. q. 6. *alius*. Restat modo, ut attingamus indaginem propositæ veritatis. Et in hoc discursu de pluribus est videndum. Et primo ex quibus causis possit papa apostolatu privari; secundo an Angelus Corarius, qui se pro Gregorio XII. gerebat, fuerit privationis crimine irretitus. 3. quis sit judex competens de præmissis, & de Concilii potestate, & an cardinales potuerint generale Concilium convocare, & an potuerint recedere a dictis dominis Angelo Corario, atque Petro de Luna, antequam fuissent per Concilium de irretito crimine condemnati. Quarto, an dictus Angelus Corarius, ubilibet convocatus, fuerit de irretito crimine legitime convictus. 5. an electio facta de sanctæ & felicis recordationis D. Alexandro papa V. per cardinales collegii utriusque, & per consequens electio facta de SS. ac BB. D. N. D. pap. Joanne XXIII. summo & vero pontifice per cardd. eosdem fuerint canonice & rite factæ, & sic ipse dominus noster papa Johannes, & prædecessor ejus fuerit, & fuerint veri apostolici, & canonice instituti. Circa primum ex quibus causis possit papa apostolatu privari breviter me expedio; nam de nullo crimine præterquam de hæresi potest sedes apostolica irretiri 2. qu. 4. *Præsul*. Et tunc debet, ut Diabolus condemnari, ut ibi dicit glo. Jo. & patet 79. dist. *Si quis pecunia*, 11. dist. *Si papa*, 19. dist. *Anastasius*, 29. qu. 1. *Acatius* & cap. *Qui contra pacem* de hæresi; ad abolendam 9. qu. 3. *nemo*. Eo enim ipso quod papa hæreticus est, est minor quolibet catholico, ut dicto cap. *Acacius* 12. q. 1. *Sancimus*; & ipso jure est apostolatu privatus; ut dicto cap. *Si quis pecunia*, & 2. qu. 1. *Si quis de ecclesia*, 16. q. 5. *sane*, 24. q. 1. *dicimus* & c. *Audivimus*, & cap. *miramur*, §. bis auctoritatibus, & seipsum privat, 21. dist. *Nunc autem*. In hoc ergo casu hæresis papa alium papam ligare potest. Nec obstat quod par in parem &c. ut notatur in dicto cap. *Acacius*, & in dicto cap. *Si quis* de ecclesia cum concordantibus superius allatis. Dictus est autem hæreticus ab hæresco hæretiscis, idest divido dividis, inde familiæ hercisecundæ, idest judicium substantiæ dividendæ, unde idem est, quod quasi divisus ab aliis. Ita & hæresis dicitur divisio, idest separatio a fide catholica. Eodem consimili modo si papa foret schismaticus, esset similiter ipso jure pontificali dignitate privatus, ut dictis juribus: quoniam schismaticus volens ecclesiam Dei scindere, peccat in fide quoad articulum illum credo in Spiritum Sanctum, & in unam sanctam ecclesiam catholicam 24. q. 1. *advocavit*, & quatuor capitibus præcedentibus; unde hæreticus judicatur, de usuris ex gravi in dist. 24. q. 3. *hæresis*. Si quis igitur ab hac unitate recedat, divisus est, & sic schismaticus: vestimentum enim domini ideo scissum non fuit, sed de eo sortiti sunt, quia ecclesia scindi non debet, sed tota in unitate constituitur, 26. q. 5. *Sicuti Domini vestimentum*. Differt autem schisma ab hæresi in principio, nam hæresis in suo principio habet perversum dogma, quod non habet schisma; sed si perdurat, cadit in hæresim, per Ostiensem, & Joannem Andream, quia fingit se ab ecclesia recte recessisse, & ideo censetur hæreticus, 24. q. 3. *inter schisma*; & sic peccat in illum articulum, credo in Spiritum Sanctum. Et quod papa schismaticus ab apostolica sede cadat, firmat expresse Ostiensis de schismate in summa §. qua pœna; et dicitur et tenet doctor in cap. licet de evitanda de electione, et probatur 24. dist. *in nomine Domini* et 24. q. 2. *Sane præfertur*. Vel potest dici, quod inter schisma et hæresim est talis differentia, qualia inter genus et speciem, quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non e converso, nisi schisma duraverit ut dixi, et notat Ostiensis de schism. in summa §. 2. in fine; unde qui non est membrum ecclesiæ, hæreticus judicatur in aut. de privil. Doct. post prin. Cum ergo omne schisma intendat universalem ecclesiam impugnare, juxta ul.... nunquam potest esse sine hæresi secundum omnes doctores, et probatur 24. q. 1. *dicimus* et cap. *Pudend.* et cap. *Schisma* et cap. *Loquitur*. Dicitur autem schisma illicita dissensio eorum, inter quos unitas esse debet, vel illicitus ab unitate, vel universitate dissensus, vel illicita divisio per inobedientiam ab unitate facta, 24. q. 3. *Inter schisma*; et nomen Græcum est, unde scissura in unitate esse non potest, de elect. *quia diligentia*, in gloss. 1. Dicta est autem schisma e scissura 24. qu. 1. *Schisma*. Cum enim fides catholica una sit, et unionem designet; patet quod si aliquis ab hac unitate recedit, divisus est, et sic schismaticus. Et licet alibi dicatur hæresim inter schisma majus esse, eo quod primum locum tenet in pœnis 22. q. 7. *quod in omnibus*; nam et si crimen hæresis novo schismate majus sit; tamen ex quo quis in schismate perseverat, idem est crimen et utrimque eadem pœna infligitur, ut patet ex his quæ superius sunt relata, quod tenet Ostiensis de schismate §. *qua pœna*, verbo *nec obstat*. Et quam grave, et detestabile sit schisma fovere, ostendit Dominus in Core, Datan, et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos, ceteris cœlesti igne consumptis, Num. 21. 25. q. 1. *non afferamus*, 2. q. 4 in principio. Alio etiam exemplo monstravit, nam cum Tribus scissæ fuissent a Tribu Juda et Benjamin, et relicto rege suo, alium sibi foris constituissent, et tandem iret ad eos Roboam, ut peccata sua exprobraret eisdem, et ultionem suam prædiceret; panem apud illos edere, et aquam bibere vetitus est, quod cum non custodisset, statim divina censura percussus est, et inde regrediens impetu, ac morsu Leonis in itinere necatus est, 7. q. 2. *Denique*. Unde nec dubitandum est, sceleratius esse delictum, quod est gravius judicatum, 24. q. 1. *non*

affe-

ANNO CHRISTI 1409.

afferamus, de elect. licet de evitanda : & hæc sufficiant breviter quoad primum. Circa secundum an Aogelus Corarius, alias Errorius nuncupatus, quod se pro Gregorio XII. gerebat, fuerit privativo crimine irretitus, hic opus, hic labor est, & hic pender pondus diei, & æstus. Et licet me terreat natalis soli domini magnitudo, dominicusque metus illius, cujus servitiis noper adsum, qui mecum sunt ore in hac sententia discordantes, corde tamen, ut arbitror, uniformes, ad quod solum cor Deus respicit, & advertit, ut dicit gloss. in l. 3. de Donat. inter vir. & uxor. cujus cordis solus Deus dicitur scrutator, Luc. 16. & act. 1. 2. q. 5. *consuluisti*. Loquar tamen pro veritate intrepida verba mea : odivi enim ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo, & cum Psalmista conveniam; nam, ut dicit Gregorius: non se putet christianum, qui mori pro Christo non habet animum paratum. Qui enim metu alicujus potestatis veritatem occultat, Dei iram contra se provocat, quia magis hominem quam Deum formidat 11. q. 3. *Quisquis*. Nullo enim modo deberet propter persecutionem prælati & doctoris tacere, quando annunciat veritatem, 43. dist. *Sic rector*; & cap. *Scimus* in gloss. nam proditor esse dicitur veritatis, non solum qui mendacium pro veritate asseverat, sed qui non libere veritatem pronuntiat, quam pronuntiare oportet, 11. q. 3. *Nolite*. Melius est enim pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium, ead. caus. & quæst. *nemo peritorum*. Redeo igitur, ne ultra digrediar, ad propositum quæstionis, & videtur probabiliter dici posse Aogelum, Errorium nuncupatum, qui se pro Gregorio XII. gerebat nullo modo de crimine privativo fuisse irretitum, cum, ut dixi, papa de sola hæresi convictus valeat irretiri, & tunc apostolatu ipso jure privatur, 79. dist. *Si quis pecunia*, cum concordantiis allegatis in discursu præcedenti. Nec constat, ipsum hæreticali macula labefactatum. Absit enim, ut quidpiam sinistre de his arbitremur, qui apostolico gradu succeduot, qui claves regni cælorum habentes ante judicii diem judicant, 11. q. 3. *absit*; cum bene de quolibet, & non male credere debeamus, dicit gloss. Joan. XXIII. q. 4. *quam magnum*. Et ideo dicit textus: mala audita nullum moveant; nec passim dicta absque certa probatione quisquis unquam credat, nec præcipitando quidquam mali agat, 30. q. ultim. *Nullum*. Vulgarisque fama quorumdam ipsius Gregorii opinionem, ac existimationem arguens crimen hæreticum non concludit. Dicit enim canon, quod non solum ille reus est, qui falsum de aliquo profert; sed etiam is qui aurem criminibus citus accommodat, 11. q. 3. *Non solum*, & alibi dicit textus: absit Christianorum judicio, ut ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus in qualicumque modulo suspicionis adducti, quia & sacri eloquii testimonium tenemus, ut mala majorum cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant, sed citius probata ulcisci, 11. q. 3. *in cunctis*: Dicit enim Apostolus ad Rom. 15. nullum ante veram justamque probationem judicare debemus, 30. q. ultim. *nullum*; & subdit ibi littera; mala itaque audita nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam credat, nec præcipitando quidquam mali agat, unde verbum illud Gregorii dicere ipsa potest: Quid enim si non nos homines laudant, &

[A] conscientia liberos nos demonstrat? 11. qu. 3. *illaudantium*: dicit enim Paulus ad Cor. 2. gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ; & Job. 15. dicitur. Ecce in cælo testis meus. Si ergo est nobis testis in cælo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui. Quid enim volunt, quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi pulverem exsufflant in oculos suos, terram excitant, ut unde plus detractionis persiant, inde magis nihil veritatis videant? 11. q. 3. *illaudantium*. Nec videtur obstare sententia Concilii Parisiensis adversus eum lata in cleri multitudine copiosa; quoniam illud non potest dici Concilium, sed potius conciliabulum appellatur, cum non fuerit auctoritate, [B] & licentia papæ, & sic legitime ut debuit convocatum, ut dixi supra in principio hujus tractatus; non repeto. Præterea scriptum est: non sequaris turbam ad faciendum malum, nec judicio plurimorum acquiesces, ut a veritate devies, Exod. 23. & alibi dicitur: non est qui invocet justitiam, nec qui judicet vere; sed confundunt homines in nihilo, & loquuntur vanitates, Isaiæ 59. & ideo dicebat Apost. ad Corinth. 1. scriptum est enim sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Et sequitur: Si qui videtur ioter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat ut sit sapiens, idest ut illa sapiat, sciat, & faciat per quæ mundus fatuum eum reputet, ut sit sapiens [C] apud Deum. In contrarium est veritas manifesta, quam fideli devota professione fateor, firmiter teneo, & affirmo; quam firmiter tenet, prædicat, profitetur, & docet sacrosancta Romana ecclesia mater omnium fidelium, & magistra, quam sequitur Orthodoxorum patrum, ac doctorum, & prædicatorum & prælatorum incommutabilis & vera sententia, de summa Trinitate cap. unico in VI. Ad cujus evidentiam, pro declaratione dicendorum est evidentialiter præmittendum illud, quod est notissimum toto orbi, videlicet quod Gregorius sæpe fatus, post electionem de eo factam ad culmen Apostolatus per DD. cardinales, per apostolicas litteras, atque bullas per univer[D]sum directas significavit se jurasse, vovisse, & promisisse ante electionem factam eodem vinculo efficaciter implendam, cum singulis ex ipsis cardd. in casu quo illorum aliquis ad apicem Apostolatus esset assumptus, papatui cedere, & omni via possibili laborare, ut schisma tolleretur & ecclesiæ integritas sequeretur; & post ipsam assumptionem ad ipsum, ad firmiorem constantiam juravit, vovit, promisit, & ratificavit, prout eædem bullæ, & litteræ attestantur & latius patet publico instrumento inde confecto, & manu propria ipsius Angeli Corario, qui se pro Gregorio gerebat subscripto, & roborato post electionem de se factam ad regimen pastorale, quo expresse promisit, [E] juravit, & vovit, ut dixi, papatui cedere, & omni alia via possibili laborare pro ecclesiæ uniona, nihil de contingentibus, necessariis, vel opportunis quomodolibet omittendo, & quod sic efficaciter faciet, attendet, & observabit bona, pura, & sincera fide, omni dolo & fraude cessantibus, ut schisma tollatur, ut unionis sequatur integritas; quodque pro dictis promissione, voto, & obedientia & juramenti præstatione, & ecclesiæ observationa, ac omnibus & singulis supradictis absolutionem non petet seu impetrabit per se vel alium, & impetrata, seu impetranda non utetur, & sibi

ANNO CHRISTI 1409.

concessam nullatenus acceptabit, nec data potestate per ipsum alteri faciet se absolvi, seu etiam secum in aliquo dispensari; sed volet perpetuo obligatus dicto vinculo remanere. Hujus unionis conclusionem infra annum & tres menses a die inthronizationis de eo factæ in posterum mandans sub vinculo juramenti asseruit & firmavit firmiter se facturum, prout tenor instrumenti inde confecti manu propria ipsius Angeli Corario roborati latius attestatur. An autem hæc pactio valeat & obliget ipsum electum, indubitatum est quod sic: non insisto ut ecclesiastica beneficia *ut nostrum* 28. dist. *De Siracusana*, 8. q. 2. *Artaldus*; licet electio a principio sub pacto fieri non possit, ut notat Innoc. de elect. *Significasti*. Rursus sciendum est, quod dictus hic ibidem per suas apostolicas & mendaces litteras impetravit, alias ministravit, Petro de Luna præfato, qui se pro Benedicto XIII. gessit hortans & invitans eumdem ad hunc pacis & unionis effectum, offerens se papatui, et juri suo cedere, et renuntiare, et quod sic efficaciter faciet, et adimplebit, si et quando Petrus de Luna prædictus juri, et papatui suo cedet, dummodo cardinales collegii utriusque velint simul convenire, ut unici Romani pontificis electio sequeretur; Oratoresque missurum in his litteris testabatur, ut secum de loco habili, et decenti cum hujus rei perfectione disponat. Moxque talca misit, qui a dicto Angelo Corario speciale mandatum habentes, cum eodem Petro de Luna suisque cardinalibus capitula firmaverunt, locumque saoxerunt, et communiter elegerunt civitatem Saonam idoneam in præmissis, ubi deberent ambo simul dicti domini cum collegiis suis pro unione ecclesiæ exequenda personaliter convenire, ibique adesse cum dictis collegiis in festo S. Michaelis in fine mensis Septembris, salvo nisi propter impedimenta navigationis dictus Gregorius tunc impediretur, quo casu debebat adesse in festo omnium Sanctorum tum proxime sequente. Qui quidem tunc Gregorius, si dicta prorogatione uti voluerit, debeat notificasse dicto Benedicto tunc XIII. per totum mensem Julii tunc proxime sequentem, prout tenor dictorum capitulorum probat manifeste, quamquam turpiter resiliverit et resiluerint a promissis, et cum æterna eorumdem damnatione in proprio nostro quod subticeo, quia res ipsa loquitur. Nam in hoc tam felici, tamque beato mentis proposito sinistris adversantibus suasibus maxime fratrum, nepotumque ipse Angelus deliravit, atque etiam delirarunt; contra rectum sanctumque humanæ mentis propositum solida et constanti deliberatione vallatum. Quantum mortali fas sit animo, factum fuit, ut libertas arbitrii parum aut nihil eis valuerit ad beatitudinem assequendam. Hi enim paternæ pietatis obliti, flagitiosis et fraudolentis machinationibus unionem ecclesiæ, consolationem solidam populi christiani, et pacem ecclesiasticam propulsarunt. His pro præludio jam præmissis, redeo ad propositam quæstionem. An iste Angelus Corario detestandus, quem mundus erroneum vocat, et appellat, fuerit privativo crimine irretitus, et dico quod sic: quia pluries requisitus per litteras et oratores serenissimorum principum, atque ducum, comitum et dominorum totius christianitatis, et DD. cardinalium, qui secum tunc temporis assistebant; quod juraverat, voverat, promiserat, et capitulaverat, recusavit opere adimplere. Qui enim alicujus temporalis commodi & maxime gloriæ principatus sui gratia falsas, ac novas opiniones gignit, vel sequitur, hæreticus est dicendus, 24. q. 4. *hæreticus*, nam promissionem juramentum & votum hujusmodi per se factum & populo Christi impertitum satagebat infringere novis & erroneis intellectibus adinventis, cum aliquem lædere quisque non valeat apud Deum, 22. qu. 4. *qui pejerare*. Est enim Deus duplicitatis aspernator, & simplicem intentionem considerat; verborum artem aspernatur & odit, dicit textus in d. cap. *qui pejerare*. Fuit namque in suo errore pertinax manifestus, & nunquam suo paratus corrigi de errore. In suo ultimate se errore firmavit, detrectans, & aspernans suasus quoslibet ecclesiasticæ unionis; cum cauta sollicitudine ipsius ecclesiæ quærere debuerit unitatem. De cujus integritate informari renuit opere impudente. Unde hæreticus est censendus, 24. q. 2. *dixit Apostolus*. Qui enim obstinata mente, & studio suos defendit errores, is hæreticus judicatur, de hæret. *quicumque*. Et probatur in lege milites ff. de re militari; noluit enim adhortationis monitores audire contra doctrinam apostoli: hæreticum, inquit, hominem post primam & secundam correctionem devita, d. cap. *dixit apostolus*. Lapsusque est in errorem audacia suæ præsumptionis seductus ab erroribus convinctorum, ideo hæreticus dici debet, ut dicto cap. *dixit*. Cumque pravum saperet, ut sanum, rectumque unionis ecclesiasticæ gradiretur, suosque pestiferos, ac mortiferos errores congereret, resistens contumaciter emendare, se in suis erroribus defensavit; ideo hæreticus est censendus 24. q. 3. *qui in ecclesia*.

Asserebat enim, quod, & se pertinaciter defendebat ad hujusmodi juramenti, voti, & promissionis observantiam minime obligatum, cum hæc sit hæresis manifesta; & hujusmodi asserens, ut hæreticus est censendus: nam qui asserit, & pertinaciter contemnit propositionem contrariam veritati sacrarum scripturarum seu sacrorum canonum, ut hæreticus est censendus, quia hæresis est dogma perversum, 28. q. 3. *inter schisma*. Allego pro hoc bonum textum 24. q. 1. *non afferamus*. Nam sacris scripturis non debet modo aliquo contradici, 8. dist. *ego*, & cap. *Quis nesciat*. Quinimmo dicebat hic Angelus detestandus, se non teneri ad votum & juramentum seu obligationem, quam de sa fecit, videlicet cedere juri apostolatus pro ecclesiæ unione. Immo dixit hanc viam perniciosam & malam, quam tamen viam veluti sanctissimam, & optimam, dogmatizavit, prædicavit, & promulgavit, & in quamplurimis suis bullis, & cum consensu DD. cardinalium firmavit, scribens regibus, principibus, universitatibus, & communitatibus omnibus, ipsam offerens tanquam viam pacificam, & bonissimam ad ecclesiæ unionem; & nunc in reprobum sensum ducit. Unde tanquam transgressor juramenti, promissionis, & voti irrevocabilis, & obligationis factæ Deo de re licita, & possibili, atque sancta, & utrique homini utili hæreticus judicatur, cum sacris scripturis audeat pertinax dissentire, ut dicto capite *inter schisma*, 24. q. 3. Et probatur optime in cap. *non afferamus*, 24. qu. 1. Nam Numer. 3. sic mandatur a Domino. Iste est sermo quem præcepit dominus: Si quis virorum votum fecerit Deo, aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum votum suum; sed

omne

ANNO CHRISTI 1409.

omne quod promissa implebit. Et Deuteronom. 21. sic mandatus: Cum voveris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus; & si moratus fueris, imputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem egressum est semel de labiis tuis, observabis; facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate ex ore tuo loqnutus es. Profecto hæreticum est asserere & pertinaciter defensare consequenter obtestando se ad observantiam juramentorum & votorum super re tam licita, atque utili, tam honesta pro ecclesiæ unione, tam necessaria reipublicæ christianæ, se minime obligatum, quamquam Papa legibus sit solutus. De usuris ex gravi §. *ult.* in Clem. & eodem lib. ex gravi §. ultim. in Clem. & cap. 2. de summa Trinitate cap. 1. §. porro. Nonnunquam posset Romanus pontifex super hujusmodi irrevocabili voto per se, vel per alium dispensare. Sed nunc magis convinceretur manifestissimo errore, cum nihil melius reperiatur, nihil utilius, vel honestius atque sanctius, in quo hujusmodi votum valeat permutari, 25. q. 1. *sunt quidam*, ubi est textus, & probatur, 19. dist. *nulli*. Et ideo dicebat sanctus ille papa. Gregorius in homil. communi, cujus nomen hic Angelus Corario usurpavit. Lectio sancti evangelii sollicite considerare nos admonet, ne nos, qui plus ceteris ab auctore mundi accepimus, gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto igitur humilior, & ad serviendum Deo promptior quisque esse debet ex munere, quanto obligatiorem se conspicit in reddenda ratione. Et quod pertinaciter promissa defenderit Angelus detestandus, patet ex sua diuturna captiosa; noluit enim audire correctiones, ac monitiones, vel monitores; nam magistrum in Theologia carceravit ipsum ad voti observantiam inducentem, & DD. cardinales reverendissimos de Aquileja, & de Mediolano ad hoc missos per collationem cardinalium apud Senas, ubi tunc iste retrogradus Errorius morabatur, audire contempsit, & quampluries dictis DD. cardinalibus suis pertinaciter restitit; immo & contra eos sententias injustissimas fulminavit. Item patet ejus pertinacia ex promotione postmodum subsequuta, nam promovit, & promovet omnes suæ hæresi assentientes. Ex quibus & aliis pertinax convincitur, ideo hæreticus est censendus; De usuris ex gravi in Clem. de summa Trinitate cap. 1. §. Porro, 24. q. 3. *qui in ecclesia*, & cap. *dixit apostolus*. Et quamquam hæreticum dummodo sit paratus corrigi, canon recipiat & admittat, 24. q. 1. *quam dignior*; tamen si usque ad annum corrigi postergaret, amodo pro hæretico est habendus, de hæret. *excommunicavimus*. Immo post annum non debet audiri; esto quod purgare causam suam velit, 11. q. 3. *rursus*: quod pulchre disputat Ostiensis de voto in summa §. utrum. Item ex quo. Et si dicatur, ergo non valet retractatio hæreticorum post annum. Respondeo, quod immo valet, si fiat in forma, quantum ad confectionem veritatis, & veritatis testimonium, & etiam ad salutem consequendam, non autem ad beneficium & dignitatem recuperandam, nisi de novo fiat ei collatio per illum, qui potest dare; alias ubi non esset certum tempus ad hoc, tunc papa posset illudere ecclesiam temporibus vitæ ejus, si tempus retractandi non esset a jure statutum; quid enim, si semper diceret; cras, cras faciemus? Ideo intra annum debet hæreticus suum errorem corrigere, & purgare. Sic & infra annum & tres menses invicem per capitula jam præfixos, debuit Angelus iste Corario prout juraverat, voverat, promiserat schisma tollere, papatui cedere, & præfixo, & acceptato loco Saoniæ personaliter convenire; quod cum non fecerit, nec per successum temporis ad id sæpissime per oratores christianitatis, & ejus collegium cardinalium infinitis vicibus invitatus, & pariter monitus ac etiam provocatus, hæreticus & schismaticus est dicendus, ut d. cap. *quam dignum* 24. q. 1. & cap. *qui in ecclesia* & cap. *dixit* 24. q. 3. de usuris, ex gravi §. ul. in Clem. & per consequens excommunicatus, & omni dignitate, & potestate privatus, ut dicto cap. *quam dignior*, & cap. *dicimus*, & q. 1. *audivimus*, & cap. *miramur* §. His auctoritatibus, & cap. *expressum* 79. di. *si quis pecuniam*, cum concordantiis ibi allegatis. Ut sibi recte conveniat psalmi verbum illud: noluit intelligere ut bene ageret, 11. q. 4. *excellentissimus*. Nam quando duo de papatu contendunt, tenentur sacro Concilio & sanctæ Synodo respondere, 2. q. 7. *Simmachus*; maxime si fuerint requisiti. Quod si non venerint, & hujus sanctæ Synodi fugiunt judicium, deberent pro convictis haberi, de præsumpt. *nullus*, 11. q. 1. *Christianus*, 3. q. 9. *decernimus*, 74. dist. *Honoratus*. Quinimmo duobus contendentibus de papatu, quis ipsorum sit verus apostolicus nominandus, debet Concilium convocari: textus est apertus, conjuncta glossa 79. dist. *Si duo*. Errans itaque contra fidem, qui non est paratus corrigi, nec quærit cauta sollicitudine veritatem, pertinax hæreticus est censendus, 24. q. 3. *dixit apostolus*. Cum ergo tam Angelus Corariu supradictus, quam Petrus de Luna recusarint, vel quomodolibet impedierint, ne error eorum rite, & legitime examinaretur in dicto Concilio generali, non cauta sollicitudine veritatem quærentes, sunt ut pertinaces hæretici judicandi, ut ex præmissis patet aperte; nam qui male agit, odit lucem, Jo. 3. de pœnit. dist. 1. *omnis qui*. Quinimmo posset dici, sub dubio forte, quod propter ipsorum hæresim manifestam non erat expediens ipsos requiri ad cedendum papatui, cum jam contenderent de papatu. Nam jure divino, & humano sunt ipso jure omni apostolatu privati. Patet Matth. 23. & est expressum 79. dist. *si duo*; & quamquam hic Angelus detestandus, & Petrus de Luna præfatus non cesserint papatui, ut promiserunt, ac firmaverunt, non tamen minus hæretici sunt censendi 19. dist. *Anastasius*, 24. q. 3. *hæresis*, & in d. cap. *Anastasius*, & est expressum de Anastasio papa, qui hæreticus mortuus est, nec cessit papatui: similiter legitur de Leone papa, & de Liberio, & aliis schismaticis, quorum paucissimi, & fere nulli renunciantes fuerunt. Concluditur ergo præfatos Angelum Corarium, & Petrum de Luna fuisse & esse hæreticos & schismaticos manifestos, quia hæreticus dicitur omnis ille, qui non tenet ecclesiæ unitatem, per sententiam Ostiensis de hæretic. in summa §. in fine. Quinimmo hæreticus deprehenditur, qui levi saltem argumento & suspicione licet non gravi judicio catholicæ religionis & tramite, sive a fide catholica detegitur deviare, cap. de hæretic. l. 2. Et sic eo casu indicia fidem faciunt arg. ff. ne vis fiat ei. l. Si quis, & de Carbo edit. l. Carbon. §. causæ cognitio; quod tenuit Ostiensis de hæreticis

ANNO CHRISTI 1409.

§. 2. & intelligitur leve argumentum. l. probabile quod quis de facili appareat, vel si gravis infamia laboret contra eum. Quid enim si non vult jurare? certe pro convicto habetur secundum eum. Sic & ille qui fovet schisma, & votum cessionis omissum sub vinculo juris adimplere recusat, pro hæretico est censendus, & pro convicto habetur. Sic potest intelligi de hæretic. Excommunicamus §. adjicimus, & §. Si quis autem; quia hæreticus dicitur qui sola suspicione habetur notabili, licet non gravi, quæ considerari debet juxta qualitatem ejus & personæ, dicto §. qui autem. Quod autem iste Angelus noster, Errorius vocatus, fuerit de præmissis graviter cum scandalo infamatus, patet lippis & tonsoribus, & rei satis demonstratæ frustra adjicitur alia demonstratio; ff. de do. prolog. l. 1. & manifesta in probatione non indigent, in ff. de integrum restitutione l. 1. 2. 3. de manifesta. Est enim hoc notorium toto orbi, & ipsa rei evidentia demonstratur & oculo videtur, & digito tangitur; ideo probatione non indigent secundum doctrinam Innocentii de elect. *Venerabilem*, & si fiat probatio eo casu fit ex superabundanti, ut dicitur cap. de manifeste, 2. q. 1. Quinimmo litteræ sub bulla minutæ transmissæ per ipsum Angelum regibus, principibus, universitatibus, comitibus, dominis, & prælatis faciunt rem hanc esse notoriam, & ipsum Angelum notorium schismaticum, & hæreticum manifestum, quoniam bullæ pontificum Romanorum, & regum scriptura vel canonum notoriam rem faciunt, & designant, ut Barbarum fuisse prætorem, secundum Baldum alibi. Accedat quod ipse scribit in l. ultima cod. de accus. & in l. Barbarus cum sua materia ff. de officio prætoris. Quinimmo & gesta judiciorum, & omnia acta publica, quæ pro nostris ponuntur, dicuntur esse notoria l. 2. de origine juris, Cod. qui & adversus quos l. 1. & quod notorium in l. finali de interrogatione acc. & vocant Doctores hoc notorium juris. Fateor tamen, quod ex sola suspicione, quamvis vehementi, non tamen probabili quis de hæresi non damnatur ea quo negat, & paratus est ecclesiæ obedire. Sed ex suspicione & obstinatione & lapsu anni & trium mensium ad tollendum schisma, & papatui cedendum in litteris Apostolicis instrumento inde confecto a capitulis expressato contemnendo ecclesiæ unitatem, ac in Petri claves, ut dicit cap. ult. de pœnis, & cap. de Excessibus Prælatorum, cap. ult. Alias si sola suspicio habetur quasi vehemens, & paratus sit errorem corrigere, admittitur secundum Ostiensem, de hæres. in summa §. 2. verbo, *ergo sola suspicio*. Quamquam iste Angelus Errorius nuncupatus suum errorem in pertinacia tenuerit impudenter irrevocabilis, indocilis, ac obstinatus, in perniciosum illius exitium & virus mortiferum detestandi schismatis novis machinationibus protrahendo testetur Christi populus ipse scissus. Is enim rebellis ecclesiæ hæreticus judicatur ut in symbolo & cap. de hæret. de summa Trinit. l. I. Quis ergo illum hæreticum non affirmet? certe nullus; de usur. ex gravi §. ultim. in Clem. de S. Trinit. cap. 1. §. Porro 16. q. 1. *Nos autem*. Qui a statu fidei, & religionis retro stetit, 27. q. 7. *non observetis*, perfidia infectatus, 2. q. 7. Non potest; in malo proposito tam perseveranter, quam permanenter insistendo dicto cap. 1. §. Porro, de Summa Trin. in Clem. per gloss. pertinax ut ejus perseverantia detestanda, a bono retrograda graviori gehennæ incendio sit plectenda, 90. d. *Si quis monachus*, & cap. seq. Cum perseverantia delictum augeat Cod. de super ex hac l. 1. lib. 10. ff. inoffic. test. Papinianus §. meminisse de pœnit. dist. 1. cap. 1. Et ideo cautum est, quod qui non est membrum ecclesiæ, hæreticus judicetur in aut. de privil. doct. col. 8. & probatur 4. q. 1. cap. 2. Sic & qui communionem catholicæ ecclesiæ non recipit, hæreticus judicatur. In autent. de privilegiis Do. v. *sacram communionem*. Quis ergo illum negabit hæreticum, qui unionem ecclesiæ præter vinculum juramenti, promissionis, & voti tam pertinaciter opere recusavit, ut dicto verbo igitur, & qui se a communione fidelium & sui collegii est divisus? Hic enim hæreticus est censendus, 4. q. 1. *Quod autem*. Quis illum dubitet hæreticum affirmare, qui Romanæ ecclesiæ privilegium ab ipso summo ecclesiarum capite traditum auferre conatur in hostem ecclesiæ transferendo ecclesiæ facultatem, 22. dist. *omnis* de hæretic. *firmissime* cum sacrilegus judicetur, qui alienat ecclesiæ facultates, 17. q. 3. *omnis*. Quis illum non prædicet hæreticum, & affirmet, qui hæreticalia facta egit? argumentum c. de injur. *Si non convitii*, de hæretic. cap. 2. l. 6. 23. q. 5. *Si nos*, & de hæret. ad abolendam §. præsenti & cap. *Excommunicamus*. Quis illum hæreticum non affirmaret, qui universalem ecclesiam perturbavit? 9. q. 3. *per principalem*; & statum ecclesiæ destruere est molitus, 8. q. 1. mortis scandalizando ecclesiam, & per consequens ipsum Deum, 93. dist. *nulla ratione*, 8. q. 1. *qui vos* cum hæc sit sufficiens causa removendi ab omni dignitate contra pacem si quis esset, 24. q. 1. *qui contra pacem*. Et ideo alibi dicit canon, quod ligandi & solvendi potestatem non habet, qui unitatem pacis catholicæ non tenet, 24. q. 1. *omnibus*. Est etiam occulte hæreticus & excommunicatus ipso jure, 24. q. 1. cap. 1. de hæretic. *Excommunicamus*. Ipsi etiam hæretici non habent auctoritatem nec jurisdictionem, 24. q. 1. *dicimus*; & ibi patet, quod excommunicati hæretici non possunt absolvere, vel ligare, ut in cap. *Audivimus*: nam pro non dato habetur quod datur ab eo qui dandi potestatem non habet, de jur. pa. *Quod autem*; est enim hæreticus proprio ore & proprio judicio condemnatus secundum Apostolum ad Titum 3. 11. q. 2. *Excommunicatos*. Et ipso facto sine aliqua sententia ipse Angelus & Petrus de Luna præfati se ipsos ut hæreticos condemnarunt a fratrum suorum cardinalium sede divisos. Patet 1. q. 1. *Si quis de ecclesia*, ubi dicit littera, quod si quis de ecclesia violenta præsumptione exiverit, a semetipso damnatus est; & dicit ibi glossa, hic est casus in quo papa papam ligare potest, quia si papa efficitur hæreticus, est minor quolibet catholico, 1. q. 1. *sancimus*. Probatur hoc etiam, 16. q. *vel sane*, ubi dicit glossa, quod a communione Timothei Episcopi CPolis 40. Episcopi recesserunt, quia inciderat in hæresim jam damnatam, & sic sententia canonis erat lata in ipsum, & patet 19. dist. *Anastasius*. Quot autem modis quis hæreticus censeatur, late patet 24. q. 3. *quidam autem hæretici*, ubi ponuntur octo sectæ hæreticorum, quas Isidorus retulit Ethymolog. cap. 2. & notantur plene per glossam & Archid. 24. q. 3. *quia vero*. Conclusio est, quod multipliciter quis hæreticus judicatur, di-

cun-

ANNO CHRISTI 1409.

cuntur enim hæretici qui contra statuta Patrum dicunt, 25. q. 2. *Si ea destruerem*. Item hæraticus dicitur qui falsas opiniones gignit, 24. q. 6. *hæreticus*. Item dubius in fide, de hæreticis cap. 1. & qui sacramenta pervertit, 1. q. 1. *fertur*, & cap. *quisquis*. & cap. *Eos qui*, 6. q. 1. §. *sed licet*. Item excommunicatus; nam qui non ast membrum ecclesiæ pro hæretico judicatur in authentica de privil. Do. post prin. col. 8. & probatur 4. q. 1. cap. 2. Item omnis ille, qui male interpretatur sacram Scripturam, 24. q. 3. *hæresis*; & qui novam opinionem invehit, eadem quæstione *hæreticus*, 37. dist. *relatum*, dicitur atiam hæreticus, qui privilegium Romanæ ecclesiæ ab ipso sanctissimo ecclesiarum capite traditum conatur auferre, 22. dist. *omnis*; & qui communionem catholicæ ecclesiæ non recipit, in aut. de privilegiis, da potestate principum v. *Igitur sacram communionem*: dicit namque canon, quod si quis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantumcumque laudabiliter vivere se existimat, hoc scelere, quod a christianitate distractus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum, 22. q. 5. *Si quis catholica*; qui enim se ab ecclesia dividit, hæreticus judicatur; hoc Græcum nomen secundum Isidorum Latine divisionem sonat, quæ divisio fit per electionem voluntatis, quia sibi eligit disciplinam, quam putat meliorem, ita dicit Jo. XXIII. q. 4. *hæresis*. Item consistit hæresis in voluntate deliberata, & electione cum divisione unitatis, & ab ipsa separatione, 1. q. 7. *querelantibus*. Item 24. q. 1. *qui alicujus*. Est etiam hæreticus, qui transgreditur præcepta legis Apostolicæ & qui vult repugnare decretis, & litteris apostolicis, 18. dist. *Nulli*; & qui eas non recipit, 20. dist. De libellis; & qui adversatur catholicæ fidei secundum Innocentium de summa Trinitate *Firmiter*, & cap. *damnamus*, & de hæret. excom. & qui adversatur paci ecclesiæ hæreticus judicatur, 24. q. 1. *contra pacem*. Item rebellis eccl. hæreticus judicatur, ut in symbolo, & C. de sum. Trin. lib. 1. Item si quis per annum ex quacumque causa in excommunicatione stetarit, hæreticus judicatur secundum summam Ostiensis de hæret. §. 2. in fine, & de voto §. Varum v. *Item ex quo*; & qui suos defendit errores appellatur hæreticus manifestus, de verbor. signif. *super quibusdam*. Item præcepto desormans habitaculum ecclesiæ, 24. q. 1. *quæ digno*. Item transgressor canonum creden. Romanam ecclesiam non habere potestatem condendi canones, est ut hæreticus puniendus, 19. dist. *nulli fas*. Sunt etiam alii plures casus, ex qeibus quis hæreticus judicatur, quos non prosequor; esset enim laboriosum, potius quam subtile: sufficit aliquos retulisse; nam fere omnibus modis supradictis, & causis superius allegatis præfati Angelus Corarius, & Petrus de Luna hæretici judicantur. Advertendum tamen est, quod sive sit papa, sive imperator hæreticali labe pollutus, ipso jure sunt omni dignitate privati, & in hoc concordant omnes, & probatur 40. dist. *si papa*, 24. q. 1. *qui contra pacem*, de hæret. ad abolendam, §. 1. & 2. Sic & si papa schismaticus argueretur, exutus esset ipso jure omni pontificali dignitate, quoniam idem crimen est hæresis, & schisma judicatum, & firmatum, & inveteratum secundum sententiam Ostiensis de schismat. §. qua pœna, v. *nec obstat*, & tenent doctores in cap. *licet*, & de evitanda de electio: Et probatur 23. dist. In nomine Domini; & dixi late in proximo præcedenti discurso; & his casibus degradatus traditur curiæ sæculari, ut ibi cum ultimo supplicio sit puniendus, cod. de hæret. *Amani*; quam mortem interpretantur de pœnis l. ult. de consuetudine; tamen tales cremantur: Nam & crematio ult. supplicium est, ff. de pœnis l. *capitalium*. Fallit, nisi redire voluerit ad agendam pœnitentiam, in carcere detrudendus, de hæret. excom. §. *damnati*. Concluditur ergo ex omnibus præmissis Angelum, & Petrum de Luna præfatos convictos de hæresi & schismate infallanter, & dicam in discursu quartæ principalis quæstionis, & sic a papatu ipso jure privatos, 29. dist. *si quis pecunia* 40. dist. *Si papa* 2. q. 5. *præsul*. cum concord. superius allatis.

Quis ergo bene instructus negabit illum hæreticum & schismaticum manifestum, qui a suo proposito laudabili atque sancto retrorsum tanto cum dolore, & scandalo exorbitavit suæ legis atque voti, & juramenti irremissibilis transgressor existens, factus exinde infamis & abominabilis apud omnes 4. dist. §. de tregua, & pace, & cap. *pauper*, Joannes Andreas in cap. *generali* de elect. lib. 6. in glossa q. incipit *contrafaciens* promissionis juramenti vallatæ voti tam liciti & honesti pro ecclesiæ unione papatui cedere, & irremissibilis factus temerarius violator, hic enim indubie schismaticus, & hæreticus est dicendus: adduco bonum textum 24. q. 1. *non afferamus*; & quod notatur de jurejurando debitoris; nam ambo dicti domini satagentes ecclesiam Dei scindere in fide penitus erraverunt, peccando in illum articulum, *credo in Spiritum S. & sanctam catholicam ecclesiam*, 24. *q.* 1. *advocavit*, & quatuor cap. præcedent. unde hæretici judicandi de usur. ex gravi. Clem. XXIII. q. 4. *hæresis*. Vestimentum enim Dom. scissum non fuit; sed de eo sortiti sunt, quia ecclesia scindi non debet, sed tota in unitate consistit, 16. q. *ut sicut domini vestimentum*. Et licet schisma ab hæresi differat in principio, tamen si perdurat, cadit in hæresim secundum Ostiensem, & Joan. Andream, & omnes doctores, quia fingit se ab ecclesia recte recessisse. Et ideo constat hæreticus 24. q. 3. *inter schisma*. Unde & eodem modo papa schismaticus sicut papa hæreticus apostolatu privatur secundum Ostiensem, qui hoc tenet aperte de schismate in schisma §. qua pœna V. *ut dicitur*, et tenent doctores in cap. *licet* de evitanda, de electione, & probatur 23. dist. *in nom. domini*; & dicto capite *advocavit* superius alleg. Quisquis igitur ab apostolicis divisus est sedibus, in schismate eum esse nemo dubitat.

Et qui contra universalem ecclesiam altare conatur erigere 23. q. 5. *non vos*, ubi dicit textus, quod qui a communione semetipsum suspendit, & collectam facit, & altare constituit, & noluit vocanti collegio consentire, & eidem acquiescere, hunc omnino damnari, nec unquam, vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Profecto de his duobus, Angelo Corario, & Petro de Luna scandalizatoribus ecclesiæ orthodoxæ, & eorum flagitiosa, & abominanda & nefaria vita prophetizando loquebatur apostolus ad Timot. 3. Hoc autem, inquit, scitote, quia novissimis temporibus erunt homines se ipsos amantes, resistentes veritati, homines mente corrupti, reprobi contra fidem: Et hos devita; pervenerunt namque peccata eorum usque ad cælum; & recor-

datus

ANNO CHRISTI 1409.

datus est Dominus iniquitatum eorum Apoc. 18. A Quis igitur ex vobis arguet me de peccato, si veritatem dico vobis: Jo. 7. de hæret. *cum ex injusto*.

Circa tertium principale quæsitum, quando papa irretitur de hæresi vel schismate, quis erit judex competens in prædictis? Istam quæstionem ponit Joannes Andreas de hæret. in fi. lib. 6. super verb. *favorem*, & notatur 17. dist. §. Hinc etiam, ut & concludit idem Joannes sequendo Archidiaconum, quod hujus criminis competens judex est Concilium, 17. dist. §. *Hinc etiam v. ad hoc* 2. q. 7. *Simmachus*. Aliud est §. Item Symmachus; alias est sub §. item si Balaam in fine, quia omnibus major est urbe 55. dist. *sicut*, & cap. *nemo* 11. q. 3. Quod dicit quia nemo judicabit primam sedem, intelligit de papa catholico & fideli; & hoc habet de indubitato de papa vivente; sed si papa defunctus de hoc accusetur, quæritur an ejus successor sit judex competens, ita quod ad agnitionem non sit necesse Concilium convocari; & concludit quod sic; patet ex his quæ notantur 24. q. I. in cap. 5. Et an de hæresi post mortem possit quis post mortem a populo accusari, notat plene Joannes Andreas post Jo. Mo. de præscriptionibus cap. 2. lib. 6. & notatur de hæres. accusatus §. eodem libro. Et subdit dictus Joannes in d. cap. in fidei favorem quosdam tenere, quod quamvis in Concilio probetur contra papam tale crimen, non tamen papa damnabitur per Concilium, sed ipse damnabit se ipsum, 21. dist. *nunc autem*; sed Archidiaconus, quem ipse sequitur, tenet contrarium, quod per Concilium damnari poterit per cap. *si papa* 40. dist. ad finem: Et hoc, ut dixi, habet pro indubitato de papa vivente. Quinimmo quando duo contendunt de papatu, quia quilibet ipsorum dicit se esse verum apostolicum, debet ad hoc Concilium convocari, quod de hoc cognoscat; & ipsum Concilium, & non cardinales, est judex competens in præmissis; textus est conjuncta glossa 79. dist. *si duo*. Sed hic insurgit dubium, an Concilium Pisanense fuerit ad hoc convocatum legitime. Non videtur quia dicti Gregorii tunc licentia, & auctoritas non intercessit; nam sine D papæ licentia, & auctoritate non potest generale Concilium convocari. Et alias convocatum non Concilium, sed conciliabulum dici debet, 17. dist. *multis* & per *totam* illam distinctionem, & cap. *generalia*, & cap. *de Conciliis* notatur in Specul. de leg. §. *superest videre v. sed nunquid legatus ecclesiæ Romanæ*, cum remission. & in cap. *Grave* de præbendis, & notatur de his, quæ fiunt a plur. cap. ult. & de offi. leg. quod translationem in gloss. & plenius super ea. Constat autem, quod cardinales, qui illud consilium convocaverunt, & ipsorum collegium, jurisdictionem papalem exercere non posse. De elect. cap. 2. in Cl. Ideo quidquid factum fuit in eo Concilio, caret ro E bore & firmamento, de el. *quia papa*, de pœnitent. dist. 2. *caritas*. Illud enim quod impedit faciendum, resolvit jam factum, ff. de fur. *l. inter omnes*. §. *recte*, conjuncta lege *Uranius* §. 1. de Fideicommissoribus. Præterea cardinales in facto proprio judices esse non possunt, ut d. cap. *si duo* 79. dist. in glossa. Contrarium est veritas indubitata, quoniam id quod dicitur in juribus superius allatis de licentia & auctoritate papæ debet generale Concilium convocari, locum habet quando papa est catholicus; secus autem si esset a fide devius vel schisma foveret ecclesiæ, ut fuisse, in proposito præcedenti discursu legitime est monstratum. Item locum habet, quando esset unus papa indubitatus; secus autem si inter duo esset contentio de papatu, quia tunc collegium cardinalium ex duobus collegiis factum, unum poterit Concilium convocare, cui competit eo casu potestas Concilium convocandi secundum glossam in d. cap. *Si duo*, 79. dist. Et hoc fuit de mente Joannis Andreæ in d. cap. *in fidei favorem* de hæret. lib. 6. Præterea recusante papa concili. convocare & de petitis contra eum in Concilio respondere poterit absque ejus auctoritate Concilium convocare; patet 17. dist. §. *Hinc* in verb. *ad hoc*. Cum B ergo Angelum Corarium supradictum, & Petrum de Luna totus populus christianus hæreticos schismaticos prædicaret, rationibus & causis, supra in præcedenti discursu latissime explicatis, & sic per consequens omni pontificali dignitate ipso jure exutos, 79. dist. *Si quis pecunia*, 28. 1. *si quis de ecclesia*, 19. dist. *Anastasius* 40. dist. *si papa* cum similibus infinitis optime potuerunt præfati cardinales & ipsorum collegium ex duobus collegiis factum unum Concilium convocare, quoniam solum Concilium vulnerato pastore curandis ovibus adhibet medicinam, cum non debeat papa in facto proprio judex esse, sed arbitros eligere, 16. q. 6. *consuetudo*, & consequenti. Cum ergo se C des Petri vacare per catholicos justissime diceretur, optime potuerunt cardinales illud Concilium convocare, quia vacante sede jurisdictionem papalem permittitur cardinalibus exercere, ut ad electionem canonici unici Romani pontificis veniatur, de elect. *ubi periculum*, lib. 6. & probatur in c. 1. de schismate eodem libro, quia vacante sede potest ecclesia adunari, & etiam papa errante, ut patet Actuum 15. & Galat. 1. de Paulo reprehendente Petrum, in quo Concilio Jacobus Jerosolymitanus præfuit, & non Petrus. Præterea cardinalium cœtus in hac possessione, qua ardua quæcumque negotia ipsorum consilio tractetur & terminentur, ut notat Joannes Andreas post Jo. Mo. de hæretic. super eo D lib. 6. v. *nostrorum Concilio*, & ibi plura exempla recitat. Præterea in causa fidei potest & debet Concilium convocari, sicut patet in Concilio episcoporum & sacerdotum coadunato tempore Marcellini, in quo data fuit audientia Marcellino, qui thura jactaverat Idolo, 21. dist. *nunc autem*; quia dubitabant episcopi, quo animo hic fecisset, an videlicet animo abnegandi Christum, an timore mortis. Ideirco videlicet ab ipso experierunt, qui solus ipsos certificare poterat dicentes. *Tuo ore causam tuam judica*. Constat enim si illud animo abnegandi Christum fecisse se respondisset, ipse papa non erat, quia hæreticus factus omni dignitate privatur. Immo minor est quolibet catholico, 24. q. 1. E *Acatius*. Et sic illud Concilium fuit adunatum absque auctoritate Papæ. Aut si thura jactavit timore mortis, qui cadit in constantem, quocumque modo istud Concilium fuit pro causa fidei adunatum & coactum. Et ipse papa ipsorum judicio se submisit. Et ibi quærit glossa, quare ipsum non judicaverit, quia confessus est hæresim incurrisse; & respondet, quia ipsum viderunt paratum corrigi, ideo non fuit depositus, 24. q. 3. *dicit apostolus*. Nam si vidissent ipsum pertinacem, proculdubio apostolatu ipsum privatum annunciassent. Cum ergo causa fidei sit communis, 86. dist. verb. *nam*,

& ad

ANNO CHRISTI 1409.

et ad universale Concilium debet deduci, et maxime in casu nostro, nam ex illo duorum, Angeli Corario, et Petri de Luna contendentium de papatu hæresi notoria tota Romana ecclesia conquassatur. Idcirco ad determinandum de ipsis universale et generale Concilium extat convocandum, 79. dist. *si duo* in gloss. Sic enim fuit ad deponendum Anastasium II. cardinalium et episcoporum Concilium convocatum 19. dis. *Anastasius*; sic etiam fuit epis. Conc. convocatum ad deponendum Joannem XII. et non propter hæresim, sed propter incorrigibilitatem; quia venator et lubricus erat. Fortius ergo in casu nostro debuit Concilium convocari. Non est minor causa præsens, quam illa, quia quælibet est de hæresi et ecclesiæ scandalo manifesto per cardinales quibus maxime notæ erant, ut sunt hæresis et pacta illorum contendentium de papatu. Et quod potuerit congregari, et convocari Concilium absque licentia & auctoritate papæ recusantis illud convocare, & se subjicere judicio episcoporum, & prælatorum de his, de quibus ipse impetitur, patet aperte 17. dist. §. *Hinc autem* 5. *ad hoc*, & notatur secund. q. 7. *Simmachus*. De multiplicibus autem Conciliis, & eorum tempore hactenus celebratis refert Joannes Andreas de his quæ fiunt a pluribus cum apostolica in fine de elect. Nonne de incept. de decim. *nuper* lib. 6. Præterea periculosum est dicere, & penitus inhumanum, quod non liceat papam accusare, nec possit ab aliquo judicari, quia immo potest ab Evangelicis, qui Angelos & Angelos judicabunt, ut dicit Apostolus ad Cor. 2. maxime quando a fide exorbitat, patet 2. q. 7. *Paulus*, & cap. *Sacerdotes*, & cap. *Oves*, ubi Paulus Petrum reprehendit, qui erat papa. Patet ad Gal. 2. Ideo Augustinus in libro Soliloquiorum dicebat, quia prælati non debent se non reprehendi præsumere, pro eo quia canones non eos passim constituant accusandos; quod tamen negatur solis criminosis, cum de reprehendendo veritas ipsa constituat, 2. q. 7. *præsumunt qualiter*: neque enim præsumimus, vi possumus, debemus vexare malos, ut cessent a malo, 23. q. 3. *Jam vero*. Item ecclesia, quæ congregatio fidelium appellatur, cogere debet malos ad bonum, sicut Christus Paulum coegit, 23. q. 6. *schismatici*; & habemus de hoc exemplum B. Gregorii invitantis omnem eum reprehendere volentem, 2. q. 7. *Si quis nos*. Ubi patet, quod subditi prælatos suos possunt reprehendere, & accusare, ut patet in cap. seq. exemplum de Paulo archiepiscopo civitatis episcopo accusatus extitit & convictus de lapsu carnis, propter quod fuit depositus & alius loco ejus substitutus papa & de suis erroribus & defectibus damnatus patet 2. q. 3. *præsul*, & ibi glossa quod in condemnatione papæ duo testes sufficiunt; & in hoc est deterioris conditionis, quia sicut cooperatione aliorum creatus est major, ideo sine spe veniæ damnandus est ut diabolus, ut dicitur de pœ. dist. 2. prin. & extrav. de test. de pœ. & cap. *Super eo*. Præterea quando papa argueretur de hæresi etiam occulta, debet episcoporum Concilium convocari, ut patet 15. dist. *sicut* in fine, & cap. *expressum* 2. q. 5. *mandastis*. Quod hic Angelus maledictus per crebra consilia, legationes quamplurimas laboriosissimas, sumptuosas omnium pene christianitatis regionum facere semper pertinaciter recusavit. Sed hic incidit dubium, an cardinales potuerint, & debuerint recedere ab obedientia dictorum Angeli Corario, qui se pro Gregorio XII. gerebat, & Petri de Luna, Benedicti XIII. nuncupati, antequam de impetitis criminibus essent per ipsum conventum Concilium condemnati. Non videtur per caput *Nonne* 8. q. 4. ubi dicit textus, quod lex ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum &c. & extrav. *ut lite pendente* cap. 2. Nam alibi dicit textus, quod si quis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter vivere se existimet, hoc scelere, quod ab ecclesia disjunctus est, non habet vitam; sed ira Dei manet super eum, 23. q. 4. *Si quis catholica*. In contrarium est veritas, quia in exemplum culpa vehementer ostenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur, 83. dist. *Nemo*. Nam papæ schismatico, vel hæretico nullus debet reverentiam & honorem; quinimmo quando prælati sunt hæretici, schismatici, vel excommunicati, vel non servant canones, vel sunt simoniaci, vel notorii fornicatores, potest & debet ante sententiam ab eis recedi, 19. dist. *nulli* 16. q. ultim.: *sane*, 22. dist. *Nullus*; & in papa est expressum 19. dist. *Anastasius*. in illis clericis & cardinalibus, qui recesserunt ab obedientia & opinione papæ Anastasii II. qui favebat Acatio. Item habemus de Joanne XII. a quo cardinales non quia hæretico sed quia lubrico & incorrigibili recesserunt, at ipsum mediante Imperatore Othone deposuerunt, & Leonem II. ei subrogaverunt. Item habemus de Liberio hæretico, a quo Cardinales se tanquam ab hæretico separarunt; quinimmo de solo sciento papam finxisse hæresim, seu schisma absque eo quod de illis prædicet, potes & debes ab ejus obedientia resilire, 23. q. 1. cap. 2. & est ratio prædictorum, quia non est cum hujusmodi hæreticis schismaticis vel excommunicatis verbo, cibo, vel salutatione, neque quomodolibet participandum, 11. q. 3. *excommunicatos*, & cap. *cum excommunicato* de sentent. excommunicationis *noverit* 24. q. 1. *Omnis*, & cap. *miramur* de sent. excommunicationis, *quod in dubiis*; unde scribitur Num. 26. recedite a tabernaculo hominum impiorum, & nolite tangere quod ad eos pertinet, ne involvamini in peccatis eorum, & probatur 24. q. 1. *omnis qui*, & q. 1. *Si quis inquit*, & quod dicti domini cardinales deberent ab illis hæreticis & schismaticis separari contendentibus de pap. ceu hæresi notoria, quod patet 1. per exempla de Clericis Romanis recedentibus ab obedientia papæ Anastasii hæretici, ut dicebam, quod ex hoc ab ecclesia laudantur 19. dist. *Anastasius* in glossa. Item habemus exemplum de 40. episcopis, qui recesserunt ab obedientia Metropolitani hæretici, qui condemnabat sacra Concilia, 16. q. *Ut sane*. Item patet exemplo de Ermenegildo regis filio, qui ante permisit occidi, quam cum hæreticis participare in facto sacramentorum, & perceptione corporis Christi, de quo ab ecclesia laudatur, 24. q. 1. *cœpit Ermenegildus*. Item habemus exemplum de populo Israel, qui divino præcepto separavit se a tabernaculis Datan, & Abiron, quia murmuraverunt contra Moysem, Numer. 16. quod figurat fugiendos, & separationem ab hæreticis & schismaticis, & simoniacis, 1. q. 1. *Si quis inquit*, ubi clare de hoc. Item habemus exemplum aliud 24. q. 1. *omnis qui credit*, de sancto Polycarpo episc., qui videns Cherintum hæreticum in balneis, ipsa lavari, ut indigebat, noluit, propter illum; sed dixit: fugiamus hinc, ne balnea corruant,

ANNO CHRISTI 1409.

ruant, in quibus Cheriotus tunc lavabatur inimicus veritatis. Item patet exemplo in chronicis B. Eusebii recedentis a communione Liberii papæ hæretici, & Valerii recedentis a Leone papa hæretico, & ideo dicit B. Ambrosius 24. q. 1. *quam dignum*, quod fides in primis quærenda mandatur: Si vero perfidus prælatus, aut præceptor hæreticus habitaculum ecclesiæ deformaret, vitanda est hæreticorum communio, & fugienda Synagoga censetur, excutiendus pedum pulvis, ut ibi. Et est ratio rationum omnium præmissorum quia dicti DD. cardd. videntes dictos Angelum & Petrum de Luna ab unione promissa penitus deviantes, perversosque schismaticos, & ecclesiæ scandalizatores, si cum eis degerent, se ipsos illorum facerent participes de errore; qui enim justificat impium & condemnat justum, utique est abominabilis apud Deum, Prov. 17. & alibi dicit textus, quod qui peccat, & peccanti consentit, uterque damnatur 11. q. 3. *Ita corporis*, ut adversus ipsos cardinales errorem illorum defendere satagantes dici digne potuisset canonis verbum illud, quia prævaricationem eorum tegere argumentis suis, & sub quadam justitiæ specie fucatis, quibusdam & exquisitis adinventionibus æquitatem obruere studuerunt, fuerunt ab omni regimine & dignitate depositi, d. cap. *Ita corporis* 11. q. 3. Nam qui alterius errori consentit, sciat, se cum illo simili modo culpabilem judicandum, 11. q. 3. *qui consentit*, 3. dist. *quod enim*. Unde dicebat glossa 2. q. 1. Notum, quod consentire quis dicitur tribus modis, primo si ad hoc cooperatur 1. q. 1. *Si quis episcopus*: secundo cum non corrigit quos ex officio corrigere tenetur 83. dist. c. 1. & 2. 86. dist. *inferior*. Tertio modo, cum defendit peccantem, vel cum sua auctoritate relinquit, 11. q. 3. *qui aliorum*. Si quis ergo ex cardinalibus supradictis altero dictorum modorum ipsorum Angeli Corario & Petri de Luna consentiret erroribus, hæreticus diceretur. Non enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desistit obviare, 2. q. 7. *negligere*. Et ideo dicit textus, quod non solum malitiæ hujusmodi auctores, ut aliquorum præsumptio æstimat, puniendos, sed facientes & consentientes pari pœna puniendos catholica damnat ecclesia, de senten. excommunicationis, quantæ, de offic. delegati c. 1. q. 2. *notum*. Et alibi dicit textus, quod qui aliorum errorem defendit, multo damnabilior est illis, qui errant, quia non solum errat, sed in aliis offendicula erroris præparat, & confirmat; unde quia magister erroris est, non tantum hæreticus sed hæresiarcha dicendus est, 24. q. 3. *qui aliorum*; & glossa dicit ibi, quod qui aliorum errorem defenderat, talis etiam hæreticus judicatur, & de hæret. *Cum sit*; & si publice eos defenderent, sunt publice excommunicati, ut ibi & alibi dicit glossa, quod peccat in fide qui defensor est hæreticorum, 40. dist. *Canones*, & probatur 24. q. 1. cap. 1. & 2. & q. 3. *qui aliorum*; defensores enim & receptatores hæreticorum traditum est anathemati subjacere, de hæresi *sicut*. Hos quidem defensores hæreticorum excommunicat papa Honorius IV. de sentent. excommun. *noverit*, et dicit ibi glossa quod ipso jure pœnam excommunicationis incurrunt, credentes namque hæreticorum erroribus absque aliqua excommunicatione hæretici judicantur, dicit lex in cap. *Excommunicationis* §. Credentes, de hæreticis; et ideo dicebat vir ille egregius super Apocalips. II. cap. *viri* electi et spirituales sequestrabunt se et suos a quibuscumque non consentaneis evangelicæ veritati. Et legimus quandoque Concilia tulisse sententiam contra hæreticos a communione fidelium separandos, scilicet Concilium Lateranense Innocentii III. de hæreticis excommunicatis I. Concilium Carthaginiense quartum 24. q. 3. *clericus*, ubi dicitur cum hæreticis non esse orandum, nec psallendum; et Concilium Martini papæ I. q. 1. *non liceat clericis, vel laicis*, ut ibi textus. Stat ergo recta, et sancta, et vera conclusio ex omnibus præmissis, quod ex quo pravorum atque iniquissimorum Angeli Corario et Petri de Luna perversitas in Ecclesia Dei ita invaluit, quod sedes apostolica, quæ cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesiis 21. dist. *quibus*, summique pastoris sagena procellis tumescentibus comperitur in naufragii profunda demergi, 23. dist. *in nomine*, cum nihil sit infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, et mala voluntas veluti interior hostis roboratur, dicit textus 23. q. 1. *paratus* in fine. Cardinales qui a cardine ostii, quod est Christus, nomen sumpserunt, Jo. 10. quia per eos intratur ad Christum et S. Matrem ecclesiam, et ejus fidem; nam ipsi gerunt vicem ecclesiæ, de quibus sancta et universalis ecclesia merito consistit tanquam in cardinibus, qui portant orbem, Job. 33. et sicut cardine ostium regitur ac etiam substentatur, sic per cardinales universalis ecclesia regitur ac etiam gubernatur, dicit glossa Ber. de offic. archipresb. cap. 2. et probatur 24. dist. *presbyter*, volentes perditioni ecclesiastici cultus, animarumque saluti prudenter occurrere cum ecclesiæ medicina omnium salutem materna charitate acquirat, 23. q. 4. *quid faciet*; ne recidiva, quod absit, mala proveniant, juste atque sancte ab obedientia et honore eorumdem, et debite recesserunt, et ipsam obedientiam subtrahendam e cunctis fidelibus licite publicarunt; ne videlicet Christi oves non verum pastorem, sed decepti mercenarium sequerentur; ex quo a juramento et voto tanta solemnitate emissis retrogradi tanto cum errore et pertinacia voluntatis ecclesiam funestabant, hæretici et schismatici inde facti, de summa Trinit. Clem. 1. §. *Porro*; et de usuris *ex gravi* §. finali 24. q. 4. *dixit Apostolus*. Verum quia non sat erat recedere ab hujusmodi perfidis præceptoribus, qui habitaculum et regimen ecclesiæ deformabant, nisi ad electionem unici veri et Romani pontificis veniretur, cum non sufficiat abstineri a malo, nisi fiat quod bonum est, 22. q. 4. *de forma* in Cl. ult. de præbend. 22. q. 1. *duo* in fin. ut fieret Ecclesiæ unicus pastor, et unum ovile, de major. et ob. *solitæ*; iidem Cardinales de duobus collegiis factum unum Pisanense Concilium solemniter convocarunt. In omnem enim terram exivit sonus eorum, Jo. 10. In quo Concilio idem Angelus, olim Gregorius XII. appellatus, una cum dicto Petro de Luna, olim Benedicto XIII. nuncupam, ut canonis verbo utar, sicut antichristus invasor et destructor totius christianitatis cum fautoribus quibuscumque, fuit, atque fuerunt per totius orbis sententiam a liminibus sanctæ Romanæ ecclesiæ separati; et ab omni ecclesiastico gradu in quo fuerant prius depositi, 21. dist. *quamvis*: non enim debemus inultum dimittere opprobrium illius, qui probra nostra delevit, de Judæis in quibusdam §. ult. quia

longe

ANNO CHRISTI 1409.

longe gravius est divinam, quam temporalem offendere majestatem, in aut. ut non lux. contra nat. col. 4. de hæretic. *Vergentis*; qualem enim fructum de illis iidem DD. Cardinales poterant reportare, quorum gravi peste schismatis radix cernitur infecta, cum de sinistro principio nullus felix exitus speretur 1. q. 1. *fertur* in fin. Malum est schisma; per exteras etiam potestates hujusmodi debere opprimi homines, & canonica auctoritas, & paternarum nos regularum veritas docet, 28. q. 5. *non vos*. Adversus ergo Angelum Corarium supradictum justissime jam damnatum una cum canone vere possumus concludere verbum illud: ita corporis tui motibus cædem construxisti, relaxatis voluptatum habenis, temetipsum in locum miseriæ & in lutum fœcis prohibitum dejecisti, ut qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina meritorum, 1. q. 3. *ita corporis*. Circa quartum dubium principale, an dictus Angelus, olim Gregorius, nuncupatus fuerit de irretito crimine legitime convictus, adeo quod ad ejus depositionem, & privationem potuerit per convocatum Pisanense Concilium deveniri. Videtur probabiliter posse dici, quod non, quoniam nusquam dictus Angelus renuit vel recusavit quod juraverat, voverat & promiserat adimplere; immo se paratum semper asseruit, & ob hanc causam pro unione ecclesiæ adimplenda, e Roma recessit, & continuatis dictis ad civitatem Lucanam personaliter cum curia se transtulit & accessit. Noluit enim Deus hominem ab homine judicari ex arbitrio jurisdictionis, vel extraordinario usurpato judicio; sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiæ suæ ultro confessum, seu accusatum, vel convictum. Et esto, quod contra ipsum Angelum Corarium, & eodem modo contra Petrum de Luna suspectio vehemens laboraret, tamen ex quo semper dicebat, se paratum, ut dixi, quod juraverat, & voverat adimplere, non potuit de hæretico, vel schismatico a nemine condemnari, juxta doctrinam & theoricam Ostiensis de hæreticis §. ult. ergo sola suspicione. Nec sufficit ad inquirendum de hæresi vehemens suspicio, aut præsumptio, nisi gravis infamia præcederet, secundum Joannem Cald. de præsumpt. *litteras*. Præterea propter violentam præsumptionem absque monitione non est quis de hæresi condemnandus, de hæret. excommun. §. *qui autem*, & cap. 1. q. 7. *convenientibus*, 24. q. 1. *qui dignior*. De multiplici autem reprehensione notandus; Ostiensis in principio suæ summæ, & ibi ponit de pluribus speciebus reprehensionis. De trina autem reprehensione, scilicet imperativa, substantiali, & temeraria habetur 21. dis. *nolite*. Contraria est veritas indubitata & notissima toto orbi, quia immo fuit legitime convictus de crimine irretito pront late & amplissime est probatum in demonstrationibus factis super secundo dubio principali, quæ hic habeantur sine ulteriori epilogo pro repetitis. Et si dicatur: non sunt testes idonei contra Angelum irretitum. Respondeo, quinimmo sunt superidonei litteræ suæ, & bullæ per universum orbem directæ, profitentes jurasse, vovisse, & promisisse infra annum & tres menses unionem ecclesiæ firmiter se facturum, & papatui se cessurum. Hæ enim litteræ sub bulla minutæ, transmissæ per ipsum per universum, ut ita dixerim, orbem, fidei, & promissionis voti & juramenti relaxatio ipsum hæreticum, & schismaticum fuisse & esse comprobant, & affirmant. Accedat, quod notatur de electione *significasti*. Fuit enim ex forma instrumenti in conclavi ante electionem dicti Angeli; & post electionem illius dictum votum irrevocabile, & juramentum penitus irrelaxabile, prout dicti instrumenti manu propria ipsius Angeli roborati tenore lucide innotescit. Et quamvis papa in voto, juramento valeat dispensare, 15. q. 6. *juratos*, & extrav. de voto per totum, tamen in voto saluberrimo, quod non possit in melius sicut & schisma tollere, & papatui cedere pro ecclesia unienda, non possit in hujusmodi voto modo aliquo dispensare pro se, vel alium absolvendi, & dispensandi super voto & juramento potestatem alteri quomodolibet tribuendo, 25. q. 1. *qui ad perpetuam* glos. Jo. Immo votum tam salubre toto orbi, de quo per dictas bullas in omnium judicio clare constat, etiam invitus solemnizare, & servare deberet, at etiam teneretur secundum Innocentium de voto *per tuas*, & 27. q. 2. *agathosa*, de regularibus, *porrectum*, & cap. *cum simus*. Cum etiam ex nuda promissione facta Deo quis obligetur & posset effectualiter conveniri, 12. q. 2. *scimus*; de statut. monachorum *quod Dei timorem* in fin. & 17. q. 1. *sunt quadam*; nam & cum promittitur fides, hosti debere servari, 23. q. 1. *noli*. Præterea mandata illa facta cardinalibus in civitate Lucana per hunc Angelum detestandum, quod non loquerentur simul collegialiter, vel particulariter, nisi sua præsentia intercesset. Item quod non recederent de Luca sine sua licentia. Item, quod non loquerentur cum ambaxiatoribus Francor. ipsum Angelum proculdubio faciunt, aut reddunt hæreticum manifestum. A quo mandato ult. quia non loqueretur cum ambaxiatoribus Franciæ ecclesiæ sollicitantibus unionem digne per cardinales ad sacrum collegium convocandum, & sacram Romanam ecclesiam extitit appellatum præsentata quidem apostolico supradicta, dicto Angelo Corario nuncupato, ut mihi relatum est per D. fratrem Bernardum nunc episcopum Castellanum tunc abbatem Podii Bonicii. Porro is Angelus detestandus vere fuit, & est pertinax in voluntate; ideo infallanter, & verissime hæreticus est dicendus, de summa Trin. Cle. 1. §. *porro*, de usuris *ex gravi* §. finali, 24. q. 4. *dixit apostolus*, ut & sibi dicere possumus verbum illud. Displicet tibi quod traheris ad salutem Dei, cum tam multos nostros ad perniciem traxeris, 13. quæ. 4. *displicet*. Is enim pacem ecclesiæ perfugavit, unde ut schismaticus omni debet dignitate carere, 24. q. 1. qui contra pacem scandalizando ecclesiam, & per consequens ipsum Deum 93. dis. nulla ratione, universalem quoque ecclesiam perturbavit, 9. q. 3. *per principalem*, & ut ita dixerim statum ecclesiæ nixus est pro posse deducere in ruinam, 8. q. 1. *Moysis*, unionemque catholicæ ecclesiæ non recipit. Unde ex his omnibus hæreticus judicatur in authentica de privilegiis in principio V. *igitur communionem*, dicit enim canon, quod ligandi, vel solvendi potestatem non habet, qui unitatem pacis Catholicæ non tenet, 24. quæ. 1. *omnibus*. Hic enim a fratrum suorum Cardinalium sede divisus hæreticus judicatur, 2. quæst. prima, *si quis de ecclesia*. Nam dicit lex, quod qui nec conventionem pacis, nec unitatem ecclesiæ observavit, & se ab ecclesiæ vinculo, ac sacerdotum collegio separavit, pontificis nec potestatem habere potest, nec honorem; qui episcopatus nec unitatem ha-

ANNO CHRISTI 1409.

habere voluit nec pacem: textualia verba sunt 7. q. prima *Novatianus* in fine. Qui enim membrum ecclesiæ non est, pro hæretico judicatur in authentice de privil. doctorum in princ. col. 8. & probatur 4. q. 1. c. 2. hic enim versutus hostis ecclesiæ, & hæreticus manifestus, qui ad instar vulpeculæ latere dicitur; ut in c. *inter sollicit*. de purgat. can. non ex simplicitate, sed mente & utilitate suos defensabat errores, 24. q. 1. *afferamus*. Hæraticalia, & schismaticalia facta agens, ideo hæreticus est dicendus arg. c. de injuriis *si non* convitii, de hæretic. c. 2. lib. 6. 24. q. 5. *si vos*, de hæreti. ad abolendam §. præsente, & §. primo, & c. *excommunicamus*. Et ut uno verbo concludam nefarios, & schismaticos suos gressus, dicam canonis verbum illud: vitæ via ipsa quoque opera sacerdotis clament. 43. dist. *sit rector* in fine. Nec obstat, quod idem Angelus ab urbe recedens se ad civitatem Lucanam transtulit pro unitate ecclesiæ concludenda, semperque dixerit se paratum quod juraverat, voverat, promiserat edimplere; nam contrarium mihi constat per relationem plurium, qui in Concilio Pisanense interfuerunt fuisse probatum per dominos cardinales, & alios fide dignos testes; videlicet ipsum Angelum maledictum dixisse viam cessionis quam juraverat, voverat, promiserat, & publicaverat per universum esse hæreticam, & pestiferam. Quorum cardinalium, & aliorum quorumcumque, esto quod in facto proprio deponerent, testimonio est credendum de hæresi in fine lib. 6. ubi notanda. Profecto pestiferum hoc dictum ipsum Angel. hæreticum manifeste comprobat, & affirmat. Nam per solum dictum quis hæreticus judicatur, dicit Glos. Jo. 24. q. prima *hæc est*. Præterea non sat erat dicere, quia separatum, quia fides professionis sine operibus mortua est, dicit textus 1. q. 1. *fertur*, unde alibi dicit canon, quia pax labiis prædicata cum voluntate debet animi concordare, 93. dist. *diaconi*; qui enim pejerare paratus est, antequam pejeret perjurus esse videtur, Matt. 7. transumptive positum 22. q. 4. *qui pejerat*. Licet enim humanæ entes talie verbe nostra judicent, qualia foris sonant; divina tamen judicie talia foris audiunt, qualia intus proferuntur. Nam non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio deservire verbis, sed verba intentioni, 22. q. 4. humanæ & alibi dicit lex, quod facto datur voluntas intelligi C. de inst. & substi. lege reprehendenda; mendacium namque non solum in verbis, sed in simulatis operibus esse probatur, 22. q. 4. *de forma*. Et alibi dicit canon, quod omnes, qui amant mendacium, filii sunt Diaboli; non solum in verbis sed in simulatis operibus est mendacium. Mendacium namque est christianum se dicere, & opera christiani non facere. Mendacium enim est episcopum sacerdotem, vel clericum profiteri, & contraria huic ordini operari 22. quæst. 4. *cavet*. Et dicit ibi Glossa, quod factis negamus Christum, sicut verbis. Item factis mentimur, sicut verbis. Unde scribit Jacobus primo, quod *vir duplex animo inconstans* est in omnibus viis suis; ideo væ duplici corde & labiis scelestis. Et alibi dicit canon: *Deus duplicitatis aspernator, simplicem intentionem considerat: verba autem aspernatur & odit*, 22. quæst. 4. *qui pejerare*; cum non valeat apud Deum quisquam aliquem lædere, ut ibi; & licet idem Angelus, errorius dignissime vocatus, cui sit consequens rei nomen, ut inst. de not. §. *est*, & aliud de episcopis & clericis *decernimus*. Et cur nomina sint rerum significativa, ut in authentica, de defens. in principio col. 3. & ff. de officio quæstionis lib. 1. & in proemio ff. §. *discipuli* se personaliter transtulerit ad civitatem Lucanam pro unione ecclesiæ per universos Christicolas magnopere ditius expetite, & jugiter affectata. Tamen cum res exitum expectaret, hic malignus hostis ecclesiæ retrocessit gradu retrogrado terga præbens, qualisque fuerit sua prava, & maligna intentio, ejus finis, & exitus demonstravit, cum a fine res quælibet debeat denominari ff. ad legem Falcid. lege *si is qui quadraginta* §. *sed si opus*; & de novi ope. nunc. leg. *stipulatio* §. *opus* & ideo finis est in omnibus attendendus, ff. de mi. l. *denique* & de inof. *tes*. l. *Papinianus* §. *meminisse* C. de nat. lib. l. *nuper* in fine, quia debet semper finis principio convenire, de pœnit. dis. 4. §. *finis*. Cui Angelo detestando digne dicere possumus verbum illud: *non ascendistis ex adverso, neque posuistis vos murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini*, 43. dist. *sit rector*. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti judicis exigit, ut d. cap. *sit rector*, ut digne dici in persona Angeli Corario, & Petri de Luna pestilentium personarum valeat verbum illud: durus est hic sermo, & quis potest eum audire? atque ita abierunt retrorsum; Jo. 6. 24. q. 1. §. *sed notandum*, de pœnit. dist. 3. *si ex bono*. Adversus igitur hunc Angelum Satanam malignantem digne occurrit dicere cum psalmista: sedens adversus fratres tuos loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum, 6. q. 1. *ex merita*. Nec obstat, quod ex vehementi suspicione non potuit Angelus prædictus de hæresi & de schismatico crimine condemnari; ex quo se paratum dicebat, quod juraverat & voverat edimplere; & sic se corrigere de errore; propter enim vehementem præsumptionem non debet quis de gravi crimine condemnari, de præsump. *litteras*. Nam frustra de præsumptione tractamus. Cum omnis ejus vita, singulique progressus fomentum essent schismaticæ & hæreticæ pravitatis. Ut sibi vere conveniat verbum illud: *noluit intelligere ut bene ageret*, 11. q. 3. *excellentissimus*. Et illud quod dicitur, ex sola suspicione quamvis vehementi quis de hæresi non damnatur, intelligunt doctores de suspicione non probabili, ut quando ille negat & paratus est ecclesiæ obedire. Sed ex suspicione, & obstinatione, & infamia præcedenti, & lapsu anni, & trium mensium ad unionem hanc fiendam temporis præstituti, contemnendo ecclesiæ unitatem, & Petri claves, ipse Angelus sine aliqua probatione potuit ut hæreticus condemnari; ut dixit c. ult. de pœnit. de excessibus prælatorum c. ult. & ita sentit Ostiensis expresse de hæreti. in summa §. 2. *sola præsumptione*. Pro quo facit, quia lapso tempore per bullas apostolicas, & capitula jam præfixo pro convicto habetur, ut dixi de crimine irretito, 11. q. 3. *rursus*; & cap. *quisquis* de hæresi cum contumacia lib. 6. quinimmo hæreticus potest dici, qui levi saltem argumento & suspicione, licet non gravi, a judicio catholicæ religionis & tramite dignoscitur deviare, C. de hæret. lib.

ANNO CHRISTI 1409.

lib. 2. quæ considerari debeant juris qualitates suspicionis & personæ, de hæret. *excommunicamus*. §. *qui autem*, & sic eo casu indicia faciunt fidem secundum sententiam Ostiensis in dicto §. 2. v. *& quia*. qui intelligit leve argumentum, idest probabile, & quod de facili appareat, vel si gravis contra eum infamia laboret, secundum eum ibidem; quoniam in hæresi minus suspicionis probatio exigitur secundum Innocentium de Simon: Sicut & falsum est dicere, quod idem Angelus paratus fuit corrigere se de errore; nam requisitus dum Arimini profusus resideret per litteras & legatos cardinalium prædictorum, & sæpius ad id & creberrime invitatus, ac etiam monitus per reverendissimos patres DD. Aquilegiensem & Mediolanensem, qui ad eum personaliter in civitate Senarum pro parte collegii accesserunt, ut vellet Concilium convocare, in illoque interesse, & quod promiserat effectui tradera, & voverat & juraverat adimplere, semper pertinax recusavit. Immo, quod detestabilius fuit & est, ipsos audire contempsit, & contra eos sententias injustissimas promulgavit, magistrumque in theologia carceravit ipsum ad voti observantiam inducentem, in suo se firmavit errore, semper in sua pertinax voluntate, unde hæreticus judicandus Cl. 1. §. *Porro* de summa Trinit. Cl. *ex gravi* §. ultim. de usuris, 24. q. 4. *dixit Apostolus*. Ignorabat misertimus & sceleratissimus super omnea, quod quando papa da aliquo criminatur, debet ejus auctoritate promittere. Concilium convocari, ot sua criminatio destruatur, in eodem ut patet expresse .2. q. 5. *mandastis*, & 17. dist. §. *Hinc etiam*. Immo etiamsi de occulta hæresi quomodolibet arguatur, debet episcoporum Concilium convocari 15. dist. *sicut*, in fine, & d. cap. *mandastis*. Stat ergo conclusio omnibus ex præmissis, quod idem Angelus propter ejus dementiam & hæreses notorias, ac etiam manifestas damnatus pro schismatico & hæretico per Concilium digne fuit. Immo, ut verius loquar, schismaticus & hæreticus extitit in eodem dignissime declaratus, & ut cum scriptura conveniam, traditus est peccator pro delictis suis de ecclesia in potestate Zabuli, cum delictum ejus foret ecclesiæ manifestum 11. q. 3. *audi*. dicit enim canon, quod si prælati perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos proditionis exempla transmittuot, 11. q. 3. *præcipue*; quia sicut in ecclesia est Christus, sic extra ecclesiam est diabolus, eadem causa 2. q. *omnis*.

Circa quintum & ultimum dubium principale, an electio facta de S. & Fel. rec. Domino Alexandro papa V. per Card. collegii utriusque, & successive electio facta de beatissimo domino nostro papa Joanne XXIII. SS. & vero pontifice fuerint canonice & rite factæ, & sic ipse D. N. papa & prædecessor ejus fuerint & sint veri apostolici canonici instituti. Ista quæstio est indubitata, & sine hæsitatione aliqua, nec dubitationem recipit aliqualem, & ejus decisio ex præcedentibus clarissime lucescit. Nam ex quo Angelus Corario, Gregorius XII. in sua obedientia appellatus, notorius schismaticus ac pacis & universalis unionis ecclesiæ turbator, scandalosus & manifestus, votique liciti ac irremissibilis, ac juramenti suorum super eadem unione procuranda per ipsum sponte præstiti transgressor. Quinimmo & hæreticus pertinax, necnon a fide catholica devius per sententiam generalis Concilii Pisanensis extitit declaratus. Similiter Petrus de Luna, Benedictus XIII. in sua obedientia nominatus similiter schismaticus & hæreticus ab eodem Concilio extitit declaratus, & per consequens omni apostolatu ipso jure privatus, ut in juribus superius sæpissime alligatis: nulli dubium, immo debet omnibus esse clarum, ipsum Alexandrum per eosdem cardin. electum fuisse & essa verum & summum pontificem. Cum pestia illa schismatis lacrymanda, quæ tanto temporum curriculo ecclesiæ scisserat unionem, per dictum sacrum generale Concilium extiterit funditus extirpata per novam electionem factam de eodem Alexandro V. ad regimen pastorale, antidotum salutare. Et sic unus pastor, unum ovile, prout esse debebat in ecclesia factum fuit, de major. & ob. *solite* §. *Pe.* & illud verbum canonis est impletum. *Si duo*, inquit: *contra fas temeritatis concertantium fuerunt ordinati, nullum ex eis futurum sacerdotem permittimus; sed illum solum in sede apostolica permansurum censemus, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum judicium, & universitatis consensus elegerint*. scribitur ad contextum 79. dist. *Si duo*. Adeptus est enim gloriam in conversione gentis ecclesia, & elevata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filii Israel per turmas suas, Num. 10. & juxta verbum psalmistæ: *elevata est super cælos magnificentia tua*. In cujus Alexandri electione vere verbum canonis illius est impletum: *factus est episcopus de Dei & Christi judicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis suffragio, de sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum consensu, cum locus Petri & gradus cathedra sacerdotalis vacaret*. Quo occupato, atque omnium consensu confirmato, si quis ille fuerit, licet de se multum jactans, profanus est, alienus est, foris est; qui solus esse debet, factus est, jam non alter ille, sed nullus; nec Ecclesiasticam ordinationem habet, qui ecclesiæ non tenuit unitatem, 7. quæst. 1. *factus*: ubi scribuntur ad contextum formaliter dicta verba. Nec expedit illud dubium subintrare, quo para illorum cardinalium schismatica diceretur, ut si per illas non potuisset Romani pontificis electio celebrari, & ex eo capite iste inutilia redderetur, de quo per glossam de elect. *quod circa* in Clem. per Innocentium plene in cap. *illa* de electione. Nam eligendi jus non potest communicari illis, qui non sunt de gremio, de elect. scriptum, & ibi notata. Item quia in duabus partibus cardinalium eligentium papam non computantur intrusi, licet computentur excommunicati, de elect. *ne Romani* §. *Cæterum*, in Clem. & probatur cap. *si ubi periculum* §. *Sane* in 6. & notat. gloss. ultim. dicti cap. *quod circa* in fine; quia Concilium Pisanensa, de quo supra, primo providit, quod nulla partium reputaretur schismatica, immo quod quidquid fecerat Gregorius XII. ac etiam Bened. XIII. usque ad diem secundam mensis Maji anni millesimi quadringentesimi noni, qua dia ab unione recessum fuit, valet & tenet. Item per prædictum sacrum Concilium generale omnes cardinales fuerunt approbati pro cardd. de novo. Item per illud generale Concilium data fuit eis potestas summum & Romanum pontificem eligendi, ut hæc omnia fide dignorum testimonio mihi relata sunt, illorum qui in dicto Concilio personaliter tunc temporis interfuerunt. Accedat,

ANNO CHRISTI 1409.

quod legitur & notatur in d. cap. *Illa* de elect. & 10. q. 1. cap. ult. & ut dixi, hæreticum esset de ipsius Alexandri canonica & vera electione, & de potestate Concilii facere quæstionem, quoniam errare est dicere contra Concilium generale, maxime in iis, quæ fidem tangunt, & reintegrationem, & ecclesiæ unitatem, 25. q. 1. *quoniam ad perpetuam*, & ibi dicit glossa, quod non potest Papa contra generale Concilium dispensare: nam etsi omnes ei consentirent, non valeret statutum; immo omnes essent excommunicati. Item papa non potest destruere statum ecclesiæ, 8. q. 1. *Moyses*. Palam est enim, quod in re dubia, ad fidem & consuetudinem catholicæ ecclesiæ, valet auctoritas, 11. dist. *palam*; quia ex sola catholica ecclesia unitas conspicitur, 24. q. 1. *qui ex sola*. Nam ecclesia, quæ coadunatio fidelium dicitur, errare non potest, 24. q. 1. *hæc est fides*, & cap. *pudenda*, 19. dist. *ita Dominus*. Et ideo traditum est, quod illa ecclesia, quæ est contra Concilium generale, in iis, quæ pertinent ad fidem & mores, non est catholica, 25. q. 1. *quoniam ad perpetuam* in gloss. Joannis; nec auctoritatem habet ecclesia, cujus prælati & ministri communiter excommunicati esse dicuntur, 24. q. 1. *Acatius*, & cap. *Audivimus* de hæreticis. *excommunicamus*. Stat ergo vera & indubitata conclusio, quod ipse Alexander V. per cardd. canonice electus fuetit verissimus papa & apostolicus indubitatus, & unicus Vicarius Jesu Christi, ex quo Angelum Corarium totius orbis, atque sanctæ Synodi hæreticum & schismaticum, & per consequens ipso jure omni apostolatu, & pontificali dignitate privatum sententia declaravit, cujus sanctæ Synodus determinationi est penitus obsequendum; quis enim præsumat absolvere quem sacrum ligavit Concilium, aut condemnare quem absolvit? Certe nullus: dicit textus 15. dist. *sicut*, quia sententia totius ecclesiæ est præferenda Romanæ, 24. q. 1. *quodcumque*, & cap. *arrepta*, & cap. *Pudenda*, si in aliquo sibi contradicunt, arg. 36. di. *legimus*, et ibi dicit glossa, quod universalis ecclesia errare non potest, quia Deus non permittit per cap. *Arrepta*, et cap. *Pudenda*. Quærit autem glossa Joannis in d. cap. *Arrepta* de qua ecclesia intelligitur, quod errare non potest, et dicit, quod non de papa, quod de ecclesia dicitur, 7. q. 1. *scire debes*, quia clarum est, quod papa potest errare, 19. dist. *Anastasius*; et 40. dist. *Si papa*. Unde intelligit de congregatione fidelium. Hæc enim dicitur ecclesia, de consecr. dist. 1. *ecclesia*. Patet ergo, quod illa ecclesia, quæ non potest errare, intelligitur de congregatione fidelium, qui quoad singulos generum impossibile est quod possit errare; pro qua rogavit Christus, ut non deficeret in Petro. Unde dicebat glossa, 24. q. 1. *quam dignior*, duas esse ecclesias, una videlicet catholica, quæ in se non patitur habere pollutos, cum Christum habeat habitantem; alia est hæreticorum, quæ vera non est, & semper vitanda docetur, ne ariditate ejus polluamur; dicit enim textus ea causa & quæst. didicimus omnes omnino hæreticos vel schismaticos nihil habere potestatis, aut juris, & subdit in tali facinore non solum duces & auctores, sed etiam principes eorum pœnis destinari, nisi a communione malorum se separaverint, præcipiente per Moysem Domino & dicente: *Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere de omnibus, quæ sunt eorum, ne simul pereatis in peccatis eorum*; ut ibi textualiter hæc patent; magistri namque erroris existunt, qui veritatis discipuli non fuerunt, 24. q. 3. *quod autem*. Patet ergo clarissime ex præmissis sanctæ felicis & claræ memoriæ Alexandrum V. prædecessorem, & successive SS. ac BB. Dom. nostrum papam Joannem XXII. fuisse & esse verum papam, & indubitatum, & Angelum Corarium schismaticum, & hæreticum, & scandalizatorem ecclesiæ manifestum, omnique potestate & pontificali dignitate justissime ipso jure privatum, ac etiam per sententiam universalis Conc. declaratum, ut ad exaltationem SS. D. N. papæ & suppressionem ipsius nominis erroris detestandi digne possumus dicere, verbum illud canonis: *Vos estis lux mundi: vos estis sal terræ, vos estis vasa aurea & argentea*: hic Angelus Corario maledictus, testaa vasa, virgam ferream, & æternum aperuit incendium, 24. q. 1. *quoniam vetus*. Falso enim Christi vicariatum tenet, & occupat sedem Petri; hic enim Pseudo Christus dicitur, de quo dicitur Lucæ 21. & Matth. 24. *Multi autem venient in nomine meo dicentes: ego sum Christus: nolite ergo ire post illos*; & Matth. 24. *Multi venient in nomine meo dicentes: ecce in deserto est; nolite exire*, 1. q. 1. *Si quis pseudo*. 62. dist. cap. 1. Hic quidem hæreticus ad modum vulpeculæ latens, ut dicitur de purg. can. *inter sollicitudines*, ne dum ultra montes expellitur, ut de papa Gregorio ultra montes expulso legimus, 23. dist. *in nomine Domini*; sed exul ab orbe factus est, ut in persona ejus possimus dicere verbum illud: *vulpes foveas habent, & volucres cæli nidum; filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput suum*. Matth. 10. Ecce jam venit tempus, quo sol refulsit in terris, qui prius erat in nubilo, & ignis magnus, ita ut omnes miraremur eum. Machab. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi Jo. 1. Fuit enim homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Jo. 1. Inter natos mulierum major non surrexit, Matt. 11. Ecce constituit Deus illum principem super universam terram Ægypti, & tulit annulum de manu sua, & posuit in manu ejus; Jo. & de hoc loquebatur scriptura: ecce electus meus, quem elegi, in quo bene complacuit animæ meæ; ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus imperabit, Matth. 12. Salutant vos omnes sancti & maxime qui de Domo Dei sunt, 2. Cor. 13. Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Tob. omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, Luc. 3. &c. Quæ, utpote supervacanea, nec ad verbum facientia omisit scriptor.

Cataldinus de Visso
manu propria auctoris.

Margin notes:

in iis quæ pertinent ad fidem & mores, ut inferius explicat.

nempe a papa non ex cathed. pronunciatæ, quæ mens est canonis illius.

id est de papa ut homo est.

JO.

JO. DOMINICI MANSI

In sequentes chartas

Monitum.

POstquam Concilii Pisani documenta, quæ suppetere poterant, collegi, collectaque typis tradidi chartis imprimenda, V. Cl. Laurentius Mehus, notum lectoribus meis, notum eruditis nomen, monumenta alia, iis quæ antea miserat plane cohærentia, ad me destinavit. Egregii viri munera ut haberent viri docti, hic, quamquam in loco non plane suo, curavi diligenter.

INFORMATIONE A VOI MAESTRO ANTONINO

Dell'Ordine de' Minori, Maestro in sacra pagina, & a Voi Messer Stefano Bonacorsi dottore de' decretali, ambasciadori al S. Padre, la quale si fa a voi per gli magnifici, & eccelsi Signori Priori dell'arti, e pel Gonfaloniere della giustitia del popolo & comune di Firenze, & per gli loro venerabili collegj a di 28. d'Agosto 1408.

ANdrete a Siena, e farete alla presenza del santo Padre, & allui farete quelle riverentie, che si convengono alla Sedia apostolica, & noi, & tutto il nostro popolo raccomanderete alla sua Santità strettissimamente, come veri, & buoni figliuoli della santa Madre Ecclesia, offerendo noi & ogni nostra potentia essere prompta, & apparecchiata a ogni suo beneplacito, & in ciascuna cosa a noi possibile, & honesta. Poi farete il vostro principio in mostrare, quanto dispiacere, & molestia sempre abbiamo avuto di vedere nella Chiesa di Dio el detestabile scisma, come debba avere ciascuno fedele Cristiano. Et così e converso per noi si prese singolare allegrezza, & consolatione, essendo morto Papa Innocentio septimo, della buona, & santa dispositione del Collegio de'SS. Cardinali, & de giuramenti, & degli obblighi, i quali per loro si feciono innanzi all' assumption di detto Papa Gregorio, innanzi alla quale assumptione, come alla sua Beatitudine è noto, noi ferventissimi zelatori della santa unità, mandammo prima, che niuno altro Principe, o Comunità Cristiana, nostro ambasciadore al presato Collegio a confortargli, e riducerli alla reconciliatione de' Cristiani. Poi dopo alla creazione della sua Santità ci crebbe la consolatione & l'allegrezza, inteso, che esso santo Padre era in tanta ardente dispositione di stirpare lo scisma, & sanare la Chiesa, & etiamdio avere ratificato, promesso, giurato, & provato quello medesimo, che in singularità ciascuno de' cardinali, essendo in Conclave, s'era obligato. Donde per vero zelo di unità mandammo, come a lui à noto, quattro ambasciadori de' più notabili cavalieri, & cittadini della nostra Città a confortare l'unità, & a offerire noi, & nostri luoghi ec. Soggiugnendo, che a noi allora crebbe la speranza, & la consolatione tanto, quanto facilmente dire non si potrebbe, quando & per le sue lettere, & etiamdio per ambasciadori ci significò la sua santa, & accesa dispositione alla pace Cristiana, confortandoci, & richieggendoci, che ci adoperassimo nella detta santa unità, come confortò, & richiese nella detta forma tutti i principi, & le Comunità de' Cristiani; & per questa richieste, & come desiderosi di vedere il popolo Cristiano in pace, nacque, che noi puramente, & con vera, & santa intentione ci siamo sempre affaticati non risparmiando a spese, fatiche, o pericoli, mandando più, & varie ambasciate a Siena, a Marsilia, a Saona, & a Lucca; permettendo ancora, che per cagione d'essa unità traesse molte, & molte migliaja di Fiorini del Chericato della nostra giurisdizione; la qual cosa ne per Principi, ne per altra Comunità Cristiana è stata facta. Et che essendo noi in questa buona disposizione; & sperando sempre, cognoscendo sempre la santa volontà della sua Beatitudine in volere reconciliare secondo il suo obbligo il Cristiano Popolo, che lo effecto d'essa unità dovesse seguitare, tutta la nostra consolatione si ritornò poi in singulare amaritudine veggendo la rottura, che seguitò nella Città di Lucca del tractato di essa unità, il quale si teneva per la sua santità colla parta aversa, perchè ci pareva vedere conseguitare al contrario di quello, che per noi, e per tutti i fedeli Cristiani si desidera.

Et seguitando la vostra narratione exponete che dopo la decta rottura del præsato tractato della unità, essendosi per lui publicato il Concilio, & ancora l'aversario suo avendo publicato esso di voler far Concilio, & veduto, che ragionevolmente al Concilio per la sua sanctità pubblicato non verranno se non di quegli della sua ubbidienza, & etiamdio considerato questi due Concilj pubblicati non potersi accozzara insieme, perocchè si debbano fare in diversi tempi, & luoghi distanti; & per queste cagioni si comprende, & vedesi non solamente per noi, ma per qualunque altro, che dirittamente suol giudicare, che di questo Concilio della sua benignità non può seguitare lo effecto della unita della Chiesa, la quale per la sua sanctità si desidera, & per noi, & per tutti Cristiani.

Sicchè cognoscendosi per noi, quanto di sopra si dice, che questo Concilio non può producere la pace Cristiana, & essendo richiesti dall'uno Collegio, & dall' altro de' Cardinali per più ambasciadori, & lettere, & etiamdio da de' Principi Cristiani non de' minori, ma da de' maggiori, che per fare Generale Concilio di tutti i Cristiani noi concedessimo loro la Città di Pisa per noi altra volta consentita alla sua Sanctità pel tractato d'essa unione, & per Papa Gregorio acceptata, volemmo diligentemente examinare questa richiesta, & il principio, el mezzo, el fine di quello, che si sponeva per decti Signori cardinali volere fare per la reconciliazione della Chiesa santa, & etiamdio volemmo examinare le conditioni, & termini, in che al presente è la decta Chiesa, & le disposizioni in le quali si veggono essere i Principi, & communità Cristiane, & come sopra ciò per questa Signoria si sono tenuti più varj, & diversi consigli, & più notabili

Cit-

ANNO CHRISTI 1409.

Cittadini della nostra Città non in piccolo, ma in gran numero, et etiamdio da' più solenni Dottori decretisti, & huomini docti nella sacta Teologia, & in conclusione con loro consiglio s'è facta solemne, & legittima deliberatione per la nostra signoria insieme con quegli uffici, & cittadini, che di ciò anno piena balìa, di concedere pel decto Generale Concilio a' decti Collegi, & cardinali la nostra Città di Pisa, a così s'è conceduta la decta Città; & tra noi, a' decti Signori Cardinali si sono fermati Capitoli, & conventioni sopra questa materia giusti, & honesti. Soggiugnendo, che essendo facta per noi questa concessione colla predecta matura deliberatione per honore di Dio, & acciochè ne conseguiti quella pace, & unità de' Cristiani, la quale noi sempre abbiamo con sincero animo desiderate, di che Iddio, a cui niuna cosa è occulta, è testimone; noi vi mandiamo alla sua Sanctità a notificargli questa nostra concessione.

Et oltre a ciò vi commettiamo, che spogniate alla sua Sanctita questa parte, & humilmente a lui supplichiate, che considerata la sua sancta, & fervente dispositione, la quale a sempre avuta, e dice avere, & si pet la sua buona volontà, & si pel debito del giuramento, & del vota, a levare via tanta confusione, & exterminio, quanto è nella Chiesa di Dio. Et veduto, che il Concilio per lui publicato non può levare via questo grave scisma, & inducere la concordia, che esser si degni, come benigno Pastore, & sancto Padre, perchè una volta si ponga rimedio a questo grave male, seguitando il nostro Redemptore Gesù Christo, humiliarsi di venire a questo Generale Concilio al tempo, che si congregherà.

Et sponetegli, seguitando la decta nostra supplicatione, che noi, come buoni suoi figliuoli, e serventissimi zelatori della unità predecta, e del buono stato della sancta madre ecclesia, ci offeriamo essere presti & apparechiati a tractare, & a pratichare, in che forma, & modo la sua Beatitudine vengha al detto Generale Concilio al tempo, che si congregherà; la qual forma sia in maniera honesta, & ragionevole allo honore suo, & ancora acta a producere la decta unità, e al buono stato della Chiesa.

Se il sancto Padre volesse impugnare la ragionevole, & honesta nostra deliberatione, come non ben facta, ne giutidicamente; voi Messer Stefano, & così pensiamo ancora di voi Maestro Antonino, sete bene informati delle ragione, & della verità, & però fate, che in quello honesto modo che saprete, voi giustifichiate bene il nostro Comune; non intrando però in pratiche, ne in lunghe disputationi, & non soprastando però niente per questo; ma ben vogliamo, che oltre al narrare la concessione nostra essere giusta, & sancta, voi mostriate il fine ancora il perchè ci affatichiamo, & inframettiamo, esser solo per Dio, per ben della chiesa, & per pace de' Cristiani; & così siamo disposti non ci sttaccare mai, non perdonando ne a fatiche, ne a spesa, ne a pericolo, per infino a tanto, che giusta nostra possibilità colla gratia di Dio, & per l'opere de' Principi, & de' Popoli, che in ciò si affaticano, la desiderata concordia Cristiana conseguiterà: & chome in tutte l'altre giuste imprese, che si sono facte per la nostra Comunità per fino a questo dì, mai ci siamo abbandonati per in fino alla conclusione; così in questa sanctissima operatione siamo disposti servate l'usata costanza, & sperando la Sanctità sua, secondo l'usata, & in questa medesima unirà procurare essere serventissima.

Se dello aver noi ricettato, & honorato i Cardinali venuti alla nostra Cittade, & dello aver facto provisione, che e benefici, che sono nella nostra giurisditione, non si possano permutare, ne conferire ad altri, se non per morte, vi facesse doglienza, come a facto fare alla nostra Signoria pe' suoi ambasciadori, risponderete, con buono consiglio & a buon fine tucto essersi facto, & come saprete, giustificherete il nostro Comune: & expressamente vi facciamo proibitione, che socto quella pena, che à posta agli ambasciadori, che passano i loro mandati, non andiate a impetrare, o procurare per qualunque persona di che stato, o condizione, Comunità, o Università impetrare alcuno beneficio.

La excusatione, che avete a fare, dello avere noi provveduto, che e benefici non si possano permutare, gli è nota, che è per levae via gli schandoli, che erano per nascere tra nostri cittadini.

Vogliamo, che quando sarete stati chol Sancto Padre, visitiate i Signori di Siena, & loro saluterete, come nostri buoni frategli, & amici; & poi narterete loro lo effecto della vostra ambasciata, la quale avete a sporre al sancto Padre.

Farete il vostro rapporto di quanto avete seguito per scriptura al nostro Cancelliere, quel medesimo dì, che tornerete, o il seguente a noi, Messer Stefano socto pena ec. *Partirono a dì XXVIII. decto mese di Agosto* 1408.

Nota, & informazione a voi Messer Filippo Corsini Ambasciadore del Comune di Firenze a' Cardinali uniti al Concilio per l'unità della Chiesa a Pisa, eletti da Signori Priori d'arti, e Gonfaloniero della giustizia co loro Collegi, a dì VIII. di Marzo MCCCCVIII. * *Indict. II.*

* Stylo veteri nostro 1409. Ex archivo Floren.

A Voi, che sete savio, & bene experto nella infrascripta materia, non è di bisogno di lunga, ma brieve informatione. Voi sapete, che qua è stato Messer Guffredo ambasciadore del Re Ladislao, & nella expositione della sua ambasciata ha fatto grande, & cordiale querela de' reverendissimi in Christo Padri, & Signori Signori cardinali, che sono in Pisa, che essi cercano contro allo stato della Maestà Sua; & fra le altre cose particulari, di che esso ha facto doglienza, si è, come gli imbasciadori di decti Signori Cardinali, e quelli andarono al Re d'Ungheria, richieggendo al decto Re d'Ungheria, che esso subtraessi l'ubidientia a Gregorio, & mandassi al concilio a Pisa; fra le altre cose dissono per inducerlo a questo, come Gregorio era amico, & colligato del nimico suo, chiamandolo, non Re, ma Ladislao di Durazzo, & che se esso subtraessi l'ubidientia, & essi priverebbono el decto Re Ladislao de' titoli, et ragioni, le quali esso ha nel Regno. Oltra acciò, si dolse d'essi Signori Cardinali, che nelle terre nostre parlando del Collegio Romano per baldanza di questa Signoria, gli facevano quello, che mai gli anno fatto pel tempo

pas-

ANNO CHRISTI 1409.

passato, cioè, che richieggendogli egli, che detti Signori Cardinali gli osservassimo una obligatione et promessa facta alla Maestà Sua per sicurtà dello Stato suo, et in vari tempi, et più volte, et massimamente nella creazione di Papa Innocentio, et poi in quella di Gregorio, et facendogli strectamente pregare, che questa tale obbligatione essi la innovassino, dice al tutto essi Signori cardinali l' anno dinegato, et non che l' abbino voluta innovare; ma che essi anno decto quella obbligatione non valere niente, et essere carta da canochia; sicchè di questa materia cordialmente si è dolnto con noi, che noi ritegniamo in casa nostra essi, che tractano si expressamente contro allo stato suo; estendendosi sopra questa materia con molte parole, come a voi è noto. Et però noi vogliamo, che voi andiate a Pisa all' uno Collegio e all' altro de' Signori cardinali, et amendue visiterete per parte di questa Signoria, confortando loro a proseguire con onestà il trattato dell' unità, e raccomandandoci, e offerendoci alle loro reverendissime paternità in ogni cosa a noi possibile, et honesta. Et in queste parti generali delle raccomandigie, ed offerte vi stenderete, come parrà alla prudentia vostra si convenga all' onore della nostra Signoria.

Poi narrarete loro, quanto di sopra è exposto, delle decte doglienze, che essi fanno pel Re, et direte, che a noi è paruto necessario mandarvi alle lor paternità a notificare loro le predecte cose, nelle quali ci siamo ingegnati con ogni diligentia a noi possibile excusargli, con dire, noi non potere credere, che niuna delle decte cose sieno vere; ma al decto imbasciadore, come a voi è noto, ci offerse più volte volere farci chiari con larga, et buona pruova, così essere vero; la quale cosa con onestà per noi si ricusò: et in conclusione pregheretegli teneramente, che essi voglino avere ogni diligentia a loro possibile, che per loro passi o atti quello Serenissimo Principe non abbi giusta et ragionevole materia di doglienza, et che non possa dire, che nelle terre nostre si tracti contro a lui; ma che per nostra contemplatione, e quali siamo sempre stati devotissimi figliuoli di quello stocco ducale di Puglia, e da loro ricevuti, et dalloro facti molti, et grandi beneficj, et ancora per bene dell' unità, la quale per loro si tracta. Ch' essi con tutto loro intellecto si ingegnino di fare tutte quelle cose honeste, che al decto Serenissimo Principe debbano ragionevolmente essere grate, acciocchè dalle loro Signorie non manchi di dargli materia che esso sia a loro, et al Santo Concilio, et ancora a questa Signoria favorevole, benivolo, et non contrario. Et perchè dalla parte delle loro R.P. et ancora dalla nostra, non si possa giustamente imputare alcuno mancamento in verso lui, direte, che a noi pare utile, che le loro Paternità giustifichino, et chiarischino al presato Serenissimo Re delle sopraddette cose, delle quali esso fa doglienza, in quella forma, et modo, che a loro parrà più onesto: et in fino a qui è l' ambasciata, la quale vogliamo, che pubblicamente spognate all' uno Collegio, e all' altro. In segreto; più presto, che vi è possibile, vi comandiamo, che siate col collegio de' cardinali Romani, et che al loro riferiate per parte di questa Signoria, da noi ci rendiamo certissimi, che essi come prudentissimi Signori conoscono, quanto importa a favori del sagro, et universale concilio, et al disturbamento, & allo impedimento d' esso avere il Re Ladislao o benivolo, o inimico; & che considerandosi per noi quanto grande ostacolo essere può a questa sancta unità, e quanto esso è acto a turbare la pace, et la quiete di Italia, la quale turbatione è turbatione del concilio; considerato con quanta potentia di gente d' arme esso è vicino; et etiandio examinato, quanto si comprende esso avere a male, che questo tractato dell' unità della Chiesa si tiri innanzi, et si perchè è contrario a' de' pensieri, che pare lui avere, et si perchè teme di suo stato reconciliandosi la chiesa, et noi pare per le sopraddette ragioni sommamente necessario fare ultimo di potentia, non abbandonando però l' onestà, d' averlo benivolo, et che esso si conformi in questi facti della chiesa colla volontà loro, e colla nostra; la qual cosa se mediante la grazia di Dio si potesti fare, veggiamo rimossi questi gravi pericoli, li quali si veggono apparecchiare, et avere la indubitata pace della Chiesa. Et che però ci pare, che in questa parte, et a questo articolo le loro Paternità debbino avere altretanta diligentia, quanta a niuna altra cosa, che a loro occorra; e che la via a noi parrebbe, che quello medesimo, che le loro paternità anno promesso altre volte al decto Re, per sicurtà dello stato del suo Regno, et etiamdio come a loro è noto l' anno promesso a questa Signoria per quella scritta segreta suggiellata co loro pendenti suggielli, della quale essi sono informati, et della quale ve ne diamo copia; essi di nuovo per autentica scrittura el promettessero al prefato Re; sicchè la conclusione sia, che essi rinnovino la promessa, la quale, come decto è, altre volte anno facto al Re, o facciagliene altra in forma onestà, et sufficiente sicuro dello stato del suo regno: et mostrerete loro, che per molti rispetti, et cagioni oltre alle predette, essi debbano essere contenti di fare questa sicurtà, la quale sia giusta, et honesta, come di sopra si dice. Voi sapete di quanta importanza è questa parte, et quanto ella è considerata dalla nostra cittadinanza. Et però noi rimettiamo in sulle vostre spalle, che voi vi ingegniate di inducere e decti Signori cardinali a fare questa promessa, et obbligo, con mostrare loro e' pericoli, che ne seguono in dinegarlo, e quanto frutto ne conseguisce facendolo; sicchè con ogni ragione, modo, et sama honesta, che potrete, fate di inducerli alla decta conclusione, certificandogli bene, che facendosi per loro queste sicurtà al Re, per noi s' è deliberato mandare a lui nostri solenni ambasciatori a tractare l' accordo, el quale potremo meglio conducere a fine essendo certificati della loro disposizione in fare quanto di sopra si dice per sicurtà del decto Re; et mostrando loro, che noi speriamo questo presupposto colle evidenti ragioni, giuste, ed oneste, che ci sono trarre fructi, fructo, et bona conclusione, el che sia mediante la grazia di Dio, che esso concorra colle loro R. P. et dove questi non conseguitassi, pure una volta essi e noi saremo giustificati nel cospetto di Dio, e degli uomini, et non dubitiamo, che Iddio non abbandonerà la loro, et nostra giustizia. Et se trovassi la cosa dura, la qual cosa non crediamo, però renderecene prestamente per vostra lettera avvisati. Voi sete informato, come ci sono venuti ambasciadori di Gregorio, i quali

in

ANNO CHRISTI 1409.

io effetto vengono a rispondere all'ambasciata che gli mandamo per messer Stefano, che gli piacessi andare al Concilio. Ma io effetti lo dinega per molte ragioni, che assegna. Duolsi molto excessivamente della subtractione della ubbidientia, & ingegnasi di mostrare essere cosa ingiustissima, & dice, che come di facto era subtracta, così di facto si rivocassi. Concludono che Gregorio è contento d'accozzarsi collo avversario suo, e co' cardinali, che sono in Pisa, & fare uno universale, & unito Concilio si veramente, che si facci in un luogo terzo. Et io caso, che l'avversario suo non venissi, è contento d'accozzarsi con decti cardinali, & che esso Gregorio eleggerà uno, & uno ne eleggino i cardinali, e' quali due abbino podestà di eleggere un terzo luogo, nel quale si accozzino a fare uno unito Concilio. Per ancora non anno avuta da questa Signoria alcuna risposta, perchè oggi ci anno sposto la decta ambasciata. Avvisate di questo l'uno collegio, & l'altro.

Oratoribus pro unitate ecclesiæ.

Informatione a Voi misser Lorenzo Ridolfi, & Nicholò di Giovanni da Uzzano ambasciadori diputati sopra i facti dell'unità della chiesa pe' magnifici, & excelsi signori dell'arte, el Gonfalonieri della giustizia del popolo, & commune di Firenze, & deliberata per decti magnifici Signori, & lora collegii a dì XXI. di Aprile 1408. di quanto arete a seguire. Imprima:

Ex archiv. Floren.

VOgliamo, che ritorniate a Lucha, & che siate con misser Lorenzo vostro compagno, & tutti e tre insieme anderete al sancto Padre, al quale farete per parte di questa Signoria, & del nostro popolo le raccomandigie debite alla sedia Apostolica, & convenienti al nostro honore, le quali raccomandigie, & offerte, & anchora la nostra expositione vogliamo, che facciate nella presentia del decto padre, & del santo collegio de' nostri Padri Signori cardinali, in quanto e' vi sia possibile, come speriamo, & come è ragionevole d'avere quella pubblica audienza, & nolla possendo avere pubblica, alla sua beatitudine narrerete, quanto di sotto vi commettiamo.

El principio della vostra expositione vogliamo che sia in narrare, come non veggendosi per questa Signoria seguire alcuno fructo dell'unità tanto desiderata, & cercata, noi deliberammo di mandare per due di voi per essere ben chiari, meglio che per lettera non si può, particolarmente, & tostamente della materia di essa unità, & che essendosi inteso per noi, & etiamdio per la maggior parte de' cittadini notabili di questa comunità, in che termini le cose sono, noi, & universalmente per tutto il nostro popolo se n'era presa tanta molestia, & displicentia, & tanta turbatione d'animo, che in nessuno modo ne con penna, ne con lingua si potrebbe exprimere, considerato, che come per l'altre volte habbiamo facto noto alla sua Sanità, niuna cosa è, che tanto serventissimamente si desideri da noi, & da tutta la nostra cittadinanza, quanto vedere rimuovere lo scisma, & vedere riducere nel popolo cristiano la sancta unione. Sicchè comprendendosi per noi, che la dispositione della pace de' fedeli non essere in quella buona dispositione, che la cosa merita, & noi desideriamo, ci dà grandissima turbatione, & displicentia, benchè si debba credere, che questi sturbi, & turbationi, forse procedono più tosto per colpa della parte aversaria, che per la sua.

Et che non obstante, che poco fructo, più tosto nullo, di tanti tractari, e pratiche, le quali si sieno vedute in questa materia dell'unità, per infino a oggi sia seguito; nientedimeno noi spronati dalla nostra buona volontà, & per amore, che portiamo alla sancta madre ecclesia siamo disposti di non volere abbandonarci dal laudabile principio per noi facto innanzi alla sua creazione, & come alla sua Sanctità è noto, da noi puramente seguito per fino a questo dì senza alcuna intermissione, & così siamo disposti; mai, mentre che vedremo potere fare alcuna cosa, che abbia a producere il desiderato fine della riconciliatione cristiana, non ci abbandonare, ma ogni dì più virilmente, di quello el sia possibile, operare, abbiamo diliberato di rimandarvi alla sua benignità, & al sacro collegio de' cardinali a pregare, & a supplicare tanto divotissimamente, & stretamente, quanto ci è possibile, che esso si degni per honore di Dio, e bene del popolo cristiano el quale per questo detestabile scisma sta tutto sospeso, & io angoscie, & pericolo dell'anime, & anchora per nostra consolazione, volere realmente, & puramente proposto ogni rispecto, & indugio venire dal canto suo agli effecti, e quali anno a producere l'unità della chiesa, avendo rispecto a' voti, giuramenti, obblighi, & promesse per lui facte in questa materia, & pubblicate tra tutti i cristiani per sue lettere apostoliche; intorno a questi conforti procurerete di stendervi, e parlarne tanto caldamente, quanto più potrete mostrando quanta fervente affectione in ciò si ha per tutto il nostro popolo.

Supplicharete ancora alla sua Sanctità per parte di questa Signoria, che essendogli offerto per l'altra parte alcuno luogo, il quale fusse idoneo per fare quello tractato dell'unità, che esso si degni per acceleratione di essa unità quello accettare, acciocchè una volta si vegga il fine tanto desiderato, & che dove questo non seguisse, che colla parte avversa non rimanesse d'accordo d'alcuno luogo fuori de' nostri, che noi, come altre volta abbiamo facto di nuovo gli offeriamo per tractato dell'unità ciaschuno luogo sottoposto alla nostra giurisdictione, el quale acciò si vengha a essere acto, ne' quali, come nella sua propria patria, o ancora più, se più è possibile, si può rendere sicuro, & che di quale luogo esso rimane d'accordo, o di nostro o d'altri, purchè l'unità si facci tosto, & bene, niente ci curiamo.

Soggiugnerete ancora: Santo Padre quegli vostri figliuoli Fiorentini non obstante, che fructo non sia seguito per infino a oggi, considerati i vostri obblighi & promesse, i quali per vostre lettere bullate a loro come a degli altri cristiani avete manifeste dichiarando in esse la vostra buona Intentione in questa materia, non possono credere, che la vostra beatitudine non voglia venire a facti; come avete dato a intendere; perchè eglino sono certi, che voi cognoscete, che non basta la buona volontà in questa materia, se non si viene agli effecti. Et se non fusse questa speranza, eglino avrebbono prestati gli orecchi a di quelle cose, alle quali più volte sono stati sollecitati non da pic-

ANNO CHRISTI 1409.

picoole potenze, ma de grandi, le quali cose non potrebbono avvenire senza sua displicentia: conchiuderete questa parte, che la fede, che noi abbiamo in lui, ci dà speranza, che esso darà buona, & presta conclusione a questa materia, & farete manifesti a tutti, che da lui non mancha.

Se arete, come speriamo, audientia nella presenza de' signori cardinali, rivolgete il parlar vostro ancora a loro, dicendo, che colle loro paternità per parte di questa Signoria, & del nostro popolo cordialmente vi dolete del non seguitare l'effecto dell'unità, & che in simil forma, come avete facto al sancto Padre, voi gli confortate a questa necessaria operatione più tosto divina, che humana, & le loro B benignità strectamente preghiate, che con unità, e concordia, niuna cosa honesta omettendo, si degoino di fatichare, perchè questo desiderato bene dell'unità consegui ti; & maximamente in confortare papa Gregorio, & lui con ogni favore, & consiglio a ajutare a conducere questa sancta operatione con celerità, mostrando loro ne al santissimo Padre, ne al loro sagro collegio in niuna cosa, che ci sia possibile & honesta, mancherà mai alcuno nostro ajuto, favore, & consiglio.

Se questa expositione non potesse fare in pubblico, come decto è, fatete al collegio de' signori cardinali, & allora narrerete quanto alloro vi commettiamo, che spogniate a Papa C Gregorio, confortandogli, come detto è, & con ogni altra buona ragione, che saprete, che essi non si abbandonino, & mostrando loro, & apertamente dichiarando la nostra buona dispositione, chiarificandogli bene, che in nessuno modo siamo disposti volere abbandonare questa materia, ma per conducerla, quanto a noi si apparterrà, niuna cosa, e niuno rimedio lasceremo intentato.

Et se comprenderete, che per difetto di papa Gregorio s'andasse alcuna dilatione inutile, & non si seguitasse realmente, quanto si debba, comandiamo, che a lui, & etiamdio al suo collegio de' nostri cardinali diciate quanto avete in commissione in quello capitolo del D primo vostro mandato, el quale voi v'avete riserbato, & per ancora non avete sposto, dicendo quello effecto ancora più largamente, sicchè si comprenda bene chiaro nostra intentione.

In particularità vogliamo, che subito, che avrete sposto, quanto vi diamo in commissione, al sancto Padre, & al suo collegio de' Signori cardinali, cioè la prima volta, che voi siate con quegli tre cardinali, co' quali ultimamente praticasti, & alloro direte per parte di questa Signoria, che molto c'è stato grato intendere la loro buona unità, & dispositione perfecta in questa materia, la quale noi commandiamo tanto, quanto dire si può, & lar- E ghamente giudichiamo, che se essi persevereranno, come speriamo, in questa dispositione, & concordia, avendo degli appoggi, che aranno & da noi, & da altri, che ci pare quasi impossibile, che quello, che essi, & noi insieme con esso loro dasideriamo, non abbia buono, & presto fine con grande loro gloria nel cospetto di tutti i christiani, & che in questo noi ne glene confortiamo, perocchè parrebbe superfluo atteso la loro buona dispositione; & che sopra e' facti della indefferentia, della quale s'è molte volte ragionato, s'

A è per noi tenuto consiglio, e pratica con più experti nobili, & prudenti cittadini della nostra città, & che ne' docti nostri consigli s'è ultimamente conchiuso non essere bene de facto così ex abrupto venire a questo acto della indifferentia, se prima la cosa non fosse desperata; & che più utile c'è paruto & acto di più gravità, & prudentia, provare ancora un brieve rimedio per vedere, se per altra via, che per questa della indifferenza questo tractato della unità potesse avere perfectione, perocchè possendosi venire che alla intentione, che si desidera, senza perdere troppo tempo più laudabile, più sicura, & più utile via sarebbe mostrando, che la via della indefferenza noi B nulla ricusiamo; ma che bene ci pare non venire a essa se non mancando le altre vie, sicchè paja, che la necessità ad essa abbia indocto, non la volontà; & che questo di provare, se niuno altro rimedio c'è, in brevissimo tempo, & pochi giorni si vedrà: & a' reverendissimi cardinali direte, come avete in commissione, comunque voi vedete in questo facto niuna inutile dilagione, di dire al sancto Padre, & alloro collegio, come noi non simo disposti di stare più in questi termini, ma di volere pigliare partito, & come avete nel primo mandato.

Soprattanto vogliamo, che caldamente confortiate per parte di questa Signoria e' decti C reverendissimi cardinali chiarificandogli bene, che non pensiamo, che questo proceda per volere, che tempo si perda, o perchè ci vogliamo ritrarre dalla via della neutralità, ma solo per bene del facto, & per procedere di passo in passo, & con buona, & diligente maturità, & come richiede la grandezza di tanto facto; perocchè noi veggiamo chiaro, che procedere così ex abrupto a questo atto della neutralità noi soli senza altra compagnia & maximamente senza quella de' Venetiani, e' quali furono e' primi, che a Siena parlarono di volere fare, & dire, & per ancora non sono venuti a niente, ne a nulla ci anno richiesti; che a fare noi questo soli ci sarebbe imputato D a gran presumptione, & excitarebbe contro a noi non piccola iovidia, la quale non apprezzaremo però troppo, purchè potessimo fare tanto bene. Ma a noi pare vedere, che solo per invidia potrebbe essere cagione di fare ritrarre degli altri, che avessino simile buona dispositione per non parere avere a seguitare il principio, el quale dessimo, el di questo seguirebbe lo sturbo della pace, & concordia de' cristiani.

Et acciocchè buona, & notabile unità conseguiti nella Chiesa di Dio, ci pare utile, anzi necessario, che non solamente una Potentia, ma più congiunte insieme vengano a questo acto della indifferentia a uno medesimo E tempo, sicchè il principio, & il fondamento sia tale, & si facto, che non si possa sturbare, & subvertere; subgiugnendo ancora, che ogni volta, che a questo e Venetiani ci richiederanno, ci troveranno concorrere insieme con esso loro a questo acto, acciochè el popolo di Dio esca di tanti errori, & pericoli, & non solamente concorreremo, ma etiamdio speriamo di fare, che altri verrà a fare questo medesimo con esso noi. Et se a detti tre Cardinali paresse loro, che fusse utile del facto, che si cercha, di praticare, essi cogli ambasciadori Vinitiani, d'accordargli, & inducergli, che amendue que-

ANNO CHRISTI 1409.

queste Comunità concorressono a questo facto della indifferenza mancando le altre vie, siamo contenti, che lo tractino come da loro, non in nostro nome; & ogni volta che essi saranno in dispositione di volere realmente concorrendo noi colloro venira al facto della neutralità, ci troveranno disposti, & che non ci ritroverem' indrieto, ma colloro insieme ci faremo innanzi. Parci che debba essere molto più utile di questa santa materia, che per loro si tracti questo, che per noi, acciocchè non si pigli sospetto, che noi vogliamo essere il totto di questa faccenda. Et se i decti tre Cardinali troveranno, che con effetto, & realmente i decti Viniziani sieno disposti a fare questa sancta operatione della indifferenza, sicchè voglino fare altro che parole, & alloro paresse, che voi vi dovesse accozzare co' decti ambasciatori Vinitiani, siamo contenti, che v'accozziate colloro a udire, & pratichare questa faccenda, ma a conchiudere, o obbligare a niente nò, se altro non avete da voi, & in caso che detti tre Signori Cardinali non trovassino, che cogli effecti gli ambasciadori Vinitiani a venire a questo facto della indifferenza, non ne avendo mandato, supplicate alle loro paternità, che essi si degnino di rispondervi presto, acciocchè noi possiamo essere avvisati di provvedere co' Vinitiani con altra forma onesta; perocchè in ninno modo siamo disposti volere abbandonare questa sancta impresa, & necessaria alla salute de Cristiani.

Alle rechieste, le quali e fanno per parte di tutto il collegio, di venire nelle nostre terre in caso, che altro accordo non vi fusse, & che il Papa si volesse ritornare addietro; dite loro, che voi volentieri in qualunque d'esse nostre terre, o tutte; parte, o insieme, o separati come nostri singularissimi Padri, & benefactori, siamo disposti graziosamente ricevergli, & che ne' vostri luoghi si possono rendere fidi, e sicuri, come in qualunque altro luogo, che sia nel Popolo Cristiano.

Et exporrete loro, che noi ci confidiamo nella loro prudentie, & paternità, cha essi sono di tanta discretione, che nelle nostra terre, & luoghi senza farsene conscienza essi non farebbono acto niuno, el quale a noi potesse essere cagione d'alchuno schandalo, ed alcuna infamia, o gravezza.

Sopra al facto de salvocondocto del Papa respondete loro, che la fede, la quale una volta s'è conceduta, quella per nostro honore, et debito vogliamo observare, & in alcuno modo contro a essa non faremo; ma perchè noi siamo disposti volerci conformare con chi vuole unità, se non contro affacendo al nostro salvocondotto troviamo in alcuna forma impedire, che non torni a dietro, largamente siamo disposti di farlo; & sa d'altra sicurtà o cosa avesse di nuovo bisogna, oltre a quella, non siamo disposti di volerci conformare, che con chi vuole unità, & non faremo cosa, la quala avessi in alcuno modo a impedire questa nostra buona intenzione.

Al facto di sovvenira i Cardinali di alcuno denajo di quelli, che essi sostenessono, fingete di non vi ricordare ec. & se pure per loro ve sa ne dimandassi risposta, direte loro, che quando saremo al facto della indifferenza, allora ne pigliaremo tal partito & di questo, & di beneficj, & dell'altre cose, cha chieggono, che dovranno rimanere per contenti.

Intorno a questi pacti con buoni, & dolci parole generali, non obbligatoria però, vi ingegnerete di fargli bene contenti, come giudicheranno le vostre prudentie si convengha.

Una cosa s'era omessa, cioè, che se Papa Gregorio si concordiasse di andare a Pisa & l'avversario suo a Livorno, etiandio amendue deliberassono venire a Pisa con modi honesti, come sapete altra volta essere ragionato, noi siamo contenti di dare loro sicurtà, & obbligarci, o voglino a Re di Francia, Genovesi, Venitiani, & qualunque altra honesta, & simile sicurtà.

Fate di mettere ogni diligentia, & sollecitudine, che v'è possibile, & tener le mani in su ciò, che si tracta di questa materia, & ogni partito, il quale per alcuna Potentia, o Signoria, si pigliassi sopra a questa materia, o d'indifferentia, o d'altro; & di quanto troverete che sieno cose vere, ce ne renderete prestamente avvisati.

Et questi tre Cardinali, co'quali avete a praticare, direte, come Batista Lomellino è venuto a questi di quà, & acci sposto certe cose sopra i facti della unità della Chiesa della intenzione della parte aversa, le quali cose sono tante conforme colla intentione loro, & colla nostra, quanto dir si potessi, abbiamo preso grande conforto; per ancora non si parte.

Paulum Guinisium

Vogliamo che andiate a visitare per parte di questa Signoria il Signore di Luccha, el quale saluterete come nostro buono amico; & poi vi dorrete, & direte, come per noi, & per tutto il nostro popolo s'è presa grande displicentia, & turbatione, veggendo, che niuno buono effecto intorno alla materia della unità è seguito dell'andata da Luccha, come noi speravamo, ma più tosto il contrario: la quale cosa noi siamo certi passare con sua singolare displicentia, perchè siamo certi del suo buono, & fervente desiderio in questa sancta materia; & che non siamo disposti però di volere abbandonare, ma seguire ogni operatione a noi possibile ec. acciocchè seguiti tanto bene; & che noi lo preghiamo, che come ha facto infino a qui, & anchora più serventemente, se più può, esso si voglia & col sancto Padre, & col suo Collegio adoperara in bene, & perchè il facto habbi buona conclusione; & che considerato, quanto unitamente il Collegio de' Signori Cardinali è bene disposto a questa sancta operatione, che esso gli conforti in essa tanto, quanto saprà; che sa, & può assai; si che per pavento d'alcuna oppressione essi non fossono sturbati & rotti dalla loro buona intentione, e volontà in dare pace alla Chiesa di Dio, mostrarete di quanta utilità possono essere questi suoi conforti.

Et che più virilmente il Colleglo de' cardinali possa attendere a producere questa materia della unità a conclusione, & fara ogni cosa la quale a ciò giudichino essere utile, o necessaria, siamo contenti, e commettianvi, che a quello tempo, & con quello ordine, & modo di parlare, che vi parrà più onesto, voi diciate questo effecto al signore di Luccha, che noi abbiamo tanta affezione a' facti dell'unità, che se a Sig. cardinali per questo facto dell'unità tanto fusse facto alcuna molestia, o novità, noi la reputaremmo facta a noi, & essera propria nostra, perchè noi ci conformiamo in questo colle loro Paternità.

Se

ANNO CHRISTI 1409.

Se dagli ambasciadori Vinitiani, o da altri ambasciadori voi fussi domandato quello che voi avessi in commissione intorno al facto della differentia, vi commettiamo, che voi facciate quelle risposte, che vi parranno utili a bene dell'unione, & a nostro honore; non uscendo però degli effecti della presente commissione, & che si comprenda cha non siamo disposti di lasciare a fare nulla, perchè l'unione seguiti.

Alla parte, che sopra vi fu data per nota da quegli Rev. cardinali, co'quali praticasti, cioè che se Papa Gregorio venisse a Lucca, & volesse nel suo salvocondocto, che gli fussi, che esso potesse cognoscere de' suoi cortigiani ec. etiamdio nelle persone di cardinali, direte loro, come voi avete conferito questo colla nostra Signoria, e che da noi abbiate avuto risposta, che in quanto il caso avvenisse dell'andare a Pisa, allora noi piglieremo di questo tale e si facto partito, che essi rimarranno ben contenti.

A voi Messer Lorenzo, & a te Niccolò comandiamo, che non torniate senza nostra spressa licentia, comandando a Voi Messer Lorenzo, che insieme col decto Niccolò mettiate ad executione quanto nella presente commissione si conticoe, non obstante, che Messer Masso sia rimasto qua, perocchè così è deliberato per noi, & pe' nostri Collegi, non obstante la prima vostra commissione, la quale ancora farete d'osservare, & mettere en effecto insieme con questo in ciaschuna tua parte, salvo, che in quelle, le quali venissono a essere correcte da questa. Farete il vostro raporto.

Capitaneo, & Potestati Pisarum.

Dilectissimi nostri: voi sapete, che di proximo codesti Signori cardinali debbano intrare in Conclave per fare la electione del vero sommo Pontefice; e perchè alla Signoria del luogo, dove si fa simile acto, si appartiene guidare il conclave, e fare gli acti, che son ordinati per la Sancta Chiesa, i quali non sono piccoli, ne di piccola importanza, ma grandissima; considerato, che niuna cosa importa più alla Fede christiana, che la electione del sommo Pontefice. Et però considerato, che voi costà rappresentate la nostra Signoria, & etiamdio confidandoci noi delle prudentie, e della moderatione vostra, per deliberatione facta per noi, & per nostri collegi sopra questa materia per le presenti lettere vi commettiamo, & comandiamo, che al tempo ordinato voi siate a mettere i detti Signori Cardinali in Conclave, e poi stiate alla guardia di quello; e fate d'osservare, e di fare ciaschuna cosa di qualunqoe importanza, la quale sia stata ordinata dalla chiesa sopra questa materia: e acciocchè non possiate pretendere igno-
A ranza d'alcuna delle cose, che e' si richieggono di fare in tale acto, noi commettiamo per nostra lettera a messer Lorenzo Ridolfi, che particolarmente vi informi di quello, che è necessario, & utile che si faccia per voi in questo acto; e voi quello, che da lui sareta avvisati, fare di mettere ad executione. Capitano, & tu Podestà non dubitiamo, che voi sete di tanto intelletto, che voi bene considerate, & ponderate la grandezza, e la importanza di questo facto, quanta, e quale è. Però non ci pare necessario di ammonirvi, che in questo caso mettiate quella diligentia, &
B sollecitudine, che si richiede; che abbiate somma cura, che niuno scandolo, o inconveniente possa nascere. Siamo certi, che userete tanta prudentia, et moderatione, che supplirete a quanto sia di bisogno. Una cosa vi ricordiamo, che continuamente voi consideriate, che per venire a questo acto della electione d'uno vero Pontifice, et d'unire la chiesa, la quale cosa s'ha a fare hora, si può dire, nelle vostre mani, per quasi tutti e' Principi, et ogni comunità s'è durato tante fatiche, e fatte tante spese, e portati tanti pericoli, et considerate ancora che vegnendo schan-
C dolo alcuno, il quale noi pensiamo, che Iddio cesserà, quanti gravi scandali, et quanto stermino ne seguirebbe. Datum Florentiæ die XI. Juoii MCCCCVIIII. indictione secunda.

Domino Laurentio de Ridolfis.

Egregie Doctor. Noi abbiamo fatto commissione al Capitano, e al Potestà di codesta Città di Pisa, che essi stieno a guardia del Conclave, et che faccino tutte quelle cose, che sono necessarie, et utili a simile acto, e che da voi piglino informatione delle cose,
D che per loro s'anno a fare, et quelle mettino ad esecutione. Et però noi vi comandiamo, perchè noi siamo certi voi sapere pienamente tutte le cose, che di ragione in simile caso si debbano observare, che voi siate co' decti nostri Rettori, et loro informiate; et se è di bisogno, date per nota tutto quello, che in ciò si debba per loro secondo l'ordine della Chiesa servare: sicchè fate, che mediante la prudentia vostra e' prefati nostri Rettori sieno si informati, che dal canto nostro non sia alcuno manchamento, ne alcuno inconveniente ne possa seguire; e considerato, di quanta gran-
E de importanza è questa materia, della quale noi crediamo niuna potere essere maggiore, acciocchè ella si guidi, come si debba dal canto nostro, fate, che con sollecitudine per vostra lettera ci avvisiate, se alcuno mancamento fussi, o se per noi si avessi a fare alcuna provisione, che a questo fussi, o utile, o necessario. Datum ot supra &c.

ANNO CHRISTI 1409.

VITA
ALEXANDRI PAPÆ V.

ALexander V. instituti S. Francisci religiosus antea Petrus Philaretus de Candia vocatus, natione Cretensis, commentariis quos in libros sententiarum scripsit, Divinique verbi concionibus clarissimus, theologiæ doctor profundissimus, ex archiepiscopo Mediolanensi & cardinali presbytero basilicæ SS. apostolorum, communi omnium cardinalium utriusque obedientiæ suffragio, Gregorio XII. quondam vero pontifice, & Benedicto XIII. antipapæ schismatico, renunciantibus subrogatus est in Concilio œcumenico & generali Pisano VI. Kal. Julii, ano. Dom. 1409. tempore Ruperti imperatoris. Regnum Neapolitanum Ladislao ecclesiæ persecutori ademptum, consensu patrum omnium in Pisano Concilio præsentium, (ex eo gradu ad summum ecclesiæ culmen evectus est) Ludovico Andegavensi contulit. Pisas discedens, Bononiam se recepit: ibique in morbum incidit, ex quo dum sibi mortem imminere sentiret, cardinales ad se accersiri jussit. Cumque ad pacem & concordiam, communemque ecclesiæ utilitatem, eos adhortatus fuisset, omnia quæ in Concilio Pisano decreta erant, sibi justa videri dixit. Ad extremum cum dixisset illud Christi, *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*, spiritum Deo reddidit quinto Nonas Maji, anno 1410. postquam octo mensibus ecclesiam rexisset. Bononiæ in ecclesia S. Francisci sepultus est. Pauperes unice diligebat, plurimum humanus erat, & in quemvis liberalis: adeo ut interdum omnibus exhaustis per locum dicere soleret, se divitem episcopum fuisse, cardinalem pauperem, pontificem vero mendicum esse.

Joan. 14.

ANNO CHRISTI 1410.

VITA
JOANNIS PAPÆ XXI.
VULGO XXIII.

JOANNES hujus nominis vulgari opinione XXIII. patria Neapolitanus, prius Baltazar Cossa vocatus, illustri familia natus, ex cardinale S. Eustachii, & legato Bononiensi, factus est pontifex consensu omnium fere cardinalium utriusque obedientiæ, decimosexto Kalendas Junii anno Domini 1410. Ad pontificiam dignitatem promotus, electores imperii adhortatus est, ut Sigismundum Bohemiæ regem, imperatorem deligerent. Quo facto, eidem in Italiam venienti, ut Ladislaum Romanam ecclesiam inquietantem compesceret, obviam apud Laudem processit, cumque eodem Mantuam perrexit: ubi dum regia quadam magnificentia per D. Franciscum Gonzagam excepti essent, consultatum fuit de bello Ladislao inferendo, qui plurimas ecclesiæ ditiones involaverat, & ne ipsi quidem Urbi pepercerat. Hortatu imperatoris ad tollendum schisma triginta sex annorum, universale Concilium Constantiæ celebrandum judixit. Quo cum venisset; tantis & tam enormibus accusationibus oneratus est, ut mutato habitu, non sine magno timore, clam se subtraxerit. Verum decreto contra ipsum lato, apprehensus, & in carcerem conjectus, criminibusque quadraginta, de quibus accusatus erat, convictus, communi omnium consensu depositus fuit, sententiamque adversum se pronuntiatam approbavit: ac Ludovico Bavaro ad custodiendum traditus, tribus annis captivus detentus est. Exinde Gregorius quoque citatus est, qui initio quidem comparere recusavit; verum bonis Sigismundi admonitionibus persuasus, Carolum Malatestam eo misit; qui omnium sententia intellecta, nomine ipsius renunciavit. Tertius antipapa Petrus de Luna, sive Benedictus XIII. occupata arce Panicolæ in Perpiniano, adeo se contumacem præstitit, ut ejus causa discussa per Concilium, depositus fuerit. In eadem Synodo, Bohemorum error damnatus est, eorumque antesignani Joannes Hus & Hieronymus Pragensis exusti sunt. Omnibus hisce rebus transactis, ad eligendum novum pontificem animum adjecerunt: ad quam rem debito modo perficiendam, ex omnibus nationibus probatæ vitæ viros sex, qui cum cardinalibus conclave ingrederentur, selegerunt. Quibus introductis tertio Idus Novembris anni 1417. ipso die S. Martini, contra omnium opinionem, communi tamen gaudio, cardinalis Columna pontifex eligitur: qui sibi nomen ab eo Sancto qui in eum diem incidebat, accepit. Sed de eo in subsequentibus latius. Quod ad Joannem & Gregorium attinet, unus Concilii decretis agri Piceni legatus designatus est: alter vero per Martinum (cui se Florentiæ humiliter submiserat) cardinalis & episcopus Tusculanus creatus fuit. Verum paulo post, mœrore animi afflicti perierunt. Gregorius quidem Recaneti, Joannes vero Florentiæ, cujus Cosmas a Medicis heres factus, supra modum locupletatus est.

CON-

ANNO CHRISTI 1410. | ANNO CHRISTI 1410.

Ex Card. de Aguirre to. 3. Concil. Hisp. p. 649.

CONCILIUM SALMATICENSE

Celebratum anno Domini 1410.

ANno Domini 1410. Salmanticæ celebratum est Concilium, præsentibus Legatis Regum, & pluribus Academiæ Doctoribus. In eo jus Petri de Luna examinatum, & probatum fuit, ipseque tamquam verus totius ecclesiæ Pontifex acclamatus. Titulus Synodi in membranis Salmaticensibus hic est: *Liber Synodalis*

A

editus per D. Fr. Gundisalvum, Dei gratia episcopum Salmaticensem, magistrum in Theologia, ordinis Prædicatorum, sub anno Domini 1410. *Pontificatus D. Benedicti Papæ XIII. anno II.* (corrige XVI. nam electio Benedicti facta fuetat anno 1394.) *Fuit publicatus eodem anno in ecclesia cathedrali Salmantina in Synoda.*

ANNO CHRISTI 1412. | ANNO CHRISTI 1412.

Ex eodem Card. de Aguirre loco cit.

CONCILIUM HISPALENSE

Præside Patriarcha ecclesiæ Hispalensis administratore, coactum anno Domini MCCCCXII.

ANno Domini 1412. celebratum est Concilium Hispali a Patriarcha perpetuo ecclesiæ Hispalensis administratore. Ejus acta non inveniuntur: memorantur tamen in constitutionibus domini d. Petri de Castro Quignones,

B

ex quibus constat statutum fuisse, ut Clerici in ecclesiis officio divino, aliisque rebus sacris diligenter incumberent. Utque dies Nativitatis Deiparæ festus haberetur, & coleretur officio duplici solemni.

ANNO CHRISTI 1412. 1413. | ANNO CHRISTI 1412. 1413.

CONCILIUM ROMANUM

Adversus Wicleff. & Hussitas ann. MCCCCXII. & MCCCCXIII. celebratum.

SUB anni MCCCCXII. finem, celebravit Joannes XXIII. Romæ Concilium, in quo Wicleffi & Hussitarum errores damnati sunt: ut constat ex ejus Synodali decreto, quod mox subjiciemus. De hoc autem Concilio duo discimus ex ejusdem Joannis litteris, quibus Constantiensa Concilium indixit: alterum, convocatum fuisse, ut mos gereretur Pisano Concilio, quod generale Concilium triennia post iterum convocandum statuerat; alterum, non convenisse prælatos tanta numero, quantum rerum gerendarum gravitas postulabat.

Joannis XXIII. *Synodale decretum* adversus Hussitas.

Joannes episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Integre describitur in Bulla Martini V. quæ incipit, In eminentiis, in fine Concilii Constantiensis. H.

IN generali Concilio inter omnes apostolicæ sedis instantias, quas ad regimen Christiani populi jugiter impendit, illa videtur esse præcipua, ut cum aliquam doctrinam suboriri senserit, quæ oculos Divinæ majestatis offendere, & grave in se periculum animarum continere possit, eam, ne propagetur ulterius, & per eam mentes fidelium damnabiliter capiantur, mox studeat extirpare. Cum ergo in nonnullis mundi partibus, quidam curiosi ea discere atque docere, non quæ ad animarum salutem & augmentum fidei, sed ad suum fastum ampliandum, & catholicæ fidei subversionem cedunt, quosdam libellos seu volumina, vel tractatus & opuscula, quæ dicuntur Joannis Wikleff (videlicet dialogum, trialogum, & alios plures libros, quos præsentibus haberi volumus pro

C

expressis, nomine dicti Joannis Wikleff inscriptos & intitulatos) non solum in scholis frequentare, sed etiam ad populum in sermonibus exponere nitantur: in quibus libellis, voluminibus, seu tractatibus, multa hæretica dogmata, multique continentur errores, & in fide minus recte sonantes, per quos, simplices & indocti a veritatis tramite deviare, experti vero atque docti nimium scandalizari perhibentur, quæ ad nostram & hujus sacri Concilii deducta sunt publicam notionem: nos, ut ex injuncti nobis pastoralis officii debito tenemur, volumus

D

in iis, quantum cum Deo possumus, occurrere animarum periculis, ne (quod ait Apostolus) variis & peregrinis doctrinis Christi fideles in devium abducantur, quos etiam summa cura Salvator admonuit, ut caverent a fermento Pharisæorum: cujus rei perniciosissimam pestiferamque malitiam optimo fermenti manifestat exemplo. Nam veluti fermentum, testimonio Apostoli, totam massam corrumpit: sic hæreticorum falsa doctrina, omnem catholicam eruditionem, cui admiscetur, velati rabidum venenum, nisi occurratur, inficeret. Quam etiam doctrinam, Gal. 5. 9.

E

abominationem desolationis idem Salvator appellavit, dicens: *Cum audieritis abominationem desolationis:* quem locum doctor sacer Hieronymus exponens, abominationem dicit posse intelligi omne dogma perversum. Volentes autem in præmissis, licet notoria sint, mature procedere, & omne scrupulositatis dubium amputare, certis ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, atque nonnullis episcopis, sacræ theologiæ, utriusque juris professoribus, & aliis, commisimus de præmissis

Marc. 13. Cum autem videritis.

inqui-

ANNO CHRISTI 1412. 1413.

inquirere, & negotium hujusmodi diligenti examinatione discutere. Ex quorum processu & relatione, nobis & eidem sacro Concilio constitit atque constat, præmissa, tam per facti evidentiam, quam per plures diffinitivas sententias tam auctoritate apostolica, quam nonnullorum archiepiscoporum in suis Conciliis, & locis insignibus & diversis, fuisse, & esse notoria atque vera.

Nos igitur eodem approbante Concilio declaramus, & decernimus, illa esse notoria, quæ nulla possunt defensione tueri; & super illis fore, tanquam super notoriis, procedendum: & exurgentes in Dei virtute contra hanc falsam, perversam, pestiferamque doctrinam, eodem sacro approbante Concilio, dictos libellos, B tractatus & opuscula, videlicet, dialogum, trialogum, & omnes alios hujusmodi libellos, & alia, quæ ejusdem Joannis Wikleff nomine inscribuntur & intitulantur, cujuscumque artis & facultatis existant (attento maxime, quod in eis, licet aliqua vera scripta sint, falsa tamen illis, veluti lepra in humano corpora, permixta sunt, & in eorum lectione periculose, tamquam inter scorpiones & colubros, Christi fideles versarentur) damnamus & reprobamus, atque Salvatoris sententiam exequentes, dicentis: *Si quis in me non manserit, mittetur foras, & sicut palmes arescet, & in ignem mittetur, & ardet*: igne jubemus publice concremari. Ejusdem etiam auctoritate Concilii districtius inhibentes, ne quis C Christi nomine insignitus, audeat aliquem vel aliquos, seu aliqua ex dictis libellis, tractati- A bus, & opusculis, dicti Joannis Wikleff nomine inscriptos aut intitulatos, legere, exponere, docere, vel tenere, aut illis, ac nomine & autore Wikleff uti, vel illum ut auctorem, nisi forte in illorum reprobatione, allegare publice vel occulte. Et ut de medio ecclesiæ illa periculosa sporcissimaque doctrina eliminetur omnino: jubemus per locorum ordinarios, libros, tractatus, & opuscula hujusmodi, etiam auctoritate apostolica, per censuram ecclesiasticam, &, si sit opus, cum adjectione quod contra non parentes procedetur tamquam contra fautores hæresis, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. Si quis autem hujusmodi sententiæ, inhibitionis, decreti, atque jussionis violator aut contemptor extiterit: statuimus, eodem approbante Concilio, contra ipsum, veluti suspectum de fide, procedi.

Joan. 15.

Monemus insuper auctoritate præmissa omnes & singulos, qui voluerint tueri memoriam dicti Joannis Wikleff, ut infra novem menses proxime futuros, quos pro primo, secundo, tertio, atque peremptorio termino assignamus, compareant apud sedem apostolicam coram nobis, vel nostro successore canonice intrante, vel in hoc sacro Concilio, vel alibi ubi contigerit nos vel successorem prædictum residere, dicturi & allegaturi quidquid voluerint, ne idem Joannes, licet ab humanis ereptus, de hæresi condemnetur. Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum IV. Non. Februarii, pontificatus nostri anno tertio.

ANNO CHRISTI 1413.

CONCILIUM LONDINENSE

Adversus Wicleffi sectatores, ann. MCCCCXIII. a Cantuariensi archiepiscopo celebratum.

THomas Walsinghamus ad hunc annum. Eo tempore, *inquit*, Lolardi [*] qui doctrinam evangelicam & apostolicam atque propheticam D depravabant, fixerunt schedulas in valvis ecclesiarum Londoniis, quæ continebant, centum millia parata ad insurgendum contra cunctos qui non saperent sectam suam. Invitabantur [a] nempe viribus & ingenio cujusdam, qui dicebatur Joannes Oldcastell, qui ob reverentiam nuptiarum quas contraxerat cum affine nobilis viri domini de Cobham, cognomen dicti domini est sortitus. Erat iste Joannes fortis viribus, operi Martio satis idoneus, sed hostis ecclesiæ pervicacissimus: Regi propter probitatem carus & acceptus, sed tamen propter hæreticam pravitatem valde suspectus.

[*] Idem sunt ac Wiclefitæ.

[a] f. Invitabantur.

Eo tempore facta Londoniis cleri convocatione per dominum Cantuariensem, maxime jam E causa prædicti Joannis: repertum fuit, quod idem Joannes fuit & est principalis receptator & fautor, protector & defensor Lolardorum, & quod, præsertim in diœcesibus Londoniensi, Roffensi, & Herefordensi, ipsos Lolardos, ab ordinariis siva diœcesanis locorum minime licentiatos, contra constitutionem provincialem inde factam, ad prædicandum transmisit, eorumque prædicationibus nefariis interfuit, & contradictores, si quos repererat, minis, & terroribus, ac brachii secularis potestate compescuit: asserens inter cætera, quod Cantuariensis archiepiscopus, & ejus suffraganei, non habuerunt, nec habent potestatem aliquam hujusmodi constitutionem faciendi: aliterque sensit, & sentit, ac dogmatizat, & docet de sacramentis altaris, & pœnitentiæ, peregrinationibus, & adorationibus imaginum, ac clavibus, quam Romana ecclesia docet & affirmat.

Quare ex parte totius cleri, dominus Cantuariensis fuerat requisitus, ut desuper præmissis contra eumdem Joannem procedere dignaretur. Qui tamen ob reverentiam domini regis, cujus ad tunc idem Joannes familiaris extiterat, & ob honorem ordinis militaris, una cum omnibus suffraganeis tunc præsentibus, & magna parte cleri, accessit ad præsentiam domini regis (tunc in prædio suo de Kennyngthon existentis) declarans ei defectus ejusdem. Ad instantiam tamen domini regis cupientis eum sine dedecore revocare, suspensum fuit negotium magno tempore. Sed cum dominus rex circa reductionem ejus longum tempus trivisset inaniter, significavit domino Cantuar. se circa eum inutiliter laborasse.

Dominus ergo Cantuariensis dictum Joannem de & super præmissis personaliter responsurum coram eo ad certum terminum decrevit evocandum, ac nuncium suum cum litteris citatoriis ad dictum Joannem transmisit (tunc in castro suo de Coolyng degentem) mandans dicto nuncio, ut ad castrum dicti Joannis nullo modo ingrederetur, nisi licentiatus: sed per mediationem cujusdam Joannis Butler hostiarii came-

ram

ANNO CHRISTI 1413.

ræ domini nostri regis, ipsum dominum Joannem requireret, quatenus daret dicto nuncio licentiam ingrediendi, ut citaret eumdem, seu saltem extra castrum suum prædictum faceret sui copiam, ut sic citatione posset apprehendi. Qui tamen Joannes Oldcastel dicto Joanni Butler ex parte domini regis sibi præmissa exponenti, publice respondit, quod nullo modo citari voluit, nec citationem ipsius aliqualiter tolerare. His auditis, D. Cantuar. decrevit eum citandum per edictum, in valvis Roffensis ecclesiæ sibi vicinæ publica affigendum: ut compareret coram eo XI. die mensis Septembris, super præmissis, & aliis hæreticam pravitatem concernentibus, personaliter responsurus.

Quo die adveniente, D. Cantuariensis in capella majori infra castrum de Ledes, quod tunc inhabitabat, sedens pro tribunali, audita & recepta relatione, quod idem D. Joannes se incastellavit & fortificavit in castro suo prædicto, ac opiniones suas defendit, claves ecclesiæ & potestatem archiapiscopalem multipliciter contemnendo: fecit eum citari publice ac præconizari. Qui cum diu expectatus, nullo modo compareret prout initio, contumacem excommunicavit in scriptis. Et quia dictus Joannes in defensionem erroris sui contra claves ecclesiæ se incastellavit, & fortificavit: D. Cantuariensis decrevit iterato citare dictum Joannem, si posset apprehendi, vel alias per edictum, sicut prius, ut compareret coram eo die Sabbati proximo, post festum S. Matthæi apostoli & evangelistæ proximo futuro: causam rationabilem, si quam habet, quare contra eumdem ad graviora procedi non debeat, tamquam publicum hæreticum, schismaticum, & hostem & adversarium universalis ecclesiæ, quare etiam pronunciari non debeat, ac auxilium brachii sæcularis contra eum solemniter invocari, personaliter responsurus, circa omnia & singula præmissa, quod justitia * suadebat.

Adveniente termino præfixo, domino Cantuariensi sedente pro tribunali in capitulo sancti Pauli Londoniis, assidentibus sibi dominis, Richardo Londinensi, & Henrico Wintoniensi, episcopis, dominus Robertus Murley miles, custos turris Londoniarum, secum præfatum dominum Joannem adduxit. Nam parum ante per regios ministros comprehensus fuerat, & in turri clausus. Cui dominus Cantuariensis recitavit processum memoratum, quomodo videlicet in convocatione cleri detectus & delatus extiterat, quomodoque citatus & propter suam contumaciam excommunicatus: unde dominus Cantuariensis gratiose se obtulit & paratum fore promisit ad absolvendum eum. Sed ille absolutionem domini Cantuariæ petere noluit: sed divertens ad alia, dixit quod libenter recitaret coram domino Cantuariensi fidem quam tenet. Extraxitque de sinu suo schedulam indentatam, quam tradidit domino Cantuariensi, postquam legisset. Qua schedula perlecta, dominus Cantuariensis dixit: Ecce, domine Joannes, in hac schedula vestra, plura bona continentur, ac satis catholica: sed habetis terminum istum ad respondendum super aliis errores & hæreses sapientibus, quibus per contenta in hac schedula non est plene responsum. Et propterea vos oportet ad eadem respondere qualiter sentitis, & fidem vestram plenius declarare: videlicet an credatis & affirmetis, quod in sacramento altaris, post consecrationem rite factam, remaneat panis materialis vel non. Item

* Forte, suadebit. H.

A an teneatis, credatis, & affirmetis, quod in sacramento pœnitentiæ necessarium fuerit, quod habens copiam sacerdotis confiteatur de peccatis suis presbytero per ecclesiam ordinato. Qui respondit expresse, se nolle aliter prædicta declarare, quam in dicta schedula continetur. Cui compatiens dominus Cantuariensis, dixit: Caveatis, domine Joannes, quia si ad hæc vobis injecta clare non respondeatis in termino legitimo vobis jam dato, poterimus vos denunciare & declarare hæreticum. Sed dictus Joannes aliter respondere contempsit.

Tunc dominus Cantuariensis declaravit ei, quid sancta Romana ecclesia, sequens dicta beatorum Augustini, Hieronymi, & Ambrosii, &
B aliorum sanctorum, determinavit, quas determinationes oportet quoscumque catholicos observare. Ad quæ dictus Joannes respondit, quod voluit credere & observare, quidquid sancta ecclesia determinavit, ac quicquid voluit se credere & observare: sed quod dominus papa, & cardinales, archiepiscopi, episcopi, cæterique prælati ecclesiæ haberent potestatem talia determinandi, noluit ad tunc aliqualiter affirmare. Unde dominus Cantuariensis sibi compatiens, sub spe melioris deliberationis sibi in Anglicis certis articulis, rogavit ut in die Lunæ proxime sequente plene & clare suum daret responsum super eisdem.

Quo die Lunæ, videlicet 25. die mensis Se-
C ptembris, coram domino Cantuariensi, & ante dictos episcopos, adjuncto illi Bangorensi episcopo domino Benedicto, comparuit dominus Robertus Murley custos turris Londoniensis, ac præfatum dominum Joannem secum duxit, ac coram domino Cantuariensi, & toto clero pro tunc congregato, statuit. Cui archiepiscopus affabiliter & suaviter recitavit acta priora diei, & quomodo excommunicatus fuerat & est: ac rogavit & requisivit eumdem, ut peteret ac admitteret in forma debita ecclesiæ absolutionem. Quod se dictus Joannes facturum negavit, sed a solo Deo absolutionem petiturum. Consequenter dominus Cantuariensis suavi & modesto modo rogavit & requisivit eumdem, quatenus de
D & super contentis in dicta schedula determinationem ecclesiæ eidem transmissam de sibi oppositis clarum daret responsum. Et primum super sacramentum Eucharistiæ: ad quem articulum inter cætera respondit: quod sicut Christus in terra degens, habuit in se Divinitatem & humanitatem, Divinitatem tamen velatam & invisibilem sub humanitate, quæ in eo aperta & visibilis fuerat: sic in sacramento altaris est verum corpus, & verus panis, videlicet quem videmus, & corpus Christi sub eadem velatum, quod non videmus. Ad fidem circa sacramentum hujusmodi in schedula prædicta per dominum Cantuariensem transmissa sibi, perque sanctam Romanam ecclesiam & doctores sanctos
E determinatam expresse, negavit, dicens quod determinatio ecclesiæ facta est contra sacram Scripturam, postquam ecclesia dotata est, & venenum infusum in ecclesiam, & non ante. Quod etiam ad sacramentum Pœnitentiæ & confessionis dixit, & asseruit, quod si quis esset in aliquo gravi peccato constitutus, a quo ipsa surgere nesciret, expediret & bonum esset sibi adire aliquem sanctum et discretum sacerdotem pro consilio ab eo habendo: sed quod confiteretur peccatum suum proprio curato seu alteri presbytero, etiamsi haberet copiam ejusdem, non est necessarium ad salutem: quia

ANNO CHRISTI 1413.

sola contritio peccatum hujusmodi delere posset, & ipse peccator purgari. Circa adorationem sanctæ crucis, dixit & asseruit, quod solum corpus Christi, quod pendebat in cruce, debuit adorari, quia illud corpus solum fuit, & est adorandum. Et interrogamus quem honorem faceret imagini ipsius crucis, respondit verbis expressis, quod illum honorem solum faceret sibi, quod bene * mandaret eam, & poneret in bona custodia. Quo autem ad potestatem clavium, dominum nostrum papam, & archiepiscopos, & alios prælatos, dixit quod dominus noster papa est verus antichristus, hoc est caput ejusdem; archiepiscopi & episcopi, necnon alii prælati, sunt membra; & fratres, cauda ejusdem. Quibus papæ, archiepiscopis, & prælatis non est obediendum, nisi quatenus fuerint imitatores Christi & Petri, in vita, moribus, & conversatione; & quod dixit idem Joannes alta voce, manibus expansis, alloquendo circumstantes: isti qui judicant & volunt damnare me, seducunt vos omnes & seipsos, & vos ducent ad infernum, & ideo caveatis ab eis. Quibus omnibusque per eum sic dictis, dominus Cantuariensis iterum ac sæpius flebili vultu dictum Joannem alloquebatur, verbis quibus potuit exhortando, ut ad unitatem rediret ecclesiæ, crederet & teneret quod ecclesia Romana credit & tenet. Qui respondit expresse, se aliter non credere, quam superius expressit.

* Forte mundaret. H.

Videns ergo dominus Cantuariensis, se in nullo posse proficere, cum magna cordis amaritudine processit ad prolationem sententiæ diffinitivæ, in hunc modum.

In Dei nomine, Amen.

NOs Thomas permissione Divina, &c. In quadam causa sive negotio hæreticæ pravitatis, de & super diversis articulis, super quibus dominus Joannes Oldcastell miles, dominus de Cobham *, coram nobis in ultima convocatione cleri nostræ Cantuariensis provinciæ, in ecclesia S. Pauli celebrata: post inquisitionem diligentem ibidem inde captam, reperimus eumdem Joannem fore & esse hæreticum, hæreticis credentem, ac in fide & observantiis sacrosanctæ Romanæ & universalis ecclesiæ errantem, & præsertim circa sacramenta Eucharistiæ & Pœnitentiæ, ad quod tamquam iniquitatis & tenebrarum filius in tantum obduravit cor suum, ut non intelligat vocem pastoris sui, nec velit monitionibus allici, nec reduci blanditiis. Unde pensatis ipsius delictis &

* Deest, accusatus est, aut aliquod simile.

A culpis, per ipsius damnabilem pertinaciam aggravatis, nolentes quod is qui nequam est, fiat nequior, & alios inficiat sua labe, de consilio & assensu magnæ discretionis & sapientium virorum venerabilium nobis assistentium, præfatum dominum Joannem Oldcastell militem, dominum de Cobham, de & super hujusmodi detestabili reatu convictum, & ad ecclesiæ unitatem pœnitentialiter redire nolentem, hæreticum, ac in iis quæ tenet, docet, determinat sacrosancta Romana & universalis ecclesia, & præsertim in articulis subscriptis, errantem judicamus, declaramus, & concedimus sententialiter & diffinitive in his scriptis, relinquentes eumdem exnunc tamquam hæreticum judicio sæculari. Ipsum nihilo minus hæreticum, omnesque alios & singulos, qui eumdem de cætero in sui favorem erroris receptaverint, defensaverint, seu sibi consilium, favorem, vel auxilium in hac parte præbuerint, tamquam fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, excommunicamus, & excommunicatos denunciamus in his scriptis.

His itaque peractis, dominus Cantuariensis regem certificavit super præmissis, vivæ vocis oraculo, postulans ut dominus rex dignaretur dicto Joanni damnato juridice, gratiose concedere xl. dies ac inducias. Nam tam Rex, quam pontifex, non ejus interitum, sed vitam cupiebant affectualiter, & pro salute sua laboravere non segniter. Unde factum est, ut ad turrim adduceretur, ubi sub induviarum spatio sibi concessarum posset resipiscere, & gratiam tam ecclesiasticam quam regiam promereri. Sed ista specialis indulgentia facta fuit sibi malignandi copia, dum citra præfixum terminum elapsus e custodia, congregavit iniquitatem sibi, nil aliud cogitans, quam de vindicta. Re vera clam destinatis litteris ad sequaces suos, tam milites, quam armigeros, qui non pauci fuere, hortabatur ut & ipsi scriberent ad amicos suos, ut & ipsi se ad vindictam mutuo concitarent. Igitur per omne tempus illud, quod fluxit ab evasione ejus usque ad circumcisionem Domini, vel Epiphaniam, discurrebant undique Lolardorum nuncii, qui rurales & quoscumque poterant, promissis amplis stipendiis, allectarent, quatenus in certum diem eis denunciandum parati forent ad standum viriliter, & actus martios peragendum. Multis ignaris quærentibus causam pro qua vel in qua certare deberent, responsum fuit, non esse curandum, dummodo stipendia larga reciperent, & pro rebus bene gestis affluenter remunerandos procul dubio se sperarent.

☞ CANTUARIENSE CONCILIUM

Anno 1413. habitum.

Fragmentum convoc. Cantuar. prov.

Ex reg. Arundel. fol. 266.

Ex Suppl. Mansi To. III. pag. 1252. An. 1413. Ex Wilk. t. III. p. 352.

DIcti vero tractatus combusti fuerunt apud crucem in cœmeterio S. Pauli London. præfato domino archiepiscopo (Thoma) recitante populo causas combustionis eorumdem. Et fuit dicta convocatio continuata usque in diem lunæ prox. post fest. Corporis Christi E ex tunc prox. sequens per præfatum archiepiscopum. Et idem dominus archiepiscopus commisit interim vices suas domino episcopo London. per litteras sub sigillo suo ad præsidendum in dicta convocatione, ordinandumque, tractandum, & concludendum in eadem, ac, cum

vide-

ANNO CHRISTI 1411.

videretur expediens, finiendum & absolvendum A eamdem. Quo die lunæ, & certis diebus sequentibus, in domo capitulari prædicta, dicto domino London. præsidente, & tractante cum prælatis & clero provinciæ super quibusdam ordinandis ad honorem Dei & ecclesiæ; tandem certa proposita fuerunt pro parte cleri, super quibus ordinationes fieri jubebantur, & quæ clerus in scriptis redegit, quorum tenores sequuntur in hæc verba.

Supplicatur paternitatibus vestris per amicos juris & justitiæ, quatenus vos, qui canonum executores esse deberetis, & non solum pro vestris, sed omnium subditorum vestrorum peccatis, coram summo judice reddituri critis rationes, ut arbor pallens foliis, populus vid. B Anglicanus, reparata radice virescat; ut stomacho, sc. clero, bene disposito, materia subministrata, vid. doctrina ejusdem, in dulcedinem transeat nutrimenti, ut ora obloquentium juste, licet non rite murmurantium, celerius obturentur; canones & constitutiones provinciales ob animarum salutem sanctæ & religiose editas ad honorem Dei & ecclesiæ sanctæ dignitatem, ut tenemini, executioni debitæ demandare, præsertim in casibus infrascriptis. In primis de professionibus vestris, quod legantur coram vobis ad minus bis in anno constitutiones Octoboni; *Quid ad venerabiles* De visitationibus archiepiscoporum, episcoporum, archidiac. & aliorum, ad quos pertinet visita- C tio x. q. 1. *Decrevimus*: cum cap. *Se*, de offic. archid. cap. 1. junctis notis notat. de cens. c. *Romana* c. *Exigit* c. *Felicis*. Cum constitutionibus Ottonis De archidiaconis, Octoboni, *Naturales*. Oxon. *Prohibemus*. Cum concordantiis inde tractantibus.

De residentia & regimine episcoporum constitut. Otto. *Quid ad venerabiles*. Octoboni *Pastor bonus*. Oxon. *Statuimus*; cum similibus.

De regimine, gestu, & vestitu familiarium vestrorum & totius cleri natura titulorum, de vita & honestate clericorum constitut. Otto. *Quoniam de habitu*. Octoboni: *Cum S. Evangelii*. Oxon. *Et clerical.* Peckham: *Quamvis*. Stratford: *Exerce habitus*.

De pecuniis non recipiendis pro spiritualibus, nisi quatenus jura permittunt.

De residentia cleri in beneficiis suis, natura tituli, De cler. non vest. constitut. Otto. *Cum sit ars artium*. De residentia Octob. *Christiana* §. *Volentes*. junctis Joh. Anton.

De prædicatione curatorum constitut. ed. apud Lambyth *Ignorant. Sacerdotum*. Oxu. *Presbyterorum* junct. nova constitut. Oxon.

De publicandis articulis generalis sententiæ quater in anno constitut. Peckham, *Iisdem temporibus*.

De pœnitentia imponenda pro notorio crimine constitut. Otto. *Archidiaconis*. Octob. *Deus omnipotens*.

De debita impensione offic. circa executiones ultimarum voluntarum.

De legendis & observandis constitution. provincialib. constitut. Otto. *Misericors Deus*.

De mercatis non fiendis diebus dominicis. De feri. c. 1. junctis suis comm.

De pactionibus cum patronis circa præsentationes constitut. Octob. *Plerumque* junctis & jure communi.

De tractatibus & obligationibus & juramentis permutare volentium, de jure patro.

De hospitalariis quod arctentur ad computum, de re Do. *quæ contiget* in Cle. mot. 1. notat. & conc.

ANNO CHRISTI 1413.

De perjuriis in assisis & aliter. De abstrahentibus fugientes ad ecclesias constit. Otto. *Ad tutelam*. Bonifacii: *Porro*.

De effractoribus ecclesiarum. De incendiariis ecclesiarum.

De uxoratis, quod nullam exerceant jurisdictionem aut correctionem ecclesiasticam.

De judic. *Decernim.*

De prædicantibus sine licentia contra jus commune & constitut. ult. edita, quod non solum ipsi prædicant, sed & omnes sibi adhærentes, consulentes, auctores, fautores, defensores, & procuratores incurrant sententiam majoris excommunicationis ipso facto.

Item, quia circa illam clausulam, quæ ponitur in ultima constitutione Oxon. edit. vid. quod ecclesia, cœmeterium sive locus, in quo prædicatum est contra constitutionem eamdem, sit interdictum, repertum est fraudem factam in diversis locis; & ideo declaretur & statuatur, sive prædicatum sit in ecclesia, cœmeterio, sive loco alio quocunque intra fines & limites cujuscunque parochiæ, ecclesiam & cœmeterium ejusdem, ac tota illa parochia incurrat sententiam interdicti ipso facto.

De jurisdictione non tradenda ad firmam quovismodo constit. Otto. *Ecclesias*, Octob. *Indignum*, ac similibus.

C De barbitonsoribus, quod non utantur officio diebus dominicis per totam provinciam.

De festo S. Georgii, quod sit duplex festum, & abstineatur ab omni opere servili,932 ferietur.

De festo S. Dunstani, quod duplex festum sit. Omnia ista sunt promissa, statuta, & concessa; & fiet executio per quemlibet, ad quem pertinet, prout respondebit coram Deo & proximo Concilio provinciali. Et deinde fuit decretum & ordinatum pro executione eorumdem propositorum, & ipsa convocatio dissoluta.

Et fuit infra dictam convocationem una integra decima concessa domino regi.

Dictorum vero tractatuum, sic, ut præscri- D bitur, combustorum, unus fuit in quaternis non ligatis, continentes plures modicos tractatus periculosissimos, ad subversionem fidei nostræ, & ecclesiæ; & qui fuit domini Joh. Oldcastell, militis, domini de Cobham, captus prius & repertus cum uno Lymnore, in *Pater noster* Rowe, London, & Eluminand. Qui eluminator in ipsa captione dixit, cujus fuit liber. Alius vero fuit ligatus, & venit de Coventreia, plenus toxico & veneno contra ecclesiam Dei. In die vero, quo dicti tractatus fuerunt damnati & adjudicati igni cum combustione eorumdem, certæ de majoribus & periculosioribus conclusionibus, tractatus dicti domini Joh. Oldcastell fuerunt lectæ coram rege, E ac fere universis prælatis & proceribus Angliæ, in interiori camera ipsius domini nostri regis apud Kenyngton, præsente et audiente præfato domino Joh. Oldcastell signanter ad hoc vocato. Ipse vero dominus noster rex maxime abhorruit conclusiones illas, ut pessimas contra fidem et ecclesiam, quas unquam audivit. Et inquisitus a rege dictus dominus Joh. Oldcastell, an putaret dictum tractatum fore juste et merito damnatum; dixit, quod sic. Interrogatus quare uteretur vel haberet tractatum hujusmodi; dixit, quod nunquam usus est eo, nec legit in eodem ultra duo folia.

ANNO CHRISTI 1414.

Et memorandum, quod in dicta convocatione præfatus dominus Joh. Oldcastell fuit detectus per totum clerum provinciæ Cantua. super infamia sua in erroribus & hæretica pravitate; & qualiter in pluribus diœces. tenuisset, asseruisset, & defendisset conclusiones erroneas & hæreticas; ac quod capellanos in hujusmodi erroribus & hæresibus suspectos, & etiam prius convictos, ad domum suam recepisset, favisset, recreasset, defendisset, & eos ad diversa loca provinciæ ad prædicand. & seminandum hujusmodi semen malum in subversionem fidei & status ecclesiæ transmisisset; fuitque supplicatum ex parte ejusdem cleri domino archiepiscopo & prælatis, ut vocaretur dictus dom. Joh. Oldcastell coram eisdem, super his personaliter responsurus. Et quia videbatur domino archiepiscopo & prælatis, dominum nostrum regem prius consulend. super isto, eo quod familiaris ejus exstiterat; accesserunt ad dictum dominum regem apud Keniyngron prædict. & eum in reverentia debita consuluerunt super isto. Et dominus rex regratiabatur benevolentiis eorumdem, & eis supplicavit, quatenus ob reverentiam suam, eo quod familiaris ejus exstiteras, & etiam ob reverentiam ordinis millisaris, deferrent processum & executionem omnimodam fiendam contra eum; promittentes eis, quod ipse vellet laborare circa eum ad ipsum reducendum in omni mansuetudine & lenitate ab invio erroris sui ad rectam semitam veritatis. Et quod si hoc non posset facere, traderet eum eis juxta sanctiones canonicas puniendum, & ad hoc eis assisteret in omni auxilio, & brachio seculari. Et dicti domini archiepiscopus & prælati, non absque murmure cleri, desideriis regiis quieverunt. Transcurso deinde aliquanto temporis, cum dominus noster rex circa dictum militem ad ovile Christi reducendum diu & variis modis laborasset, & nullum laboris sui fructum reportasset, sed semper ipse miles in deterius fuisset prolapsus, tandem idem dominus noster rex in sequenti mense Augusti existens apud Wyndesore, omissa lenitate, præfatum dominum Johannem super pertinacia sua acriter increpabat. Et idem dominus Johannes, plenus diabolo, hujusmodi increpationem non ferens, illicentiatus recessit ad castellum suum de Cowlyng de Cantia; & ibi se incastellavit, prout hæc omnia publice dicebantur. Misit deinde idem dominus noster rex pro domino archiepiscopo suprascripto, tunc Cicestriæ in solemniis Assumptionis B. Virginis existente; qui ad dominum regem apud manerim suum in parco de Wyndesore accedenti, injunxit idem dominus rex, post recitationem laboris sui præmissi, & requisivit ex parte Dei & ecclesiæ, quatenus contra dictum dominum Joannem Oldcastell, occasione præmissorum, omni celeritate, qua posset, procederet juxta canonicas sanctiones; & deinde idem dominus archiepiscopus ordinavit pro processu contra eum secundum juris exigentiam faciend. Et dominus rex misit interim domino archiepiscopo certas litteras, quæ scriptæ sunt ad mandatum ejusdem domini archiepiscopi in proxima convocatione sequente. Processit vero idem dominus archiepiscopus contra præfatum dom. Johannem, juxta canonicas sanctiones; cujus processus summa sequitur in hæc verba:

In Dei nomine Amen. Cum nuper coram reverendissimo in Christo patre & domino, dom. Thoma, Dei auctoritate Cant. archiepiscopo, & in convocatione prælatorum & cleri suæ Cant. provinciæ in ecclesia S. Pauli London. ult. celebrata, de & super unione & reformatione ecclesiæ Anglicanæ, cum eisdem prælatis & clero tractante, inter cætera per eosdem conclusum fuerat, quasi pro impossibili, scissuram tunicæ Domini inconsutilis reformare, nisi prius certi magnates regni, auctores, fautores, protectores, defensores, & receptores horum hæreticorum, qui dicuntur Lollardi, essent acride reprehensi; ac, si opus fuerit, per censuras ecclesiæ, una cum invocatione brachii secularis, a suis deviis revocati: ac facta subsequenter in eadem convocatione inter procuratores cleri & alios, qui de singulis diœces. ejusdem Cant. provinciæ ibidem in magno numero interfuerunt, inquisitione diligenti, repertum fuit inter eosdem, ac eidem reverendissimo in Christo patri detectum & delatum fuit, quod dom. Johannes Oldcastell, miles fuerat, & est principalis receptator, & fautor, protector, & defensor eorumdem; ac quod præsertim in diœces. London. Roffen. & Herefordden. ipsos Lollardos ab ordinariis sive diœcesanis locorum minime licentiatos, contra constitutionem provincialem. *Cætera desunt in registro. Extat vero apud eumdem Wilkins causæ hujus in Johannem Oldcastell prosequutio, quæ cum ad Concilium non pertineat, ideo totam hic omittendam censeo.*

PARISIENSE CONCILIUM

Pro deputandis iis qui ad Concilium Constantiense mitterentur ex provincia Rothomagensi

Anno 1414. habitum.

An. 1414. Affert Mart. Ampl. Co. II. pag. 1538. Ex MS. Gemmet.

IN nomine Domini Amen. Noverint universi & singuli præsens publicum instrumentum inspecturi, quod anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo quartodecimo, indictione octava, die vero decima mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri Johannis divina providentia papæ XXIII. anno quinto, in camera viridi regalis palatii, Parisiis, in nostrum notariorum publicorum testiumque infra scriptorum constituti præsentia, & congregati quamplurimi reverendi in Christo patres & domini domini archiepiscopi, episcopi, abbates, procuratores nonnullorum dominorum ecclesiasticorum, abbatum, & aliorum ecclesiasticorum absentium, aliique notabiles viri magistri & doctores, Concilium Ecclesiæ Gallicanæ de mandato domini nostri Francorum regis celebrantes, in præsentia magnifici viri domini cancellarii Franciæ, & plurimi aliorum, tam de magno consilio, quam

de

ANNO CHRISTI 1414.

de curia parlamenti ipsius domini nostri regis, super hiis quæ perfectionem unionis & prosperum statum universalis ecclesiæ conspiciunt celebrandis, & pro ampliori ac maturiori deliberatione egendorum in Concilio Constantiensi, per præfatum dominum nostrum papam pro prosecutione unionis & reformatione ecclesiæ decreto & ordinato celebrari deliberant, tractantes, cupientesqoe mandatis domini nostri sanctissimi pontificis præfati, generale Concilium apud Constantiam actu celebrantis, ex debito obedire: attendentes quod nimis grave & sumtuosum foret clero regni & Delphinatus, si indifferenter omnes mandati ad Concilium accederent; quodque hoc in detrimentum ecclesiarum & regni nimium redundaret, providere in his indemnitatibus ecclesiarum & regni cupientes, inter alia salubriter & concorditer ordinatum fuit, quod ad præfatum generale Concilium, de qualibet provincia aliqui domini archiepiscopi, episcopi, abbates, magistri, doctores, & notabiles viri tam pro seipsis, quam aliis prælatis, & clero suæ provinciæ absentibus trasmittantur, & in dicto Concilio compareant, ac pro eorum sumptibus & expensis supportandis ordinaverunt quod de ...... pro parte cujuslibet provinciæ provideatur de vadiis & stipendiis competentibus, & quod quilibet dominus archiepiscopus mittendus ad dictum Concilium Constantiense pro qualibet die de decem francis; quilibet dominus episcopus de octo francis; quilibet dominus abbas de quinque francis; quilibet doctor aut nobilis vel officiarius regis seu in dignitate constitutus de tribus francis; quilibet non doctor vel licentiatus de duobus francis, quamdiu huic commissioni & negotio, eundo, stando, & redeundo intenderint. Nominavitque dictum sacrum Concilium pro provincia Rothomag. de consensu illorum de provincia dominos & magistros ad præfatum generale Concilium destinandos, scilicet reverendum in Christo patrem dominum episcopum Ebroicensem, venerabiles patres dominos Gemeticensem, sanctorum Wandregisilii, Georgii de Banquiervilla, de cruce sancti Leuffredi, et de Bellobecco abbates; venerabiles, et circumspectos viros dominos et magistros archidiaconum Ebroicensem, Ursinum de *Talevande*, Jordanum Morini canonicum Rothomagensem, sacræ theologiæ professores, et magistrum Johannem de Masticone legum doctorem Thesaurarium Lexoviensem; pro quorum solutione stipendiorum dictorum dominorum ad præfatum Concilium iturorum decrevit et ordinavit dictum sacrum Concilium levari in dicta provincia Rothomagensi unum subsidium, ad valorem unius mediæ decimæ, ab omnibus et singulis personis ecclesiasticis, regularibus, et sæcularibus, exemptis et non exemptis, privilegiatis et non privilegiatis, beneficia ecclesiastica, administrationes, vel officia taxata et non taxata obtinentibus: nominavitque et ordinavit dictum sacrum Concilium pro provincia Rothomagensi prædicta receptorem generalem, venerabilem et circumspectum virum magistrum Johannem *Filleul*, magistrum in artibus, et in utroque jure licentiatum: disposuitque et ordinavit dictum sacrum Concilium, per receptorem generalem dictæ provinciæ Rothomagensis præfatum, de pecuniis per ipsum levandis, dictis dominis ad prædictum Concilium generale mittendis persolvi integraliter de suis stipendiis, secundum formam superius expressatam, per quatuor menses integros, a die recessus computandos, si ipse receptor generalis receperit. Si vero contingat dictos commissarios aut eorum aliquos ultra dictos quatuor menses in dicto viagio insistere pro negotiis superius expressatis, voluit et ordinavit dictum sacrum Concilium, quod eisdem provideatur de dictis suis stipendiis de pecuniis supradictis, si supersint, aut de noviter imponendis, si videatur expediens. De quibus præmissis et singulis dicti reverendissimi patres ac domini Concilium ecclesiæ Gallicanæ repræsentantes et facientes petierunt et requisiverunt a nobis notariis publicis infrascriptis publica instrumenta, unum vel plura. Acta fuerunt hæc sub anno, indictione, mense, die, pontificatu, et loco prædictis, præsentibus ad hæc venerabilibus et circumspectis dominis et magistris Petro *de Ogeix* decano Ebroicensi, Gerardo *Perriere*, Johanne Herardi, Adam de Cameraco consiliariis præfati domini nostri regis in sua curia parlamenti, necnon Johanne Marchia curato de Moranco Xanctonensis diœcesis, Michaele de Rivo, et Martino de Brueriis, cum pluribus aliis notabilibus viris testibus ad præmissa vocatis, et rogatis.

Et ego Johannes Perrini diaconus Remensis diœcesis, bacalaureus in decretis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius; quia præmissis supra scriptis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, et fierent, una cum dictis testibus et notario subscripto præsens interfui; ideo huic præsenti publico instrumento manu aliena scripto signum meum solitum signorum subscriptione ejusdem notarii apposui requisitus. *Petrini*.

Et quia ego Johannes *de Laubrelle* Laudunensis diœcesis oriundus subdiaconus et bacalaureus in decretis, publicusque apostolica et imperiali auctoritate notarius, dum præmissa, sicut, ut præmittitur, fierent, et agerentur, una cum testibus et notario præscriptis, præsens fui; ideo huic publico instrumento aliena manu scripto me pluribus occupato negotiis, solitum signum meum hic me subscribendo una cum signorum subscriptione prædicti notarii apposui requisitus.



ANNO CHRISTI 1414.

CONCILIUM CONSTANTIENSE GENERALE.

ANNO CHRISTI 1414.

HISTORIA CONCILII.

CONCILIUM Constantiense cum præcipue congregatum fuerit extinguendi schismatis causa, quo jam diu ecclesia laborabat, & in tres divisa partes, quis esset verus omnino & certus pontifex, vix agnoscebat: res gravissima, quæ diu multumque Christianos torsit, suo jure postulare videtur, ut hujusce schismatis initia paulo altius repetantur, & quis tum fuerit ecclesiæ status, atque illorum temporum conditio, breviter explicetur. Ac primum quidem illud inter omnes constat, Clementem V. pontificem maximum anno a Christo nato 1305. sedem apostolicam in Galliam transtulisse, ac tum ipsum, tum ejusdem successores septuaginta annorum spatio, non sine magno Romanæ ecclesiæ atque Italiæ detrimento, ibidem perstitisse. Tandem Gregorius XI. cum secum ipse reputaret clades magnas, quæ ex hac pontificis absentia in Italiam totam, præsertim vero in Romanam ditionem redundabant, cum videret patrimonium sancti Petri magna ex parte a tyrannis occupatum, civitates nobilissimas servitute oppressas, totamque illam regionem civili bello deformatam; denique propter studia partium homines odio & furore inflammatos, nullam æquitatis, nullam justitiæ, nullam humanitatis rationem habere: decrevit tandem gravissimis hisce causis commotus, relicta Gallia Romam commigrare. Quamvis enim Gallus esset, sciretque Gallos ægre laturos; voluit tamen (ut A optimum pontificem decebat) patriæ splendori, & Gallorum utilitati reipublicæ salutem & ecclesiæ dignitatem anteferre. Venit itaque Romam Gregorius, magnoque civium omnium concursu, & incredibili lætitia exceptus, cum statim in conciliandа pace, in alliciendis ad virtutem atque ad officium civibus, in restituendis ædificiis vetustate collapsis, in aliis hujusmodi optimo pastore atque pontifice dignis omne suum studium atque operam collocare cœpisset, paulo post morbo oppressus, summo civium & Christianorum omnium mœrore ex vita discessit. Cum autem post ejus obitum se cardinales ad electionem successoris compararent, ecce tibi populus Romanus, veritus, ne forte B Gallus quispiam, qui Avenionem rediret, pontifex deligeretur, cardinales adiit, rogavitque, uti de Italo pontifice creando cogitarent, qui Romæ perpetuo commoraretur, neque in Galliam remigraret. His populi precibus cum cardinales paucis respondissent, sibi in animo esse ecclesiæ dignitati atque utilitati (ut par erat) totis viribus prospicere; mox dimisso populo, in conclave, ut mos est, inclusi, confestim de electione pontificis diligenter agere cœperant. Erant ipsi magna ex parte Galli, sed cum inter se primo non consentirent, aliique aliis cedere nollent, tandem communi omnium consensu Bartholomæum Prignanum Neapolitanum, archiepiscopum Barensem, extra collegium summum pontificem de- C signarunt. Affirmant nonnulli eos esse testatos, se populi Romani metu, suis suffragiis illum nominasse. Verum quomodocumque se res habeat,

ANNO CHRISTI 1414.

beat, re vera *a* Bartholomæus pontifex constitutus est, & Urbanus VI. appellatus. Quocirca magno apparatu, Romanorumque lætitia insignia pontificatus accepit. Sed cum postea nimiam ejusdem severitatem improbarent cardinales, omnes, uno excepto, per speciem vitandi caloris æstivi primo Anagniam, deinde Fundos secesserunt. Ibi, cum se timoris causa Urbano pontificatum detulisse affirmarent, ejus electionem irritam esse declararunt, cunctisque suffragiis Robertum Gebennensem, qui Clemens VII. dictus est, pontificem, designarunt: qui mox in Galliam recedens cum cardinalium collegio, more superiorum pontificum, Avenione, quæ urbs sita est in Provincia, sui pontificatus sedem collocavit. Hinc igitur ortum schisma teterrimum, totaque Europa in contrarias partes distracta. Urbanus se jure, atque aliorum pontificum more creatum esse affirmabat, neque posse cardinales timoris excusationem prætexere, cum etiam aliquot post electionem mensibus Romæ commorati, libere actis pontificiis adfuerint, ipsumque tanquam verum pontificem sæpe venerati sint. Contra, Clemens populi Romani minas in medium proferebat, & cardinales non sponte, sed metu coactos ad Urbanum inclinasse, eumque verbo dumtaxat, non re ipsa pontificem creatum esse dicebat. His igitur rationibus uterque pontifex adductus, alterum contemnebat, ac tum ipsum, tum ejus cardinales execrabatur. Cum autem reges & provinciæ non aperte intelligerent, uter verus esset pontifex, alii hunc, alii illum variis rationibus permoti sequebantur. Et quamvis multi, temporis decursu, sententiam mutaverint, tamen principio Italia tota (regno Neapolitano excepto) Germania, Hungaria, Anglia, Polonia, & aliæ provinciæ Urbanum secutæ sunt, eumque tanquam verum pontificem summa observantia coluerunt. At vero partes Clementis amplexa est Gallia, & fere Hispania tota, item Scotia, regnum Neapolitanum, & multæ præterea provinciæ, ac principes viri. Uterque pontifex in eo maxime elaboravit, ut omnes ad se alliceret. Urbanus vero, quia relictus fuerat a cardinalibus (uno excepto) novum collegium instituit, multosque viros virtute & eruditione præstantes in cardinalium numerum cooptavit. Verum, quia hoc loco non agitur de rebus ipsorum pontificum gestis, sed tantum de schismatis causis, illud commemorare sit satis, in locum Urbani, qui annos fere duodecim vixit, Bonifacium IX. successisse; & in locum Clementis Benedictum Hispanum XIII. qui triginta & eo amplius annos pontificis nomen apud suos retinuit. Bonifacio successit Innocentius VII. & Innocentio Gregorius XII. Is cum pontificatum gereret, jamque Christiani omnes hoc schisma egerrime ferrent, egerunt sæpe nonnulli viri generis nobilitate & auctoritate clarissimi cum ipso & Benedicto, ut jam tandem hoc summum ecclesiæ detrimentum delerent: quod si id necessarium esset ad schisma restinguendum, uterque de suo jure cederet, aliusque tandem verus ac certus pontifex deligeretur. Cardinales in primis tum Gregorii, tum Benedicti totis viribus utrumque ad concordiam hortabantur, dabantque in primis operam, ut ambo convenirent, simulque communem illam perniciem depellerent: ac si res postulare videretur, uterque se pontificatu abdicaret. Assenserunt pontifices Gregorius & Benedictus, amboque quasi desiderio prospiciendi laboranti ecclesiæ flagrarent, illico cardinalium comitatu septi, iter ingressi sunt: sed paulo antequam accederent, cum uterque alterius insidias timeret, aut se timere certe simularet, neuter, quantumvis cardinales animos darent, ad locum destinatum voluit pervenire. Id vero molestissime ferentes utriusque pontificis cardinales, cum insidias illas fictas & commentitias existimarent, ac tum Gregorium, tum Benedictum ecclesiæ dignitati suam utilitatem anteponere arbitrarentur, continuo ab ipsis discedentes, *b* Pisas advolant, Concilium congregant, accedunt multi episcopi, quibus ecclesiæ salus cara in primis erat, eamque tam gravi ac diuturno schismatis morbo tot annos laborare periniquo animo patiebantur. Defertur hoc negotium gravissimum ad Concilium, vocantur in jus Gregorius & Benedictus, examinatur causa: ad extremum cum illi adesse nollent, summa totius Synodi approbatione utrique pontificatus abrogatur. Ac ne amplius ecclesia certo pontifice esset orbata, statim a cardinalibus, Petrus Philaretus Cretensis vir optimus atque doctissimus renunciatur, qui Alexander V. vocatus, summa bonorum omnium gratulatione in sancti Petri sede collocatur. His peractis cum omnes gaudio exultarent, cum cardinales & Synodus se jam ecclesiæ dignitati optime consuluisse, ipsique ecclesiæ sanitatem omnino attulisse existimarent, revixit continuo schisma, quod extinctum putabatur: immo vero non revixit (neque enim erat extinctum) sed cum in occulto flamma lateret, repente majore impetu erupit, majusque incendium excitavit. Cum enim Gregorius & Benedictus Synodo parere, seque pontificatu abdicare nollent, statim illud in controversiam venit: Nam Synodus Pisana in illos animadvertere potuerit, præsertim cum eorum alteruter verus esset pontifex, tametsi utris esset, non plane constaret. Itaque cum hoc schisma duo tantum capita haberet initio, Synodusque utrumque vellet abscindere, tria simul eodem tempore subito extitere. Nam præter Alexandrum, qui in Concilio pontifex fuerat constitutus, retinebat adhuc Gregorius nomen pontificis, eumque nonnullæ Italiæ civitates tanquam verum pontificem colebant: nominabatur etiam Benedictus pontifex, eamque maxima Hispaniæ pars, & nonnulli Galliæ proceres sequebantur. Erant denique tres nomine pontifices, ipsaque ecclesia, quæ in duas partes antea fuerat divisa, tunc in tres partes quodammodo distrahebatur. Sed opem tulit aliquando tantis malis Deus optimus maximus, postque turbulentas adeo tempestates, quibus ecclesia jactata fuerat, sedatis fluctibus, attulit tranquillitatem. Alexander igitur Pisis delectus, cum Concilium ipsum ad negotia ecclesiæ constituenda maxime necessarium arbitraretur, noluit illud dissolvere: attamen gravissimas ob causas in tempus magis opportunum reservavit: atque inde Bononiam profectus, paulo post morbo extinctus est, cum decem menses pontificatum gessisset. Successit in ejus locum Joannes XXIII. qui de transferendo Concilio Pisano in commodiorem aliquem locum, ad quem tutus omnibus pateret accessus, ac de restituenda ecclesia in pristinum statum serio cogitare cœpit.

Incitabat illum, præter negotium schismatis, aliud maximum ecclesiæ detrimentum, quod eodem tempore impendebat. Cum enim Joannes Wicleffus *c* Anglus, homo sceleratus, multas hæreses disseminasset, easque variis libris com-

a Blondus decad. 2. lib. 10. Thom. Walsing. hist. 2. Angliæ. in Ricardo secundo, Baptista Platina in Urbano VI. & alii.

b Thomas Valsing. in Henr. 4. Blond. loc. cit. & alii.

c Thomas Vvalsing. in Eduardo III. & Ricardo II. & Concil. Const. sess. 8.

ANNO CHRISTI 1414.

complexus esset, tantam perniciem hujusmodi scriptis etiam mortuus attulit, ut multi venenum illud mortiferum libenter haurirent, ac tanquam furiosi, amentiaque præcipites periculum summum, quod in illis latebat, quamvis admoniti vitare nollent. Quin etiam (quod mirum est) cum in Bohemiam jam libri pervenissent, tanta fuit illorum hominum stultitia, ut cum primo jussu pontificis maximi archiepiscopi, tum Cantuariensis, tum Eboracensis in Anglia, & Pragensis in Bohemia, eos libros damnassent, ac deinde Pragensis eos palam comburi jussisset, postea vero patres in synodo Romana eos libros iterum condemnassent: multi tamen plus Joanni Hus, qui illorum librorum, errorumque patrocinium susceperat, quam reliquis omnibus crederent; nec solum domi retinerent, verum etiam auro & argento codices pestilentissimos exornarent. Erat sacerdos Joannes Hus, [a] & simulatione sanctitatis multos sibi in Bohemia devinxerat, in suis autem concionibus, repugnante archiepiscopo, summis laudibus Wicleffum efferebat, populumque ipsum tum ad ejus doctrinam amplectendam hortabatur, tum vero homo nefarius alias hæreses impudenter addebat, quas apud patres in Synodo generali se defensurum esse jactabat. Cum igitur tantum malum in dies latius serperet, magnamque Bohemiæ partem occuparet, vix jam sine Concilio huic detestabili pesti remedium poterat adhiberi. Huc accedebant simoniæ labes, aliaque vitia maxima, quæ occasione schismatis paulatim irrepserant, statumque ecclesiæ ita deformabant, ut etiam si nulla alia causa subesset, vel hæc una suo jure Concilium postularet.

Itaque Joannes hisce causis permotus, & Sigismundi Romanorum imperatoris electi Consilio adductus, quinto Idus Decembris anno a Christo nato 1413. [b] Concilium indixit, cumque Constantiam urbem in Germania prope Helvetios sitam delegisset, ipse anno proximo quinto Kalendas Novembris cum maximo ornatissimoque cardinalium, & aliorum antistitum comitatu Constantiam venit, paucisque post diebus initium Concilio dedit. [c] Convenerunt ad hanc Synodum multi patres, viri doctrina & probitate clarissimi; in primis vero ipse Romanorum rex Sigismundus, qui magnam speciem in eo pietatis & religionis dedit. Comitati sunt eum permulti Germaniæ atque Hungariæ principes amplissimi, qui etsi non omnes eodem tempore, semper tamen aliqui Constantiæ permanserunt. Inchoato deinde Concilio, tametsi eam ob causam potissimum erat coactum, ut schisma extingueretur, nunquam tamen in eo elaborarunt patres, ut singulorum pontificum jus perpenderent, aut quis reliquis præferendus esset, rationibus & argumentis exquirerent. Erat id enim difficillimum, vixque unquam ad exitum fuisset causa perducta. Itaque patres id unum curarunt, ut illi tres pontifices de suo quisque jure decederent, aliusque verus & certus, de quo nulla posset esse dubitatio, pontifex deligeretur. Quamvis autem Joannes XXIII. Synodum congregasset, seque pontificatu cessurum promisisset, si Gregorius & Benedictus se vellent abdicare, tamen mutato consilio clam noctu, pontificiis insignibus abjectis, Constantia discessit, & se in oppidum quoddam ducis Austriæ, cujus auxilium imploraverat, metu perterritus recepit. Tulit graviter Synodus Joannis discessum, acerbeque in eum invecta est. Fuerant Joanni præterea multa objecta crimina, de quibus continuo patres cognoverunt, judiciorumque ordine servato, primo quidem eum a pontificatus administratione removerunt: paucis vero post diebus postrema lata sententia, eidem pontificatum abrogarunt. Tulit Joannes moderate, atque adeo suo assensu Synodi sententiam comprobavit. Ac ne qua unquam dubitatio posset existere, de jure suo sponte decessit, seque pontificatu abdicavit. Atque ita ad Joannis ad exitum causa perducta. Hæc acta sunt, usque ad actionem XII. quæ habita est quarto Calendas Junii, anno MCCCCXV.

Præterea [d] errores Joannis Wicleffi & Joannis Hus examinati sunt, eorumque causa doctissimis hominibus commissa: qui cum attente libros eorum legissent, multa in iis repererunt a religione Christiana aliena: in primis vero apud Wicleffum quadraginta quinque, & apud Joannem Hus triginta articulos perniciosos, etsi non omnes in eodem impietatis gradu versarentur, aliique essent aliis deteriores, tamen in omnibus pestiferum latebat virus, omnesque salutari ecclesiæ doctrinæ aut omnino, aut aliqua certe ex parte adversabatur. Quare Synodus articulis in medium prolatis, non solum libros damnavit, eorumque lectionem Christianis omnibus interdixit, verum etiam auctorem ipsum inter hæreticos retulit, atque anathemate perculit, & ejus ossa jussit, si quo modo agnosci possent, e sepulcro eruta concremari. Porro cum ipse Joannes Hus Constantiam venisset, ut Wicleffi hæreses & suas coram patribus tueretur, ac principio assentiri Synodo se velle dixisset; deinde tamen ad ingenium rediens, suos & Wicleffi errores defendere, quam veram ecclesiæ doctrinam sequi, maluit; in illisque persistens, a patribus de hæresi damnatus, vivus exustus est. Accessit ad idem Concilium Hieronymus de Praga, ejusdem Joannis socius, & eorumdem errorum propugnator acerrimus. [e] Huic fidem publicam postulanti Concilium dedit, salva tamen justitia (hæc enim sunt verba Synodi) quibus verbis eidem, nisi ab hæresi discederet, aperte supplicium minabatur. Ergo Constantiam profectus, primo quidem palam hæreses detestatus, fidemque catholicam confessus est [f]: sed paulo post ad pristinos errores [g] reversus, eamdem Wicleffi & Joannis Hus doctrinam a Synodo jam damnatam (una tantum re excepta) defendere ausus, statim suæ temeritatis & audaciæ pœnas justas debitasque persolvit. Hæc acta sunt in hæreticorum causa, quæ ut non eodem tempore sint omnia gesta, tamen cum ejusdem sint generis, consimul ea conjungere consentaneum visum est.

Restat jam, ut aliæ Synodi res gestæ in medium breviter primo afferantur. Post sententiam contra Joannem XXIII. latam, omnia magna ex parte feliciter evenere. Gregorius enim vir bonus & pius paucis post diebus, cum ecclesiæ statum videret, religione obstrictus, Joannem Dominicum cardinalem Ragusinum, & Carolum Malatestam virum clarissimum Constantiam misit; nec solum auctoritatem suam interposuit, ac per hos legatos Synodum suo nomine comprobavit, verum etiam per eumdem Carolum, cui hanc rem totam commisit, magna omnium approbatione pontificatum deposuit. Accepit ex ea re Concilium eximiam voluptatem, cum videret duas jam partes inter se conjunctas, tantumque reliquam esse tertiam Benedicti, eamque solam obstare, quominus

a Æneas Silvius histor. Bohem. c. 35. & seqq.

b Bulla convocationis Concilii, quæ in prima sess. continetur.

c Sess. 1. in princip.

d Sess. 8. & 15.

e Sess. 6.

f Sess. 19.

g Sess. 21.

ANNO CHRISTI 1414.

minus negotium gravissimum ad exitum perduceretur. Quod autem suspicarentur patres ea iis quæ viderant, Benedictum non facile cessurum, omnes nervos in eo contenderunt, ut pertinacem ejus animum expugnarent. Quare, cum summa esset eo tempore Sigismundi imperatoris auctoritas, synodus [a] ipsum magnopere rogavit, ut ecclesiæ susciperet patrocinium, & ipsemet cum legatis Concilii Benedictum adiret, & ad officium cohortaretur. Quod si eum adducere minus posset, Ferdinandum certe Aragoniæ regem, qui præter ceteros Benedicto favebat, & alios qui eumdem ut verum pontificem venerabantur, ab ipso Benedicto avertere, & ad delendam insignem illam maculam, & ad ecclesiam uno omnium consensu in antiquum statum restituendam, conaretur impellere. Susceperat jam antea Sigismundus negotium, egeratque per litteras cum ipso Ferdinando Aragoniæ rege, ut Nicæam Provinciæ urbem ambo convenirent, ad eamdemque Gregorius & Benedictus accederent: tum vero etsi Gregorius plane jam suo officio satisfecerat, unaque tantum Benedicti pars Synodo repugnabat, non solum Sigismundus iter aggressus est, verum etiam cum Ferdinandus gravi ac diuturno morbo laborans, nullo modo ad Nicæam venire posset; imperator clarissimus, cui ecclesiæ dignitas cara in primis erat, purpura & majestate imperatoria indignum non putavit in Hispaniam se conferre, ac regem auctoritate & potentia inferiorem, cum tam longe abesset, quoniam ita ecclesiæ expediebat, intra Aragoniæ fines convenire. Erat Ferdinandus eo tempore Perpiniani, quod oppidum ut sit in regni Aragoniæ ditione, tamen citra montes Pyrenæos in Gallia Narbonensi situm est. Ibi Sigismundus una cum sex Concilii legatis, quorum princeps erat Jacobus Turonensis archiepiscopus, magnifice ac regio apparatu acceptus, statim cum rege Ferdinando de negotio egit: deinde cum Benedicto, qui ejusdem Ferdinandi opera Perpinianum venerat, atque inibi tum diu diversabatur. Obsecrarunt eum reges ac legati, ut ecclesiæ aliquando consuleret: & quoniam nihil præter ipsius voluntatem detestabili pesti depellendæ tunc obstabat, daret ipse quoque manus, tribueretque hoc summum ecclesiæ beneficium, ejusque utilitatem, ut virum Christianum decet, nomini & insignibus pontificis anteferret. Restitit usquequaque Benedictus, nullisque unquam precibus moveri potuit: atque adeo cum causam suam defendendam suscepisset, septem horas in tuendo suo jure & explicando consumpsit. Tantum attulit fastidium omnibus, præsertim vero Ferdinando, summa illa dura hominis pertinacia, ut Benedictus pertimuerit, ne sibi forte aliqua vis afferretur. Quapropter noctu clam ad Colliberis portum, in quo duas ipse triremes promtas habebat, celeriter profugit, ac statim portu solvens, Peniscolam navigavit. Est Peniscola oppidum Hispaniæ citerioris apud Ilercaones non longe ab urbe Dertosa, quod oppidum ferme undique mari alluitur. Ibi Benedictus arcem habebat loci natura, militum præsidio, omnique rerum genere munitissimam. In ea inclusus deinceps vitam egit, nihilque amplius de abdicatione, aut de synodo audire voluit: & quamvis ab omnibus regibus & provinciis desertus, ad extremum tamen usque spiritum retinuit pontificatus insignia. Interea Ferdinandus rex, singulari Benedicti contumacia commotus, ab eo discedere decrevit: reque cum aliis regibus ac principibus qui Benedicti partes sequebantur, quamprimum communicata, prope omnes Ferdinandi consilium summo consensu comprobarunt; omniumque nomine missi sunt legati Narbonem, ubi Sigismundus negotii exitum expectabat. Cum igitur Narbone concordiæ conditiones essent a regum legatis propositæ, eas continuo Sigismundus, & episcopi qui cum eo venerant, acceperunt: Synodusque ipsa Constantiensis, ad quam delatæ sunt, easdem sine ulla cunctatione approbavit [b]: & quia longum esset omnia hujus concordiæ capita commemorare, satis erit proferre præcipua. Illud igitur primum inter regum legatos & Synodum convenit, ut omnia decreta quæ a ceteris pontificibus, atque a Synodo Pisana prius, postea vero a Constantiensi contra eos qui Benedictum tanquam verum pontificem coluerunt, sunt constituta, rescinderentur, & irrita essent. Deinde ut ea quæ Benedictus ut pontifex suis concessisset, a Synodo confirmarentur. Præterea ut cardinales Benedicti, si ad Synodum venirent, in numero cardinalium essent, idemque honor eis haberetur, qui veris cardinalibus haberi solet. Item ut ministris Benedicti, qui ab ipso deficerent, honesta aliqua ratione Synodus provideret. His rebus ita constitutis, legati Alphonsi regis Aragoniæ, qui in locum patris Ferdinandi nuper demortui successerat, ac deinceps aliorum regum, Constantiam venerunt, ac tum ipsi, tum multi episcopi & abbates Hispani, aliique viri summa auctoritate præditi se (ut in pactis cautum erat) cum Synodo conjunxerunt. Erat jam tum Concilium Constantiense generale, cum trium patrium, in quas ecclesia fuerat antea distracta, concursus factus esset; videbaturque jam schisma magna ea parte sublatum. Sed ne ullus scrupulus amplius resideret, antequam pontifex verus ac certus designaretur, voluerunt patres de negotio Benedicti cognoscere, eique, nisi se ipse prius abdicaret, causa cognita, pontificatum abrogare. Fuit itaque Benedictus in jus vocatus: [c] sed contempsit ipse tum Synodum, tum ejus edictum, neque unquam adduci potuit, ut adesset, aut quidquam responderet. Quare Synodus hominis insolentiam graviter ferens, servata omni ea parte judiciorum forma, in Benedictum animadvertit, sententiaque lata ipsum de variis criminibus damnavit, atque anathematis pœna prius mulctatum, omnino a pontificatu dejecit. Post hanc sententiam communi omnium consensu confirmatam, cum nihilo jam prohibere videretur, quo minus pontifex ecclesiæ præfici posset, statim patres [d] se ad ejus electionem compararunt, & ad eos cardinales, qui tunc Constantiæ aderant, alios xxx. viros probos & eruditos adjunxerunt, quos suffragii jus in ea tantum electione habere voluerunt. Ingressi sunt hi in conclave sexto Idus Novembris, & sexto post die pontifex renunciatus est Otho Columna patria Romanus ex illustri Columnensium familia natus, vir prudentia & pietate insignis, qui quod in feriis sancti Martini esset electus, ab eo voluit nomen accipere; atque ita Martinus quintus est appellatus. Ceperunt patres omnes mirificam ex ea re lætitiam, tum quia sublato schismate pontifex jam certus erat electus, tum quia Martinus præter ceteros isto munere dignissimus videretur. Mansit pontifex Constantiæ amplius quam quinque menses: quo toto tempore quamquam generale Concilium sine dubio & maximæ auctoritatis fuit, cum Martinus pontifex maximus

mus

a Sess. 36. & 37.

b Sess. 20. & 22.

c Sess. 23. 24. 29. & seqq.

d Sess. 40. & 41.

ANNO CHRISTI 1414.

mus illi præesset, non tamen multa extant ipsius Concilii decreta. Tandem anno 1418. cum jam patres qui ab initio venerant, quatuor annos & sex menses Constantiæ traduxissent, resque ipsa postulare videretur, ut absoluto negotio cujus causa venerant, & constituto gregis universi pastore, ad suas ipsi quoque oves pascendas redirent, decimo Kalendas Maji Concilium pontificis jussu, maximaque patrum omnium consensione est ad exitum perductum. Cujus Concilii decreta, quæ ad fidem declarandam pertinent, hæresesque damnandas, sua auctoritate
a Sess. ult. Martinus pontifex confirmavit. [a] Verumtamen, quia multa restabant adhuc præcipue de Christianorum moribus corrigendis; ea omnia in proximam Synodum reservata sunt: quam jam
b Sess. 45. tum Martinus indixit, [b] & post septem annos Ticini congregari jussit. Synodo absoluta Martinus in Italiam venit, Florentiæque aliquamdiu diversatus, tandem Romam se recepit, ubi reliquam vitam egit. Ac de Concilio quidem Constantiensi hactenus.

Quoniam autem hujus exitiosi schismatis quod in ea Synodo fuit oppressum, adhuc superfuerunt scintillæ nonnullæ, quæ magno labore sunt extinctæ; reliquum est, ut de his mentio breviter fiat. Ac primum quidem illud liquet,
c Plat. in Joan. 23. & Mart. V. Gregorium & Joannem XXIII. [c] vel potius Angelum Corarium & Baltassarem Cossam, nullam postea ecclesiæ molestiam exhibuisse. Angelus enim, ante quam Concilium absolveretur, ex vita discessit: Baltassar vero cum in carcere servaretur, tandem custodibus pecunia corruptis evasit, Florentiam venit, seque ad Martini pedes supplex abjecit; a quo benigne

A exceptus, & in cardinalium collegium cooptatus, paulo post in eadem urbe morbo consumptus est, & magna funeris pompa inibi in sancti Joannis templo sepultus. At vero, Benedictus XIII. sive Petrus de Luna, septem annos post Synodum Constantiensem vixit, neque unquam pontificis nomen deposuit: immo vero cum eodem tempore Alphonsus Aragoniæ rex bellum gravissimum in Italia cum Ludovico Andegavensi gereret, ac Martinus in partes Ludovici propendere videretur, iratus pontifici Alphonsus dedit operam, ut cardinales duo, qui reliqui erant post obitum Benedicti, pontificem alterum designarent: Delegerunt ipsi Ægidium Munionem canonicum. Barcinonen-
B sem, cui Clementi VIII. nomen fuit. Idem cardinales creavit, & alia obiit munera pontificia. Sed postea cum idem Alphonsus in gratiam cum Martino rediisset, facili negotio schisma est omnino sublatum. Nam Alphonsus Borgia vir optimus ac prudentissimus, qui paucis post annis factus est pontifex maximus, tunc ad hoc negotium delectus, egit cum hoc Clemente, ac deinde Petrus cardinalis Fuxensis: tantumque uterque apud eum sua opera & auctoritate potuit, ut Clemens sponte se pontificatu abdicarit. Conjecti sunt in vincula duo illi cardinales qui eum delegerant, quia nunquam errorem deponere, neque Martino vero pontifici obtemperare voluerunt. Atque ita de-
C mum schismatis incendio omni ex parte restincto, & Martinus unus clavum securus ecclesiæ tenuit, & ipsa summam tranquillitatem ac pacem optatissimam consecuta est.

DE

DECRETA ET ACTA.

CONCILII CONSTANTIENSIS.

PRÆFATIO, Ex Prima editione facta Hagenoæ anno MD.

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Quoniam facile labitur humana memoria, & proclivis est hominum cursus ad novitates, ad regimen Dominici gregis feliciter & votive dirigendum maxime pertinere dignoscitur, ut universalium gesta Conciliorum, sub fidelis approbatione testimonii ad posteritatis memoriam pandantur, & in communi notitia teneantur. Namque cum sæpe casus eveniant, quorum similes constat apud antiquos fuisse decisos; utile quidem est scire, quale fuerit eorum, qui nos præcesserunt, de simili re judicium. Et cum plerumque in rebus dubiis ad utramque partem rationes plurimæ adducantur; ad tollendas lites & contentiones, opportuna cernitur veterum auctoritas; & quæ ab antiquo facta legitur, sanctorum (Job VIII. 8. Deut. XXXII. 7.) *definitio Patrum. Sic enim scriptum est:* Interroga generationem pristinam, & diligenter investiga patrum memoriam. *Et iterum:* Interroga patrem tuum, & dicet tibi: majores tuos, & annuntiabunt tibi. *In Conciliis præterea generalibus errores adversus sanctam fidem pro tempore insurgentes reprobantur, determinantur quæstiones ad catholicam fidem pertinentes; quæ denique, & qualiter intelligenda sint divina mandata, declarant. Et quod illis proprium est, per ea sacri canones eduntur, qui constringentes hominum vitas sciri ab omnibus debent; ut præscripto eorum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Hæc autem aliaque plurima attendentes, rem utilem & admodum fructuosam esse cognoscimus, magnæ Constantiensis Synodi, quæ ad extirpationem schismatis, hæresum, & errorum, ac reformationem ecclesiæ in capite & in membris fuisse dignoscitur congregata, gesta in unum, de quo nemo ambigere habeat, ad perpetuam rei memoriam, librum redigi. Namque cum plurima ibidem negotia & digna memoratu peracta fuerint, quis non illa collaudet ad posteritatis memoriam recondi perpetuam? Quis non operæ pretium duxerit sciri ab omnibus Christi fidelibus, quomodo sancta Constantiensi Synodo operante, Ecclesia catholica, quæ per quadraginta fere annos horrendo schismate divisa fuerat, ad perfectam unitatem pacis rediit, felicis recordationis Martino Papa V. ad summum Apostolicæ sedis apicem assumpto? Quis determinationes & decreta illius Synodi, per declarationem auctoritatis universalis ecclesiæ & generalium Conciliorum eamdem repræsentantium, pro exstirpatione prædicti schismatis, pro eliminatione hæresum & errorum, ac pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris edita, non libenter audire & cognoscere velit? Nempe nos magnam atque evidentem utilitatem & cognitione gestorum illius sanctæ Synodi resultare perspicientes, ac volentes saluti publicæ & communibus consulere commodis, decreta ibidem facta ex actibus ejusdem Concilii extrahi & colligi, ac fideliter conscribi; Bulla quoque seu plumbo hujus sacri Concilii Basiliensis communiri, adhibitis singulis ad id necessariis, voluimus & mandavimus. Ad cujus operis consummationem dilectissimos Ludovicum sanctæ Susannæ, & Joannem sancti Calixti, S. R. E. presbyteros cardinales, venerabiles Guillelmum Vercellensem, & Thomam Dunckeldensem episcopos; nec non dilectos ecclesiæ filios, Thomam de Corcellis, & Martinum Bonistiis, in Theologia magistros, & Joannem de VVathenstein, archidiaconum Zagabiensem, Decretorum doctorem, ordinavimus & deputavimus. Ipsi autem commissioni nostræ multo tempore diligenti cura vacantes, juxta nostrum mandatum, extraxerunt & collegerunt, ac fideliter conscribi fecerunt, decreta & gesta nonnulla præfati sacri Concilii Constantiensis, in unum redigentes volumen; quorum tenores sequuntur, & sunt tales:*

ACTA SACRI GENERALIS CONSTANTIENSIS CONCILII.

Verius Compendium Actorum, ut in præfatione dictum est.

Edidit Labbeus Constantiensis Concilii Acta ex prima editione facta Hagenoæ anno 1500. ad exemplar Basileensis Synodi jussu confectum, cum additionibus ex MS. Laurentii Surii Carthusiani; ad calcem vero voluminis pro actorum hujus Concilii appendice exhibuit Excerpta viri cl. Felicis Contelorii ex pluribus Mss. codicibus, quæ olim ad eum transmiserat Eminentiss. Franciscus Barberinus S. R. E. Cardinalium decanus, tum & excerpta prolixiora ex MS. Cardinalis Capranicæ, suis quæque locis inseranda. His Arduinus apposuit subinde varias lectiones ex collatione facta & cum aliis Mss. mox appellandis, & cum antiquissimo codice MS. Card. Capranicæ, unde diversæ lectiones ad eum sunt Roma transmissæ, & præterea adjecit excerpta ex Mss. quibus usus est Emmanuel Schelstrate, olim bibliothecæ Vaticanæ præfectus, in tractatu de sensu Decretorum Concilii Constantiensis, & additiones ex Mss. Brunsvicensi, Lipsiensi, Volfenbuttelensi, Gothano, aliisque bibliothecæ Cæsareæ nuper in Germania editis. Hæc omnia nos diligenter, nonnullis insuper ex præfatis Mss. Germanicis adjectis, repræsentamus: primam porro editionem Italico charactere, reliqua omnia Romano, præmissis tamen indice, ut solemus, iis omnibus, quæ Labbeanæ editioni addita sunt.

Ex prima editione.

IN nomine sanctæ individuæ Trinitatis. Hic liber continet ordinationes, statuta, constitutiones, decreta, & alia acta & gesta in generali Constantiensi Concilio, præsidente sanctissimo in Christo patre & domino nostro domino Joanne divina providentia Papa vicesimo tertio recollecta, visa & ordinata per nos protonotarios, notarios & scribas infra scriptos, ad id per eumdem dominum nostrum Papam, ipso approbante Concilio, deputatos, sub annis Domini, indictione, pontificatu, mensibus, & diebus inferius annotatis.

Introitus Papæ Joannis XXIII. ad Constantiam.

In nomine domini nostri Jesu Christi, anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquarto, indictione septima, die Lunæ, quinta mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Joannis divina providentia Papæ vicesimitertii anno quinto, præfatus sanctissimus dominus noster Papa, qui alias continuando Pisanum generale Concilium, statuit ipsum Concilium iterum convocandum ad hanc civitatem Constantiensem: quam civitatem, die Dominica xxviii. mensis Octobris proxime decursi, solemniter & honorifice intravit; & ita convocavit ad primum diem hujus mensis, ut patet per litteras Apostolicas, de quibus infra in sessione dici a sextadecima hujus mensis fit mentio. Sed propter celebrationem festi Omnium sanctorum, & commemorationem defunctorum, ad diem sabbati tertiam, & deinde ipsum tertiam ex certis causis distulit ad hanc diem.

a Ms. Brunsvic. Lips. & Goth. quintædecimæ.

In ipsa tamen die omnium Sanctorum dum idem dominus noster missarum solemnia celebraret, inter ipsa solemnia facto sermone ad clerum per egregium doctorem decretorum dominum Joannem b Volim, per reverendissimum in Christo patrem dominum Franciscum, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum Cardinalem, lecta fuit schedula hujus tenoris, videlicet.

b Polim. ms. Lips. al. Polat.

Ad laudem omnipotentis Dei, & incrementum status, tranquillitatis, & pacis universalis ecclesiæ sanctæ Dei. Cum sanctissimus dominus noster dominus Joannes divina providentia Papa XXIII. paterna pietate respiciens in civitate Laudensi, v. Idus Decembris, pontificatus sui anno c v. continuando sacrum Pisanum & generale Concilium super reformatione status ejusdem ecclesiæ, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium Concilio indixerit iterum generale Concilium hujusmodi celebrandum in hac civitate Constantiensi provinciæ Maguntinensis, in proximo Kalendarum Novembris incohandum, ipsum Pisanum Concilium rursum continuaturus, intimat de eorumdem fratrum consilio, quod d intrabit dictum futurum Constantiense Concilium, Deo favente, die sabbati de mane proxime futura, in hac ecclesia Constantiensi, (cum Missarum, sermonis ac processionum celebratione in talibus consuetorum. Datum Constantiæ) Kalendis Novembris, pontificatus ejusdem Domini nostri anno quinto.

c Quarto, mss. Brunsvic. Lips. & Goth.

d Initiabit, ms. Goth. Inclusa parenthesi non sunt in edit. Hagen. sed sunt in mss. tribus proxime appellatis.

Inchoatio sacri Concilii Constantiensis.

Item dominus noster Papa ipsa die quinta, pro felici inchoatione dicti Concilii præmissa solemni processione, adstante cum mitris & habitibus pontificalibus, tam reverendissimorum dominorum Cardinalium, quam Archiepiscoporum, Episcoporum, electorum abbatum, & aliorum prælatorum cœtu copioso, Missam de sancto Spiritu in ecclesia Constantiensi solemniter celebravit: & per religiosum virum fratrem Joannem de e Vercellis, sacræ theologiæ magistrum, Priorem prioratus de f Pamonte, Bellicensis diœcesis, Procuratorem ordinis Cluniacensis, pronunciatus est sermo ad clerum, pertinens ad materiam & propositum. Et reverendissimus pater Dominus Franciscus, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus Cardinalis prædictus, ex pulpito ligneo g quod ascendit, hæc verba alta & intelligibili voce protulit, scilicet: Sanctissimus dominus noster Papa, sacro approbante Concilio, statuit sessionem tenendam die Veneris xvi. hujus mensis. De & super quibus omnibus & singulis magister Joannes de Scribanis, procurator fisci, alta & intelligibili voce per protonotarios domini Papæ, & clericos, & notarios cameræ Apostolicæ, petit fieri publicum & publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

e Al. Vincellis. ms. Lips. Urcellis.

f Immonte, ms. Lips.

g Ms. tres quem.

Ex ms. card. Capranicæ.

Origo generalis Concilii Constantiensis ex Pisano Concilio cœpit. Cum enim magnum, & horrendum schisma, quod cœpit in Urbe post obitum Gregorii XI. anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, jam triginta annis durasset, per tumultum & oppressionem Romanorum electus fuit Bartholomæus archiepiscopus Barensis, qui se Urbanum sextum nominavit. Deinde per eosdem cardinales, qui ab eo recesserunt, asserentes eum per metum electum, fuit electus Robertus cardinalis Gebennensis, qui se Clementem septimum nominavit. In his duobus constitutum est illud magnum & famosum schisma, cui nullum simile, neque temporis diuturnitate, jam enim trigesimus septimus annus agitur, neque causæ, neque rei dubietate, neque regnorum, & provinciarum divisione præcessit. Clementi obediverunt omnes Galliæ ab Alpibus inclusive usque ad oceanum Britannicum, præter Flandriam, Hannoniam, Brabantiam & Leodium. Item omnes Hispani præter Portugalliam. Item Scotia. Item Cypria & Rhodus, Majorica & insulæ subditæ Hispaniæ, & tandem Janua, & Leodium. Urbano vero cetera regna & provinciæ, utpote Italia cum suis insulis, omnes Alamaniæ, Bohemia, Hungaria, Polonia & Anglia. Urbanus sedit Romæ, Clemens Avenione. In parte Romana usque ad istud Concilium fuerunt quatuor, Urbanus VI. Bonifacius IX. Innocentius VII. & Gregorius XII. qui vivit, & dictus Angelus Corario de Venetiis. In parte Avenionis duo tantum, Clemens prædictus VII. dictus Robertus de Gebennis, qui sedit XVI. annis paucis diebus minus, & Benedictus XIII. dictus Petrus de Luna de Aragonia, qui adhuc vivit. Cum autem dictum schisma triginta annis durasset, & præfati Benedictus & Gregorius, pro unione ecclesiæ cedere promisissent & jurassent, assignato loco Saonæ ad conveniendum pro cessione instante tempore conventionis, tot & tantas difficultates præstandarum

ANNO CHRISTI 1414.

darum securitatum uterque per collusionem invenerunt, quod non convenerunt. Quibus per cardinales utriusque obedientiæ consideratis, iidem cardinales ab eis recesserunt, & Petrus de Luna dictus Benedictus fugit in Aragoniam ad Perpinianum de Portu Veneris propter metum regis Francorum qui jam sibi subtraxerat obedientiam. Angelus autem dictus Gregorius retrocessit Senas. Tunc præfati cardinales utriusque obedientiæ convenerunt, & concorditer Pisanum Concilium convocarunt, in quo dicti Benedictus & Gregorius fuerunt depositi de summo pontificatu, & elegerunt in Papam cardinalem Mediolanensem Petrum de Candia de ordine Minorum, oriundum de Creta, quæ Candia dicitur, de qua se cognominavit, famosissimum theologiæ doctorem Parisiensem, qui se Alexandrum nominavit. Verum præfatis Petro de Luna omnes Hispeniæ præter Portugalliam, Angelo verum regnum Siciliæ, Neapolitanum, & Carolus de Malatestis cum terris quas tenebat, & omnes duces Bavariæ, atque archiepiscopus Treverensis & terræ illius subjectæ obediverunt, dicta depositione non obstante. Rex tamen Siciliæ Ladislaus postea illum Angelum repulit, & venit ad obedientiam Joannis XXIII. de quo infra, per certa pacta inita inter illos. Qua electione Alexandri facta, Pisis illud Concilium fuit, & per eumdem Alexandrum, illo approbante Concilio, continuatum ad triennium; locum autem & diem summus pontifex, qui tunc foret, eligere & significare debeat. Præfatus Alexandes anno vix completo e sua electione obiit Bononiæ, & electus fuit iste Joannes XXIII. cardinalis dictus sancti Eustachii, legatus in Bononia dictus Balthasar Cossa de Neapoli. Quam electionem fuisse vitiosam fama est, & quantum ad merita personæ certum. Idem Joannes XXIII. prosequens continuationem dicti Pisani Concilii instante biennio convocavit Concilium generale Romæ ed primam Aprilis anno millesimo quadrigentesimo *a* vicesimo secundo: sed tam propter loci distantiam, tam propter viarum pericula, cum undique prope Romam bella gererentur, nec erat tutus accessus, nullus de extra curiam accessit: quæ impedimenta idem Joannes Papa, ut dicebatur, & creditur a multis, procurabat, & fovebat, ne fieret Concilium. Demum Roma capta, curiaque repente fugata per Ladislaum Siciliæ regem, non sine latissima culpa dicti Joannis Papæ, ipsoque cum curia sua stante Florentiæ, serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex misit ad eumdem Papam legatos, postulans sibi dari potestatem Concilium generale, & eligendi locum & tempus. Cardinales autem videntes quod idem Papa refugiebat Concilium generale, tantum institerunt apud eum, quod misit ad eum Curiæ in Italia cardinales de Chalanco & Florentinum, cum potestate eligendi locum & tempus celebrandi Concilium, de consilio & consensu dicti regis. Et ita elegerunt Constantiam, & diem Kalendarum Novembris anni MCCCCXIV. & pontificatus ejusdem domini Joannis IV. *b* statueruntque diem cum rege in mense Novembris anni decimitertii, quo Papa & idem rex convenerunt in civitate Laudensi. Et ita convenerunt cum omnibus cardinalibus: ibique Papa in generali consistoro, rege præsente, generale hoc Concilium Constantiense ad Kalendas prædictas decrevit convocandum, & convocavit decretis litteris Apostolicis super hoc, quarum tenor talis est, *ut infra in sessione* 1.

a forte, *duodecimo*, est legendum.

b Forte deest, *quinti*.

Bulla est convocationis Concilii, quæ habetur infra sess. 1.

Post hanc decretam convocationem Concilii, Papa cum sua curia in principio Quadragesimæ rediit Bononiam, & in mense Augusto sequenti mortuus est Ladislaus regnum Siciliæ tenens: qui, ut præfertur, Romam ceperat, cum toto patrimonio & terris ecclesiæ præsertim in Tuscia occupabat: propter quod idem dominus noster Papa Joannes XXIII. voluit adire Urbem, ad illam & terras ecclesiæ recipiendas. Sed cardinales sentientes, quod si illuc irent, non reverterentur ad A Concilium, & idem Concilium non fieret, neque procuraretur unio & reformatio ecclesiæ, unde pene secutura timebatur magna ecclesiæ destructio; fortiter restiterunt, & concorditer instituerunt verbis & scriptis, quod negotia spiritualia & ecclesiastica, videlicet Concilium ageret in persona: temporalia vero per vicarios & legatos. Quibus, licet non libenter, annuit. Et prima die Octobris de Bononia iter cepit ad Constantiam: transiens autem per Meronam oppidum ducis Austriæ Frederici, pepigit ibi cum eo fœdus: & mediantibus pecuniis idem dux promisit sibi securitatem, etiam in Constantia, & illum tenere securum & liberum. Et quoniam vellat eum extra Constantiam ponere, & tenere securum & liberum contra omnes, prout hæc idem dominus noster Papa postea aperuit in Constantia, ut in sequentibus apparebit: ex quo B jam perpendi poterat quod idem dominus Papa non sincero animo procederet ad Concilium.

Ex collectione Barberiniana: & mss. quatuor Vindob quibus usus est D. Schelstrate.

IN hoc igitur generali Concilio Constantiensi, in quo agendum fuit de pace & unione perfecta ecclesiæ, secundo de reformatione illius: a principio Novembris anni Domini *c* XIX. quo ibi Papa & collegium non erant, usque ad finem Januarii, nihil omnino actum est, neque factum de materia unionis, quoniam apud aliquos erat morbus, *Noli me tangere*. Illi autem qui agere cupiebant pro absentia Gallicorum & Anglicorum, in quibus apud omnes maxima spes erat, tangere non audebant. *d* Iterum autem pauca C præparatoria acta sunt per aliquos cardinales deputatos, sed semper in conclusione fuerunt præpediti.

c Ita mſ. cod. sed manifesto errore, pro MCCCCXIV.

d mſſ. *Interim tamen*.

Schedula præsentata A. 1414. Mense Novemb. proxime a Festo Martini, in Congregatione Doctorum in Theologia, ex parte [1] *Papæ Johanni XXIII. dein oblata.*

Ex MS. Vindobonensi.

Quia Christi fidelibus congregandis in Concilio generali dari debet plena securitas, & secura libertas, ut sit animus in consulendo liber juxta verbum Salustii: ideo ad hunc finem, & ut in rebus agendis ordo debitus observetur, illa expedire videntur, quæ ordinarie ponuntur.

Primo, quod per Concilium deputentur certi notabiles viri, qui sint procuratores Concilii, & promotores D rerum agendarum, videlicet super pace & integratione ecclesiæ, & unionis, & super ejus univarsali reformatione tam in capite, quam io membris. Sic anim decretum fuit in Concilio Pisano. Ubi etiam tales Procuratores seu promotores fuerant deputati.

Item, cum prædictis deputandis dentur certi notabiles viri, tam in divino, quam in humano juribus periti, qui essent consiliarii, seu directores rerum agendarum, & quorum consilio dicti procuratores habeant omnie deliberanda proponera, & promovere, ut in sessionibus super propositis in deliberando brevius & ordinatius procedatur, sicut in Concilio Pisano.

Item, quod inter duas sessiones dicti consiliarii & promotores, de pluribus Nationibus eligendi, ut excludatur acceptio personarum, debeant certis diebus convenire ad audiendum omnes & singulos, qui super unione E & reformatione Ecclesiæ aliqua verbo vel scriptis voluerint exponere, in Concilio proponenda. Ut in talibus evitatur confusio, & ordo conveniens servetur; nec aliquis, quantumcumque parvus, ab audientia excludatur, quia sæpe Deus revelat parvulis, quæ Christo teste abscondit a sapientibus.

Item, in sessionibus super propositis per dictos promotores servanda erit debita gravitas in deliberando. Ut quod

1. Sequentis schedulæ pars proposita fuit Joanni P. XXIII. in generali congregatione die Jovis 24. Novemb. a. 1414. eodem Papa Johanne præside habita proxima die ante sessionem publicam.

ANNO CHRISTI 1414.

quod in una sessione proponitur, in alia concludatur. Et in exequendo vota singulorum deputandi erunt quidam notabiles viri, & prælati, qui cum notariis vota recolligant, & publice referant, notando majorem & saniorem partem, ubi non esset publica concordia. Et in hoc, & in aliis præcedentibus notetur modus procedendi, quem servarunt Sancti Patres nostri in Conciliis antiquis.

Item, dato bono ordine procedendi, agendum est de materie prævia tractanda: & videtur, quod inchoandum sit ab unione, seu pace ecclesiæ, sine qua vix fieri poterit reformatio in aliis utilis & generalis.

Prædicti quinque modi & articuli hujus schedulæ super modo procedendi præsentati fuerunt coram Domino nostro Papa in generali congregatione ex parte Theologicæ facultatis.

Item, quantum ad hoc, laborandum erit, quod propter renunciationem determinationis facti Concilii Pisani dicta unio fiat in persona Domini nostri Johannis Papæ XXIII. aliis duobus de Papatu contendentibus repulsis, juxta decretum Concilii prædicti.

Item, quia dicta repulsio vel ajectio dictorum contendentium difficilis est per viam facti, laborandum est, quod fiat per viam cessionis liberæ, seu per viam reductionis.

Item, ad dictam cessionem facilius obtinendam, & quia ecclesia non claudit gremium redeuntibus, deliberandum erit, utrum statuendum esset per Concilium: quod quicumque electus vel eligendus sub præsenti schismate, si pro bono pacis attenta perplexitate materiæ vellet cedere, eidem provideretur de notabili & securo statu in Ecclesia Dei.

Item, expediens videtur, quod ex nunc ordinaretur dicta provisio talis & tanta, quod de illo statu quivis contendentium potius contentaretur, quam in litibus immortalibus statum papalem erroneum redderet.

Item, quod principaliter agenda primo tractarentur per deputatos informationibus variis & scriptis, & hoc super reformatione universalis Ecclesiæ, de quibus postea Concilium informarent.

Item, si videretur, aliud Concilium in brevi celebrandum esse nimis sumtuosum & laboriosum, & partibus contendentibus, & suis obedientibus onerosum, auctoritate dicti Concilii posset ordinari, quod certi notabiles prælati & personæ de diversis nationibus & regnis usque ad certum numerum, loco & tempore ex nunc declarandis, convenirent cum partibus contendentibus, vel eorum procuratoribus, & quod illi sic congregati repræsentarent totum Concilium generale, ac quidquid definirent, esset perinde, ac si in Concilio esset factum. Et hoc non est juri divino aut humano contrarium, quod simile legitur e sanctis Patribus esse factum.

Item, si dicatur, quod forte ipsi principaliter contendentes in præmissis non consentirent, dico, si contra tam justas & rationabiles vias exceperint, quod absit, ex parte Concilii requirendæ sunt obedientiæ, ut eos unanimiter amoveant. Qui si ipsorum suasionibus acquiescere noluerint, ex nunc prout ex tunc decernendi sunt tamquam destructores ecclesiæ, & acriter coercendi. Quia in morbo pestilentico est etiam cum cauterio providendum. De modo autem coertionis & provisionis in casu prædicto alibi est dictum.

Item, si dicatur: illis, quæ decernuntur in Concilio præsenti, dicti contendentes obtemperare non tenentur, quia, ut dicunt adulatores eorum, ta es verus Papa, & talis non tenetur sequi deliberata decreta Concilii generalis: respondeo, quod iste error perniciosissimus, maxime in casu præsenti. Quia secundum dictamen juris naturalis in quolibet corpore ligandum est caput, & modis omnibus coercendum, per membra cetera, si nitentur tyrannidem & rabiem exercere.

Item, si dicatur: Dicti contendentes forte in dicto Concilio multa promittent, quæ minime observabunt, & sic hujus Concilii decreta debita executione carebunt; dico, quod iis falleciis erit necesse providere, dando frænum stimulorum malitiæ

A effrenatæ, super quo dabuntur, si opus fuerint, boni modi.

Item, super hoc, & omnibus præmissis consideranda erit professio, quam fecit Bonifacius VIII. ut ante fecerant prædecessores sui, quæ si a successoribus fieret, ea, quæ addenda forent, in præsenti Concilio definirentur, & per hoc provideretur multis inconvenientibus antedictis.

Item, si dicatur, quod forte dicti contendentes, ad istud Concilium non venirent, vel non sufficienter mitterent, quid ergo alii sine ipsorum præsentia vel consensu facere poterunt: hic dico, quod idem per omnia facere poterit Concilium, ac si illi personaliter interessent. Alioquin, si ad providendum tantæ necessitati Ecclesiæ expectaretur eorum præsentia vel consensus, nunquam fieret finis hujus facti & miseriæ, quod ab-

B surdum est dicere.

Item, quantum ad dominum nostrum Papam Johannem, quia cum Rege Romano solemniter concordavit de loco & tempore Concilii, ipsum per suas litteras & nuncios Apostolicos & legatos quantum ad suam obedientiam denunciavit, & convocavit etiam alios sibi non obedientes, Regem prædictum requiri fecit, & cum suo collegio magnis periculis, laboribus, & expensis montes pertransiit, ad civitatem Constantiam velut vir constantissimus approperando.

Item, quantum ad alios duos contendentes, idem Rex eis, & illis de sua obedientia intimavit dictum Concilium, offerens eis salvum conductum, & omnimodum securitatem pro se & suis obedientiis. Et ideo illorum absentia ipsorum negligentiis & culpis imputanda est, & non in damnum & perniciem Ecclesiæ retor-

C quenda.

Præmissa sub correctione præsentata sunt sine allegatione rationum vel auctoritatum, gratiæ brevitatis. Et si aliqua revocentur in dubium, paratus sum ea declarare, & ad objecta respondere.

SESSIO I.

Ex prima editione.

Die Veneris decimasexta mensis Novembris, anno, indictione & pontificatu, quibus supra, sacra & universali Synodo in ecclesia Constantiensi, præsidente præfato domino Papa, solemniter congregata, celebrataque Missa de Spiritu sancto per reverendissimum in Christo patrem dominum Jordanum episcopum Albanensem, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem, de Ursinis vulgari-

D *ter nuncupatum, cantatisque litaniis, & aliis devotis orationibus pie porrectis ad Deum, idem dominus noster Papa inchoans,* Veritatem diligite, *Zachariæ cap.* VIII. *& adducens auctoritates novi & veteris testamenti, allocutus est Synodum, exhortans omnes ad meditandum, & solerter insistendum super ordinandis his, quæ ad ecclesiæ pacem & statum pertinent. Quo sermone perlecto, reverendissimus in Christo pater dominus Franciscus, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis, Florentinus vulgariter nuncupatus, stans in thalamo eminenti, ubi dictus dominus noster sedebat, alta & intelligibili voce legit schedulam sequentem, videlicet:* Zach. 8.

Joannes episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

E *Intendentes ad executionem eorum quæ per felicis recordationis Alexandrum Papam V. prædecessorem nostrum in Pisano Concilio decreta fuerunt circa convocationem Concilii generalis iterum faciendam, dum alias præsens Concilium convocavimus per litteras nostras, quarum tenorem hic duximus inserendum.*

Ex mss. Cardin. Capranicæ, & tribus Germanicis.

Et cum ad hunc locum pervenisset idem Cardinalis, rediit ad sedem suam: & continuo litteræ Apostolicæ sequentes alta & intelligibili voce per venerabilem virum Job de Restì domini nostri Papæ notarium, stantem in dicto thalamo, lectæ fuerunt, quarum talis est tenor:

Bulla

ANNO CHRISTI 1414.

ANNO CHRISTI 1414.

Bulla convocationis Concilii.

Joannes Episcopus servus servorum Dei ad futurum rei memoriam.

AD pacem & exaltationem ecclesiæ, & tranquillitatem Christiani populi prompto corde & efficaci desiderio intendentes, ea libenter ordinamus & quærimus, per quæ hujusmodi pax & exaltatio tranquillitatis merito valeat a promereri. Dudum siquidem felicis recordationis Alexander Papa V. b antecessor noster, in sacro generali Pisano Concilio tunc præsidens, ex quibusdam magnis & arduis causis eumdem moventibus, ipso approbante Concilio, inter cetera decrevit, iterum generale Concilium extunc ad terminum per se vel successorem suum, in loco de quo sibi vel eidem successori videretur, fore solemniter convocandum. Idemque prædecessor ea quæ circa reformationem ecclesiæ expedienda restabant, pro tunc suspendit: ipsumque Concilium usque ad tem- B *pus triennii præfatum continuandum statuit, & prorogavit. Postmodum vero ipso Alexandro prædecessore, sicut Deo placuit, vita functo, nobisque divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumptis, dum tempus triennii ejusdem jam c advenerat, & nos per vestigia ejusdem predecessoris incedere, & ordinationem præfatam ab eo in Concilio, ut præfertur, factam puro corde & recta voluntate adimplere properaremus; quibusdam rationibus expressis animum nostram moventibus, Concilium hujusmodi in Romana urbe, quæ paulo ante de manibus hostium recuperata, præsentium nostram pro ipsius conservatione plurimum flagitabat, debito tempore convocavimus. Verum quia veniente postea tempore constituto, prælati & ceteri qui hujusmodi Concilio interesse debebant, nequaquam in tanto numero convenerant, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requi-* C *erre videbatur: nos post alias prorogationes per nos factas, tandem Concilium ipsum ad mensem Decembris nunc præsentem solemniter prorogavimus, ac celebrandum statuimus. Locum autem infra certum tempus reliquimus declarandum, ut interim super eo maturius consuleremus. Post hæc vero, infra dictum tempus nondum elapsum, per litteras carissimi in Christo filii Sigismundi, electi in regem Romanorum, & Hungariæ regis illustris, instantissime requisiti, ut non properaremus in declaratione hujusmodi loci pro Concilio faciendo; sed tam in declaratione loci prædicti, quam etiam in tempore dicti Concilii celebrandi supersedere vellemus, donec ipse nuncios suos super hoc instructos ad nostram præsentiam destinaret: nos votis ejusdem regis, quæ ex zelo devotionis, & puritate fidei emanare conspiciebamus, annuentes, adventum præfatorum nunciorum de venera-* D *bilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, & prælatorum, qui Romæ in generali consistorio ad hoc vocati fuerunt, voluntate, consilio & assensu duximus exspectandum. Deinde cum post Romanæ urbis miserabilem casum ad nos tunc apud Florentiam existentes ejusdem regis nuncii accessissent, & ex parte ejusdem regis multa nobis circa materiam suggessissent, eorum auditis relatibus, pro pleniori expeditione dilectos filios nostros Antonium tituli sanctæ Cæciliæ presbyterum, & Franciscum tituli sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, cum plena potestate super hujusmodi electione loci & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum nobilem virum Manuelem d Chissolarensem militem Constantinopolitanum, ad præsentiam ejusdem regis transmisimus: qui ad eum venientes, tandem de ipsius regis consilio & assensu civitatem Constantiensem provinciæ Maguntinensis pro lo-* E *co hujusmodi Concilii celebrandi concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum hujusmodi Concilium statuerunt diem primum mensis Novembris proxime venturi. Deinde vero nos, qui pro quibusdam arduis & magnis negotiis cum eodem rege juxta nostrum & ipsius desiderium personaliter convenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitate & securitate civitatis Constantiæ antedictæ, quam securitatem ipse rex se præstiturum, & in ipso Concilio personaliter affuturum pollicetur, volentes, & ab intimis cupientes, ut præfata celebratio Concilii salubriter impleatur, & optatum consequatur effectum; hujusmodi electionem loci & temporis, ut præfertur, factam, auctoritate Apostolica tenore præsentium, de eo-* A *rumdem fratrum nostrorum consilia & assensu ratificamus, approbamus & confirmamus, ac ei Apostolici roboris adjicimus firmitatem: præfatumque Concilium in civitate prædicta Constantiensi die prima mensis Novembris proxime venturi initiandum, & auctore Domino exinde celebrandum, eadem auctoritate & consensu harum serie statuimus, pronunciamus & decernimus: venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos filios, electos abbates, & ceteros ecclesiarum & monasteriorum prælatos requirentes, hortantes, & monentes, ac in virtute præstiti juramenti & sanctæ obedientiæ eisdem mandantes, quatenus personaliter: necnon carissimos in Christo reges & nobiles viros, duces, principes, marchiones, & alios qui hujusmodi Concilio interesse debent, vel qui prodesse possunt quoquo modo, per viscera caritatis Domini nostri Jesu Chri-* B *sti invitantes & exhortantes, quatenus pro pace ecclesiæ, & omnium Christianorum, etiam personaliter; vel si personaliter non possint, per solemnes oratores congruo tempore Concilio dicto debeant interesse: ut sic congregata fidelium multitudine copiosa, ea quæ in eodem Concilio agenda incumbunt, Deo auctore & adjutore salubriter ordinentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, approbationis, confirmationis, pronunciationis & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.*

Datum Laude, quinto Idus Decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Qua lectione facta & per præfatum magistrum Job completa, idem dominus Franciscus cardinalis surgens C & stans ut supra, schedulam ipsam primam resumens, legit ejus residuum, cujus residui tenor talis est:

Et subinde cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus & nostra curia ad hanc civitatem Constantiensem venimus tempore constituto: & nunc per Dei gratiam hic existentes, cum hujus sacræ Synodi consilio intendimus insistere ad pacem, exaltationem & reformationem ecclesiæ & tranquillitatem populi Christiani. Et quia in hac re tam ardua non est propriis viribus aliquid præsumendum, sed Dei adjutorio confidendum; ideo a cultu divino inchoantes, hoc sacro approbante Concilio ordinavimus, quod hac ipsa die specialis Missa ad hoc constituta diceretur, sicuti per Dei gratiam nunc celebrata est: quam Missam etiam statuimus, & in hac, & singulis aliis ecclesiis collegiatis sæcularibus & regularibus hujus civitatis, semel in hebdomada, videlicet feria quinta, hoc sacro Concilio durante, colle- D *gialiter celebrari. Et ut eo ferventius huic sacræ celebrationi fideles insistant, quo ampliori gratiæ munere senserint se refectos, omnibus, & singulis vere pœnitentibus & confessis, videlicet sacerdotibus dictas Missas celebrantibus, pro singulis Missis unum annum; interessentibus vero quadraginta dies de injunctis e eis pœnitentiis in Domino relaxamus. Ad cujus etiam Missæ celebrationem exhortamur venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, necnon patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & dilectos filios electos abbates, ceterosque in sacerdotio constitutos, ut & ipsi ad impetrandum prædictum divinum auxilium cum devotione singulis septimanis prædictam Missam celebrent semel: quibus celebrantibus, & celebrationi interessentibus, similes indulgentias elargimur. Exhortamur etiam in Domino omnes & singulos qui Christi nomine gloriantur, ut* E *ad obtinendam optatam consummationem tantæ rei diligenter insistant orationibus, jejuniis, eleemosynis & aliis piis operibus, ut Deus ex nostra & ipsorum humiliatione placatus, dignetur felicem exitum huic sacræ congregationi concedere.*

Præterea considerantes, quod præcipuum agendum in Concilio generali, secundum laudabiles f consuetudines antiquorum Conciliorum, esse debet de his quæ concernunt catholicam fidem: & attendentes, quod talia propter g summam arduitatem exigant diligentiam, tempus sufficiens & studium; exhortamur omnes habentes peritiam sacrarum litterarum, ut diligenter secum & cum aliis illa cogitent atque tractent, quæ eis videbuntur ad hanc rem utilia & opportuna; & quamprimum commode

a *Mss.* promoveri.
b *Mss.* prædecessor.
c *Mss.* advenirat.
d Chrysolorum, *in mss. tribus antea laudatis, ut quidem testatur Germanus editor.*

Has editiones quæ minore charactere subinde occurrunt, primus edidit Surius Cartusianus, ex cod. mss. Colon. Facultatis Theologicæ; in quo multa pro... aliquot hujus Synodi sessiones, suas & in tribus mss. supra laudatis.
e *Mss.* tres, sibi:
f observantias, *mss.* tres.
g suum, *mss.* tres.

ANNO CHRISTI 1414.

ANNO CHRISTI 1414.

mode poterunt, illa ad nostram & hujus sacræ Synodi notitiam perducant: ut tempore opportuno possint ea determinari, quæ videbuntur tenenda vel repudianda pro utilitate & incremento ipsius catholicæ fidei: & specialiter cogitent circa nonnullos errores, qui a certis temporibus dicuntur in nonnullis partibus pullulasse, & maxime circa illos qui ortum dicuntur habuisse a quodam Joanne dicto VVicleff. Insuper etiam exhortamur omnes catholicos hic congregatos, & alios ad hanc sacrum Synodum venturos, ut velint cogitare diligenter & prosequi; & ad nos, & ad eamdem sacram Synodum perducere ea, per quæ possit ecclesia & congregatio catholicorum ad debitam eformationem & optatam tranquillitatem, Deo juvante, perduci. Nostræ namque intentionis ac voluntatis est, ut omnes hac de causa hic congregati cum omnimoda libertate possint dicere, consulere & facere omnia & singula, quæ ad præmissa putaverint pertinere.

Ut autem notus sit modus, qui in hujus sacræ Synodi processu servandus est, tam quo ad ea quæ dicenda & determinanda erunt, quam etiam quo ad consensum & gestam & morem & a compositionem, putamus in hoc recurrendum esse ad observantias antiquorum patrum, quæ maxime colliguntur ex canone Toletani Concilii, cujus tenorem duximus hic inserendum.

a Forte, corpunctionem,

Tolet. Concil. XI. cap. 1.

In loco benedictionis considentes Domini sacerdotes, nullus debet aut b indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare: nullus etiam c fabulis vanis vel risibus, & (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quisnoim, ut Apostolus ait, putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio. Cultum enim suum justitia perdit, quando silentium judicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta. Erit cultus justitiæ, silentium. Debet ergo, quidquid aut consultationibus considentium agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec judicum vigorem de tumultu enervent. Quicumque ergo in conventa Concilii hæc quæ præmissa sunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus Concilium d conturbaverit, juxta divinæ legis edictum, quo præcipitur: Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium: cum omni dedecore de e confessione abstractus, a communi cœtu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam ferat. Et quoniam f communiter contigere potest, quod aliqui ex considentibus non erunt in sedilibus debitis collocati, eodem sacro approbante Concilio decrevimus, quod ex sessione hujusmodi nulli ecclesiæ vel personæ præjudicium generetur.

b Al. indebitis.
c fallaciis, mss. Germ.
Jacob. 1.
Isaiæ 32. 17.
d Perturbaverit, mss.
e Confessione. mss. German.
f. Continue, mss. Capran.

Articulus approbationis scripturarum protonotariorum per quatuor nationes deputatorum.

Item, constituit, deputat & ordinet dicta sancta Synodus pro qualibet natione unum protonotarium: videlicet pro natione Gallicana Joannem de Trambleyo, pro natione Italica Jacobum Rhodini de Janua, pro natione Germaniea Hermanum Dwergh, pro natione Anglicana Thomam Polton. Item, notarios nationum, videlicet pro natione Gallicana Michaelem da g Blosonis, & Joannem Gojardi: pro natione Italica Bartholomæum de Gustlia, & Joannem Azel: pro natione Germanica Gumpertum Fabri, & Gisolerum Boventen: & pro natione Anglicana Wilhelmum Porcel. Quibus dat auctoritatem & plenariam potestatem omnia & singula in præsenti sacro Constantiensi Concilio dicta, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcumque gesta, facta, & omnia quæcumque in posterum dicenda, agenda, jactitanda, promulgenda, publicanda, legenda, petenda, & quæcumque alia in & pro dicto sacro Concilio, ad dictum sacrum Concilium, quomodolibet pertinentia, & facienda, & peragenda, in formam publicam redigendi, & alias conscribendi. Approbatque dicta sancta Synodus omnia & singula per ipsos protonotarios & notarios in dicto sacro Concilio, & ad ipsum Concilium quomodolibet pertinentia, conscripta, & tam in pu-

In mss. Laur. Surii, & tribus Germanicis, hæc adduntur hoc loco.
g Mss. Polosonis, & m. x Guinardi.

A blicam formam, quam alias in scriptis, & actis quomodocumque redacta, usque nunc sub quibuscumque verbis per dictum sacrum Concilium fuerint statuta, decreta, ordinata, pronunciata, & quomodolibet definita.

ANNO CHRISTI 1414.

Deputantur hic ministri & officiales Concilii.

Quia vero ad prosecutionem hujus Concilii requiruntur certi ministri & officiales, ideo hoc sacro approbante Concilio deputamus infra scriptos, videlicet dilectos filios h Aragonum de Malispinis: loco cujus, quia promotus fuit postea ad ecclesiam i Esinam, per nationem Italicam fuit electus & appositus dominus Jacobus Rhodini de Janua; Paulum k de Juvenaco, l Hermannum de Dwerch, Thomam m Polton, & Joannem de n Trembleyo, notarios nostros; qui videndi omnes scripturas quæ in eodem Concilio fient, curam habeant specialem; ita quod concorditer & ordinate fiant, sicut decens est: & omnibus or-

B dinatis in præfato Concilio se subscribant. Nec non dilectos filios magistros Antonium de o Juschis, Angelum de Reate, Job de p Gestes, & Petrum de q Irilta, præfati Concilii notarios & scribas, qui subalternent notariis supradictis. Dilectum filium nobilem virum Bertoldum de Ursinis, comitem r Suavonensem & Palatinum, ipsius Concilii custodem. Dilectos filios magistros, Joannem s Basiræ litterarum Apostolicarum t scriptorem, Jacobum de u Campis, causarum palatii nostri auditorem, Angelum de x Stublionibus causarum Apostolicæ cameræ auditorem, & Petrum Pauli de Justinopoli canonicum Ravennatensem, decretorum doctores, scrutatores votorum; quorum duo ex una, alii vero ex altera præfati Concilii parte vota scrutentur: & cum ipsis duo ex eisdem notariis, ac duo ex scribis supradictis in votorum scrutamine semper debeant interesse. Dilectos filios magistros, Petrum de Anchorano utriusque juris, Simonem

C de Perusio juris civilis, Raphaelem de Fulgosis utriusque juris, & Ardecinum de Novaria juris civilis, doctores, præfati Concilii advocatos. Nec non dilectos filios magistros, Joannem de Scribanis & Henricum de Piro, dicti Concilii procuratores & promotores, magistros Garetenum de Pistorio, Joannem Ponseti, Bartholomæum de Pando, & Michaelem x Bolosonis, ordinatores sedere debentium in Concilio supradicto.

Ex prima editione.
h Forte Arragonum.
i Mss. quatuor, Brundusinam.
k juvenacio, mss.
h Mss. Petrum Donatum, Hermannum &c.
l Mss. Polten.
m Mss. Tremolcia. dic. Hagen. Klepeyo.
n Mss. Luschis.
o Forte, Resstis, mss.
p Mss. Trillia.
q Mss. Suamosem.
s Mss. Basire.
q Correctorem, mss.
t Mss. Camealo.
s Forte, Baliombus de Petro Perusio, mss. Capran. alii, de Balliondibus tantum.

Item, eodem sacro approbante Concilio decernimus sequentem sessionem, Deo favente, tenendam die Lunæ decimo septima mensis Decembris proxime futuri.

Lectis itaque schedula & bulla prædictis, præfatus dominus cardinalis alta & intelligibili voce interrogans, sciscitatus est, utrum omnia & singula in supradicta schedula contenta ipsi sacræ Synodo placerent. Ad cujus interrogationem omnes & singuli prælati in ipsa Synodo

D existentes concorditer, nemine discrepante, responderunt, Placet. De & super quibus omnibus & singulis y magister Joannes de Scribanis fieri petiit per protonotarios z ad hoc per Concilium deputatos, de quibus in præmissa schedula fit mentio, publicum & publica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

u Mss. scrutatione, & edit. Hagen.
x Mss. Germ. Baronum de Pistoriis
Ex mss. Surii
Ex prima editione.
y Ex mss. Gob. Magister de Piro.
z In mss. additur D. N. Papæ, & notarios, & scribas.

Ex mss. duobus D. a Schelstrate.

Die Lunæ aa XIX. mensis Novembris, cum frates Joannes Dominici dictus Cardinalis Ragusinus, qui pro parte Angeli Corarii, dicti Gregorii, ad Concilium destinatus, per plures dies in Rmeck distante de Constantia per quatuor, & in Albora distante per tria milliaria, moram traxerat, misisset ad Oratores regis Romanorum Constantiæ exsistentes, & ad bb Magistrum civium & consules civitatis ejusdem, ut domus pro sua habitatione sibi assignaretur: prædicti conventum Ere-

E mitarum sancti Augustini, qui pro habitatione Angeli Corario deputatus fuerat, pro ipsius fratris Joannis Dominici habitatione, ejus nuncio, qui per hæc venerat, assignarunt. Nuncius vero arma dicti Angeli Corario, dicti Gregorii, in duabus valvis Conventus ipsius affixit, quædam in papyro, & quædam appendit in poste, quæ sequenti nocte deleta & amota fuerunt. Cumque super affixione & appensione dictorum armorum, & deletione sive amotione eorumdem inter congregatos in Concilio orietur disceptatio, mandatum est prælatos, & alios, qui ad Concilium venerunt, congregari super hoc.

aa Forte, anno MCCCC XIV.
bb Forte magistratum.

Die Martis xx. mensis Novembris, congregatis reveren-

verendissimis in Christo Patribus dominis S. R. E. cardinalibus numero decem & octo, prælatis, procuratoribus dominorum, magistris, & aliis in sacro Constantiensi Concilio exsistentibus, in aula inferiori palatii Apostolici pro causa supradicta, cum super ea per unum ex dominis cardinalibus propositio fieret, variæ inter eos fuere sententiæ: aliis asserentibus arma prædicta appendi sive effigi potuisse, & per consequens ex quo deleta fuerant, reponi debere: & hujus sententiæ fuerunt dominus Feltrensis & Concordiensis episcopi, & plures alii: aliis vero asserentibus supradicta arma in locis prædictis in obedientia domini nostri Papæ Joannis XXIII. constitutis appendi sive affigi non potuisse; & per consequens ex quo deleta fuerant, reponi non debere; & hujus sententiæ fuit dominus patriarcha Gradensis, & alii: qui plures quam alteri sententiæ adhæserunt; dicentes, nisi Angelus Corario parsonaliter veniat, ipsius arma ibidem non debere depingi. Super hoc tamen, & super eo quod in secunda sessione XVII. mensis Decembris celebrandam fiendum erat, quod etiam propositum fuerat, dixerunt congregati, se velle deliberare.

Ex collectione Barberiniana.

In prima tamen conventione in palatio, 1] absente Papa, ex parte nationis Italicæ data est pro materia Concilii cedula in effectu concludens, quod in Concilio, primo ageretur de confirmatione Pisani Concilii & exsecutione, *&c.* & exsecutione sententiarum illius per aggravationes, & alios modos.

Schedula Italorum.

Ex Cerretano allegante Bzovio in Annal.

Præsupposita materia fidei, quæ præcedit, 2 sequuntur quædam Avisamenta, super quibus reformatione providendum videbitur.

Primo ad submovendum omne dubium, & concludendum ora obloquentium, quod declaretur Concilium Pisanum, omniaque & singula acta & gesta in eo, indeque secuta, fuisse, & esse rationabilia, & Canonica, & ab omnibus & per omnia admittendum fore, & sub pœnis Canonicis admitti debere, & executioni subjacere condemnata in eo. Et pro eorum executione:

Quod Papa teneatur & debeat expellere Petrum de Luna & persequi Errorium, dejectos, eorumque fautores & defensores. Et illud onus incumbat sibi. Et infra annum incipiat & inde continuet.

Quod si per viam tractatus utilius posset terminari turbatio, quam faciunt de Luna, Angelus, & eorum sequaces, quam per viam facti, quod hoc liceret Papæ, & facere possit, & dare licentiam tractandi & conversandi cum eis ad talem finem, sine metu pœnæ.

Quod ordinatur, quæ Papa faciet die suæ Assumptionis in officiorum & prærogativarum datione ac beneficiorum collatione, quod non valeat: & reducat officiales Curiæ ad numerum & observantiam, quæ observabantur ante schisma.

Quod Papa faciat Canonem, ut si contingeret in futurum super Papatu controversia oriri ex aliquo casu vel occasione, Papa non volente & nolente generale Concilium convocare, quod Cardinales Episcopi, aut tres ex eis convocare possint & debeant, & locum assignare.

Quod ordinetur, quod Papa die suæ assumptionis clero & populo præsentibus debeat & teneatur facere professionem & præstare juramentum, quam & quod præstabant antiquitus Rom. Pontifices, prout fecit & Bonifacius octavus.

Quod in quolibet decennio seu vicesimo quinto anno a die ultimi Concilii generale celebrabit Concilium, & ibi determinabit locum pro futuro Concilio.

Quod de juribus Ecclesiæ Romanæ nihil alienabit sine solemnitate juris scripti, & ipsa non servata aut elienata a tempore Concilii Pisani, citra, aliter non valeant, & revocat.

Quod de juribus aliarum Ecclesiarum sive piorum locorum nihil alienabit, neque elienationes per Prælatos, Capitula, & conventus, aut alios, in beneficiis seu officiis ecclesiasticis institutis factas aut fiendas, dicta solemnitate conservata, & constituta de eo non approbabit.

Quod nullum Cardinalem, Prælatum, aut alium status Ecclesiastici, invitum assumet, transferet, absolvet, aut removebit ab Ecclesia, Monasterio, Magistratu, vel administratione officii vel beneficii in titulum vel commendam perpetuam dato val assignato, nec aliquem ex eis privabit beneficio, officio, vel administratione, sine causa legitima, & juris scripti ordine non servato.

Quod Regibus, Principibus, communitatibus, vel quibusvis laicis, non subjiciet clerum, nec ipsius partem vel Prælatos, neque tributa, punitiones, seu quasvis exactiones concedet super aliquos ex eis, jure scripto hoc fieri non concedente: & Prælati & singuli de clero contrarium facientes ipso jure cadant, & sint privati beneficiis, & etiam excommunicati.

Quod nullum tractatum pecuniarium permittet præcedere fieri super Prælaturarum promotionibus, beneficiorum collationibus, & aliis spiritualibus, sed se ad hoc offerentes & mediatores puniet, & pœnas juris infliget.

Quod in arduis nihil faciet sine consensu Dominorum Cardinalium. Et se subscribant in litteris, per se, sicut fiebat antiquitus, vel per notarium.

Quod si aliquis contra præmissa, aut aliquid ex eis fieret in futurum, quod non valeat, sed sit irritum & inane.

Ex Collectione Barberiniana.

Qua cedula lecta, dominus cardinalis Cameracensis statim porrexit aliam cedulam contrariam, quæ ante visa fuerat per cardinalem sancti Marci, & quosdam alios prælatos & doctores Gallicos, concludens in effectu contrarium. Attento quod ambaxiatores Petri de Luna, & Angeli Corario veniebant; donec saltem essent auditi, & ita siluit illa materia. Interim actum est contra quemdam hæreticum Bohemum dictum Joannem Hus, & de erroribus Joannis VVicleff Anglici. Tenor vero cedulæ domini D. Cardinalis Cameracensis talis est.

Sequuntur aliquæ quæstiones, ad quas probandas & defendendas coram Concilio generali se offerunt aliqui prælati & doctores super eis deliberationem Concilii sufficienter congregati requirentes. Sacrum Concilium Pisanum obligat a dominum Papam & cardinales ad hoc quod in præsenti Concilio modis & viis rationabilibus tractent de perfecta & integra unione ecclesiæ, sive pace & ejus debita reformatione in capite & in membris. Ad hoc non solum eos obligat dictum Concilium Pisanum, sed etiam jus naturale & divinum.

Ad hoc etiam obligantur prælati ecclesiæ ad præsens Concilium convocati, vel etiam congregandi.

Illi qui pertinaciter *a* asserent præsens Concilium debere dissolvi, sine ejus continuatione ad aliud Concilium, ubi dicta unio & reformatio finaliter concludatur, in casu quo in præsenti non fieret, *b* essent fautores schismatis, & de hæresi vehementer suspecti. 3

a mss. *asserunt*.
b mss. *sunt*, & mox *vehementissime*.

In

1 Die 7. Decembris anno 1414. in Congregatione Cardinalium & aliorum Prælatorum in Palatio papali.

2 Additio Cardinalis Cameracensis, in margine hujus schedulæ ex MSS. Vindobonensi: *Tum ratione juramenti præstiti in Concilio Pisano, quam determinationis Sessionis 19. septima die Augusti celebrata. Ubi fuit continuatio ejusdem Concilii decreta pro reformatione Ecclesiæ universalis. Quia sine illa, tanquam penetrabili exterminativa schismatis, non est pax perfecta, & integra unio Ecclesiæ consummata.*

3 Additio Card. Cameracensis, in margine ex eis. MSS. *Ratio, quia præsens Concilium principaliter ordinatur ad extirpationem schismatis & reformationem Ecclesiæ. Hunc autem finalem effectum tollunt. Unde de hæresi sunt suspecti. Quia schisma est dispositive trahens ad hæresim.*

ANNO CHRISTI 1414.

In præsenti Concilio non est revocandum in dubium, A sed pro fundamento supponendum, quod Concilium Pisanum fuit legitime & canonice celebratum, ac ideo stabile & firmum. 1

Concilium Pisanum, & præsens Concilium unitate continuationis censeri debent unum Concilium, quare istud respectu illius non habet proprie auctoritatem confirmandi, seu roborandi, sed magis contra, cum hoc ab illo dependeat *a*. 2

a Adde ex ms. *continuative imbuendi*.

Petitio, quod Concilium Pisanum per præsens Concilium confirmetur, antequam in ipso plene congregato agatur de viis & modis dictæ unionis & reformationis ecclesiæ, est petitio de præsenti non admittenda seu recipienda. 3

Prædictæ quæstiones favent unitati ecclesiæ & unitati B fidei, & oppositæ favent schismati, & saperent fautoriam hæreticæ pravitatis.

Ex Cerretano allegante Bzovio in Annal.

*Schedula data * per Dominos Placentinum & Chalanco Presbyteros Cardinales, & de Brancaciis & Florentinum Diaconos Cardinales, D. Johanni Papæ XXIII. De Ordine vivendi Papæ.*

* In eadem Congregatione 7. Decemb. 1414.

Avisamenta pertinentia ad statum SS. D. nostri Papæ. In primis Ro. Pontifex solet determinare sibi certas horas, in quibus recitat officium, audit missam, comedit, & dormit, nec pro aliqua necessitate inter- C rumpit dictas horas, etiamsi Rex vel aliqua magna persona pro tunc ei assistat. Observaverunt etiam aliqui Romanum Pontificem, quod de mane ante missam, & vespere ante ingressum lecti, omnibus de Camera exclusis, faciebat secretam orationem ad satis breve tempus.

Item, extra palatium solet fieri eleemosyna publica per officiales ad hoc deputatos, quæ dicitur Pagnotta, & omnia quæ levantur de mensa Papæ & aliorum coinvitatorum solent portari ad hospitale S. Antonii, quod est ordinatum in Curia ad receptionem pauperum, qui sequuntur curiam. Solent etiam Romani Pontifices per manus sui eleemosynarii largiri largas eleemosynas pauperibus Prælatis sequentibus Curiam, & aliis, sicut D videtur dicto eleemosynario.

Item, diligenter debent asservari ea, quæ pertinent ad officium & cultum divinum, specialiter circa Missas Papales, ita quod nunquam omittantur, nisi sit necessitas evidens. Et aliquibus videretur satis honestum, quod in Cappella Papæ recitaretur totum officium.

Item, exactissima diligentia est adhibenda, ut omnino evitetur Simoniaca pravitas, & assistentes dicto domino nostro habeant manus puras. Et ad obviandum huic malo videretur, quod Dominus noster deberet deputare tres vel quatuor Referendarios, qui visitarent omnes supplicationes, & per eorum manus dirigerentur ad Dominum nostrum.

Item, Romanus Pontifex debet se exhibere semper in habitu Papali, & multa gravitate in verbo & gestu. Nec aliquis, quantumcunque ei domesticus, debet aliter eum videre, nec scire alia secreta Cameræ papalis, nisi speciales cubicularii, obsequiis illius insistentes.

Item, solet Romanus Pontifex continuare Consistoria secreta diebus ad hoc ordinatis.

Item dare audientiam publicam post Missam & in Vesperis, bis vel ter in hebdomada. Et debent esse certificati Curiales de tempore, quo dantur audientiæ, ut possint venire.

Item, ut non vilescat status Papalis in oculis Nationum ad hoc Concilium venientium, Camerarius Domini nostri cum Magistro Hospitii diligenter observent, quod hospitium Domini nostri, videlicet Cameræ Papalis, Cappella, Consistorium, Finellus, portæ, omnia officia palatii sint ordinata & ornata sicut decet. Ut in omnibus reluceat ille splendor, qui quæritur in Papali palatio. Et maxime curent, quod convivia fiant, & recipiantur omnes venientes ad palatium, & tractentur curialiter & laudabiliter.

Item, quia in præsenti celebratur Concilium generale, Dominus noster, qui est principium regulativum & directivum omnium conveniendorum in dato Concilio, attente consideret vulgare dictum: Quod impossibile est, negligentibus Dominis, superastantes esse sollicitos: unde oportet Dominum ante servos surgere, & ultimo dormire. Et ideo cum summa diligentia debet Dominus noster habere curam de omnibus quæ gerenda sunt. Et quia in rebus maxime arduis consiliarii sunt necessarii, omnia cum bono & maturo consilio faciet Dominus noster. Distinguet etiam operationes, alia aliis committens secundum qualitatem negotiorum. Omnia tamen ipse sciat, & ordinet, quomodo exequi debeant. Et super omnia det operam, ut in rerum gravitate non perdatur tempus verbis otiosis & veris fabulationibus: sed cum omni diligentia & maturitate omnia gerantur, tam in consiliis, quam in audientiis. Attendat tamen, quod in responsionibus super omnibus quæ occurrent, habeat verba bona, sed generalia. Et conclusiones faciat cum deliberatione consilii & aliquando totius Concilii.

Ex MS. Vindobonensi.

De duobus Pontificibus Gregorio XII. & Benedicto XIII. blande invitandis ad spontaneam cessionem, Schedula præsentata 4 per Petrum de Alliaco Cardinalem Cameracensem, Cardinalibus, deinde Johanni XXIII. Papæ in generali congregatione.

Quia in præsenti Concilio non a rigore, sed a mansuetudine inchoandum est, ideo ad mediandum inter aliquas opiniones factas septima die Decembris, in congregatione Cardinalium & aliorum Prælatorum, videntur sequentes considerationes utiles in prima sessione promovendæ, ut interim super eis deliberetur, & in sequenti sessione postea concludatur.

Ad exterminationem schismatis priusquam procedatur de facto per viam belli, prius tractandæ sunt omnes viæ rationabiles pacis, quibus de jure naturali & divino poterit, dum perfecta & integra pax, seu unio Ecclesiæ Dei obtineatur, juxta verbum Terentii, *Om-* E *nia prius experiri, quam armis decertare, decet sapientem.* 5

Quia ejectio duorum contendentium de Papatu non est facilis, vel verosimilis obtineri via belli, tentandum erit, & diligenter tractandum, quod fiat pax per ipsorum reductionem, vel voluntariam cessionem.

Ad dictam cessionem facilius obtinendam dicti con-

1 Additio Cardinalis Cameracensis, in margine ex eodem MS. *Nam credendum est, dictum Pisanum Concilium viis & modis rationabilibus sic tractasse de perfecta unione Ecclesiæ & integra, quod ipsam effecturum concluserit, & consummaverit.*

2 Additio Card. Cameracensis in margine in eodem MS. *Quia sicut par in parem non habet Imperium, sic nec idem in semetipsum. Unde dicta Concilia æqualia reputentur. Ex quo sequitur, quod confirmatio Pisani Concilii, simpliciter & sine nova causa facta, non habet proprie auctoritatem mentes solidandi, sed magis irritandi, nec omnem scrupulositatem, in causa dicti Pisani Concilii, amovendi, seu errores circa ipsum extirpandi, sed magis novos errores inducendi, & schismatis obstinationem confirmandi, nisi prius convenientia remedia adhibeantur.*

3 Addit. Card. Camer. in Margine ex cit. MS. *Quia non est justa, sancta, rationabilis, aut fundamentalis agendorum in præsenti Concilio. Et hoc propter schismaticos, sacrum Concilium Pisanum & ejus gesta impugnantes. Est unquam petitio pro nunc, saltem in præsenti Concilio, inutilis & infructuosa, & verisimiliter posset esse damnosa & periculosa, utpote schismatis confirmativa, nisi prius tribus conditionibus adhibitis, de quibus alibi habetur.*

4 Circa medium mensis Decembris An. 1414. in Congregatione generali, in qua actum de negotio unionis ecclesiæ. Eo etiam spectant Libelli mox subjiciendi.

ANNO CHRISTI 1414.

contendentes per media licita sunt alliciendi & inducendi.

Ad inducendum eos ad tantum bonum, quia Ecclesia non claudit gremium redeunti, in principio hujus Concilii esset deliberandum: an expediret statuere, quod quicumque electus vel eligendus sub præsenti schismate, si pro bono pacis vellet cedere, eidem provideretur de statu notabili & securo. Et quod pro nunc ordinaretur provisio talis & tanta, quod de ea quilibet deberet potius contentari, quam sic in statu suo miserabili permanere.

Si in vita horum contendentium non posset dicta cessio obtineri, statuendum esset, quod ipsis decedentibus non fieret nova electio ad continuandum schisma. Et super hoc apud suas obedientias deberet omnis diligentia possibilis adhiberi.

Si per dictam viam cessionis in præsenti Concilio non detur finis schismati, propter hoc non sunt relinquendæ aliæ viæ rationabiles unionis, seu modi. De quibus tractandum erit loco & tempore opportunis.

Si dicti contendentes, seu Principes, & Prælati, suarum obedientiarum conventionem obtulerint, ad tractandum de dictis viis & modis rationabilibus, hæc oblatio non erit respuende. Et in casu, quo in præsenti Concilio dicti modi, seu viæ unionis non possunt plene concludi & tractari, vel executioni mandari; tunc ad hæc & ad alia pro utilitate Ecclesiæ statuenda, præsens Concilium debet prorogari ad aliquod breve tempus, in loco habili & decenti, & ex nunc locus & tempus declarari. Et ad redimendam vexationem multorum possunt eligi aliqui de qualibet natione, in quos possit transferri tota auctoritas Concilii generalis, sicut alias similiter legitur esse factum.

Exinde statuende essent remedia, quibus provideretur, quantum patitur humana providentia, quod in futurum non fieret tale schisma ex similibus occasionibus & causis radicalibus, ex quibus hoc nefandum schisma ortum dignoscitur habuisse. Et hæc materia, ubi opportunum fuerit, poterit latius declarari.

De præmissis recipiantur illa, quæ nunc videbuntur expedire. Præmissis autem expeditis in sessionibus sequentibus, si interim duo contendentes non se subjiciant rationi, tunc agendum erit non solum ad confirmationem Concilii Pisani, sed & aggravationem &c. sicut aliqui scripserunt.

Ex Citato Vindobonensi MS.

Confirmata mollis via invitandi duos Pontifices Gregorium & Benedictum ad spontaneam cessionem. Schedula præsentata D. nostro Papæ Johanni XXIII. super uno articulo supra scripto quinto &c.

Ad humilem instantiam sacri Concilii Dominus noster Papa posset induci ad statuendum in prima sessione: quod quicumque electus vel eligendus &c. prout in alia schedula præcedenti tangitur. Ad hoc statuendum venirent sequentes rationes.

Primo, licet multis videatur, quod de rigore juris & justitiæ sententia Concilii Pisani lata contra duos contendentes deberet aggravari propter ipsorum longævam contumaciam &c. ut pia mater Ecclesia ostendat, se non velle a rigore incipere, sed a mansuetudine, nec velle claudere ostium misericordiæ, nec præcludere viam pacis, gratiæ & concordiæ, est potius ad tempus & præcipue in principio Concilii mitius agendum.

Item, quod etiam non claudit Ecclesia gremium redeunti. Hoc autem statutum non fieret simpliciter sed ut sub conditione redirent. (*Additio Cardinalis in margine*. Ratio fundamentalis omnium sequentium articulorum est hæc. Quia licet simoniace pactisare cum hæretico sive cum catholico non sit licitum, tamen per media licita alliciendi sunt, & inducendi ad bonum pacis & concordiæ, & non solum contendentes, & eorum obedientes, sed & Græci, aut quicumque minus vel magis hæretici & schismatici, ut ad gremium redeant Ecclesiæ, statuendo per modum decreti, honoris, & bonorum temporalium ac vitæ necessariorum provisionem rationabilem, maxime ubi via reductionis ipsorum alias est difficilis, nec verosimiliter possibilis. Et oppositum hujus dicens derogat sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum sanctionibus, sicut in quibusdam lucide demonstratur sequentibus, & infrascriptis.)

Item, quia ad extirpationem schismatis, priusquam procedatur de facto per viam belli, contra dictos contendentes, & ipsorum adhærentes, tentandæ sunt viæ rationabiles pacis. Unde dicit sententia Apostolica: *Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete.*

Item, quoad reductionem dictorum contendentium & suorum adhærentium ipsi sunt per media licita inducendi. Hoc autem statutum esset medium ad hoc licitum & honestum, ut antequam tractaretur cum ais, & Ambaxiatoribus suis, fieret mentio ad tollendum omnem speciem mali, & omnes occasiones sinistræ suspicionis, videlicet de Simoniaco tractatu &c.

Item, quia licitum est redimere vexationem. Magna autem esset vexatio nostra in ejectione dictorum contendentium per viam facti. Quare &c. (*Additio marginalis Cardinalis C.* Nam in multum minori causa, videlicet tuitionis patrimonii Ecclesiæ temporalis. infinitas vexationes non solum inutiles, sed & damnosas, impugnando adversarios Ecclesiæ, dicta Ecclesia sustinuit miserabiliter & suscepit.)

Item, quia juxta parabolam Evangelicam bonus Pastor debet quærere ovem perditam & propriis humeris reducere ad ovile. (*Additio in Margine*. Propriis humeris, i. e. proprio labore corporali, & damno temporali.)

Item, quod pius medicus ægroto etiam renitenti debet salutaria remedia præsentare. Et quandoque prodest suavis medicina, ubi fortior obesset, & contra. (*Additio Marginalis*. Nam juxta dictum Christi, *non est opus sano medicus, sed male habenti*. Consideret igitur medicus, quod non proficiente fortiori lenior applicetur ægrotantibus, & viceversa.)

Item, licet hoc sit, non tamen in favorem dictorum contendentium, sed magis in favorem Regum & Principum, ac aliorum eis obedientium, qui eorum seductione decepti, non sunt de veritate & justitia Pisani Concilii plenarie informati. Unde sperandum est, quod ipsi videntes hanc mansuetudinem sacri Concilii, sed ab illorum obedientiis abstrahant, in casu, in quo nollent illud exequi, ad quod juramento & voto teneantur, ante Concilium Pisanum obligati.

Item, ad dictam ipsorum reductionem multum operaretur, quod Dominus noster in hac prima sessione offerat se voluntarium & paratum, non solum ad extirpandum præsens schisma, sed etiam sanctorum Patrum sequendo vestigia ad providendum & statuendum remedia, quibus provideretur, quod in futurum non fieret tale schisma ex similibus occasionibus, vel radicalibus causis, ex quibus hoc nefandum schisma ortum habuisse dignoscitur.

Et nunc ad præmissa tractanda & avisanda darentur ex parte Concilii Deputati.

Ex Citato MS. Vindobonensi.

Conclusiones Cardinalis Cameracensis cum quibusdam additionibus.

Quia secundum divinam Scripturam super *omnia vincit veritas*, & sæpe victoriosius vincit, quando fortius impugnatur: ideo cum quidam sacræ paginæ Magister per se, vel sibi in hoc adhærere volentes, veritatem quarumdam Conclusionum, in hoc sacro Concilio alias ex parte quorum- (Vide supra p. 24.)

ANNO CHRISTI 1414.

rumdam prælatorum & Doctorum propositarum, elucidare cupiens, quasdam Conclusiones illarum roborativas probare, & defendere obtulit ad præsens, deliberationem Concilii super his humiliter requirens: Quarumdam conclusionum additiones virtualiter ponuntur in margine Conclusionum Doctorum præmissorum, scilicet, primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & sextæ.

Vide supra p. 24.

Septima Conclusio. Licet Concilium Pisanum probabiliter credatur repræsentasse universalem Ecclesiam, & vices ejus gessisse, quæ Spiritu Sancto regitur, & errare non poterit: tamen propter hoc non est necessario concludendum, quod a quocumque fideli sit firmiter credendum, quod illud Concilium errare non potuit. Cum plura priore Concilia fuerint generalia reputata, quæ errasse leguntur. Nam, secundum quosdam magnos Doctores, generale Concilium potest errare non solum in facto, sed etiam in jure, & quod magis est, in fide. Quia sola universalis Ecclesia hoc habet privilegium, quod in fide errare non potest, juxta illud Christi dictum Petro, non pro se, nec personali sua fide, sed pro fide universæ Ecclesiæ: *Petre, non deficiet fides tua.*

Octava Conclusio. Licet Concilium Pisanum, & sequens Concilium Romanum, ac deinde præsens, non fuit proprie & simpliciter unum: tamen bene proprietate similitudinis loquendi, sicut Ecclesia militans dicitur una a principio Mundi usque nunc, vel sicut fluvius Rheni unitate continuationis est idem fluvius, qui fuit a centum annis, licet forte nulla gutta aquæ, quæ tunc fuerit, ibidem nunc remanserit. Et hæc diversitas magis est verbalis, quam realis, & magis puerilis quam doctrinalis.

Duodecima conclusio (quia mediarum conclusionum insertio per modum postillarum in margine præcedentium Conclusionum alias ponuntur) est talis. Prædictæ conclusiones, salvo oppositum tenere volentium reverentia, favent unitati, puritati, firmitati, ac justitiæ Ecclesiæ, & veritati fidei. Nam rigorem justitiæ temperant, & moderantur per mansuetudinem misericordiæ. Sed conclusiones contrariæ oppositum faciendo videntur favere schismati, & sapere fautoriam hæreticæ pravitatis.

Ex MS. Vindobonensi.

Absentiam duorum Pontificum Gregorii & Benedicti non obstare tractatibus Concilii, legatosque eorum ad Concilium esse admittendos, ac in eo audiendos a Cæsare, in principio Concilii proposita Declaratio.

Sciendum, quod præsens Concilium non solum auctoritate Papæ vel sedis Apostolicæ vocatum est, sed etiam ad instantiam Regis Romanorum, qui censetur Ecclesiæ Advocatus, cujus incumbit officio, in tanta necessitate providere.

Unde legitur in historiis, quod tempore Gregorii XII. & Clementis II. fuit schisma Ecclesiæ, ex quo multa scandala secuta sunt. Propter quod Henricus Imperator congregavit Concilium generale, non vocatis Papa & Cardinalibus, quia erant discordes. Et tamen, quod ibidem ordinatum fuit, valuit, & in ecclesia observatum est, non obstante absentia Cardinalium & Papæ.

Quare a fortiori in isto casu, non obstante duorum contendentium absentia, poterit utiliter Ecclesiæ provideri per præsens Concilium tam solemniter convocatum.

Item, ex dicto exemplo hujus Imperatoris patet, quod illa juris communia, quibus probatur, quod solus Papa potest Concilium celebrare generale, non sunt sic generaliter intelligenda, quin recipiant exceptionem in quibusdam specialibus casibus, sicut in præsenti est casus schismatis. Propter quod si Papæ vocanti Concilium universaliter non obedietur, tunc causa necessitatis, potest ab Imperatore vocari, vel a Cardinalibus, aut, eis negligentibus, ab aliis, sicut fuit in Pisano Concilio declaratum.

Item, quamquam ab aliquibus XXII. schismata numerentur, tamen istud ultimum quocumque alio diutius & obstinatius perseverat. Et ideo, si unquam licuit Imperatori, vel Cardinalibus pro aliquo schismate extirpando evocare Concilium, nunc maxime licet. Et in hoc ceteri Reges & Principes Christiani sibi debent efficaciter assistere. Alioquin non erit finis malorum, & per amplius crescent zizania & scandala. Quia licet non reperitur aliquod schisma sine Concilio fuisse sublatum, quanquam ecclesia sub aliquo schismate collapsa legitur, nunquam tamen propriis eleri viribus sine Principum sæcularium speciali auxilio est erecta.

ANNO CHRISTI 1414.

Ex quibus patet, quod dictus Rex potest & debet dare audientiam Ambaxiatoribus duorum contendentium, seu quorumcumque Principum vel Prælatorum suarum obedientiarum, convocatis ad hoc Prælatis, & aliis in hoc Concilio præsentibus.

Item, potest & debet rogare & requirere præsens Concilium, quod nihil innovetur circa Pisanum Concilium, ipsum confirmando, approbando, vel aggravando, nisi tribus conditionibus prius observatis, de quibus alibi habetur, & etiam sequuntur in hæc verba.

Primo, nisi præsens Concilium fuerit de omnibus Nationibus publice congregatum.

Secundo, nisi prius fuerit plene, & mature deliberatum super oblatis, & offerendis per dictos Ambaxiatores: & illa communicentur per singulas Nationes.

Tertio, nisi dicti contendentes, aut ipsorum Ambaxiatores, vel obedientiæ, obstinati recusent communem viam rationabilem, eis oblatam, vel offerendam pro extirpatione schismatis & conclusione integræ pacis Ecclesiæ universalis. Alioquin per assertionem contrariam datur via perpetuationi schismatis præsentis.

Rationes autem ad præmissa poterunt allegari. Ex quibus patebit, quod Ambaxiatores dictarum obedientiarum non sunt refutandi; sed magis omnibus licitis modis alliciendi ad dictam pacem, juxta illud Apostoli: si fieri potest &c.

Ex Collectione Barberiniana,

Postmodum venit rex Romanorum in nocte Dominicæ Nativitatis: & post illius adventum etiam qui veniebant nuntii Angeli, & Petri de Luna, quorum aliqui erant anticardinales, magna altercatio fuit, si permitterentur ingredi cum rubeo cappello, & pro bona parte obtentum quod sic, & ita ingressi sunt.

Ex MS. duobus a Schelstrate.

Initio Januarii, anni MCCCCXV. a Rex Romanorum.

Ultimo petit Dominus *a* rex, per consilium sibi consuli acceleratum responso, quid aut qualiter respondere debeat nunciis Angeli Corario ad petita in scriptis, & in præsenti cedula, quam * V. P. assignari mandavit designata, ut supra in alio folio & fine alterius marginis. Ex qua quidem cedula variæ inter dominos sententiæ & disceptationes ortæ sunt. Alii quidem asseruerunt, salvum conductum liberum iis esse dandum, & licentiam fratri Joanni Dominici concedendam, cum cappello rubeo ingrediendi: & hujus sententiæ fuit reverendissimus dominus D. Petrus tituli sancti Chrysogoni presbyter cardinalis Cameracensis, & quidam alii. Alii vero asseruerunt, quod nedum licentia cum cappello rubeo ingrediendi Constanciam tribuenda erat prædicto fratri Joanni Dominici: immo ne ipse suus collega, nec Oratores Petri de Luna audiendi erant; & per consequens salvum conductum eis dari non debere, maxime cum per responsiones Petri de Luna, & Angeli Corario factas eidem domino regi Romanorum, non constaret de aliqua bona intentione ipsorum ad unionem ecclesiæ sanctæ Dei: immo per eorum responsiones præsumi poterat, quod Oratores prædicti non veniebant nisi ad cavillandum, subterfugiendum, & tergiversandum, ac impugnandum sacrum Concilium Pisanum: nec erat conveniens, quod onus qui erat schismaticus & hæreticus, & ab ecclesia præcisus, videlicet frater Joannes Dominici admitteretur ut cardinalis in loco Concilii: & hujus sententiæ fuit reverendissimus dominus D. Antonius tituli sanctæ Cæciliæ presbyter cardinalis de Challant. Quamquam

* *Vestris Paternitatibus.*

ANNO CHRISTI 1415.

quam autem variæ super prædictis essent sententiæ, pro majori tamen parte in hoc convenerunt, quod salvus conductus petitus eis dari deberet: nihil tamen illo mane sapas hoc conclusum exstitit, propter varias opiniones & sententias congregatorum.

Die Martis XXIX. mensis Januarii, dominus frater Joannes Dominici tituli sancti Marci presbyter cardinalis Ragusinus, ut cardinalis, & cum cappello rubro, medius inter dominos ducem Bavariæ & ducem Bigæ, ac dominus Joannes electus Constantinopolitanus in habitu prælati cum cappello nigro, sic in obedientia Gregorii nominati; sequentibus eos dominis Wormaciensi, Spirensi, & Verdensi episcopis in obedientia dicti Gregorii a persistentes, qui omnes prædictis legatis dicti Gregorii extra Constantiam obviavarant, civitatem Constantiæ sunt ingressi; in conventuque Eremitarum sancti Augustini, qui pro habitatione Gregorii & suorum assignatus fuerat, collocati sunt.

a Forte, persistentibus.

Ex Collectione Barberiniana.

Venit etiam dux Bavariæ Ludovicus obediens Angelo Corario dicto Gregorio: & tandem coram rege Romanorum nuncii Angeli 1 proposuerunt publice; & in effectu fecerunt se fortes de vie cessionis pro domino suo, nullum tamen mandatum ostenderunt.

MS. Vindob. hoc loco ista inserit.

Schedula oblata per legatos pro Gregorio XII. Papatu abituro.

AD laudem & honorem omnipotentis Dei, pacem & consolationem totius populi Christiani, salutemque animarum, & hujusmodi pestiferi schismatis faciliorem & totalem exstirpationem, exemplum humilitatis Christi insequentes, nos Gregorius, divina disponente clementia Papa XII. viam cessionis Papatus, cui Christo favente juste præsidemus, Petro de Luna & Balthasari Cossa, jus in dicto Papatu licet indebite prætendentibus, ex nunc pura & sincera intentione offerimus, per nos aut procuratores nostros ad hoc sufficienter & irrevocabiliter constituendos, juxta determinationem Concilii, per regiam majestatem de omnibus obedientiis & nationibus in hoc schismate in civitate Constantiense congregati, dicto Balthasare, qui a nonnullis Joannes XXIII. nuncupatur, non præsidente, nec interessente, cum effectu perficiendam, præfatis Petro de Luna & Balthasare Cossa idem facientibus. Et etiam in casu quo illis vivis vel mortuis, vel uno eorum vivo & altero mortuo, eorum obedientiæ ad unicum & indubitatum pastorem, nobis renunciantibus, & non alias, se reducere vellent, & contra præmissa non venire, Deo & ecclesiæ sacrosanctæ, cui præsidemus, promittimus & vovemus, litteras sub bulla nostra præfatis Petro & Balthasari, ac etiam regibus, ducibus, principibus, & universitatibus, ad ordinationem præfati Concilii dirigendas, concedendo.

Ex Collectione Barberiniana; & ms. Vindob. Cæsareo.

Consequenter auditi sunt nuncii Petri de Luna, qui nihil aliud ostenderunt nisi conventionem regis Romanorum cum rege Arragonum: quia P. de Luna & rex Romanorum, ut dicebatur, petiverant & nominaverant locum Niciæ & tempus in Aprili proximo: quibus nihil adhuc est responsum.

Ex MS. Victorino.

Et proposuerunt, ut sequitur.

Quia vestra Regia Celsitudo, inspirante Deo, concepit procurare pacem ecclesiæ, & ad tam sanctum opus intendere incessanter, ut fama communis habet, oramus supplicantes, quatenus cum omni modestia, & suavitate, caute, & sollicite quærat conservare media convenientia, ad ipsam pacem salutifere, pure, & veraciter consequendam: alias timendum est, quod sequantur multa mala pejora prioribus, quæ erunt perpetuatio schismatis hujus maledicti, quod ultra divinam offensam, & detrimentum animarum fidelium, esset non parvum opprobrium vestræ Regiæ Majestati. Unde ad obviandum præmissis scandalis, & promovendum salubriter effectum saluriferæ unionis, cum honore & reverentia vestræ Majestatis loquendo, attentis & consideratis iis, quæ per nos nuper fuerunt proposita vestræ Regiæ celsitudini, super mutua visione vestræ Regiæ Majestatis cum SS. D. N. Benedicto XIII. videtur nobis Ambaxiatoribus suis, quod vestra Regia Majestas debet nos in nostra petitione favorabiliter & efficaciter exaudire, propter rationes sequentes.

Primo, quod cum Imperialis Majestas per Nuncium suum D. Ottobonum, ipsam mutuam visionem ab ipso D. N. Papa, & D. rege Arragonum simul requisivarit, necessarium arat quod simul ipsi deliberarent de materia tractanda, de loco, & tempore, & maxime cum offerantur loca multum remota, & in aliis qualitatibus evidenter difficilia, tantorum Dominorum statu, & conditionibus, ac quibusdam aliis circumstantiis diligenter inspectis.

Secundo, cum per relationem dicti D. Ottoboni SS. D. N. D. Benedictus semper feceris diligentiam videndi se cum dicto D. Rege Arragonum, ut vestræ & suæ quoad hoc satisfaceret voluntati, nec remansit per eum, de festinando & accelerando negotium, prout dictus D. Ottobonus fuit publice & veridice confessus, non videtur honestum Imperiali Celsitudini effectum exauditionis denegare, quia dicta impedimenta oon fuerunt exquisita, sed talia, quod omnis homo naturaliter ille expavescere debuit, quoniam ultimum terribilium est mors, quæ nulli parcit sexui, vel ætati.

Tertio, multum debet ponderare vestra regia celsitudo, quod tales & tanti alii, in quibus stat, & dependet exsequutio tanti boni, veniant deliberati conferre, & concludere cum Majestate vestra de tali, & tam difficili materie, in qua non debuerunt inconfuse procedere, quoniam divinaadjutorio mediante, fructum quem quærit nobis pariet, Ecclesiasticam unitatem.

Quarto, quicumque mali homines falso, perperam, & inique dixerunt contra SS. D. N. in ista materia, imponendo sibi, licet falsissime, quod quærit diffugia, super quo tamen extensius vestrana Serenissimdam Majestatem vivæ vocis oraculo intendimus informare, nullus tamen sanæ mentis debet nunc præsumere, quod si vellet diffugia quærere, assentiret se cum talibus, & tantis Principibus super hoc negotio affrontate: ad quorum voces totus mundus contra eum insurgeret, ubi delatorie vellet procedere in agendis circa materiam prædictam.

Quinto, si veraciter & sinceriter pacem Ecclesiæ quærimus, certum est, quod super omnes Clericos mundi Sanctitas sua plus scit, & scire debet, proh dolor! in facto schismatis, in quo pendent leges & prophetæ, quam omnes homines mundi, & quoad damnatum initium, & quoad ejus totalem radicem, tanquam ille, qui circa hoc plus ceteris hominibus diutius & ferventius laboravit, sicut etiam ex debito pastoralis officii præ ceteris obligatur. Unde non dicimus usque Niciam, sed revera ab Oriente in Occidentem deberet vestra Majestas proficisci, ad viden-

1 Die nempe 25. Januarii in Congregatione ex Nationibus Deputatorum, præsente Cæsare Sigismundo in illius palatio.

ANNO CHRISTI 1414.

videndum tantum thesaurum, & discutiendum cum eo, de modis servandis, de necessitate inevitabili, ad hoc quod Ecclesia Dei suam pacem veraciter consequatur. Quod mysterium, licet multi clament, & obloquantur, illud tamen pauci intelligunt & attingunt. Non ergo expedit Ecclesiæ personam tam necessariam a tanto negotio excludere, quæ possit cum Serenitate vestre conferre, & audire vestras saluberrimas vias proveniendo ad unionem Ecclesiæ.

Sexto, in vestra exauditione vitetur nota particularitatis, quam summe vitare debet vestra Serenitas, si vult esse in tam sancto negotio mediator,

Septimo, per istam mutuam visionem datur SS. D. N. Papæ clarior & apertior modus recipiendi confidentiam in ista materia, & in aliis reformationem Ecclesiæ concernentibus, de Celsitudine vestre.

Octavo, est ipsa veritas, quod nostra Sanctitas multum adipirat ad expurgationem Infidelium: & consimiliter D. Rex Aragonum, & sic sunt in hoc omnino conformes intentioni vestræ; ex quo si vos personaliter, & præsentialiter videretis, poterunt inter vos recipi multa laudabilia appunctamenta ad exaltationem fidei Catholicæ, depressionem, & conculcationem Infidelium utrorumque spiritualium, & temporalium.

Nono, certum est, quod per istam mutuam visionem, suavius, dulcius, & melius procurabitur pax Ecclesiæ, quam si Domini hic congregati in præsenti civitate Constant. ad alias novitates procedant; quoniam novitates odium pariunt, atque discordias, quemadmodum, proh dolor? experientia nos informat; quoniam talia possent hic fieri, quæ non solum difficile, immo difficillimum esset unquam illo tempore Ecclesiam Dei reunire.

Decimo, inter alia, quæ contra gesta & facta in civitate Pisana obfuere Ecclesiæ, ponuntur, hoc est unum gravissimum præcipitatio, quæ multum debet a V. M. vitari,

Undecimo, attenta antiquitate sufficienti, providentia, & longa experientia SS. D. N. Papæ, de multis poterit V. M. conferre cum eo, super reformatione temporalis Imperii, quæ non modicum erunt utilia, nec dum in partibus Alemaniæ, aut Italiæ, immo alibi, ubi jura Imperii sunt, & fuerunt diutius occupata.

Et ultimo, si bene consideretur excellentia partis Christianitatis, quæ veritatem, & justitiam, ac obedientiam filialem D. N. Papæ sequitur, videbitur perfecte, quod non est parvi pendenda, in deliberatione recipienda, & super modum tenendum ad dandam pacem Ecclesiæ, tam ex parte capitis, quam ex parte membrorum. Hoc est enim notorium, quod una ex insignioribus personis Ecclesiasticis, quæ fuerunt in mundo nostris temporibus, etiam circumscripto Papatu, in scientia, providentia, & vita, est D. N. Papa, etiam testimonio suorum adversariorum, & est notorium, quod Regna Castellæ, Hispaniæ, Navaræ, Aragoniæ, Siciliæ, Valentiæ, Maillarquiæ, Minorquiæ, Marciæ, Scotiæ, & Sardiniæ, Ducatus de Monthlanc, de Neupatria, de Corsega, Principatus Cathaloniæ, Comitatus de Barceno, de Rosillo, de Cerdania, de Dempurias, & aliæ notabiles Nationes, Capitaneatus de Cap. de Creux, Præceptoria de las Anguillas sibi obedientes, tam in excellentia Principum, quam in copiosa, & insigni multitudine Baronum, nobilium Comitum, & etiam Clericorum utriusque facultatis hodie in toto orbe refulgent.

Etsi dicatur, quod obstat præsentia tantorum Dominorum hic congregatorum, evidens & rationabilis responsio est in promptu: quia videlicet ad providendum hinc inde salubriter possunt Domini hic congregati eligere certas personas prudentes, sufficienter Deum timentes, & ad pacem Ecclesiæ pure affectatas, quæ haberent potestatem debitam ad faciendum nomine omnium hic congregatorum, & etiam congregandorum de parte ista omnia, quæ essent utilia ad unionem Ecclesiæ consequendam, & illi expectarent hic, vel alibi, ubi deliberarent esse utilius, aliis licentiatis ut ad propria redirent; præsertim quia non quæritur dilatio longa, sed solummodo per duos menses, usque per totum mensem Aprilis, quoniam scit bene Serenitas vestra, quod si semel fuerint cum D. N. & D. Rege Aragonum, nunquam ab invicem detur, donec conclusum sit, Deo propitio, sic & taliter in isto negotio, quod infallibiliter, infra brevissimum tempus dabitur unio perfecta populo Christiano, vel saltem scietur ab experto, quod ex parte D. N. non provenerit; sicut, Deo teste, non remansit, quominus salutifera pax habeatur,

Quare cum iste modus procedendi sit honestus, securus, utilis, atque justus, dignetur regia vestra Celsitudo, illum tanquam per nos oblatum efficaciter suscipere, & nos celeriter & favorabiliter expedire: ut visione ista inclusa SS. D. N. Papa possit se disponere ad accelerandum adventum suum, pro quo indiget de galeis & aliis diversis necessitatibus necessario providere; nosque parati sumus firmare cum vestra celsitudine, quod ipse, vita & salute comite, erit in Portu Villæ-Francæ, juxta civitatem Niciæ ad tria milliaria per totum mensem Aprilis, immediate sequentis.

Ex collectione Barberiniana; & Manuscripto Vindob. Cæsareo.

Post hoc dux Bavariæ Ludovicus coram rege Romanorum & pluribus prælatis, & aliis, publice proponi fecit 1 contenta in cedula, cujus tenor sequitur.

Si placet regiæ majestati, & aliis ad quos spectat, ingredi tractatum amicabilem super via cessionis, quæ videtur etiam placere multis de diversis obedientiis hinc & inde: tunc illustrissimus princeps dominus dux Ludovicus & prælati de obedientia domini Gregorii Papæ XII. hic præsentialiter in Constantia existentes cum R. P. cardinali & patriarcha & nuntiis Apostolicis sufficiente mandato ad hoc, ut creditur, fulcitis, volunt dare omnem, quam poterunt, operam, quod per eam effectualiter procedatur: & si per practicam forsan deveniretur in illa via ad aliquam conclusionem unionis, ad quam secundum circumstantias tunc adhibendas forte mandatum domini domini Gregorii Papæ videretur aliquibus non sufficere usquequaque, tunc dominus dominus dux Ludovicus & prælati de obedientia domini domini Gregorii, sperant se obtenturos plenius & uberius mandatum in brevi temporis spatio ab eodem: sicque per Dei gratiam dominus Papa Gregorius per ejus nuntios, per dominum Ludovicum & prælatos prædictos non stabit, quominus per illam viam habeatur sincera & integra unio, & unicus indubitatus pastor ecclesiæ sanctæ fidei. Insuper prælati, doctores, & magistri de præfata obedientia domini Gregorii hic Constantiæ præsentialiter existentes ad honorem Dei omnipotentis pro reverentia Cæsarei culminis, & zelo unionis ac ecclesiæ reformationis, juxta desiderium regiæ majestatis, se offerunt & exhibent una cum aliis reverendis et venerabilibus prælatis, nuntiis, doctoribus & magistris in Constantiensi Concilio per majestatem regiam, & in ejus præsentia congregato pariter pro rata & statu suo, & cujuslibet eorum deliberare, tractare & conferre de omnibus mediis & viis sinceræ & integræ unionis ecclesiæ sanctæ Dei; necnon reformationis, aliisque materiis, sive negotiis in dicto Concilio agitandis usque ad conclusionem inclusive: sic tamen quod ille qui de nonnullis vocatur, Joannes XXIII. non præsideat, nec intersit in Concilio eodem: immo omnis obligatio per personas Concilii sibi specialiter facta, quoad tractanda in Concilio relaxetur; libertas conferendi, loquendi & tractandi de singulis nullatenus impediatur, & vota omnium & singulorum sint libera atque pura. Causa quoque unionis ecclesiæ per idem Concilium ante ejus dissolutionem, aut separationem diffiniatur. Et dominus Papa Gregorius XII. per regiam majestatem de consensu Concilii, & per dictos

1 Die 26. Jan. an. 1415. in Congregatione generali, præsente Cesare Sigismundo.

ANNO CHRISTI 1414.

dictos sibi obedientes ex nunc caritative cum instantia debita requiratur, & pie in Jesu Christi visceribus exhortetur, & infra certum terminum competentem per Concilium statuendum personaliter veniat, aut plenum & sufficiens mandatum mittat ad allegandum: si placuerit, jura sua, ac ad determinationem dicti Concilii, ut præmittitur, acquiescendum. Et sive aut dominus dominus Gregorius comparuerit, aut mandatum hujusmodi miserit, sive non, dicti tamen sibi obedientes ut sic volunt acquiescere determinandis Concilio in eodem.

Qua cedula publicata, cardinalis sancti Marci, videns quod ostium apertum esset in Domino, quod tamen nullus volebat, aut audebat ingredi: & turbationes essent inter Papam & regem, & quod de unione erat silentium: Anglici etiam & Poloni venerant, qui proponendo multa dixerant de pace ecclesiæ, sed nihil expresse: cedulam composuit, quam dedit domino cardinali Cameracensi, qui laudavit & approbavit illam. Et factum est quod venit ad manus regis: quam magna exultatione receptam statim misit transcriptam ad omnes congregationes omnium nationum. Et illam favorabiliter receperunt, & publicata est usque ad domini Papæ notitiam; ex qua multa animorum plurium turbatio sequuta est, & aliis generata lætitia. Et scivit dominus Papa quod dictam cedulam fecerat dominus cardinalis sancti Marci, unde maxime turbatus fuit, & cardinalem odio habuit: idemque cardinalis hoc audito Papam adivit, & illam fecisse pro pace ecclesiæ asseruit, & non negavit. Tenor autem dictæ cedulæ talis est.

In generali Concilio Constantiensi duo sunt agenda principaliter, & ad hoc est congregatum.

Primum de pace & unione perfecta ecclesiæ. Secundum de reformatione status ecclesiastici.

Ad pacem & veram unionem ecclesiæ sublato schismate, plures modi dudum exagitati sunt ante Pisanum Concilium.

Primus per reductionem non obedientium. Secundus per discussionem, & determinationem juris contendentium. Tertius per cessionem utriusque contendentium.

Et notandum est, quod ante Pisanum Concilium duæ primæ viæ, tanquam pene impossibiles attentatæ non fuerunt, sed sola via cessionis. Et quia duo contendentes illam viam per eos approbatam & juratam amplecti cum effectu noluerunt, sed colludendo tergiversati sunt, fuerunt dejecti & condemnati & alius electus.

Et licet qualibet obedientia suum indubitatum teniet; fuit tamen visum utrique obedientiæ, quod attento schismate scandaloso, pro danda pace ecclesiæ, quilibet cedere teneatur, & ad hoc compelli poterat per Concilium generale.

Nunc autem videndum est, per quam istarum viarum, vel aliam, rebus stantibus, ut sunt, pax dari posset ecclesiæ, utrum per viam reductionis. Et videtur quod maxime, quantum ad Hispanias, & Petrum de Luna similis sit difficultas, quæ erat ante Pisanum Concilium, immo forte major; quia in prima ante Pisanum Concilium nulla condemnatio erat facta, quare cum minori ignominia & per consequens una pars facilius se reduxisset ad alteram; nunc autem quia pars condemnata se reducens, clare videretur hæreticasse, nunquam est sperandum, quod se tali exponat infamiæ. De errore autem & sua obedientia licet minor sit, eadem tamen occasio impediret.

Secunda via discussionis & determinationis juris indubitatum est, quod condemnati & obedientes eis se nunquam submitterent, quia nullus esset judex nisi Concilium generale domini nostri, cujus judicium nunquam subvenit. Alium autem judicem dominus noster & sua obedientia non subvenit. Verum autem est, quod sicut respondit Angelus Corario, posset fieri Concilium omnium obedientiarum, cui omnes se submitterent, & per quod posset determinari, vel alia via media reparari; quod tamen difficillimum est, longum & laboriosum; tum propter electionem loci, ut patuit inter Petrum de Luna, & Angelum, tum propter contrarias voluntates, & facilem hominum ad dissentiendum voluntatem, & multa alia. Nec creditur, nec est verisimile, quod Petrus de Luna illam viam susciperet. Præterea turpe est & periculosum Pisanum Concilium in dubium revocare, & illud iterum judicio exponere.

Dicunt aliqui quod via belli reducerentur inobedientes. Hoc reputatur impossibile: tale enim bellum non fieri posset nisi per multos & magnos principes, & reges adversus alios, quod non est sperandum. Sequerentur præterea multa & infinita mala, quæ solent ex bellis evenire, & finis incertus.

Et si forte videretur possibile Angelum & Carolum Malatesta posse expelli per vim, * esse, quia Almani sibi obedientes non essent propter hoc subjugati: Præterea etsi essent, vel si reducerentur ad obedientiam per regem Romanorum, aut alios, non esset pax, nec unio ecclesiæ, restantibus Hispanis cum Scotia & aliis regionibus.

* f. tamen Almani.

Ex quibus videtur, quod neutra istarum duarum viarum sit aggredienda, stante alia quacumque facili & possibili; ultimæ cessionis fiendæ ab omnibus, quæ videtur facilis, & possibilis, & utilis ex multis causis.

Circa quam quæratur, utrum via cessionis, rebus stantibus, ut sunt, pro sequenda unione perfecta, sit aggredienda.

Secundo, utrum ad illam teneatur dominus Joannes, quia de aliis dicendum est, quod eis gratia fieret, si ad hoc admitterentur.

Tertio, si idem dominus nollet ad illam, rebus stantibus, ut sunt, posset legitime compelli.

Circa primam quæstionem ponitur talis conclusio. Omnis via per quam pax, & perfecta unio ecclesiæ evidenter potest provenire, est bona & utilis Ecclesiæ. Igitur aggredienda patet ista conclusio, quia finis & terminus pacis & unionis perfectæ est quærendus; ergo omnis via per quam clare potest perveniri ad finem & terminum, est quærenda.

Secunda conclusio, quod etsi plures viæ sint perveniendi ad finem & terminum pacis perfectæ ecclesiæ, illa tamen præeligenda est, per quam citius & facilius est posse ad finem & terminum quæsitum perveniri.

Ex istis præmissis infertur tertia conclusio, quod via cessionis ad proventum pacis & unionis ecclesiæ, etiam rebus stantibus, ut sunt, aggredienda est, & præ ceteris eligenda.

Patet, quia per illam citius & facilius est ad terminum pacis & perfectæ unionis ecclesiæ perveniri; quinimmo aliæ viæ propter difficultates, & alia plura desperatæ videntur.

Casum autem appetit, qui postpositis certis gradibus, per abrupta quærit ascensum.

At quod per istam viam cessionis possit ad pacem & unionem ecclesiæ perveniri, patet ex præsuppositis ante Pisanum Concilium, quod ipsa fuit illa via electa pro possibili, certiori & meliori. Si autem tunc per illam viam potuit ad pacem, & unionem ecclesiæ perveniri, quo tempore majus & fortius & magis radicatum erat schisma; multo magis nunc potest. O quam igitur felix & gloriosus apud Deum & homines foret verus pastor & papa, si per illam viam facilem pacem ecclesiæ & toti populo Christiano dari vellet, & illam gloriam suam non daret alteri, sed alterum præveniret!

Quarta conclusio est super secunda quæstione, quod ultimo stante in casu, in quo est manifeste summus Pontifex, quanto verior pastor est ecclesiæ, tanto libentius, ferventius & citius debet pro pace & unione ecclesiæ aggredi viam cessionis, & offerre. Patet conclusio ex dictis summi pastoris dicentis; *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*. Hæc igitur boni pastoris proprietas, ut animam suam ponat pro ovibus suis, quando opus est, si non ponit, non est bonus pastor. Si autem animam tenetur ponere, quod est vitam ponere, multo magis accidentia vitæ, bonorum, potestatem, dominatum, & hæc omnia, quæ si desiderantur, vana sunt, nec proprie aut juste assumuntur, aut ab invitis, quia * Veniat invitus, invitatus effugiat. Nec intelligere possum doctrinam Christi, de bono pastore, si attento statu ecclesiæ verus pastor pro pace ejusdem ecclesiæ cedere non teneretur, qui tenetur animam ponere. Probatur eadem conclusio, quod attento

* f. Quare venias multus &c.

statu

statu ecclesiæ summus Pontifex pro pace & unione ecclesiæ tenetur mortem non evitare, igitur nec cessionem. Tenet consequentia a minori ad majus; antecedens autem videtur esse de intentionn proprietatis pastoris boni, qui ponit animam pro ovibus.

Præterea miles armatæ militiæ tenetur non evitare mortem pro republica: igitur nec miles Christi; plusque tenetur sequi Christum Christi vicarius, quam alius eo inferior: tum quia immediatus, tum propter exemplum inferiorum, quos tenetur verbo & exemplo instruere, quia Jesus incepit primo facere, postea docere.

Præterea probatur ex auctoritate gestorum ante Pisanum Concilium, quo fuit conclusum, ambos contendentes debere cedere: Igitur nunc: cum similis sit ratio, ut supra probatum est.

Tertia conclusio est ad tertiam quæstionem, quod ettenro statu ecclesiæ in omnibus, quæ omnia non exprimuntur de præsenti, summus Pontifex & pastor ecclesiæ pro pace & unione ecclesiæ posset compelli offerre cessionem conditionaliter, si alii velint ab occupatione desistere, & conditione cum effectu ut quod cedant* purificata cedere. Patet conclusio: quia ex præmissis tenetur ad hoc; igitur compelli potest, si recuset, hoc est, juberi ut faciat: ut si non paret, compelli: ut non permittat Dei ecclesiam lacerari: quia qui restituere jussus jussioni non paret, manu militari auferatur ab eo, aut aliis modis, quibus quis compellitur ad factum: & si non paret, deponi, tanquam scandalizans ecclesiam Dei, quam ipse custodire & tueri tenetur: Quia quod alium facientem prohibere ex officio necesse habet, hoc ipse committere non debet, & committendo gravius punitur. Nec dubitandum quin generale Concilium sit judex competens in hac parte; alioquin Pisanum Concilium viribus non subsistere, in quo eadem auctoritate, & ex eisdem causis radicalibus fuit judicatum. Nec immutat auctoritatem perjurium contendentium: quia si propter crimen fuerunt damnati, timendum est magis nunc: multisque aliis rationibus de jure divino, naturali & humano fundari potest generale Concilium: & est superius Papæ in his, quæ concernunt universalem statum ecclesiæ, ut in casu præsenti, & aliis pluribus. Videtur tamen, quod a sic & præmissa vera sint, mitius tamen ab initio agendum est. Ultimo quod humiliter & devote exponatur serenissimo domino nostro Joanni vero & summo pontifici, & gregis dominici pastori, quatenus dignetur sua sanctitas veri & pii pastoris supra suum gregem oculos aperire; considerare quantis rapacium luporum morsibus exponitur: quod oves devorare quotidie permittit, quinimmo & perpetuæ subversionis subjacet grex Domini periculis: cum & per tales divisiones ecclesia jam schisma Græcorum tot annis sustinuerit. Nec minus in præsenti periculum imminet Hispaniarum; quæ non est minor Christianorum portio, quam Græca Christiane; insuper & multarum gentium Germaniæ & Italiæ: quamque monstruosum est in uno ecclesiæ corpore tot apparere capita: digneturque non dictam, ut tenetur, animam, & vitam ponere, immo & membrum, aut quod minus est, officium membri, sed proprii corporis & animi parcens laboribus, quietem sibi parans, laudem, gloriam, & honorem Dei & hominum, præmiumque æternum acquirens, gregem sibi commissum a luporum morsibus liberare, sub unico ovili, & unico pastore ac duce, monstra hæc tollere per prædictam illam certam, facilem & honestam viam cessionis; & illam offerre, si alii gregis huius veraces velint etiam renunciare juri, quod prætendunt, & illam viam usque ad terminum per veros & sinceros tramites ambulare. Nec dubium, si ita faciat, pax dabitur universeli ecclesiæ Dei. Mentes enim omnium Christianorum secura tranquillitate gaudebunt: nec umquam auditus est virtuosior actus, nec ullius umquam Romani Pontificis major, celebrior, aut longævior fama, gloria, memoriaque manebunt; certusque esse debet quod pro statu suo ecclesie uberius providebit quam peteret: nec timor penuriæ status sui debet eum a tanto bono, a tanta gloria, tamque grandi præmio retrahere quovis modo. Quæ si recuset exaudire, consideret duos gregis Dei lupos quantis se pro causa similiter subjecerint scandalis, quæque sibi possunt opponi & finaliter evenire.

Contra quam cedulam, quæ incipit, In b generali, quidam adulatores, ut vere dicatur, scripserunt invectivas cedulas, ac nihil audentes asserere, dictaverunt per modum quæstionum. Tenores autem dictarum cedularum sunt tales:

Prima cedula.

Ut ait Tullius in libro de paradoxis, nihil est tam incredibile, quod dicendo credibile non fiat. Ideo ne per dicta aliquorum nefanda, quæ in callida subtilitate vergere videntur in ecclesiæ fidei detrimentum, credulitas infirmorum feriatur, non videtur superfluum repugnantiam istam dissolvere. Sed quoniam, ut docet Anselmus libro primo, cur Deus homo, cap. 1. quæ per investigationem, interrogationem, & responsionem investigantur, multis & maxime tardioribus ingeniis magis patent. Ea propter ad tenebrarum effugationem, quæ scrupulum induxerunt super faciem abyssi, & lucis serenationem, quædam proponantur quæstiones, ex quarum responsione veridice conscientiæ ignorantiæ nebulis confuscatæ serenabuntur.

An æquiparare hæreticis dominum Joannem Papam XXIII. canonicum & catholicum videatur sacro Pisano Concilio canonico, legitimo, stabili, & firmo in aliquo præjudicari.

An Papam dominum Joannem XXIII. tanquam canonicum recipere, & acceptare dictam æquiparationem procurantes, possint, seu valeant notari de fautoria schismatis & hæresis.

An hæreticus per ecclesiam canonice damnatus errorem suum non recognoscens, sed in sua permanens pertinacia, sit in petitionibus exaudiendus.

An Papa verus & canonicus de hæresi non infamatus, nec suspectus, possit contra ea, quæ sunt sui juris, ab aliquo compelli, vel arctari.

An solemniter non vere hæreticum tanquam hæreticum condemnantes, & dictam condemnationem justam & canonicam fore pertinaciter asserentes, hæretici sint censendi.

Secunda cedula.

Licet per doctrinam Apostoli ad Titum tertio capite, stultæ quæstiones sint evitandæ, tamen adversus garrulos ratiocinatores & latratores, & captiones, modus valet inquisitivus ad confutandum adversarios. Nam, ut ait Anselmus in tractatu de corpore Christi, cap. 1. obscurissimam determinate sententiam claram omnibus c conferimus Arianorum contentiones, & disputationes subtilissimæ. Et paulo post subjungit: Si, inquit, non coegisset necessitas de re, de qua quærebatur viros sanctos & eruditos altius aliquid sentire, & proferre, semper timidæ hominum mentes habuissent obscurum. Quamvis igitur per tempora multa quæstiones aliquæ e pluribus intactæ relictæ sint, eo quod non videbatur eis de illarum sententiis ambigendum; nunc autem e quibusdam eorum quæritur serenatio, & veritatis, quæ impugnetur, solidatio; unde per modum quæstionum tituli aliqui subsequuntur: licet ab aliis, qui sanos habent mentis oculos, minime dubitetur.

Sequuntur tituli quæstionum.

Si Concilium Pisanum fuit legitime & canonice convocatum.

Si Concilium Pisanum fuit rite & canonice celebratum.

Si duo olim contendentes de papatu fuerunt juste & canonice de eo ejecti & condemnati.

Si electio domini Alexandri Papæ V. fuit rite & canonice facta.

Si dicta electio ab illis qui fuerunt in Concilio, fuit legitime & canonice acceptata.

Si hæreticus declaratus & condemnatus per ecclesiam sit vero & indubitato summo Pontifici æquiparandus.

Si hæreticus non recognoscens errorem suum, sed permanens in sua pertinacia, in suis petitionibus injustis sit exaudiendus.

Si præ-

* f. cum effectu, quod cedant pure & libere.

a f. sint præmissa.

b Est ea supra, pag. 30.

c Forte, coegerunt determinare, &c.

ANNO CHRISTI 1414.

Si prælati, & officiales, & instituti a canonico & vero summo Pontifice in suis dignitatibus debeant permanere.

Si verus & canonicus Papa suspectus de hæresi contra jura, contre obligationes & promissiones sibi factas possit ab aliquo compelli, vel arctari contra ea quæ sunt juris sui.

Si solemniter condemnantes non hæreticum tanquam hæreticum, & dictam condemnationem asserentes pertinaciter fuisse & esse justam & canonicam, hæretici sint censendi.

Tertia cedula.

Via cessionis quæ domino nostro proponitur pro reformatione & unione unius, ac universalis pastoris, & indubitati, tanquam melior & brevior certis viis, quæcumque videtur esse, & est irrationabilis, & injusta plurimas propter causas: & hoc primo quoad Concilium Pisanum, & secundo quo in se & ad seipsam.

Primo quoad Concilium Pisanum est irrationabilis & injuste, quia est reprobativa, & annullativa ipsius Concilii Pisani: nam ex hoc quod S. D. N. per præsens Concilium inducitur ad cedendum, & cedere *a* statim datur intelligi, & monstretur, quod ipsum Concilium Pisanum fuit nullum & illegitime celebratum, & per consequens ipse dominus noster non esset verus Papa: & ideo tanquam injustus & non verus deberet cedere, sicut ille qui nullum jus haberet in papatu, & quem tale Concilium non poterat in verum Papam procreare, cum ipsum fuisset nullum.

Secundo per ipsam viam cessionis datur intendere & declarare, quod fuit inutile & superfluum in ecclesia Dei, *b* quantumque fuerit utilissimum. Nam per istam viam monstratur, quod non fuit verus Papa procreatus, * quod cedere: nec propter eliam causam, nisi ut cedendo faceret unionem: cum multo melius fuisset propter dictam viam exercendam consentire in unum duorum illorum contendentium, ed eumdem appropinquare, vel saltem alterum sic facilius flectere, ut reduceretur ad obedientiam, vel ed cessionem.

Tertio iterum datur intendere, quod per dictum Pisanum Concilium non fuerit unicum & indubitatum caput universalis ecclesiæ procreatum, sed potius schisma augumentatum, & errore multiplicatum cum tunc solum essent duo capita contendentia, nunc vero exstant tria. Et fortasse sermo sine omni dubio ex cessione Joannis per præsens Concilium, quod per omnia est imitativum vestigiorum Pisani, schisma augmentabile usque quartum, & semper vult procedere in infinitum, quod etiam animos fidelium cogitere est absurdum.

Secundo videtur, quod dicta via cessionis est illegitima & injusta quo in se, & ad se, & ad ipsam, multiplices propter ceusas. Primo, nam profecto velde injustum est & vere *c* obscurum, quod unus justus papa, & non condemnatus, nec pro hæretico declaratus, cedendo debeat se pariare cum injusto & condemnato ac per ecclesiam pro hæretico declarato, vel cum pluribus similibus, cum tales cedendo sciant manifeste nihil juris dimittere vel renunciare.

Secundo, si per istam viam posset ecclesia reformari in capitibus & in membris, inquam per cessionem, sequeretur quod omnia jura & omnia Concilie essent inutilia & superflua in ecclesie, non ut sic summo casu, vel justitie est summe dimittenda. Ad quid enim sunt jura adinvente, nisi ut inter rixantes pax & veritas declaretur; aliter enim, quid valeret, si suo loco & tempore non convenirent, aut non deberent effectualiter observari.

Tertio etiam videtur, quod vie cessionis sit frivola & injusta. Nam consideratis temporibus, atque rebus sicut nunc sunt, quod alter contendentium est absens, & alter cedere penitus ebnegat & recusat, quod per eam non reformetur integre ecclesia Christiana domino Joanne jam cedente.

Quarto, via cessionis videtur fore injustissima, cum nec ex jure divino obligatur, nec humano, quod condemnatus de una re quantumcumque etiam exigua seu ingente, rationabili tamen atque justa debeat suis juribus abnegare, & cedendo ea uni tertio resignare, qui nullum jus habebat in re prænominata, tanquam externus & alienus, & si *d* contrudendo augeretur custodia ex salvatione ipsius rei, quoniam ex visibilibus potius acquiritur meritum in persistendo, quam cedendo vel cessando.

Quinto, videtur cessio esse injusta *e* quia esset ex ipso Christo, nunquam crederetur fuisse & esse observata. Nam si tempore Christi multi pseudochristi surrexissent, quorum quilibet se dixisset esse Christum, & fuissent cum Jesu Christo pares in obedientia, nullo modo creditur quod ipse Christus cum eis viam subiisset cessionis, sicut nec unquam subiit, sed usque ad mortem constantissime servavit.

Sexto, videtur cessio esse crudelis, & maximæ crudelitatis sit qui negligit famam suam.

Septimo, via cessionis non epprobatur per illam viam evangelii qua dicitur: *Bonus pastor ponit animam suam pro ovibus suis*; sed potius approbatur illa quæ sequitur: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, cum videt lupum venientem, fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus*: nam ponere animam & vitam pro ovibus est quædam persistentia & virilis concertatio quæ pertinet ed bonum pastorem, sicut fecit David, cum eripuit agnum de leonis & ursi faucibus. Et sicut S. Thomas martyr Christi archiepiscopus Cantuariensis sanctum verticem scindi fecit, & dedit pro Christi ecclesie; sed cessio est quoddam aufugium retrocessio & declinatio a tali conflictu virtuoso, qui proprie pertinet ad mercenarium, qui cum videt lupum venientem fugit & retrocedit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. Sanctissimus autem dominus noster Joannes papa XXIII. suas oves congregans de universis Mundi partibus pro ecclesia Dei reformanda, dedit se in luporum manibus, quibus viriliter resistere debet etiam usque ed mortem, sicut in hoc sacro Concilio elucet evidenter.

Octevo, nec ista auctoritas evangelii approbat cessionem, que dicitur Christum nonaginta novem oves reliquisse in deserto, & institisse uni perditæ: aut de drachmis decem, qui licet filius Dei ad reinveniendam drachmam decimam, & ad recuperandam ovem centesimam de cælis descendisse, & in terris ex virgine humanitatem assumpsisse, tamen nunquam ejus divinitas, quæ erat in cælis, & in terris, creditur oves suas sine consolatione reliquisse, nec ita recessit ab eisdem, quod ipsemet ad illas nullatenus auxilium tulisset. Pastor autem ecclesiæ qui cedit, non hebet amplius spem redeundi: nihilominus eutem sanct. dominus noster papa Joannes XXIII. exemplo Christi descendit de Itelie ad Constentiam, reliquit idem suam almam urbem, ac totum patrimonium, & omne illud quod jam ecclesia Dei diu perdiderat, & suspendit eorum requisitionem, & instat ovibus perditis, ut possit eas eripere de faucibus luporum contendentium, quas nullatenus recuperabit, si cedendo & fugiendo se pusillanimiter absentabit.

Nono & ultimo, verus papa, stantibus terminis, prout stant, nulle ratione debet compelli ad cessionem, cum hoc esset manus ponere in Christum dominum & violentare ipsum, & conturbare ac annullare hoc præsens Concilium, cum nulla veleat confessio violenta: nec per hoc etiam quoad præsens reformabitur, solum enim unus parvus tumultus qui per Romanos olim dicitur commissus contra obedientiam Romanam allegatur in æternum, quare non allegaretur scelus inauditum: & ille scribens & proponens istam viam, asserit non esse procedendum contra condemnatos per manus violentas, allegans super hoc frivolas rationes & concedit *f* S. D. N. debere compelli vi brachii sæcularis, aut vie infamiæ ebhorrendæ: qui si foret bonus Christianus & intelligeret scripturas, nullatenus deberet talia piis auribus impulsare, quia omnia ista sunt crudelitatis & injustitiæ in ecclesia sancta Dei.

Quarta præcise continet viam belli, &c.

Contre dictas cedulas scripsit dominus cardinalis Cameracensis, & fecit cedulam contrariam responsivam, cujus tenor talis est:

Sum-

a Deest forte, *cogitur*.

b Forte, *quantumcumque*.

* f. *quia cederes non propter &c.*

c mf. *absonum*.

d Forte, *contradendo*.

e Forte, *quia est*.

f *Sanctissimum dominum nostrum* m.

ANNO CHRISTI 1414.

Summopere caveant zelatores fidei & unionis ecclesiæ a doctrina illorum, de quibus prædixit Christus: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* (Matth. 7. 15.) Hi sunt in hoc sacro Concilio qui adulatores potentiæ magis quam amatores justitiæ garrientes detrahunt doctoribus veritatis, quos detractores vocat Apostolus, magistros prurientes auribus. De quorum numero sunt quidam, qui quinque cedulas ad impediendum effectum hujus sacri Concilii præsentarunt, quarum prima incipit. Quia secundum Tullium. Secunda. Ut ait Tullius. Tertia, Licet per doctrinam Apostoli. Quarta, Dum exacta consideratione, quæ viam belli suadet pro habenda pace ecclesiæ. Quinta, quæ incipit, via cessionis quæ domino nostro proponitur. Quibus omnibus cedulis, & seditiosis fallaciis respondetur per conclusionem sequentem: super quibus petitur deliberatio Concilii generalis, & publica coram eo super eis disputatio pro inquisitione veritatis.

Prima conclusio. Licet Concilium fuerit legitime & canonice convocatum, rite & canonice celebratum, & duo olim contendentes de papatu juste & canonice condemnati, & electio domini Alexandri V. fuerit canonice & rite facta, & dicta electio ab illis, qui fuerint in dicto Concilio, fuerit legitime & canonice accepta, prout hæc omnia tenet obedientia domini nostri Papæ Joannis XXIII. tamen duæ obedientiæ duorum contendentium probabiliter tenent contrarium, in qua opinionum diversa & adversa varietate non sunt minores difficultates juris & facti, quam ante Concilium Pisanum erat de justitia duorum contendentium.

Ex quo sequitur secunda conclusio, quod sicut ante Concilium Pisanum ad evitandum difficultates juris, & facti, & prolixitatem, & dilationem pacis ecclesiæ, tunc acceptata fuit ab omnibus Christifidelibus, & laudata via cessionis amborum contendentium, & sic nunc trium contendentium de papatu, similiter autem majori ratione acceptanda est & laudanda.

Tertia est, quod consulere domino nostro Joanni Papæ XXIII. acceptare & offerre dictam viam cessionis, in casu quo ex hac oblatione sequeretur perfecta pax seu unio ecclesiæ, non est æquiparare verum summum Pontificem hæreticis per ecclesiam condemnatis, nec sacro Pisano Concilio stabili & firmo in aliquo præjudicare, sed magis intentionem ac finem dicti confirmare, ipsumque dominum nostrum super prædictos contendentes exaltare, & ipsos deprimere.

Quarta conclusio est, quod præmissas quæstiones afferentes non possunt juste notari de fautoria schismatis vel hæresis, sed magis opposita temerarie præsumentes afferre.

Quinta, licet hæreticus per ecclesiam damnatus errorem suum non recognoscens, sed in sua permanens pertinacia non sit in petitionibus suis errori faventibus exaudiendus: tamen ea quæ asserentur a quibuscunque schismaticis, vel hæreticis pro tractatu pacis & unionis ecclesiæ, non sunt a catholicis respuenda, sed favorabiliter audienda, & quantum expediens fuerit, exaudienda.

Sexta conclusio. Licet regulariter Papa verus & canonicus de hæresi, aut nullo notorio crimine ecclesiam scandalizante non infamatus, nec suspectus, nequeat ab aliquo particulari collegio, seu persona singulari contra ea quæ sunt sui juris compelli, vel arctari: tamen ab universali ecclesia seu Concilio generali ipsam repræsentante, attenta prolixitate casus præsentis pro pace ecclesiæ celerius procuranda, juste posset ad cessionem compelli.

Si in casu prædicto Papa dictam viam pertinaciter recusaret, legitime posset, tanquam schismaticus, & de fautoria schismaticæ pravitatis suspectus rationabiliter condemnari.

Octava est, quod in casu prædicto Papam tamquam hæreticum, vel schismaticum condemnantes, & dictam condemnationem justam & canonicam fore firmiter asserentes, nullatenus hæretici sunt censendi, sed magis oppositum pertinaciter affirmantes.

Nona, qui nunc reprobant viam cessionis, dicentes eam esse irrationabilem, illegitimam & injustam, secundum se & ad seipsam, secundum rationes juris inducunt fundamentum Pisani Concilii ipsiusque robur infirmant & totam hanc obedientiam scandalizant.

Decima, qui vim belli suadent, & tractatum pacis & concordiæ ab adversariis oblatum repudiant, in Spiritum Sanctum multipliciter peccant. Primo, quia impediunt finem pacis, ad quem præsens Concilium vocatum est, & principaliter ordinatum. Secundo, quia obviant mediis quibus ad dictum finem facilius pervenitur. Tertio, quia impugnant regulam per quam impedimentis ad finem prædictum & ejus media repugnantibus facilius obviatur. Ultimo & illam tam divini quam humani juris regulam; De duobus malis minus eligendum est.

Ad præmissa offeruntur rationes & allegationes tam divini quam humani juris, quando placebit super his in Concilio audientiam dare.

Licet via executionis sententiarum Pisani Concilii, & via reductionis schismaticorum ad unitatem ecclesiæ, ad obedientiam domini nostri Papæ Joannis XXIII. sive sponte, sive coacte quantum in se, secundum communem juris formam, sint juridicæ: tamen quia secundum circumstantias non videntur esse possibiles, nec efficaces pacis & perfectæ unionis ecclesiæ, via cessionis omnium, per quam facile potest pax & perfecta unio ecclesiæ haberi secundum omnes circumstantias, justior est, & simpliciter eligenda.

Secunda, reprobans viam cessionis, attento statu ecclesiæ, fautor schismatis est censendus.

Tertia, attentatio & electio viæ executionis sententiæ Pisani Concilii vel reductiva schismaticorum & condemnatorum per idem Concilium ad obedientiam domini nostri Joannis, ad pacem ecclesiæ rebus stantibus, ut sunt, est generativa suspicionis fautoriæ schismatis, & plus favendi singulari personæ, quam universali ecclesiæ.

Quarta, licet justum sit secundum communem juris formam, dominum nostrum Joannem in suo pontificatu persistere, & ab illo non amoveri, quam schisma diuturnum, & ecclesiam in tali statu remanere.

Quinta, ecclesia universalis quæ vere vel interpretative, & virtualiter consistit in Concilio generali, potest quemlibet etiam summum ejusdem ecclesiæ ministrum, per cujus persistentiam status universalis ejusdem ecclesiæ turbaretur, & per cujus admonitionem ad statum debitum reduceretur, etiam sine culpa ministri amovere.

Sexta *a* etiam universalis, & supra potest quemlibet ministrum ejus, etiam summum & unicum, culpa sua turbantem, & scandalizantem statum universalis ecclesiæ amovere.

a Forte, *Ecclesia universalis, ut supra*, &c.

Ex parte nationum datæ sunt aliæ cedulæ in effectu continentes, quod principaliter ageretur de unione ecclesiæ. Et hæ cedulæ fuerunt publicatæ.

His actis, incidit quæstio, qui in Concilio, in rebus diffiniendis admittuntur. Et volunt quidam, quod soli episcopi, eorumque majores prælati & abbates admitterentur. Contra quam opinionem cardinalis Cameracensis scripsit cedulam, cujus tenor talis est.

Ad obviandum proterviæ & inscitiæ quorumdam dicentium, quod in hoc sacro Concilio Constantiensi in omnibus sessionibus soli prælati majores, episcopi & abbates habeant vocem in diffinitiva sententia agendorum, consideranda sunt quæ sequuntur.

Primo, distinguendum est de agendis in Concilio, quia vel illa essent, quæ solum pertinerent ad fidem catholicam, sacramenta, & pure spiritualia ecclesiastica de quibus antiquitus inter sanctos Patres in Conciliis generalibus agebatur: in quo casu sæpe loquuntur jura canonica, & de iis de præsenti nihil scribitur.

Vel illa essent pertinentia ad exterminationem præsentis schismatis, & unionis ac pacis integræ procurandæ, in quo maxime habent locum sequentia.

Item, sciendum etiam, quod sicut a tempore nascentis ecclesiæ schismatis circa electionem summi Pontificis, varii fuerunt modi observati, sicut patet per jura & antiquas historias; sic in modo congregationis & deliberationis Conciliorum generalium. Nam sicut patet in Actibus Apostolorum, & in historia Eusebii, quæ

Multa his proferuntur valde dubia & subdolæ fidei, inquit, *Labbeus*.

ANNO CHRISTI 1414.

quæ Actibus Apostolorum immediate subnectitur, *a* quandocumque in Conciliis congregabatur tota communitas Christianorum, quandoque episcopi, presbyteri, diaconi, quandoque soli episcopi sine abbatibus, quandoque cum episcopis abbates: quandoque imperatos convocabat, & congregabat Concilium, & præsens erat, etiam absente Papa, de cujus causa agebatur, sicut hæc varietas potest probari jure naturali & divino, & ex historiis supradictis cum quatuor Conciliorum in Actibus Apostolorum celebratorum, quam ex dicta historia Eusebii lib. VI. cap. XXXIII. libro VII. cap. XXVII. & XXVIII. & libro X. cap. V. ubi multe ad propositum præsentis materiæ utilia recitantur.

a Forte quandoque.

Item, sciendum est, quod quando in Conciliis generalibus soli episcopi habebant vocem diffinitivam, hoc fuit, quia habebant administrationem populi, & erant viri sancti, & docti & electi præ cæteris in ecclesia Christiana. Postea fuerunt additi abbates eadem de causa, & quia habebant administrationem subjectorum: & eadem ratione addi deberent priores, aut majores quarumcumque congregationum, plusquam episcopi, vel abbates inutiles, solum titulares, & in quibus deficiunt conditiones supradictæ, & qui forte in hac materia sunt suspecti. Et mirabile videtur, quod unus talis archiepiscopus, aut episcopus, vel abbas paucos, aut nullos suffraganes habens, & parvum aut nullum sibi subjectum, haberet tantam vocem in Concilio, sicut archiepiscopus Moguntinus, ac alii magni prælati, & principes imperii, & multi particulares archiepiscopi, & episcopi in Francia, & Anglia, & aliis regnis, qui plures habent parochiales ecclesias, in quibus est major populus, quam in pluribus archiepiscopatibus, & episcopatibus prædictis.

Item, eadem ratione, qua supra, non sunt excludendi a voce diffinitiva sacræ Theologiæ doctores, ac juris canonici, & civilis: quibus, & maxime theologicis, datur auctoritas prædicandi & docendi ubique terrarum: quæ non est parva auctoritas in populo Christiano, sed multo major quam unius episcopi, vel abbatis ignorantis, & solum titulari. Et quia antiquitus hæc doctorum auctoritas non erat introducta per modum studiorum generalium, quæ hodie auctoritate ecclesiæ observatur, de eis non fit mentio in antiquis juribus communibus: sed in Concilio Pisano, & Romano eorum auctoritas allegatur, & in diffinitiva sententia se subscribunt. Quare eos in simili excludere per præsens Concilium, quod est dicti Pisani continuativum, non solum esset absurdum, sed dicti Pisani Concilii quodam modo reprobativum.

Item, eisdem responsionibus, vel consimilibus, idem dicitur de regibus & principibus, aut eorum ambaxiatoribus, & de procuratoribus absentium prælatorum, & capitulorum, & etiam sicut patet ex bulla domini nostri Papæ, qua mandat præsens Concilium, & maxime ex canonicis impedimentis causantibus ad hujusmodi locum, & tempus Concilii personaliter adesse nequiverint; tunc illi qui sic impediti fuerint, aliquos suo nomine Deum timentes scientia & rerum experientia præditos, ac sufficienti mandato suffultos mittere non postponant, vices eorum qui miserant, in dicto Concilio impleturos.

Item, quantum ad materiam terminandi præsens schisma, & dandi pacem ecclesiæ, velle excludere reges, principes, aut ambaxiatores eorum, maxime cum magnam & honorabilem partem faciant hujus Concilii, a voce, seu determinatione etiam conclusiva, non videtur justum, æquum, aut rationi consonum: cum hujusmodi pacis conclusio ad eos, & populos eis subjectos valde pertineat: & sine eorum consilio, auxilio & favore non possint ea quæ in hoc Concilio concludentur, executioni mandare.

Cardinalis sancti Marci fecit aliam cedulam ad idem: ejus tenor talis est.

Tu, quisquis es, qui prætendis primo, solos majores prælatos, ut his verbis utar, episcopos & abbates habere vocem in generali Concilio, & ita excludis doctores, archidiaconos, rectores parochialium ecclesiarum, ceterosque dignitates habentes, quibus cura imminet animarum, ordines præterea ecclesiasticos, sacerdotes & diaconos, dic ubi illos non admittendos legisti? & si legeris Conciliorum antiquorum actiones reperisti sacerdotes & diaconos admissos.

Sed ad primos exclusos per te redeo, ultimos doctores: Si theologus es, lege Paulum dicentem, in mensam Dominicam missos a Deo alios Apostolos, qui & ipsi episcopi; alios prophetas, & de illis non quæritur; alios doctores. Et tu illos excludis qui plus ceteris sunt necessarii, & sine quorum effectu, scilicet doctrina, ceteri gradus & ordines inepti sunt, seu repellendi, dicente Domino, *Quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam*. Et quando Christus Apostolos misit, illos præcipue instruxit, & promisit dare eis quid loquerentur, & quod mirabilius est, docuit omnes linguas. Attende igitur quantum in Apostolis doctrina sit necessarie, Paulo eodem Apostolo & doctore, *b* & inquit per amplius doctrinæ collatum est munus, immo & amplius ipso teste ceteris Apostolis locutus est linguis: indiguit tamen *c* cito interprete linguæ græcæ, adeo ut dixerit & scripserit. *Cum venissem*, inquit, *Troade*, id est, Trojæ, *& ostium mihi apertum esset in Domino nostro Jesu, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum*. Quod exponens Hieronymus dixit, hoc ideo dictum a Paulo dicto, quod illo Tito maxime indigebat, & utebatur interprete linguæ Græcæ: pro cujus absentia ibi non stetit, sed valedicens Trojanis abiit in Macedoniam. Vide quantum doctores necessarii sint in ecclesia Dei, ut doctor gentium doctore indiguerit. Præterea evangelium Marci scriptum est Petro narrante, Marco dictante, ut & Petrus interprete indiguerit.

Si canonista es, vide textum canonis dicentem, quod doctorum ordo quasi præcipuus est in ecclesia Dei. Illum ergo ordinem, & quasi præcipuum ordinem repellis: & admittis indistincte episcopos, & abbates, quorum pars major indocta. Et attende quod rex, vel prælatus indoctus est asinus coronatus. Cum illis ergo doctores admitte, ut illorum scientiæ defectum, qui tamen auctoritatem habent, isti loco scientia & doctrina suppleant.

De ceteris autem, quos tacite excludis, vide quid agis. Omnes sacerdotes qui non sunt de tuis expellis prælatis, & pellis, qui tamen præcipuus ordo est in ecclesia Dei: inter quos unus summus est & Papa, ceteri autem sacerdotes sunt: quibus etiamsi simplices sunt, non est detrahendum, sed in eis sacerdotale officium honorandum, de quibus in lege scribitur, *Diis non detrahas*, sacerdotes intelligendo, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem dii nuncupantur, quos repellis; admittis tamen episcopos, inter quos olim episcopos & presbyteros quantum ad ordinationem & meritum Apostolus nullam differentiam facit, docens quod æqualem episcopum esse oporteat, & quis episcopus debeat ordinari; nihil dicit de presbytero, sed transit ad diaconum insinuans secundum procemium, eadem in presbytero & episcopo requirenda, & eumdem esse ordinem & dignitatem, licet iis temporibus multitudo fecerit vilescere; rariores sunt episcopi, ideo pretiosiores, quia pulegium apud Indos pipere pretiosius est: & ii sunt rectores parochialium ecclesiarum, qui etiam ecclesiarum prælati vocantur in Jure. Cum ecclesia sit in diversis ordinibus & officiis constituta, cur ordines, & officia repellis? Idem de diaconis dico, qui & ordo sunt in ecclesia Dei, & officium gerunt, & hæc a primitiva ecclesia.

Sed & postea a sanctis patribus sunt officia instituta, utpote archidiaconi, archipresbyteri, & ex consuetudine decani, & alia officia, quæ expressa reperio in jure, & in ordine ecclesiastico, cur illos repellis, & quovis episcopos indifferenter admittis.

Audeo tibi dicere, quod in Galliis, Germaniis, Anglia, Hispania, sunt mille curati parochialium ecclesiarum, quorum quilibet majorem *d* administrationem & regimen plurium animarum; quos jus admittit, & nullo repelluntur: & tu istos, quorum multo plus interest ratione administrationis, vis repelli? Ego omnem hominem habentem ordinem, vel officium ecclesiasticum, quia illius interest, omnemque doctorem, quia prodesse potest, dico admittendum & nullum talem repel-

Osee 4. 6.

b Forte, & cui per.

c Lege, Tito

2. Cor. 2. 12.

Exod. 22. 28.

De his videnda Joannis de Polemar oratio in Concilio Basileensi habita anno MCCCC XXXIII. nam hic multa ridicula coacervantur, inquit Labbeus. Est ea oratio in Tomo XV. Ant. q. lect. Henr. Canisii, & in tomo sequenti.

d Forte deest, habet.

ANNO CHRISTI 1414.

repellendum, & in antiquis Conciliis non " reperio fuisse repulsos.

Quin immo vide Pisanum Concilium, quod & istud idem reputatur, reperies in illo centum pene tales, maxime doctores, & licentiatos, admissos auctoritative, & subscriptos in sententia lata contra Petrum de Luna & Angelum. a Cum in isto, quod ab illo vires accepit, aliud contrarium censeas, non video; quin immo in pluribus Conciliis reperies, presbyteros & diaconos fuisse admissos.

" Ita si fuerint missi ac legati ab Episcopis aut ægrotantibus, aut alias quacumque de causa impeditis.

a Forte, *cur in isto*.

Et si forte in antiquis Conciliis non legeris tales admissos, cum hoc stet, quod fuerint admissi, sed principaliores nominantur, ne multitudo fastidiat. Præterea quia forte pro paupertate, & locorum distantia non veniunt: sed si veniant, nescio, nec tu scis, cur repelli debeant.

Admittis indistincte abbates, nescio cur Curatos parochialium ecclesiarum repellis, qui certum jus, & determinatum in ecclasiastico gradu habent officium: illi non isti majorem animarum curam, & administrationem, quam illi: istorum quippe plures habent mille, immo duo, tria, quatuor, decem millia animarum. Abbates vero quidam decem monachos aut viginti, vel paulo plus: paucissimi sunt, qui centum habeant.

Hæc tamen quod " isti sic Curati habent, in ordine & gradu ecclesiastico necessario est: illi autem præter ordinem & gradum, & necessitate ministrant.

" Hic videntur quædam deesse in MS.

Hos ergo gradus admitte in corpus, cujus ordinata & necessaria membra sunt, ex necessitate, & pro suo interesse. Doctores autem propter eos, & propter te, ut etiam quod nescis, te doceant & " dirigant: illosque scienter non repellas, ne videaris scientiam repulisse, ne Deus te repellat, sed per eorum doctrinam instruat, & dirigat in viam salutis æternæ.

" consulendo, non defineendo.

De procuratoribus autem archiepiscoporum, & episcoporum & aliorum præscriptorum, qui sunt admittendi, quos indistincte repellis; dico nunc nec usquequaque repellendos, nec omnino admittendos; sed dico legitime axcusatorum admittendos procuratores, aliorum non, sicut in electione reperio constitutos. Nec tamen solemnitatem juramenti requiro, quia illa specialiter statuta est, & sufficienter quomodocumque de legitimo impedimento *b* constare.

b Forte, *constaret*.

De ambaxiata autem regum & principum clarum est, quod in iis, quæ conveniunt universalem ecclesiam, utpote unionem ecclesiæ & fidem, admittendi sunt: sed stare debent determinationi peritorum & doctorum in his quæ sunt fidei.

In aliis autem, quæ conveniunt mores, & ordines ecclesiasticos, non pertinet ad eos. Sic etenim fecit Constantinus in Nicæno Concilio, libellos accusatorios igni subjiciens: & ecclesiasticorum judicio relinquens, sedit in cella infima. Et Theodosius Imperator, professus de iis nihil ad eum, præter reverentiam, pertinere.

Verum ex forma litterarum vocationis Concilii apparet, procuratores impeditorum legitime, & ambaxiatores regum debere admitti: quod tamen intelligendum est ad ea, in quibus habent interesse, & quæ præmissa sunt.

In hac quæstione pendente incidit quæstio, quomodo deciderentur agenda in Concilio, & fieret scrutinium votorum; utrum per nationes in genere, quarum quatuor erant *c* ultimi Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & Angliæ; vel per capita singula. Et licet clarum de jure videatur, *d* perscrutandæ sunt vota per capita singula; quia tamen plures sunt prælati Italiæ pauperes, quam fere de omnibus nationibus, præterea dominus noster fecit in numero excessivo prælatos cubicularios ultra quinquaginta. Dicitur præterea quod multos voluit sibi obligare juramentis, & muneribus, alios minis terruisse, & ita scrutando per capita nihil fieret, nisi quod vellet dominus noster: In istis quæstionibus Concilium diu perpendit. Verum est quod major pars deliberavit ad viam cessionis.

c Forte, *ulterioris*.

d Forte, *quod perscrutanda*.

His mediis temporibus actum est de erroribus Wiclef, & scripta erat sententia; sed totum dilatum est per apertionem illius viæ cessionis.

Dominus noster novissime dixit, quod ipse omnino vult dare pacem ecclesiæ.

Interim nationes ulterioris Galliæ, Germaniæ & Angliæ, & ita postea Italiæ per se ipsas se congregaverunt, & deciderunt de facto quæstionem, utrum per nationes vel per capita singula procederetur. Et congregaverunt se separatim, & finaliter omnes declinabant ad viam cessionis secundum formam primæ cedulæ super hoc datæ, per cardinalem sancti Marci, quæ incipit. In Concilio generali, &c.

Supra, pag. 33.

Schedula de cessione oblata Joanni Papæ per Concilium d. 16. Februarii.

Ex MS. Vindobonensi.

Flebili statu ecclesiæ, ac omnibus aliis circumstantiis ponderatis, videtur tribus Nationibus, scilicet Gallicanæ, Germanicæ, & Anglicanæ, majorem partem hujus sacri Concilii facientibus & repræsentantibus, pro ipsius ecclesiæ reintegratione, tam Domini nostri summi Pontificis, quam Dominorum contendentium de Papatu viam cessionis, tanquam celeriorem, perfectiorem, & meliorem, rebus se habentibus prout sunt, fore per Dominum nostrum acceptandam, & ipsum debere, & teneri viam cessionis simpliciter offerre, & cum effectu juxta deliberationem Concilii facere & adimplere, & sic sibi per serenissimum Dominum nostrum Romanorum regem &c. & præsens sacrum Concilium cum summa humilitate supplicandum, ut istam viam offerat, affirmet, & perficiat.

Nos *Ludovicus* Comes Palatinus &c. nomine nostro, & dominiorum nostrorum ac habitantium in eisdem, prædictam viam cessionis approbamus per Dominum nostrum Gregorium Papam &c. fore offerendam, acceptandam, & ad executionem realem efficacem perducendam & faciendam.

Et nos Rabanus Episcopus Spirensis &c. nostro & ecclesiæ nostræ nomine prædictam viam cessionis approbamus per Dominum nostrum Gregorium Papam &c. ut supra.

Hæc oblata & conclusa sunt quinta & sexta feriis ante *Invocavit*, anno &c. XV.

Ex Collectione Barberiniana.

Die sabbati, quæ fuit XVI. mensis Februarii, Papa mandavit Concilium de sero: & præsente rege Romanorum, & toto Concilio, primo quidem proposuit de via cessionis: postea commisit domino cardinali Florentino, ut hoc prosequeretur; qui satis eleganter proposuit, & legit cedulam per Papam super hoc ordinatam, cujus tenor talis est:

Sanctissimus Dominus noster Papa hic præsens, quamquam nullis votis, juramentis, promissionibus ad infra acta nullatenus adstringatur; tamen propter quietem populi Christiani proposuit, & deliberabat sponte, & liberaliter dare pacem ecclesiæ per viam cessionis, si & in quantum Petrus de Luna, & Angelus Corario per sacrum generale Pisanum Concilium de schismate & hæresi damnati, & de papatu ejecti, juri quod prætendunt in papatu, sufficienter renuncient, & hoc cum modis & circumstantiis, & tempore declarandis, & concludendis in tractatu super hoc per eumdem dominum nostrum, vel suos deputandos cum deputandis per vos post hoc statim tenendo.

Ex ms. Cæsareo.

Quæ cedula sic audita, & post hoc per singulas nationes masticata, visum fuit omnibus dictarum nationum suppositis, quod nimis vaga, dubia, obscura foret & incerta; nec ad exstirpandum schisma & cessionem inducendam valitura. Unde supplicatum fuit domino nostro Apostolico, quia *e* viam cessionis appeteret, mentem suam per verba clara & pura & unionem inducentia exprimeret. Unde idem dominus Apostolicus aliam cedulam nationum deputatis tradidit, sub hac forma:

e Forte, *si viam*.

ANNO CHRISTI 1415.

Ex Collectione Barberiniana.

Sanctissimus dominus noster dominus Joannes Papa XXIII. quamquam nullis votis, juramentis, aut promissionibus adstringatur, tamen propter quietem populi Christiani profitetur, spondet, & promittit Deo & ecclesiæ, sponte & liberaliter dare pacem ipsi ecclesiæ per viam cessionis suæ per se, vel procuratores legitimos unum, vel plures ad hoc irrevocabiliter constitutos, & in quantum Petrus de Luna, & Angelus de Corario, per sacrum Pisanum Concilium de schismate & hæresi damnati, & de papatu ejecti, papatui, quem prætendunt, per se vel procuratores legitimos similiter cedant, & hoc infra terminum: & de prædictis facere unam, vel plures litteras in bulla plumbea, prout expedierit.

Et attendatur quod ex nunc, innovetur & aggravetur processus Pisani Concilii, contra dictos damnatos, suspendendo tamen effectum processus usque ad tempus, quod dabitur eis ad cessionem.

Item quod rex Romanorum, & domini præsentes, ac omnes ambaxiatores regum, & alii, ac totum Concilium promittant domino nostro in casu quod illi damnati non se humilient ad cessionem, sicut ipse fecit, assistere suæ sanctitati perpetuo contra ipsos, & eorum adhærentes, tam spiritualibus favoribus, quam temporalibus auxiliis.

Licet autem prima domini nostri cedula nationibus non suffecisset, immo suspicionem generasset; ista ultima minus suffecit, plusque generavit suspicionis quam prima. Primo quia non offert, nisi aliis cedentibus. Secundo propter verba irritativa, quia alii vocantur condemnati de hæresi. Tertio propter terminum appositionis. Quarto propter processuum innovationem & aggravationem.

Ex mss. Cæsareo Vindobonensi.

Dominica *Reminiscere* a, ambaxiatores Universitatis Parisiensis præsentati fuerunt per Romanorum regem nationi Germanicæ. Ubi dominus rex longum fecit sermonem, hortando prædictos ambaxiatores, ut se nostræ nationi & nationi Anglicæ conformarent: narrando multa acta hucusque in Concilio per nationes, & difficultates de modo vota colligendi per nationes & non per capita: & de resistentia nationis Italicæ: & de modo uniendi ecclesiam sanctam Dei per viam cessionis omnium de papatu contendentium. Qui responderunt, quod parati essent concurrere in omni via rationabili & justa, & quod multum placeret via cessionis: commendantes regiam majestatem de tanto opere laudabili, & diligentiæ in convocatione istius sacri Concilii, & diligentia sua prosequendo effectum sacratissimæ unionis. Deprecantes ne mutaretur suus gloriosus animus, aut remitteretur: quia sine ipsius protectione & personali præsentia totus labor esset desperatus.

Item, eadem die venerunt coram regia majestate Oratores regis Arragonum, legentes longam cedulam, continentem vocationem ad Concilium sacrum regis Arragonum & Petri de Luna, & impedimenta eorumdem de receptione termini oblati per regem Romanorum ad mutuam visionem, qua sperabatur sequi posse perfectam unionem; & quod stetissent XLVI. diebus, & pluries responsum petivissent a rege Romanorum, & quod nihil obtinuissent, & imminerent eis pericula. Unde excusaverunt dominum regem Arragonum, quod per eumdem non stetisset &c. Et petiverunt licentiam ad recedendum, & petiverunt instrumenta, &c.

Ex Collectione Barberiniana.

Post hæc nationes visis præmissis cedulis, composuerunt cedulam sequentem, quæ fuit approbata per tres nationes, & demum per regem Romanorum, private oblata Papæ: super qua multa habuit consilia: & tandem ductus est quibusdam mediis ad hoc, ut illam prima Martii publice coram rege, & Concilio concesserit, & in propria persona legerit, & decreverit litteras fieri: & die sequenti facta sessione solemni cum Missa solenniter publicavit: *Te Deum laudamus.*

Tenor cedulæ talis est:

Ego Joannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani, profiteor, spondeo & promitto, voveo & juro Deo, *&c. ut infra.*

Avisamenta oblata in Natione Germanica in Constantiensi Concilio, quando fuit via cessionis contendentium omnium de Papatu tractata.

Ex MS. Vindobonensi.

Conclusio 1. Hoc sacrum Constantiense Concilium in materia hujus schismatis supremam in terris habet auctoritatem & judiciariam potestatem.

Conclus. 2. Inter omnes vias sedandi hoc perniciosissimum schisma, aptior, convenientior, purior, & efficacior est via cessionis omnium trium contendentium de Papatu.

Conclus. 3. Quod nihilominus, si obedientiæ Angeli Corario & Petri de Luna absque cessione suorum præsidentium ad unitatem sanctæ matris ecclesiæ cum nostra vellent obedientia concurrere, si & in quantum Dominus Joannes, quem hactenus semper Papam esse negaverunt, de Papatu cedat, idem Dominus noster ad cedendum obligatur.

Conclus. 4. Quod pensatis singulis, Dominus noster ad præmissa tenetur sub pœna peccati mortalis.

Conclus. 5. Quod Dominus noster sub eadem pœna, videlicet peccati mortalis, tenetur cedulam sibi per tres Nationes præsentatam, prosequi cum effectu.

Conclus. 6. Quod hoc generale Concilium potest Domino nostro præmissa sub formidabilibus pœnis præcipere & mandare.

Conclus. 7. Quod si Dominus noster præmissis tanquam pertinaciter induratus contradicat, Concilium præsens nomine totius Ecclesiæ sæculare brachium Imperialis majestatis poterit invocare.

Ultima die Februarii in Ecclesia Fratrum Minorum, Rege Romanorum præsidente, in magna multitudine, requisivit Oratores Universitatis, quid sentirent de via cessionis, & de forma, sub qua obligatio fieri deberet exhibita Domino nostro.

Et respondendo dixerunt, quod esset sanctior, justior, æquior, tutior, & celerior via ad perveniendum ad unionem Ecclesiæ.

Addiderunt, quod verba obligatoria, posita in cedula Nationum, solum civilem importarent obligationem, & ergo esset addendum, *voveo & juro*, quod prius multis placuit, & ego dedi in Avisamentis meis in Natione. Quæ non fuerunt recepta: quia essent nimis dura, sed esset mitius procedendum. Tamen postquam Parisienses addiderunt, tunc placuit omnibus.

Die prima mensis Martii, anno *MCCCCXV.* a Nativitate, *&c.* in magna aula palatii inferioris Apostolici, undecima hora post mediam noctem, domino nostro Joanne Papa XXIII. ibidem existente & præsente, ac Romanorum rege Imperatore serenissimo, & quatuor congregatis nationibus inibi, fuit per dominum patriarcham Antiochenum nomine & ex parte totius Concilii præsentata præfato domino nostro Papæ quædam schedula: sibique nomine dicti Concilii fuit humiliter supplicatum per eumdem Patriarcham, quatenus dignaretur dictam schedulam benigne acceptare. Et dictus dominus noster Papa, recepta schedula, & ea secrete lecta, dixit quod fuit semper a intentionis, dare pacem ecclesiæ, & quod ad hoc venerat Constantiam. Et etiam dixit, qualiter dicto Concilio, non vi nec metu compulsus, non coactus, sed liberaliter & sponte obtulerat viam cessionis sui papatus, & obtulit, quod numquam fuit alterius intentionis. Demum dictus dominus noster dictam schedulam legit, cujus tenor talis est: *Ego Joannes XXIII. &c.* ut in bulla continetur. Qua lecta, fuit regratiatum dicto domino nostro Papæ per serenissimum principem Regem Romanorum de bona & sancta oblatione: deinde Cardinales ad idem fuerunt regratiati. Demum dominus patriarcha ad idem,

In mss. additur, *Indictione VIII. Pontificatus quo supra*: Ex Sirii cod. & tribus aliis mss. German.

a Forte, *suæ intentionis.*

Habetur infra in sess. seq.

a Id est, die 24. Febr. an. 1415.

ANNO CHRISTI 1415.

idem, & etiam Universitas Parisiensis ad idem. Quo A facto, dominus noster voluit, quod in crastinum, quæ fuit secunda Martii, teneretur sessio, in qua publicarentur hæc solemnius per eumdem.

SESSIO II.

Quando dominus noster Papa obtulit cessionem sui papatus.

Ex prima editione.

a Ita editio prima, & mss. In nupera edit. German. recisum omnino exordium illud est, quasi desit in tribus mss. Germanicis; sicque initium ab illis, Dominus noster celebravit. Eo anno dies 2. Martii, fuit dies Sabbati, littera Dom. C.

b Forte, similiter, tres mss.

c mss. Goth. Romanorum rex.

d Mss. Procurator fiscalis Concilii.

A*Nno a Nativitate Domini MCCCCXV. indictione* a *viii. Pontificatus quo supra, a die vero Martis secunda mensis Martii fuit celebrata sessio, in qua dominus noster celebravit Missam in ecclesia majori, de Spiritu sancto. Qua celebrata, fuerunt lectæ solemnitates, quæ consueverunt fieri in sessionibus. Demum dominus noster sedens in cathedra ante altare, conversus ad Con-* B *cilium ibidem congregatum, legit schedulam tenoris sequentis per dominum Vitalem patriarcham Antiochenum, nomine Concilii traditam, alta voce sic incipiendo:*

„ *Ego Joannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, voveo & juro Deo, & ecclesiæ, & huic sacro Concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis Concilii, si, & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus de Corario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos* b *simpliciter cedant, & etiam in quocumque casu cessionis vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei ad exstirpationem præsentis schismatis.* C *Et dum legebat illam clausulam in præscripta schedula,* Spondeo, promitto, voveo, & juro Deo, *flexit genua versus altare: ponendo manus ad pectus, dixit hæc verba:* Et ita promitto observare. *Quo facto,* c *Imperator surgens de sua cathedra, regratiatus fuit eidem domino nostro nomine Concilii & suo, flectendo genua, deponendo coronam, & osculando pedes ejusdem domini nostri. Et etiam dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine Concilii. Post hæc cantores inceperunt cantare:* Te Deum laudamus, &c. *Et* d *procurator Concilii, Joannes de Scribanis, petiit nomine Concilii confici publicum instrumentum a protonotariis & notariis ac scribis sedis Apostolicæ.*

Et ex post de mandato domini nostri fuit super præmissa schedula oblationis, una bulla confecta. D

Alia editio ejusdem sessionis, ex collectione Barberiniana.

Sessio quando dominus noster Papa obtulit simpliciter cessionem sui papatus aliis cedentibus.

ANno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quindecimo, indictione octava, pontificatu quo supra, die vero mensis Martii primo, in magna aula inferiori palatii Apostolici, hora undecima post mediam noctem, domino nostro Papa Joanne XXIII. ibidem existente præsente, ac Romanorum rege Imperatore serenissimo, & quatuor nationibus ibidem congregatis, fuit per dominum Patriarcham Antiochenum nomine & ex parte totius Concilii præsentata prædicto E domino nostro quædam cedula, sibique nomine dicti Concilii fuit humiliter supplicatum per eumdem Patriarcham quatenus dignaretur dictam cedulam benigne acceptare. Et dictus dominus noster Papa accepta cedula & ea secrete lecta, dixit quod semper fuit intentionis dare pacem ecclesiæ, & ad hoc venerat Constantiam. Et etiam qualiter dicto Concilio non vi, nec metu compulsus, non coactus, sed liberaliter, & sponte obtulerat viam cessionis sui papatus, & obtulit, & quod nunquam fuit alterius intentionis. Demum dictus dominus noster dictam cedulam legit, cujus tenor talis est.

Cedula quam Joannes Papa XXIII. promisit & juravit.

Ego Joannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, & voveo Deo & ecclesiæ, ac huic sacro Concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & implere cum effectu, juxta deliberationem præsentis Concilii, si & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatum, quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant. Et tunc in quocumque casu cessionis, vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei, ad extirpationem præsentis schismatis.

Qua lecta, fuit regratiatum dicto domino nostro per serenissimum dominum regem Romanorum de bona & sancta oblatione: deinde cardinales ad idem fuerunt regratiati. Demum dominus Patriarcha prædictus ad idem, & etiam universitas Parisiensis ad idem. Quo facto, dominus noster voluit, quod in crastinum quæ fuit secunda dies Martii, teneretur sessio, in qua hoc idem solemnius publicaretur per eumdem: & fuit tenta. Et dominus noster celebravit Missam in ecclesia majori de sancto Spiritu. Qua celebrata, fuerunt solemnitates, quæ consueverunt fieri in sessionibus. Demum dominus noster sedens in cathedra ante altare, conversus ad Concilium ibidem congregatum legit dictam schedulam per Patriarcham nomine Concilii traditam alta voce: videlicet: Ego Joannes, *&c.* ut supra. Et dum legebat illam clausulam in cedula, spondeo, promitto, voveo & juro Deo, flexit genua versus altare: ponendo manus ad pectus dixit hæc verba: Et ita promitto servare. Quo facto Imperator surgens de sua cathedra regratiatus fuit eidem domino nostro nomine Concilii, & suo, flectendo genua, deponendo coronam, & osculando pedem ejusdem domini nostri. Et etiam prædictus dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine totius Concilii. Post hæc cantores inceperunt cantare, *Te Deum laudamus*, *&c.* Et procurator Concilii prædictus Joannes de Scribanis ibidem existens petiit nomine totius Concilii unum, vel plura instrumenta publica ad perpetuam rei memoriam a reverendissimis dominis sedis Apostolicæ protonotariis ac notariis, & scribis ad hæc per Concilium deputatis. Et post memoratus dominus noster Papa super præmissa suæ oblationis cedula ad publicandum eamdem oblationem principibus Christianitatis secundum formam tenoris immediate subsequentis mandavit confici & scribi bullas, seu Apostolicas litteras.

Tenor bullæ seu Apostolicæ litteræ, de qua supra fit mentio, sequitur.

Joannes episcopus servus servorum Dei, universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem.

PAcis bonum omnium bonorum excellentissimum esse Isaias propheta demonstrat, qui Salvatorem venturum pacis principem appellavit. Unde etiam in ejus ortu chorus Angelorum decantans, *Pax*, inquit, *in terra hominibus bonæ voluntatis*. *(Luc. 2.)* Sicuti autem vox de ipso Salvatore prophetica nunciavit, ita in Christo fuit postmodum adimpletum. Pacem enim docuit verbo, pacem docuit exemplo, pacemque inter Deum & hominem proprio sanguine firmavit, seipsum pro nobis in ara crucis offerens: & ejus merito propitiatus Deus nos ad æternæ pacis gratiam restituit, a qua primum hominis peccatum nos exsules effecerat. Quæ omnia intra mentis nostræ aciem revolventes, ac ejusdem Salvatoris, cujus vices licet immeriti gerimus in terris, cupientes quantum homini permittitur imitari vestigia, decrevimus omnes nostros conatus e ad illam dirigere, per quam integra pax ecclesiæ catholicæ reddi posset. *(e Forte, ad illa.)* Sane licet sacrum Concilium Pisanum Christianitatem diu antea schismatica labe divisam pro me-

ANNO CHRISTI 1415.

maxima parte ad unitatem reduxisset: tamen quia nonnullæ reliquiæ pestiferi schismatis quibuidam in locis, ut de facto apparebat, remanserant: ut aliquando hæc nefanda clades totaliter, & radicitus extirparetur, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio cum carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Romanorum & Hungariæ rege illustri rursum generale Concilium in civitate Constantiensi provinciæ Moguntinæ certo tempore ad hoc deputato convocandum continuavimus. Ac postmodum veniente dicto tempore, licet multa noviter emergentia præsentiam nostram in Italia flagitarent, tamen posthabitis pro tanti boni confectione, una cum eisdem fratribus nostris non sine magnis difficultatibus ad ipsum locum pervenimus. Sperabamus autem, & nobis ipsis suadebamus, Petrum de Luna, & Angelum Corario, quos diligentissime & instantissime per ipsius regis nuncios, & litteras convocatos & invitatos esse sciebamus, pro danda Christianitati pace, ad ipsum Concilium esse venturos. Convenientibus igitur prælatis, necnon oratoribus multorum regum & principum, ac universitatum in multitudine copiosa, pluribus etiam principibus personaliter venientibus, ipsoque Sigismundo rege personaliter assistente; & cum præfati Petrus de Luna, & Angelus Corario nec per se venire nec per procuratores suos ad ipsum Concilium pro conclusione tanti boni debite mittere curavissent: Nos propterea, ne voluntas nostra in occulto lateret, sed tanti boni, quantum ad nos attinet, sequeretur effectus; licet certissima jura, & universalem quasi obedientiam, & omnia temporalia dominia Romanæ ecclesiæ, paucis exceptis, habeamus; tamen pro consequenda pace mutuæ viam cessionis, quam omnibus consideratis, promptiorem & aptiorem credimus, complecti decrevimus: confidentes indubie, quod quanto plura quam illi relinquimus, tanto magis apud Deum præmium consequemur. Hac igitur consideratione inducti, in publica ipsius Concilii sessione, post Missam sancti Spiritus per nos solemniter celebratam, ipso sacro approbante & laudante Concilio, hanc viam cessionis obtulimus his verbis: Ego Joannes, &c. Quocirca universitatem vestram requirimus & hortamur in Domino, quatenus pro confirmatione & complemento tanti boni pias orationes & preces Altissimo in cordis humilitate effundere non postponatis: ut per supernam gratiam Mundus optatam pacem, & ecclesia integram recipiat unitatem.

Datum Constantiæ, VI. Nonas Martii, pontificatus nostri anno quinto.

Alia conclusio ejusdem Papæ Joannis XXIII.

Quocirca universitatem vestram requirimus, & hortamur in Domino, quatenus hanc nostram spontaneam oblationem grato suscipientes affectu, pro consummatione & implemento tanti boni, præfatos Petrum de Luna, & Angelum Corario, eorumque obedientias ad dictam pacem invitantes ad viam cessionis exsequendam similiter inducatis, & effectualiter induci procuretis. Et nihilominus pias vestras orationes & preces Altissimo in humilitate cordis effundere non postponetis: ut per supernam gratiam Mundus pacem optatam, & ecclesiæ integram recuperet unitatem.

Datum ut supra.

Capitula facta, inita, & concordata inter serenissimum & invictissimum principem & dominum dominum Sigismundum Dei gratia Romanorum semper Augustum & Hungariæ, &c. regem, ex una parte; & reverendissimum patrem dominum dominum Samorensem episcopum, militesque nobiles & honorabiles viros dominos Joannem Dixat, & Petrum de Falchia decretorum doctorem ambaxiatores serenissimi & invictissimi principis & domini domini Ferdinandi eadem gratia regiæ Arragonum & Siciliæ ex altera parte, super mutua visione habenda, & fienda inter dictos serenissimos reges ad invicem super facto unitatis & pacis ecclesiæ sanctæ Dei. Quæ quidem capitula sunt tenoris & continentiæ subsequentis,

I.

PRimo est initum, & concordatum, quod dictus serenissimus princeps & dominus dominus Rex Romanorum, omni cessante impedimento infirmitatis, Deo favente, accedat, veniat, & attingat sic personaliter, & propria in persona hinc per totum mensem Junii proxime instantis in civitate Niciæ, quæ est in Provincia: & dictus serenissimus & invictissimus rex Arragonum & Siciliæ, una cum sanctissimo in Christo patre & domino domino Benedicto divina providentia Papa XIII. omni cessante impedimento infirmitatis, Deo favente, accedat, veniat, & attingat hinc per totum dictum mensem Junii proxime instantis personaliter, & sive in propria persona in loco, castro, & portu de Villa Franca alias nominato, prout alias pro dicta visione mutuo fienda inter perpetrandis, concludendis omnibus utilibus & necessariis in unionem ecclesiæ effective consequendam.

II.

Item, est initum & concordatum inter prædictos serenissimum & invictissimum regem Romanorum & ambaxiatores prædicti serenissimi & invictissimi domini regis Arragonum & Siciliæ, quod dictus dominus seranissimus Romanorum rex faciat operis effectum, quod dictus locus, castrum & portus & illius dominium, simpliciter, plene & indistincte tradantur, deliberentur, & transferantur absque aliqua retentione jurisdictionis, & alias dicto serenissimo domino nostro Papæ Benedicto, seu ejus, vel eorum legitimis procuratoribus: ita quod tam per serenissimum dominum dominum regem Francorum, quam illustrem & potentem dominum comitem Sabaudiæ, homines subditi & vassalli dicti loci, castri, & portus Villæfranchæ legitime & effectualiter absolvantur, & sint penitus absoluti a quocumque homagio, & fidelitatis juramento, & aliis obligationibus, & vinculis universis, quibus adstricti seu ligati essent, sint vel fuerint dicto serenissimo regi Francorum, & præfato comiti Sabaudiæ domino eorum: & dicti subditi, & vassalli dicti castri & portus de Villafranca teneantur præstare dictum homagium & fidelitatis juramentum prædicto sanctissimo domino Benedicto Papæ & serenissimo domino nostro regi Arragonum & Siciliæ, vel eorum legitimis procuratoribus, dictosque dominos recognoscere pro veris dominis suis, durantibus dictis translationibus, & deliberationibus, dominii ac vassallorum homagio & fidelitatis juramento, quamdiu durabunt dicta mutua visio, & tractatus unitatis ecclesiæ, dictis dominis nostris Benedicto & Arragonum rege ibidem personaliter exsistente, & ante & post, quantum erit necesse pro accomodo recessu eorum a dicto loco, castro, & portu.

III.

Item, est initum, & concordatum, quod dictus serenissimus rex Arragonum & Siciliæ dicto medio tempore, & in recessu tractet, & tractare teneatur dictos subditos & vassallos dicti loci favorabiliter, atque bene, & pro restituendo dicto loco, castro & portu de Villafranca dicto illustri comiti Sabaudiæ finita dicta

mutua

mutua visione, & in ejus recessu, præstet de præsenti, & est præstare paratus, antequam sibi, val suo legitimo procuratori corporalis possessio dicti loci, & castri detur, tradet omnes securitates necessarias & opportunas.

IV.

Item, ast initum & concordatum, quod dictus serenissimus rea Romanorum habeat & habere teneatur in continenti securitatem, & salvos conductus late & emple roboratos sufficientibus securitatibus & obligationibus ad onus, & sub fide ejusdem serenissimi domini Romanorum regis taliter per subscriptos dominos, ut alias emple essecurent, & salvo conducere valeant, tam a serenissimo domino rege Franciæ, quam a dicto domino comite Sabaudiæ, quam etiam ab alio domino, qui a nonnullis dicitur Joannes Papa, quam Januensibus & .... nensibus pro se & pro suis; Quod casu quo per fortunam, quod Deus avertat, seu alias necessaria vel justa causa dictus serenissimus dominus noster Papa Benedictus, seu ipse rea Arragonum & Siciliæ, & seu eorum comitiva, vel eorum quilibet, seu aliquis ecclesiasticus, vel saecularis cujuscumque gradus, præeminentiæ, sea dignitatia fuerit, caira haberent in prædictis dominiia & terris; ac subditus aliquia eorumdam dominorum Papæ & regis, ob causam dictæ mutuæ visionis, ad locum, castrum, portum supradicta propter necessitatem, vel alias per terram, & non per mare deliberarat accudere, per prædictorum terras & dominie transeundo; ipse, & eorum quilibet cum familiis, equitaturis, bonis, rebus, iocalibus, & pecuniis suis sint salvi & securi ab omnibus molestiis, & gravaminibus: & quod eorum pecuniis, pretiis tamen congruentibus illis, & eorum cuilibet in casibus supradictis, vel alias, victualia, & alia necessaria ministrentur. Et viceverse præstetur secusitaa pro parte dicti domini regia Arragonum, quod io casibus prædictis applicationis ad dicta dominia, terras seu regna, damnum seu malum aliquod ibi non inferant; & si facerent, dicto salvo conductu minime gaudere possint personæ illæ inferentes, & prædicti domini, quantum in eis fuerit, de eis satisfieri procurabunt, ac etiam illa emendare damna, & injuriam passis. Et versa vica idem facere tenetur dominus rea Romanorum.

V.

Item, est initum, & concordatum, ne aliquid hinc inde turbativum surgat dictæ mutuæ visioni, ac unitati & paci ecclesiæ Dei sanctæ, quod hinc per totum mensem Junii, & ulterios, durante videlicet dicta mutua visione, & tractatibus supradictis usque ad recessum a dicto Concilio & porto de Villafranca inclusiva, dictus serenissimus Romanorum raa faciat cum effecto, & de præsenti assecuret, & seponit in & sub securo, quod interim in congregatione, quæ de præsanti est, sive essa asseritur in hac civitate Constantiensi, seu aliter, nihil innovetur, seu permittat innovari, quod posset turbara dictam unionem sanctæ matris ecclesiæ, seu incentivum vel causam dare dictæ turbationi; faciendo incontinenti decerni, & declarari nunc, prout tunc, pro nunc esse irritum & inane quidquid in contrarium esser attentatum, seu contingeret attentari. Et dictus serenissimus rex Arragonum & Siciliæ, seu prædicti eius ambasiatores pro eo assecurant, quod idem serenissimus dominus rex cum effectu faciet illud idem cum sanctissimo domino nostro Papa Benedicto, videliret per viam Concilii; nec aliquid innovabit turbativum dictæ unitatia, & ecclesiæ, & si fiat, illud sit cassum, irritum, & inane. Nam talia possent innovari hinc vel inde, quod per prædictam mutuam visionem minime reparari possent.

VI.

Item, est initum, & concordatum inter partes prædictas, quod talem salvum conductum, talemque securitetem, quales serenissimus dominus noster rea Romanorum nomine & pro parte sua, & illius qui a nonnullis dicitur Joannes Papa XXIII. præstabit, & faciet sanctissimo domino nostro Benedicto XIII. & omnibus aliis de sua obedientia aasistentibus ecclesiasticis, vel saecularibus cujuscumque status, dignitatis, aut præeminentiæ fuerint, ad loca & portum prædicta venientibus præfatus dominus rea Arragonum nomine & pro parte dicti sanctissimi domini nostri Benedicti, & sua præstabit, & faciet eidem domino, qui a nonnullis dicitur Joannes Papa XXIII. & aliis de sua obedientia existentibus ed loca & portum prædicta venientibus.

VII.

Item, est initum & concordatum, quod dicti serenissimi & invictissimi domini Romanorum, Hungariæ, ac Arragonum reges, etiam fraternaliter assecurent, gardent, & salvo conducant se ad invicem, & suas personas proprias, & omnium cum eis, & eorum quilibet & omnium aliorum de tribus obedientiis ibidem cum eis, vel sine eis, ratione dictæ unitatis venientium per terram, vel per mare ad dicta loca mutuæ visionis, & maxime eorum qui per terram vel per mare portabunt victualia ad dicta loca Niciæ, vel Villæfrancæ, cujuscumque status, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, cum omnibus bonis, & rebus eorum, & quolibet eorum, quantum io eisdem dominiis, & quolibet eorum sit, val fuerit, duranta mutua visione antedicta, & ante & post eundo ultra, vel veniendo ad dicta loca; ibidem stando, & recedendo ab iis, ita quod si aliter ipsorum dominorum regum, scit, sciret, audiret, vel sentiret qualitercumque, quod malum aliquod, damnum val injuria, in personis, rebus, vel bonis fieret, vel tentaretur directe vel indirecte, palam vel occulte, in, seu contra alterius dominorum ipsorum, seu venientium cum eis, vel eorum cujuslibet personas seu dominia, & res eorum, val cujuslibet eorum, illa alter pro altero evitabunt, & obviabunt, quantum in eis fuerit, & fraternaliter & amicabiliter incontinenti alter alteri ad resistendum præmissis, & sese ad invicem defendendum totis viribus, quibus ibi possint assistera.

VIII.

Item, est initum & concordatum, quod prædicta omnia, & singula promittantur, firmentur & jurentur per quamlibet partium prædictarum, & de eis fiant duo publica instrumenta communicanda per notarios & secretarios serenissimorum dominorum regum Romanorum, & Arragonum; & cum applicuerunt ad dictum regem Arragonum facient & procurabunt cum effectu dicti ejus ambaxiatores, quod dictus dominus rex Arragonum promittet, & jurabit personaliter omnia supradicta: de qua primo personalis sit plena fides, & publicum instrumentum.

Ex eadem Collectione, & ex ms. Lipsiensi.

Pacta regis Arragonum missa ad dominum Imperatorem Constantiam.

Pateat universis, quod nos Ferdinandus Dei gratia rex Arragonum & Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barchinonæ, dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comes Rossilhonis. Attendentes non esse dlo inter serenissimum Sigismundum regem Romanorum ex una parte, & ambaxiatores domini Papæ sanctissimi Benedicti XIII. & nostros ea altera, fuisse concordatum, & juratum in partibus Niciæ per totum mensam Junii proxime venientem simul & personaliter convenire & ad invicem ibidem celebrate super materia, prout iu quibusdam capitulis inde confectis continentur hujusmodi capitula facta, inita & concordata.

Cumque propter temporis antedicti nimiam brevitatem, negotiorum arduitatem & gravitatem partium de prorogatione dicti termini, ut & certe percepimus, fuerit perlectum; sitque expediens, & dictis negotiis accommodum, io omnem casum prorogationis, ipsam fieri,

ANNO CHRISTI 1415.

fieri, tenore hujusmodi publici instrumenti, tempus seu terminum prænarratum sub promissionibus, obligationibus, juramentis, vinculis, securitatibus, stipulationibus, & cautelis in dictis capitulis prænarratis, per unum mensem, videlicet Julii immediate sequentis duximus prorogandum, ipso rege Romanorum illud idem faciendo & jurando, & non alias, nec ultra. Promittentes in nostra bona fide regia etiam & jurato per crucem Domini nostri Jesu Christi, & ejus sancta quatuor evangelia in manibus nostris corporaliter tacta, sine derogatione infractionis, seu præjudicio dictorum capitulorum & instrumenti inde secuti, prædicta omnia & singula in eisdem capitulis contenta tenere, complere & immutabiliter observare intra tempus dicti mensis Julii prorogatum. Hæc igitur, quæ dicta *a* pascimur in posse secretarii nostri, & notarii infradicti pro dicto rege Romanorum, & alio seu aliis quibusvis, quorum interest, & interesse potest, seu poterit in futurum legitime stipulandum. Quod est datum & actum Valentiæ in regali Palatio civitatis ipsius, die XXVII. mensis Aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quintodecimo, regnique nostri quarto. Signum Ferdinandi Dei gratia regis Arragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comitis Barchinonæ, ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comitis Rossilhonis & Ceritanensis; qui dicta laudamus, concedimus, juramus & firmamus, huicque publico instrumento sigillum nostrum pendens duximus apponendum. Ferdinandus. Sigillum mei Pauli Nicolsi dicti serenissimi domini regis Arragonum & Siciliæ secretarii, auctoritate regia notarii publici per totam terram, & ditionem ejusdem, qui prædictis interfui, eaque de ipsius mandato scribi feci, & clausi. Corrigatur autem in decima septima linea. Visionem minime *b*.

a Ita in apographo quod fuit non caret mendis.

b Ita in ms.

Ex MS. Victorino.

Præterea per Concilium generale XV. Martii, petita fuerunt quæ sequuntur.

Primo, quod placeat D. N. quod non dissolvatur ipsum Concilium, donec unio perfecta fuisset adepta, & Ecclesia plene reformata. 2. Quod Concilium nullatenus transmutaretur alibi. 3. Quod D. noster non vellet deserere Concilium, nec ab ipso separari. 4. Quod vellet constituere procuratorem ad renunciandum efficaciter pro eo secundum deliberationem ipsius Concilii. 5. Quod præmissis vellet dare Bullas.

Zach. 8. Item, quod Prælati, aut alii vocati ad Concilium, non recederent de Concilio, & quod super hoc deputarentur aliqui ex parte Papæ, qui haberent examinare causas eorum recessus, siva esset propter infirmitatem, aut paupertatem. Ad omnia præmissa petita concordes fuerunt Nationes Gallicana, Germanica, Anglicana, & Italica, dempto quod Italica non consensit in quinto articulo, de traditione Bullarum.

Sequuntur responsiones ad præmissa petita, XVI. Martii, factæ per os Papæ & per prius per os D. Cardinalis Florentini, in palatio Apostolico.

Venerabiles fratres & dilecti filii, ad illud quod dicitur, de constituendo procuratore ad cedendum nostro nomine Papatui, videtur nobis & certi sumus, nec aliquem credimus prudentem in dubium revocare, quod ipsa cessio ad pacem Ecclesiæ multo certius, multo securius, multo celerius, multo honestius, & generaliter multo melius fiet per nos in propria persona, quam per procuratores. Etenim circa procuratoris officium, respectu formæ mandati, respectu litterarum, & alia, multa possunt opponi, & plurima dubia oriri, quæ cessant omnia, quando agit negotium persona principalis, & ita certius & securius fit, cum persona propria.

2. Quis dubitat, quod nulla conventione, antequam perveniatur ad effectum cessionis, ex parte P. de Luna, & Angeli Corarii multa proponentur, plurima petentur & exponentur, quæ nunc excogitari non possunt, quæ requirent magnum tractatum, magnam deliberationem, non solum nostram, immo collegii, & totius Concilii, & ad quæ agenda, nec facile, nec secure, neque certe posset constitui, nec instrui procurator, & propter quæ necesse esset de illo loco Niciæ hæc mittere, & remittere, & pluries, quæ requirunt magna temporis curricula, quæ tamen, si præsentes ibi simus, una die poterunt expediri, & celerius fient.

3. Fertur hic satis publice, & hoc dicunt Ambaxiatores Regis Arragoniæ, & Petr. de Luna hic stantes, quod idem Petr. de Luna nunquam per Procuratorem, neque cum alterius procuratore cedet. Quod si ita est, ut creditur, videtur necessarium quod in propria persona fiat.

4. Quis dubitat hujusmodi negotium, & respectu nostri, & respectu totius Ecclesiæ, & honori Concilii, honestius fieri per nos in propria persona, quam per procuratores? cum hoc attendimus, satis miramur, unde procedant ista consilia, attento quod nos parati sumus promissa nostra exequi, in propria persona, cur a nobis qui volumus & possumus, exigitur procuratorium, quod tamen non negaremus, si essemus infirmitate detenti, vel alias legitime impediti?

Miramur insuper, quod in re tam ardua, qua nulla major inter mortales est, nulla singularior, quia credimus ante nos in hoc casu similem non habuisse, & nescimus si sequenter habebimus, & a nobis procuratorium exigitur, cum in rebus multo minoribus quis de jure non cogatur.

Nos autem huic petitioni respondentes volumus per nos prædictam fieri cessionem, secundum formam cedulæ per nos datæ, in propria persona nostra, cessante infirmitate, vel alio legitimo impedimento exequi, & perficere, accedendo ad locum Niciæ, vel ad alium locum vicinum, per totum mensem Junii proximi futuri. Et si forte dubitetur de hoc, sive quod velimus divertere, sive alias pure & sincere non procedere, & non exequi promissa, ex nunc volumus & consentimus nos efficaciter obligari, quod in casu quo per nos stabit, quominus pax detur Ecclesiæ, per nostram cessionem personaliter faciendam, quemadmodum promisimus, juravimus, & vovimus, tunc per venerabiles fratres nostros Cardinales, præsens sacrum Concilium, & universalem Ecclesiam haberi pro non Papa, & perinde ac si Papatui renunciassemus expresse.

Volumus insuper quod iidem Fratres nostri Cardinales S. R. E. jurent pro tali nos in casu prædicto habituros, & ipsos, & omnes alios in casu prædicto absolutos esse volumus ab omni vinculo juramenti & obedientiæ, quo nobis tenentur adstricti.

Volumus autem, in casu quo infirmitate corporali, vel alio legitimo impedimento, propter quod inviti detineremur, quominus personaliter prædictam cessionem implere possemus, procuratores constituere ad præmissa per nos promissa fideliter exequenda: & si non fecerimus, locum habeat provisio securitatis capit. præcedentis: & nihilominus si quæ alia securitas præmissorum videbitur vobis rationabilis ultra præmissa ad hanc unam vel plures, non recusamus.

Ad articulum vero, quod præsens Concilium non dissolvatur, donec &c. respondemus, quod optime placet nobis, & volumus.

Quantum ad ipsum Concilium transferendum ad partes illas, vel hic, aut alibi manendum, videtur nobis melius, & expedientius Concilium ad partes illas vicinas Niciæ, ubi debet esse conventio, transferre, in loco habitabili, & hoc propter rationes prætactas. Et prædicta omnia & singula dicimus, & facimus in quantum remaneamus in plena libertate hinc recedendi, & eundi ad locum Niciæ, vel ad alium locum habitabilem, ad prædicta adimplenda.

Item, si, & io quantum præmissa omnia & singula plene & pure acceptentur per hoc sacrum Concilium, & non aliter, vel alio modo. Quo etiam præmissa sub præmissis conditionibus dicimus, & libere facimus, non obstante quacumque protestatione alias in contrarium facta per nos. Per præmissa tamen non intendimus excludere, quin velimus ante recessum nostrum de hoc loco, expedire ea, quæ videbuntur opportuna, pro implemento nostræ cessionis præmissæ, quibus expediendis

dis celeriter instabimus & faciamus, cum per hoc de riendum sibi aliqua, quæ interim per totum Concilium hoc sancto Concilio fuerimus advisati.

Die vero sequenti congregatæ fuarunt Nationes non contentæ de responsionibus Papæ, sed instanter petierunt procuratorium ad cedendum: 1. ad evitandum collusiones possibiles: 2. Quod D. N. erat homo viator, & poterat opinionem mutare, diabolo procurante, sicut fecit. 3. Quod difficile erat reperire locum convenientem & gratum omnibus. 4. Quod dissensio esset quis primus illorum cederet. Præterea Legati Angeli Corarii dixerunt palam Dominum suum non iturum Niciam, quia non putabat illum locum sibi securum, sed potius veniret Constantiam, cui si placeret Imperatori, daret procuratorium ad cedendum.

Ceterum legati Regis Aragonum & P. de Luna protestati sunt se nihil auctores esse cum Concilio, aut D. N. sed cum Imperatore, ad quem dumtaxar missi fuerant, & cujus conventionem cum Dominis suis pro unione Ecclesiæ requirebant, & tunc Imperator promisit ire Niciam, in mense Junii proxime futuro.

Paulo post per multorum ora vulgatum est, quod Papa volebat Nationes prævenire, & tam procuratorium, quam alia requisita facere: quare gavisi sunt universi vehementer ad unionem Ecclesiæ zelum habentes. Sed repente cithara nostra in luctum versa est, & nostrum gaudium in mœrorem. Cum manefacto, XXI. scil. Martii, in festo S. Benedicti, qui dies Jovis erat, clamor magnus factus est de recessu Papæ, qui de nocte recesserat.

De mane vero hora septima, cognito recessu Papæ, ex parte Imperatoris fuit voce Præconis ad sonum tubæ constantiæ proclamatum, quod nullus moveretur, aut timeret, & quod in majori securitate stabat Concilium generale tunc, quam antea, & quod victualia essent in majori foro, & quod quilibet erat in libertate eundi, standi, ac redeundi. Et proclamabatur per plures: Vivat Regia Majestas.

Ea die, toto Concilio turbato propter recessum clandestinum Papæ, congregatæ fuerunt simul quatuor Nationes in Ecclesia Fratrum Minorum, Imperatore præsente, & eas consolante, dicendo, quod non timerent quemquam, quia securæ essent, & liberæ, & quod volebat se & sua usque ad mortem inclusive exponere pro ipsis, unionem Ecclesiæ prosequendo, & quod quamdiu Concilium adunatum esset, cum eo staret, & ipsum protegeret & dirigeret. Prædictis Nationibus sic congregatis præsentata fuit Bulla per Papam de Scafusia transmissa Concilio generali sub forma sequenti. Et misit Archiepiscopum Remensem cum litteris credentiæ, quæ tales erant.

Joannes Papa XXIII. omnibus & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Prælatis, & Ambaxiatoribus Regum, Principum, & Universitatum, salutem & Apostolicam benedictionem. Gratia Dei omnipotentis liberi sumus in Scafusia &c. *ut infra*. Tandem visa Bulla prædicta, Imperatore regratiato, & in deliberatione posito de agendis; quatuor Nationes segregatæ sunt ad partem, & concluserunt mittere, & miserunt Deputatos ex qualibet Natione ad Collegium Cardinalium in Apostolico palatio congregatorum, ad colloquium habendum cum ipsis, & Concilium de modo agendi, quibus Deputatis DD. Cardinales dixerunt, quæ sequuntur.

Primo, quod recessus Papæ erat eis inopinatus, unde multum dolebant, & quod erant unanimes & concordes de omnibus agendis cum eis in absentia Papæ, & rogabant quod ad hæc Nationes similiter essent concordes, & quod unanimiter cum eisdem communicarent, & deliberarent. 2. Quod erant firmati, quod si recessus Papæ esset impedimentum unionis & reformationis Ecclesiæ, ipsi eum simpliciter dimitterent & recederent ab eo: si vero esset ad bonum, ipsi una cum Concilio deliberarent de iis, quæ agere deberent in hoc casu. 3. Disposuerunt mittere Prælatos aliquos de statu inferiori, unum vel duos Episcopos Papæ acceptos, ad sciendum plenius causas sui recessus, & intentionem suam. 4. Dictis Episcopis regressis, secundum eorum relatum disposuerant mittere tres Cardinales, de quolibet ordine unum, ad communicandum cum eo, & aperiendum sibi aliqua, quæ interim per totum Concilium deliberabuntur. 5. Supplicarunt, ut interim nullæ fierent Papæ novitates per Concilium, aut aliquo modo contra eum attentaretur. 6. Quod omnia fierent cum bona amicitia, & charitate, & quod parati erant semper convenire cum Concilio. 7. Regratiati sunt Regi Romanorum de provisione facta per eum, & securitate prætactis &c. Qui D. Rex erat tunc præsens, & venerat cum Deputatis ad Cardinales.

Sequuntur quædam advisamenta super cedula suprascripta, nuper ex parte Papæ tradita, advisata per Ambaxiatores Regis Franciæ, & Ducis Burgundiæ, & dicta die præcedenti noctem qua recessit tradita.

Primo videtur, quod ante omnia instandum est, quod hic in Constantiensi Concilio fiat reformatio Ecclesiæ tam in capite, quam in membris, & etiam quod intendatur ad extirpationem omnium errorum in fide, & moribus, antequam Concilium mutetur.

2. Quod fiat diligentia de sciendo intentionem DD. Petri de Luna, & Angeli Corarii, quantum fieri poterit, & indilata super iis ad eos mittantur Nuncii per Concilium ordinandi.

3. Si propter causas necessarias & utiles videretur mutari debere Concilium ad alium convenientem locum, hoc fiat cum bona voluntate D. N. Papæ, & D. Imperatoris, & cum deliberatione hujus sacri Concilii, & fiat mutatio ad locum D. Imperatori subjectum, & accomodum perfectioni unionis Ecclesiæ.

4. Quia tempore debito debet D. Imperator Niciam accedere, sicut conventum est, opus est, ut aliqui de Concilio ordinentur ad eum associandum. Scita autem intentione D. Petri de Luna, si noller renonciare per procuratorem, tum in persona dictus D. N. cum suo Collegio & Concilio, si commode fieri poterit, accedere debebit, aut procuretur, quod dicti DD. Petrus & Angelus veniant, & conveniant in loco, ubi tunc D. N. erit cum suo Collegio, & sacro Concilio: si vero eohientires & vellent iidem DD. renunciationem fieri per procuratorem, fiat similiter ex parte D. N.

5. Et ad hoc fideliter exequendum videretur utile, quod in illum casum deputarentur ex parte D. N. idonei procuratores, habentes zelum ad unionem Ecclesiæ Dei, bonisque modis, & honestis procuretur hoc fieri, & nunc tradi sufficiens procuratorium pro majori securitate negotii.

6. Eo casu quo D. N. vellet procuratorium concedere, & procuratores constituere, deberet providere, quod in manibus aliquorum proborum, non suspectorum sibi, nec Concilio procuratorium illud poneretur, qui voverent, promitterent, & solemniter jurarent illud non cedere, nec illo uti, nisi si, & quando dicti Petri & Angeli procuratores renunciare vellent, vel in casibus aliis in Cedula cessionis expressis.

7. Omnino providendum est, quod si, ut dictum est, D. N. cum suo Collegio se transferat ex causa necessaria, & cum deliberatione Concilii ad aliquem alium locum, quod Concilium pariter transferatur, & D. N. cum ipsis accedat ad illum locum, nec aliquo modo separentur, ex causis oca plenius explicandis.

8. Videtur quod illa omnia deberent concludi in plena sessione, & quod de securitatibus in Cedula Papæ contentis, & aliis advisandis particulariter fieret Bulla; & insuper quod in plena Sessione Papa renunciaret illius protestationibus, quas fecit sæpius, quod non erat in sua plena libertate, & facta omnia approbarentur per ipsum, & Concilium.

9. Si D. N. & jam dicti Petrus & Angelus postularent sibi, & eorum statui, & honori, ac familiaribus omnibus, & servitoribus suis facta renunciatione, seu in casu ipsius, provideri, advisetur, quod debite & honeste provideatur eis per Concilium, & hoc ipsi D. N. & ipsis Petro & Angelo tempore & loco intimetur.

Advisamenta vero supradicta, propter recessum Papæ, minime practicata fuerunt; sed ipse adhuc existens in Scafusia, auditis Prælatis & Nunciis pro parte Cardinalium in Costantia existentium ad eum missis, misit eisdem Cardinalibus Bullam subsequentem die Lunæ post ramos palmarum.

Johannes Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus

libus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Constantiæ existentibus salutem & Apostolicam benedictionem. Intellectis, quæ venerabiles Fratres nostri ad nostram præsentiam destinati pro parte vestra exquisitissime narraverunt circa negotium constitutionis procuratorum nostrorum in facto cessionis Papatus, duximus respondendum, quod cum ad nihil aliud principaliter desideria nostra tendant, quam posse veram pacem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ exhibere, Procuratores nostros irrevocabiles constituere intendimus ven. Fratres nostros omnes & singulos de Collegio præfatæ Ecclesiæ Cardinales: ita quod nobis personaliter non cedentibus, tres ex eis, aliis Videl. Petro de Luna Benedicto XIII. & Angelo Corarii Gregorio XII. in eorum obedientiis nuncupatis, cedentibus, vel decedentibus, in plena & efficaci forma factum cessionis nostræ exequi valeant, & ulterius quatuor Prælatos de Nationibus, in Constantiensi civitate existentibus, quorum similiter tres cessionem ipsam facare valeant, ut de Cardinalibus est expressum, & super præmissis litteras nostras in plena & opportuna forma expediri etiam faciemus. Hortamur itaque, ut præmissa sine dilatione cum charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Rege Romanorum & Hungariæ illustri, & Prælatis, ac aliis, quibus vestræ circumspectioni videbitur, communicare velitis; circa alia quoque exposita per cardinales ipsos huc transmissos, providebimus celeriter, prout materia flagitabit. Datum Scafusiæ Constantiensis diœcesis 8. Kal. Aprilis Pontif. nostri anno V.

Papa vero existens in Scafusia die sequenti XXIV. Martii scripsit Regi Poloniæ conquerendo sub hac forma. Quot & quanta mala, animarumque pericula &c. *Iisdem omnino concepta verbis ad regem Franciæ missa Epistola mox exhibebitur.*

Ex collectione Barberiniana.

Recessus Joannis Papæ a Concilio.

Die Mercurii vicesima Martii, dominus noster Papa prædictus de nocte recessit, aut verius fugit de civitate Constantiensi in habitu simulato ad modum rustici, & ivit usque Schaphusensem Constantiensis diœcesis prope Constantiam ad quatuor milliaria Theutonicalia; ad terram illustris principis dominis Frederici ducis Austriæ pro prima sua diæta.

Cedula Joannis Papæ propria manu.

Gratia Dei liberi sumus in Schaphusensi: & non venimus animo declinandi ab iis quæ promisimus per nostram renunciationem facere pro pace ecclesiæ sanctæ Dei, sed ut in libertate, salute propriæ personæ nunc possimus ea executioni demandare.

Datum in Schaphusen, vicesima prima mensis Martii. MCCCCXV.

Ex mss. Cæsareo Vindob.

Epistola Joannis Papæ ad Sigismundum.

Joannes Papa XXIII. carissimo filio nostro Sigismundo regi Romanorum. Carissime fili. Gratia Dei omnipotentis liberi ac convenientae aera sumus in Schaphusen, & venimus inscio filio nostro duce Austriæ, non animo declinandi ab his quæ promisimus per renunciationem nostram facere pro pace ecclesiæ sanctæ Dei: sed ut in libertate & salute propriæ personæ possimus, prout indubie volumus, ea executioni demandare.

Datum in Schaphusen, xxi. die mensis Martii, anno Domini MCCCCXV.

Et similes litteras misit collegio dominorum Cardinalium.

Ex mss. eodem Cæsareo.

Joannes Papa curiales omnes suos ad se evocat.

Ex parte & de mandato sanctissimi, in Christo patris ac domini domini Joannis, divina providentia Papæ XXIII. præsentium tenore citantur, requiruntur, & monentur, omnes & singuli familiares, nec non officiales præfati domini nostri & sedis Apostolicæ, tam laici quam clerici, cujuscumque etiam pontificalis dignitatis existant, in civitate seu districtu Constantiensi nunc exsistentes, quatenus infra sex dies proxime secuturos a data præsentium continue nominandos, quorum duo pro primo, duo pro secundo, & reliqui duo pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, harum serie assignantur, venire debeant & teneantur, ad terram Schaphusen, in qua idem dominus noster præsentialiter moram trahit, sub pœna excommunicationis & privationis omnium officiorum, quæ obtinent aut exercent. Volens idem dominus noster, quod præsentes requisitio, citatio, & monitio provide quoslibet arctet, ac si unicuique singulariter exhibitæ exstitissent: constitutionibus Apostolicis necnon reclamationibus & appellationibus, interpositis aut interponendis, & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Datum Schaphusen, Constantiensis diœceseos. die xxiii. mensis Martii.

Ex eodem mss.

Litteræ Joannis Papæ ad regem Franciæ.

Carissime in Christo filii, salutem & Apostolicam benedictionem. Revolventes dudum intra mentis arcana, quot & quanta mala animarumque pericula, ob errores & schismata, quæ nonnullorum execranda disseminavit ambitio, fideles Christi pertulerint; pia & paterne compassione compuncti vehementissime doluimus. Ac illius, cujus vices in terris licet immeriti gerimus imitari vestigia cupientes, qui pacem suis pro singulari hæreditate reliquit, toto corde omnique possibilitate pacem, qua inter omnia nihil optabilius esse debet ipsis fidelibus, ut tandem a tot releventur miseriis, disposuimus procurare. Et ut hujusmodi nostræ mentis conceptum opere compleremus, postergatis omnibus, qui nostram præsentiam in Italiæ partibus necessario flagitabant, ad civitatem Constantiensem pro celebratione Concilii generalis quod antea per nostras litteras ibi indixeramus tanendum, ante terminum statutum accessimus. Ubi per plures menses prælatorum & nuntiorum regum, principum, aliorumque dominorum, & Universitatum studiorum adventum pariter expectavimus. Tandem viam cessionis nostri papatus, licet ad illam nullatenus essemus adstricti, Angelo Corario Gregorio XII. & Petro de Luna Benedicto XIII. in eorum obedientiis nuncupatis, olim de papatu contendentibus, per sacrum Pisanum generale Concilium damnatis & ejectis similiter cedentibus, aperimus; & illam prosequi promittentes, voto & juramento firmavimus, prout in ipsis nostris desuper confectis litraris, quas ad serenitatem tuam destinandas providimus, plenius continetur. Nam hæc via cessionis aptior, brevior, & securior pro integra Christianorum pace præ ceteris nobis visa est. Quam usque ad totalem conservationem tanti boni prosecuti sumus sincere & cum constantia inconcusse. Putabamus namque, ex tanta nostra liberalitate favores, auxilia, & assistentiam, omni profectu tam magni tamque pii operis promerari, qui pro aliorum quiete unicam in a urbe dignitatem altissimam non dubitavimus dimittere. Sed ecce, quod dolenter referimus, nonnulli quos Apostolica gravitas nominari non patitur, appetitum rationi præponentes, & propria sectantes commoda, honestatis & juris calle calcato, non sicut in generalibus Conciliis secundum sanctorum Patrum instituta & observantias, hactenus per vota voces habentium & concorditer celebrantium procedi consuevit, ut ipso procederetur Concilio permiserunt. Verum factione conflata, & in quatuor nationes quæ per

a Forte, orbe.

quatuor voces totam ejus auctoritatem præsentarent, divisio Concilio, quod nunquam auditum est hactenus, ne qui per capita vota eorum in tam arduo negotio dare valerent, rem ad libitum deducere satagebant. Et si qui eorum inordinatæ voluntati contradicebant, illos terrebant minis & injuriis, conviciis & illusionibus affligebant. Nec his adhuc acquiescentes, quæ satis detestanda erant, in libertatem ipsius Concilii machinantes, portas ejusdem Constantiæ civitatis per diem integrum, ne aliquis prælatus vel clericus exire posset, claudi fecerunt: & demum contra libertatem salutemque propriam conspirare ausi sunt. De cujus conspirationis mediis honestius ad præsens tacere, quam scribere arbitramur. Et sic per fractiones & violentias reintegrationem & pacem universalis ecclesiæ impediri procurabant. Nos itaque talia intuentes cura angebamur continua; meditabamurque, quibus remediis, possemus occurrere, quod non impediretur executio tanti boni. Tandem cum nulla videratur esse alia via salubris, de dicta civitate, in qua nos nec tuti nec liberi eramus, & Concilium prælatum erat debita libertate privatum, incogniti recessimus; & ad hoc oppidum, quod temporali domino, dilecto filio, notabili viro Friderico duci Austriæ suppositum existit, ab ipsa civitate Constantiensi per quatuor milliaria Teutonica distans, ubi plena potimur libertate, devenimus. Non enim sine nostro & ecclesiæ ac plurimorum scandalo evidente, palam discedere valebamus. Quemadmodum ne valeremus discedere etiam occulte, non parvæ erant excubiæ & custodiæ antea ordinatæ. Et si mansissemus ibi, nostræ personæ non curato periculo, nil ibi ordinare, disponere, & decernere valebamus, quin ex præmissis metu & violentia arbitraretur extortum, & in posterum potuisset de nullitate notari. Hæc, fili carissime, in tuæ celsitudinis regiæ notitiam deducere properavimus per præsentes. Et plenius per instructiones præsentibus alligatas, quæ deinde per relationem nuntiorum nostrorum solemnium, quod ad ipsius præsentiam destinare deliberamus, fient tibi vivæ vocis oraculo clariora. Quoniam quorumcumque in Dei ecclesia occurrentium te decet esse participem, quem inter catholicos Christianorum reges, qui etiam ipsam ecclesiam erigere & manutenere tenentur, mentis benevolentia amplectimur speciali; ipsam celsitudinem tuam in Domino exhortantes, & affectuosissime requirentes, quatenus nobis, qui pro reintegratione & pace præ cæteris firmissime sumus dispositi, plus effectibus agere, quam verbis testati fuimus & scripturis; placeat opportunis auxiliis & favoribus pro tam piæ & necessariæ rei totali consummatione assistere & facere. Ex hoc enim apud Deum præmium non modicum, & apud homines promereberis ingentem gloriam & honorem.

Datum in Schaphusa Constantiensis diœceseos, sub annulo Piscatoris, die XXIII. Martii, anno quinto.

PRIMA SESSIO

POST MISSAM PAPÆ.

Seu tertia in ordine Sessionum.]

Ex prima editione.

a *Mss.* die Martis XXV. pro XXVI. *Habent* Martii XXVI. *Acta Vill-vina*, & *Gobelinus*, qui addit, tertia feria post Palmas.

b *Mf. Lipf.* regali.

c *Mf.* diei Annunciationis.

DIE a lunæ vicesima quinta mensis Martii supradicti fuit sessio generalis, in qua præsidebat dominus Petrus cardinalis Cameracensis, tituli sancti Chrysogoni presbyter cardinalis, qui dixit officium Missæ, in qua rex Romanorum in habitu b imperiali fuit cum suis nobilibus, prout decuit regem Romanorum: cui regi assistebat dominus Franciscus cardinalis Florentinus, diaconus cardinalis tituli sanctorum Cosmæ & Damiani. In qua quidem sessione cantata Missa de Domina nostra c de Annunciatione, factum fuit officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos Domine, quoniam benigna, &c. *& collecta pro pace.*

Subsequenter dominus cardinalis Florentinus juxta deliberationem sanctæ Synodi pronunciavit certos articulos sive constitutiones, servandos ad perpetuam rei memoriam, quorum tenores sequuntur.

Ex Surii mf.

Primitus tamen oratione lecta, quæ fuit sumpta de libro pontificali. Tenores vero dictæ orationis, & constitutionum lectarum sequuntur, & sunt tales: Ecce, sanctissimi sacerdotes, præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia d exhortatione convenio, & per divinum nomen obtestor, ut ea quæ a nobis de Deo & sacris ordinibus vel sanctis moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupolo contentionis in vestrorum omnium copulatione, & ipsa de quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter (Deo auxiliante) aut doceri possit, aut doceat. Deinde vos obtestatione obsecro, ut nullus e nostrum in judicando aut personam accipiat, aut f quomodolibet favore vel munere pulsatos, a justo judicio scienter avertatur aut discedat; sed cum tota pietate quidquid cœtui nostro se judicandum intulerit, pertractare curet; ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum inveniat, nec in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis, vel sollicitudo tepescat.

d *Exortatione*, mf.

e *Mss.* vestrum.

f *Qualibet*, mss.

Qua exhortatione facta, idem dominus cardinalis Florentinus, juxta deliberationem Concilii & Synodi prædictorum, pronunciavit constitutiones quæ sequuntur, videlicet has.

Ex prima editione.

Ad honorem, laudem & gloriam sanctissimæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, pacemque in terris hominibus bonæ voluntatis divinitus promissam, in Dei ecclesia consequendam, hæc sancta Synodus, sacrum generale Concilium Constantiense nuncupata, pro reformatione & unione dictæ ecclesiæ in capite & in membris fienda, in Spiritu sancto legitime congregata, decernit, declarat, diffinit, ordinat, ut sequitur.

Et prima, quod ipsa Synodus fuit, & est rite & juste convocata ad hunc locum civitatis Constantiensis, & g similiter recte & rite & juste initiata & celebrata.

g Finaliter, mf.

Item, quod per recessum domini nostri Papæ de hoc loco Constantiensi, vel etiam per recessum aliorum prælatorum, seu aliorum quorumcumque, non est dissolutum hoc sacrum Concilium, sed remanet in sua integritate & auctoritate, etiam si quæ ordinationes factæ essent in contrarium, vel in futurum fierent.

Item, quod istud sacrum Concilium non debet dissolvi, neque dissolvetur usque ad perfectam exstirpationem præsentis schismatis, & quousque ecclesia sit reformata in fide & moribus, in capite, & membris.

Item, quod ipsum sacrum Concilium non transferatur ad alium locum, nisi ex causa rationabili, & de consilio hujus Concilii deliberanda & concludenda.

Item, quod prælati, & alii qui debent interesse huic Concilio, non recedant de hoc loco ante finitum Concilium, nisi ex causa rationabili, examinanda per deputatos, seu deputandos ab hoc sacro Concilio. Qua causa examinata & approbata, possint recedere cum licentia hujus vel illorum, qui habet vel h habent auctoritatem. & tunc recedens teneatur dimittere potestatem suam aliis remanentibus, sub pœnis juris, & aliis per hoc sacrum Concilium indicendis, & in contrarium facientes exsequendis.

h *Mf.* habebant.

Super his autem articulis lectis & approbatis per cardinales & Concilium, magister Henricus de Piro, promotor & procurator Concilii, nomine totius Concilii, & Imperatoris petiit instrumentum.

In MS. Card. Capranicæ, hæc ita leguntur.

Et super iis magister Henricus de Piro promotor, & procurator Concilii nomine totius Concilii & Imperatoris petiit instrumentum & instrumenta per dominos protonotarios & notarios ad hoc deputatos per Concilium ad perpetuam rei memoriam. Quibus constitutionibus lectis, & eis approbatis per eosdem cardinales, & Concilium, domini Petrus Cameracensis cardinalis, & Franciscus cardinalis Florentinus protestabantur, prout in quadam cedula lecta per eumdem dominum Franciscum cardinalem Florentinum continebatur hujusmodi sub tenore inferius inserti.

Te-

Tenor dictæ protestationis cedulæ, de qua supra fit mentio, sequitur, & talis est:

IN nomine Domini Amen. Anno Domini millesimo quadrigentesimo quintodecimo, indictione octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini domini Joannis divina providentia Papæ XXIII. anno v. die vero Martia, xxvi. mensis Martii, Constantiæ. Petrus miseratione divina sancti a Grisogoni presbyter Cameracensis, & Franciscus sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus & Florentinus vulgariter nuncupati, S. R. E. cardinales constituti, coram serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ rege, & coram reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis & cetaria hic in Constantiensi Concilio congregatis, & ad præsens exsistentibus in cathedrali ecclesia Constantiensi causa tenendi sessionam, dixerunt & protestati sunt in his scriptis, quod non ad præjudicandum huic sacro Concilio, nec prædictæ sessioni, sed ad consarvandum honestatem utriusque & alterius ipsorum infrascripeis dicebant, & protestabantut; quod sicuti pridie statim post recessum domini nostei Papæ de hoc loco omnes domini cardinales tunc in palatio Apostolieo congregati dixerunt domino regi & deputatia nationum in hoc Concilin exsistentibus; ita prædicti domini Cameracensis, & Florentinus cardinales dicunt & affirmant: videlicet quod domino nostro prædicto stante in bono proposito dandi pacem ecclesiæ per suam cessionam papatus, videtur eis honestum, & ita dispositi sunt sibi assistere & obedire, prout tenentur. Si vero aliter eveniret, quod Deus avertat, tunc dispositi sunt huic sacro Concilio, & credunt quod primo casu, scilicet ipso persistente in bono proposito, ipsum etiam Concilium tancatur, & velit aidem domino nostro assistate, & ipsum in bono proposito conservare & augere.

a Pro Chrysogoni.

Dicunt etiam, quod cum alias totum collegium dominorum cardinalium miserit reverendissimos in Christo patres dominum Jordanum de Ursinis Albanensem episcopum, & dominum Guillelmum sancti Marei presbytarum, & dominum Amedeum de Saluciis sanctæ Mariæ novæ diaconum, S. R. E. cardinales, ad ipsum dominum nostrum Papam, ad informandum suam sanctitatem de gestis hic post suum recessum, & ad sentiendum de sua intentione super agendis in futurum per ipsos dominos cardinales; & super hoc non habueront plenum responsum, multum desidarassent, quod placuisset sacro Concilin differre præsentem sessionem usque ad habitum dictum responsum. Sed quia non fuerit visum dominis de Concilio expectare axtra hanc diem, ideo aliis cardinalibus qui sunt hic, non convenientibus ad hanc, partim quia sunt in infirmitate gravati, partim quia videretur eis honestum non interesse, donec habeant responsum; prædictis Cameracensi & Florentino cardinalibus visum est, quod possint interesse. Et quia sperant, quod ea, quæ agentur in hac sessione, si recte & rite gesta fuerint, rata & grata habebuntur per eumdem dominum nostrum Papam: & de prædictis rogavarunt, & rogant notarios publicos infrascriptos, ut de supradictis omnibus, & singulis unum, vel plura, si expediret, publica conficiant instrumenta. Quibus sic peractis, dominus Petrus cardinalis præsidans tunc huic Concilio, omnia & singula approbavit & ratificavit ad instantiam serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, & magistrorum Henrici de Piro procuratoris, sive syndici nationis Germanicæ, & aliorum syndicorum, ac Universitatum studiorum, videlicet Parisiensis, Oxoniensis, Tolosanensis, Montispessulanensis, Cambergensis, Wigennensis, Erfordensia; Coloniensis, Libicensia, & Cracoviensia ecclesiarum, ambaxiatoribus regum & principum, nomine illorum, quorum interest, approbavit. Super quibus prædictus dominus rex in ejus propria persona petiit sibi fieri justitiam per dominos protonotarios prædictos: & secundario magister Henricus de Piro nomine nationis Germanicæ, & universitatum studiorum, ambaxiatorum regum & principum, & alii prælati petierunt fieri instrumenta, præsantibus ambaxiatoribus regis Franciæ, videlicet Ludovico duce Bavariæ, episcopo Carcassonensi, & eorum sociis, nobilibus Frederico & Joanne Burgraviis Nurebergensibus, Ludolpho duce Saxoniæ, Magno comite de Hungaria, comitibus videlicet patre, & filio marchionatus Montisferrati, ambaxiatoribus regum Angliæ, Norvegiæ, Sveciæ, Poloniæ, Navarræ, & aliis dominis & principibus.

Subsequenter post prandium fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, in qua sunt peracta hæc, quæ sequuntur. Et primo fuerunt lecta certa capitula portata de Schaphusensi per dominum Almannum de Pisis. Quibus lectis & examinatis, fuit petita & tradita copia hujusmodi sub tenore.

Tenor dictorum capitulorum per cardinalem Pisanum portatorum de Schaphusen a Joanne Papa.

PRoposita per dictum cardinalem Pisanum pro parte domini nostri Papæ. I. Quod dominus noster constituit procuratores irrevocabiles ad cedendum nomine ipsius, ipso absente, vel nolenta; nisi derineatur invitus, in omnem casum, in quam dominus noster secundum formam cedulæ datæ, super sessione præmissam jurata, & vota cedare teneretur. Si tamen aidem Domino non daretur bona securitas, tolleret illam exceptinnem de sua detentione.

II.

Item, quod procuratores erunt omnes cardinales; ita quod tres cardinales possint in forma prædicta facere cessionem etiam sine prælatis, de quibus infra. Item, constituit octo prælatos eligendos, ut sequitur, videlicat quod Concilium nominabit da diversis nationibus triginta duos. Et ex illis dominus noster alegit octo. Et ex illis octo tres da tribus nationibus mandatum cessionis exsequentur etiam sine cardinalibus, de quibus supra.

III.

Item, quod dominus nostar constituet vicarios ad negotium Concilii, omnes & singulos dominos cardinales, quierunt præsentes in Constantia, qui da ipsis unum constituant præsidentem.

IV.

Item, quia continget aliquando domino nostro, quamdiu erit absens, indigere consilio cardinalium, aut dicti cardinales, aut aliqui eorum indigebunt domino nostro; habebunt libertatem ire, & redire quoties, & quemadmodum volent: remanentibus tamen sempet in bono numero aliquibus in Constantia: & quicumque erunt, semper arunt vicarii.

V.

Item, quod agatur de provisione domini nostri, post cassionem, quamvis ipse non petat. Item, det bullam de non dissolvendo Concilium ante perfectum tractatum unionis, & reformationis ecclesiæ.

VI.

Item, quod rex & Concilium reddant dominum nostrum securum & liberum. Primo, quod persona sua ubicumque fuerit, erit in securitate, & libertate extunc, & in omni casu. Et etiam post cessionem erat liber & quietus ab omni molestia & querela.

VII.

Item, quod juxta petitionem ambaxiatorum regis Franciæ permánebit in partibus istis vicinis ad unam, vel duas diætas, aut circa per spatium mensis, val quinque septimanarum, si dabitur bona securitas sanctitati suæ, tam in stando, quam postea in eundo. Et duci Austriæ non fiat novitas vel molestia guerræ, saltem ad certum tempus.

ANNO CHRISTI 1415.

VIII.

De curia vero videtur sanctitati suæ, quod deberet esse apud eum: quoniam summus Pontifex male potest esse solitarius; sed in hoc datus est modus ad suspensionem cedulæ, & sententiarum contra cortesanos usque ad Dominicam *Quasi modo*. Et interim mittetur ad sanctitatem suam per dominos de collegio, ut ita disponatur, quod nec sanctitas sua remaneat solitaria, nec detur Concilio materia dissolutionis.

Die Jovis xxiii. mensis Martii, supradicta fuit affixa cedula suspensionis monitionis alias factæ per Papam, de qua in præcedentibus articulis fit mentio, ita quod curiales sine pœna possint remanere usque ad Dominicam *Quasi modo geniti*, proxime futuram.

Ex MS. duobus D. a Schelstrate.

xxviii. Martii, anni mccccxv. Eadem die post vesperas reverendissimi patres domini Jordanus episcopus Albanensis de Ursinis, et Guillelmus tituli sancti Marci presbyter, & Amedeus sanctæ Mariæ novæ diaconus de Saluciis, qui fuerant pro parte sacri collegii ad dominum nostrum Papam legati destinati, nec non Alamannus tituli sancti Eusebii Pisanus, atque Antonius tituli sanctæ Cæciliæ de Challant presbyter, S. R. E. cardinales, redierunt a domino nostro Papa in Schaphusa morante: fueruntque omnes de eorum reditu valde contenti, sperantes, quod bona nova portarent: propter quorum reditum sessio, quam in crastinum nationes facere deliberaverant, prorogata est; quatuorque ex prædictis cardinalibus illo sero cum domino rege & aliis cardinalibus, qui Constantiæ remanserant, ac deputatis nationum in *a* Concilio tempore longo fuerunt: Dominus autem cardinalis de Ursinis labore itineris fatigatus interesse non potuit. Dixeruntque prædicti quatuor cardinales, quod in crastinum bona nova de sincera intentione domini nostri Papæ referrent. Quibus responsum est pro parte ibidem existentium, quod si bonam intentionem haberet ipse dominus noster Papa, non fecisset mandatum curialibus, quod sub pœna excommunicationis, privationis beneficiorum & officiorum, eum infra sex dies sequi deberent. Quibus replicatum est, quod super hoc provideri poterat, attento quod terminus nondum erat elapsus, & ipsi domini super hoc mandatum habebat. Hac tamen replicatione cardinales non obstante, illo sero inter eos altercatio facta fuit.

a Pro, consilio.

Die Jovis xxviii. mensis Martii, convenientibus in palatio episcopali Constantiensi domino rege Romanorum, dominis cardinalibus, nationibus, & oratoribus regum, & principum, dominorum, & universitatum, reverendissimus pater dominus cardinalis Pisanus, nomine aliorum suorum collegarum, & pro parte domini nostri Papæ Joannis XXIII. exposuit, qualiter dominus noster Papa paratus erat constituere suos procuratores omnes & singulos dominos S. R. E. cardinales, ad renunciandum papatui in omnibus casibus cædulæ ultimo per ipsum factæ. Ita quod, si tres ex eis ad invicem concordarent libere cedere, possent & ipso nolente cedere. Et similiter volebat constituere octo prælatos ex nationibus, dummodo nationes xxxii. prælatos nominarent: ita quod tres ex dictis octo prælatis, si ad invicem concordaverint, cedere possint. Item, quod dominus noster Papa stabit prope Constantiam per unam vel duas diætas usque ad deliberationem Concilii. Item, vult quod Concilium non dissolvatur, donec habeatur perfecta unio in ecclesia sancta Dei. Item, quod locus iste Concilii non mutetur sine deliberatione Concilii. Super quibus omnibus dictus dominus noster Papa paratus erat Apostolicas bullas dare. Fuit etiam petitum pro parte domini nostri Papæ per dictum dominum cardinalem Pisanum, quod daretur bona securitas domino nostro Papæ de sua persona non offendenda, & de non movendo guerram contra ducem Austriæ; & si hæc duo non fierent, nulla prædictarum oblationum diceretur facta fuisse. Quæ omnia tanquam *b* ludicra & ficte pro parte domini nostri Papæ oblata, per dominum regem Romanorum, & alios ibidem adstantes, reputata fuerunt: fuitque ibidem unanimiter vociferatum: His non obstantibus fiat sessio, fiat sessio: propter quæ tam ipsa die, quam die Veneris sequenti altercationes maximæ fuerunt inter dominos cardinales & nationes.

b Pro, ludicra.

Die Veneris xxix. mensis Martii, cum prædictæ tres nationes, videlicet Germanica, Gallica, & Anglicana deliberassent sessionem celebrare in crastinum, & capitula quæ volebant in ea statuere, domini cardinales in palatio episcopali Constantiensi convenientes, habita inter se deliberatione, obtulerunt domino regi ibidem cum eis convenienti, pro parte domini nostri Papæ, ultra supradictas infrascriptas oblationes: quod dominus noster Papa paratus erat, ipsum regem una cum dominis cardinalibus procuratores ad renunciandum papatui constituere: ita quod si duo ex dominis cardinalibus simul cum ipso domino rege concordarent papatui cedere, possent ipso nolente cedere. Item, paratus erat ipse dominus noster Papa curiam suam sine deliberatione Concilii *c* hinc transferre. Item, obtulerunt dicti domini cardinales, quod ipsi parati erant sessioni in crastinum celebrandæ interesse, dummodo non fierent, neque statuerentur alia capitula, nisi capitula infrascripta: quibus sic oblatis dominus rex receptis capitulis infrascriptis dixit, se iterum ad nationes in claustro sancti Francisci congregatas, & cum eis prædicta capitula conferre velle, & eis postea respondere.

c Lege, hinc non transferre.

Eadem die venit novum de Schaphusa Constantiam, qualiter dominus noster Papa timens, ne dominus rex castrum Schaphusæ obsideret, inde hora nona ante meridiem, nullo cardinali sociatus, cum paucis ex sua familia sub ductu ducis Austriæ recesserat, & versus Friburgum perrexerat.

Eadem die hora tarda dominus rex a nationibus ad dictos cardinales rediens retulit, quod nationes super infrascriptis capitulis sensum in sessione statuendis non poterant concordare. Sed obtinuerat ab eis, quod sessio usque ad horam decimam prorogaretur, & in crastinum usque ad illam horam viderent, si possent ad invicem concordare.

SESSIO IV.

In ordine.

*Die sabbati trigesima & penultima mensis Martii supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi prædicta; & celebravit Missam de Spiritu sancto dominus patriarcha Antiochenus; * in qua sessione fuit Romanorum rex in habitu & insigniis ad regem Romanorum spectantibus; & cardinalis Florentinus pronunciavit articulos & constitutiones sequentes.*

Ex prima editione.

Ex mss. Surii, & quatuor German.

Mane ante *d* prandium, in qua fuerunt ducenti patres, *e* &c. Et fuit ibidem peractum officium de Spiritu sancto, cujus officii Missam celebravit dominus patriarcha Antiochenus. In qua sessione fuit Romanorum rex in habitu & cum insigniis ad regem Romanorum spectantibus. Nec non reverendi patres domini Jordanus de Ursinis, Angelus Laudensis, Antonius de *f* Salancho, Antonius Aquilejensis, Amadeus Saluciarum, Ludovicus de Flisco, Guglielmus sancti Marci, Alamannus Pisanus, Franciscus Florentinus. Cardinales vero Vivariensis & Cameracensis non intererant, licet in civitate Constantiensi existerent. Officio vero Missæ facto, legebantur litaniæ cum introitu, *Exaudi nos Domine*. Quibus factis, statim dominus cardinalis Florentinus legebat quasdam constitutiones servandas per Concilium, quarum tenores sunt inserti inferius. Quibus lectis & approbatis per generalem Synodum, sive Concilium, Henricus de Piro procurator & *g* syndicus nationis Germanicæ, petiit sibi nomine dictæ nationis a nobis notariis Concilii, & eorum quolibet, ipsius Concilii nomine, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Sic similiter procuratores & syndici omnium nationum, regis Romanorum, Universitatum studiorum, & ambaxiatorum; præsen-

d Horam prandii, mss.
e Al. vel circa in ms. Goth. ultra ducenti.
f Mss. Chalanco.
g Promotor Concilii, ms.

ANNO CHRISTI 1415.

sentibus ibidem illustribus principibus, Friderico Burgravio Nurembergensi, Rodulpho duce Saxoniæ, *a* comite Svvartzburgensi, magistro curiæ regis Romanorum, comite Bertholdo de Ursinis, ambaxiatoribus regis Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Novergiæ, Cypsi, Navarræ; nec non Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, *b* marchione Montisferrati, aliisque pluribus nobilibus, & reverendis patribus in multitudine copiosa, testibus, &c.

a Mss. *Guntero Comite Svvartzburgensi.*
b Mss. *Joanne Jacobo filio marchionis Montisferrati.*

Tenor vero dictarum constitutionum, de quibus supra fit mentio, sequitur, & est talis:

Ex prima editione.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

HÆc sancta Synodus Constantiensis generale Concilium faciens, pro exstirpatione præsentis schismatis, & B *unione ac reformatione ecclesiæ Dei in capite & in membris fienda, ad laudem omnipotentis Dei, in Spiritu sancto legitime congregata; ad consequendum facilius, securius, liberius & uberius unionem & reformationem ecclesiæ Dei, ordinat, c disponit, statuit, decernit & declarat, ut sequitur:*

c Disponit. mss.

Et primo, quod ipsa Synodus in Spiritu sancto congregata legitime, generale Concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis * *(& reformationem generalem ecclesiæ Dei in capite & in membris.)*

Item, quod sanctissimus dominus noster Papa Joannes vicesimus tertius Romanam curiam, & officia publica illius, vel illorum officiarios, ab hac civitate C *Constantiensi ad alium locum non mutet aut transferat seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ Synodi, & hoc, quoad illos officiarios, vel illa officia, per quorum absentiam Concilium verisimiliter dissolveretur, vel læderetur. Et si contrarium fecisset, seu faceret in futurum, aut aliquos processus, seu mandata contra dictos officiarios, vel alios quoscumque huic Concilio adhærentes, etiam censuras ecclesiasticas, aut alias pœnas quascumque continentes, ut ipsum sequerentur, fulminasset, fulminaret, seu fulminaverit, id totum sit irritum & inane; nec eisdem processibus, censuris & pœnis, tamquam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore, & eas & eos irritat: quin immo dicti officiarii in dicta civitate Constantiensi suis officiis utantur, & illa exerceant libere ut prius, quam-* D *diu ipsa sacra Synodus in eadem civitate celebrabitur.*

Item, quod omnes & singulæ translationes prælatorum, nec non privationes eorumdem, aut aliorum beneficiorum quorumcumque, commendarum aut donationum revocationes, monitiones, censuræ ecclesiasticæ, processus, sive acta & gesta, gerenda, agenda & fienda per præfatum dominum nostrum, aut suos officiarios, seu commissarios, in læsionem Concilii, seu adhærentium eidem, a tempore sui recessus, contra adhærentes huic sacro Concilio, vel existentes in eodem, aut in ipsorum præjudicium, seu alicujus eorumdem, quomodolibet ipsis invitis facta vel fienda, factæ vel facti, faciendæ vel faciendi, ipso jure sint nulla, cassa, irrita & inania, cassæ, irritæ & inanes, ac nullius roboris vel momenti d ex sua auctoritate cassat, irritat & annullat.

d Mss. & sua

Item, fuit declaratum & conclusum, quod de qualibet E *natione eligantur tres, qui cognoscant de causis recedere volentium, & pœnis recedentium sine licentia infligendis.*

Item, quod pro bono unionis non creentur novi Cardinales. Et ne fraude vel dolo dicantur facti dudum Car- A *dinales aliqui, declarat sacrum Concilium pro non cardinalibus haberi, qui non erant Cardinales publice reputati & tenti in recessu ejusdem domini nostri Papæ a civitate Constantiensi.*

Ex cod. Sarii, & ms. Brunsvvic.

Item, placeat reverendissimis paternitatibus, quod quælibet natio habeat eligere duos deputatos, qui vel eorum duo habeant cognoscere de causis recedere volentium, atque habeant potestatem referendi præsidenti qui erit pro tempore: qui præsidens habebit auctoritatem dandi licentiam secundum casus exigentiam: procuratores dimittendo, ac pœnas infligere recedentibus licentia non obtenta. Et quod in præmissis habeat dictus præsidens potestatem auctoritate præsentis Concilii, juxta relationem & certificationem dictorum deputatorum.

B

Ex mss. Wolfenbuttell. & Card. Capranicæ.

Quibus lectis & approbatis per generalem Synodum, Henricus de Piro, promotor Concilii, petiit fieri a notariis Concilii & eorum quolibet, ipsius Concilii nomine, instrumentum, & instrumenta, præsentibus ibidem illustribus principibus Friderico Burgravio Nurembergensi, Rodulpho Duce Saxoniæ, Comite de Svvartzburg magistro curiæ regis Romanorum, Comite Bertholdo de Ursinis, ambaxiatoribus regis Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Norvegiæ, Cypri; nec non Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, Joanne Jacobo filio marchionis Montisferrati, & aliis pluribus in multitudine copiosa.

Eadem die hora vesperarum, vel circa, ad supplicationem regis Romanorum fuerunt omnes deputati om- C nium nationum, & quamplures ambaxiatores regum, principum, universitatum studiorum, congregati in ecclesia majori Constantiensi; ubi serenissimus Romanorum rex prælibatus proposuit, qualiter alias dominus Reginaldus de Carnoto archiepiscopus Remensis, portasset litteram credivitam de domino Joanne Papa vicesimotertio: qua recepta idem dominus archiepiscopus dixit sub nomine Papæ, *e* qualiter ipse recessisset de civitate Constantiensi, quod hoc erat propter aerem sibi inconvenientem, non propter aliquam impressionem, vim, vel metum aut timorem sibi illatam seu illatum, inferendam seu inferendum per ipsum dominum regem, neque suos. Et alias prout dixit constare apud acta *f* mei notarii. Modo autem haberet idem Papa scribere dominis cardinalibus hic existentibus contrarium, videlicet, quod propter timorem ipsius domini regis, & aliorum dominorum suorum cum do- D mino rege exsistentium, recessit. Et ad finem, quod omnis homo scire possit tunc verba proposita & dicta per dictum dominum archiepiscopum Remensem nomine dicti domini Papæ, supplicavit ipse domino archiepiscopo, ut ipse surgeret, & referret ambaxiatam suam tunc ipsi regi nomine Papæ factam. Qui dominus Reginaldus archiepiscopus levavit se, & dixit, quod nuper post recessum Papæ de Constantia, ipse mittebatur per dominos ambaxiatores regis Franciæ suos collegas, ad oppidum Schaphusen. In quo reperiebat Papam in vigilia Palmarum, referens & exponens Papæ sibi injuncta per suos collegas. Quo exposito, Papa sibi dixit, quod non deberet recedere, quin loqueretur sibi; cum vellet aliqua committere relativa carissimo filio suo regi Romanorum, & aliis Constantiæ existentibus: & si in casu, quod ipsemet non committeret sibi, tunc faceret E sibi dici per dominum cardinalem de *g* Salancho, qui ibidem similiter exsistebat, quod dicere deberet domino regi & aliis Constantiæ exsistentibus. Ipseque dominus Reginaldus archiepiscopus ivit ad certam cameram, ibidem pausando; & post ejus dormitionem

e *Quod licet*, ms.
f *Consilii*; mss.
g *Chalanco*: mss.

* *Inclusa parenthesi non sunt hic, neque in prima editione, neque in mss. Concilii Constantiensis duobus Vindobonensibus, neque in Valfenbuttelensi, Brunsvvic. Gotb. & Lipsiensi, ut docent nuperi editores hujus Concilii in Germania, tom. iv. parte 1. pag. 86. 87. 89. Et Schelstratius Bibliot. Vatic. olim præfectus, profert novem alios mss. in quibus pariter hæc non habentur: nec ullum a quoquam laudari cod. ms. vidimus, in quo ea legantur. In uno ms. additur in margine hæc adnotatio:* Iste articulus imperfecte fuit factus, ut sequitur: ideo suppletus in sessione sequenti. *Vide etiam Gobelin. Person. in Cosmodrom. ætate 6. c. 94.*

ANNO CHRISTI 1415.

nem venit ad eum dominus de Salancho, *a* Antonius cardinalis, & injunxit sibi certe quæ deberet referre domino regi, & aliis certis Constantiæ exsistentibus, nomine Papæ, dans sibi quatuor brevia. Quorum unum domino regi, aliud cardinalibus, tertium ambaxiatoribus regis Franciæ, & quartum ambaxiatoribus Universitatis studii Parisiensis. Receptisque per eum hujusmodi brevibus & informationibus a dicto domino cardinali de *b* Salanco nomine Papæ, recessit de Schaphusen, rediens ad Constantiensem civitatem. Ascendensque palatium papale, reperit ibidem serenissimum principem regem Romanorum sæpe dictum cum dominis cardinalibus, eumque ambaxiatoribus regis Francorum, ambaxiatoribus studii Parisiensis, & aliis deputatis nationum, porrigens ibidem brevia sibi commissa, & præsertim breve directum Romanorum regi. Quo viso & lecto, ipse de mandato domini Papæ, & ejus jussu dixit, qualiter dominus noster Papa non recessisset de Constantia ob aliquam impressionem, vim, metum, timorem, sive aliam causam, sive culpam, quam posset imponere domino regi, neque suis; sed propter sanitatem corporis: & offerret se impleturum omnia quæ promisisset in Concilio Constantiensi, & quod diligeret dominum regem sicut umquam, & libenter vellet secum convenire, si contingeret ipsum ire Niciam ad Petrum de Luna, & secum conferre de modo unionis & reformationis ecclesiæ: & alia dixit, prout superius in ejus relatione continetur, in die Lunæ post diem Palmarum facta: & illi dixit tunc, quod Papa injunxisset sibi, non obstante quod acceperat ab ore cardinalis de Salancho, cum unum & idem reputasset Papam & cardinalem de Salancho, quoad hujusmodi relationem: & si aliqui dicerent vel scriberent contrarium, non *c* posset in contrarium, & quod satis admiratur de hoc. Cardinalis vero de Salancho, qui ibidem erat præsens, dixit, quod Papa injunxisset sibi talia dare in mandatis: licet dixit, quod non propter impressionem, vim, metum, aut timorem domini regis præcise, sed bene ob timorem aliquorum nobilium de curia sua, de quibus habuisset Papa timorem: sed persona regis non *d* diffidisset, quam diligit sicut umquam. Super quibus serenissimus dominus rex Romanorum petiit ibidem per protonotarios sedis Apostolicæ, Concilii, nationum, aliosque notarios & tabelliones ibidem exsistentes, fieri unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Similiter ambaxiatores regis Francorum nomine archiepiscopi Remensis, & magister Benedictus de Universitate Parisiensi, præsentibus ibidem ambaxiatoribus Sveciæ & Poloniæ regum, filio marchionis Montisferrati, Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, Rodulpho duce Saxoniæ, aliisque ambaxiatoribus, prælatis & doctoribus in numero copioso *e*.

a Mss. *de Chalanco*.
b Mss. *Chalanco*, & sic ubique.
c Forte, *posse*.
d Al. *diffidasset*: Al. *timuisset*.
e Mss. Goth. *& quam plurimis aliis fide dignis*.

Ex cod. mss. Lipsiensi.

Item, fuit declaratum & conclusum, quod de qualibet natione eligantur tres, qui cognoscant de causis recedere volentium, & pœnis recedentium sine licentia infligendis.

Ex mss. D. a Schelstrate.

Die sabbati, quæ fuit dies sabbati sancti, penultima mensis Martii, hora septima ante meridiem convenientibus in palatio episcopali Constantiensi domino rege Romanorum, dominis cardinalibus, & nationibus, fuit plurimum super infrascriptis & aliis capitulis altercatum. Universitas etiam Parisiensis multum institit apud regem, ne contra ducem Austriæ moveret guerram: dicentes, quod si guerra moveretur, *f* dubitandum erat, quod Concilium non dissolveretur. Sed rex se durum in hoc semper exhibuit: & tandem domini cardinales cum nationibus super ipsis capitulis non valentes concordare, fuit incepta Missa pro sessione celebrenda. Tunc dominus rex iterum ad dominos cardinales ingressus est: & habito cum eis aliquali colloquio, domini sancti Marci & Florentinus cardinales cum ipso rege exeuntes, primam cappellam ecclesiæ Constantiensis sunt ingressi, jusseruntque ad se vocari deputatos nationum iam in choro paratos exsistentes pro sessione celebranda. Quibus venientibus habita fuit non modica disceptatio inter dominum regem, dominos cardinales, & deputatos nationum super capitulis prælibatis: & tandem divino flamine inspirante in unam sententiam convenerunt, quod tantum capitula infrascripta in dicta sessione statuerentur. Fuit ergo dicta sessio de consensu & voluntate domini regis, & omnium dominorum cardinalium, in Constantia exsistentium, quatuor nationum, & oratorum, regum & principum celebrata: & omnes cardinales in Constantia exsistentes, qui non erant infirmitate gravati, interfuerunt. Cui sessioni reverendissimus in Christo pater dominus Jordanus miseratione divina episcopus Albanensis cardinalis de Ursinis præsedit; & reverendus pater P. dominus Joannes patriarcha Antiochenus Missam celebravit. Qua finita, reverendissimus in Christo pater dominus F. miseratione divina sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis, sacro Constantiensi approbante Concilio, legit capitula infrascripta. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. &c. ut supra.

f Lege, *dubitandum non erat, quod Concilium dissolveretur*.

Ex eisdem mss.

Sequuntur quædam *g* provisiones utiles pro acceleranda unione, quas offerunt domini cardinales, qui sunt hic, securaturos ut fiant par dominum nostrum Papam.

Primo, quod dominus noster dabit bullam, quod hoc Concilium non dissolvetur, nec mutabitur ab isto loco, sine consilio Concilii.

Item, quod domini de Concilio faciant formam procuratorii, & ipsi cardinales facient, quod dominus noster acceptabit in omnem causam, quo tenetur cadere secundam cedulam super hoc confectam.

Item, quod Concilium eligat constituendos in procuratores in certo numero de singulis nationibus usque ad xxx vel xxxx. de quibus dominus noster eliget octo vel duodecim, quos constituit ultra dominum regem Romanorum, & dominos cardinales, quos etiam constituet procuratores secundum formam alterius cedulæ traditæ per dominos cardinales singulis nationibus: & erit forma, quod ex dominis cardinalibus tres vel duo cum domino rege Romanorum, & ex prædictis de Concilio tres de tribus nationibus, qui etiam sine cardinalibus poterunt exsequi cessionem.

Item, quod oblata per quinque dominos cardinales pro parte domini nostri, quæ data sunt in cedula ut supra, si videntur aliqua addenda vel corrigenda, reddunt se certos, & ita habent a domino nostro, quod ipse etiam approbabit, & bullas super eis dabit.

Item, de curia Romanorum offerunt se providere per modum alias dictum, taliter quod per hoc non præjudicabitur Concilio.

Item, promittent domini cardinales qui sunt hic, quod si contingat mortis casus domini nostri Papæ, non eligent alium, usquequo videatur, an per viam cessionis aliorum superviventium possit dari pax ecclesiæ: & si videretur Concilio utiliter, quod aliquis eligeretur, obligabunt eum ad viam cessionis procurandam & faciendam in omnibus, prout obligatus est dominus noster, cum constitutione procuratorum in simili forma.

Item, interim quousque videatur, an per viam cessionis possit dari pax ecclesiæ, non consentietur, quod creentur novi cardinales.

Item, generaliter *h* offerunt, quod omnia quæ deliberabit Concilium esse utilia & opportuna ad expeditionem unionis supradictæ, procurabunt per dominum nostrum Papam expediri etiam sub bulla.

Præmissis attentis videtur attendendum circa prædicta, quæ directe respiciunt ad unionem ecclesiæ, suspensis ad tempus aliis materiis, quæ habent magnas difficultates, & maturam exigunt deliberationem.

Item, videtur omnino providendum de securitate domini nostri ante cessionem, & post, & promissione status sui post cessionem.

Item, de guerris, quod cessent.

g Forte, *propositiones*.
h Forte, *offerant*.

Ex

Ex mſ. Card. Capranicæ.

Imperator dixit Concilio de facto Joannis Papæ.

Anno, Indictione, & Pontificatu, quibus ſupra, die Veneris, quinta menſis Aprilis, hora Veſperarum, vel quaſi, ad ſupplicationem Regis Romanorum fuerunt omnes deputati omnium nationum, & quamplures ambaxiatores regum, principum, univerſitatum ſtudiorum, congregati in eccleſia majori Conſtantienſi, ubi ſereniſſimus Romanorum rex prælibatus propoſuit, qualiter alias dominus Reginaldus de *a* Corneto Archiepiſcopus Remenſis portaſſet litteram creditivam de domino Joanne Papa XXIII. Qua recepta idem dominus archiepiſcopus dixit illi nomine Papæ, qualiter ipſe receſſiſſet de civitate Conſtantiæ, quod hoc erat propter aerem B ſibi inconvenientem, non propter aliam impreſſionem, vim, metum, aut timorem ſibi illatos, vel inferendos per ipſum dominum regem, neque ſuos vel alios, prout dixit conſtare apud acta Concilii: modo autem idem Papa haberet ſcribere cardinalibus hic exſiſtantibus contrarium, & ſcripſit; videlicet quod propter timorem ipſius domini regis, & aliorum dominorum cum domino rege exſiſtentium; & ad finem quod omnis homo ſcire poſſet verba tunc propoſita, & dicta per dominum Archiepiſcopum Remenſem nomine Papæ, ſupplicavit ipſi domino archiepiſcopo ut ſurgeret, & referret ambaxiatam ſuam tunc ipſi regi nomine Papæ factam. Qui dominus Reginaldus archiepiſcopus levavit ſe, & dixit quod nuper poſt receſſum Papæ de Conſtantia, ipſe mittebatur per ambaxiatores regis Francorum ſuorum collegarum ad oppidum Schaphuſenſe, & exponere C Papæ ſibi injuncta per ſuos collegas. Quo expoſito Papa ſibi dixit, quod non debet recedere, quin alloqueretur ſibi, cum vellet aliqua committere relativa cariſſimo filio ſuo regi Romanorum, & aliis Coſtantiæ exiſtentibus; & si in caſu quo ipſemet non committeret ſibi, faceret ſibi dici per dominum cardinalem de Chalanco, qui ſimiliter ibi exſiſtebat, quod dicere deberet domino regi & aliis Conſtantiæ exſiſtentibus. Ipſeque dominus Reginaldus ibit ad certam cameram ibidem pauſando. Et poſt ejus dormitionem venit ad eum dictus cardinalis de Chalanco, & injunxit ei certa, quæ deberet referre domino regi, & aliis cæteris Conſtantiæ exſiſtentibus, & nomine Papæ dans ſibi quatuor brevia: quorum unum domino regi, aliud cardinalibus, tertium ambaxiatoribus regis Francorum, & quartum ambaxiatoribus ſtudii Pariſienſis. Receptiſque per eum huiuſmodi brevibus, & informatione a dicto domino cardi- D nali de Chalanco nomine Papæ, receſſit de Schephuſenſi. Reditus ad civitatem Conſtantienſem, aſcendens palatium papale reperit ibidem ſereniſſimum principem regem Romanorum ſæpedictum cum dominis cardinalibus, quinque ambaxiatoribus regis Francorum, ambaxiatoribus ſtudii Pariſienſis, & aliis deputatis nationum; porrigens ibi brevia ſibi commiſſa, & præſertim breve directum domino regi Romanorum. Quo lecto & viſo, de mandato domini noſtri Papæ dixit, qualiter dominus noſter ei injunxiſſet ſibi dicere præfato domino regi, quod ipſe Papa non receſſiſſet a Conſtantia ob aliquam impreſſionem, vim, metum, & timorem, ſive aliam cauſam, ſive culpam quam poſſet imponere domino regi neque ſuis: ſed propter ſanitatem corporis; & offerret ſe impleturum omnia quæ promiſiſſet in concilio Conſtantienſi, & quod diligeret dominum ſicut un- E quam & libenter vellet ſecum convenire, ſi contingeret ipſum ire Niciam ad Petrum de Luna, & ſecum conferre de modo unionis & reformationis eccleſiæ. Et alias dixit, ſicut ſuperius conſtat in ejus relatione in die Lunæ poſt diem Palmarum facta. Et ille dixit tunc quod Papa injunxiſſet ſibi, non obſtante quod receperat ab ore domini cardinalis de Chalanco, cum unum & idem repræſentet Papam, & dominum cardinalem, quoad huiuſmodi relationem. Et ſi aliqui dicerent vel ſcriberent contrarium, non poſſe in contrarium, & ſatis admiratur de hoc. Cardinalis vero de Chalanco, qui ibidem erat præſens, dixit, quod Papa injunxiſſet talia dare in mandatis: Licet dixit quod deberet dicere, A quod non propter impreſſionem, vim, metum, domini regis; ſed præciſe bene ob timorem aliquorum nobilium de curia ſua, de quibus Papa habuiſſet timorem, ſed de perſona regis unquam diffidiſſet, quin diligeret ſicut unquam. Super quibus ſereniſſimus dominus rex Romanorum petiit ibidem per protonotarios ſedis Apoſtolicæ, concilii, nationum, aliiſque notarios & tabelliones ibidem exſiſtentes, fieri unum vel plura, publicum & publica inſtrumenta. Similiter ambaxiatores regis Francorum nomine domini archiepiſcopi Remenſis, & magiſter Benedictus de Univerſitate Pariſienſi, præſentibus ibidem ambaxiatoribus Sveciæ & Poloniæ regum, filio marchionis Montisferrati, Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, Rodolpho duce Saxoniæ, aliiſque ambaxiatoribus, prælatis, doctoribus in numero copioſo.

a Al. Mſſ. Carneto.

SESSIO V.

Ex prima editione.

DIe ſabbati, ſexta menſis Aprilis, anno a Nativitate Domini MCCCCXV. Indictione VIII. fuit ſeſſio generalis in eccleſia cathedrali Conſtantienſi deputata, in qua fuit ſereniſſimus Romanorum rex præfatus in veſte imperiali cum nobilibus ſuis miniſtrantibus ſibi in inſigniis. In qua ſeſſione inter alios cardinales ibidem exſiſtentes præſidebat Concilio dominus Jordanus epiſcopus Albanenſis, Cardinalis de Urſinis, & cantabatur Miſſa de Domina noſtra per dominum Raynaldum archiepiſcopum b *Ravennatem, fueruntque pronunciati articuli & conſtitutiones ſequentes per reverendum dominum Andream electum Poznanienſem.*

c Remenſem. Qua cantata, juxta ritum aliarum ſeſſionum legebantur litaniæ, cum introitu, *Exaudi nos Domine*, &c. & collecta pro pace *d* unionis, ac evangelio, & hymno, *Veni creator Spiritus*, &c. præſentibus ibidem dominis, Angelo Laudenſi, Antonio Aquilejenſi, Guillelmo ſancti Marci, Antonio de Salancho, Almanno Piſano, presbyteris; Amadeo Saluciarum, & Franciſco Florentino, diaconis cardinalibus: abſentibus vero Joanne Vivarienſi, Petro Cameracenſi, Franciſco Venetiarum, & Ludovico de Fliſco, cardinalibus, licet in dicta civitate præſentibus, ut publice ferebatur. Dictoque officio Miſſæ, litaniis cantatis & dictis, ſurrexit de mandato totius ſanctæ Synodi reverendus pater dominus Andreas electus Paznanienſis, & certa capitula per modum conſtitutionum ſynodalium, prius per ſingulas quatuor nationes concluſa & deliberata, legit & publicavit: *e* quorum tenores ſequuntur, & ſunt tales:

b In Mſſ. Brunſ. Lypſ. Gorb. & Suriano, Remenſem.

c In mſſ. prædictis, poſt vocem *Remenſem*, hæc adduntur.

d Mſſ. & unione.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

e Mſ. Tenores vero dictorum capitulorum ſeu conſtitutionum, de quibus ſupra fit mentio.

Ex prima editione.

HÆc ſancta Synodus Coſtantienſis generale Concilium faciens, pro exſtirpatione ipſius ſchiſmatis, & unione & reformatione eccleſiæ Dei in capite, & in membris, ad laudem omnipotentis Dei, in Spiritu ſancto legitime congregata, ad conſequendum facilius, ſecurius, f liberius unionem & reformationem eccleſiæ Dei ordinat, diffinit, decernit, & declarat, ut ſequitur.

f Uberius, mſſ.

Et primo declarat, quod ipſa in Spiritu ſancto legitime congregata, Concilium generale faciens, & eccleſiam catholicam repræſentans, poteſtatem a Chriſto immediate habet, cui quilibet cujuſcumque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exſiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & exſtirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem dictæ eccleſiæ in capite & in membris.

Declaratio facta a patribus, qui ſub obedientia erant Joannis XXIII.

Item, declarat, quod quicumque cujuſcumque conditionis, ſtatus, dignitatis, etiam ſi papalis, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus, aut præceptis hujus ſacræ Synodi & cujuſcumque alterius Concilii generalis legitime congregati, ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo.

Item, diffinit & ordinat dicta ſancta Synodus, quod dominus Joannes Papa XXIII. Romanam curiam, & officia publica illius, vel illorum officiariis de hac civi-

ANNO CHRISTI 1415.

civitate Constantiensi non mutet ad alium locum, seu transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione & consensu ipsius sanctae Synodi. Et si contrarium fecisset, aut faceret in futurum, aut aliquos processus, seu mandata contra dictos officiarios, aut alios quoscumque huic sacro Concilio adhaerentes, etiam censuras ecclesiasticas, vel alias poenas quascumque continentes, ut ipsum sequantur, fulminasset, fulminaret, seu fulminaverit, totum id sit irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris & poenis, tanquam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore: quinimmo dicti officiarii in dicta civitate Constantiensi suis officiis utantur, & illa exerceant libere ut prius, quamdiu ipsa sancta Synodus in eadem civitate celebrabitur.

Item, ordinat & diffinit, quod omnes & singulae a translationes praelatorum, nec non privationes eorumdem, aut aliorum beneficiatorum, officialium, b administratorum, quarumcumque commendarum & donationum revocationes, monitiones, censurae ecclesiasticae, processus, sententiae, & quaecumque acta, gesta, gerenda, agenda & fienda per praefatum dominum Joannem Papam, aut suos officiarios & commissarios, in laesionem dicti Concilii, seu adhaerentium eidem, a tempore inchoationis ejusdem Concilii, & contra adhaerentes huic sacro Concilio, vel exsistentes in eodem, aut in ipsorum seu alicujus eorumdem praejudicium, quomodolibet ipsis invitis facta vel fienda, factae vel facti, faciendae vel faciendi, auctoritate hujus sacri Concilii ipso facto sint nulla, cassa, irrita & inania, cassae, irritae & inanes, ac nullius roboris vel momenti, eu eadem auctoritate cassat, irritat & annullat.

a Mſ. ordinationem.

b Mſ. ministrorum quorumcumque,

Item, declarat, quod dominus Joannes Papa & omnes praelati, & alii ad hoc generale Concilium vocati, & alii in eodem Concilio exsistentes, in plenaria libertate fuerunt & exsistant, ut visum est dicto sacro Concilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum, seu dicti Concilii contrarium deductum est, & hoc testificatur dictum sacrum Concilium coram Deo & hominibus.

In cod. mſſ. Surii, haec sunt adjecta.

Item, declarat, decernit, statuit & diffinit dicta sancta Synodus, quod dictus dominus noster Papa renunciare tenetur, nedum in quocumque casu in schedula oblationis suae comprehenso, sed etiam in quocumque, in quo sua renunciatio afferre potest magnam & evidentem utilitatem ed bonum unionis ecclesiae Dei: quodque super hoc dictus dominus Papa declarationi & definitioni hujus sacri Concilii stare tenetur.

Item, statuit, diffinit, decernit, declarat & deliberat dicta sancta Synodus, quod si dictus dominus noster requisitus pro bono unionis per hoc sacrum Concilium, papatui renuntiare contempserit, vel plus debito distulerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, pro abjecto a papatu omnibus Christi fidelibus habeatur, & omnis obedientia eidem sit subtracta.

Item, statuit, diffinit & decernit dicta sancta Synodus, quod recessus dicti domini nostri Papae a civitate Constantiensi clandestine factus, fuit illicitus, bonoque unionis ecclesiae Dei praejudicialis & nocivus. Quodque dictus dominus noster Papa requirendus est ex parte dicti sacri Concilii, quod ad illud revertatur, facturus & adimpleturus quod promisit, vovit & juravit pro unione danda ecclesiae Dei: & cum intimatione, quod si infra terminum sibi ex parte dicti sacri Concilii praefigendum, ad ipsum Concilium redire contempserit, eut plus debito distulerit, contra eum tanquam fautorem schismatis & suspectum de haeresi procedetur, ut requirunt sacrae & canonicae sanctiones.

Item, statuit, diffinit, decernit & declarat dicta sancta synodus, quod si dictus dominus noster Papa ad ipsum secrum generale Concilium redire voluerit, & quae promisit, vovit, & juravit, efficaciter juxta deliberationem dicti sacri Concilii pro dicta unione adimplere, eidem provideatur de bona securitate, quod nec ante renunciationem, nec post capietur, aut incarcerabitur, nec alias in persona vel bonis molestabitur. Quinimmo in plena securitate & libertate tenebitur & tuebitur per dominum regem Romanorum serenissimum, & etiam per dictum generale Concilium. Et ulterius de bono statu eidem domino nostro, & suis familiaribus post dictam renunciationem habendo, ad arbitrium quatuor per dictum sacrum Concilium eligendorum, provideatur. Quibus peractis reverendus pater dominus Andreas electus Posnaniensis, in materia fidei & super materia Joannis Hus legebat quaedam evisamenta, quae sequuntur, & sunt talia.

Ex mſſ. cod. Surii; & tribus mſſ. German.

Primo, quod juxta determinationem doctorum sacrae theologiae & iuris canonici confirmatur & approbatur sententia lata in Concilio Romano de damnatione & doctrina Joannis VVicleff, etiam per combustionem librorum ejusdem.

Item, quod in eadem sessione committatur materia fidei per hoc sacrum Concilium cum plena auctoritate, quoad doctrinam ipsius Joannis VVicleff, nec non Joannis Hus, & suorum sequacium, reverendissimis patribus dominis Cameracensi & sancti Marci Cardinalibus, nec non dominis episcopo Dolensi & abbati Cistercii: qui etiam assumptis doctoribus theologiae & juris canonici, videant super materia Joannis Huss, hic propter errorem ipsius Joannis VVicleff, detenti: quibus etiam assignetur c regimen processus causae per commissarios contra eumdem Joannem Hus facti.

c Mſ. registrum.

Item, quod iidem domini commissarii videant de modo procedendi super condemnatione articulorum quadragintaquinque in specie, in Parisiensi & Pragensi Universitatibus condemnatorum super materia Joannis VVicleff.

Item, quod scribantur litterae missivae regibus, principibus, ducibus, comitibus, universitatibus studiorum per Mundum, ex parte huius sacri Concilii de recessu Papae, & aliis circa praemissa occurrentibus; & quod quatuor praelati ex quatuor nationibus deputandis auctoritate ejusdem Concilii, dictas missivas suis sigillis una cum sigillo serenissimi principis regis Romanorum sigillent & corroborent. Super quibus Concilium respondebat: Placet.

Item, & subsequenter idem dominus Andreas electus per simile avisamentum verbale proposuit, & per modum consultationis, quod necessarium esset; quod Concilium supplicaret domino regi Romanorum hic praesenti, super reductione domini Joannis Papae XXIII. ad civitatem Constantiensem, praesentem requirendo eum; quod adimpleret promissa facta ecclesiae, & Concilio Constantiensi, cum honore ipsius Papae, & in libertate ejus. Responsumque fuit, Placet, per Concilium.

Ad hoc enim respondendo surrexit rex Romanorum, proferendo & dicendo, quod scit, quod dictus dominus Joannes Papa est in oppido Louffemburg Basileensis dioecesis, & in manibus Friderici ducis Austriae. Nescit si supplicaret sibi, quod reverteretur, an vellet redire ad Concilium & civitatem Constantiensem: etiam si libenter vellet redire, an posset: quia forsan eum dux non vellet dimittere de manibus suis. Sed quidquid sit de hoc, idem rex Romanorum obtulit se ad omnia mandata & praecepta Concilii: & in casu quo ipsi Concilio placeret, sibi Papae scribere, & eum rogare ut rediret, & dirigere salvum conductum juxta deliberationem Concilii pro ipso Papa & omnibus secum redire volentibus, & ante & post, dummodo redire vellet, & adimplere promissa. Etiam in casu, quo Concilium velit, obtulit se eidem dominus rex paratum, quod vellet ire, & dare omnem operam ad reducendum ipsum Papam, etiam ipso duce volente, vel nolente. Responsum fuit communiter per Concilium; Placet.

Item etiam dominus rex proposuit, qualiter misit exercitum suum gentes armorum contra ducem Austriae

ANNO CHRISTI 1415.

ſtriæ verſus & contra oppidum Schaphuſen, in quo aliqui cardinales & curiales eſſe dicuntur. Dans in mandatis illuſtri principi Fridarico Burgravio Nurembergenſi capitaneo ſuo, ut mandaret dici dictis cardinalibus in Schaphuſa exſiſtentibus, ceteriſque curialibus, & aliis redire volentibus ad Conſtantiam civitatem, quod nomine ipſius regis dictis dominis cardinalibus & curialibus redire volantibus dare dabetet ſalvum conductum, & eos facere conduci per gentes libere cum eorum perſonis, familia & rebus ad civitatem Conſtantiam. Qui dominus Fridericus Burgrevius juxta commiſſionem miſit dictis dominis cardinalibus & curialibus dici verbo, & in ſcriptis. Et ad ipſorum dominorum cardinalium notitiam devento, reſcripſerunt ipſi Friderico Burgravio, quod non vallent ſalvum conductum ſuum, nec redire ad civitatem Conſtantienſem, neque etiam ſequi dominum Joannem Papam XXIII. ſed ire ad urbem Romanam; & ſimilis opinionis eſſent cardinales, qui aſſent Conſtantiæ. Proteſtans nihilominus rex, quod ſit paratus dare ipſis cardinalibus & Papæ, aa quibuſcumque redire volentibus ſalvum conductum ſuum juxta deliberationem & ordinationem Concilii, & eos facere reduci per genes ſuas libera ad præſentem civitatem Conſtantienſem: & nolentibus id habere, ſi quæ impreſſio, ae alii caſus fortuiti & eventuales iis accidarint, valit eſſe excuſatus. Super quibus omnibus & ſingulis protonotariis & tabellinnibus ibidem præſentibus petiit fieri publica inſtrumenta, præſentibus teſtibus ſupradictis.

Ad illud reſpondendo ſurrexit reverendiſſimus pater dominos Franciſcus cardinalis Florentinus nomina ſuo & aliorum dominorum cardinalium ibidem præſentium, dicens: Quod domini cardinales qui remanſerunt in civitate Conſtantienſi, omnes poſt receſſum Papæ de Conſtantia, ipſi exſiſtantes in palatio Apoſtolico concordarunt in hoc: videlicet, quod ſi dominus noſter Papa vallet ſequi viam quam obtulit, videlicet ceſſionis, ipſi vellant eum ſequi & ſovere prout tenerentur, & eum defendere & tuari in honore ſuo. Et in caſu quo declinaret ab ea via, & non adimpleret promiſſa, vellent ab eo deſiſtere, & remanere cum Concilio: & uſque huc non fuit ipſis viſum juxta ejus ſcripta & dicta, quod declinaret in contrariam viam: propterea ſalvaſſent honorem ſuum de hoc, quod cardinales (ut dicitur & refertur) ſcripſerunt, & dicunt de Schaphuſa, quod non velint venira, neque ſequi Papam, ſed ire Romam. Et quod ejuſdem intentionis cardinales Conſtantiæ exſiſtentes exſiſtant, nihil conſtar ſibi, neque aliis dominis cardinalibus Conſtantiæ exſiſtentibus, mirando ſatis, unde hujuſmodi relata procedant.

Ultimo fuit per eumdem dominum Andream electum Poznanienſem propoſitum, quod in ultima ſeſſione fuit concluſum & deliberatum: Quod nullus recederet, aut recedere deberet de Concilio non obtenta licentia: licet compertum ſit contrarium, & quod aliqui recedunt in habitu diſſimulato. Et tunc fuiſſet petitum, licet non concluſum, quod executio contra tales ita recedentes deberet fieri per dominum regem, & pœna infligi, juxta deliberationem præſidentis Concilio: fuit per ipſum Andream propoſitum & dictum, Si adhuc placet illis, reſpondeat Concilium, Placet. Fuitque reſponſum: Placet.

Super omnibus his per modum aviſamenti propoſitis, & alias per modum ſupplicationum, &c. dictis & concluſis, hinc inde præfatus magiſter Henricus de Piro promotor hujus Concilii, nomine & ut procurator nationis Germanicæ, petiit per reverendos patres dominos ſedis Apoſtolicæ protonotarios & tabelliones quoſcumque unum & plura ſuper his, publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

Ex prima editione.

Quibus articulis, ſive conſtitutionibus lectis, dictum Concilium eos & eas uniformiter approbavit & concluſit. Super quibus Henricus de Piro promotor & procurator ipſius Concilii, nomine ejuſdem Concilii petiit inſtrumentum.

Ex mſſ. D. a Schelſtrate.

Die ſabbati ſexta menſis Aprilis, cum per prius inter dominos cardinales & nationes altercatum fuiſſet ſuper correctione & emendatione capitulorum in præcedenti ſeſſione ſtatutorum, tandem ordinatum, & concluſum eſt, quod ſupradicta capitula modo infraſcripto corrigerentur. Convenientibus itaque dicta die glorioſiſſimo principe domino Sigiſmundo Romanorum & Hungarorum rege ſemper Auguſto, reverendiſſimis dominis cardinalibus Conſtantiæ exſiſtentibus, ceteriſque principibus, prælatis, regum, principum, ac dominorum oratoribus & procuratoribus, & aliis in ſacro Conſtantienſi Concilio exſiſtentibus in eccleſia cathedrali Conſtantienſi, præmiſſa per dominos cardinales & oratores regis Franciæ proteſtatione in camera paramentorum palatii Conſtantienſis ſecrete facta, quod propter ſcandalum evitandum ad ſeſſionem ibant, non animo conſentiandi his quæ audiverant in ipſa ſtatui debere: maxime quod dominus noſter Papa & alii in Concilio exſiſtentes in plena ſecuritate fuerant, quorum plura ſtatuta non ſunt, ſed ad ſeſſionem aliam reſervata, tandem quinta ſeſſio celebrata eſt, reverendiſſimuſque in Chriſto pater dominus Jordanus epiſcopus Albanenſis cardinalis de Urſinis in ipſa ſeſſione præſedit, & reverendus in Chriſto pater dominus Andreas Laſchari electus Poznanienſis, poſt finitum officium, pronunciavit capitula infraſcripta. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, &c.

In mſ. Card. Capranicæ hæc habentur: & in cod. Lipſ. Goth. Wolfenbut. & Brunſuvic.

Quibus articulis ſive conſtitutionibus lectis dictum Concilium eos & eas uniformiter approbavit & concluſit ita fore ſervandum. Super quibus lecturis & approbationibus magiſter Henricus de Piro promotor ipſius Concilii, & nomine ejuſdem & omnium ibidem exſiſtentium, nomine procuratoris a reverendiſſimis patribus dominis ſedis Apoſtolicæ protonotariis ibidem exſiſtentibus, omnibuſque aliis notariis & tabellionibus per dictum Concilium ad hoc deputatis, & eorum quemlibet unum, vel plures, tot quot fuerint neceſſaria, publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus ibidem illuſtribus & magnificis viris domino Ludolpho duce Saxoniæ, Hermanno comite ſeniori Czul, Philippo Magno comite de Hungaria, Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, marchione Montisferrati, ceteriſque nobilibus & ambaxiatoribus regum & principum, Univerſitatum, ſtudiorum, ſeu communitatum in numero copioſo.

Quibus itaque peractis ſupradictus R. P. D. Andreas electus Poſnanienſis legebat quædam aviſamenta in materia fidei, & ſuper materia Joannis Hus, detenti per Concilium, a quondam Joannem VVicleff, quæ ſequuntur hujuſmodi ſub tenore:

a Forte, *propter Joannem VVicleff.*

Tenor aviſamentorum in materia fidei.

I.

PRimo quod juxta determinationem doctorum ſacræ theologiæ & juris canonici confirmetur & approbetur ſententia lata in Concilio Romano de condemnatione librorum & doctrinæ Joannis VVicleff etiam per combuſtionem librorum ejuſdem.

Bulle Joannis Papæ adverſus Joannem Wiclef. extat Tomo ſuperiori pag. 1380.

II.

Item, quod in eadem ſeſſione committatur materia fidei per hoc ſacrum Concilium cum plena auctoritate ad doctrinam ipſius Joannis VVicleff, nec non Joannis Hus, & ſuorum ſequacium, reverendiſſimis patribus dominis Camerecenſi & ſancti Marci cardinalibus, nec non dominis epiſcopo Dolenſi, & abbati Ciſtercienſi: qui etiam aſſumptis doctoribus theologiæ, & juris canonici, videant ſuper materia Joannis Hus hic propter errores Joannis VVicleff detenti; quibus etiam aſſignetur regiſtrum pro-

processus causæ per commissarios contra eumdem Joannem Hus factum.

III.

Item, quod iidem domini commissarii videant de modo procedendi super condemnatione memoriæ prædicti Joannis VVicleff, & per exhumationem ossium ejusdem.

IV.

Item, quod similiter videant iidem commissarii de condemnatione articulorum xlv. in specie in Parisiensi & Pragensi universitatibus condemnatorum in materia ejusdem Joannis VVicleff.

V.

His siquidem avisamentis lectis, magister Henricus de Piro procurator Concilii prædicti *a* inquisivit, si placent dicta avisamenta: & per Concilium fuit conclusum quod placet, nomine discrepante.

a In ms. Gota. additur, & nationum.

VI.

Item, idem dominus Andreas electus Posnaniensis proposuit per avisamentum videlicet in hunc modum.

VII.

Item, scribantur litteræ missivæ regibus, principibus, ducibus, communitatibus & Universitatibus studiorum per Mundum ex parte hujus sacri Concilii, de securitate hujus loci, recessu Papæ, & aliis circa præmissa occurrentibus. Et quod quatuor prælati ex quatuor nationibus deputandis auctoritate hujus sacri Concilii, dictas missivas suis sigillis una cum sigillo serenissimi Romanorum regis sigillent, & corroborent. Super quo Concilium respondebat, Placet.

VIII.

Item, & subsequenter idem dominus Andreas electus simile avisamentum verbale proposuit, & per modum consultationis, quod necessarium esset, quod Concilium supplicaret domino regi Romanorum præsenti, super reductione Joannis Papæ XXIII. ad civitatem præsentem Constantiensem: requirendo eum, quod adimpleret promissa facta ecclesiæ, & Concilio Constantiensi cum honore ipsius Papæ, & in libertate ejus. Responsum fuit, Placet, per Concilium.

Ad hoc cum respondendum surrexit rex Romanorum proferendo & dicendo sic, quod dominus Joannes Papa est in *b* Lamsemberch oppido & Basiliensi diœcesi, & in manibus ducis Frederici Austriæ; nescit si supplicaret sibi quod reverteretur, an vellet venire, & redire ad Concilium, ad civitatem Constantiensem. Etiam posset esse, si libenter venire vellet, an posset, quia forsan dux non vellet dimittere eum de manibus suis. Sed quidquid sit de hoc, idem dominus rex Romanorum obtulit se ad omnia mandata & præcepta Concilii. Et in casu quo ipso Concilio placeret, vellet ipsi Papæ scribere, & eum rogare ut rediret, & dirigere sibi salvum conductum, juxta deliberationem hujus sacri Concilii, pro ipso Papa, & omnibus secum redire volentibus, & ante eum, & post, dummodo venire vellet, & adimplere promissa. Etiam in casu, quo Concilium vellet, obtulit se idem dominus rex paratum, quod vellet ire & dare omnem operam ad reducendum ipsum Papam, *c* etiam eo volente, aut nolente. Responsum fuit communiter per Concilium, Placet.

b M·S·n, Laufenb·rg, ut in ms. Brunsvvic.

c In ms. Brunsvvic. etiam ipso duce volente, &c.

IX.

Item, idem dominus rex proposuit, qualiter misit exercitum suum gentium armorum contra ducem Austriæ versus, & contra oppidum Schaphusense, in quo reliqui cardinales & curiales esse dicuntur, dans in mandatis illustri principi Frederico Burgravio Nurebergensi capitaneo suo, ut mandaret dici dictis cardinalibus in Schaphusensi exsistentibus, ceterisque curialibus, sive curtesanis, & aliis volentibus redire ad civitatem Constantiensem, quod nomine ipsius regis dictis dominis cardinalibus & curialibur redire volentibus dare deberet salvum conductum, & eorum personis & rebus ad civitatem Constantiensem: Qui dominus Fredericus Burgravius juxta commissionem misit dictis cardinalibus & curialibus dici verbo & in scriptis. Et in ipsorum dominorum cardinalium notitiam deventum, rescripserunt ipsi Frederico Burgravio, quod non vellent salvum conductum suum, nec redire ad civitatem Constantiensem, neque etiam sequi dominum Joannem XXIII. sed ire ad urbem Romanam, & similis opinionis essent cardinales qui essent Constantiæ. Protestans nihilominus dominus rex, quod sit paratus dare ipsis cardinalibus & Papæ, & quibuscumque redire volentibus salvumconductum, juxta deliberationem & ordinationem Concilii, & eos facere reduci per gentes suas ad dictam præsentem civitatem Constantiensem: & volentibus id habere, si quæ impressio, & alii casus fortuito & eventualiter iis acciderent, velit esse excusatus de hoc. Super quibus ab omnibus & singulis protonotariis & tabellionibus præsentibus fecit publica instrumenta, præsentibus supradictis testibus.

Ad illud respondendum surrexit reverendissimus pater dominus Franciscur cardinalis Florentinus nomine suo, & aliorum dominorum cardinalium ibidem præsentium, dicens quod domini cardinales qui remanserunt in civitate Constantiæ, omnes post recessum Papæ ibidem exsistentes in palatio Apostolico concordaverunt in hoc: videlicet quod si dominus noster Papa vellet sequi viam quam obtulit, videlicet cessionis, ipsi vellent eum sequi, prout tenentur, & eum defendere, & tueri in honore suo. Et in casu quo declinaret ab illa via, & non adimpleret promissa, vellent ab eo desistere, & remanere cum Concilio. Et usque huc ipsis non fuit visum, juxta ejus scripta & dicta quod declinaret in malam viam. Præterea salvassent honorem suum de hoc, quod cardinales, ut dicitur, & refertur, scripserunt, & dicunt, de Schaphusa non vellent venire, neque sequi Papam, sed adire Romam; & quod ejusdem intentionis cardinales Constantiæ exsistentes exsistant, nihil constat sibi, neque aliis dominis suis cardinalibus Constantiæ exsistentibus: mirando satis unde hujusmodi relata procedunt.

X.

Ultimo fuit per eumdem dominum Andream electum Posnaniensem propositum, quod in ultima sessione fuit conclusum & deliberatum: quod nullus recederet, neque recedere deberet de Concilio, non obtenta licentia: licet repertum sit contrarium, quod aliqui redeunt in habitu simulato. Et tunc fuisset petitum, licet non conclusum, quod executio contra tales ita recedentes deberet fieri per dominum regem, & pœna infligi juxta deliberationem præsidentis Concilii. Fuit per ipsum dominum Andream propositum, & dictum, si adhuc placeret illud, respondeat Concilium, placet: Fuit responsum per Concilium, Placet.

Super omnibus istis fuit per modum avisamentorum propositum, & alias per modum supplicationis etiam dictis conclusum hinc inde. Præfatus magister Henricus de Piro promotor & procurator hujus Concilii, nomine Concilii petiit per reverendos patres dominos protonotarios & tabelliones præfatos, & quemlibet eorum unum, vel plura, publicum seu publica instrumenta, super iis fieri ad perpetuam rei memoriam.

Die Dominica septima mensis Aprilis supradicti, fuit lecta bulla inter deputatos omnium hujus sacri Concilii nationum in domo fratrum Minorum, in loco congregationis nationis Germanicæ reperta, & missa cardinalibus per Papam, in qua allegavit metum, tenoris sequentis: Ann. 2411.

Bulla

Bulla reperta, & missa cardinalibus a Papa Joanne.

Joannes episcopus servus servorum Dei. Universis & singulis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem. Universitati vestræ, & vestrum singulis præsentibus innotescat, cum propter metum, qui merito cadere poterat in constantem, de civitate Constantiensi discessimus, & ad terram Schaphusensem Constantiæ diœcesis pervenimus: credentes exinde posse omnia & singula practicare quæ forent ad pacem & unionem ecclesiæ sanctæ Dei, quam de die in diem cordialius exspectamus; causante humani generis hoste, impedimenta supervenitunt talia, quod exinde feria sexta majoris Hebdomadæ post celebratum officium, ingravescente aeris tempestate per maxime, oportuit nos abinde discedere, etiam propter metum qui cadere poterat in constantem, & loco, & tempore congruis, & securis, etiam in generali Concilio, ubi & quando tutus patebit accessus, luce clarius ostendetur. Et quamquam mors censeatur terribilium omnium ultimum, illam, nec illa, quæ nobis imminebant gravissima pericula tantum formidamus, sicut hoc unum. Hæc ex hac occasione captata Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corario Gregorius XII. in eorum obedientia nominati allegantes impressionem nobis illatam se quoquomodo retrahentes a cessione juris quomodolibet in papatu, & sic perturbaretur effectus pacis, & unionis hujusmodi, ad quorum verum & salutarem effectum suprema nostra desideria tendant; & quantum in nobis est ad hoc, ut pax & unio subsequatur hujusmodi in nullo cessabimus, seu studia nostra quomodolibet subtrahemus.

Datum Lamfemberch diœcesis pridie nonas Aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

a B. de Montepolitiano.

Die Martis nona mensis Aprilis supradicti fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, & juxta deliberationem eorum miserunt quatuor, unum de qualibet natione, ad dominos Vicecancellarium primo super commissione signanda & tenenda contraria, prout heri fuit deliberatum, per quamlibet nationem, & deinde ad Cameracensem cardinalem super expeditione materiæ fidei contra Joannem VVicleff, & contra Joannem Hus: & fuerunt hi, videlicet de natione Italica, Antonius episcopus Ragusinus, de natione Gallicana, Galterius Prior conventus de Rhodis, ordinis sancti Joannis Hierosolymitani; de natione Anglicana Vilhelmus *b* Gorach sacræ Theologiæ professor; de natione Germanica, Petrus Destinger Doctor decretorum.

Qui quidem domini accedentes dominum Joannem Ostiensem episcopum & Vicecancellarium, ipsumque requisiverunt juxta eorum commissa. Dominus vero Joannes cardinalis Ostiensis respondit & dixit, quod libenter juxta mandatum Concilii velit procedere, & signare de justitia, acceptando benevole eorum requisitionem, adjiciens quod suum non esset tenere consistorium, quia non posset hoc facere absque mandato Papæ; sed alias esset paratus tenere cancellariam more solito. Præsentibus magistris Guillelmo Brilleti procuratore in curia Romana, & cubiculario dicti domini cardinalis. Deinde licentia ab eodem obtenta, accesserunt ad dominum cardinalem Cameracensem, requirendo eumdem super processu in materia fidei, prout supra dicitur esse. Qui dominus cardinalis respondit, qualiter velle facere relationem ad mandatum Concilii, super doctrina Joannis VVicleff, licet quoad processum nil intendat facere, cum non sit de foro suo, sed pertineat ad juristas; & etiam executio processus causæ, & contra personas sit commissum dominis sancti Marci, & Florentino, cardinalibus, qui sunt juristæ, & qui ut sperat, bonum debeant facere processum contra personas. Et sic multa verba inter eos volantia, tandem licentiati recesserunt.

a In MSS tribus Germanicis, *G. de Montepolitiano.*

b In mss. Germ. *Gracle & mox Destinger.*

Tenor dictæ cedulæ, sive commissionis factæ dictis dominis, de qua supra.

Quod de qualibet natione deputetur unus, & quod illi quatuor hodie hora octava vadant ad dominum cardinalem Cameracensem ad requirendum eum super processu facto in materia fidei.

Item, quod iidem quatuor vadant ad dominum Vicecancellarium ad requirendum ipsum ex parte quatuor nationum, & hujus sacri Concilii, quatenus officio suo signando & justitia etiam de mandato ac si dominus Papa esset præsens, & alia faciendo consueta utatur, juxta diffinitionem in hoc sacro Concilio generali, & in ultima sessione facta cum intimatione, quod si non faciat, Concilium providebit prout fuerit rationis. Et de præmissis petatur instrumentum cum notario & testibus.

Die Jovis XI. mensis Aprilis prædicti fuerunt deputati quatuor nationum simul congregati in loco congregationis nationis Germanicæ, ubi fuit conclusus salvus conductus pro magistro Hieronymo de Praga, & subscribi per notarios nationum & Concilii.

Item, fuit deliberatum juxta consultationem unius cedulæ lectæ, quod capitula generalia Mendicantium suspendantur, quousque generale Concilium fuerit consummatum.

Item, fuit deliberatum, quod mittantur litteræ missivæ regibus & principibus de rebus gestis in Concilio generali.

Item, fuit deliberatum, quod eligantur duo de qualibet natione ad faciendum institutiones Papæ super via cessionis, & reformationis ecclesiæ sibi per nationes mittendas.

Item, fuit deliberatum, quod pronuntietur in sessione proxima, quod processus Papæ fuit illicitus, de fautoria schismatis, & hæretica pravitate suspectus.

Item, fuit deliberatum, quod quatuor nominentur de qualibet natione, quos Papa habebit constituere in procuratores ultra suos, quos ipse constituet.

Item, fuerunt electi per deputatos nationum inter cardinales, domini sancti Angeli, & Florentinus ad eumdem Papam, & ad requirendum eum, ut det procuratorium in forma, qua deliberatum exstitit per nationes cum deputatis octo de nationibus quatuor.

Advisamenta.

Die sabbati tertiadecima mensis Aprilis supradicti, in loco Congregationis nationis Germanicæ fuerunt lectæ certæ securitates, & provisiones petitæ per archiepiscopum Januensem dandæ Papæ, dummodo adimpleverit quæ promiserat, sub hac verborum forma.

De securitatibus, & provisionibus videtur, quod detur per regem domino nostro salvus conductus in plena forma, & cum libertate, ut per sanctitatem suam dictabitur. Secundo, in Concilio decernatur securitas, & libertas domini nostri, tam tempore ante cessionem, quam post, & specifice quod pro nullis gestis possit inquietari, sed sit in omnibus liber, & quietus. Tertio, quod cessetur a guerra cum duce Austriæ, & propter necessitates ipsius Concilii, ut dominus noster habeat tutum accessum, & quietam permanentiam in partibus istis.

Promissio vero omnino videretur esse liberalis, & absque conditione, cum secum habeat conditionem annexam, si, & quando renunciabit; hæc potest esse duplex. Primo, quod remaneat cardinalis & legatus in tota Italia, cum plena & perpetua potestate. Et quia dicitur, quod magis vult ducere vitam quietam, remaneat solum cardinalis propter honorem, & detur sibi comitatus Venesinus ad vitam suam, & ulterius habeat XXX. millia florenorum annuatim hoc modo, quod ex nunc ponatur una decima, ex cujus pecuniis emantur proventus Venetiis, Florantiæ, Januæ con-

ANNO CHRISTI 1415.

junctim, vel divisim usque ad quantitatem triginta millium florenorum annuatim ad vitam suam. Sed in hoc difficultas videretur, quod decima non in tanto imponetur, & si imponeretur, non exigeretur: & dubium est, ne facta cessione ista ordinatio licet facta per sacrum Concilium deficiat in exsecutione sua, & circa hoc advertatur.

Subsequenter & ultimo fuit conclusum, & ordinatum, quod nullus priorum generalium ordinum Mendicantium, cum sint proficui huic Concilio, & alii vocati de dictis ordinibus habeant recedere de Concilio, nec aliquod capitulum generale de dictis ordinibus in aliquo loco celebrare, durante hujusmodi generali Concilio Constantiensi: si vero secus factum fuerit, illi, qui in contrarium procuraverint, seu ordinaverint, poena per sacrum Concilium ordinanda *a* multabuntur, prout in quadam cedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius habetur, & continetur hujusmodi sub tenore.

Item, quod nullus priorum generalium ordinum Mendicantium, cum sint valde proficui huic sacro Concilio, quovis modo debeat recedere, & prout pro isto anno supersedeant a congregatione, seu generali Concilio, sub poena privationis officii generalatus prædictorum: & sub eadem poena mandatur generalibus dictorum ordinum, qui recesserunt de hoc Concilio, quatenus infra triginta dies debeant ad hoc sacrum Concilium reverti: si vero essent aliqui ex ipsis contendentes de generalatu, mandatur eis præsentibus, quatenus infra quindecim dies, aliis vero postquam fuerint reversi, etiam infra dictum tempus XV. dierum debeant se concordare de loco & tempore congregationis, seu generalis capituli celebrandi in anno futuro, ut & ipsi ordines optatam unionem consequantur. Si vero non fuerint concordes in tempore assignato, tunc provideatur eis de omni casu possibili ad ipsorum pacem de dicto loco & tempore generalis capituli per sacram Cæsaris majestatem, sub poenis, & modis, quibus suæ videbitur celsitudini, ut & ipsa majestas ad eis eleemosynas largiendas benignius inclinetur.

a Hic erat lacuna, quam addita voce *multabuntur*, ex mss. Germsn. replevimus.

Eadem die, videlicet tertiadecima mensis Aprilis post prandium, fuit convocatio quatuor nationum in loco congregationis Germanicæ, in qua primo fuit deliberatum de formis litterarum missivarum dominis regibus, principibus, Universitatibus studiorum, & communitatibus in modum qui sequitur. Tandem fuit conclusum, quod conclusiones, & principia ordinarentur juxta exigentiam personarum, quibus hujusmodi mitti debent.

Tenor missivarum, de quibus supra.

a Decet ea, quæ per hoc sacrum Concilium ad exstirpationem præsentis schismatis peraguntur, cunctis Christi fidelibus, & maxime illis, qui propensius hac in tempestate Dei ecclesiam juverint, atque defenderint innotescere. Etenim eorum, quæ agere tam peroptime, tam jugiter ad omnium salutem quietam coepimus, quanto certior apud homines notitia supervenerit, tanto & orationibus, & precibus ad Deum porrectis, absque humanis suffragiis, ut credendum est, intercedent, quo omnimode sacrosanctæ ecclesiæ constituatur integritas, cunctis etiam gregis Dominici ovibus pax reddatur. Sane dudum Pisis inclyta quidem ac insigni civitate, tam mature, libere ac sincere celebrato Concilio prædicti acerbissimi schismatis extinctione speravimus, eorum quæ ibi gesta sunt, sententiam, auctoritatibus sanctorum patrum, juriumque institutis comprobatam, tantam apud homines habere auctoritatem, tantamque fidem sibi vindicare, ut unio in ecclesia Dei nec longe sequi deberet. Verum non eo res perducta est, sed, quod dolenter videmus, & graviter patimur, adhuc in regnis, & Provinciis, partim Petro de Luna Benedicto XIII. partim Angelo Corario Gregorio XII. in suis obedientiis nominatis adhærentibus, durissima, ac perniciosissima scissura vulneratam Dei ecclesiam deploramus. Verum hunc lacrymabilem, moestissimumque eventum etsi pro robore rerum gestarum sequi non debuisset, idem tamen Pisanum Concilium malitia hominum evenire posse prævidit; quamobrem opportune statuit ad certum tempus aliud Concilium sequendæ unionis gratia in capite, & in membris fieri debere. Unde talibus institutis adstrictus dominus Joannes Papa XXIII. ac etiam e nonnullis principibus, præcipue a serenissimo Romanorum rege excitatus, ut ad dictum sacrum Concilium in loco habili, honestoque festinaret; tandem habito super hoc cum prædicto Romanorum rege solemni tractatu, Constantiæ loco quidem amoenissimo, affluentissimo, & ex omni parte idoneo id Concilium tenere, & incipere Kalendis Novembris proxime præteriti publicavit, ac in eodem ad reformationem ecclesiæ Dei tam in capite, quam in membris professus est intendere. Quam rem B quanta cum lætitia, & animorum festivitate per singulas nationes homines intellexerint, & audierint, putantes per hoc ad unionem ecclesiæ posse parvenire, exitus ipse docuit. Nam adveniente tempore, tanta hic principum, prælatorum, doctorum, & magistrorum copia adventavit, ut neque quiquam viderint, audierint, aut fere legerint, tantam Concilii causa convenisse; ita quod jam plena omnium pene regum & principum nuntiis maximorum & etiam prælatorum præsentia roborato Concilio: quamquam idem Joannes solum confirmationem Pisani Concilii procuraret, & sic statum suum unitati ecclesiæ anteponeret: Nos propius ad ipsam unitatem intendentes, nusquam a Pisani Concilii ordinationibus, & vestigiis abscedentes, sed illis potius inhærendo, viam cessionis horum trium contendentium tanquam faciliorem & securiorem pro habenda unione tentamus. In qua re summa cum charitate, & mansue- C tudine processo, tandem ab omnibus nationibus concordi prælatorum judicio approbata decretaque exstitit. Eamque denique viam idem dominus Joannes Papa certo modo adimplere in publica Concilii convocatione, postquam ad eam perficiendam exhortaretur, expleturum se obtulit. Cum tamen non plane satisfacere videretur, post multa habita hinc inde colloquia, alio modo pleniori, & meliori per nos recepto die secunda Martii in publica sessione cedere promisit, vovit & juravit, prout in suis litteris Apostolicis super inde confectis continetur. O quanta ea dies nobis gaudia obtulit! quanta toti populo Christiano commoda indicavit! Nempe tot annis ab intimis præcordiis affectata, parvo momento concessa videbantur. Ob id cuncti summa ad eum Joannem devotione ferebantur, gratias tanti muneris agebant. Et quidem res ista pro cunctis Christi D fidelibus utilitatem quietemque; ipsi vero Joanni non solum honorem, sed & gloriam perpetuam ministrabat. Et iis sic gestis, serenissimus Romanorum rex cum dicti Petri de Luna oratoribus, regisque Arragonum, nec non Angeli de Corario, ad prosecutionem hujusmodi tam desiderati negotii, intendens, conventionem cum dictis Petri & regis Arragonum oratoribus jurejurando firmavit, quod Kalendis Junii proximi Niciam proficisceretur, unaque cum dicto Petro de Luna, & rege Arragonum personaliter conveniret, tal prædictæ tam piæ, tanqua necessariæ adimplendæ. Hæc tam magna, arduaque negotia non solum utiliter ac prudenter, sed quod in tanta multitudine mirum videtur, quiete, pacifice, omni prorsus tumultu ac suspicione cessante, gesta fuere. Cum vero postea de prædictorum promissionis votique exsecutione debito honestoque modo fienda solliciti esse coepimus; cumque mitius peragi res videre- E tur, sive hominum nequitia, sive diabolica instigatio, aut utraque malitia obstaret, ad aliquam fracturam ventum est. Nam cum ad aures nostras perlatum esset, quosdam ex prælatis hic Concilii causa accersitos dissolvendæ hujusmodi Synodi causa properare, spretaque populi Christiani religione, & ecclesiæ unitate, spretaque licentia, ad recessum intendere, contra jam ordinata statu-

Sess. 2. Concilii Constantiensis.

a Plurima in his occurrentia menda eluimus a Mss. Germanicis, & Victorino.

ANNO CHRISTI 1415.

statutaque; eumdem serenissimum regem exorevimus, ne talium improbitas cuiquam nocere posset, & nos a tanto bono diverteret, ut per custodiam portarum provideret, ne quis ex prælatis licentia non obtenta exire posset, quoad super hoc de remedio provideretur opportuno. Suspicabamur enim, quod postea nobis clarissimus exitus demonstrevit, ne excogitare quædam ambitio impudentissimaque cupiditas id efficeret. Idem autem nostra non solum ductus exhortatione, per mediam fere diem exitum abnegavit. Hanc rem laudabilem quidem idem dominus Joannes molestissime ferens, quasi suæ libertatis angustandæ causa, & ut minus de hoc loco recedere posset, attentatam increpabat; scandalosam & salvi conductus violativam inquiebat. Sed quis de suo recessu umquam cogitare potuisset, cum singulis diebus publice assereret, usque ad unionis & promissionis jam factæ conclusionem Concilium Constantiense servaturum? Ac Deus avertat, inquiebat, quod me ulla umquam de recessu invaserit cogitatio. Quæ via per antea, furor, quæ dissensio fuit, ut suspicandum esset? Quinimmo tanta nos ad ipsum non solum reverentia, sed dilectione ferebamur, quod cunctis apparere poterat evidentissime nos ardentissime non solum unitatem ecclesiæ, sed statum suum extollere velle. Attamen ut animus ejus pacatissimus, & omni suspicione enodatus redderetur, advocata maxima principum, prælatorum, doctorumque multitudine, dominus rex, quo jure, qua ratione exire volentibus portas inhiberi fecerat, maximo cum fervore humilitatis apud dominum Joannem exposuit, & sincere professus est nullum suæ libertati, securitatique præjudicium facere, sed tamen defensurum, si qui in personam, aut statum perperam molirentur; ac obtestatus est ipsius domini Joannis arbitrio esse commissum, stare, recedereque velit, aut si majorem securitatem expeteret, se ex optima intentione concessurum. Rursus si idem Joannes quomodocumque eumdem regem in prædictis non modeste processisse argueret, se & suo, & totius Concilii judicio parere consensit. Is dominus Joannes tanquam non solum honeste, sed vere, justeque propositis serenatus remansit, omniaque ad pristinam quietem restiture sunt. Tuncque ulterius ad unionis prosecutionem intenti, habitis per singulas nationes maturissimis colloquiis, summe interesse, ut idem dominus Joannes procuratores ad cedendum juxta promissionem votumque constitueret, obtinuit. Etenim quamquam idem dominus Joannes se Niciam iturum, & personaliter impleturum assereret; cumque ob eum accessum de dissolutione Concilii, deque ejus reditu, ubi per illam conventionem res non sortiretur effectum, non parva suspirio haberi poterat; utilius arbitrabamur & pertinentius, procuratoris usu, quam suæ præsentia rem esse gerendam. Nos enim, etsi ille modus cessionis oblatæ ad unionem ecclesiæ musquam prosit, non tamen alias vias relinquere intendebamus, nec intendimus, quibus ipsius domini Joannis præsentia erat plurimum necessaria. Ceterum de collusione fienda facillime, simul de papatu certantibus in unum locum convenientibus, merito erat dubitandum. Hoc enim alias experti fuimus, & quæ nobis rei evidentia demonstravit, cautiores in hac tanta re peragenda reddere debet. Denique exstirpationem hæreticæ pravitatis, intestina, ut sic dixerimus, fidei offendentis, intendimus, in quo opere plurimum summi pontificis auctoritas suffragatur. Aliis etiam movebamur rationibus: quas etsi litteris non comprehendimus, *a* satius ingeniorum vestrorum aculeis percipietis. Hæc plana, hæc dulcissime humiliterque cum eodem Joanne Papa contulimus. Nos hæc quærere solum communi utilitate, paceque totius populi Christiani, neque furore quopiam incedere, Deus novit. Quinimmo ad hæc tractanda ejusdem domini Joannis judicio vocati asse putabamus, dum suis litteris de fienda in capite reformatione, tanta verborum efficacia denunciavit. Verum quamquam super præscriptis modum adlubere videretur; nam in publica quadam *b* concione, reverendissimus dominus cardinalis Florentinus, eodem domino Joanne præsente, ut sic responderet imperante, quod dictus dominus Joannes de hoc loco numquam discedet, nisi ad sacri Concilii beneplacitum, etsi ob hoc mortis periculum im-

a Ms Goth. *facris*.

b Lacunam quæ hic erat, addita voce *concione* ex ms. Germ. replevimus.

A mineret, neque ad dicti Concilii dissolutionem intenderet: sed immo illud cunctis conatibus augere, verborum non parva elegantia disseruit, insinuavitque talia sermonis aciem, ut quicumque audivit, non solum Joannem ad recessum festinare, sed ubi abesset, properare ad reditum credidisset. His tamen duobus, vel tribus diebus abinde prolapsis, noctis tempore, habitu non solum transformato, sed prorsus indecenti ab hac civitate Constantiæ discedens, Schaphusensem locum per ducem Austriæ detentum die xxi. mensis Martii profectus est. Vos igitur æstimetis, an quidquam poterit turpius, damnabiliusque committere, ubi gregem suum suo conductu, sua auctoritate, ab extremis Mundi partibus proficiscentem gravissimis sumptibus, miro viarum discrimine, & non levibus periculis hic congregatum; ac in tanta rerum magnitudine facti- B tantem, dereliquit, seque ab eodem abdicavit. Profecto ad lacrymas venire compellimur, nobismet jure compati possumus, ubi nostrorum infelicitate temporum tanti palloris abusu fœdamur, decoquimurque. Repetamus Concilia hactenus celebrata, in quibus de flagitiis summorum Pontificum actum apparet, fuga sua non solum Concilia non vulnerasse, sed humiliter se eorum sententiæ subiecisse, ut de Symmarho legimus ac Sixto, qui apud Concilium de enormibus criminibus accusatus, quamquam evadere potuisset, maluit Concilii judicio obtemperare, ut clarissimure est. Sed nec satis eidem Joanni, quod nobis non solum, sed sibimet se subtraxerit, videbatur: quinimmo edictis palam propositis curiales omnes, quorum potissimum hic unionis causa opera expetiebatur, durissimis & cruentissimis pœnis impellebat, ut ab hinc difredendo infaustos C tramites suos sequerentur. Cujus rei causa multi eumdem comitari cœperunt; in eo etiam furore eumdem ex reverendissimis dominis cardinalibus aliqui secuti sunt, licet nunc omnes pro majori parte redierunt. Hoc autem in tali casu usus est humilitate Romanorum, & Hungariæ rex, ut statim ejusdem Jospnia recessu audito, nunciare publice fecerit, si quis eumdem sequi vellet, aut manere, eligat, securus sit. Nulli itaque in tali ac tanto animorum anfractu quicquam molestum emersit. Sed & proculdubio ipsius Joannis discessus, tanquam per antea communi fama, & multiplici rerum evidentia manifestus an impediri poterat, nullus etiam insanæ mentis ignorat. Multa eidem domino regi circa id exposita fuere. Sed ut vobis innotescat, Malo, inquit, libere Joannes hoc loco abeat, quam adversum me de fide abrogata, de violata cujusquam libertate, infamiam irrogaret. Hæc D verissima sunt, hæc Deo testamur, cunctisque Christi fidelibus. Quinimmo quamquam idem dominus Joannes per suas litteras de metu illato, qui cadere poterat in constantem, assereret; tamen metum non solum illatum, sed nusquam metus vestigia extitisse putetis. Sed quod super hoc ambigendum est, metus inferri solet, dum a quodam invito exigere quicquam volumus. Sed nil proculdubio occurrere poterat a domino Joanne exspectandum pro ecclesiæ unitate, quod aut facere non deberet; aut si facere recusaverit, nos auctoritate nostra peragere non possemus. Forsitan de illo timore sentire videtur, quem omnis, qui apud judicem se excusat, debet merito formidare. Hæ inanes oblocutiones veritate non solum, sed veritatis conjectura carere noscuntur. Præterea per reverendissimum dominum cardinalem de Chalanco de Schaphusa ve- E nientem, ac reverendissimum patrem dominum archiepiscopum Remensem ad nos per eumdem dominum Joannem ex causis certis transmissos, in publico prælatorum quasi omnium conventu, ac præsente serenissimo domino Romanorum, & Hungariæ rege nunciatum est, ullo umquam casu eumdem dominum Joannem dictum dominum regem timuisse, ac se ab eo semper summa dilectione tractatum, neque regia suspicionem recessui præbuisse occasionem; sed quod ex prælatis quosdam permaxime vereretur. Hoc idem dominus archiepiscopus, ut sic referretur, in mandatis habuisse testatus est, prout de his omnibus publica habentur documenta. Nos igitur cum omnia diligenter pensamus, & maturo judicio deliberamus, nil aliud eumdem at-

ten-

ANNO CHRISTI 1415.

tentasse conspicimus, quem hujusmodi Concilii dissolutionem, utpote ad unionem ecclesiæ intendentes. Et hæc verissima fuit, & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus, novit ipsa tandem quantum ne a Schaphusensi loco huic satis vicino discederet, affectabamus, & solum ut facilius, & commodius secum tractanda perficerentur. Et eum ad eum nostros oratores remittere curaremus, die Veneris sancta, dum solemnia agerentur, ad castrum Leffenberck abhinc per duas diætas remotum, procedere nusquam paduit, ibique paucis diebus accedens, ad Friburgum ejusdem ducis Austriæ oppidum se contulit. Ex quo omnes judicent quanta per tot tantasque varietates parantur ipsi unitati obnoxia, quot in posterum oriri poterunt impedimenta, si iis sub ambagibus tempus incassum ducatur. Ceterum hæc scripsisse volumus, ne quorumdam procacitas, absurdaque vocitatio auribus vestris forsan obstrepens ie absurdam credulitatem, quod nusquam opinamur, forsitan abduceret; ac ut in futurum intricatissimis obloquentium verbis, & veritati prorsus insidiantibus, fidem non facilem adhibeatis. Nos enim non propulsandæ cujusquam injuriæ tot sumptibus, tot angustiis experimur, sed pro omni statu & sacrosanctæ ecclesiæ firmitate. Denique non deerit, qui in eumdem dominum Joannem humillima exhortatione ad reditum hujus loci, vel saltem vicini, præstitis sufficientissimis securitatibus ad prosecutionem tanti boni exoremus, & pacifica, quantum fas erit, procedamus. Quin immo duos ex reverendissimis in Christo patribus & dominis cardinalibus cum aliis prælatis, ac venerabilibus viris transmittere ordinavimus, obsecrantes, ac cum totis viribus inducentes, ne hoc tam sanctissimum opus, & omnibus acceptissimum derelinquat; intendentes eo desideria hujus sacri Concilii, honestati, & rei convenientie, abnegante, & recusante, ad juris remedia sine cunctatione procedere. Vos igitur sincere deprecamur in Christo, ut jejuniis & orationibus insistatis, quatenus Deus per suam misericordiam nos ad tanti boni perducat effectum, & pacem offerat salutarem.

a hæc additio est ex mss. Brunsvicen.

a Datum Constantiæ, in sessiona publica Concilii generalis, anno a Nativitate Domini MCCCCXV. die Mercurii XVII. mensis Aprilis, sub sigillis reverendissimorum Joannis Patriarchæ Antiocheni, Joannis archiepiscopi Rigensis, Roberti Sarisburiensis, & Jacobi Adriensis episcoporum, ed eaque per quatuor nationes dicti sacri Concilii deputatorum.

Ex Annal. Bzovii, an. MCCCCXV.

Serenissimo principi VVadislao regi Poloniæ, sacrosancta Synodus Universalem repræsentans ecclesiam in civitate Constantiensi feliciter congregata. Serenissime princeps & domine. Certum gerimus, & clarissima experientiæ eorum magistra comperimus, quo zelo, quantaque devotione, ac studio decorem domus Domini pacemque Universalis ecclesiæ diu a foribus ipsius exsulantem vestra diligit ac indefesse prosequitur sereniras: dum pro oppugnando pestifero schismate, viros opere & sermone, fortissimos bellatores; inclytos, inquam, utriusque status ambaxiatores vestros sic decenter, sicque magnifice, ceteris regum, principum, & aliorum orthodoxæ fidei patrum optimorum cuneis, dignum duxistis aggregare. Decet eetenus ut hoc quod de ejusdem Universalis ecclesiæ præarduis gestum est, & geritur negotiis, vestram non debeat aliquatenus latere claritatem. Dudum siquidem improbi terreni fastus ambitiu misera, & contendentium de papatu cupiditas, & velut prodiens ex adipe iniquitas, sponsam Domini unicam, scilicet catholicam ecclesiam innumeris deformavit erroribus. Nec dubium, quæ etiam tunicæ inconsutilis Jesu Christi repræsentasse debuerat imaginem, cupidis manibus prædictarum bipartitam, & velut velum templi pridem scissum per medium, nunc vero tripartitum esse, conqueri potest, & poterit, cum propheta: Quomodo ipsi contendentes de papatu, super dolorem vulnerum plagas crudeliores cumulantes, impaniter, tanquam pastores quondam Abrahæ, super gregum crassitudine rixati, templum Domini unicum & sanctum ad instar Tripolis dispartum diversa vitiorum materie depingere, & scandalorum non paucis denigrare maculis, hactenus non verentur? Eatenus omnipotens de alto prospectans ad infima, volens ejusdem suæ sponsæ afflictæ atrociter infirmitatibus compati propitius, tot tantosque orthodoxorum patrum, ut status utriusque clarissimorum principum, virorumque quamplurium inclytos & sapientissimos viros dignatus est ex diversis Mundi climatibus in virtute sancti Spiritus in hanc Insignem & Cæsaream Constantiensem civitatem, Moguntinensis provinciæ, feliciter convocare. Quæ quanta pacis ac perfectæ securitatis abundantia, quantaque rerum victualium, nec non aeris redundat temperie, nullus in ea nisi mentis inops hoc ignorat. Ad quam quidem civitatem cum dominus Joannes Papa XXIII. victus devota precum instantia invictissimi Romanorum & Hungariæ regis &c. Kalendis Novembris proxime præteriti adventasset; dumque ipsi patres & almi pontifices circa exigua tanti operis exordia non segniter incumberent; sicque, prout decet operarios in vinea sabaoth, feliciter laborantes, ad exstirpandum triceps quodammodo monstrum horribile securim ponerent ad radices: concors omnium nostrum resedit sententia, ut per viam cessionis papatus tanquam unionis ecclesiæ magis propitiam, faciliorem, & celerem, schisma horridum de medio tolleretur. Quam quidem viam ipse dominus noster approbans per prius in Apostolico palatio, demum in sessione publice, secunda die mensis Martii proxime præteriti, se cessurum spopondit, vovit, & jurisjurandi interveniente sacramento pollicitus est, juxta cujusdam cedulæ continentiam, quæ sub tenore litterarum suarum, quarum vobis copias præsentibus interclusas dirigimus, continetur. Ex qua quidem oblatione, ut videbatur, sic spontenea & sincera quantam corda nostrum omnium exceperunt salutarem in Domino lætitiam, quotque prædulces lacrymas fidelium pro tunc distillarunt præcordia, credentes verisimiliter pacem ecclesiæ fuisse in foribus! Sed ecce extrema gaudii luctus occupans, funestos intempestivæ lætitiæ exitus præmittebat. Cæterum instante sacro Concilio apud dominum Papam, sibique humiliter & devote supplicante, quatenus ad cedendum papatui procuratores constitueret idoneos, qui cum prælibato domino Romanorum & Hungariæ rege tempore conventionis & mutuæ visionis cum serenissimo rege Romanorum & Petro de Luna Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato, de mense Junii proxime instanti, secundum quod inter ipsos coram nobis practicatum & juramenti hinc inde firmatum exstitit, proficiscentes in Niceam, dictam oblationem cessionis, sub certis modis & capitulis executioni fideliter demanderent, habito ad hoc simili mandato ab Angelo Corario Gregorio XII. in sua obedientia nominato, de quo habendo nulla nobis restabat difficultas, nec nunc restat. Præterea eidem domino nostro Papæ pro tunc fuerat devotius per Concilium concorditer supplicatum, quatenus amore Jesu Christi, sicut bonum opus cœperat, dignaretur perficere; & hunc locum, sic aptum, sicque idoneum, sine causa rationabili per Concilium deliberanda, aliquatenus non mutaret. Qui aliquali deliberatione præhabita, primo per certos dominos cardinales, demum per se, quantum potuit, petitiones justissimas non admittens, asseruit, quomodo per se suam vellet in Nicæa vel in loco eidem vicino facere cessionem. Porro his sic stantibus, contigit, quod circa portas civitatis, unico mane tantum, aliqualis fuit apposita custodia: ad hoc, ne prælati, & alii interesse debentes Concilio, sine licentia recederent, remdiu quousque per ipsum dominum Papam de remedio provisum fuisset opportuno; cum passim multi prælati, & alii notabiles viri, non obstante mandato Papæ, recederent. Timebatur etenim, ne ultimo dissipatum fuisset Concilium, nisi celeriter hoc modo fuisset obviatum. Dominus vero Papa, nacta occasione ex dictarum portarum quasi momentanea custodia, reputavit sibi in hoc magnam injuriam fuisse irrogatam. Sed in veritate non potuit nec debuit causari de eo, quod sine dolo pro conservatione Concilii fuerat utiliter ac concorditer constitutum. Propter quod convenientibus nobis una cum domino rege in Palatio Apostolico, expositoque sibi domino

ANNO CHRISTI 1415.

ANNO CHRISTI 1415.

mino Papæ, quod de dictarum portarum custodia, nec de aliquo sinistro eventu suspicari deberet: promittentibusque sibi domino rege atque nobis omnem & qualemcumque excogitare posset securitatem, tam ante, quam post cessionem: scilicet quod tutissimus esse deberet non tantum de persona & rebus, verum etiam in statu glorioso, cessione facta, cum decenti provisione deberet pro tam pio opere conservari. Quapropter tam per dominum regem ac per nos sibi iteratis vicibus fuit obnixius supplicatum, quatenus tantum gregem, Spiritu sancto non sine maximis laboribus & expensis congregatum, nullatenus nisi data pace ecclesiæ desereret, præsertim clandestine: sed prout teneretur, nullum timens, præter Deum, sacro præsideret Concilio, daretque opem & operam ad perficiendum opus saluberrimum feliciter inchoatum. Ad quæ ipse dominus Papa satis clare respondens, asseruit, quod omnino tutus esset, nec de quoquam Mundi principe tantam haberet fiduciam, quantam se tunc dixit habere de domino rege Romanorum. Et subjunxit, quod hunc locum sine deliberatione Concilii, nisi data pace ecclesiæ, aliquatenus non mutaret, nec ab ipso apme esset recedere, maxime tempore nocturnali. Nobis ergo in bona spe iterum constitutis, & credentibus quod summus Pontifex voto suo vocem virtutis daret, & Altissimo reddere vota & juramenta, ut præfertur, nullatenus postponeret. Sed nimirum, sicut rea mens sibi conscia timore servili afficitur, fuitque nonnumquam nemine persequente; sic quoque ipse dominus Papa, (licet loqui pudeat, tacere tamen non expedit,) forte sibimet conscius, vano trepidans timore, ubi nec timoris teste Deo erant vestigia; noctis profundæ expectata caligine, non attenta status sui gravitate, habitu turpiter transformato, vicesimoprimo mensis Martii proxime præteriti, alias in profesto sancti Benedicti, clam aufugit, & ad quoddam oppidum per ducem Fridericum de Austria quoad tunc occupatum, ejusdem Friderici patrocinio usque pervenit: secundum quod hoc per prius inter ipsos fuerat callida factione securius commentatum. Verum, quod ipse dominus Papa in dicta Schaphusa se sic solitarium, sicut passerem in tecto, recogitans, satagens mali exsilii sua culpa causati habere participes & socios, mox omnes & singulos Romanæ Curiæ officiarios, quodam præcipiti edicto seu mandato formidabili ad dictum oppidum, a quo se scivit subito recessurum, infra sex dierum spatium ad se advocans, monuit & citavit. Qua de re secuti sunt ipsum aliqui domini cardinales, qui fere omnes ipsum deserentes ad sacrum Concilium sunt reversi. Alii nihilominus, sed pauci, sui pædagogi hucusque spectant vestigia, prædam verius, non eum sequentes. Porro credentibus nobis, ipsum in dicto oppido, præsertim tempore Passionis Domini, aliquantulum quievisse; ipse die Veneris sancta, in qua contemplatio Crucifixi, cujus crucem saltem in mente bajulare debebat, non attento simplicium pernicioso exemplo & scandalo, in quoddam aliud oppidum ejusdem domini Friderici, dictum Loffenberg, ut transfuga secessit & desertor. Ac ubi iterum saltem pro aliquo notabili tempore pausavisse, ac inibi, si quæ expedientia fuissent Concilio, exspectasse debuerat; quoddam aliud oppidum Friburg, sic vagabundus & mobilis, quærens requiem & non inveniens, iterum ad magis extraneum locum suptadicti ducis declinavit. Hoc modo pastor noster illius pastoris boni Jesu Christi imitatus vestigia. Qui non lupum, quin immo agnum mansuetum videns, regem Romanorum pissimum, alongavit fugiens, & ductus est a spiritu, nescitur quo, in desertum. Quid si pastor iste lupum venientem, aut irati Neronis vidisset sævitiam? Quantocius se relictis ovibus ad fugam convertisset. O dolor pudore, o pudor dolore admixtus permaxime! Ecce in quanta summi præsulatus apex, velut in abysso, demergitur infamia! ut relictis castris tutioribus, tot tantorumque patrum stipatus aciebus, infaustus se perperam exponit periculis, & illic timore non trepidat incidens in latrones. Quo nempe pacto pastor hujusmodi contendat se bonum pastorem fore, non videmus. Cum ipsa veritas certam normam, per quam pastor a mercenario secernitur, tradidit, inquiens: *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est*, &c. Quis ergo nisi Deus omnipotens gregem sic desertum custodiet? Quis de cetero nisi pastor bonus Jesus Christus, vulnerato pastore, ovibus languidis præbebit medicinam? Hæc sunt, princeps inclyte, mandata & mirabilia testimonia, verissima tamen, præsertim de summo Pontifice. Qui & si sui honoris fastigium vilipendere veritus non fuerit; attamen antequam tale ac tantum scandalum in ecclesia Dei nasci permitteret, debuit citius mori eligere, nec suam obedientiam in derisum & despectum gravissimum apud ecclesiæ æmulos sic ignominiosissime detrusisse. Hæc ad vestræ regiæ celsitudinis notitiam eatenus voluimus deducere, ne fama nugarum vel scripta contraria vos & vestros quoscumque fallis suggestionibus a via quoquo modo retorqueant veritatis. Nec dubitet majestas regia, ex recessu Papæ hujusmodi hoc sacrum Concilium perfici non debere: immo tanto ferventius Deo auspice ad eradicandum tot spinas & tribulos de agro Domini insistimus, quanto plus conspicimus inimicum omnem zizaniam desuper seminasse. Placeat igitur, velitque ipsa Serenitas hanc sacrosanctam Synodum ad laudem omnipotentis Dei & gloriam, necnon exaltationem sanctæ matris ecclesiæ, devotis debitisque prosequi & manutenere favoribus; quatenus vestris & aliorum regum & principum suffulta præsidiis ad unum ovile & indubitatum pastorem, sanctum & immaculatum, & a peccatoribus segregatum, citius & felicius reducatur. Suscipientes per præsentes hujus sacri conventus litteras, veritatem clarissimam de his, sicut hactenus gesta sunt, & quæ Deo propitio faciendâ imminent, devotius exspectantes. Decreta in publica generalis Concilii sessione, xxic. mensis Aprilis, anno Domini MCCCCXV. & sigillis quatuor deputatorum, scilicet Italicæ, Gallicæ, Anglicæ, & Germanicæ nationum, sigillata.

SESSIO VI.

Ex prima editione.

Die Mercurii decima septima mensis Aprilis supradicti, fuit sessio generalis in cathedrali ecclesia Constantiensi supradicta celebrata: in qua primo, juxta morem & ritum aliarum sessionum, fuit celebratum officium de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Nicolaum archiepiscopum Gneznensem, & cantatæ litaniæ ac orationes more aliarum sessionum, cum Evangelio: Ego sum pastor bonus. *In qua sessione fuit rex* * *Romanorum in insigniis regalibus: cui assistebant domini Jordanus de Ursinis & Angelus Laudensis, episcopi cardinales. Et idem sessioni præsidebat pro tunc reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, Vicecamellarius, cardinalis Vivariensis:* Præsentibus Guillelmo S. Marci, Alamanno Pisano, Antonio de Challanco, Antonio Aquilajensi presbyteris, Amedeo Saluciarum, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus. Officio vero dicto & cantato fuit cantatus introitus etiam cum litaniis & evangelio, *Ego sum pastor bonus*, &c. ac hymno, *Veni creator Spiritus*, &c. una cum collectis & orationibus dictis per eumdem dominum episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem. Quibus peractis, *& ascenderunt ambonem, in quo publicari solent constitutiones, & alia avisamenta in Concilio, reverendi patres episcopus Atrebatensis pro natione Gallica, archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica. Lichfeldensis episcopus pro natione Anglicana, & Abbas Florentinus pro natione Italica. Et de mandato Concilii fuerunt pronunciati articuli sequentes per dictum dominum Atrebatensem.*

Joan. 10.

Ex ms. Surii, & tribus Germanicis.

Ex prima editione.

Ex cod. ms. Surii.

In qua sessione rex Romanorum in suis insigniis imperialibus, cum suis nobilibus: & eidem sessioni præsidebat dominus Joannes episcopus Ostiensis, cardinalis Vivariensis, præsentibus octo aliis cardinalibus. Qua Missa finita ac hymno, *Veni creator Spiritus*, & evangelio, *Ego sum pastor bonus*, &c. solemniter finitis, ascendebat ambonem, in quo legi & publicari solent articuli & constitutiones & alia avisamenta proponendo in Concilio, episcopus Atrebatensis pro natione Gallicana, archiepiscopus Gneznensis pro natione Germanica, Thomas

Joan. 10.

Pol-

ANNO CHRISTI 1415.

Poltensis sedis Apostolicæ protonotarius pro natione Angliæ, & Abbas Florentinus pro natione Italiæ: & de mandato sanctæ Synodi dominus episcopus Atrebatensis legit & pronunciavit articulos, alias per quatuor nationes deliberatos, hujusmodi sub tenore.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Ex prima editione.

HÆc sancta Synodus Constantiensis generale Concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, ad consequendum facilius pacem & unionem ecclesiæ Dei, decernit, declarat, ordinat, statuit, diffinit, ut sequitur.

Et primo decernit & declarat, procuratorium super renunciatione papatus facienda per dominum Joannem Papam XXIII. per quatuor nationes hujus sacri Concilii deliberatum & ordinatum, esse bonum, utile & expediens pro unione sanctæ matris ecclesiæ.

Item, decernit & declarat, quod dictus dominus Joannes Papa XXIII. tenetur dare & facere dictum procuratorium, ad cedendum papatui pro bono unionis & pacis ecclesiæ, juxta formam schedulæ per ipsum oblatæ: cujus procuratorii tenor sequitur in hunc modum:

Procuratorium dandum per Papam Joannem XXIII. decretum per Concilium.

Joannes episcopus servus servorum Dei.

Ex prima editione.

PRidem ad laudem omnipotentis Dei, pacem & quietem totius populi Christiani, unitatisque ecclesiæ consummationem, ac exstirpationem præsentis schismatis, generali Constantiensi approbante Concilio, viam cessionis papatus libere obtulimus, illamque per nos fiendam cum effectu, promissione, voto & juramento firmavimus, sicuti in quadam schedula per nos in sacro Concilio lecta latius continetur, & est talis.

Sup. sess. 6. *Ego Joannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, voveo & juro Deo & ecclesiæ & huic sacro Concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis Concilii, si, & quando Petrus de Luna, Benedictus XIII. & Angelus de Corario, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos a simpliciter cedant, & etiam in quocumque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei ad exstirpationem præsentis schismatis. Ne autem proventus tanti boni quibusvis fortis humanæ casibus impediri valeat, aut modo quolibet retractari, sed expedite desideratum producat effectum, quod desideriorum nostrorum maximum est; ad dictum cessionem & renunciationem faciendam in omni casu in dicta schedula præfatæ obligationis nostræ comprehenso, procuratores nostros & nuncios speciales in plenaria libertate & securitate constituti, sponte & ex nostra mera b liberalitate constituimus & ordinamus tales & tales, & ex ipsis quoslibet duos, ipsisque ex eis quibuslibet duobus cedendi & renunciandi nostro nomine & pro nobis papatui concedimus omnimodam auctoritatem, facultatem & potestatem; ita quod occupantis conditio melior non exsistat, nec per occupationem aliorum potestas impediatur. Et quod duo quicumque ex dictis procuratoribus constitutis, sive aliis contradicentibus, ignorantibus & irrequisitis, & coram nobis præsentibus, & cessionem personaliter facere volentibus, vel quod per alios quam per nos renunciatio fieret, quomodolibet contradicentibus, uti eodem procuratorio possint, valeant & debeant ipsius renunciationis actum expedire: paciscentes & ex c tunc contrahentes pacta & contractu irrevocabilibus, cum sancta Universali ecclesia, & hoc sacro Constantiensi Concilio, ipsam universalem ecclesiam repræsentante: promittentes, voventes & jurantes Deo & ecclesiæ, & dicto sacro Concilio, quod nunquam dictos procuratores, aut eorum aliquem, & potestatem illis modo præmisso concessam, ex quavis occasione & causa ortu vel oritura, etiam a jure d expressa, & propter quam causam vel causas constitutus procurator revocatur, tacite vel expresse revocari potest vel possit, directe vel indirecte, revocabimus; nec ipsum procuratorium ratione formæ aut personarum constituendarum, vel constitutarum, impugnabimus; nec contra ipsum procuratorium, aut personas constitutas in eodem, quoquo modo, de jure vel de facto, in judicio vel extra excipiemus: quodque non diximus aut fecimus, nec dicemus aut faciemus in futurum, vel directe vel indirecte, quo minus dicti procuratores potestate sibi data in eodem procuratorio, juxta ejus tenorem libere uti possint & valeant: renunciantes expresse omnibus exceptionibus & juribus, quæ nobis competere possent de jure vel facto, in præsenti vel futuro, circa revocationem, annullationem, invalidationem procuratorii & procuratorum hujusmodi: quas quidem exceptiones & jura nolumus in hac parte aliqualiter nobis suffragari. Et hujusmodi constitutionem & formam procuratorii, nec non renunciationem per duos ex eis (ut præmittitur) fiendam, valere volumus & statuimus, non obstantibus quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & aliis inhabilitudinis sententiis, a jure, a nobis, vel alio quocumque in eos, vel eorum aliquem, quacumque auctoritate vel causa promulgatis, seu promulgandis, quibus forsan nunc, vel tempore cessionis & renunciationis hujusmodi, seu interim procuratores hujusmodi, seu aliqui eorumdem sunt vel erunt ligati; quos & quorum quemlibet ad hujusmodi procuratorium accipiendum, & prædictam renunciationem faciendam, absolvimus & habilitamus per præsentes, non obstantibus etiam aliis contrariis quibuscumque: volentes, quod renunciatio hujusmodi per eos fienda perinde valeat, ac si cessionem hujusmodi personaliter fecissemus; supplentes etiam de plenitudine Apostolicæ potestatis omnes defectus in hac nostra constitutione procuratorum, si qui intervenerint, ita quod hujusmodi procuratores per quascumque clausulas, etiam contra naturam constitutionibus procuratorum in ea expressas, ipsi & ejus effectui nervas aut inutiles, seu in ipso utiles & necessarias non expressas, sed deficientes, cujuscumque tenoris vel effectus exsistant, nequeat quoquo modo impugnari, sed firmum & validum in omnibus & per omnia exsistat, ac si in eo clausulæ necessariæ vel utiles exsisterent expressæ: quod quidem procuratorium, quo ad totalem ejus effectum, firmum & validum volumus remanere: quodque ad clausulas hujusmodi observandas, quæ essent contra naturam constitutionis procuratorum, si quæ essent appositæ, nos ex certa scientia, omni via & modo, quibus melius possumus, promittimus, juramus, & obligamus Deo & ecclesiæ, ac dicto Concilio: declarantes ac statuentes ex superabundanti ipsa jura in quantum volunt, concedunt, aut favet, e procuratorem vel procuratores ex certis causis, vel alias revocari posse, vel irrevocabiliter non constitui ea quantum ad casum prædictum expresse, & ex certa nostra scientia; cum hic agatur de statu universalis ecclesiæ, & pace, ac publica utilitate totius Christianitatis, volumus locum non habere, nec præjudicium aliquod afferre. Nec nos per præmissam procuratorii constitutionem ab obligatione qua fuimus adstricti ad renunciationem papatus facere juxta deliberationem dicti sacri Concilii, in quocumque casu in dicta schedula obligationis nostræ comprehenso, volumus quomodolibet liberari: quin immo illam in suis integritate, robore & firmitate persistere & permanere, quousque per cessionem vel decessionem hujusmodi, aut alium casum quemcumque in prædicta schedula nostræ obligationis comprehensum, unio perfecta fuerit in ecclesia sancta Dei. Et si quovis modo contingeret, hujusmodi procuratorium aut procuratores revocare, etiam cum adjectione harum dictionum, videlicet, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio & assensu, seu ipsum procuratorium, seu procuratores ipsos invalidare, impugnare, aut annullare, seu contra ipsum procuratorium vel procuratores, de jure vel de facto, & ex quavis causa vel occasione excipere, seu ipsos procuratores directe vel indirecte, quo minus juxta tenorem ipsius procuratorii potestate, auctoritate & facultate sibi data libere*

uti

a Forte, similiter.

b Forte, libertate.

c Forte, nunc.

d Forte, præmissa.

e Forte, procuratorem.

uti valeant, possint & debeant, impedire; in omnibus & singulis casibus prædictis ex nunc prout ex tunc, ipsi papatui cedimus & renunciamus ipso facto, & deinceps pro non Papa haberi ab omnibus Christi fidelibus volumus penitus & decernimus; absolventes exnunc a juramento fidelitatis & obedientiæ debito ligamine omnes & singulos dictæ Romanæ ecclesiæ cardinales, nec non patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, prælatos: ac nostros & sedis Apostolicæ officiales, ac etiam nostros familiares & officiarios Romanam curiam sequentes, & quoscumque alios ecclesiæ fideles, ecclesiasticos & sæculares, cujuscumque status, gradus, vel conditionis existant, ac etiam totum populum Christianum; quos etiam tenore præsentium absolvimus: & ultra præmissa promittimus habere ratum & gratum, quidquid per prædictos procuratores, aut eorum duos, actum, gestum, factumve fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum, firmiter habiturum sine aliqua contradictione. Datum, &c.

Quod Papa constituat in procuratorio personas infra scriptas.

Item, decernit, ordinat, diffinit & declarat, quod dictus dominus Joannes Papa in dicto procuratorio ad dictam suam renunciationem faciendam, præter alios quos constituere velit, constituat procuratores suos personas infra scriptas. Et primo pro natione Gallicana, dominos Theobaldum archiepiscopum Bisuntinum, Guillermum episcopum Ebroicensem, Joannem episcopum Gebennensem, magistrum Benedictum Gentiani, magistrum in theologia, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Italica, Pileum archiepiscopum Januensem, Antonium episcopum Concordiensem, Jacobum episcopum Adriensem, & Jacobum episcopum Tarvisinum. Pro natione Anglicana, Nicolaum episcopum Bathoniensem, Robertum episcopum Saresbiriensem, Joannem episcopum Lichfeldensem, Thomam abbatem sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Germanica, Joannem archiepiscopum Rigensem, Joannem episcopum Lutomuslensem, Petrum episcopum Ripensem, Andream electum Poznaniensem. Omnes constituat, vel saltem de qualibet natione duos.

Concilium deputat legatos ad requirendum Papam super procuratorio faciendo.

Item, deputat dicta sancta Synodus, ac constituit & ordinat ex parte hujus Concilii suos legatos infra scriptos. De dominis cardinalibus, reverendissimum patrem dominum tituli sancti Marci, & Florentinum, cardinales. Pro natione Gallicana, a Theobaldum episcopum Carcassonensem, Joannem b Datani in theologia, Jacobum de Spars in medicina, magistros. Pro natione Italica, episcopum Feltrensem, abbatem sanctæ Mariæ de Florentia. Pro natione Germanica, Conradum abbatem c Pinganiensem, Lambertum de Stipite, decretorum doctores, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Anglicana, Thomam Polton protonotarium sedis Apostolicæ, d Bernardum de Planthea decretorum doctorem, ordinis sancti Benedicti, ad dictum dominum Joannem Papam XXIII. ad petendum & requirendum ex parte dicti Concilii, quod constituat procuratores ad renunciandum papatui, infra duos dies, postquam fuerit requisitus, & procuratorium ad dictam renunciationem faciat & expediat pro bono unionis & pacis ecclesiæ, sub dicta forma, & sub bulla.

Quod prælati prædicti requirant Papam, quod veniat ad Concilium.

Item, decernit & ordinat, quod dicti legati ipsum Joannem Papam exhortentur, & requirant ex parte sacri dicti Concilii, ut veniat ad hanc civitatem Constantiensem, sive ad villam Ulmæ, aut ad villam Ravenspurg. vel ad civitatem Basileensem, ad tractandum & perficiendum per eum, quantum in eo, omnia & singula quæ expedire videbuntur pro unione & reformatione ecclesiæ, per hoc sacrum Concilium deliberata & deliberanda.

a In mss. Germanicis, Geraldum.
b Mss. Germ. Dacheri, & Dateri.
c Mss. Germ. Pegoviensem.
d Mss. Germ. Bertrandum de Plaucha.

Quod dicti legati portent Papæ secarieatas debitas.

Item, quod dicti legati securitates debitas ex parte hujus sacri Concilii, & serenissimi principis domini regis Romanorum, ipsi domino Joanni Papæ portent, & cum effectu realiter illi offerant, atque tradant, casu quo juxta præmissa ad alterum de dictis locis cum effectu accedat.

Ex cod. ms. Surii.

In ms. adduntur nomina legatorum; Bisuntinus, Ebroicensis, Gebennensis, Januensis, Concordiensis, Adriensis, Tarvisinus, Bathoniensis, Saresberiensis, Lichfeldensis, Rigensis, Lutomislensis, Ripensis, *Posnaniensis*.

Ex prima editiona.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa promittat & juret unum de prædictis locis eligere infra duos dies, post requisitionem super hoc eidem faciendam computandos, & infra decem dies a tempore dictæ requisitionis, ad dictum locum per eum eligendum accedere, & abinde non discedere sine consensu dicti Concilii, vel quousque præmissa fuerint cum effectu adimpleta. Et in casu quo oppositum faceret, recedendo sine consensu dicti Concilii, vel præmissa non adimplendo, extunc prout exnunc, consentiat per bullam haberi pro non Papa, &c. cum clausulis opportunis. Et si non consentiat, tunc propter hæc & multa alia procedatur contra eum, tanquam contra notorium fautorem hujus schismatis, & suspectum hæreticum pravitatis, ut fuerit juris & rationis.

Quod supersedeatur a processu contra Papam, donec habeatur responsio.

Item, quod pendentibus istis, supersedeatur de citatione & processu contra eum faciendo, donec super præmissis habeatur ejus responsio, dummodo salvus conductus ducis Austriæ in forma petita infra horam sessionis diei crastinæ, quæ erit Jovis decimaoctava præsentis mensis Aprilis, pro dictis legatis & cardinalibus mittendis habeatur. Et si non habeatur infra dictum terminum, decernatur citatorium per edictum, & alias procedatur contra dictum dominum Joannem Papam, ut fuerit rationis.

Si Papa adimplaverit præmissa, cessabitur a citatione.

Item, quod in casu quo dictus dominus Joannes Papa pro bono pacis & unionis ecclesiæ præmissa adimpleverit cum effectu, & dictum sacrum Concilium super eisdem contentaverit, cessabitur a citatione & processu, & agetur secum de securitate & provisione status ejus cum omni caritate & honestate.

Quod dominus Vicecancellarius signet supplicationes consistoriales, partibus auditis.

Item, decernit, diffinit & ordinat dicta sancta Synodus, quod dominus cardinalis Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarius, supplicationes consistoriales de justitia, partibus auditis, & alias ut in talibus in publico consistorio est fieri solitum, signet & expediat: quod si non fecerit, procedatur contra eum, ut fuerit rationis.

Dantur commissarii contra Joannem Hus.

Item, quod in materia fidei contra Joannem Hus auctoritate hujus sacri Concilii procedant archiepiscopus Ragusinus pro natione Italica, pro natione Germanica episcopus e Flebbiensis, magister Ursinus Talvvenda pro natione Gallicana, magister f Guillermus Comes pro natione Anglicana, in sacra pagina magistri, causam dicti Joannis Hus & suorum sequacium examinando, & in illa procedendo usque ad diffinitivam sententiam inclusive.

e Duo mss. Ger. Slesvicensis.
f Ms. Germ. Willelmus Conz, pro &c.

Commissarii prædicti recipiant relationem dominorum cardinalium.

Item, quod prædicti commissarii eccipiant relationem dominorum cardinalium, Cameracensis tituli sancti Marci, Florentinensis, de processu facto super condemnatione librorum & articulorum, tam quadraginta quinque in Parisiensi, & Pragensi, quam etiam ducentorum sexaginta in Oxoniensi, studiis facta: nec non super condemnatione memoriæ Joannis VVicleff, ac confirmandu sententia lata in Concilio Romano super condemnatione & combustione librorum prædicti Joannis VVicleff: & relationem super præmissis faciant nationibus & huic sacro Concilio, quam citius commode illam facere poterunt.

Decernitur citatio contra Hieronymum de Praga.

Item, decernit dicta sancta Synodus citationem contra Hieronymum de Praga de hæresi infamatum, quodque dicta citatio contra eum exsequatur in forma quæ sequitur.

Sacrosancta Synodus generale Concilium Constantiense faciens, in Spiritu sancto fideliter congregata, universalem ecclesiam militantem repræsentans, Hieronymo de Praga, qui se magistrum in artibus quam plurimorum studiorum fore scribit & prætendit, quæ recta sunt, ad sobrietatem, & non amplius sapere quam oportet. Scriptum quoddam tanquam ex tui persona affixum in portis ecclesiæ civitatis Constantiensis, alias die Dominica qua cantabatur in ecclesia Dei, Quasi modo geniti, *ad nostram notitiam noveris pervenisse; in quo tuis obtrectatoribus crimina erroris & hæresis tibi objicientibus, te asseris publice responsurum: de quibus apud nos multipliciter infamatus existis, & præsertim de doctrina Joannis VVicleff, nec non aliis doctrinis catholicæ fidei obviantibus: dummodo ad veniendum tibi salvus & securus conductus præbeatur. Et quia nostrum principaliter interest, capere vulpeculas vineam Domini sabactis conantes demoliri; idcirco personam tuam tanquam de multorum errorum doctrina temeraria assertione suspectum, & multipliciter diffamatum, evocamus & citamus præsentium sub tenore; quatenus infra terminum quindecim dierum, a data præsentium computandorum, quorum quindecim dierum, quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica tibi præfigimus & assignamus in publica sessione hujus sacri Concilii, si ipso die sessio fuerit celebrata; alias prima die sequenti, qua sessionem esse contigerit, compareas secundum tenorem prædicti tui scripti, responsurus ad ea quæ tibi aliquis vel aliqui in causa fidei voluerit objicere; recepturus & facturus in omnibus justitiæ complementum: ad quod a violentia, justitia semper salva, omnem salvum conductum nostrum, quantum in nobis est, & fides exigit orthodoxa, præsentium tenore offerimus, & etiam plenius assignamus: certificantes, quod sive in dicto termino compareas, sive non, nihilominus contra te per ipsum sacrum Concilium, vel ejus commissarios, vel commissarium, lapso termino supra dicto, procedetur, tua contumacia in aliquo non obstante.*

Cant. 2.

Datum Constantiæ, in sessione Concilii generalis decima septima die mensis Aprilis, sub sigillis præsidentium quatuor nationum.

Contra famose libellantes.

Item, inhibet hæc sancta Synodus omnibus, cujuscumque status, gradus, dignitatis vel conditionis existant, ne libellos famosos per se vel per alium, seu alios, faciant contra quemcumque in hac civitate Constantiensi existentem, sub pœna excommunicationis; quam, monitione canonica præmissa, contra facientes contrarium fert in his scriptis, etiam sub pœna carceris. Quodque contra tales qui in præmissis culpabiles seu infamati reperientur, procedatur auctoritate hujus sacri Concilii, ut fuerit rationis.

A

Concilium decernit litteras missivas per mundum, informatorias de gestis Synodalibus.

Item, decernit sancta Synodus, litteras missivas ad dominos reges principes, universitates per nationes hujus sacri Concilii ordinatas & ordinandas, quam citius fieri poterit fore mittendas, sub sigillis quatuor prælatorum & quatuor nationum præsidentium.

Post quorum articulorum publicationem fuit petitum per dictos dominos, Atrebatensem & alios sibi assistentes, an placerent. Et fuit responsum per omnes, nemine discrepante, Placet, approbando. Et promotor Concilii petiit instrumenta fieri. Dominus vero Vicecancellarius, quantum ad articulum eum contingentem, respondit, quod vellet signare commissiones de justitia, sed non quæ contra jus scriptam.

B

Ex cod. ms. Surii, & mss. Germanicis.

Quibus factis & auditis, providus vir magister Henricus de Piro promotor præfatus, nomine Concilii & nationum, ac omnium quorum interest, super omnibus lectis, publicatis & approbatis, ordinatis atque diffinitis, petiit sibi fieri per nos protonotarios sedis Apostolicæ, ibidem de quatuor nationibus, videlicet Jacobum Rondini de Janua pro natione Italica, Thomam Polton pro natione Anglicana, Benedictum præpositum Albæ regalis pro natione Germanica, & Joannem de Ternubio pro natione Gallicana, existentes ceterosque notarios quatuor nationum, & alios tabelliones publicos, unum vel plure, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem illustribus & magnificis viris dominis *a* Rompoldo duce Silesiæ, Joanne Jacopo filio marchionis Montisferrati, Friderico comite de Oetingen, Alberto pincerne de *b* Suiden barone, Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, ambasiatoribus regis Angliæ, Norvegiæ, Sueciæ & Daciæ, Poloniæ, Franciæ, Cypri, & aliis, &c.

C

a In ms. Lipsiensi, *Rudophus* est.
b Ms. Germ. *Syndu*.

Subsequenter vero venerabilis & circumspectus vir dominus Benedictus magister *c* theologiæ, ordinis sancti Benedicti, unus de ambasiatoribus Universitatis studii Parisiensis, ascendebat dictum ambonem, ubi hujusmodi decreta sive publicationes per Concilium fieri solent: & legebat ibidem certas litteras missivas directas, videlicet unam Concilio, aliam ambasiatoribus præfatæ universitatis. In qua fuit insertus tenor alterius litteræ missivæ directæ Papæ Joanni per eamdem universitatem, quorum tenores inferius sunt inserti. Recommendas nihilominus universitatem prædictam Concilio memorato offerens eadem ad beneplacitum & confortationem Concilii memorati. Tenor vero litterarum missivarum ambasiatoribus Universitatis Parisiensis directarum sequitur, & est talis:

c In ms. German. *Benedictus Gentiani, Decretorum doctor, ordinis &c.*

D

Venerabilibus & eruditis viris nostris fidelibus & sincere dilectis nunciis ad sacrum generale Concilium Constantiense nostra ex parte destinatis. Graviter & cum magna cordis acerbitate ferimus, venerabiles viri, magistri & amici dilectissimi, sanctissimi domini nostri discessum. Nihilominus sua vota atque juramenta amplectentes, & ea omni studio prosequi volentes, eidem domino nostro scribimus in forma quæ sequitur; Pacem ecclesiasticam, beatissime pater, tot annis totque laboribus & expensis quæsitam, per vestram sapientiam atque charitatem videtur operatura divinitas, si sacri Constantiensis Concilii ac vestræ sanctitatis idem

E

fuerit animus pariter & affectio. Neque tantum valebit dividentis malignitas, quin vobis in unum convenientibus, Spiritus sanctus animos fidelium in pacem agat & unitatem: cujusmodi concordiæ non sine divino motu nuper dedit studiosam operam vestra sanctitas, cum ecclesiæ sanctæ dare pacem per viam puræ & simplicis cessionis, aliis per Pisanum Concilium de papatu ejectis similiter cedentibus, ac etiam in quocumque casu haberi possit unio, spopondit, juravit & vovit. In quo patuit affectus religiosæ pietatis, & veri patris ad filios debite compassio. Nam si vere mater probatur per Salomonem, quod maluit materno carere titulo, quam puerum permittere funestæ sectioni, quanto magis summus Pontifex paternam affectionem patefecerit, 3. Reg. 3.

si ec-

ANNO CHRISTI 1415.

si ecclesiæ jam diu lamentabiliter divisæ redintegratio- A ni suum dominatum posthabuerit, atque præsidentiam. Itaque non modo cum mente & intentione sacri Concilii, verum etiam cum piis desideriis totius Christianitatis & cunctorum mortalium, quos nulla isthic agitat vesania, his votis atque juramentis vestra sanctitas videtur egisse. Non quod in hoc facto ejectis de papatu sit desarendum, quamvis & eorum animos in Domino lucrifacere satagere debetis: sed quia tot populis & regnis ac nationibus illos sequentibus, & fortassis alterationem immensæ discrepationis alias venturæ, consuli oportuit: quorum salutem vestræ præsidentiæ in vestris votis & juramentis prætulisse videmini. Quod si operis *a* ab affectu probatum prosecutumque fuerit, quamdiu terrenum orbem mortale genus attollet, vestras laudes cele- B brabit omnis ætas. Et pro abdicatione honoris momentanei, cum merito præmii sempiterni erit vobis paratum nomen ceteris longe gloriosius. Verum, beatissime pater, in hac re nos unus movet scrupulus, quod audivimus vestram sanctitatem a Constantia Schaphusam secessisse. Non enim est ille iocus potior ad amplitudinem sacri Concilii ad tantam rem gerendam: deinde Constantia per vestram sanctitatem fuit electa, & per vestram obedientiam humiliter recepta, ceteris etiam gratior videbatur, utpote gravis, locuples, ornata civitas. Nec videtur quomodo tali vulneri medelam afferre possit hæc mutatio. Postremo in ea urbe vestre sanctitas habebat amantissimum, Christianissimum & invictissimum Imperatorem, qui tranquillitatem & securitatem præstare poterat, & injurias omnes propulsare. Habebat sacrum collegium cardinalium, quod non mo- C do pro securitate vestra, verum etiam pro honore vestro atque gloria usquequaque decertasset. Habebat denique totam ecclesiam sibi obedientem, longe ceteros superantem. In que erat non minima Galliarum natio, quæ non minimo quidem varbo vestram sanctitatem offendi permisisset. Ubinam igitur, sanctissime peter, persona vestra celebrius, securius atque devotius tractabitur, quam in urbe vobis devota, per vos electa, cum ecclesia vestra, cum Imperatore Christianissimo, & cum ceteris de vestris votis & juramentis sanctissimis vestræ clementiæ omni die congratulantibus? Non est aliquis tam ignarus rerum, tam rudis in re Christiana, & tam nihil umquam de publica pace ac saluta cogitans, quin intelligat, ubi in sacramento pacis dandæ manebit san- D ctiras vestra, Concilium sacrum ac eius partes universas omnem reverentiæ cultum, quem mortalem mortali præstare fas est, vestræ personæ præbituras. Postea cogitet sanctitas vastra, clementissime peter, quid est in tractatu quærendæ pacis a sacro Concilio discedere, quid diffidere. An primum suspectum? an secundum damnatum? Et si probabilis discedendi caperetur occasio, nulla tamen inveniretur diffidendi. Quid si hoc velle quisquam videbitur oppugnantium, viderit, ne sacri Pisani Concilii validius *b* callidi sentiant inconcussa fundamenta. Absit, beatissime pater, ut in tanta re sanctitas vestra a sacro Concilio discordet: hoc enim asset ab ecclesia Dei discordare. Absit a gloria nominis vestri, quod sacrum Concilium sine præsentia vestra rem E tam grandem tractet vel terminet. Vestri est, sanctissime peter, ut nullum in hac re habeatis *c* priorem, nec perseverando fortiorem. Propterea supplices vestram sanctitatem oramus, & per sanctam ecclesiam, extra quam qui se ponit, se perdit, obsecramus, ac etiam per pacem aspersionis sanguinis Jesu Christi vos, pater, obtestamur, ut viscerum misericordiæ Dei nostri memores, ut sacris votis & juramentis vestris maneatis, & Constantiam ad vestros fratres & filios devotissimos, immo ad ecclesiam Dei & vestrem redeatis, ovili Dominico papatus ambitione & dominandi libidine turpiter diviso pacem universalem cum Concilio ecclesiæ illis congregatæ daturi. Nec in hoc adduxerit sanctitatem vestram male consulentis pernicies, ut occasione talis discessus, vel quæsitæ dilationis complendi juramenti, pax universalis per diem retardetur: nec prælatis sumptibus & tædio confectis, ac sancta Synodo dissipata, tantarum rerum *d* volumina rupta compage diffluant, majori postea periculo revocanda: immo properet sanctitas vestra sacræ Synodi consiliis acquiescere, & ejus conclusiones exsecutione feliciter demandare. Vestram sanctitatem, &c. Et quia de Constantiensis Concilii fortitudine ac perseverantia gerimus in Domino fiduciam, cum qua sumus firmiter processuri, speramus vestris laboribus in melius *e* revocari Concilium, unite ad hanc pacem quæsitam ferventius laborare, atque ex fortuna non optata consequi finam optatiorem. Unde vos hortamur majori incumbere labori, & hanc nostram mentem litteris præsentibus insertam, universis patefacere, & nobis sæpius quæque supra hoc grata rescribere. Dirigat mentes & personas vestras, & conservet Altissimus feliciter.

Datum Parisiis in congregatione nostra generali, apud sanctum Bernardum super hoc specialiter celebrata, die secunda mensis Aprilis.

Rector & Universitas Studii Parisiensis.

a Ms. Germ. *ab effectu*: leg. *ad effectum*.

b Lege, *collidi*.

c Ms. Goth. *comparem*.

d Ms. *limine*, ms. Germ.

e Forte, *renovari*.

Littera missiva Universitatis Parisiensis destinata archiepiscopis, episcopis & doctoribus Italicæ nationis.

FEliciter ecclesiæ successisse Dei, reverendissimi patres & domini, nuper existimavimus, cum & Deo volente & vobis pro debito vocationis vestræ coagentibus, dominus noster summus pontifex viam vovit cessionis, atque juravit. Hinc in tanta animorum alacritate Deo gratias egimus, ac tanta devotione 1 in sacrum Constantiense Concilium fuimus permoti, ut hoc divinum Concilium arbitraremus. Unde magis miramur, quod dominus noster ab eo modo tali discesserit, præsertim 2 cum ex eo fuerit cum summa laude ecclesiæ Dei fructum amplissimum allaturus. Nec venit in mentem nobis, istum discessum 3 posse præstare unionis incrementum. Equidem, reverendissimi patres, ex multis papatum vel ambientibus, vel occupantibus, bona verba sæpe audivimus, sed postea conatus eorum 4 percepimus pollicitis obviantes: 5 non quod istud de sanctissimo domino nostro cogitet nostra filialis devotio, sed quia 6 inniti debemus, ne minima quidem macula schismatis adversariis sibi posset impingi. Cognoscitis quantum sit periculum, in tractatu pacis ecclesiasticæ Papam a Concilio generali discedere; quantum nefas, ab eo diffidere. Propterea egregiam nationem velimus 7 exoratam in Domino, ut in Concilio generali Constantiensi persistat, domino nostro ad Concilium generale redire persuadeat, ac vota & juramenta domini nostri amplectentes, pacem ecclesiasticam, 8 nulla subterfugiendo discrimina, prosequatur. Eamdem nationem vestram præstantissimam tueatur summa æternitas. Scriptum in congregatione nostra generali apud sanctum 9 Bernardum super hoc specialiter *f* celebrata, secunda die mensis Aprilis.

Subscriptio litteræ.

Benevoli vestri Rector & Universitas Studii Parisiensis.

g Subscriptio prædictæ litteræ

Reverendissimis in Christo patribus, archiepiscopis, episcopis, doctoribus, & aliis dominis Italicam nationem in sancta & Universali Synodo Constantiensi repræsentantibus.

f In ms. Vindob. *facta*.

g Forte, *superscriptio*.

Ex

1 In ms. Vindob. *in sacrum Constant. Conc. trahimur, ut hoc*. 2 Ms. Vindob. *cum ex illo fuerit cum summa laude ecclesia divinoque fructu amplissimo collocatus alacrius & decenter. Nec venit &c.* 3 Ms. Vindob. *in incrementum unionis posse aliquatenus provenire*. 4 Ms. Vindob. *percepimus ad contrarium inclinari*. 5 Ms. Vindob. *non quod istud sanctissimo domino nostro impingat*. 6 Ms. Vindob. *inviti debemus percipere, ne nimia macula schismatis Dei Ecclesia ab adversariis inquinetur*. 7 Al. *exhortatam*. Ms. Vindob. *exhortamur in Domino pradevote, ut in*. 8 In ms. Vindob. *discrimina fugiendo*. 9 In ms. Vindob. *Benedictum*.

Ex mſ. Card. Capranicæ, & quatuor Germanicis.

Epiſtola Academiæ Pariſienſis ad Concilium, in hac ſeſſione per Benedictum Gentiani prælecta.

EGregiis & inclytis patribus, viriſque ex omni gente electis almo & ſalutifero Conſtantienſi Concilio adſtantibus. Egregii & inclyti patres, viri ex omni gente electi, almumque & ſalutiferum Concilium. Pacis zelus, ſanctæ fidei, & catholicæ fidei exaltatio corda veſtra tanta incenderunt caritate, ut jugum Chriſti ſuave & onus leve veſtris piis humeris imponentes, labori operati, qui eſt in Chriſto Jeſu: ipſe enim vocat vos, a diverſis orbis plagis contraxit in unum, ut digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: & portantes pacem, illuminantes patriam, dare requiem animabus veſtris adveneritis: Nec dubium veſtris laudabilibus cœptis tantiſque & tam ſinceris principiis divina aſpirante clementia. Et nos ipſi ſperamus in Domino, quia jam oſtendit nobis bona, dedit lætitiam in cordibus noſtris, exſpectantibus, ut in pace cum eo quieſcamus per viam illam ceſſionis, quæ a noſtris patribus tam ſudata eſt, velut imitatrix Chriſti: qui in humilitatis exemplum obediens factus eſt uſque ad felicis vitæ ſuæ ceſſionem. Sed conturbamur, & rei novitate movemur, nec pro re ſatis admirari poſſumus, quod nunc ſupremo præſide qui viam pacis ſe aperturum noverat, careat: ægre ferimus, ut qui vos vocavit a dardua, primus diſparuit. Sed hoc * de diſperſionis verum potius fortificationis ſit exemplum. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum in eo, cujus cauſa agitur: *a* qui veſtris ſanctis judiciis, ſacriſque deliberationibus Concilii acquieſcemus, & obediemus reverenter; noſtros labores, & cuncta grata tanta accommoda operi libere offerentes. Simul igitur laboremus, dum tempus habemus, operemur bonum omnes: ac gratiam Dei, quam fecit jam nobiſcum, non in vacuum recipiamus: ſed recta veſtra Concilia per viam ceſſionis, quam Dominus oſtendit nobis, ad feliciora dirigantur: ne per devia in animarum perditionem, & tam celebris cœtus diſperſionem abbrevietur. Longe abſit eccleſiæ Dei, ut quod divina miſeratione tanto noſtrorum labore quæſivimus, jam ſine fructu relinquamus. O miſerum! O cælis terriſque inviſum, ſi per quem maneat eccleſiaſtica pax tantos optata per dies, & nunc ejus oatura deſuper noſtris ex oculis evaneſcit? Vos igitur vigilate, perſiſtite, quoniam ea perſeverantia coronatur, quæ virtutibus laudes ceteris imponit. Et quod apud nos incepit Dominus, ipſe perficiet, ad laudem & gloriam nominis ſui. Scriptum in noſtra congregatione generali apud ſanctum Martinum celebrata, die ſecunda menſis Aprilis.

a Forte, quia.

Ex mſ. Brunſwic.

Epiſtola Academiæ Pariſienſis ad Sigiſmundum Cæſarem in Concilio exiſtentem.

SErenissimo & victorioſiſſimo principi regi Romanorum, ſemper Auguſto, necnon Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Regi. Sereniſſime & victorioſiſſime princeps, ſemper Auguſte. Fama teſtatur & acta probant, quanta pro eccleſia Dei celſa veſtra majeſtas Imperatoria devote geſſerit: ut vos inviſtiſſimum vigilem, amatiſſimum & obſequioſum filium inveniat. Quod nec catholicorum tacebit devotio, nec Chriſtus incompenſatum derelinquet. Etenim gaudia relinquendo, ardua etiam regni pondera ſuſpendiſtis, ſolaque cura eſt ſequi Chriſtum, & quam veſtros per dies quæſivimus populis concedere pacem. Vos ſacrum Concilium habet protectorem, regem filium manſuetiſſimum, & patrem ad omnia quæ Dei ſunt dirigentem. O admirabilis & divinitus eccleſiæ conceſſa tuitio, quam Dominus elegit ut fructum afferat, & maneat fructus ejus! Felices veſtros labores ſecundet Altiſſimus, & det vobis jucunditatem, & deſideratam quam quæritis veſtris diebus aſpicere pacem. Sed perſeverantia nunc opus eſt, & cordis integritate. Jam etenim veſtros pro gaudio exſultantes animos rei novitas remerſit in triſtia, cum dominum noſtrum ſummum Pontificem ſe inopportune novimus abſentaſſe. Et nobis durum, ac ægre piis animis ferendum videbatur, verum paſtorem ſuum, tam celebri conventione vocatum, ovile improviſo relinquere, ubi ejus tam neceſſaria præſentia, ubi tanta pro ſuarum integritate ovium pollicitus eſt. An apud ſingulares amplior pax aut manſuetior communicatio, quam apud Univerſalem eccleſiam, quærenda ſit, quis dubitat? Sed nihilominus animos, quos Dominus conjunxit in unum, res lacrimalis non diſpergat; ſed inconcuſſi maneant, ferveant deſideria, nec illa tepeſcat caritas, quæ vos ad illum tam glorioſum cœtum numquam poſtea videndum perduxit: & illam probatiſſimam ceſſionem, quam ſpiritus almus inchoavit, proſequamini. Eſt enim magna pars totius, laudabile principium. Nec veſtris ſinceris laboribus noſtros, quales poterimus, abeſſe putetis. Nam & inviolabilem auctoritatem eccleſiæ, & ejus irrefragabilia conſilia ſubſequemur, deliberata per Concilium firmas credentes eſſe veritates, & eidem reverenter obedire parati. Serenitatem veſtram roboret Deus, fortitudo & virtus noſtra; ut vos conſummatæ pacis mediatorem fidelium mentes venerentur in æternum. Scriptum Pariſiis in generali congregatione apud S. Martinum celebrata, die ſecunda menſis Aprilis.

Veſtræ Imperatoriæ majeſtatis humiles & ad ejus mandata parati Rector & Univerſitas Studii Pariſienſis.

Ex mſ. Brunſvvic.

Epiſtola Legatorum Univerſitatis Pariſienſis Conſtantiæ exiſtentium ad Carolum VI. regem Francorum.

SEreniſſimo ac Chriſtianiſſimo principi & domino, domino Carolo regi Franciæ illuſtri, domino noſtro gratioſiſſimo, incrementa deſiderandæ ſalutis, & in ſubſcripta puram & ſimplicem agnoſcere veritatem. Victorioſiſſime & Chriſtianiſſime princeps. Quanta malorum graviſſimorum periculoſa diſpendia, inconſutili Salvatoris tunica lacerata, ultra ſeptem luſtrorum ſpatia continuata, inceſſanter attulerit contentioſa de ſummo Pontificatu ſciſſura, & ſponſa unica & immaculata Crucifixi, ſupervacaneum enarrare videtur. Et diſcere nemo valet, nec experientia, proh dolor! vera teſte ignorat totus Mundus, & evidentiſſima diligentia veſtræ regiæ majeſtatis, totius eccleſiæ Gallicanæ, & ſingulariter almæ matris Univerſitatis Pariſienſis, hactenus valut incaſſum edocta, multipliciter & non minus lamentabiliter comprobavit. Verendum vehementer exiſtit, ut putamus, quod hæc monſtruoſa ruptura ex monſtroſitate morum, de finibus Babylonis in terras noſtræ Hieroſolymæ militantis educta, altiſſimo permittente, non ex zelo ſalutis animarum, ſed ambitione faſtus terreni, gloriæ ſæcularis, & pecuniarum lucri, uſque ad tantæ provectionis ætatem, tam pernicioſa ſuſcipit incrementa. Cujus quidem ſciſſuræ etſi in ſacro generali Concilio Piſano alias celebrato ſperaremus totalem extirpationem, tamen ut veritas manifeſta demonſtrat, nedum quædam in regnis, provinciis & terris reliquiæ periculoſæ remanſerunt, ſed & tam in fide, quam in moribus errores & exorbitantiæ etiam graviſſimæ pullularunt. Et glorioſiſſime rex, cum ſanctiſſimus Joannes Pape XXIII. agri Dominici, ut ſperamus, paſtor & cuſtos, & verus agricola, male gerens, per hujuſmodi ſpinas & tribulos triticum, in unum Dominicum horreum congregandum, debere veroſimiliter ſuffocare: Accedente primo inviſtiſſimi domini noſtri & ſereniſſimi principis, domini gratioſiſſimi domini Sigiſmundi, Romanorum & Hungariæ regis ſemper Auguſti, & ſubſequenter reverendiſſimorum in Chriſto patrum, dominorum S.R.E. Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu univerſale ſacrum Concilium ad hanc civitatem Conſtantienſem, Moguntinenſis provinciæ, tanquam revera habilem, idoneum, aereum, multitudinis capacem, & omnibus victualibus ac ceteris neceſſariis copioſius abundantem, per Apoſtolicas ſuas litteras, una cum dicti domini regis litteris ad omnes Chriſtianitatis regiones, regna, provincias, terras deſtinatas, convocaſſet: Et nedum prædictorum dominorum Mundi in ſpiritualibus & corporalibus, capitum & cardinalium, quam etiam multorum glorioſorum principum, prælatorum, ſuorumque oratorum, magiſtro-

giſtro-

ANNO CHRISTI 1415.

giſtrorum, doctorum, Univerſitatum, Ambaxiatorum & procuratorum multitudine: cujus ſimile nec homo meminit, aut ſcripta commemorant umquam retroactis temporibus; & feliciter congregaſſet: Poſt varios & multos inter quatuor hujus ſacræ Congregationis nationes, Italicam videlicet, Gallicam, Germanicam, & Anglicam, tractatus habitos, & multiplicibus viis, quibus hoc ſchiſma delendum radicibus poſſet evelli, hinc inde tam diligenter quam ſubtiliter diſputatis, hujus ſacri Concilii, ex cauſis & rationibus, ſeſſionibus aliqualiter reſervatis in ſuſpenſo; tandem omnibus nobis ſola via mutua ceſſionis, tanquam brevior, efficacior, purior, expedientior & melior placuiſſe videbatur, & una cum prædicto dominorum cardinalium cœtu per ſingulas nationes ſingulariter fuit approbata. Verum quod hanc viam, tanquam omnibus nobis ſufficienter acceptam, prædictus ſanctiſſimus dominus noſter Univerſitati Chriſtianorum, ut creditur, ex propria virtute prævenit offerendam, & immo ipſam in loco conſiſtoriali primo, & conſequenter in publica obtulit ſeſſione: prout in litteris Apoſtolicis deſuper confectis, quarum copias veſtræ regiæ majeſtati tranſmittimus interclusa, plenius continetur. O quanto tunc gaudio cum devotiſſima gratiarum actione perfuſa fuerunt pectora ſingulorum! nullatenus dubitatum, quin ex tam ſalubri virtuoſiuſque oblato principio firmius ad modum fundamenti ſtabiliter collocato, conſummati ædificii ac Davidicæ turris uſque ad ſummum conſurgere deberet altitudo: prout illuſtris princeps dominus noſter, dominus Ludovicus dux Bavariæ, nec non reverendiſſimi patres N. N. nobileſque N. N. &c. veſtræ Chriſtianiſſimæ celſitudinis oratores & nuncii, hæc hujuſmodi geſta, & ut feliciter celebrata, condignis præconiis commendarunt. Et dum hic, ut ſine majori tædio ad aliorum de papatu contendentium, & ſuorum procuratorum, cum rem ipſam maxime catholicam princeps dominus noſter, dominus Romanorum rex, & de illorum partibus ſimiliter bene diſpoſitam cognoviſſet, notitias expeditius valeret adduceret, cum oratoribus illuſtriſſimi domini regis Arragonum, & domini Petri de Luna in ſua obedientia Benedicti XIII. nuncupati, ſuper mutua eorum cum præfato ſereniſſimo principe domino noſtro Romanorum rege ſemper Auguſto, ſuper conventione & viſione in civitate Niciæ & portu vicino villæ Franciæ: fuiſſent firmare capitula, & tractatu ſimiliter habito cum oratoribus domini Angeli Corario in ſua obedientia Gregorii XII. nuncupati, ad viam dictæ ceſſionis, etiam ex parte ſui ſuper difficultatum intricationibus exſequendam: intervenit caſus, ut contra Apoſtolicum mandatum, eccleſiaſticarum cenſurarum comminationem, quibuſdam de prælatis & aliis recedentibus, & hujuſmodi mandatum non verentibus, ſupplicatum fuerit per quaſdam hujus ſacræ congregationis nationes dicto domino noſtro regi, ut de opportuno remedio per portarum cuſtodias hujuſmodi receſſum prælatorum, & aliorum qui ad hoc ſacrum convenirent Concilium, & ipſius diſſipationem curaret, in quantum ſalubrius poſſet, prohibere: & pro boni univerſalis conſervatione, progreſſu, & tutela firmiori, nullum abire permitteret, hujus ſacri Concilii, de receſſu ſui tum ſufficienter instructi, licentia non obtenta. Quam quidem probibitionem unico ſolo mane factam, tamquam in ſui detentionem, domino regi Romanorum concitus fuit imponere, velut per hoc ſibi libertas eſſet adempta, & ſuos ſalvos conductus violatos: domino rege prædicto, ſe ſub dictarum nationum præſentium teſtimonio, coram eodem noſtro Papa & præſentia quamplurimorum prælatorum, principum, & magnatum, & cum ipſius regis non fallibili veritate conſtantius excuſante, & ſolemniter proteſtante, quod non fuiſſet, eſſet aut forte aliqualiter in intentione ſua, ipſum dominum noſtrum aliquatenus arreſtare, detinere, aut ejus proceſſum impedire quovis modo, ſed ſalvum conductum ſibi datum inviolabiliter obſervare: & ſi ſibi quomodolibet videtur ipſum in hujuſmodi exceſſiſſe, ſe juxta hujus ſacri Concilii determinationem & declarationem emendaturum, & plenius ſatisfacturum offerebat. Et quia alio ceſſante murmure, cum hujus ſacri Concilii nationes, quibus ex ante practicatis per dictos Petrum de Luna & Angelum Corario præſtabatur cautela periculis, qui dum viciniores præſentia corporali forent, unus videlicet in Luca; alter facta ſecreta colluſione, ad ceſſionis viam per eos juratam & votam, amplius fuerant elongati, etiam procuratorum conſtitutionem pro eorum ceſſione ſimpliciter denegantes, diſpendiis cogitarent obviare: ideo prædicto domino noſtro eædem nationes videbantur inſtare ſuppliciter, quatenus attento quod ſuæ ſanctitatis præſentia ad cedendum nullatenus neceſſaria, quin immo pro ulterioribus tractandis, in cauſa fidei & pro reformatione morum eccleſiæ inordinatorum multipliciter tam in capite quam in membris, foret admodum opportunum conſtituere procuratores ad cedendum ſecundum deliberationem hujus ſacri Concilii, & ſecundum formam per ipſum promiſſam, votam, & juratam, ordinari curet, ne oblatio per ſuam ſanctitatem, &c. *Cetera deſunt in mſ.*

Ex collectione Barberiniana, & mſſ. Germanicis Brunſ. Lipſ. Goth.

Patriarcha tradidit nomine Concilii legatis, qui debebant ire ad Papam, instructiones, & ſalvos conductus pro Papa.

Die Veneris xix. menſis Aprilis ſupradicti, reverendiſſimus dominus patriarcha Antiochenus in medio deputatorum quatuor nationum apud fratres Minores, in loco, quo natio Germanica convenire, & congregari ſolet, præſentavit dominis legatis nationis Germanicæ abeuntibus ad Papam una cum dominis duobus cardinalibus & aliis legatis aliarum nationum articulos die Mercurii concluſos per Concilium in forma unius inſtrumenti ſubſcripti *a* per magiſtrum Goinardi pro natione Gallicana, & me Guinbertum Fabri, pro natione Germanica notarios ſubſcriptos, injungendo dominis legatis, videlicet abbati Pingavienſi Merſburgenſis diœceſis, & Lambrito de Stipite Decretorum Doctori ordinis ſancti Benedicti, quod fideliter exerceant legationem eorum une cum aliis legatis, & juxta inſtructiones eis datas per Concilium, recepto ab iis & eorum quolibet juramento fidaliter eorum legationem exercera. Et ultra dicta in ipſo inſtrumento deſcripta, fuit ipſis injunctum in hæc verba: Ex parte ſacri Concilii Coſtantienſis requiruntur legati per dictum Concilium ad dominum noſtrum Papam deſtinati, & cum omni caritate pro bono unionis & pacis eccleſiæ, ex eadem parte injungere, ne quando erunt cum domino noſtro antedicto, ſingulariter, ſeu ſigiliatim cum eodem loquantur; ſed inſimul contenta in inſtructionibus eis datis apud eumdem proſequantur: nulluſque ex dictis impetrationibus quarumque nomine ſuo, vel alieno, per ſe, vel alium, ſeu alios, *b* ſeu proſecutionem cujuſcumque materiæ ad dictam ambaxiatam non pertinentes apud eumdem Dom. Papam faciant, vel proſequantur, ante finem dictæ ambaxiatæ per eos conſecutum, & relationem dictæ ambaxiatæ, & geſtorum in eadem per eoſdem præiato Concilio in eorum propriis perſonis factam. Et præmiſſa intimantur ex parte dicti Concilii præfatis legatis per venerabilem patrem dominum Conradum abbatem monaſterii *c* Pingavienſis ordinis ſancti Benedicti Marsburgenſis diœceſis, & venerabilem virum dominum Lambertum de Stipite ejuſdem ordinis Decretorum doctorem *d* Leodienſem, renunciatione papatus ex nunc fienda tantum excepta. Et requirantur etiam ut ad tardius infra duodecim dies a tempore receſſus eorum ab hac civitate Conſtantienſi computandum ad dictum Concilium revertantur. Et ſi non fecerint, ex nunc, prout ex tunc a dicta ambaxiata *e* revertantur. Quibus injunctis, fuerunt ipſis datæ litteræ ſalvorum conductuum pro Papa, & ſuis ad veniendum, per regem & Concilium ad ducem Auſtriæ.

a Mſſ. Germ. *per magiſtrum Joannem Ginardi, .. & me Gumbertum Fabri ... abbati Pegavienſi ..., & Lamberto de Stipite.*

b Mſ. Lipſ. *ad proſecutionem.*

c Mſſ. Germ. *Pegavienſis.*

d Mſſ. Germ. *Leodienſis diœceſeos.*

e Mſſ. Germ. *revocantur. Et ... ad veniendum ad regem & Concilium, & ... Auſtriæ.*

Ex mſ. Victorino.

Super quibus proſequendis, nunciandis, & requirendis D. N. P. qui tum erat in villa de Briſac in dominio Ducis Auſtriæ, diſtante ad tres dietas de Conſtantia,

ANNO CHRISTI 1415.

tia, ut superius est expressum in articulis sessionis, fuerunt Deputati Ambaxiatores ee perte Concilii juxte formam, quarti & quinti articulorum cum sequentibus in Versione ultima expedrtis, videliret Cardinales, & alii supranominati, qoi recesserunt, pro adimplenda legatione, prius habiro salvo conductu a Duce Austriæ, venerunt XIX. Aprilis in Brisac, & cum fuerunt ibidem post horam vespartinam, ciro fecerunt diligentiem sciendi, an esset ibidem Papa, vel non; & cum difficultate sciverunt, quod ibidem erat. Sed Papa sciens diligentiam, quam faciebant, misit ad eos unum familiatem, qui dixir eis, quod Papa erat male dispositus: ramen si Cardinales vellent ad ipsum accedere, bene placebar ei. Qui rasponderunt, quod crastioe die mane visitarant eum, & quod quiesceret, postquam fuerat infirmus.

Maoe sequenti iverunt omnes ad Papam, & facta sibi reverenria, proposuit ex parte Concilii Cardinalis S. Marci juxta puncta præcedentia contente in Sessione Procuratorii. Qui Papa respondit, quod procuratorium daret, sed volebat iode removere duas clausulas; & post multe verba Pape promisie, quod die crastina faceret omnie. Tunc Ambaxietores gaudentes illa nocte quieverunt in pace. Sed eorum gaudium non multum duravit, quia summo mane ante Solis ortum Papa descendit de castro per scalam eum uno alio, volens illa hora, ne perciparetur ab aliquibus, occulte reredere; & venit ad portam pontis, quæ nondum erat eperta, nec Capitaneus illam sibi voluit aperire, quia intrasset Burgondiam intra unum diem, & dixit Capitaneus Papæ, quod ille vie non erat secura, quia erat plena hominibus armorum ex gentibus Imperatoris, & quod iret ad aliam portam, quæ vadir ad castrum de Neubourg. Qui venit ibidem, & reperit eam clausam, & ibidem invenit duos magnos Alamannos, qui cognoverunt eum, & ciavametunr, Papa vulr fugera. Quara cito tota ville surrexit, & vidir D. Papam expectantem, quod porta eperiretur, & præ confusione hominom, & mulierum venientium eum visum, abicondit se in quadam grangia, donec aperiratur porta: quæ satis cito apertafuit, & sic recessir Pepa cum uno Huberto de Monte Contin, & exeundo, multi clemabant, deridendo; & statim post eum porta clausa est. Tunc quando fuit longe de villa per tractum unius sagittæ, stetie; & expectavit homines ermorum; quasi XL. qui eum assiciaverunt usque ed Neubourg. Tunc de sero venie quidem nuncius dicens, quod Basileenses nocte sequenti debebant exira, & venire ed ipsum castrum de Neubourg, & ipsum rotaliter destruere, & secum ducere Papam. Tunc Capitaneus dixie Papæ: Domine, vos non estis hic secure, sed revertimint ad Brisac, quia istud castrum non est forte contra potenriam Basileensium; & Papa dixir, quod vellet transire Rhenum, & ira Burgundiam, cum suo serretario jam nominato. Cui Capitaneus respondit, quod non auderet cum permittere transire Rhenum, quia esset io maximo periculo. Tunc Papa dixit, quod non curabat, & quod bene consueverat esse cum hominibus armorum, sed non obtinuit.

Tunc Papa videns periculum in mora, quie jam sol occumberet, revertitur Brisac distans e Neobourg per tria miliaria, & post mediam noctem venit Brisac, sed stetit ante portam fere per horam cum dimidia; cumque posset intrare, intravie cum suis, & illis stetit. Sed prælati Ambaxiatores postquam sciverunt ejus recessum, videntes se esle frustratos, volentes reverti ad Concilium, venerunt Fribourg; quibus illic existentibus supervenir nuncius dicens eis, quod dux Austriæ, & Ludovicus de Bavaria frater Reginæ veniebant ibidem ad prandium, & tunc cives rogaverunt Ambaxiatores, ut ibidem dictos Dominos expectarent: quod fecerunt, & venit ibidem solus Ludovicus de Bavaria, quie Dux Austriæ iverat Brisac. Prandio facto dictus Ludovicus cepir duos ex Legatis, scilicet Magistros Joannem Dacheri, & Joannem Despars, & duxit eos illo sero Brisac, & tantum fecerunt certis punctis mediantibus per Imperetorem Duci Austriæ missis, quod Papa non transiret ultra, sed veniret locutum cum Imperatore, quod tamen Dux Austriæ nolebat. Sed finaliter simul venerunt, & adduxerunt Papam apud Fribourg

A propter pontem, qui erat in Brisac, per quem leviter potuisset Papa recedere. Et tunc Pepa omnia ista videns promittit omnia facere, & dat procuratorium non Concilio, sed D. Berthole.

Quæ omnie rescripserunt præfati Ambaxietores secro Concilio, & Imperatori, & plures particulares eliis particulatibus, credentes quod præfatus D. N. ibat Burgundiam, & quod cum transierunt prope dictum cestrum novum, erant ibidem homines ermati cum 2000. equorum Papam expectantes, quorum erat Capitaneus Antonius de Vergeio miles. Quorum Ambaxiacorum litteræ fuerunt publicatæ Constantiæ die Sabbati sequenti XXX. ejusdem mensis Aprilis, præsentibus Imperatore, & Deputatis quatuor Nationum in maximo numero. Multis supradictis novis conturbatis, & contra D. Papam obloquentibus ostendere nitentem continue ipsius B voluntatem non sinceram ad bonum unionis, & propter rumores tunc currentes ee dictis litteris, fuit Dux Burgundiæ in fama scandalizatus, eo quod favorem dare videbatur, & euxilium dicto Papæ, qui sic reliquerar acephalon gregem suum; verumtamen Ambaxiatores præf. D. Ducis Burgundiæ in præsentia Imperatoris, & Nationum excusaverunt eum modis bonis, quibus potuerunt, allegentes quod decreta per Concilium generale in ultima sessione, de qua sopra, eidem D. Duci scripserant, significantes eidem, ne aliquas induceret novitates contra prædicta deffinita, & quie nesciebant si adhuc dictas litteras in tam brevi tempore recepisset, supplicaverunt Imperatori & Deputatis Nationum, ut de ipso nollent male contenreri, donec de ipsius contemptu, si quem faceret, quod non credebant, plenius appareret: quie Indubiratum asserebant, C quod ipse semper deret tales rationes ad materiam prætactam, & ad quascumque elias, quod tota Christianitas, sacrum generale Concilium, & Serenitas dicti Imperatoris deberent contentari.

Die vero XXVI. Aprilis facta est processio solemnis, & devotissima e tom Concilio, prius celebrata Missa de Angelis, in Ecclesia Majori, & deinde processionaliter iverunt ed Ecclesiam Religiosorum in fine pontis Constantiæ, & erat totus clerus civitatis in habitibus Ecclesiasticis cum reliquiis, & Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates in pontificelibus mitrati, quatuor Cardinales in cappis Theologicis, cum protonotariis: & facta ibidem ratione venerunt cantando Litaniam ed majorem Ecclesiam. In dicte processione fuit Imperator cum Imperatrice, & multitudo magne Nobilium & Baronum Alemanniæ, & ibidem fecit Cancellarius Ecclesiæ Parisiens. sermonem, qui sequitur. (*Eum da-* D *bimus in Append. hujus Concilii.*)

Die vero XXVII. Aprilis DD. Ambaxiatoribus, Cardinalibus, & aliis missis ex parte Concilii erge D. N. Papam, qui sequuti fuerant eum apud Fiburg, dedit Papa responsionem per cedulam, cujus tenor sequitur infra.

Die Mercurii prima mensis Maji, in domo FF. Minorum in Constentia in præsentia Regis Romanorum, & Deputatorum quatuor Nationum in meguo numero, comparuerunt D. Ludovicus de Bavaria Ambaxiator Regis Franciæ cum aliquibus nobilibus pro parte Ducis Austriæ, qui tunc propter hoc venerat ad Civitatem Constantiæ, sub salvis conductibus Regis Rom. & Concilii gener. expoentes regiæ Majestati pro parte præfati Ducis Austriæ in ejus ebsentia, qualiter intellexerant, quod ipse Rex male contentabatur de ipso Duce E propter plurima relata de eodem ad auras ipsius Regis, super quibus venerat, prout paratus erat, se purgare, & probare innocentiem suam, eidemque supplicando, ut eum recipere dignaretur in gratia sua, & promptus erat, prout tenebatur, tanquam suo Domino naturali, & superiori sibi obsequi, & servire in omnibus. Et ulterius dixerunt, quod si eliqua fecerir dictus Dux, quæ cederent in displicentiam ipsius Regis, hoc non fecit, seu facere voluit ex malitia, sed potius ex inadvertentia, seu ignorantia. Ad quæ respondit præfatus D. Rex Romanorum, quod in duobus dictus Dux fore fecerat, seu contra duo peccaverat generaliter, videlicet contra Concilium generale auferendo ab eo Papam, & spoliando. a. Contra ipsum Regem in obediendo,

ANNO CHRISTI 1415.

diendo, cum alias vocatus, & mandatus ipse Dux ad præsentiam ipsius Regis, supra aliquibus responsurus, & juri pariturus, recessit contumaciter, sine licentia Regis.

Quoad primum dixit D. Rex, quod illud erat arduum respectu Concilii sic injuriati & spoliari suo Papa per ipsum Ducem, immo tota universalis ecclesia, & tota Christianitas fuit scandalizata per eum. Super quibus scandalo & spoliatione se referebat ad dictum Concilium sic spoliatum & scandalizatum: quia in eo erant sapientiores & prudentiores totius mundi, qui super his bene scirent considerare. Et quantum Rex erat, non intendebat quoquomodo vacare ad reconciliandum dictum Ducem suæ Regiæ Majestati, donec Concilium generale fuerit primum restitutum suo Papæ per ipsum Ducem; sed hoc facto, sua Regia Majestas de residuo misericorditer ageret cum eodem.

Quoad secundum dixit, quod offensa ipsius Ducis in D. Regem erat parva & modica respectu prioris, & quod de ea misericorditer cum eo ageret, dum tamen prius satisfecerit Concilio generali; immo quodcumque Concilium dictaret in isto secundo, ipse sequeretur, salvo jure cujuslibet; quoniam dicebat ipse Rex, quod ad eum fuerunt multæ querimoniæ factæ de ipso Duce tam de spoliatione plurium temporalitatum plurium Episcopatuum, quam plurium viduarum, orphanorum, & aliorum plurium, quorum jus dare non poterat.

Ex illo tunc fuit advisatum, quod ex parte Concilii darentur Deputati ad advisandum modos pacificandi dictum Ducem erga præfatum Regem, & de modo restitutionis D. N. Papæ præfato Concilio. Et Deputati quatuor Nationum, qui erant ibi præsentes in magno numero, se obtulerunt laborare pro posse erga D. Regem pro pace Ducis.

Super quibus D. Ludovicus Bavariæ cum amicis Ducis Austriæ regratiati sunt humiliter D. Regi de clementia & misericordia eidem oblata pro ipso Duce Austriæ, ac etiam dictis Deputatis de oblatione per eos facta de pacificando præfatum Ducem Austriæ versus Regem.

Et advertendum, quod præfatus D. Ludovicus, & amici Ducis Austriæ inter alia supplicaverunt D. Regi Romanorum, quatenus si sua Majestas vellet recipere præfatum Ducem Austriæ in sua gratia ad ipsius Ducis supplicationem factam in suis personis, ut præscriptum est, saltem quod ad ipsius D. Ludovici de Bavaria, ejus consanguinei germani, & amicorum aliorum, ibi tunc præsentium, ipsum Ducem dignaretur admittere ad gratiam, & eidem remittere offensam, si qua fuisset. Et respondit D. Rex, ut supra, semper stando in primo proposito.

Sequitur relatio Ambaxiatorum Concilii missorum ad Papam ad Friburg.

Die Jovis 22. mensis Maji fecerunt relationem suam Ambaxiatores Concilii missi ad Papam, in præsentia D. Regis Romanorum, Cardinalium, & Deputatorum quatuor Nationum, de quibus supra fit mentio, & plurium Prælatorum, aliorumque diversi status clericalis, in Sacristia majoris ecclesiæ Constantiensis, hora quasi septima de mane, & fecit relationem Card. S. Marci, & retulit, quod die Mercurii XXIV. Aprilis applicuerunt apud villam dictam Brisac, & in illa die habuerunt audientiam, & proposuerunt juxta suas instructiones, de quibus supra in sessione ultima fuerat conclusum. Quo facto Papa respondit, quod in crastino hora octava daret responsum; sed bene mane in Aurora Papa discessit, & ivit ad Novumburgum, & insinuare fecit dictis Ambaxiatoribus per alterum suorum familiarium causas sui recessus subitanei, & unam expressit causam, videlicet quia illa nocte supervenerat eidem Papæ nova, quod non erat secure in illa villa Brisac, de qua sic recesserat, ut præfertur.

Ex quibus novis obstupuerunt omnes ipsi Legati, seu Ambaxiatores, & illa die Jovis recesserunt, & venerunt apud Friburg redeundo versus Constantiam, & ipsis ibi existentibus, dictus Ludovicus de Bavaria Ambaxiator Regis Franciæ, qui missus fuerat a Constantia ad Ducem Austriæ pro inducendo dictum Ducem, & exhortando, ne Papam permitteret abire a manibus suis, & quod per medium restitutionis ejusdem Papæ factæ Concilio Constantiensi, faciliter posset obtinere gratiam apud Imperatorem, & liberationem suæ personæ, significavit dictus Ambaxiator, ut expectarent eum in Friburg, quia illa die veniret ibidem cum Papa, & Duce Austriæ; quod ita factum est; & ex tunc die Sabbati, Dominica, & Lunæ sequenti, dicti Ambaxiatores loquuti fuerunt cum Papa, & finaliter ipse passavit procuratorium in forma, ut petebatur a Concilio, & sub Bulla, post multa objecta contra dicti procuratorii formam. Sed adjecit Papa tres alios Procuratores ultra supra expressos in articulo sessionis ultimæ, videlicet Archiepiscopum Remensem, Episcopum Carcassonensem, & M. Jo: Dacheri in Theologia professorem.

Item, expressit verbaliter Papa, quod non intendebat, quod illud procuratorium traderetur in manibus Concilii, sed in manibus cujusdam Comitis, vocati Comes Bertoldi, civis Romani, donec fuisset facta eidem Papæ sufficiens provisio de statu & vita post ejus renunciationem.

2. Quod Rex Romanorum & Concilium darent eidem Papæ securitates, quas petebat.

3. Quod Dux Austriæ reformaretur in pace & gratia cum dicto Imperatore; quod ultimum ipse Papa promiserat Duci Austriæ laborare, & facere, antequam aliquid adimpleret de petitis. Eo quod per ipsius Papæ occasionem dicebat Dux Austriæ se pati jacturas graves in terris suis per guerras ipsius Regis.

Item, dicti Ambaxiatores, & specialiter Cardinales de Florentia, & de S. Marco, & Episcopus Carcassonensis multum laboraverunt erga Papam, ut vellet facere cessionem de præsenti: ostendentes eidem, quod oportebat vel eum abjici a Papatu ignominiose propter sua crimina, vel cedere sponte: sed secundum esset totaliter ei honestum, expediens, & utile, & in hoc faciendo contentaret Concilium &c. & promittebatur ei sui status, & vitæ securitas.

Quapropter D. N. quamdam cedulam super hoc compositam signavit propria manu, cujus tenor sequitur, & est talis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis &c. Cum pridem nos Joannes Papa XXIII. promiserimus, juraverimus, & voverimus Deo, & Ecclesiæ universali, ac sacro Constantiensi Concilio dare pacem ipsi Ecclesiæ per cessionem nostram simplicem Papatus, si & quando Petr. de Luna Benedictus XIII. & Angelus Corarii Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati similiter cederent, & alias in casibus, & prout in cedula in dicto Concilio publice per nos lecta continentur; in promissione, juramento, & voto prædictis libere, & desideratissime persistentes, considerantesque quod quantocius pro assequenda unione perfecta Ecclesiæ, cesserimus, & renunciaverimus Papatui, Petrus de Luna, & Angelus Corarius prædicti fortius, & verisimilius inducentur ad similem renunciationem, & ipsa Ecclesiæ unio & pax facilius consequetur, nos qui majus apud Deum præmium assequemur, sponte & liberaliter promittimus, juramus, & vovemus Deo, Ecclesiæ, & præfato Constantiensi Concilio, ipsius Ecclesiæ nomine & ad illius utilitatem, pure, simpliciter, & libere renunciare Papatui per nos, vel per Procuratores nostros legitimos, dummodo & quam primum per præfatum Concilium generale Constantiense, & illius auctoritate, ne nos post renunciationem hujusmodi in opprobrium Apostolicæ dignitatis, aut personæ nostræ vilis, aut in minori reverentia quam decet habeamur, de statu nostro honesto, pro vita, atque plena libertate fuerit nobis provisum secundum formam dilectis nostris Guillelmo S. Marci presbytero, & Francisco tituli SS. Cosmæ & Damiani diacono Card. & Ven. F. N. Gerardo Episcopo Carcassonensi per nos datam, & etiam dilectus filius noster Fridericus Dux Austriæ illustris cum charissi. in Christo filio Sigismundo Romanorum rege pacem & ejus gratiam obtineat. Et insuper si, quod absit, contingeret nos in libertate plena positos recusare renunciationem hujusmodi facere, aut ad il-

lam

ANNO CHRISTI 1415.

lam faciendam Procuratores legitimos, & irrevocabiles constituere, vel hoc ultra duos dies naturales, postquam fuerimus requisiti, præmissa differre, ex nunc prout ex tunc dicto Papatui renunciamus, & haberi volumus pro non Papa, ac omnes Christi fideles ab omni vinculo obedientiæ, & alio quocumque, quo nobis per juramentum, vel alias tenentur, absolvimus, & ex nunc absolutus esse decernimus. Et in præmissorum veritatis testimonium præsentem cedulam nostro nomine mano propria signavimus. Datum & actum Triburgi Constantiensis diœcesis die 29. mensis Aprilis anno D. 1415. Pontificatus nostri anno 5.

Sic signatum. Ita facimus & volumus, dummodo præmissa impleantur per totum XX. diem Maji.

SESSIO VII.

Ex prima editione.

Anno a Nativitate Domini millesimo quadriagentesimo decimoquinto, indictione octava, & domini nostri Joannis divina providentia Papæ XXIII. anno quinto, die Jovis secunda mensis Maji, fuit sessio generalis in ecclesia Constantiensi majori supradicta, ad hoc deputata mane hora Tertiarum in qua fuit serenissimus princeps Sigismundus rex Romanorum & Hungariæ, &c. cum suis insigniis regalibus, & nobilibus in prædictis sibi servientibus: & in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, cardinalis Vivariensis: fuit cantata Missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Joannem archiepiscopum Ragusinum: qua cantata, legebantur litaniæ, &c. more aliarum sessionum.

Ex cod. ms. Surii, & tribus German.

Et domini, Angelus Laudensis & Jordanus de Ursinis cardinales, ipsi domino regi nomine dictorum cardinalium assistebant. Et antequam aliquid fieret, more solito, fuit officium litaniarum cum introitu, *Exaudi nos Domine*, &c. collectis & hymno, *Veni creator Spiritus*, & aliis orationibus more aliarum sessionum, devote dictum & cantatum. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus, *a* Blanda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Landulpho Barensi, Amadeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, & Francisco Florentino, cardinalibus, ultra alios tres cardinales *b* præsidentibus & adstantibus nominatis.

a *Branda* in mſ. Germ.

b Mſ. tres Germ. *præsidentem & adstantes nominatos*.

Ex prima editione.

Quibus quidem peractis, procedendo ad ulteriora, reverendi patres, Pileus archiepiscopus Januensis ad legendum & publicandum quæ legenda & publicanda erant, ad approbanda ea per Concilium: ad approbandum vero eadem, Joannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, Joannes archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica, & Thomas Guillermus abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, deputati per quatuor nationes, ascenderunt ambonem, sive locum, in quo publicationes, ordinationes, sive sententiæ mora ipsius Synodi legi & publicari solent, pro hac vice ad infra scripta publica, legenda, responsiones dandum, & ordinanda, per nationes quatuor prædictas deputati. Quibus dominis (ut præfertur) nomine Synodi ibidem existentibus, providi viri magistri Henricus *c* de Piro & Joannes da Scribanis de Placentia, tanquam promotores, instigatores, sive procuratores dictæ Synodi, ipso Henrico loquente, accusarunt contumaciam cujusdam Hieronymi de Praga, alias citati, & non comparentis; neque in hujusmodi causa, quæ contra eum commissa extitit, super sibi objiciendis, & materiæ fidei respondentis sive in causa hujusmodi ulterius, prout juris fuerit procedere, procedique videre curantis, accusarunt: ipsumque contumacem reputari petierunt, & in ejus contumaciam citationem alias contra eum decretam repetierunt, eamque cum ejus executione facta in valvis *d* certarum ecclesiarum A civitatis Constantiensis factis, & in scriptis *e* reduxerunt. Eumdemque Hieronymum de Praga ulterius citari mandere per audientiam publicam litterarum contradictarum Romanæ curiæ, per sanctam Synodum instanter postularunt. Quam quidem citationem & ulteriorem processum reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, tamquam præsidens, & tota Synodus, nemine discrepante, ipsi Henrico de Piro promotori, instigatori, syndico & procuratori id petenti concesserunt atque decreverunt, & eam ad proximam sessionem fieri voluerunt *f*.

Ex mſ. cod. Surii, & tribus Germ.

c *de Piro colonna*, mſſ.

d *Dictarum* mſſ.

e *Reproduxerunt*, mſſ.

f Mſſ. addunt, *& mandarunt*.

Quibus citatione & processu decretis, iidem magistri Henricus de Piro & Joannes de Scribanis, nomine quo supra, exposuerunt, quantis periculis præsens schisma ecclesiam Dei laceravit, & fidem catholicam non in modico diminuebat: quod tamen sperabatur extin- B gui, & pax dari ecclesiæ per vota, promissiones & juramenta domini Joannis Papæ XXIII. in præsenti Concilio Constantiensi facta, licet idem Joannes Papa in reprobum sensum datos, de loco Concilii & præsenti civitate Constantiensi, ut dictum schisma diutius nutriret & soveret, noctis tempore habitu transformato, in scandalum & vituperium totius ecclesiæ & fidei catholicæ sive orthodoxæ diminutionem, fugiebat, se successivis temporibus ad diversa loca declinando, cum hoc omnia mala quæ dici & excogitari possint, committendo: prout hæc & alia in quadam papyri petitionum schedula, quam ibi in suis tenebat manibus, eamque de verbo ad verbum perlegit, plenius continentur. Quapropter ut provideatur de remedio opportuno, idem magister Henricus sibi citationem personalem per edictum contra dictum Joannem Papam XXIII. ejusque fautores, receptatores & sequaces, legitimam, & per C simile edictum in Romana curia affigendum, per sanctam Synodum in Spiritu sancto legitime congregatam, decerni & concedi postulavit: ulterius dari & decerni eidem Joanni Papæ ad comparendum, & aliis comparere volentibus, per eamdem Synodum & illustrissimum regem Romanorum ibidem præsentem, prælibatum salvum conductum. Quos quidem salvum conductum & citationem reverendi patriarcha Antiochenus pro natione Gallica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, Joannes archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica, & *g* Thomas abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses pro natione Anglicana, præsumti, loco quo supra judiciali concesserunt & decreverunt: videlicet ad novem dies *h* post executionem, ipsamque citationem fieri voluerunt in formam publici instrumenti cum subscriptionibus quatuor notariorum D quatuor nationum, & sigillis quatuor prælatorum dictarum quatuor nationum muniri & corroborari. Serenissimus vero Romanorum rex præfatus dixit, quod placet, quod detur sibi salvus conductus nomine sui & Synodi, & ea protestatione, in quantum idem dominus rex tenetur sibi dare de jure & servare sibi salvum conductum sibi datum, & non *i* alius. Protestatione domini regis facta,

g *Guillielmus*, mſſ.

h Al. *pro executione*.

i *Alias*, mſſ.

Ex prima editione.

Henricus de Piro promotor Concilii, petis decerni & concedi per ipsam Synodum citationem contra Joannem Papam & ejus fautores, &c. Et ulterius eidem Joanni Papæ ad comparendum, & aliis comparere volentibus, per eamdem Synodum, & illustrissimum Ro- E *manorum regem ibidem præsentem, salvum conductum concedi. Quibus concessis verbo per totam Synodum & Romanorum regem, dictus reverendissimus pater dominus Pileus archiepiscopus Januensis legebat citationem decretam contra Joannem Papam & suos sequaces ac receptatores, hujusmodi sub tenore.*

Tenor

Tenor citationis contra Joannem Papam XXIII.

Sacrosancta Constantiensis Synodus generale Concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, universis Christi fidelibus unionem & pacem ecclesiæ, ac gaudium sempiternum.

PRidem post clandestinum recessum domini Joannis Papæ XXIII. ab hac civitate Constantiensi, & hoc sacro generali Concilio Constantiensi, unionis & pacis ecclesiæ turbativum & impeditivum, ipsamque etiam ecclesiam scandalizantem, per nonnullos prælatos & alios notabiles viros, ad eum ex parte hujus sacri Concilii legatos transmissos, eumdem requiri ac moneri fecimus cum debita instantia, quatenus ad ipsum sacrum Concilium, & ad hanc civitatem Constantiensem rediret, ea quæ pertinebant ad exstirpationem præsentis schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris faciendam, impleturus, & cum effectu facturus; sicut promiserat, voverat, juraverat, & in suis litteris super convocatione dicti Concilii confessis, se facturum publicaverat: & cum id facere nolle, facto, non redeundo, & ad loca magis longinqua fugiendo, ostenderet; fuimus per venerabiles viros magistros, Henricum de Piro licentiatum in decretis, & Joannem de Scribanis de Placentia, causarum & negotiorum hujus sacri Concilii promotores & procuratores, instanter requisiti, quatenus ipsum dominum Joannem Papam XXIII. criminibus hæresis, fautoriæ hujus præsentis schismatis, simoniæ, mala administratione, notoria dilapidatione bonorum & jurium Romanæ ecclesiæ, & aliarum ecclesiarum, & aliis criminibus gravibus nedum infamatum, sed illis notorie in scandalum Universalis ecclesiæ irretitum, & in suis actibus & operibus, vita ac moribus notorie ecclesiam Dei scandalizantibus, incorrigibilem: qui sic (ut præmittitur) clandestine, de nocte, hora suspecta & habitu transformato, a dictis civitate & Concilio generali fugit & recessit, gregem Dominicam ut mercenarius deserens, generalemque reformationem ecclesiæ & hæresum exstirpationem, per dictum sacrum Concilium in capite & in membris faciendam, evitare cupiens: ad redeundum & revertendum ad civitatem Constantiensem & hoc sacrum Concilium generale, debite compellere, & etiam ad hoc per edictum publicum in valvis ecclesiarum & aliorum locorum (ut est moris) affigendum, citare & evocare personaliter; citationemque super hoc in forma juris a decretam contra eum & ejus fautores, receptatores & sequaces decernere & concedere, interdicta sibi exnunc omni alienatione, & ultus in & super præmissis contra eos procedere dignaremur, prout requirunt canonicæ sanctiones. Nos autem considerantes petitionem hujusmodi rationabilem, justam & consonam juri, indemnitati ecclesiæ universalis & animarum periculis providere volentes & nulli in exhibendo justitiam deficere (sicuti nec debemus) intendentes, in causa & causis & negotio hujusmodi rite & mature procedere, ac dante Domino justitiam ministrare, ut tenemur, inquisitione super infamia prius per nos diligenti præhabita: considerantesque quod ad locum ad quem idem dominus Joannes Papa sic discendendo, immo verius fugiendo, contumaciter accessit, & residere dicitur de præsenti, ejusque domicilium, sive hospitium, pro hujusmodi citatione exsequenda minime tute adiri posse, nec ad eum, sed propinquiorem locum, quam ad hanc civitatem Constantiensem haberi possit tutus accessus; auctoritate Christi ecclesiæ præfatæ veri sponsi, qua fungimur in hac parte, per hoc præsens publicum edictum in sessione publica dicti sacri Concilii, necnon in audientia publica litterarum contradictarum more Romanæ curiæ solito legendum, ac valvis, seu portis loci audientiæ sacri causarum palatii Apostolici, nec non palatii Apostolici sive domus episcopalis Constantiensis, ubi dictus dominus Joannes Papa, dum in præsenti civitate Constantiensi habitabat, habitare solebat, majorisque & sancti Stephani hujus civitatis Constantiensis ecclesiarum, & ipsius civitatis januis affigendum & affixum, per certum temporis intervallum dimittendum, præfatum dominum Joannem Papam XXIII. principalem, ejusque in dictis criminibus fautores, receptatores & sequaces supradictos, ac omnes alios & singulos sua b sic per hoc interesse credentes, citandos esse decrevimus, & tenore præsentium peremptorie citamus ac citari volumus, decrevimus & mandamus: quatenus hinc ad novem dies proxime venturos a die exsecutionis hujusmodi nostræ citationis, sic (ut præmittitur) legendæ affigendæ, publicandæ & exsequendæ in antea proxime computandos, quos pro peremptoria termino & citatione canonica peremptorie assignamus per præsentes, ipse dominus Papa ad præsentem civitatem Constantiam & hoc sacrum Concilium in propria persona redeat & revertatur: ipseque & sui fautores, receptatores & sequaces, personaliter compareant in eorum propriis personis Constantiæ in prima generali sessione publica hujus sacri Concilii, post elapsum terminum prædictorum novem dierum, a præfata præsentium litterarum sic (ut præfertur) fienda publicatione & exsecutione in majori ecclesia Constantiensi immediate celebranda: visuri & auditturi per nos ordinari, decerni & declarari, dictum suum clandestinum recessum fuisse & esse ecclesiæ Dei damnosum, scandalosum & opprobriosum, ac unionis & pacis ejusdem ecclesiæ perturbativum, nocivum, impeditivum, ac hujus nefandissimi schismatis nutritivum & roborativum, hæresisque & suspicionis fidei incentivum, ac a bono unionis & pacis ecclesiæ præfatæ, promissionibusque, juramentis & votis per ipsum Joannem Papam super hoc factis & promissis deviativum. Testesque super notorietate dictorum criminum ad finem procedendi contra eum super illis, tamquam super notoriis jurare & admittere; causasque, cur idem dominus Joannes Papa non debeat suspendi a totali administratione papatus propter malam & scandalosam administrationem, & notoriam dilapidationem, dicturi: & alias, in & super præmissis, & aliis Universalem ecclesiam notorie scandalizantibus contra eum ad ejectionem a papatu, seu ejectionis hujusmodi declarationem, & aliis per supradictos promotores propositis & proponendis, de jure & justitia responsuri; causasque, quod non debeat suspendi a totali administratione, ac alias in causa & causis & negotio hujusmodi debite processuri, ac procedi visuri, aliasque dicturi, facturi & audituri, ut juris fuerit & rationis; indeque super præmissis justitiæ complementum usque ad sententiam diffinitivam inclusive recepturi: certificantes nihilominus eumdem dominum Joannem Papam & suos sequaces, c receptatores & fautores sic citandos, quod sive in dicto citationis hujusmodi termino comparuerint, sive non, ad præmissa omnia & singula, ad ulteriora, & alias (ut justum fuerit) contra eos per nos debite procedetur, justitia mediante, ipsorum absentia, seu contumacia non obstante. Loca vero sessionis præfatæ audientiæ publicæ, litterarum contradictarum, & portarum palatii ecclesiarum, & locorum prædictorum, tamquam publica & idonea ad hujusmodi citationem publicandam & exsequendam duximus eligenda; quæ præsentem citationem ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætoris scribebantur, suo quasi sonoro præconio & patulo judicio publicabunt. In quibus hujusmodi citationem modo & forma præmissis decrevimus, & tenore præsentium decernimus publicandam & exsequendam: ne præfatus dominus Joannes & sui fautores, & receptatores, & sequaces sic citandi, possint seu valeant de præmissis aliquam ignorantiæ causam prætendere, seu etiam allegare. Cumque non sit verisimile, apud ipsos sic citatos incognitum remanere illud, quod tam patenter & notorie omnibus exstitit publicatum; volentes nihilominus, & auctoritate prædicta decernentes, quod hujusmodi præsens citatio modo & forma præmissis exsecutas, prænominatos dominum Joannem & suos sequaces, receptatores & fautores sic citatos, totaliter arceat & adstringat; & perinde valeat, tantamque habeat roboris firmitatem, ac si ipsimet dominus Joannes et sui fautores, receptatores et sequaces in eorum propriis personis citati et apprehensi fuissent: et eis hujusmodi citatio d præsentialiter lecta, publicata et intimata fuisset. Et ne dictus dominus Joannes Papa et sui sequaces valeant aliquo modo se excusare, quo minus juxta præmissum terminum compareant, ut

a Debita, mss. Germ.

b MS. super hoc.

c Al. receptores,

d MS. Lipſ. personaliter, Gott. principaliter.

præfertur, quamquam ad hoc non teneamur, nihilominus ex superabundanti eidem domino Joanni & sequacibus damus, & tenore præsentium concedimus tutum & liberum salvum conductum, ad veniendum ad hanc civitatem Constantiensem & sacratissimam Synodum, ita quod in accessu nullum debeat & possit habere impedimentum, & etiam in civitate stare, manere libere & secure: justitia tamen semper salva. Prædictum etiam salvum conductum sub eadem forma fieri & concedi fecimus prædicto domino Joanni Papæ & sequacibus ejus, a serenissimo Romanorum & Hungariæ rege. De publicatione vero, lectura, affixione & executione, ac salvi conductus præstatione, datione & concessione præmissis, modo præmisso fiendis, volumus, decernimus & ordinamus unum & plura, publicum & publica fieri & confici instrumentum & instrumenta, quæ nobis plenariam faciant fidem de eisdem. In quorum fidem & testimonium præmissorum præsentes litteras citatorias super hoc solemniter decretas fieri fecimus, & propriis sigillis præsidentium quatuor nationum hujus sacri Concilii jussimus & fecimus communiri.

Datum Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in sessione publica in ecclesia majori Constantiensi solemniter celebrata, die Jovis secunda mensis Maji, indictione vero octava, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, pontificatus præfati domini Joannis Papæ XXIII, anno quinto.

Ex mss. Surii & tribus German.

Præsentibus ibidem illustribus principibus, Rodulpho duce Silesiæ, Friderico Burgravio Nurembergensi, Joanne-Jacobo filio marchionis Montisferrati, Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, & Sigismundo de a Bessania milite de Hungaria, & alia multitudine Christianorum copiosa, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

a Mss. *Lossania.*

Ex ms. Brunsvic.

Et ego Joannes Ginardi, clericus Pitanensis diœceseos, publicus Apostolica & imperiali auctoritate in hoc sacro generali Concilio pro natione Gallicana notarius, præmissis omnibus & singulis, dum, ut superius describuntur, in sessione sacrosanctæ Constantiensis synodi dicerentur, requirerentur, decernerentur, assignarentur, publicarentur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus, & notariis publicis infrascriptis, præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi. Et propterea his præsentibus litteris citatoriis, manu alia scriptis, in hanc publicam formam redactis, manu mea propria una cum aliis notariis publicis infrascriptis, me subscribens, signum meum consuetum una cum signis & subscriptionibus dictorum infrascriptorum notariorum, & sigillis præfatarum quatuor nationum quatuor præsidentium præfati sacri Concilii, apposui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus. Et ego Giselerus de Bovenchen, clericus Moguntinensis diœceseos, pro natione Germanica scriba, &c. Et ego Bartholomæus de Guestis, clericus Januensis diœceseos, &c. pro natione Italica scriba, &c. Et ego Joannes Rynoldi, clericus Sarensis diœceseos, &c. pro natione Anglicana scriba.

Ex mss. Surii & tribus German.

Super quibus omnibus & singulis idem Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, ipso Henrico loquente, a reverendis patribus sedis Apostolicæ protonotariis ac notariis nationum & Concilii, ceterisque tabellionibus, nominibus quibus supra, sibi fieri petierunt unum vel plura, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus principibus supradictis, ceterisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex mss. Surii & Germanicis.

Tenor vero executionis citationis contra Hieronymum de Praga, de qua supra fit mentio, sequitur, & est talis.

In nomine Domini. Amen.

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, die vero decimaoctava mensis Aprilis, hora Primarum, vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Joannis divina providentia Papæ XXIII, anno quinto, Constantiæ infra septa monasterii sancti Francisci fratrum Minorum prope ambitum, in mei notarii publici infrascripti, testiumque præsentia subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, constitutus personaliter honorabilis vir dominus Michael de Broda Teutonicali, plebanus ecclesiæ sancti b Alberti subsedras Pragensis, instigator officii contra Joannem Hus ac suos complices, ad hoc specialiter deputatus, habens & tenens in manibus suis quamdam in papyro conscriptam citationem in se continentem contra quemdam Hieronymum de Praga, magistrum quamplurium studiorum se asserentem, a sacro Concilio Constantiensi emanatam, & quatuor sigillis præsidentium quatuor nationum ab intra impressis sigillatam. Cujus quidem litteræ tenor sequitur per omnia in iis verbis.

b Mss. *Adelberti Subjedras Pragensis.*

Sacrosancta synodus Constantiensis, &c. prout superius est habitum. Quam quidem litteram citationis idem dominus Michael animo exsequendi, notificandi & publicandi, prout tenebatur, ac ad universorum Christi fidelium notitiam deducendi, valvis, seu portis in ambitu dicti monasterii affixit, & extendit ibidem cum magna multitudine hominum utriusque sexus infra Missarum solemnia, & præsertim infra publicum officium, quod tunc in dicto monasterio celebrabatur, usque ad finem dicti officii stare permisit, præsentibus honorabilibus viris dominis, Joanne præposito quinque ecclesiarum, Joanne & Petro familiaribus suis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et statim post præfatus dominus Michael citationem consimilem tenoris suprascripti, & sigillis (ut præscribitur) sigillatam ad valvas ecclesiæ sancti Stephani pro audientia causarum Apostolicæ deputatæ affixit & extendit, & ibidem infra Missarum solemnia, præsertim infra publicum officium quod tunc in dicta ecclesia celebrabatur, usque ad finem dicti officii stare permisit, præsentibus testibus supradictis. Et statim post præfatus dominus Michael consimilem citationem tenoris suprascripti ad valvas ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis majoris Constantiensis affixit, & extensam ibidem infra Missarum solemnia, & præsertim infra publicum officium quod tunc in dicta ecclesia celebrabatur, stare permisit, præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris, Wilhelmo Picardi licentiato in decretis, archipresbytero Turonensi, & Friderico Resa cursore domini nostri Papæ, & aliis quampluribus testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Tandem vero hora sexta, vel quasi, præfatus dominus Michael citationes hujusmodi ab eisdem valvis seu portis, finitis & peractis dictis Missarum & officiorum solemniis, debite cum protestatione removit & deposuit, & ad se recepit. Super quibus omnibus & singulis præfatus dominus Michael petiit sibi per me notarium publicum infrascriptum fieri & confici unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta; præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris dominis, Laurentio plebano ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ Pragensis, Georgio de Walschin, & Paulo de Herlbora Pragensis diœcesis supradictæ, & quampluribus aliis testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Joannes de Selchin de Lansteyn clericus Treverensis diœcesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, quia prædictis requisitioni, publicationi, affixioni, depositioni, nec non omnibus aliis & singulis supradictis, dum sic (ut præmittitur) successive fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui:

ANNO CHRISTI 1415.

fui: ideoque hoc præsens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum exinde confeci, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus in omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium.

Quibus omnibus, ut præmittitur, peractis, idem dominus archiepiscopus Januensis requisivit a tota Synodo, an placeret sibi, quod die sabbati *a* proximæ quæ erit *b* proxima dies mensis Maji, debeat teneri sessio in materia fidei, videlicet super condemnatione memoriæ Joannis VVicleff. Et fuit responsum per omnes de Synodo, Placet, præsentibus supradictis testibus. Et sic omnes domini de Synodo recesserunt.

a Mss. *proxima*.
b *Quarta*, mss.

Statim post & ante prandium de mandato quatuor præsidentium quatuor nationum, in ecclesia sancti Stephani Constantiensi, & in bancho audientiæ litterarum contradictarum, reverendo patre domino de Camplo electo Ponnensi, locum tenente auditorum audientiæ contradictarum, ibidem ad banchum sedente, ad horam illam pro audientia contradictarum, & actum infrascriptum faciendum deputato, præsentibus reverendissimis patribus dominis Joanne patriarcha Antiocheno, & Joanne archiepiscopo Rigensi, de mandato ejusdem domini Jacobi locum tenentis, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hubanco lector litterarum de justitia, & aliarum quæ inibi legi solent, legebat, & exsecutus fuit citationem supra proximam per sanctam Synodum decretam ad instantiam magistri Henrici de Piro promotoris & instigatoris dicti Concilii. Qua lecta & exsecuta, idem Henricus petiit sibi fieri de hujusmodi lectura & publicatione publicum instrumentum, præsentibus ibidem magistris Henrico Golthardi, Joanne de Vonrada, notariis publicis, & domino Petro VVithoge presbytero, Moguntinensis, Leodiensis & *c* Trajectensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

c Ita Goth. At alii duo *Tmuacensis*.

Ex mss. quatuor D. a Schelstrate.

Die secunda Maji, MCCCCXV. Cardinales autem licet præsentes in sessione fuerunt, nunquam illam formam viderant. Eodem enim die circa horam septimam de mane fuit data eis copia ad deliberandum super illa, cum jam plures prælati sederent, & immineret relatio novorum fienda regi & deputatis nationum in sacristia: in qua relatione præsentes fuere, nec poterant illam formam videre; cum statim facta relatione perventum est ad sessionem, quæ jam parata erat. Et ita pene in omnibus decretis Concilii factum ast, cardinalibus ita arcto & brevi tempore ostense sunt decreta jam conclusa in nationibus, ut non fuerit in eorum potestate super illis sufficienter deliberare: immo in magnum contemptum habiti sunt.

Plures conquesti sunt Cardinales de contemptu, & finaliter petiverunt, quod cum essent in Concilio quatuor nationes; una Angliæ, in qua non erant viginti capita; de quibus tres solum prælati; & cardinales essent sexdecim, & alii futuri; de quibus plures magni & insignes doctores, propter dignitatem Collegii habeant vocem & auctoritatem tantam, sicut natio Anglicana. Quod fuit recusatum, & dictum, quod venirent ad suas nationes: ita quod nullam habent auctoritatem.

Ex prima editione.

SESSIO VIII.

Die sabbati quarta mensis Maji prædicti, fuit sessio generalis in cathedrali ecclesia Constantiensi supradicta, in qua more solito fuit dictum officium Missæ per reverendissimum in Christo patrem dominum Joannem patriarcham Antiochenum de beata Virgine. Quo officio completo, legebantur litaniæ, ut in sessionibus fieri consuetum est, cum evangelio, Attendite a falsis prophetis, *&c. In sessione inter cardinales præsidebat dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. In qua etiam sessione fuit serenissimus Romanorum & Hungariæ rex, tamquam Imperator cum insigniis regalibus & nobilibus suis.*

Concil. General. Tom. XXVII.

Ex mss. tribus Germanicis.

Quo dicto & cantato, fuit cantatus introitus, *Exaudi nos Domine*, &c. cum collectis suis & litaniis, ac evangelio, *Attendite a falsis prophetis*, &c. & aliis orationibus, ac hymno, *Veni creator Spiritus*, sicut in aliis sessionibus. Cui inter cardinales adstabant domini Jordanus de Ursinis, & Angelus Laudensis, Albanensis & Tusculanensis episcopi: præsentibus ibidem reverendissimis patribus VVilhelmo sancti Marci, Antonio de *d* Salencho, Amadeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi & peractis, reverendus pater dominus Vitalis episcopus Tolonensis natione Gallicus ascendebat ambonem, & fecit sermonem ad clerum cum themate: *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*, &c. Quo sermone facto, surrexerunt magistri Henricus de Piro & Joannes de Scribanis promotores & procuratores Concilii & Synodi. Henricus loquens præsentavit citationem ad valvas ecclesiæ majoris & audientiæ contradictarum affixam; necnon unam aliam in audientia causarum lectam, & citatorum in eisdem citationibus non comparentium, neque memoriam hæresimque ac *e* dogma quondam Joannis VVicleff, minime, quare condemnari non debet, videre curantium; contumaciam accusarunt. Ipsosque contumaces reputari petierunt, & in eorum contumaciam pronunciari, decerni & declarari dictum quondam Joannem VVicleff fuisse, dum vixit, notorium hæreticum & pertinacem, ac finaliter decessisse ab hac luce impœnitentem: ipsiusque memoriam, errores, prætensas doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadraginta quinque cum ducentis sexaginta articulos per eum conclusos, condemnandos fore, & per sanctam universalem Synodum Constantiensem, ac paternitates quatuor prælatorum pro præsenti die potestatem habentium, loco & nomini quatuor nationum condemnari, ac ejus ossa, si ab aliorum Christi fidelium ossibus separari possint & secerni, exhumari & projici mandari, aliasque pronunciari, decerni & declarari, definiri, atque fieri quod justum fuerit & expediens fidei orthodoxæ, instanter postularunt.

d Mss. *Chelanco*.
e Al. *doctrinam*, al. *dogmata*.

Ex prima aditione.

Et domino Pileo archiepiscopo Januensi electo ad legendum quæ legi debebant nomine Concilii, atque publicari, reverendis patribus dominis Joanne episcopo Lutomuslensi pro natione Germanica, Antonio episcopo Concordiensi pro natione Italica, Tolonensi episcopo pro natione Gallicana, & Guillelmo abbate monasterii sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, ad approbandum loco & nomine nationum, ascendentibus in locum, in quo hujusmodi juxta determinationem Synodi fieri debebant, idem reverendus pater dominus Pileus archiepiscopus Januensis in ambone legit primo capitulum, firmiter credimus. Quo lecto, domini Imperator, præsidens, & alii approbaverunt, & ita crediderunt.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Et ulterius idem archiepiscopus Januensis, in contumaciam accusatorum prædictorum, per dictos promotores pronunciavit, diffinivit & declaravit, prout in quadam papyri pronunciationis schedula, cujus tenor inferius est insertus, continetur, condemnando memoriam ipsius Joannis VVicleff & suorum sequacium, quoad quadragintaquinque articulos condemnatos in Parisiensi studio: & licet quoad ducentos & sexaginta articulos incepisset legere, ac omnes fuissent contenti de quadragintaquinque articulis, primo tamen ex interruptione domini Guillelmi cardinalis sancti Marci interveniente, ipsi ducenti & sexaginta articuli, & eorum lectura & condemnatio, *f* fuerant reservati ad proximam sessionem generalem. Super quibus lectura, publicatione, pronunciatione & diffinitione, sive condemnatione, dicti promotores petierunt approbationem a domino præsidente, & a dictis Lutomuslensi,

f Forte, *fuerat reservata*.

 Con-

ANNO CHRISTI 1415.

Concordiensi, Tolonensi, & abbate sanctæ Mariæ petierunt responderi, an placeat. Domini vero prædicti, primo dominus Joannes Ostiensis præsidens approbavit. Subsequenter qualiter pro natione sua approbavit. Super quibus iidem promotores, Henrico loquente, petierunt per reverendos patres dominos sedis Apostolicæ protonotarios, ceterosque notarios quatuor nationum, & tabelliones quoscumque ibidem præsentes unum vel plura fieri, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus dominis Rambaldo duce Silesiæ, Friderico Burgravio Nurembergæ, Ludovico duce Bavariæ, Joanne comite de Friburg, Joanne Jacopo filio Marchionis Montisferrati, Joanne de Vicecomitibus de Medioleno, Nicolao Saleno de Hungarie, necnon Poloniæ, Norvegiæ, Sveciæ, Daciæ, Cypri, Franciæ ambaxiatoribus, ac multitudine Christianorum copiosa.

Ex mss. Sarii & tribus Germanicis.

a *Sacrosancta Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, Universalem ecclesiam militantem repræsentans, quibuscumque damnandam memoriam, hæresimque & perversa dogmata quondam Joannis Wicleff damnandæ memoriæ defensare volentibus, spiritum intellectus sanioris & ad cor reverti.*

Licet pleri sque vicibus nonnulli ex vobis se disputaturos in publico, & damnandam memoriam dicti Joannis multifarie per multa particularium locorum studia universalia, jam damnata & reprobata, fama vaga & mortua obtulerunt scriptura defensuros, nosque, si qui estis, crebris vos vicibus benigne audituri, & etiam in sacro Romano Concilio generali ultimo celebrato, ad id peremptorie citatos exspectaverimus; ad lucem tamen minime properantes, amplius vestra exigente contumacia, dissimulare nequivimus. Quare promotoribus & procuratoribus nostris ad id instantibus, & ne ficus fatua suos extendat palmites, quæ ad nihilum, sacro testante eloquio, utilis est, nisi ut eradicata comburatur: vosque omnes alios & singulos, ipsam perfidam doctrinam Joannis VVicleff dogmatizantes, aut etiam quibusvis rationibus vel apparatibus fucatis sophismatibus defensare præsumentes, tenore præsentium ex abundantia citamus, quatenus hodie, quæ est dies quarta mensis præsentis Maji, comparea tis, & compareant Constantiæ in ecclesia majori in publica sessione post Missam de Spiritu sancto celebrandam hora tertiarum: ad videndum & audiendum dictum quondam Joannem VVicleff diffinitive pronunciari & declarari, fuisse, dum vixit, notorium hæreticum & pertinacem, ipsiusque memoriam & errores, perversasque doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadraginta quinque articulos damnari; & ejusdem osse, si ab aliorum Christi fidelium ossibus secerni possint, exhumari & projici: vel ad dicendum, proponendum & allegandum causas rationabiles, si quas habeatis & habent, cur præmissa fieri non debeant. Certificantes vos & quemlibet vestrum, quod sive comparere curaveritis, sive non, nos nihilominus ad præmissorum exsecutionem auctore Deo procedemus, prout orthodoxæ fidei fundamentum exigit, ratioque dictaverit, & juris ordo.

Datum Constantiæ, die quarta Mensis Maji prædicti, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, sub sigillis quatuor præsidentium quatuor nationum.

Ex eisdem Mss.

Sacrosancta Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, universalemque ecclesiam militantem repræsentans, mandat in audientia publica litterarum contradictarum domini nostri Papæ citari, & citat quoscumque damnatam memoriam, hæresimque & dogmata perversa quondam Joan-

A nis VVicleff damnandæ memoriæ defensare volentes, & perfidam doctrinam ejusdem Joannis dogmatizantes, aut etiam quibusvis rationibus vel apparatibus fucatis sophismatibus defensare præsumentes, quatenus hodie compareant Constantiæ in ecclesia majori in publica sessione post Missam de Spiritu sancto celebrandam hora tertiarum, ad videndum & audiendum, dictum quondam Joannem VVicleff diffinitive pronunciari & declarari, fuisse, dum vixit, notorium hæreticum & pertinacem, ipsiusque memoriam & errores, perversasque doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadragintaquinque articulos condemnari; & ejusdem ossa, si ab aliorum Christi fidelium ossibus secerni possint, exhumari & projici; vel ad dicendum & proponendum ac allegandum causas rationabiles, si quas allegare voluerint, cur præmissa fieri non debeant. Alioquin ad præ-

B missorum exsecutionem, & ulteriore (auctore Deo) procedetur, prout orthodoxæ fidei fundamentum exigit, ratioque dictaverit, & juris ordo, citatorum contumacia, seu absentia non obstante.

Datum Constantiæ, die quarta mensis Maji prædicti, pontificatus domini Joannis Papæ XXIII. anno quinto.

Ex prima editione.

Deinde legit sententiam damnationis doctrinæ Joannis Wicleff, & articulorum quadraginta quinque, cujus tenor sequitur, & est talis.

Sententia damnationis doctrinæ Joannis VVicleff, & articulorum quadragintequinque.

C *Sacrosancta Constantiensis Synodus, generale Concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, ad exstirpationem præsentis schismatis, errorumque & hæresum sub ejus umbra pullulantium eliminationem, ac reformationem ecclesiæ, in sancto Spiritu legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam.*

Fidem catholicam, Sine qua (*ut ait Apostolus*) impossibile est placere Deo, *a falsis ejusdem fidei cultoribus, immo perversis impugnatoribus, & per superbam curiositatem intendentibus plus sapere quam oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam sæpius, & contra illos per fideles ecclesiæ milites spirituales opposito scuto fidei defensatam fuisse, sanctorum patrum scripturis atque gestis instruimur. Hæc quippe bellorum genera in bellis carnalibus Israelitici populi adversus gentes idololatras præsignata fuerunt. In his itaque spiritualibus* Hebr. 11.

D *bellis sancta ecclesia catholica in fidei veritate superni luminis radiis illustrata, Domino providente, & sanctorum patrocinia opem ferente, semper immaculata permanens, erroris tenebris velut hostibus profligatis, gloriosissime triumphavit. Nostris vero temporibus vetus ille & invidus hostis nova certamina (ut probati temporis hujus manifesti fiant) suscitavit: quorum dux & princeps exstitit quondam Joannes Wicleff pseudochristianus: qui dum viveret, adversus religionem Christianam & fidem catholicam pertinaciter asseruit & dogmatizavit plures articulos, quorum quadragintaquinque huic paginæ duximus inserendos, qui sequuntur.* 1. Cor. 11. 19.

Articuli Joannis VVicleff.

1. *Substantia panis materialis, & similiter substantia*

E *vini materialis, manet in sacramento altaris.*

2. *Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento.*

3. *Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.*

4. *Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.*

5. *Non est fundatum in evangelio, quod Christus Missam ordinaverit.*

6. *Deus debet obedire diabolo.*

7. Si

a Hæc est cedula citationis VVicleffistarum, valvis Templorum summo mane hujus diei ante sessionem publicam affixa.

ANNO CHRISTI 1415.

7. Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8. Si Papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datum, nisi forte a Cæsare.

9. Post Urbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Græcorum sub legibus propriis.

10. Contra scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.

11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum a Deo: & qui sic excommunicat, est hæreticus ex hoc, vel excommunicatus.

12. Prælatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem vel ad Concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.

13. Illi qui dimittunt prædicare, sive audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die judicii traditores Christi habebuntur.

14. Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, absque auctoritate sedis Apostolicæ vel episcopi catholici.

15. Nullus est Dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, id est, ex habitu, non solum actu, delinquentibus.

17. Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18. Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas.

19. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales, ceteris paribus.

20. Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus ex facto.

21. Si quis ingreditur religionem privatam qualemcumque, tam possessionatorum, quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad observantiam mandatorum Dei.

22. Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt.

23. Religiosi viventes in religionibus privatis, non sunt de religione Christiana.

24. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

Prima pars est scandalosa & præsumtuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur: & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25. Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus.

26. Oratio præsciti nulli valet.

27. Omnia de necessitate absoluta eveniunt.

28. Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reservantur Papæ & episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29. Universitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus.

30. Excommunicatio Papæ vel cujuscumque prælati non est timenda, quia est censura antichristi.

31. Peccant fundantes claustra; & ingredientes, sunt viri diabolici.

32. Ditare clerum, est contra regulam Christi.

33. Silvester Papa & Constantinus Imperator erraverunt ecclesiam dotando.

34. Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam, sunt excommunicati.

35. Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad servandum divina præcepta, & per consequens ad perveniendum ad regna cælorum, nisi apostataverint ab eisdem.

36. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus, sunt hærtici, eo quod possessionem habent, & consentientes eis, omnes videlicet Domini sæculares, & ceteri laici.

37. Ecclesia Romana est synagoga satanæ, nec Papa est immediatus & proximus vicarius Christi & Apostolorum.

38. Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a Christi fide: & clerici sunt stulti qui studeant eas.

39. Imperator & Domini sæculares seducti sunt a diabolo, ut ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40. Electio Papæ a cardinalibus per diabolum est introducta.

41. Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.

* Error est, si per Romanam ecclesiam intelligat Universalem ecclesiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias ecclesius particulares.

42. Fatuum est credere indulgentiis Papæ & episcoporum.

43. Juramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia civilia.

44. Augustinus, Benedictus, Bernardus, damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, quod habuerunt possessiones, & instituerunt, & intraverunt religiones: & sic a domino Papa usque ad infimum religiosum omnes sunt hæretici.

45. Omnes religimes indifferenter introductæ sunt a diabolo.

Idemque Joannes Wicleff libros dialogum & trialogum per ipsum nominatos, & plures alios tractatus, volumina & opuscula composuit, in quibus præscriptos & plures alios damnabiles inseruit & dogmatizavit articulos: quos libros ad sui perversi dogmatis publicationem publice legendos exposuit, ex quibus insuper multa scandala, damna animarum & pericula in diversis regionibus, & præsertim Angliæ & Bohemiæ regnis, secuta sunt: adversus quos articulos atque libros in Dei a veritate exsurgentes magistri & doctores universitatum & studiorum Oxoniensis & Pragensis, articulos prædictos scholastice diu post reprobarunt. Reverendissimi insuper patres, archiepiscopi, episcopi, pro tempore Cantuariensis & Eboracensis, sedis Apostolicæ legati in Angliæ, & Pragensis in Bohemiæ regnis, condemnarunt. Libros etiam ejusdem Joannis Wicleff comburendos fore, dictus archiepiscopus Pragensis sedis Apostolicæ commissarius in hac parte sententialiter judicavit, & eorum qui superessent, prohibuit lectionem. a Al. virtute

Rursus his ad notitiam sedis Apostolicæ & generalis Concilii deductis, Romanus Pontifex in Concilio Romano ultimo celebrato, dictos libros, tractatus & opuscula condemnavit, jubens illos publice concremari, districtius inhibendo, ne quis Christi nomine insignitus auderet aliquem seu aliquos seu aliqua ex dictis libris, voluminibus, tractatibus & opusculis legere, exponere vel tenere, aut illis quomodolibet uti, vel illos, nisi in ipsorum reprobationem, allegare publice vel occulte. Et ut de medio ecclesiæ illa periculosa spurcissimaque doctrina eliminaretur, jussit omnes per locorum ordinarios, libros, tractatus, volumina & opuscula hujusmodi, auctoritate Apostolica per censuram ecclesiasticam (etiam si opus esset, cum adjectione, quod contra non parentes procederetur tanquam contra fautores hæresis) diligenter inquiri, & repertos ac reperta publice ignibus concremari.

Hæc autem sancta Synodus præfatos articulos quadragintaquinque examinari fecit, & sæpius recenseri per plures reverendissimos patres ecclesiæ Romanæ cardinales, episcopos, abbates, magistros in theologia, doctores juris utriusque, & plures notabiles in multitudine copiosa: quibus articulis examinatis, fuit repertum (prout in veritate est) aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hærticos, & a sanctis patribus dudum reprobatos; alios non catholicos, sed erroneos; alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorum temerarios & seditiosos. Compertum est etiam libros ejus plures alios articulos continere similium qualitatum; doctrinamque in Dei ecclesia b vesanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine Domini nostri Jesu Christi hæc sancta Synodus sententiis prædictorum archiepiscoporum ac Concilii b Al. venenosam.

Ro-

Romani ratificans & approbans, prædictos articulos & eorum quemlibet, libros ejusdem dialogum & trialogum per eumdem Joannem VVicleff nominatos, & alios ejusdem auctoris libros, volumina, tractatus & opuscula, quocumque nomine censeantur, quos hic haberi vult pro sufficienter expressis, hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat. Et eorumdem librorum & cujuslibet ipsorum lectionem, doctrinam, expositionem & allegationem, nisi ad eorum reprobationem, omnibus Christi fidelibus prohibendo; inhibens omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatione, & ne de cetero dictos articulos, vel ipsorum aliquem audeant publice prædicare, dogmatizare, sive libros ipsos approbare, docere, tenere, vel quomodolibet allegare, nisi ad eorum reprobationem, ut dictum est: jubens illos libros & tractatus, volumina & opuscula prælibata publice concremari, prout decretum fuerat in Synodo Romana, sicut superius est expressum. Super quibus & exsequendis & debite observandis mandat prædicta sancta Synodus ordinariis locorum vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet, secundum jura & canonicas sanctiones.

Ex mss. Surii, & Germanicis.

Quia vero libris prædictis diligenter examinatis per doctores & magistros Universitatis studii Oxoniensis, ultra dictos quadragintaquinque articulos, ducentos sexaginta *a* extra pendentes collegerunt, quorum aliqui cum supradictis in sententia coincidunt, licet non in eadem forma verborum: & sicut de aliis superius dictum est, quidam ipsorum erant & sunt hæretici, quidam seditiosi, quidam erronei, alii temerarii, nonnulli scandalosi, alii insani, nec non omnes pene contra bonos mores & catholicam veritatem; fuerunt propterea per dictam universitatem scholastice & debite reprobati. Hæc igitur Synodus sacrosancta cum deliberatione qua supra, prædictos articulos & eorum quemlibet reprobat & condemnat, prohibens, jubens, mandans & decernens, prout de aliis xlv. Eorumdem ducentorum sexaginta articulorum tenores duximus inferius inferendos.

Ex prima editione.

Concilium pronunciat hæreticum Joanoem VVicleff, ac memoriam ejusdem condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius.

INsuper quia auctoritate sententiæ & decreti Romani Concilii, mandatoque ecclesiæ & sedis Apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super condemnatione dicti Joannis VVicleff & suæ memoriæ, editis propositis denunciationibusque ad vocandum eos qui eumdem sive ejus memoriam defendere vellent, si qui penitus existerent. Nullus vero comparuit, qui eumdem sive ejus memoriam defensaret. Examinatis insuper testibus super impœnitentia finali, pertinaciaque dicti Joannis VVicleff, per commissarios deputatos per dominum Joannem Papam modernum, & hoc Concilium, servatisque servandis, prout in tali negotio postulat ordo juris, de ejus impœnitentia ac finali pertinacia, per evidentia signa testibus legitimis comprobata, fuit legitime facta fides. Propterea instante procuratore fiscali, edictoque proposito ad audiendum sententiam ad hanc diem, hæc sancta Synodus declarat, diffinit & sententiat eumdem Joannem VVicleff fuisse notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæresi decessisse, anathematizando ipsum pariter, & suam memoriam condemnando: decernitque & ordinat, corpus & ejus ossa, si ab aliis b fidelibus corporibus discerni possint, exhumari, & procul ab ecclesiæ sepultura jactari, secundum canonicas & legitimas sanctiones.

Ex mss. Germanicis, & Surii.

Subsequenter dicta sessione (ut præmittitur) facta, de mandato ipsius sacri Concilii & dominorum præsidentium nationum, *c* Giselerus Bovemen & ego, notarii nationis Germanicæ antedictæ, accessimus ad portam vulgariter Svitzport nominatam civitatis Constantiensis, per quam Papa Joannes dicitur fugisse, pro executione ulteriori ipsius citationis: & ibidem dictam citationem contra eum decretam, sigillatam & subscriptam, clavis dictæ portæ affiximus, eamque affixam & extensam stare dimisimus per temporis spatium, deinde amovimus: & loco ejus ibidem copiam in papyro affiximus, & stare dimisimus, præsentibus ibidem probis viris, Petro *d* Bannin notario publico, Gotfrido *e* Galsan, Hentico *f* Optervorde, clericis Leodiensis, Moguntinensis & Hildesheymensis diœcesium testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Die sabbati eadem hora Vesperarum fuit congregatio generalis nationis Germanicæ. In qua primo magister Joannes *g* Stalhergen, tanquam præpositus ecclesiæ sancti Severi Erfordiensis, fuit intitulatus, & juravit, &c.

Subsequenter fuit ibidem per dominum Joannem Abundi pro parte dominorum præsidentium propositum, quare ex consultatione certorum zelatorum unionis ecclesiæ Dei, deberet natio deputare tres providos & discretos viros, qui haberent tractare materiam unionis juxta informationem dictorum zelatorum: & quia illa essent ipsis revelata in secreto & arcano, ideo non esset expediens neque necessarium committi pluribus: quia timeretur, quod fraus intervenire posset, si aliqua revelatio quæ multum foret nociva, cum dicta materia concernat practicam ad habendam unionem in ecclesia Dei: & qua practica dimissa, forsan per modica obstacula posset impediri prædicta unio in ecclesia Dei. Et fuit deliberatum per omnes, quod deberent eligi tres de quinque aliis alias electis super materia unionis. Et per illos quinque fuerunt electi hi: videlicet dominus Nicolaus Gnesnensis episcopus, Petrus Ripensis episcopus, Albertus Ratisponensis episcopus, super materia unionis.

Die Dominica, quinta mensis Maji prædicti fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, hora quinta, in loco in quo natio Germanica congregari solet. Et erant archiepiscopi & episcopi circiter quadraginta, abbates multi, & pluses doctores de diversis studiis; nobiles insuper & ambaxiatores regum circa viginti.

Ex mss. Card. Capranicæ & tribus Germanicis.

Die *h* Dominico &c. & primo de natione Italica fuerunt xi. dominus Antonius episcopus Ragusinus, Jacobus episcopus Adriensis, Jacobus episcopus Tarvisinus, Donadeus episcopus *i* Auximanus, Albertus episcopus Astensis, Antonius episcopus Concordiensis, Matthæus episcopus Pistoriensis, Jacobus *k* Redonensis protonotarius de Janua, Petrus Paulus de *l* Astria utriusque juris doctor, Ardecinus de Novaria advocatus consistorii, Nicolaus abbas sanctæ Mariæ de Florentia, Gaspar de Perusio advocatus consistorii, Joannes de Odisis auditor palatii, Ottobonus de Vercellis utriusque juris doctor.

De natione Gallicana, Joannes patriarcha Antiochenus, Geraldus episcopus Carcassonensis, Joannes episcopus Gebennensis, Vitalis episcopus Tolonensis, Martinus episcopus Attrebatensis, Theobaldus archiepiscopus Bisuntinus, Joannes archiepiscopus Viennensis, Joannes episcopus Vaurensis, Guillalmus episcopus Ebroicensis, Guillelmus Pulchel *m* negotii magister in theologia, *n* Joannes de

a *Excerpendo collegerunt*, mss. b *Forte*, fidelium. c Mss. *nos Gumbertus Fabri, & Giselbertus de Bovemen clerici, &c. Moguntinæ diœcesis, notarii.* d Mss. *Vanini*. e Mss. *VValcaan*. f Mss. *Opeder Borde*. g Mss. *Stalberch*. h Ex mss. leges *Die Dominica, quinta mensis Maji supradicti, fuit congregatio Deputatorum quatuor nationum, hora quinta, in loco, in quo natio Germanica congregari solet. Et primo de natione Italica fuerunt hi: dominus Antonius, &c.* i Mss. Germ. *Narsensis*. k Mss. *Rodini*. l Mss. *Austria*. m Mss. *nepotis*. n Adde ex mss. *Adam de Cameraco, Jordanis Morini ambaxiator regis Franciæ, Benedictum Gentiani in theologia, Joannes de Villanova, &c.*

de Villanova decretorum, Joannes de Spers in medicina, A doctores: Simon Pinert, in artibus. De Universitate Parisiensi, Petrus de Versallis in theologia, ambaxiator regis Franciæ, Galterus Crassi prior conventus Rhodi, Decretorum, Simon abbas de Gemeticis, Decretorum; Robertus abbas monasterii sancti Laurentii supra Ligerim ordinis sancti Augustini Antisiodorensis diœcesis; Petrus a Caucon Licentiatus in decretis ambaxiator ducis Burgundiæ.

De natione Anglicana Robertus episcopus Sarisburiensis, Nicolaus episcopus Baconnensis, Joannes episcopus Lichelfeldensis, Guillelmus Corve.

De natione Germanica, Joannes archiepiscopus Rigensis, Nicolaus archiepiscopus Gneznensis, Petrus episcopus Ripensis, Benedictus protonotarius Albergalis præpositus, Albertus episcopus Ratisponensis, Andreas electus Posnaniensis, Jacobus episcopus Placentinus, B Georgius episcopus Tridentinus, Paulus Volladmire ambaxiator studii Cracoviensis, Joannes Ardbrucii utriusque juris, Bertholdus de Wildunghen auditor palatii, Theodoricus de monasterio in theologia, Petrus *b* Destinger in decretis, *c* Lambertus de Nurenberg in decretis, doctores Statuensi episcopus Vormaciensis, Ulricus episcopus Vordensis, Conradus de Susato in theologia, & quamplures alii. De nobilibus: Predericus Burgravius Nurenbergensis, Ludovicus dux Bavariæ, Rompaldus dux Zagonensis, Nicolaus de Curia regni Hungariæ Palatinus, Pippo de Ozora comes Themaziensis, Sigismundus de Lossonoze miles, David *d* Latsea de Czange camerarius regis Romanorum, Laurentius de Drior miles de Hungaria, Stephanus de Rosgea miles de Hungaria, magister Benedictus miles regni U. J. D. *e* Heranghus Bonghesmarbet camerarius regis Daciæ, C Joannes de Tholischovva castellanus Calliciensis, Zavvicius de Garbelo dictus Tinger, *f* Cimo de Scarpenslen Vicedominus in Rynbavva Moguntinæ diœcesis, & ambaxiator Caroli de Malatestis,

Ex mss. Surii, & Germanicis.

Quibus omnibus ibidem vocatis per serenissimum dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, dictoque serenissimo reca in medio ipsorum sedente, proposuit & exposuit, qualiter fecisset guerram opportunam & necessariam contra ducem Fridericum Austriæ. Primo ex eo, quod idem Fridericus scandalizasset ecclesiam & Concilium Constantiense in hoc, quod obduxit Joannem Papam vicesimumtertium nostis tempore; & quod non remansit per eos, quia totaliter Concilium per talem obductionem & Papæ fugam fuisset dissolutum. Item ex eo, quod *g* nonnullos episcopos de suis D sedibus expulisset, & abbates de eorum monasteriis, retinens abbatias & episcopatus in manibus propriis. Item ex eo, quod viduas & orphanos spoliasset bonis hæreditariis, quorum multi propter hoc irent mendicatum per Mundum.

Et modo ille dux Fridericus, ut præfertur, vallet venire ad concordiam, & quod guerre cessaret. Quapropter *h* petiit consilium a dominis deputatis, quid in hac materia deberet facere, & qualem concordiam deberet inire; licet dixit, quod ille Fridericus forsan petat veniam, & stare velit judicio & simplici verbo domini regis & Concilii. *i* Etiam quod honor ipsius regis, & ejus juramentum quod alias dixit se fecisse, quod nunquam velit facere pacem neque treguam cum dicto duce. Et fuit per dominos deputatos disputatum & conclusum, quod ex hoc nullum incurreret perjurium, E quia simpliciter eum reciperet ad misericordiam, & tanquam hominem captivum, & dominium ejus captivum. Allegabant etiam multi, quod tale juramentum in præsenti casu non habet eum ligare. Et sic habitis consultationibus, de voluntate domini regis fuerunt missi quatuor prælati ad associandum dictum Fridericum ducem usque ad præsentiam domini regis. Quibus euntibus, reversi fuerunt cum eodem & illustribus principibus secum, videlicet Friderico Burgrevin Nurenbergensi, & Ludovico duce Bavariæ; in quorum medio incessit tenendo se manibus: & veniendo ad præsentiam regis, prostrati sunt ad genua: ubi idem Fridericus Burgravius nomine ipsius Friderici ducis Austriæ & ad ejus rogatum, dirigendo sermonem ad regem, dixit: qualiter avunculus suus, Fridericus dux Austriæ ibidem præsens, sibi supplicasset de intercedendo pro eo apud regiam majestatem; videlicet quod de offensis quas sibi intulisset regiæ majestati, ac sacro Concilio Constantiensi ac personis ecclesiasticis, aut aliis personis temporalibus, nobilibus, ignobilibus, viduis aut orphanis, peteret a regia majestate veniam & misericordiam; dans se & personam suam, dominia sua & bona totaliter in manibus & potestate ipsius domini regis; promittens se Papam reducere velle, salvo tamen honore ipsius ducis Friderici; quod eidem Papæ, neque suis secum venientibus, non inferatur vis in eorum propriis personis, sive bonis quæ secum apportaverint. His dictis, præfatus Fridericus dux Austriæ dixit, quod ita peteret & humiliter supplicaret regiæ majestati, ipsum recipere ad veniam & misericordiam, ponens se & sua dominia & bona quæcumque in manibus & potestate ipsius regis simpliciter disponenda ad omnem suam voluntatem. *k* Supplicans tamen, quod Papæ & suis secum reducendis, nihil fiat in persona & rebus eorum quas adduxerint. Quam humiliationem serenissimus dominus rex recepit, tangens sibi manum: & ulterius manibus junctis, idem dominus Fridericus dux promisit, nunquam per se vel alium seu alios contra dictum serenissimum dominum regem quovis modo facere; sed sibi fidelissimus servitor esse. Super quo venerabilis vir magister Joannes Abundi advocatus nationis Germanicæ, nomine omnium & singulorum petiit sibi fieri per dominos Benedictum protonotarium, præpositum Albæ Regalis, & Jacobum Rhodini protonotarium de Janua, ceterosque notarios & tabelliones ibidem existentes, unum vel plura, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta, ad dictamen cujuslibet sapientis: præsentibus ibidem dictis dominis prælatis, abbatibus, doctoribus & nobilibus; aliisque quampluribus in multitudine copiosa.

Subsequentes eodem die fuit inter deputatos nationum de mandato domini regis lecta littera obligationis facta per dominum Fredericum ducem Austriæ domino regi; quam ipse dominus rex voluit inferi libris & actis Concilii generalis & nationum, ad perpetuam rei memoriam.

Ex iisdem mss. Surii, & Germanicis.

Effectus litteræ l submissionis ducis Austriæ, quæ scripta fuit in Teutonico, & sigillo suo sigillata, sequitur & est talis.

NOs Fridericus, &c. recognoscimus, &c. quod cum serenissimi principis indignationem inciderimus, venimus in propria nostra persona ad conspectum dicti domini nostri regis Constantiam. Et nos, personam nostram, territoria, homines, civitates, fortalitia, & quidquid habemus & tenemus, nihil excepto ad suam regalem gratiam dedimus & *m* ponimus vigore præsentium taliter, quod ipse nobiscum & cum eis facere *n* & ordinare possit pro suæ regalis libito voluntatis. Quidquid etiam quælibet persona vel personæ ecclesiasticæ vel sæculares, nobiles vel ignobiles, in quacumque dignitate vel statu constitutæ, nemine excepto, contra nos *o* habet occasionem pro quacumque causa, nulla excepta, hoc totaliter posuimus & dedimus in arbitrium dicti domini nostri regis, sic & totaliter, quod quidquid ipse dominus noster rex jusserit in hujusmodi, ordinaverit & dictaverit, pro sua volun-

a Mss. *Canchon*. *b* *Dottinger*. *c* Ex mss. lege, *Lambertus de Stipite, in Decretis: Petrus de Lamburga, Decretorum: Albertus de Nuremberg, in Decretis, Doctores: episcopus, &c.* *d* Ms. *Lasko*. *e* Mss. *Henningus Koningesvvarben*. *f* Mss. *Cuno*. *g* Mss. *multos*. *h* Mss. Germ. *Fuit consultum per dominos deputatos*. *i* Mss. Germ. *Etiam quo honor .... & ejus juramenti .... cum dicto duce*. *k* Mss. *Adjiciens ut prius, quod supplicaret, quod Papa*. *l* Obligationis, *mss.* *m* Mss. *posuimus*. *n* Mss. Germ. *tres, & dimittere. al. disponere*. *o* Mss. *habens actiones*.

ANNO CHRISTI 1415.

luntate per nos erga quemlibet faciendum, quod istud facere & adimplere & finire debemus absque omni dilatione & contradictione. Debemus etiam & volumus facere & procurare: Papam Joannem ad Constantiam, seu alibi, quo dominus noster rex voluerit, præsentare aut facere præsentare ad manus & potestatem dicti domini regis & sacri Concilii, quod præsentialiter Constantiæ celebratur. Sperantes, quod iuxta verbum regium desuper nobis factum, quod dictus Papa Joannes & omnes secum venturi Constantiam, aut ad alium locum deputandum, suarum vitæ & rerum ad eos pertinentium, quas secum ad hujusmodi locum duxerint, sint securi. Et, si dictus Papa Joannes de papatu depositus fuerit vel cesserit, tunc in voluntate præfati Concilii stabit, quomodo eidem de statu suo provideatur. Nos etiam volumus & debemus in hostagio Constantiæ manere, quousque Papa Joannes Constantiam, aut alibi, quo præfatus dominus rex deputaverit, pervenerit, ut supra dictum est. Et quousque omnes & singuli officiales, cives & incolæ munitionum, civitatum, & territoriorum in Svevie, Alsatia, *a* partibus Brisgoviæ, Comitatu Tirolis circa Athesim, & valle dicta *b im Cal*, præfato domino nostro regi & imperio sacro fidelitatem *c* promiserint & juraverint ad sancta Dei evangelia ipsum respicere & sibi obedire, donec omnia & singula per nos taliter & effectualiter facta fuerint & adimpleta. In quo & præfati domini nostri regis simplicibus verbis, litteris aut intimationibus absque probatione alia debent contenteri; aut quousque idem dominus noster rex eosdem fidelitatum, promissionum & juramentorum hujusmodi per se vel suas litteras nunciaverit absolutos. Et in casu quo præmissa in toto vel in parte non faceremus & impleremus, seu quomodolibet contraveniremus (quod Deus avertat) extunc præfatæ civitates, munitiones, territoria & homines nostri præfato domino nostro regi & sacro imperio totaliter devolventur, & deinceps eidem tanquam justo ordinario & naturali domino suo subjicientur & obedient, nostra & cujuslibet alterius contradictione non obstante, omnibus fraude, dolo & neguitia totaliter cessantibus in præmissis. Et istud ad omnem firmitatem promittimus nostra principatus fiducia, & ad sancta Dei evangelia juravimus virtute hujus litteræ totum id quod supra scriptum est, faciendum & adimplendum totaliter & cum effectu. Et in testimonium istius, sigillum nostrum ad litteram cum matura nostra deliberatione appofuimus. Et quia nos etiam istud præscriptum totum de nostra propria & libera voluntate fecimus, propterea rogavimus illustres principes, ducem Ludovicum, comitem Palatinum Rheni, ducem Bavariæ, & Griffinum de Morey nostrum dilectum avunculum; & burgravium de Nuremberg nostrum dilectum socerum, quod quilibet eorum suum sigillum ad testimonium omnium & singulorum præmissorum ad præsentem litteram apposuit, eosdem Ludovicum, &c. indemnes tenendo,

Datum, &c.

a MSS. *partibus Rheni, & Brisgavia.*
b MSS. *Imthal.*
c Al. *promiserunt & juraverunt.*

Ex psima editione.

Super quibus lectura, publicatione, pronunciatione & diffinitione sive condemnatione, dominus Ostiensis præsidens, & dicti quatuor nationum quatuor præsidentes, interrogati, an placeret, responderunt omnes, & primo Ostiensis, deinde nationum præsidentes, quod placeret. Et approbaverunt omnia prædicta.

Ex Ms. Victorino.

Die Jovis 9. Maji in festo Ascensionis Domini fuit celebrata Missa de dicta solemnitate per Card. Cameracensem in navi Ecclesiæ Constantiensis, ubi Sessiones fuerunt, præsente Imperatore, XIII. aliis Cardinalibus, Prælatis in magno numero, & quampluribus aliis. Et in medio Missæ M. Petrus de Versalus Monachus S. Dionysii in Francia, in sacra pagina Professor fecit sermonem, & fecit suum thema: *Hic statis aspicientes in cælum.* Act. 1. & in Epistola dicit, & deduxit suum thema triplici modo. Scilicet de duritia cordis, & pertinacibus, qui nimis sunt pertinaces in suis opinionibus, & contra veritatem & justitiam faciendo aliquibus Dominicis pro muneribus receptis vel recipiendis, aut alias pro libito voluntatis suæ.

Eadem die 9. Maji ex ordine Concilii iverunt apud Friburg, ubi erat Papa, Archiep. Bisuntinus & Rigens, de Ordine Prussiæ in Alamannia ad exhortandum, monendum, & requirendum Papam, ut vellet venire Constantiam ad Concilium, ad fratres & filios, quos ibi dimiserat, & reliquerat sine pastore, & ab eis aufugerat; significantes eidem, quod auctoritate Concilii citatus fuerat ad certos fines, ut in citatorio suprascripto continetur, & ad diem 13. ejusdem mensis Maji. Et ulterius intimarent eisdem, quod a sacro Concilio mandatum habebant eumdem ponere in manibus Concilii, & se tenere securus deinceps. Qui DD. Archiepiscopi applicuerunt Friburg die 11. Maji, & eidem exposuerunt suam legationem. Quibus exhortationibus, monitionibus, & requisitionibus auditis per eos, respondit Papa vultu jucundo, quod multum gaudebat de eorum adventu, & quod promptus & paratus erat ire cum ipsis Constantiam, vel alibi, & ex tunc alcenderet aquam, si vellent, & quod non quærebat aliud nisi venire Constantiam ad Concilium, & quod sibi displicebat ipsum sic Concilium dimisisse, malo Concilio ductus.

SESSIO IX.

In qua producebatur executio citationis contra Joannem Papam vicesimumtertium.

Ex prima editione.

Die Lunæ decimatertia mensis Maji supradicta, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi supradicta; in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. Cui sessioni interfuit serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, &c. cum suis nobilibus & insigniis regalibus, d & imperialibus sibi administrantibus, *& fuit cantata Missa de Angelis, videlicet,* Benedicite omnes Angeli, *&c. per reverendum patrem dominum Robertum episcopum Sarisbiriensem nationis Anglicanæ.*

d Ex mss. Surii.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Præsentibus ibidem reverendissimis dominis, Joanne episcopo Ostiensi cardinali, &c. Angelo Laudensi, Francisco Venetiarum, Alamanno Pisano, Jordano de Ursinis, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Salancho, presbyteris, Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Brancasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Francisco Florentino, & Lucido de Comitibus, diaconis cardinalibus, absentibus Petro Cameracensi & Antonio Aquilejensi cardinalibus, licet in civitate Constantiensi præsentibus. Qua Missa cantata, fuit cantatum officium, *Exaudi nos Domine*, &c. cum litaniis, orationibus & collectis cum evangelio, *Erunt signa in sole*, &c. ac hymno, *Veni creator Spiritus*, more solito.

Quibus finitis, surrexit venerabilis vir magister Benedictus Gentiani, monachus ordinis sancti Benedicti, ambaxiator studii Universitatis Parisiensis; & proposuit qualiter venerabiles magistri Universitatis studii Parisiensi recommendarent se præsenti Concilio Constantiensi, mittendo sibi unam litteram, quam ibidem in medium produxit: cujus tenor sequitur inferius post lecturam aliorum, pro quibus sessio fuit deputata.

Deinde surrexerunt honorabiles viri magistri Henricus de Piro & Joannes de Scribanis, promotores & procuratores Concilii. Idem Henricus loquens: Nos procuratores & promotores hujus sacri Concilii dicimus & exponimus, citationem alias contra Joannem Papam vicesimumtertium decretam, una cum ejus executione facta in publicis instrumentis, quorum tenores inferius sunt inserti.

Et ulterius recitando, primo, qualiter ultimo dominus Joannes Papa vicesimus tertius, & ejus receptatores, sequaces & fautores fuerunt citati ad diem præsentem, ad comparendum, respondendum, & allegandum causam, &c. prout in dicta citatione continetur.

ANNO CHRISTI 1415.

Et ob hoc eorumdem Joannis receptatorum & sequacium, sive adhærentium non comparentium, neque aliquas causas rationabiles ellegantium, cur recessus dicti domini Joannis Papæ clandestinus pronunciari non debeat fuisse & esse ecclesiæ sanctæ Dei damnosus, scandalosus & opprobriosus, ac unionis & pacis ecclesiæ perturbativus & nocivus, ac nefandissimi schismatis nutritivus & roborativus, hæresisque & suspicionis fidei sensitivus, ac a bono unionis & pacis ecclesiæ præfatæ promissionibus, juramentis & votis per dominum Joannem Papam super hoc factis deviativus. Nec non ellegantium causas, quare testes super notorietate criminum in citatorio expressorum recipi non debeant, & deinde notoria pronunciari, & super eisdem tanquam super notoriis criminibus procedi. Et cur ipse dominus Joannes Papa vicesimus tertius non debeat suspendi a totali administratione papatus, propter notoriam, malam vel scandalosam administrationem & dilapidationem. Ipsosque dominum Joannem Papam, suos complices & sequaces, primitus tamen diligenter per reverendissimos patres dominos ex dominis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & quatuor præfatos quatuor nationum, diligenter ante valvas hujus majoris ecclesiæ Constantiensis præconizatos, si non comparuerint, neque reperiantur, petimus contumaces reputari; & in eorum contumaciam supradicta omnia & singula per hanc sanctam Synodum secundum formam citatorii pronunciari, declarari & decerni, dictum recessum suum fuisse & esse sanctæ ecclesiæ Dei scandalosum & opprobriosum, &c. Nec non crimina in ipso citatorio expresse, fuisse & esse notoria; & super eis tanquam super notoriis procedendum fore, & procedi debere declarari; dictumque dominum Joannem Papam a totali administratione papatus tam spiritualium, quam temporalium, propter præmissa lite pendente, suspendendum fore & suspendi debere: ipsumque super prædictis criminibus fuisse & esse notorie irretitum, & penitus incorrigibilem, aliasque procedi & declarari, prout juris fuerit, & ordo dictaverit rationis.

Item, petimus similiter ex benignissimo officio, quod humiliter pro tota Universali ecclesia & cuncto populo Christiano imploramus, per hoc sacrum Concilium & hanc sanctam universalem Synodum aliquos ex dominis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus antedictis, & aliquos alios etiam prælatos dari & deputari commissarios, coram quibus testes in hac causa produci valeant; quique juramenta eorumdem recipiant, ipsosque examinent diligenter, & huic sacro Concilio processum hujusmodi habitum & habendum referant, aliaque faciant, quæ circa præmissa necessarie fuerint, & quomodolibet opportuna. Præmissa omnia & singula cum debita petimus instantia instantius & instantissime fieri, decerni & adimpleri, salvo jure addendi, minuendi & mutandi, declarandi, &c. ut est *a* stili juris atque moris.

a Al. *scilicet.*

Quibus factis, reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus surrexit, proponens quod dominus Joannes Papa vicesimustertius prædictus misit dominis cardinalibus unam bullam in qua constituit procuratores suos ad hanc Synodum, ad defendendum & agendum nomine sui super sibi impositis & imponendis per dictam Synodum: videlicet reverendissimos patres, dominum Petrum Cameracensem, Guillelmum sancti Marci, presbyteros, & ipsum Franciscum Florentinum diaconum cardinalem, licet sui collegæ ipsi *b* non venerunt ad concordiam, an vellent acceptare onus procuratoris; licet ipse similiter misisset unum breve, exhortando eos, quod acceptarent pro eo onus procuratoris: tamen juxta id quod sibi visum fuerat, non possunt bene transire, quin deberent acceptare. Sed exnunc dixit, quantum in eo erat, pro ista vice nollet acceptare onus procuratoris, persuasissetque sibi alias, quando fuerat secum, quod reverteretur & faceret illa quæ promiserat. Dominus vero Guillelmus sancti Marci levans se, dixit quod illam materiam ignorasset penitus, & nunquam venisset ad notitiam ejus, nisi hodie mane. Sed quidquid esset, ipse non esset dispositus ad acceptandum onus pro Papa, neque pro aliquo alio, renuncians ipse omni acceptationi exnunc penitus & omnino. Exnunc tamen approbans persuasionem quam dominus Florentinus dixit fecisse Papæ, qualiter reverteretur ad Concilium, & impleret ea quæ vovisset & jurasset.

b MS. *nondum venerunt.*

Quibus sic propositis per dictos dominos Franciscum Florentinum & Guillelmum sancti Marci cardinales, statim surrexit magister Henricus de Piro una cum magistro Joanne de Scribanis, ipsoque Henrico loquente dixerunt, quod citatio esset personalis, & causa criminalis, in qua nullus admitteretur per procuratorem: protestando ibidem, ex quo Joannes Papa XXIII. constituit procuratores suos ad hanc causam, quod manifestum & notorium esset, quod citatio venit ad ejus notitiam, & sufficienter devoluta.

Subsequenter pro meliori expeditione hujus negotii sunt rogati per Concilium duo cardinales diaconi & quinque prælati nomine Concilii, ad eundem ad portas sive valvas ecclesiæ præsentis, ad inquirendum, si Joannes Papa XXIII. foret ibidem, ipsumque requirendo & suos sequaces, receptatores & fautores, ut comparere deberent coram sancta Synodo Constantiensi, responsuri super contentis in citatorio contra eos emisso.

Cardinalibus vero recusantibus, licet petitis & exspectatis, accesserunt ad portas ecclesiæ reverendissimus pater dominus Joannes patriarcha Antiochenus nationis Gallicanæ, Nicolaus Gneznensis archiepiscopus nationis Germanicæ, Antonius archiepiscopus Regusinus nationis Italicæ, & Nicolaus episcopus Bathoniensis nationis Anglicanæ, Stephanus episcopus Dolensis nationis Gallicanæ, cum reverendis patribus Benedicto præposito Albæ Regalis, protonotario nationis Germanicæ, & Jacobo Rhodini nationis Italicæ, quinque notariis sive tabellionibus quatuor nationum. Quorum quilibet unus post alium in dictis & extra valvis tribus vicibus vocarunt Joannem Papam XXIII. & suos sequaces alta & intelligibili, ac clamorosa voce, videlicet in hunc modum: Auctoritate sanctæ Synodi Constantiensis requirimus Joannem Papam vicesimumtertium citatum & suos sequaces & fautores: si sint hic, veniant coram dicta sancta Synodo, responsuri super contentis in citatorio. Quibus inquisitionibus factis successive, nullus comparuit, neque respondit.

Reversi ad ecclesiam & ad dictam Synodum, fecerunt relationem. Primo dominus Joannes patriarcha, & deinde dominus Benedictus præpositus protonotarius, nomine notariorum, qualiter inquisierunt dictum Joannem Papam & ejus sequaces ac fautores juxta formam juris eis traditam: & nullus comparuit, neque comparebat pro eis; quod attestarentur coram Deo & dictæ Synodo Constantiensi.

Super quibus successive dictis, petitis, relatis, atque injunctis, idem magister Henricus de Piro promotor una cum dicto Joanne de Scribanis, petiverunt sibi per notarium sedis Apostolicæ & alios tabelliones & notarios Synodi, unum & plura confici, publicum & publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus dominis Ludovico duce Bavariæ, Rompoldo duce Zaganensi in Silesia, Joanne Jacobo comite Aquesanensi filio *c* comitis Montisferrati, Joanne comite de Friburg, Joanne Carolo de Vicecomitibus de Mediolano, Philippo de Florentia, Nicolao de Gara *d* magno comite de Hungaria, & aliæ Christianorum multitudine copiosa.

c *Marchionis*, ms.

d MS. *Comite magno in Hungaria*.

Quibus sic peractis, dominus Andreas electus Posnaniensis de mandato dictæ Synodi ascendebat in locum in quo publicabantur edicta Concilii: & legebat ibidem certam schedulam aliis in nationibus conclusam pro officialibus Concilii: & cetera. Cujus tenor sequitur inferius. Nec non litteram missam per Universitatem studii Parisiensis, cujus similiter tenor sequitur inferius. Quibus lectis, Henricus de Piro & Joannes de Scribanis, Henrico loquente, petierunt a tota Synodo, an placeret; adjicientes, si aliquis esset cui non placeret, juxta auctoritatem & facultatem Concilii, posset libere surgere & dicere id quod sibi placeret. Et sic de omnibus aliis fuit responsum per dominum præsidentem & omnes alios, *Placet*, nemine discrepante.

ANNO CHRISTI 1415.

Ex prima editione.

Qua quidem Missa cantata, legebantur litaniæ & alio more aliarum sessionum, cum evangelio, Erunt signa in sole & luna, *&c. Deinde vero dominus Andreus electus Poznaniensis legebat quasdam conclusiones & litteras, quarum tenores sequuntur, & sunt tales:*

Luc. 21.

Sacrosancta Constantiensis Synodus ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata.

Auditis & intellectis propositis & petitis per procuratores hujus sacri Concilii generalis contra dominum Joannem Papam XXIII. intendentes in hac causa cum maturitate & mansuetudine & caritate in Spiritu sancto procedere, præfatum dominum Joannem, quoad præmissa contra eum proposita & petita, usque ad diem crastinum hora qua celebrabitur sessio, de solita benignitate exspectandum decerunt, & super jam propositis seu petitis pro parte ejus fore respondendum.

Concilium dat commissarios in causa inquisitionis contra Joannem Papam vicesimumtertium.

Item dicta sancta Synodus deputat & constituit a *supra propositos contra dictum dominum Joannem Papam vicesimumtertium commissarios reverendissimos dominos cardinales de Ursinis & tituli sancti Marci; nec non reverendos patres dominos episcopos Concordiensem & Tarvisinum, ac Joannem de Bononia sacri palatii Apostolici causarum auditorem, nationis Italicæ: & episcopum Dolensem, & abbatem sancti Lupi, nec non Guillermum* b *Malignis dicti palatii auditorem, nationis Gallicanæ: & episcopum Merburgensem, & Andream electum Poznaniensem, & Bertoldum de Wildungen ejusdem palatii auditorem, nationis Germanicæ: episcopum Lichfeldensem, & abbatem beatæ Mariæ extra muros Eboraci, nationis Anglicanæ: quibus dat potestatem super prædictis testes recipiendi, citandi & compellendi, ipsosque examinandi secundum petitionem prædictorum promotorum, prout natura causæ requirit; ita quod quilibet ipsorum tres possint prædicta inchoare, perficere & finire, & super notorietate & scandalizatione & incorrigibilitate dictorum criminum plenariam relationem facere; & ad finem procedendi contra dictum Papam, ut juris fuerit & rationis.*

a Forte, super propositis.

b *Al.* Malligensi. *al.* Maligneii.

Concillium deputat suos judices.

Item dicta sancta Synodus constituit & deputat in judices seu commissarios ad audiendum omnes causas, ad dictam sanctam Synodum per appellationem seu querelam deductas, devolutas, seu deducendas & devolvendas, reverendissimos patres Matthæum episcopum Pistoriensem nationis Italicæ, Joannem episcopum Vaurensem nationis Gallicanæ, c *Nicolaum episcopum Ploceensem nationis Germanicæ, & Robertum episcopum Saresbiriensem nationis Anglicanæ; quibus dat potestatem in prædictis citandi in curia & extra eam, & alia faciendi quæ ad dictas causas pertinent & pertinebunt, usque ad sententiam diffinitivam exclusive.*

c Jacobum, *Mss. Germ.*

Concilium deputat sessionarios.

Item dicta sancta Synodus constituit & deputat sessionarios pro ordinando dominos prælatos, ambaxiatores & ceteros in sessionibus Concilii, prout fieri solitum est; videlicet de natione Gallicana antiquos nominatos, & de natione Italica dominum Joannem de sancto Severino, & pro natione Germanica magistrum Everbardum Lupi.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Item supplicetur per legentem prædicta serenissimæ regiæ majestati, quod loco domini comitis Bertholdi propter ejus absentiam, provideat de uno alio ad suum officium sufficiente.

In nomine Domini. Amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, die quarta mensis Maji, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Joannis divina providentia Papæ vicesimitertii anno quinto, in mei notarii publici & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hubancho, litterarum scriptor, & pro tunc audientia publica litterarum contradictarum domini nostri Papæ lector in ecclesia sancti Stephani Constantiensi, pro audientia causarum Apostolica specialiter deputata, mane hora consueta quasdam litteras citatorias personales a sacrosancta Synodo Constantiensi generale Concilium faciente, & ecclesiam catholicam repræsentante, in Spiritu sancto legitime congregata, ad instantiam venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Joannis de Scribanir de Placentia, causarum & negotiorum dicti Concilii promotorum & procuratorum, contra præfatum dominum Joannem Papam & ejus fautores, receptatores & ejus sequaces emanatas, & propriis sigillis præsidentium quatuor nationum hujusmodi Concilii munitas & sigillatas, nec non per providos viros magistros, Joannem Gujardi pro Gallicana natione, Bartholomæum de Guastis pro Italica, Giselerum Bovencen pro Germanica, & Joannem Raynaldi pro Anglicana, nationibus, in prædicto sacro generali Concilio Constantiensi notarios subscriptas & sigillatas, quarum tenor sic incipit: Sacrosancta Constantiensis Synodus, &c. Et sic finit: Datum Constantiæ provinciæ Moguntinensis, &c. alta & intelligibili voce legit & publicavit ad præfatorum magistri Henrici de Piro & Joannis de Scribanis promotorum & procuratorum nomine quo supra, instantiam, qui sibi de publicatione & lectura hujusmodi per me notarium publicum infrascriptum, unum vel plura, publicum seu publica fieri petierunt instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem venerabilibus & discretis viris magistris Michaele da d Bolesanis licentiato in decretis, Joanne de Scribanis in Romana curia procuratore, Conrado Baldevin, Henrico Hutnatels, Joanne Brunichusen, Robino Colini, in dicta audientia procuratoribus, & Giselero de Bovencen, sacri palatii Apostolici causarum notariis, & quampluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

d Mss. German. *Bolesanis.*

Paulo post ego Fridericus notarius infrascriptus prædictas litteras citatorias ad valvas dictæ ecclesiæ sancti Stephani pro audientia causarum Apostolica specialiter deputatæ affixi, & extensas per tempus dimisi, rogatus & requisitus per dictos magistros Henricum de Piro & Joannem de Scribanis promotores & procuratores, nomine quo supra, ut de hujusmodi affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Nicolao Vourt, Henrico Herbordi, Joanne Christiani & Joanne Carpentarii in prædicta audientia procuratoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Deinde vero hora Tertiarum dictæ diei, vel quasi, ego Fridericus notarius infrascriptus prædictas litteras citatorias de prædictis valvis removi, & statim postea ad valvas ecclesiæ cathedralis Constantiensis affixi, & extensas ibidem dimisi per horam & ultra, rogatus & requisitus, ut de hujusmodi remotione & affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Nicolao de Hubanco lectore prædicto, Arnoldo Vorthem, Theodorico de Horsten, litterarum Apostolicarum scriptoribus, & Joanne Stade de Lothem, sacri palatii Apostolici causarum notariis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Ex

ANNO CHRISTI 1415.

Ex post vero hora quasi undecima dictæ diei, ego A Fridericus notarius infrascriptus prædictas litteras citatorias de prædictis valvis removi: & deinde incontinenti ad valvas palatii Apostolici, sive domus episcopalis Constantiensis, ubi dictus dominus noster Papa, dum in præsenti civitate Constantiensi erat, habitabat & habitare solebat, affixi, & extensas per tempus dimisi.

Et deinde hora Nonarum, vel quasi, easdem litteras de proxime dictis valvis removi, & mecum portavi, rogatus & requisitus a sæpe dictis promotoribus, ut de hujusmodi affixione & remotione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem honorabilibus viris magistro Theodorico de Horsten, Gosvino, Muel, litterarum Apostolicarum scriptoribus, Hermanno a Coppardi Canonico ecclesiæ sancti Cassii Bonnensis, Coloniensis diœcesis, Henrico ten b Gangenhave de Reys, Joanne c Walkiogeo, & Stephano Pilosi, sacri palatii causarum Apostolici notariis, & Ricoldo vonder Samitter, clericis Coloniensis, Monasteriensis, * Rutimensis & Leodiensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Fridericus de Arnhem clericus Coloniensis diœcesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ litterarum contradictarum domini nostri Papæ scriba, quia prædictis lecturæ, publicationibus, affixionibus & remotionibus una cum prænominatis testibus præsens interfui: ideo hoc præsens instrumentum manu mea propria scriptum & subscriptum in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

a Mss. *Coppardi*.
b Mss. *Langenhave*.
c Mss. *Waling*.

In nomine Domini. Amen.

ANno e Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimo quinto, indictione octava, die vero sabbati, quarta mensis Maji, pontificatus domini Joannis Papæ vicesimitertii anno quinto, paulo post horam nonarum. Ego Giselerus notarius publicus infrascriptus, in testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, certas litteras citatorias personales, a sacrosancta synodo Constantiensi generale Concilium faciente, & ecclesiam catholicam repræsentante, in Spiritu sancto legitime congregata, ad instantiam & petitionem venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Joannis de Scribanis de Placentia, causarum & negotiorum dicti Concilii promotorum & procuratorum contra præfatum dominum Joannem Papam vicesimumtertium & ejus fautores, receptatores & sequaces emanatas, & sigillis præsidentium quatuor nationum hujus Concilii munitas & sigillatas, ac etiam per quatuor earumdem nationum in prædicto sacro generali Concilio notarios subscriptas & signatas. Quarum quidem litterarum citatorum tenor sic incipit: Sacrosancta Constantiensis Synodus, &c. Et sic finitur: Datum Constantiæ, provinciæ Moguntinensis, in ecclesia majori solemniter celebrata die Jovis secunda mensis Maji, indictione octave, anno Domini, &c. Ad instantiam & requisitionem præfatorum magistrorum, Henrici de Piro & Joannis de Scribanis, promotorum & procuratorum, nomine quo supra, valvis seu portis civitatis Constantiensis d Guitport vulgariter nuncupatis, una cum earumdem vera copia affixi, & ibidem affixas & extensas dimisi.

d *Snersstat* mss. al. *Suisztor*.

Ex mss. Card. Capranicæ & Germanicis.

Quarumquidem litterarum tenor sic incipit. Sacrosancta Constantiensis Synodus generale Concilium faciens, & ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata universis Christifidelibus unionem, pacem ecclesiæ, & gaudium sempiternum, *Et sic finit ante subscriptionem notariorum*: Datum Constantiæ provinciæ Moguntinæ, in sessione publica in ecclesia majori solemniter celebrata die Jovis II. mensis Maji, indictione VIII. anno vero Domini MCCCCXV. Pontificatus præfati domini Joannis Papæ XXIII. anno quinto, præsentibus ibidem illustribus principibus domino Rompoldo duce Silesiæ, Friderico Burgravio Nurembergensi, Joanne Jacobo filio Marchionis Montisferrati, Joanne de Vicecomitibus de Mediolano, & Sigismundo de Lossius de Hungaria militibus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis, & quamplurimum aliorum Christianorum multitudine copiosa.

Deinde vero hora prima post meridiem ejusdem diei, ipsas litteras citatorias originales, copiis earumdem per me affixis ibidem dimissis, a dictis valvis seu portis amovi & mecum portavi, rogatus & requisitus a supradictis magistris Henrico de Piro, & Joanne de Scribanis promotoribus & procuratoribus nomine quo supra, ut de affixione & amotione hujusmodi ipsis unum vel plura, publicum seu publica conficerem, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris magistris, Gumperto Fabri, & Petro Bannin de Desterwiel, sacri palatii Apostolici causarum notariis clericis Moguntinensis & Leodiensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Paulo vero post præmissa, ego Giselerus notarius infrascriptus una cum prædictis litteris citatoriis ad dictæ civitatis Constantiensis valvas seu portas, e Rumphartorum vulgariter nuncupatas, accessi, & eisdem valvis seu portis easdem litteras citatorias una cum earumdem vera copia affixi, & ibidem ipsas affixas & extensas dimisi. Demum vero ipsas citatorias originales litteras post horam Vesperarum ejusdem diei supradictæ, copia earumdem ibidem per me affixa, etiam in proxime dictis portis dimissa, removi & mecum deportavi: rogatus & requisitus a supradictis magistris Henrico de Piro & Joanne de Scribanis, promotoribus & procuratoribus nomine quo supra, ut ipsis de hujusmodi affixione & amotione unum vel plura, publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris magistris Clemente de Cumis, & Bassiono de f Putalactis de Lauda, litterarum Apostolicarum scriptoribus, & Joanne g Guinardi in dicto sacro Concilio pro natione Gallicana notario, clerico Pictavensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Et ego Giselerus de Boventao clericus Moguntinensis diœcesis, Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, & in sacro Constantiensi generali Concilio supradicto pro natione Germanica notarius, prædictas litteras citatorias per edictum & personales supradictis valvis & portis affixi, &, ut præmittitur, amovi: de quibus affixione & amotione præsens publicum instrumentum manu mea propria subscriptum confeci, subscripsi & publicavi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

e Mss. Germ. *Rumpertor*. al. *Rumpertistas*.
f Mss. *de Putaectis*.
g Mss. *Ginardi*.

Egregiis inclytisque patribus, viris ex omni gente h dilectis, in salutifero Constantiensi Concilio Universalem ecclesiam repræsentantibus.

Universitatis Parisiensis epistola, ex iisdem mss.
h *Electis*. mss.

EGregii inclytique patres, viri ex omni gente i dilecti, almumque & salutiferum Concilium: Si labori, si gravibus operibus per diversas vias pacem ecclesiæ quæsivistis, non corpori, non mundanis parcentes divitiis, sed thesaurizantes in cælo, jam constantius persistendum, jam ambulandum cautius, jam opus est incumbere magis, cum turbidus Auster primum dulces spirantes Zephyros a Petri navicula aliquantisper repulit. Sed remis agendum, ut ad tranquillitatis portum ducatur incolumis. Jam in vobis spes catholici populi constituta est, vos columnas ecclesiæ firmas universi laudant & venerantur, & pacem orantes populi manus ad sidera tendunt. Nam adaucta est eo fiducia per vestram perseverantiam, post quam domini nostri Papæ discessum agnoverint. Quamquam discessum ægre feramus, multumque spes præcedens passa est detrimentum, ut nuper scripto vobis notum fecisse putamus. Nunc igitur felix vestris laboribus sit ecclesia, fortunatique populi, quos invitum schisma tanta per tempora conturbavit: non enim tantus cœtus in vacuum erat convocandus. Sed ut fructus labores sequatur assiduos, non dispergantur oves gregis propter pastoris absentiam, sed occasio

i Mss. *clecti*.

sit hæc in centuplo majoris unitatis: quoniam communia *a* nostrum omnium vota, & universæ fidelium mentes sequentur, vestra deliberata pro firmis veritatibus sustinebunt, vobis in cunctis *b* innitentes, ut fidei *c* debitæ irrefragabiliter obligantur: & nos ipsi de vestra constantia gaudemus in Domino, vobis obedire, obsequi, revereri, atque semper assentire parati, teste Domino, qui vestros labores in consummatæ pacis quietem dirigat, & in viam salutis æternæ.

a Ita mss. forte, *vestrum*. b Al. *utentes*. c Al. *debito*

Datum Parisiis in nostra congregatione generali, apud sanctum Martinum super hoc specialiter congregata, decimo *d* quarto die mensis Aprilis. Vestrarum paternitatum egregiarum zelantissimi devoti imitatores, Rector & Universitas Studii Parisiensis.

d In ms. Lips. & Goth. *tertio*

Ex ms. Brunsvic.

Epistola Universitatis Parisiensis ad Cæsarem Sigismundum.

SErenissimo ac victoriosissimo principi, regi Romanorum semper Augusto, necnon Hungariæ, Dalmatiæ, &c. regi. Vestris quas meritis laudes æquabimus? Serenissime ac victoriosissime princeps, & semper Augusta. Quam gloriosa opera vestris vocibus & litteris anteferunt! Vos ecclesiæ laboris miserantem, rebus succurrere fessis conspicimus. Vos ruinæ, quam minatur Jacobo robustos, supponitis humeros. Et regnum temporale ad cæleste viam vobis ædificat salutarem. Quod si precibus divina flectitur clementia, si ajusdem ineffabilis justitia nullum incompensatum relinquat, æterna præmia vestra consequetur serenitas. Nos autem ad gratiarum actiones condignas frustra niteremur, nec C quidquid in orbe est sufficeret. Sed Christus id aspicit, & vestros labores ad finem perducat beatum, qui nostrum in sæculum tale dedit ægris mortalibus & ecclesiæ præsidium: cujus operibus opibusque freti, quam Mundus dare non potest, quam neque priora potuere sæcula, pacem exspectamus videre venustam. Non vos ergo conturbent, si qua de novo emergunt, si dominum nostrum Papam spiritus nescio quis avertit a Synodo. Non frangat labor perseverantiam, non rerum mutatio, *e* sed immutatio voluntatum. Sed vos, magnanime princeps, & vir constantissime, ceteris explicate constantiam. Maneat sacrum Concilium, donec populum Domini, ad ipsum clamantem, & misericorditer pacem de cælo pro terris implorantem, his nimirum, proh dolor! longævis miseriis eripiat. Non leves occasiones, non allegatæ necessitates recessum persuadeant. D Sed quærat primum unusquisque regnum Dei, justitiam ejus, & pacem, & omnia adjicientur vobis.

e Forte, *seu*

Datum Parisiis, in nostra Congregatione generali apud sanctum Martinum, super hoc specialiter congregata, die decima quarta mensis Aprilis. Vestræ Imperatoriæ majestatis humiles, & ejus ad mandata parati, Rector & Universitas Studii Parisiensis.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Eadem die qua supra, videlicet decimatertia mensis Maji post meridiem fuit congregatio nationis Germanicæ. In qua primo fuerunt deputati per scrutinium pro parte ejusdem nationis quinque venerabiles viri domini Hermannus *f* Dvergh, sedis Apostolicæ protonotarius, Bertholdus de Wildungen sacri palatii Apostolici causarum auditor, Joannes Abundi decretorum doctor, E Petrus *g* de Tyger licentiatus in decretis, & Henricus de Piro licentiatos in decretis, ad ordinandum positiones & articulos, in causa inquisitionis depositionis Joannis Papæ vicesimitertii per Synodum Costantiensem offerendos.

f Mss. *Dwerk*. g Mss. *Detinger*.

Subsequenter venit ibidem dominus Romanorum rex cum deputatis aliarum trium nationum, præsentans unam copiam cujusdam bullæ datæ Carolo de Malatastis de Arimino. In qua Angelus de Corario, Gregorius duodecimus in sua obedientia nuncupatus, dedit licentiam ipsi Carolo & suis de ejus obedientia, ad consentiendum huic Concilio: injungens idem dominus rex dominis deputatis, quod examinarent illam copiam: & A si foret defectuosa vel insufficiens, vellet eam remittere Carolo, qui statim disponere deberet, quod omnia sufficienter emendarentur ad voluntatem Concilii.

Ex prima editione.

Prædictis lectis & publicatis, promotores petierunt ab ipsa Synodo, si placeret: adjicientes, si aliquis esset cui non placeret, juxta auctoritatem & facultatem Concilii posset surgere, & dicere id quod sibi placeret. Et sic fuit ab omnibus responsum per dominum præsidentem & omnes alios, Placet, *nemine discrepante.*

Ex mss. Card. Capranicæ, & duobus Germanicis.

Eadem die, qua supra, videlicet tertiadecima mensis Maji supradicti fuit congregatio deputatorum quatuor B nationum in loco, in quo natio Germanica solet congregari, in præsentia serenissimi principis Sigismundi Romanorum, & Hungariæ regis & ibidem idem rex præsentavit unam copiam cujusdam bullæ datæ Carolo de Malatestis de Arimino, in qua dominus Gregorius dedit licentiam ipsi Carolo, & suis de ejus obedientia ad consentiendum huic Concilio: injungens idem rex dominis deputatis, quod examinent illam copiam, an foret defectuosa, insufficiens, vellet eam remittere Carolo, qui statim disponere deberet, quod omnia sufficientes ordinarentur in eadem ad voluntatem Concilii, Subsequenter fuit lecta quædam littera missiva per dominum Carolum de Malatestis nationibus hujus Concilii, cujus tenor inferius describitur,

C *Reverendissimis, venerabilibusque & illustribus patribus, & dominis capitularibus nationum Constantiæ convenientibus.*

NUnquam dormitat, neque dormitabit antiquus humani generis hostis qui vel noverit, vel suspicari valeat bonum allaturum, quantum sibi permittitur, impedire; ea quoque, quæ melioris inimicitiæ est, quam boni, conatur advertere: potius huic per se laborat, atque suos undique satellites constipat, fatigatque, quibus aptius fiat; verum eo amplius debere insurgere illa exsequi, qui divino mancipantur obsequio, quos malos experiantur sibi adversari in proposito: evellitur quidem ambigua de corde illius perplexitas, an tenebræ, an lumen sit, quando exsequendi ipsi mens est. Cum ipsis patitur offendiculum in via, qua graditur: nusquam enim adversabitur ex proposito im- D pietati nequam. Ex iis itaque majores Altissimo gratiss fero, quibus meum ad partes illas accessum impediri experior, magisque ut compleam, glisco. Scripseram dominationibus vestris, credi supplicans, quæ super iis dicturi erant venerabiles viri Joannes Loboni, & prior in monte sancti Laurentii. Hi vero cum a me discessissent per diætam, & paulo post in manus latrunculorum quorumdam inciderunt, qui nec iras domini verentes sui, nec religiosi habitum . . . . tunsionibus adeo dictum priorem oratorem meum colliserunt, quod læsum, & pravefactum destinandi illum principaliter facultas abest. Placeat ergo non meæ voluntatis, sed contingentis opportunitatis excusationem admittere a prædicto domino Joanne: ac si prædictus venerabilis prior affuisset, credere exponendis mei parte una cum aliis meis oratoribus ibi exsistentibus. Brixiæ die XXVI. E Aprilis, indictione VIII. Sanctissimi in Christo patris domini Gregorii Papæ XII. servulus, & revocabilis procurator ad sacram unionem perficiendam, Carolus de Malatestis.

Eadem die, videlicet Lunæ XIII. supradicti mensis Maji, discretus vir Gotfridus *h* Durstensis sedis Apostolicæ cursor retulit dominis commissariis deputatis ad examinandum testes super Informatione summaria judicum, seu deputatorum sacri Constantiensis generalis Concilii, de & super notorietate criminum in citatorio contentorum, videlicet reverendissimis in Christo patribus & dominis de Ursinis, & sancti Marci cardinalibus, & episcopo Dolensi commissario prædictis, & nobis *i* Gislero Bovetensi, Guillelmo Purssillis, & Guinpetro Fabri

Ex iisdem mss. h Mss. *Dorsten.*

i Mss. *Giselero Boventen, Guil. Porsoll, & Gumperto Fabri.*

bri notariis publicis, & ejusdem Concilii scribis de ipsorum dominorum commissariorum mandato & ad providi viri magistri Henrici de Piro promotoris, & procuratoris Concilii jam dicti, paulo ante peremptorie citasse sex testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati de & super notorietate criminum in citatorio contentorum ad horam secundam post meridiem præsentis diei, Constantiæ in monasterio fratrum Minorum, prout & quemadmodum idem cursor habuit, ut asseruit, ab eisdem dominis commissariis specialiter in mandatis.

Deinde incontinenti idem cursor iens, & paulo post rediens retulit dominis commissariis, & nobis notariis prædictis se de eorumdem commissariorum mandato, & ad ejusdem promotoris, seu procuratoris instantiam, paulo ante citasse peremptorie similiter septem testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati de & super notorietate criminum in eodem citatorio contentorum ad horam, & in loco * prioratis, prout & quemadmodum idem cursor, etiam ut asseruit, recepit ab eisdem dominis commissariis specialiter in mandatis.

Deinde adveniente hora secunda post meridiem præsentis diei magister Henricus de Piro procurator & promotor præfatus procuratorio nomine quo supra, Constantiæ in monasterio fratrum Minorum in præsentia eorumdem dominorum commissariorum ibidem more solito congregatorum personaliter constitutus, ac testes superius citatos, videlicet reverendissimos patres & dominos Hermanum *a* de Wereck sedis Apostolicæ protonotarium, Bertrandum episcopum sancti Flori; necnon venerabiles & religiosos viros *b* fratrem Joannem Marimondi, magistrum in Theologia abbatem monasterii Morimondi ordinis Cisterciensis Lingonensis diœcesis, *c* Hermangaudum de Casser licentiatum in decretis priorem prioratus de *d* Capitestanno Narbonensis diœcesis, Joannem *e* de Pulck licentiatum in decretis præceptorem sancti Antonii urbis Romanæ, ac honorabiles viros & dominos Joannem de sancto Severino litterarum sacræ pœnitentiariæ scriptorem, Joannem de Molino canonicum sancti Pauli Leodiensis, Nicolaum de *f* Ubauto litterarum Apostolicarum abbreviatorem & scriptorum, *g* Olivetium Guiounet in medicina doctorem, & in decretis licentiatum, rectorem parochialis ecclesiæ in Breck Venetensis diœcesis, & Guillelmum *h* Henualem clericum Murianensis diœcesis ibidem præsentes & comparentes, ut & tamquam testes ad jurandum de notorietate criminum in citato contentorum exhibuit & produxit: quos admitti & eorum solita juramenta recipi, necnon interrogari & examinari & per dominos commissarios præfatos debita cum instantia postulavit.

a Mss. *Doverg.*
b Mss. *fratrem Marimondam.*
c Mss. *Hermengardum de Cassetis*
d Mss. *Campitestanno.*
e Mss. *de Pulcio.*
f Mss. *Ubanco*
g Mss. *Olmerum Germenneat.*
h Mss. *Thamalem, clericum Murienfis &c.*

Qui quidem domini commissarii prædicti supradictos testes ibidem præsentes, & ad jurandum & perhibendum testimonium veritati super notorietate criminum hujusmodi duxerunt admittendos & admiserunt; qui dum admissi fuerunt, statim & incontinenti ad mandatum ipsorum dominorum commissariorum, videlicet domini prælati manibus eorum dexteris ad pectora sua positis loco juramentorum; alii vero testes præfati tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia juraverunt & dixerunt, ac quilibet eorum juravit, & dixit se velle dicere, & deponere puram, meram, & omnimodam quam sciverit super notorietate dictorum criminum veritatem, prece, pretio, amore, favore, ira, odio, rancore, timore, & omni mala seu sinistra voluntate in præmissis postpositis penitus ac semotis.

SESSIO X.

Ex prima editione.

D*Ie Martis decima quarta mensis Maji supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi supradicta, in qua reverendus pater dominus i Bertrandus episcopus sancti Flori, ambaxiator regis Cypri, cantavit officium Missæ de sancta Trinitate. Et præsidebat in eadem sessione reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, rege Romanorum ibidem præsente in insigniis regalibus cum suis nobilibus. * Letaniis autem & aliis in sessionibus legi consuetis, lectis & peractis, reverendissimus pater dominus Joannes patriarcha Antiochenus legebat decretum suspensionis Papæ, cujus tenor sequitur in hunc modum:*

i Al. *Bertoldus.*

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Et reverendissimi patres domini Angelus Laudensis, & Jordanus de Ursinis, cardinales, assistebant regi Romanorum ibidem præsenti in insigniis regalibus cum suis nobilibus. Præsentibus ibidem Branda Placentino, Francisco Venetiarum, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Salancho, presbyteris; Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Branckasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus: absentibus tamen Petro Cameracensi, Alamanno Pisano, Antonio Aquilejensi, & Thoma Tricariensi, cardinalibus, licet in eadem civitate præsentibus. Officio vero Missæ solemniter de sancta Trinitate peracto, fuerunt lectæ litaniæ cum introitu: *Exaudi nos Domine*, &c. evangelio, orationibus & collectis ad hoc *k* deputatis, & hymno: *Veni creator Spiritus*. Quibus sic cantatis lectis & factis, surrexerunt Henricus de Piro & Joannes de Scribanis promotores & procuratores prædicti.

k Mss. *ordinatis.*

Henricus de Piro loquens proposuit, qualiter ista sessio hodierna esset *l* continuatio sessionis diei hesternæ. Idcirco repetiit citationem alias per edictum contra Joannem Papam vicesimum tertium decretam & heri reproductam, una cum ejusdem executionibus factis in valvis ecclesiarum & portarum juxta sui decretum, & hodie reproduxit de novo. Petiitque per quatuor prælatos quatuor nationum & duos cardinales ad hoc deputatos, eumdem dominum Joannem requiri extra valvas ipsius ecclesiæ, in quibus dicta citatio fuit affixa & executa, & ejus sequaces, receptatores & fautores; ad respondendum de & super omnibus & singulis contentis in citatione, ut præmittitur, contra eum decreta, *m* seu causam, quare minime tenerentur ad hoc allegandum, instanter postulavit. Et ulterius in casu quo repertus non fuerit, ipsum Joannem suspendi ab administratione totali papatus in spiritualibus & temporalibus per sanctam Synodum Constantiensem.

l Mss. *continuativa.*
m Forte, *seu ad dicendum causam, ut infra.*

Prædicta requisitione facta per promotores, accesserunt ad portas majores ejusdem ecclesiæ, in quibus communiter hujusmodi edicta publicari solent, reverendissimi patres Franciscus cardinalis Florentinus, & Lucidus de Comitibus, cardinales, Joannes patriarcha Antiochenus de natione Gallicana, Nicolaus archiepiscopus Gnesnensis, seu de natione Germanica, Antonius archiepiscopus Ragusinus de natione Italica, & Nicolaus episcopus Bathoniensis de natione Anglicana. Præsentibus ibidem reverendis patribus dominis, Benedicto proposito Albæ Regalis, Jacobo de Rhodinis de Janua, & Thoma Polton, sedis Apostolicæ protonotariis ad hoc deputatis: nec non Joanne *n* Guiardi pro natione Gallicana, Bartholomæo de Guastis pro natione Italica, Gumperto Fabri pro natione Germanica, cum Giselero de Boventen, & Wilhelmo *o* Porcellis pro natione Anglicana, notariis & scribis. Quibus dominus in portis exsistentibus ex mandato & consensu aliorum, reverendissimus pater dominus Joannes patriarcha Antiochenus vocavit alta & intelligibili voce dominum Joannem Papam vicesimumtertium, suos sequaces, fautores & receptatores, si essent ibidem, quod comparerent coram sancta Synodo, ad præsens in eadem ecclesia congregata, responsuri, audituri, visuri & allegaturi, quare juxta contenta in citatorio contra eos decreto, pronunciari non debeant tales, quales in eodem citatorio dicuntur diffamati. Certificantes eosdem, sive comparuerint, sive non, quod nihilominus eadem sancta Synodus ad ulteriora prout juris fuerit, procederet, eorum contumacia non obstante: & alias ad dicendum causam, quare non debeat idem Joannes Papa ab administratione totali papatus rerum spiritualium & temporalium suspendi. In quam quidem vocationem alii ibidem exsistentes prælati non inquirentes, consenserunt, & voluerunt eam sufficere pro actu præsenti.

n Mss. *Ginardi.*
o Mss. *Parxel.*

Super quibus magister Henricus de Piro promotor petiit sibi nomine dictæ sanctæ Synodi unum vel plura, publi-

ANNO CHRISTI 1415.

blicum seu publica confici instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem Friderico da Arnhem notario audientiæ contradictarum, Everhardo Lupi, Joanna da sancto Severino, litterarum Apostolicarum & pœnitentiariæ scriptoribus, & aliorum Christianorum multitudine copiosa. Et sic ipsi domini cardinales & prælati quatuor nationum reversi sunt ad ecclasiam, & ad locum Concilii.

Tunc reverendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus præfatus retulit toti Synodo, *a* quatenus in valvis & extra valvas ecclesiæ prædictæ mox per vocem domini Joannis patriarchæ Antiocheni, dominum Joannem Papam vicesimumtertium, ejusque fautores, receptatores & sequaces vocassent, juxta tenorem dicti citatorii contra eos emanati, ad respondendum super sibi objectis & objiciendis: & alias dixit & retulit, prout in eodem citatorio plenius continetur. Qui quidem dominus Joannes Papa, neque fautores, receptatores & sequaces apparuerunt, neque comparuerunt ibidem. Et sic similiter præfati domini prælati quatuor nationum responderunt successive, & retulerunt Synodo præfatæ, eos dictum mandatum fuisse exsecutos, licet nemo apparuerit.

a Qualiter Mss.

Quibus relationibus factis, ad instantem petitionem dicti Henrici promotoris, dominus præsidens primo reputavit dictum dominum Joannem Papam, suos sequaces, receptatores & fautores, contumaces: & uniformiter dicti quatuor prælati quatuor nationum, & deinde tota Synodus reputavit dictos citatos contumaces: & ulterius in eorum contumaciam ad petitionem instantem dicti Henrici de Pito promotoris, reverendissimus pater dominus Guillelmus sancti Masci, deputatus una cum reverendissimo patre domino Jordano de Ursinis cardinale, simul cum reverendis patribus Antonio episcopo Concordiensi, Jacobo episcopo Tarvisino, & Joanne de Bononia pro natione Italica: Stephano episcopo Dolensi, abbate sancti *b* Rufi, ac VVilhelmo *c* Malignetii pro natione Gallicana: Nicolao episcopo Mersburgensi, & Andrea electo Poznaniensi pro natione Germaniæ: episcopo Lichfeldensi, & abbate sanctæ Mariæ extra muros Eborari pro natione Anglicana, commissariis ad examinandum testes inducendos, & ex parte Synodi in causa inquisitionis, & etiam principali contra dominum Joannem, sequaces, fautores & receptatores prædictos, ipsis in medio Synodi exsistentibus retulit, qualiter de mandato dominorum de sancta Synodo Constantiensi, cum dictis dominis deputatis examinasset testes in numero decem: quibus examinatis, & eorum dictis in scriptis redactis, perlegerunt eorum dicta & depositiones.

b Lupi, mss.
c Malignetis, mss.

Qua propter licet dolenter id referat, non causa impediendi justitiam, sed quod tantum ad hoc devenit, quod hujusmodi scandalum in ecclesia Dei sit exortum: retulit qualiter reperit fore depositum sufficienter, dictum dominum Joannem Papam fore dilapidatorem bonorum ecclesiæ Romanæ & universalis, simoniacum, scandalosum & perturbatorem fidei Christianæ, & alias talem, quod merito debuit suspendi ab administrationa bonorum ecclesiasticorum spiritualium & temporalium: & illa retulit cum supportatione & correctione suorum collegarum. Subsequenter ascendebat in altum reverendus pater dominus episcopus Dolensis, unus ex collegis ipsius domini cardinalis: & retulit similiter, prout ipse dominus cardinalis rescribat, & subsequenter ceteri collegæ omnium nationum ibidem congregati dixerunt relationem sic esse prout facta erat.

Quibus relationibus sic factis, magister Henricus de Piro promotor petiit per dominos deputatos ad hoc, pronunciari dictum dominum Joannem Papam suspendendum fore ab administratione papatus & rerum ac jurium Romanæ & Universalis ecclesiæ, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, sibique interdici eorumdem administrationem. Et mandari universis & singulis Christifidelibus, quod de cetero non obediant eidem, neque quidquam administret, quod pertineat ad Universalem ecclesiam.

Et fuit petitum per eumdem magistrum Henricum de Pito promotorem, an sic placeat dominis, primo præsidenti, & deinde deputatis quatuor nationum. Et fuit responsum, quod placet, per dictos dominos præsidentes, videlicet reverendissimum patrem dominum Joannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem; deinde per dominum Joannem patriarcham Antiochenum pro natione Gallicana; Nicolaum archiepiscopum Gneznensem pro natione Germanica; Antonium archiepiscopum Ragusinensem pro natione Italica; & Robertum episcopum Saresbiriensem pro natione Anglicana.

Quibus petitionibus, & responsionibus nomine nationum & Concilii factis, auditis & intellectis, idem dominus Joannes patriarcha Antiochenus de mandato Concilii pronunciavit suspendendum dominum Joannem Papam vicesimumtertium, propter ejus contumaciam, ab administratione bonorum ecclesiæ Universalis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, prout, & quemadmodum in quadam papyri schedula, quam ibidem de verbo ad verbum publice alta & intelligibili voce perlegit, cujus tenor inferius est insertus, planius continetur.

Ex prima editione.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, ecclesiam catholicam repræsentans, ad exstirpationem præsentis schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris faciendam, in Spiritu sancto legitime congregata, universis Christi fidelibus unionem & pacem ecclesiæ, & omne bonum.

PRidem post clandestinum recessum domini Joannis Papæ vicesimitertii ab hac civitate Constantiensi & hoc generali Constantiensi Concilio, unionis & pacis ecclesiæ perturbativum & impeditivum, ipsum ecclesiam scandalizantem, per nonnullos cardinales ac prælatos, & alios notabiles viros, ad eum ex parte hujus sacri Concilii legatos transmissos, eumdem requiri & moneri mandavimus & fecimus cum debita instantia, quatenus ad hoc sacrum Concilium & ad hanc civitatem Constantiensem rediret, ea quæ pertinebant ad exstirpationem præsentis schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris, impleturus, & cum effectu facturus, sicut promiserat, voverat, juraverat, ac in suis litteris super convocatione dicti Concilii concessis se facturum publicaverat: & cum id facere nolle, facto, non redeundo, et ad loca magis longinqua fugiendo, ostenderet, fuimus per venerabiles viros magistros Henricum de Piro in decretis licentiatum, et Joannem de Scribanis de Placentia, causarum et negotiorum hujus sacri Concilii promotores et procuratores, instanter requisiti, quatenus ipsum dominum Joannem Papam, notorium simoniacum, notoriumque bonorum et rerum ac jurium Romanæ et aliarum ecclesiarum Dei dilapidatorem, fautorem hujus pestiferi schismatis, ac aliis criminibus gravibus ecclesiam Dei scandalizantibus, nedum infamatum, sed illis in scandalum ecclesiæ notorie irretitum et incorrigibilem: qui, sicut præmittitur, clandestine hora suspecta et in habitu transformato a dictis civitate et Concilio generali fugit et recessit, gregem Dominicum ut mercenarius deserens, hæresumque exstirpationem, et generalem ecclesiæ reformationem, cui se submiserat, per dictum sacrum Concilium in capite et in membris faciendam evitare cupiens: ad redeundum et revertendum ad civitatem Constantiensem et hoc sacrum generale Concilium debite compellere, et cum ad hoc etiam per edictum publicum in valvis ecclesiarum et aliorum locorum (ut est moris) affigendum citare et evocare personaliter, citationemque super hoc in forma juris debita contra eum ac ejus fautores, receptatores et sequaces decernere et concedere, et alias in et super præmissis contra eos procedere dignaremur, prout requirunt canonicæ sanctiones. Ob quam causam justitiæ debitum exsequi volentes, prout tenemur, contra eumdem dominum Joannem Papam vicesimumtertium, & alios præfatos citationem personalem decrevimus, ipsumque et alios prædictos per edictum publicum in valvis ecclesiarum majoris et sancti Stephani ac portis dictæ civitatis affixum, nec non per audientium contradictarum (ut est moris) ad comparendum coram nobis nona die ab exsecutione citationis hujusmodi computanda, citari mandavimus et fecimus; visuros et audituros per nos ordinari, decerni et declarari, dictum jam clandestinum

recess-

ANNO CHRISTI 1415.

recessum fuisse & esse ecclesiæ sanctæ Dei damnosum, scandalosum & opprobriosum, ac unionis & pacis ecclesiæ perturbativum & impeditivum, hujusque nefandissimi schismatis nutritivum & roborativum, hæresisque & suspicionis fidei incentivum, & a bono unionis & pacis ecclesiæ præfatæ, promissionibus, votis & juramentis per ipsum dominum Joannem Papam super hoc factis deviativum: testesque super notorietate dictorum criminum ad finem procedendi contra eos super talibus tanquam super notoriis, jurare visuros; causasque, cur ipse dominus Joannes Papa ab omni administratione spirituali & temporali ex nunc suspendi non debet, propter ipsius malam administrationem notorie simoniacam, bonorum & jurium Romanæ & aliarum ecclesiarum dilapidationem notoriam, ejus facto culpabili contingentem, ac ipsius super præmissis incorrigibilitatem manifestam, & alias in & super præmissis, & aliis ecclesiam Dei scandalizantibus notorie, contra eum ad ejectionem a papatu, seu ejectionis hujusmodi declarationem, & aliis per prædictos promotores propositis & proponendis, de jure & justitia responsuros; ac alias in causa & causis & negotio hujusmodi debite processuros ac procedi visuros: aliasque dicturos, facturos & audituros, ut juris fuerit & rationis, indeque justitiæ complementum super præmissis usque ad diffinitivam sententiam inclusive recepturos, sicut in aliis nostris inde confectis litteris & instrumentis, super eorum executione inde receptis, latius continetur. Et subsequenter dicta die nona, quæ fuit dies Lunæ decimatertia hujus mensis Maji, coram nobis sessionem publicam in ecclesia majori dictæ civitatis Constantiensis de mane celebrantibus comparuerunt prædicti promotores, & contumaciam dicti domini Joannis Papæ citati, personaliter non comparentis, accusarunt: & in ejus contumaciam petierunt, illum ab administratione papali propter causas superius expressas suspendi, & alias contra illum juxta situs in litteris dictæ citationis comprehensos procedi. Nos cum maturitate & mansuetudine & caritate in hac causa procedere intendentes, dictum dominum Joannem Papam per quatuor præsidentes quatuor nationum hujus sacri Concilii generalis Constantiensis; videlicet Joannem patriarcham Antiochenum, Antonium archiepiscopum Ragusinum, Nicolaum archiepiscopum Gneznensem, & Nicolaum episcopum Bathoniensem, commissarios, & per nos ad hoc deputatos, in valvis dictæ ecclesiæ majoris alta & intelligibili voce vocari & proclamari trina vice fecimus ad cautelam, protonotariis sedis Apostolicæ, & aliis notariis publicis cum eisdem ad id rogatis, ibidem una cum populi multitudine præsentibus. Et tandem facta nobis illico super hoc relatione per commissarios præfatos, quod idem dominus Joannes Papa sic citatus, vocatus & proclamatus minime comparebat; adhuc ipsum de benignitate ecclesiæ solita usque ad sessionem diei præsentis in dicta ecclesia majori per nos celebrandum, exspectandum decrevimus, ut in processu dictæ causæ & instrumentis inde receptis latius noscitur contineri. Cum autem hoc die præsenti, quæ est decimaquarta hujus mensis Maji, comparuerint coram nobis dicti promotores, petentes per nos pronunciari, decerni & declarari, eumdem dominum Joannem Papam propter malam administrationem ejus notorie simoniacam, bonorumque & jurium Romanæ & aliarum ecclesiarum dilapidationem notoriam, facto & culpa ipsius domini Joannis Papæ contingentem, Deique ecclesiam scandalizantem, ab omni administratione papali & spirituali & temporali ante omnia suspendi, & alterius crimina præfata contra eum per dictos promotores proposita, fuisse & esse notoria, & in illis tanquam super notoriis contra eum fore procedendum, etiam per nos pronunciari, decerni & declarari, & alias contra eum procedi, ut juris est, & alias petitum fuit: nos debitum justitiæ exsequi, & indemnitati ecclesiæ ac periculis animarum, quantum cum Deo possumus, obviare volentes, præfatum dominum Joannem Papam ex superabundanti, iterato in valvis majoris dictæ ecclesię alta & intelligibili voce ter vocari et proclamari fecimus per Franciscum Florentinum et Lucidum de Comite cardinales, et alios commissarios prælibatos, ut est moris. Et deinde facta nobis relatione per eos, quod non comparebat, decernentes eumdem fore contumacem, ad nostram ordinationem super præmissis hinc inde propositis & petitis, procedendum duximus in hunc modum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Ex prima editione.

Quia nobis legitime constat, dominum Joannem Papam vicesimumtertium a tempore quo fuit assumptus ad papatum usque nunc, papatum ipsum & politiam ecclesiæ, in scandalum notorium ipsius & ecclesiæ, male administrasse, rexisse & gubernasse; vitaque sua damnabili, ejusque nefandis moribus, populis exemplum vitæ malæ præbuisse & præbere: & insuper ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus conventuales & cetera beneficia ecclesiastica pretio appretiato simoniace notorie distribuisse; bonaque & jura Romanæ & aliarum ecclesiarum plurium notorie dilapidasse, quodque caritative monitus, a præmissis desistere noluit, sed continue perseveravit & perseverat, ecclesiam Dei in præmissis notorie scandalizando: quapropter per hanc nostram sententiam pronunciamus & decernimus & declaramus, dictum dominum Joannem Papam ab omni administratione papali, spirituali & temporali, causis præmissis fore suspendendum, & suspendimus; eique administrationem ipsam interdicimus in his scriptis: criminaque præmissa contra eum super mala administratione simoniaca & dilapidatione notoria ac ejus mala vita ecclesiam ipsam scandalizante (prout præmittitur) proposita, notoria exsistere, ac de & super eis tanquam de & super notoriis procedendum fore & procedi debere ad finem ejiciendi eum a papatu, prout juris fuerit, declaramus. Quocirca vos & quemlibet vestrum in Domino exhortamur, vobisque cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna fautoriæ dicti schismatis tenore præsentium districte inhibemus, ne vos seu aliquis vestrum, cujuscumque conditionis, status, gradus seu dignitatis, etiam si regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, seu alterius cujuscumque ecclesiasticæ vel sæcularis exsistat, dicto domino Joanni Papæ ab omni administratione papali per nos (ut præmittitur) juste suspensa, contra dictam nostram suspensionis hujusmodi sententiam de cetero directe vel indirecte obediat, pareat, intendat; aut de bonis, rebus, juribus, seu aliis emolumentis Romanæ ecclesiæ ex quacumque causa debitis, & ad eum ac papatum pertinentibus & spectantibus quovis modo respondeat: decernentes exnunc contra facientes scienter contrarium, tanquam contra fautores dicti schismatis, ejusque domini Joannis Papæ fautores & sequaces, ad pœnas juris & alias (ut fuerit rationis) auctoritate sanctę Synodi fore procedendum, nec non irritum & inane, quidquid a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter in contrarium contigerit attentari.

Datum Constantię, provincię Moguntinensis, in sessione publica, in ecclesia majori solemniter celebrata, die Martis decimaquarta mensis Maji, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo quinto, indictione octava, pontificatus præfati domini Papę vicesimitertii anno quinto.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Qua schedula lecta, surrexit dominus Guillelmus sancti Marci cardinalis, dicens, quod in sententia continetur, quod idem Joannes Papa propter hæresim suspenderetur a papatu & administratione papali: super quo dixit testes non deposuisse, neque esse necessarium ad præsentem actum, quod testes super hoc fuissent examinati. Sed tamen vellet se conformare dictis & a assertionibus majoris partis & aliorum dominorum de Concilio. Subsequenter surrexit magister Benedictus Gentiani de Universitate Parisiensi, protestando, quatenus si per suspensionem juris conferendi beneficia devolveretur ad prælatos, sive locorum ordinarios, non consentiret, cum studiis deberet provideri taliter, quod homines litterati in ipsis possent vivere uti alii; & alias dixit, licet concludendo effective in modum prædictum. Et sic auditis istis altercationibus verbalibus, sen-

a Al. *assensibus*.

ANNO CHRISTI 1415.

sententiatum & conclusum fuit per totam Synodum, quod sententia suspensionis deberet habere effectum. Sed illa duo puncta, videlicet quod per suspensionem hujusmodi atque sententiam non devolvatur collatio beneficiorum ad ordinarios, & quod articulus de hæresi tactus per cardinalem sancti Marci, in deliberatione reservetur ad alias sessiones, & quousque testes fuerint super notorietate examinati.

Et sic placuit domino præsidenti & deputatis quatuor nationum, & *a* similiter toti Synodo. Super quibus petitionibus, lecturis, protestationibus, &c. idem magister Henricus, dominus cardinalis, & Benedictus Gentiani, petiverunt sibi fieri nomine Concilii & propriis, per reverendos patres dominos Benedictum præpositum Albæ Regalis, Jacobum Rhodini de Janua, & Thomam Polton protonotarium, & alios notarios & tabelliones prædictos, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem illustribus principibus & magnificis viris, dominis Rompoldo duce de *b* Zagan, Joanne Jacobo comite Aquesanensi, filio marchionis Montisferrati, Joanne comite de Friburg, Guntero comite de *c* Guartzeburg, Joanne Carolo de Vicecomitibus de Mediolano, domino Brunoro de Scala de Verona, pincerna Sina, Philiberto magistro de Rhodi ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, & quamplurium regum, Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daciæ, Norvegiæ, Sueciæ & Cypri ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in numero copioso.

Ex mss. quatuor D. a Schelstrate.

Qua sententia lecta surrexit cardinalis sancti Marci, qui audierat in legendo, quod Concilium declarabat notoria crimina proposita per procuratorem Concilii contra Papam; & super illis tanquam super notoriis procedendum; & dixit, quod attenderet Concilium, quod procurator Concilii proposuerat, & in citatione continebatur, crimen hæresis & fautoriæ schismatis, & alia quædam, de quibus non obstabat. Neque idem cardinalis credebat illa esse notoria, eratque periculum ita decernere: & ob hoc postmodum illa sententia correcta fuit in forma præscripta.

Post hæc processum est ad examinationem testium per commissarios, propter cardinalem sancti Marci, qui graviter ægrotabat, & ægrotavit per mensem.

Inter hæc rex, cardinales, & deputati, pluresque alii tractaverunt materiam, quod Papa consentiret sententiæ suæ depositionis, & ex abundanti renunciaret. Et fuit ordinatum, quod aliqui cardinales, videlicet de Ursinis, Cameracensis, de Chalanco, Saluciarum, & Florentinus irent ad Papam, qui erat detentus in oppido Sellæ ad duo milliaria; non tamen ex parte Concilii, sed collegii, ad persuadendum sibi contenta in dicta cedula. Qui iverunt: & Papa consensit in forma cedulæ: cujus tenor sequitur.

Ex mss. Card. Capranicæ, & quatuor Germanicis.

Eadem die, videlicet xiv. mensis Maji supradicti fuit congregatio deputatorum nationum quatuor, in qua fuit factum scrutinium super mittendo cum rege Romanorum ad Petrum de Luna, & ad regem Arregonum, nihil tamen fuit conclusum.

Subsequenter fuit lecta cedula ex parte certorum nobilium de Bohemia, in qua continebatur, qualiter alias proposuerunt coram deputatis nationum, quomodo & qualiter magister Joannes Hus detinetur, & quomodo venissent ad Concilium: concludentes quod peterent, quod ipse audiretur in publico, &c. Respondendo ad illa communiter aliqui deliberaverunt, quod differretur responsio ad aliam diem. Episcopus vero Luthomisliensis dixit, qualiter fuisset sibi præfixus terminus ad horam præsentem per deputatos omnium nationum, ad respondendum cedulis dictorum Bohemorum, quoad ultimam ejus partem, ubi dicunt, quod per actores sit dictum, quod ex informatione dicti Hus, sanguis Christi portetur in flasconibus: ipse episcopus Luthomisliensis probando hujusmodi portationem sanguinis Christi in flasconibus, producit unam cedulam probationum suarum, quam petiit registrari apud librum nationum; respondendo prout in eadem cedula, protestans, quod non remanserit per eum, neque stet, quin respondeat propositis per dictos Bohemos: & de hoc petiit sibi publicum instrumentum super ejus diligentia. Præsentibus ibidem dominis Nicolao archiepiscopo Gneznensi, Joanne archiepiscopo Rigensi, Nicolao episcopo Mersburgensi, & aliorum prælatorum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, doctorum, procuratorum, & suppositorum in numero bene ducentorum.

Tenor dictarum litterarum oblatarum per Bohemos in responsione per dominum episcopum Luthomislensem ex adverso oblatorum.

Reverendissimi patres, & domini. Nobiles domini Bohemiæ, ac Poloniæ nationum hic præsentes coram vestris paternitatibus proponunt, qualiter serenissimus princeps & dominus dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex, fama audita, & dissensione in regno Bohemiæ, ipsiusque regni honori, tanquam hæres & dominus successivus volens succurrere, misit nobiles dominos *d* Venslaum de Duba, & Joannem *e* de Chluz hic præsentes, ut magistrum Joannem Hus inducere vellint, & assecurare regio salvoconductu & nomine quatenus pro expurganda dicti regni Bohemiæ, & sua sinistre infamia, sub salvo conductu ipsius domini regis, & sub sacrosancti imperii protectione & defensa patenter ipsi magistro Hus datis, exhibitis, venire velit ad Constantiense generale Concilium, & ibi cuilibet parti se opponenti de fide sua publicam reddere rationem. Quod & fecerunt prædicti domini una cum prænominato magistro Joanne Hus. Cum autem præfatus magister Joannes Hus sub dicto salvoconductu libere pervenisset, ex nunc captus est, & graviter nulla audientia prævia carceratus, & hucusque tam compedibus quam fame & siti angustiatur. Quamvis autem olim per Pisanum Concilium damnati hæretici hic libere steterunt, & demum libere recesserunt; ipse tamen magister Hus prædictus, nec convictus nec damnatus, sed nec tunc auditus, sicut præmittitur, captus est, ubi tamen nedum hic regum aliquorum seu principum electorum, sed nec universitatum pro tunc afferunt ambaxiatæ. Et quamvis dominus rex prædictus una cum dominis hic præsentibus cum magna postularet & rogaret instantia, ut ita ipsius salviconductus provideretur honori, & ut dictus magister Hus audiatur publice, & de fide sua reddat rationem; & si convictus fuerit pertinaciter, quidquam contra scripturam sacram & veritatem asserere, quod in eo dictamini & decisioni Concilii debeat subjacere; illud tamen hucusque impetrari non potuit, nec haberi: sed circa hoc dictus magister Joannes Hus tam graviter tenetur in compedibus, & tenuissime diætatus, ubi forsitan exhaustis & attenuatis viribus de ratione poterit periclitari. Et licet Bohemiæ domini hic præsentes de regno prædicto infamarentur graviter, eo quod dictum magistrum Joannem Hus huc venientem libere ad tantum ipsius salvusconductus litteras manere negligenter, cur ad tantum ipse talia patiatur, cum vergant in contemptum & vilipendium commune regni Bohemiæ, & linguagii prædicti, quod ab origine susceptæ Catholicæ fidei nunquam ad obediendum Romanæ ecclesiæ sanctæ recessit; ipsi tamen domini *f* stupefacti prædicta omnia & singula in se hujusque patienter tolerarunt, *g* & occasio turbationis quovis modo hujus sacri Concilii exsistere videantur. Quapropter, reverendissimi patres, & domini nobiles, domini supradicti paternitatibus vestris præsentibus supplicant jugiter & attente, quatenus pensantes honorem salviconductus dicti domini regis, cum etiam famam præclari regni Bohemiæ conservari cupientes, & vestram adaugeri, in factis dicti magistri Hus finem celeriorem, cum ipsi periculum exsistat in mora, justitia divina mediante, velitis efficere, prout de dictarum vestrarum paternitatum præclara rectitudine confidentiam gerunt specialem. Et super iis dicti domini petunt a vestris paternitatibus responderi.

Ceterum reverendissimi patres & domini, ad dictorum

ANNO CHRISTI 1415.

a Forte, *finaliter*.
b Forte, *Zagen*.
c Forte, *Swartzeburg*.
d Mss. *Wenceslaum*.
e Mss. *de Chlum*.
f Lege, *sæpefati*.
g Forte, *ne occasio*.

ANNO CHRISTI 1415.

rum dominorum de Bohemia hic præsentium notitiam A est deductum, qualiter quidam præclari regni Bohemiæ jamdicti tam in honore quam famæ obtrectatores & æmuli ad aures paternitatum vestrarum deduxissent quomodo sacramentum pretiosissimi Domini jam per Bohemiam in flasconibus deportarent; quodque sutores confessiones jam audirent & sacrosanctum corpus aliis ministrarent. Quapropter rogant domini de Bohemia hic præsentes, quatenus talibus falsis delatoribus non credatis *a* cum tamen tam iniquæ informationes coram domino rege, & vestris paternitatibus vertantur.

a Mss. *cum tamquam iniqui informatores versabuntur.*

1 Cum hæc sancta Synodus tam solemni utriusque status principum & sapientum numero, sed & arduissimis ecclesiæ causis, & necessitatibus congregata sit in Domino, & retroactis temporibus vix fuerit, & verisimiliter nostro ævo nulla similis sit futura, summopere habet B intendere, ut in toto suo processu nedum errorem vitet, calumniari nitentibus obviare valeat; sed & factum recti tramitis exemplum relinquat, præcipue natio nostra Germanica in hoc sollicitior esse debeat, ut veterem suæ oblocutionis notam aboleat; quæ quasi inconsulta, furore dicitur, non consilio regulari: ad quem processum legitimum ac decentem inter plurima unum videtur maxime necessarium: ut videlicet in Concilio diffinienda, decernenda, & demandanda, & statuenda, & alia quæcumque ardua totius nationis deliberationem exigentia, postquam per deputatos tractanda concordate in totius nationis deliberatione, proponatur & particulariter & distincte, & dato ad minus unius diei intervallo, deliberandum, juxta rationabilem deliberationem ejusdem nationis prius factam in crastino scrutentur di- C stincte vota singulorum, aut vocaliter; ut quidquid alterius sententiam & motiva audiens de veritate, & rationabiliori sententia informari valeat, vel in scripto; sic tamen quod cedulæ omnes publice legantur, pari de causa, & ex pluralitate votorum ex decreto Concilii computandorum concors sententia conclusa per deputatos nationis cum aliarum nationum conclusionibus sententiis conferatur; & si inveniatur omnium nationum concordia tunc conclusa, sigillis clausa portetur eis, qui sessionibus diffinita habere, approbare nomine nationum, qui tunc aperient sigilla de verbo ad verbum audiunt, pronuncians omnino servet eumdem tenorem, & sic habeant approbate, respondendo, *Placet*. Si vero tenorem mutatum senserint, habeant dicere. *Non sic placet nationi, sed placet sic*: exprimendo sententiam secun- D dum tenorem cedulæ sibi datæ. Si vero sententiæ nationum apparent discordes, tunc singularum nationum deputati pro sua parte quiete, pacifice, & caritative suadeant ex adverso in reliquarum nationum de præsenti reverenter audiant: ut sic motivorum valitudo, & conclusionum veritas, & diffiniendorum æquitas clarius elucescat; nec quantum natio rationabilioribus motivis alterius condescendenter dignetur: quia in hujusmodi collativo tractatu non triumphus victoriæ disputando, sed rei veritas, & ecclesiæ utilitas, honorque Dei principaliter quæri debet, Cumque omnium nationum deliberationes per deputatos ad concordiam redactæ fuerint, *b* iterum tamen ... fiat per singulas authentice præsentibus notariis, & secundum sententiam majoris partis publice, & authentice concludat; ipsaque clausula authentice per E notarios conscribatur, & clausa sub sigillo præsidentis in natione procuratori nationis ejus nomine in sessione publica approbare per *Placet* præsentetur, qui cum eisdem cedulis in sessione Concilii agant, superius est expressum.

b Lege ex Mss. *iterum in natione fiat.*

Iste modus procedendi licet sit laboriosus, tamen est valde necessarius & fructuosus. Primo, ut aliis nationibus ipsum stricte servantibus conformetur, ne ab eorum diligentia & providentia reprehensibiliter deficere videamur.

Secundo, cum hodie non desint calumniatores ipsius processus Concilii, & plures magni & parvi verisimiliter exsurgent, eo quod maxime ecclesiæ omnium statuum personas tangentes restant tractandæ, non est vitandus labor, quo ipsorum possint excludi calumniæ. A Excluderetur enim calumnia quam dominus Papa in instructionibus ducibus *c* Bavariæ, & Ancelsiani insinuavit, asserens scrutinia votorum illegitime fieri per nationes: in quibus asserit colligi vota indistincte tam pertinentium, quam non pertinentium ad Concilium, immo personarum vilium, in exitium, vota antistitum in suis clamoribus obruentium.

c *Bavariæ & Aureliani*, in Mss. Ger.

Item, excluderetur calumnia de conspiratione nationum. Similiter de impressione violenta, cum quilibet sit liber, sine impressione funderet sua vota; sicque fieret legitime scrutinium per singula capita in natione, & in sessione publica per nationes: nec sic admitterentur vota impertinentium Concilio, & substantiales eidem suis vocibus frustrarentur. Ad id valde expediret, quod per totum Concilium determinaretur authentice qui debeant B habere vota in Concilio, & quorum vota sint in nationibus, & in Concilio computanda; & quod solum talium vota in nationibus scrutentur, & ad concludendum Concilio numerentur. Quodque nostra natio Germanica in hoc conformet se laudabili observantiæ nationis Gallicanæ, quæ in suis congregationibus distinguit non habentes voces ab habentibus; sed & in loco sedendi; sed & habentibus vota ordinate assignat sua loca ab ceteris scribantis secundum suorum gradum, & ordinem dignitatum: & distincte sub testimonio notarii publici vota colligit per singulos qui debent habere voces, & concludit secundum sententiam majoris partis: nec in sessione aliquid admittit, nisi prius fuerit in natione legitime præconclusum. Satisfieret sic etiam juribus, sicque sonare videretur distinctio habenda per capita C singulorum, quia fieret in nationibus, & per procuratores singularum nationum vota in sessione præsentarent.

Quarto, & tali legitimo modo procedendi multum firmari poterit auctoritas Concilii, & omnis ejus diffinitio, seu decretum. Nam sicut quilibet ea quæ Priori voto approbavit, tanquam sua propria, firmius postea tuebitur, & ex motivis in natione collative auditis, ea animosius defensabit. Sed secundum modum hucusque servatum posset contingere, quod soli deputati, immo nec omnes ipsi ante sessionem diffinienda præscirent, & sic ea alii eo minus gratuite acceptarent: immo quandoque diffiniendo, nec majorem partem concorditer contingeret consentire, quemadmodum nuper accidit, quod tota natio Gallicana de articulis ducentis & sexaginta ipsius Wicleff se asseruit nihil scire.

D Quinto, sic vitarentur suspiciones sinistræ, & suppositorum nationum dissensiones mutuæ, quæ hucusque servato processu verisimiliter oriuntur.

Sexto, quia sic vere, & secure habito tali scrutinio in nationibus dici posset, *Placet toti Synodo*, quia ratione majoris partis consentientis, quod usque sic fieri non potest, cum taciturnitas non semper haberi valeat pro consensu. Et præsertim quia forte, sæpe multi dissentientes tacerent propter verecundiam, vel contentionem vitandam, vel quia sperant se non posse proficere.

Septimo, quia sic non in vanum fatigaretur tota natio multis propositionibus, schedulis, & advisamentis, quæ hucusque sæpe præstiterunt impedimenta utilioribus magis & necessariis: quia hoc servato ordine deputati nationum juxta primam ejus ordinationem viderent hu- E jusmodi schedulas & advisamenta ab aliis oblata undecumque, & quocumque, et debita responderet, et consequenter per ipsam omnia authentice et utiliter disponeret.

Octavo, per istum legalem modum procedendi provocarentur singuli ad sollicitudinem deliberandi omnia, exercitarentur etiam ingenia, & simpliciores a peritioribus discerent, & vix posset indeprehensa falsitas evadere, si omnium exponerentur in communi, & quibuslibet considerando certa causa diligentiam adhiberent; sed & valde ex hoc modo conservaretur Concilium indissolutum, quia omnes reputarent se ad aliquid utiles, qui sic cum videant se in nullo requiri æstimant se inutiles, immo otiose perdere tempus & expensas; ne hic degendo servire se Deo, nec prodesse ecclesiæ, aut proprium meritum augere, immo potius affixi tædio quæ-

1 Hæc decreta in congregatione Nationis Germanicæ habita eodem die Martii 1415.

quærunt occasionem recessus, & forte aliquando ex industria revocationes superiorum suorum procurant, & sic remanere coguntur inviti. remurmurant & afficiuntur ad omnia quæ peraguntur in Concilio.

Ex iisdem

Die Mercurii quintadecima mensis Maji supradicti fuit congregatio omnium nationum in præsentia serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, in qua fuit lecta una bulla constitutionis procuratorum per dominum Gregorium Papam XII. in sua obedientia nuncupatum; quæ fuit commissa per eumdem dominum regem legenda, & examinanda an sufficiat, an non. In casu quo sufficiat, bene; in casu, quo non, dixit rex eamdem velle remittere Carolo de Malatestis, qui eam plenius procurabit expediri.

Tenor vero dictæ bullæ, de qua supra fit mentio, sequitur, & est talis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Joanni tituli sancti Sixti presbytero cardinali, Apostolicæ sedis legato, & Joanni patriarchæ Constantinopolitano electo nostris & ejusdem sedis nunciis, ac venerabili fratri Wernhero archiepiscopo Treverensi, necnon nobilibus viris Ludovico comiti palatino Rheni, & Carolo de Malatestis, domicello Ariminensi in provincia nostra Romandiolæ pro nobis & S. R. E. rectori, salutem & Apostolicam benedictionem.

TEttenas affectiones, *&c. ut infra sessione XIV. ubi bulla hæc integra rursum legitur.*

Ex iisdem mss.

Die Jovis sextadecima mensis Maji supradicti post meridiem in palatio episcopali retulerunt dominis commissariis deputatis ad examinandum testes super positionibus, & articulis dandis, & producendis contra dominum Joannem Papam XXIII. ad hujusmodi actum ibidem congregatis in præsentia nostrorum notariorum, videlicet Joannis 1 Gırardi, Guillelmi 2 Porciel, Bartholomæi de Guastis, Joannis Axel, Giseleri Boventen, Gumperti Fabri, providi viri Gosridus de 3 Dorsen, Joannes 4 Snepper, Gerardus 5 Savageril, & Mermetus 6 Curteri sedis Apostolicæ cursores peremptorie citasse reverendos patres & honorabiles viros dominum Bartholomæum archiepiscopum Mediolanensem, Philibertum magistrum de Rhodo, 7 Almannum episcopum Leonensem, Albertum episcopum Astensem, Jacobum 8 electum Pennensem, Hermannum Duverg protonotarium sedis Apostolicæ, Donadeum episcopum Narniensem, dominum Fredericum Deys, sacri palatii Apostolici causarum auditorem, Wolmarum Sack, Simonem Banchens licentiatum in decretis, archidiaconum Vapincensem, Joannem da Polegia præceptorem de 9 Reinverso, Angelorum de Roma clericum cameræ Apostolicæ, Petrum 10 Vardi auditorem, abbatem sanctæ Mariæ de Columna Placentinæ diœcesis, Joannem 11 Buridam magistrum in artibus, baccalaureum in Theologia & jura canonico, canonicum 12 Medengensem Cameracansem, Guillelmum 13 Yas licentiatum in legibus rectorem parochialis ecclesiæ de Guvetri Rotomagensis, Guidonem Carpentarii licentiatum in legibus canonicum Dolensem, Petrum 14 Corhebensem licentiatum in legibus rectorem Emporegio Andegavensis diœcesis, Petrum Wormedich procuratorem generalem ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum, 15 Conczonem de Zmela sacri palatii Apostolici causarum auditorem, Henricum 16 Hurlet canonicum Basiliensem, Leonardum de Taranda de Verona domini Joannis Papæ XXIII. secretarium, Joannem præpositum ecclesiæ Quinqueecclesiensis, Bartholomæum de 17 Vincio litterarum Apostolicarum scriptorem & abbreviatorem, Petrum de 18 Seraco archidiaconum ecclesiæ Agiensis, Jacobum episcopum Laudensem, Joannem Bassiere litterarum Apostolicarum correctorem, Petrum 19 Nigrandi baccalaureum in decretis litterarum Apostolicarum scriptorem, Galternum Graffi decretorum doctorem priorem Rhodi ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, Nicolaum episcopum Assisinatensem, fratrem Joannem de Meyeronis priorem Vapincensem ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, Ogerium episcopum Augustensem de Francia, Henricum Fleckel dicti palatii Apostolici auditorem, Petrum Coleri in Romana curia causarum procuratorem, fratrem Joannem de Roka magistrum in sacra pagina, Joannem episcopum Vaurensem, Petrum episcopum Olorensem, Georgium de Pala litterarum Apostolicarum scriptorem & abbreviatorem, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati, super positionibus & articulis producendis in causa depositionis sive inquisitionis producendæ contra dominum Joannem Papam ad horam secundam post meridiem præsentis diei, ad instantiam magistrorum Henrici de Piro, & Joannis de Scribanis promotorum causarum & negotiorum sacræ Constantiensis Synodi. Subsequenter adveniente hora secunda post meridiem constitutus coram dominis commissariis sæpesatus magister Henricus de Piro procurator nomine quo supra, & quasdam citationes, unam pergameni in audientia contradictarum curiæ Romanæ de mandato ipsorum commissariorum positam, lectam, & exsecutam, necnon aliam papyri sigilli reverendissimi patris domini Jordani cardinalis de Ursinis unius ex commissariis, omnium consensu cedulam in valvis portarum ecclesiæ cathedralis Constantiensis munitas & exsecutas tenorum *a* infractorum, facto, realiter, & in scriptis repræsentavit, citatorumque in eisdem pergameni & papyri citationum cedulis contentorum non comparentium, neque dictos testes produci, recipi, jurare, & admitti videre curantium contumaciam accusavit: Ipsosque contumaces raputari petiit, & in eorum contumaciam nonnullas positiones & articulos de facto realiter in scriptis *b* infractorum tenorum meahibuit, atque produxit, & nihilominus ipsos testes ibidem præsentes ad jurandum induxit. Quos, & eorum solita juramenta per dominos commissarios ibidem congregatos, licet domino Guillelmo sancti Marci cardinale proptes infirmitatem absente, debita cum instantia racipi & admitti postulavit. Quos quidem testes sic dicti domini commissarii reputatos pro contumacibus in dictis citationum cedulis nominatis, dixerunt admittendos, & admiserunt. Qui testes sic admissi statim ad mandatum ipsorum commissariorum, prælati pectoralia tangentes, ceteri vero in manibus dictorum commissariorum tactis sacrosanctis scripturis ad sancta Dei evangelia juraverunt se dicere, & deponere velle puram, meram, & omnimodam quam scirent in hujusmodi causa veritatem, prece, pretio, ira, odio, rancore, timore, gratia seu quavis alia illicita machinatione, penitus & omnino semotis.

a Lege, infradictorum.

b Lege, infradictorum.

Tenores dictarum citationum pergameni & papyri cedularum, & positionum, ac articulorum sequuntur, & sunt tales.

MAndant reverendissimi in Christo patres & domini, domini Jordanus miseratione divina episcopus Albanensis de Ursinis, Guillelmus sancti Marci presbyter, *c* serenissimi reverendissimi episcopi cardinales; ac reverendi patres domini Antonius Concordiensis, Stephanus Dolensis, Jacobus Tarvisiensis, Joannes Lichfeldensis, Nicolaus Marsburgensis episcopi; Andreas Posnaniensis, Thomas beatæ Mariæ extra muros Eboraci, Nicolaus sancti Lupi Trecensis abbates; necnon magistri Joannes de Thomariis de Bononia, ac Vilhelmus Maligni sacri palatii Apostolici auditores, judices & commissarii, & causæ, ac partibus infrascriptis & a sacrosancta Synodo Constantiensi Universalem ecclesiam repræsentante specialiter deputati, citari peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ, & citant dominum Joannem Papam XXIII. quatenus hodie hora vesperarum, & deinde singulis die-

c Lege, S. R. E. hoc est, sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

1 Mss. *Ginardi*. 2 Mss. *Portzel*. 3 Mss. *Dorsten*. 4 Mss. *Gnesper*. 5 Mss. *Saganeti*. 6 Mss. *Gurteri*. 7 Mss. Gorb *Alanum*. 8 Mss. *episcopum*. 9 Mss. *Remverso*. 10 Mss. *Nardi*. 11 Mss. *Bividani*. 12 Mss. *Medegenum & Camerac*. 13 *Ras*. 14 Mss. *Korkolm*. 15 Mss. *Contzanem de Zwelda*. 16 Mss. *Kruot*. 17 Mss. *Vencio*. 18 Mss. *Lerato*. 19 Al. *Nigrandi*.

ANNO CHRISTI 1415.

diebus non feriatis ex nunc infra octo dies proxime futuros instantibus de mane hore sexta, & post meridiem hora secunda compareant personaliter, & in propria persona Constantiæ in palatio Apostolico, seu episcopali infra communitatem ecclesiæ Constantiensis sito in sala majori, in judicio coram eis, aut quislibet tribus eorum tunc inibi ad infrascripta pro tribunali sedentibus; ad videndum & audiendum produci, recipi, & admitti, & jurare nullos testes super nonnullis positionibus, & articulis, hodie hore vesperarum ante dicta pro parte venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Joannis de Scribanis de Placentia procuratorum & promotorum, & instigatorum ejusdem sacræ Synodi contra dictum dominum Joannem Papam dandis & producendis: vel ad dicendumcausam rationabilem si quam habeat allegandam, cur præmissa fieri non debeant in causa & causis quæ vertitur & vertuntur, seu verti & esse sperantot coram ea sancta Synodo inter prædictum dominum Joannem Papam citatum ex una, & promotores & procuratoras, & instigatores prædictus de & super nonnullis, criminibus, simoniaca hæresi, dilapidatione, & alienatione rarum, & bonorum Romanæ & aliarum ecclesiarum, incorrigibilitate, fautoria schismatis, & scandalis notoriis, quibus delatus exsistit, aliisque rebus in articulis hujusmodi latius deductis, & deducendis, & eorum occasione parte ex alrare. Alioquin io causa, & causis hujusmodi ad præmissa & alias, prout juris fuerit & rationis, ulterius procedetur, ipsius domini Joannis Papæ citati absentia, seu contumacia in aliquo non obstante.

Datum Constantiæ, anno Domini MCCCCXV. die vero sextadecima mensis Maji, indictione octave.

Citatis ad portas contra dominum Joannem Papam, ad videndum jurare testes.

NOS Jordanus miseratione divina episcopus Albanensis de Ursinis vulgariter nuncupatus, & Gullelmus sancti Marci presbyter, *a* serenissimi reverandissimi episcopi cardinales, Antonius Dei gratia Concordiensis, Stephanus Dolensis, Jacobus Tarvisinus, Joannes Lichieldensis, Nicolaus Merseburgensis, episcopi; Andreas electus Posnaniensis, Thomas beatæ Mariæ extra muros Eboraci, & Nicolaus sancti Lupi Trecensis abbates; necnon Joannes de Thomariis de Bononia, & Gullelmus Maligmus sacri palatii Apostolici causarum auditores, judices, & commissarii causarum, & causæ, & partibus infradictis a sacrosancta Synodo Constantiensi Universalem ecclesiam repræsentanra specialiter deputati, peremptorie citamus dominum Joannem Papam XXIII. quatenus hodie hora vesperarum, & deinde singulis diebus non feriatis exnunc infra octo dies proxime futuros instantibus, de mane hora sexta, & post meridiem hora secunda personaliter & in ejus propria persona Constantiæ in palatio Apostolico seu episcopali infre communitatem ecclesiæ Constantiensis sito, in sala majori in judicio coram nobis ad videndum & audiendum produci, recipi, admitti & jurare nonnullos testes super nonnullis positionibus & articulis hodie hora vesperarum antedicta pro parte venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Joannis de Scribanis de Placentia procuratorum & instigatorum ejusdem sacræ Synodi contra dictum dominum Joannem Papam dandis & producendis, vel ad dicendum causam rationabilem, cur præmissa fieri non debeant. Alioquin in causa & causis, quæ vertitur, & vertuntur, seu verti & esse sperantur coram eadem sancta Synodo inter prædictum dominum Joannem citatum, ex una, & promotores, procuratores, & instigatores prædictos, de & super nonnullis criminibus, simoniaca, hæresi, dilapidatione & alienatione rerum & bonorum Romanæ & aliarum ecclesiarum, incorrigibilitate, fautoria schismatis, & scandalis notoriis, quibus delatus exsistit, aliisque rebus in causa, & causis hujusmodi latius deductis, & deducendis, & eorum occasione, parte ex altera: alioquin ad præmissa, & alias prout juris fuerit & rationis ulterius procedetur, dicti domini Joannis Papæ absentie seu contumacia in aliquo non obstante. Hanc autem citationem nostram valvis dicti palatii, & majoris ecclesiæ Constantiensis, adinstar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, affigi, & apponi mandamus, ut per ipsius inspectionem, ejus tenorem, & lecturam fiat cunctis manifestum; cum non sit verisimile apud sic citatum remanere incognitum, quod tam patenter & notorie omnibus exsistit publicatum. In cujus rei testimonium præsentem citationem fieri fecimus, reverendissimi in Christo patris domini Jordani episcopi Albanensis prædicti sigilli, quo ad præsens secum utimur, impressione communiri.

a Lege, S. R. E. hoc est, *sanctæ Romanæ Ecclesiæ*.

Datum Constantiæ, anno Domini MCCCCXV. indictione octava, die vero Jovis decimo sexto mensis Maji per quemcumque cursorem

Bartholomæus de Guastis, nationis Italicæ.
Guinpertus Fabri, nationis Germanicæ.
Joannes Guiardi, nationis Gallicanæ.
} notarii.

Articuli dati contra olim papam Joannem.

Coram vobis sanctæ Synodo Constantiensi universalem ecclesiam repræsentanti hic in Spiritu sancto legitime congregatæ Henricus de Piro licentiatus in decretis, & Joannes de Scribanis de Placentia, promotores, procuratores, hujus ejusdem Synodi, dant & exhibent capitula, positiones, & articulos infrascriptos, ad quod probandum se admitti petunt citra onus superfluæ probationis,

In primis denunciant, dicunt, asserunt, ponunt, & si necesse fuerit probare intendunt, quod dominus Joannes papa XXIII. a tempore juventutis suæ, dum Balthassar de Cossa appellabatur, fuit malæ indolis, inverecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis, & inobediens, plerisque vitiis deditus, & talis, ac pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus, & reputatus ab hominibus ipsius notitiam habentibus, & adhuc dicitur, tenetur & raputator pro tali, ut talis, ac fuit, & est de præmissis diffamatus manifeste, ac palam, publice & notorie.

Item, quod dudum tempore Bonifacii papæ IX. sic in sua obedientia nominati, præfatus dominus Joannes, tunc Balthassar de Cossa appellatus, per illicite media procuravit se familiarem & cubicularium præfati domini Bonifacii, & deinde inter dictum dominum Bonifacium, quoscumque alios pecunias habentes, & dare volentes pro beneficiis, & aliis spiritualibus, se mediatorem, tractatorem, & proxenetam fecit palam & publice.

Item, quod dominus Joannes tunc Balthassar appellatus, per hujusmodi illicitum quæstum, & simoniacam pravitatem & procurationem, ac mediatorem simoniarum, & alia media illicita in paucis temporibus acquisivit, & congregavit multa iniquitatis mercimonia, copiosumque pecuniæ thesaurum, propter quod extunc divitis nomen, & statum assumpsit, ac ædificia sibi comparavit, & sic fuit, & est verum, publicum, & notorium, sicque ut prædicitur, dictum, tentum, creditum & raputatum communiter ab omnibus hominibus ipsius notitiam habentibus, & adhuc dicitur, tenetur & reputatur, fuit, & est de præmissis diffamatus manifeste, palam, publice & notorie.

Item, quod deinde prædictus dominus Joannes tunc Balthassar nuncupatus mediante hujusmodi simonia, & damnata pecunia promotus fuit ad cardinalatum, pro quo solvit magnam summam pecuniarum, & appellatus dictus Balthasar cardinalis sancti Eustachii, & sic fuit, & est verum, publicum & notorium, ac de ipsa omnibus idem dominus Joannes fuit, & est infamatus, palam, publice & manifeste.

Item, quod postquam dictus dominus Balthasset tunc cardinalis sancti Eustachii appellatus civitatem Bononiensem ut legatus fuisset ingressus, viis tyrannicis quærens terras ecclesiæ, ac cives, habitatores earum modo inhumano, impie, inique, crudeliter rexit & gubernavit, ac a pietate Christiana, & a justitia divina, humanaque totaliter alienus diversas dacias, gabellas, exactiones, extorsiones, & onera insupportabilia eis imposuit, talliarumque, exactionum, & onerum alias mandatorum fuit inventor, & tam per illos modos, quam alios consimiles exactivos, & nimium one-

rolos per tyrannidem, & de facto taliter subditos oppressit, quod dictos civitatem, comitatum, & terras ecclesiæ, ac cives depaupetavit, & depopulavit. Ita quod tempore sui regiminis mala tyranica, & violente sua gubernatione causantibus, multi fuerunt mortui, muitl profugi, multi exules, banniti, exhæredati, depauperati & deperditi. Et ita ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum, & reputatum, & communiter ab omnibus divulgatum, & adhuc dicitur, creditur & reputatur, ac fuit & est verum. Ipseque dominus Joannes de præmissis omnibus fuit, & est communiter diffamatus palam, publice & ootorie.

Item, quod dictus Joannes tunc Balthassar legatus Bononiæ existens ad papatum illicitis mediis anhelans, in mortem bonæ memoriæ domini Alexandri papæ quinti extitit machinatus; & ut tam ipsa quam medicus suus magister Danial de sancta Sophia artium & medicinæ doctor veneno extinguerent, prout extincti sunt, operam dedit; sicque, ut prædicitur, fuit dictum, creditum, tentum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur, atque fuit & ast de præmissis in civitate Bononiæ, atqua extra per totum mundum publice vox, & fama, fuitque, & est graviter, & notoria diffamatus.

Item, quod dominus Joannes tunc Balthassar appellatus tantum practicare scivit post mortem bonæ memosiæ Alexendri papæ quinti, quod in Romanum pontificem electus extitit, & se Joannem papam XXIII. appellavit, & ab aliis appellari & nominarl se fecit; & dum crederetur mutatione nominis, & homo de vitiis in virtutes mutatus, faliax fuit opinio, quinimmo contra sanctorum patrum decrete, & contra laudabiles Romanæ ecclesiæ consuetudines, veniendo, valut paganus, divina officia contempsit, officium pastorale non debite in divinorum administratione exercuit, missis, & vesperis papalibus interesse non carevit, horas canonicas dicere, jejunia, abstinentias, ceremonias, & elia canonica instituta, ed quæ omnas Christiani, & præsertim clerici, & ecclesiastici adstringuntur, juxta formam ecclesiæ servare sprevit. Et si aliquoties celebravit, hoc fuit currens more venatorum & armigerotum, & plus ne culparetur totaliter de hæresi, & oa expelleretur a papatu, quam devotionis vel caritatis causæ. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, creditum, tentum & reputatum, diciturque, tenetur & reputatur, atque de eis fuit, & est publica vox, & fama.

Item, quod dictus D. Joannes fuit, & est pauperum oppressor, justitiæ persecutor, iniquorum columua, simoniacorum statua, carnis cultor, vitiorum sex, a virtutibus peregrinus, consistoria publica fugiens, & totus somno, & aliis carnalibus desideriis deditus, vitæ & moribus Christi totus contrerius, infamiæ speculum, & omnium malitiatum profundus adinvantor, adeo & in tantum ecclesiam Christri scandalisens, quod inter Christi fideles, vitam & mores suos cognoscentes vulgariter dicitur diabolus incarnatus.

Item, D. Joannes papa cum uxore fratris sui, cum sanctis monialibus incæstum, cum virginibus stuprum, & cum conjugatis adulterium, & alia incontinentiæ crimina commisit, propter quæ ira Dei descendit in filios diffidentiæ, & de aliis graviter, & publice diffamatus, & scandalizatus est, sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item, quod dictus D. Joannes papa, vas omnium peccatorum, repulsis dignis, indignos ad officia, & beneficia promovit, gratias non gratis, beneficia vacantia, prælaturas & dignitates ecclesiasticas non magis meritis, sed plus offerenti post venditionem expositam contulit, & conferri mandavit; litterasque bullatas per mercatorum, & nummulariorum manus, ut de mercatoribus mercium solitum est, vendidit, atque vendi jussit & mandavit, sicque ut prædicitur, fuit dictum, tentum, habitum & reputatum, atque fuit & est verum, publicum & notorium.

Item, quod supradictus Joannes papa novum, & inauditum simoniæ scelus parpatrando, sex parochiales ecclesias Bononiensis diœcesis, vel plura alia beneficia ecclesiastica pro pecunie numerata vendidit meris laicis, qui eas tanquam res profanas cum eorum possessionibus, dotibus & juribus de facto possident, ponuntque laici hujusmodi presbyteros ed celebrandum missas pro suo libito & voluntate, & plura alia talia enormia & majora fecit, & commisit in iliis & aliis partibus, de quibus fama publica, immo verius infamia contra eum divulgata est per universum orbem, sicque fuit tentum, dictum, creditum & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur, etqua fuit, & ast verum, publicum & notorium.

Item, quod dictus Joanner papa præceptoriam Cypri ordinis sancti Joannis Jerosolymitani contulit cuidam infanti in quinto anno constituto, bastardo illustris domini regis Cypri, nomine Aloysio infanti pro certa pecuniæ quantitete, necnon fructus vacantes, & spolia ultimi præceptoris defuncti eidem Aloysio infanti vendidit contra ipsius ordinis regularia instituta; præsertim cum huiusmodi bona spoliis. & vacantiæ sunt bona fiscalia episcopi pro solvendis stipendiariis contra infidales: necnon eidem infanti in dicto quinto ætatis anno constituto per bullam concessit, ut ea ætate posset profiteri, & professione astringeretur contra legem confessus, quæ per eum præstari non potuit, & sic fuit & est verum.

Item, quod dictus papa Joannes nunquam prædicta revocare voluit, nisi cum pactis, & conditionibus, quæ sequuntur. Primo, quod restituerentur regi Cypri pecunias quas dederat papæ pro emptione dictæ præceptoriæ pro rata. Item, quod darentur papæ incontinenti, & ante omnia sex millia florenorum cameræ, quod fieri oportuit, & soluti fuerunt. Etiam eliter hospitali per priorem Rhodi & procuratorem generalis religionis domino Nicolao de Robertis Idibus Augusti anno quinto, & per manus Eduardi de Reciis mercatoris Florentini pro quibus sic solutis religiosi hospitalis prædicti remanerent adhuc obligati penes mercatores. Item, reservavit Papa tunc, & ante omnia prædicto bastardo cameram magistralem, quæ dicitur Hechera, & Finita, quæ valet communiter duo millia florenorum annuatim. Ad quæ non consenserunt dicti prior & procurator. Quibus sic perectis papa fecit eis dare per dictum Eduardum de Reciis matcatorem bullas, qui dictas bullas reservabit usque ad solutionem dictorum sex millium florenorum, quas bullas eidem Eduardo dederat episcopus Volteranus, donec solverentur sex millia ducatorum supradicte. Et sic fuit, & est verum.

Item, quod dictus dominus Joannes papa fratrem Jacobum de Viriaco, maiorem annis, expressa professum religiosum Hospitalis a votis, regula, & habitu religionis absolvit, de facto ad seculum reduxit, & contrahendi matrimonium licentiam dedit, sexcentis ducatis datis. Et sic fuit, & ost verum, publicum, & notorium.

Item, quod dictus papa Joannes Castelleniam scalarum dicti Hospitalis quam dictus frater Jacobus tenebat, simul cum prædictis reservavit, & deinde ipsam fratri cuidam Hemato de Fasseiio, pecuniis datis contulit, quæ castellania est conventualis & regie, in qua deberent esse fratres cappellani numero XII. cum aliis clericis Deo servientibus; sicque perit divinus cultus, & ordo transfertur io scandalum Christifidelium plurimorum palam & publice.

Item, quod dicto Hamato juveni ætatis XIV. annorum vel circa, concesserat dominus magister Rhodi licentiam ingrediendi religionem sancti Joannis, ut indilate facta professione & recepto habitu religionis transiret ad conventum religionis cum equis & armis sufficientibus Deo & religioni, contra inimicos fidei militaturus, & ipse frater Hemarus votorum suorum, & salutis propriæ immemor, non ad conventum transiit, sed statim factus est inobediens & rebellis, ad dictam castellaniam emendam ad papam misit, quam obtinens, omnia jura conventus, tam vacantem, quam responsionem annuam occupavit, prout occupat licentie per dictum D. Joannem papam prius vendite & concessa.

Item, quod propter præmissa in clero & populo, totaque universali ecclesia grave scandalum, gravisque D. Joanni papæ ex tunc Romæ infamia, exortum fuit & suscitatum, atque exorta & suscitata.

Item, quod propter hæc & alia reverendissimi patres & domini, DD. S. R. E. cardinales dictum D. Joannem

Pa-

ANNO CHRISTI 1415.

Papam XXIII. anno primo pontificatus sui inter se, & ipsum solum fraternaliter diversis vicibus arripuerunt, ipsumque precibus humilibus & devotis, atque salutaribus, & commonitis instanter requisierunt, ne Romanam & universalem ecclesiam per hujusmodi spiritualium merces scandalizaret. Et sic fuit, & est verum.

Item, quod dictus Joannes Papa ob præmissam fraternam monitionem animum in aliquo non immutans, avaritiæ cæcitate infectus ex post continue pristina simoniarum mercimonia continuans pejora prioribus perpetravit, & ubi prius sub typo justitiæ, non in se suis familiaribus commensalibus datam coronationis suæ in expectativis gratiis dare confinxit, postea post fugam ab urbe Romana cuilibet indifferente pro certa florenorum summa, videlicet pro xxv. florenis auri de camera dicta coronatione data publicæ venditioni exponebatur; in scandalum sedis apostolicæ, & totius fidei Christianæ. Et sic, &c.

Item, quod dictus Joannes Papa in vitiis invalescena fortius, & non se corrigens certos referendarios, & cubicularios, & secretarios creavit, fecit, & ordinavit mediatores, proxenetas, ac procuratores grassarum, & pinguium simoniarum ecclesiarum cathedralium, abbatiarum, monasteriorum, prioratuum, & beneficiorum vacantium reservatorum. Quodque sub urbe mediorum fructuum, nondum captorum, vel perceptorum ante suppositionem vel saltem recuperationem litterarum apostolicarum impetrantem solvere oportuit certam summam ex pacto. Et nisi impetrans mox solvisset, rediit vacuus absque cujusvis onere provisionis. Et est verum.

Item, quod idem D. Joannes registratoribus litterarum apostolicarum expresse inhibuit, ne cuiquam sumptum ex registro litterarum apostolicarum traderent, nisi prius, & ante omnia pecuniam promissam solutum fore probaretur; propter quod multos litigantes qui tantam summam solvere non potuerunt, eosdem in clara sua justitia ob probationis defectum succumbere oportuit. Sicque avaritia & malitia dicti Joannis Papæ causarum iniquitas æquitati prævaluit, & beneficia possessa fuerunt absque canonico titulo contra canonicas sanctiones palam, & publico.

Item, quod idem D. Joannes Pape ultra in supra proximis articulis nominatos, certos in Romana curia deputavit mercatores, qui beneficia vacantia curiæ tribus, vel pluribus diebus ad libram ponderarent, & plus offerentis supplicationem reciperent, & signari facerent in dedecus sedis apostolicæ, & perditionem animarum multarum. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item, quod supradictus Joannes Papa ne aliqua supplicatio absque simonia, & solutione signaretur, omnibus & singulis referendariis injunxit, ut nullus sibi supplicationem aliquam signandam præsentaret, nisi nomine referendarii eam præsentantis signata esset: quodque nullus quantumcumque supplicationem de vacantia signari obtineret, nisi valoris totius, vel mediæ summæ in supplicatione prius realiter recepisset, & ipsi Papæ responderet, & traderetur, alioquin talis referendarius haberet tantumdem solvere de suo proprio in pœnam transgressionis hujusmodi prætenti mandati apostolici. Et sic fuit, & est verum, &c.

Item, quod dictus Joannes Papa ultra præmissa sæpe, & sæpius contra Deum, & suam conscientiam ementibus plerisque bullas vendidit, in quibus scripsit beneficia obtinens, & officia ea in suis manibus resignasse, & se per hujusmodi confictam, & mendosam resignationem, quæ nunquam accidit, contulit, & conferri mandavit pro pecuniarum certa quantitete, multos sic funditus usque ad mendicitatem depauperando, palam & publice.

Item, quod per hoc dabatur occasio multis beneficia emendi, conscientiam laxandi, & temeritas timorem Dei postponendi, deveniisque res ad tantum, quod qui majorem summam in supplicatione expressit & exsolvit, signaturam absque difficultate obtinuit. Idem de sacramentis, indulgentiarum dispensationibus, & aliis ecclesiasticis, & spiritualibus donis. Sic fuit, & est verum.

Item, quod dictus Papa Joannes unum, & idem beneficium sæpe, & sæpius pluribus, & diversis personis, vel A etiam uni, & eidem repetitis vicibus vendidit, & plerumque uni venditum per anticipationem accidenter alteri ementi conferebat. Et similiter de gratiis expectativis, declarationibus, & subrogationibus per impositionem silentiorum jus jam quæsitum absorbuit; per quæ quasi tota ecclesia est labe simoniaca deturpata, indignis repleta, tam in superioribus quam in inferioribus prælatis, omnique gradu ecclesiastico lacessita, & per consequens quasi irreparabiliter scandalizata.

Item, quod dictus Joannes Papa canonice electos idoneos usque ad saturitatem appetitus sui solvere non valentes confirmare recusavit, quodque dignos, & minus idoneos ad summas desideratas ascendentes scandalose duxit promovendos, & promovit plerosque etiam invitos de suis ecclesiis transtulit, ut viduatas carius vendere posset, in dedecus & scandalum Christifidelium.

B Item, quod deinde dictus Papa Joannes Concilio Pisano adstrictus pro reformatione ecclesiæ in capite, & in membris in urbe Romana Concilium generale convocavit, & ibidem in pluribus sermonibus etiam ante & post, & publice correptus & munitus minime se emendavit, quinimmo temporis successu continue diabolico instinctu incorrigibilis pejora prioribus perpetravit.

Item, quod dictus Papa Joannes indulgentias in mortis articulo, prædicationem crucis, item a pœna & a culpa absolutionem, ecclesiarum & altarium portatilium concessiones, ac episcoporum consecrationes, & abbatum benedictiones, reliquias sanctorum, sacros ordines, potestatem in confessionibus absolvendis a peccatis, actusque qui per solas Spiritus sancti operationes ad gratiam ministrari debeant, pecunia vendidit numerata, per quæ de novo ecclesia sancta Dei in personam C dicti Joannis Papæ graviter diffamata fuit, & est notorie scandalizata.

Item, quod de anno domini MCCCCXII. & de mense Augusto ejusdem anni, quidam Nicolaus de Pistorio Florentinus, & dicti domini Joannis Papæ asserius secretarius laicus, conjugatus nuncius, & legatus apostolicus per dictum Joannem tunc deputatus venit ad partes Brabantiæ; habensque ab eodem D. Joanne potestatem exigendi, & percipiendi quoddam subsidium, quod fuit decima pars fructuum omnium beneficiorum in Cameracensi, Tornacensi, Leodiensi, & Trajectensi civitatibus, & diœcesibus, quodque non solventes excommunicare posset, per certum ad hoc deputandum subdelegatum, ac suspensum in collegio conventus, & capitula, interdictique sententias in eorum ecclesias, qui sibi hujusmodi fructuum pecunias non traderent, per quod ecclesiastica censuræ ad ludibrium, & derisum, & tota septentrio- D nalis ecclesia graviter fuit & enormiter scandalizata.

Item, quod dictus Pape Joannes, supradicto Nicolao mercatori, ut præfertur in legatione existanti concessit, indulsit & commisit, ut idem Nicolaus quibuscumque hominibus utriusque sexus ad suæ libitum voluntatis deputare posset confessores, & quod hujusmodi deputati confitentes absolvere possent a pœna & a culpa, certis tamen pecuniis taxatis mediantibus; quas quidem prætensas indulgentias publicavit, & publicari fecit in certis locis, civitatibus, villis, ut puta Trajecti, Mechliniæ, Antuerpiæ, & alibi, de quibus maximas pecuniarum summas exhausit & extorsit, Christifideles seducendo, ac statum & ritum totius ecclesiæ catholicæ enormiter scandalizatum.

Item, quod præmissa omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica & notoria, atque pro veris publicie E & notoriis apud clerum & populum civitatum, diœcesum prædictarum, cunctosque Christifideles ibidem asserta, dicta, credita, visa, audita, palpata, & ut talia habita, & reputata; atque de ipsis, & eorum quolibet, fuit, & est publica vox, & fama, fuitque, & est de præmissis omnibus, & singulis dictus dominus Joannes Pape publice diffamatus.

Item, quod de anno domini 1412. pontificatus dicti D. Joannis Papæ anno tertio nonnulli ambaxiatores tam ex parte illustris regis Francorum, & prælatorum regni Franciæ, quam ex parte almæ universitatis studii Parisiensis Romæ apud sanctum Petrum in palatio apostolico, & in camera magna paramentorum, multitudine cleri, & nobilium ibidem in publica audientia congregata,

dicto

dicto D. Joanni Papæ XXIII. diffamiam, simoniam, malam vitam, nullamque suam famam per universum orbem divulgatas, exposuerunt; asserentes ecclesiam Dei mirabiliter ob id scandalizatam. Monentes sæpe & sæpius charitative, & requirentes eumdem Joannem Papam, quatenus a simoniæ mercibus cessaret, atque fructus ante fiendas gratias, & signaturas, & nunquam a beneficiandis percepisset, eosdem cameræ apostolicæ solvendos tolleret & reservaret, seque in vita, & moribus emendaret, cum frequenti instantia fuerunt exhortati. Sicque, &c.

Item, quod dictus D. Joannes Papa XXIII. a supradictis & nonnullis aliis prælatis, & ambaxiatoribus tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, quam etiam doctoribus & magistris universitatum humili, & devota monitione, correptus a criminibus, & scandalis præfatis non cessavit, immo continuavit mala prioribus accumulando. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item, quod idem D. Joannes Papa XXIII. fuit, & est de præmissis omnibus, & singulis publice, & notorie per totum mundum, & cuncta Christianitatum regna totaliter divulgatus & diffamatus, atque pro tali, & ut talis in Romana curia, & extra ubicumque ipsius notitia habetur, tenetur, & reputatur ut talis.

Item, denunciant, ponunt, & probare intendunt, quod supradictus dominus Joannes Papa bona temporalia ecclesiæ Romanæ, urbem videlicet Romam, & patrimonium ecclesiæ in Italia pessime & scandalose rexit, oppressiones & angustias, & gabellas, & ut thesaurizaret, adauxit, & aliquos de novo invenit, totamque subditorum substantiam, quantum in eo fuit, exhausit & sibi imbursavit, ipsosque subditos depauperavit, turpiaque lucra undique scandalose recolligens, pluresque terras Romanæ ecclesiæ sine evidenti necessitate vel utilitate hypothecavit, impignoravit, aliquas vero perpetuo alienationis titulo distraxit, & communis ecclesiæ Florentinæ de alienando Bononiam tractavit, urbemque Romanam & terras patrimonii ecclesiæ proditorie capi, invadi, & occupari permisit, & tacite consensit. Et dum nuper de mense Junii anni domini 1413. se in crastino Romano populo missam in ecclesia sancti Laurentii in Damaso pro consolatione pacis & victoriæ belli contra quondam Ladislaum Apuliæ regem per ipsum Papam confecti spopondisset, Romanum populum deserens, curialesque suos, & oves in manibus luporum, & inimicorum tradens, ex culpa sua recessit scandalose, propter quod multi cortisani interempti, trucidati, capti, spoliati, & aliqui violenter per marinarios ad galeas capti, & in perpetuam servitutem redacti fuerunt. Itaque fuit, & est verum, & est publica vox & fama.

Item, quod propter præmissa omnia, & singula, & ipso culpante, & causante multa crimina, videlicet sacrilegia, adulteria, homicidia, spoliationes & rapinæ, furta in urbe Romana fuerunt commissa, & ita fuit, &c.

Item, quod ipse D. Joannes Papa prædictus multa inutilia, & frustratorie onera etiam Gallicis in Avanionensi tyrannice ad diversos fines damnatos imposuit, & præsertim: nam in navigio facto apud Pisas cum galeis sub colore eundi in Avenionensem, per D. Marinum nepotem suum, & suorum servitorum ad hoc, ut dicitur, missum, & constitutum capitaneum dicti palatii, & reparatorem ejus, quam aliis diversimodis ac de dictis civitatibus, Avenionensi, & comitatus Venassini, quos tractavit alienare diversimode, maxime in manibus dicti regis Ladislai ponere, medientibus certis tractatibus contra unionem ecclesiæ pro magna pecuniæ quantitate, quod & fecisset, si ad optatum suum venire potuisset: sicque ut prædicitur, fuit tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur, & reputatur.

Item, quod communis, & vulgata omnium hominum opinio, & assertio, credulitas, & fama manifesta fuit, & est, quod D. Joannes Papa tam in præmissis, quam in aliis innumerabilibus casibus, & universaliter in omnibus male & pessime administravit tam in spiritualibus quam in temporalibus, & quod fuit, & est bonorum ecclesiæ Romanæ & cæterarum ecclesiarum & rerum ecclesiasticarum, ac etiam temporalium ad ecclesias pertinentium, maximus, & plusquam de alio fuerit lectum, & auditum, dilapidator, devastator, & dissipator pessimus, & inutilis, & damnosus administrator, atque universali ecclesiæ, & toti populo Christiano scandalosus, veneficus, homicida, interemptor, carnis vitia per omnia colens, incontinens & infinitis criminibus irretitus, malæ famæ & pessimæ conditionis adeo, qui in Italia & quasi tota capto vocabulo, & similitudine a quodam inhumanissimo gentium armorum capitaneo, qui Boldrinus appellabatur, etiam Papa Boldrinus vocitatur. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item, quod de præmissis omnibus & singulis idem Joannes Papa fuit, & est publice, & notorie diffamatus, & per totum mundum divulgatus, & infamatus, & quod de ipsis & de eorum singulis fuit, & est publica vox, & fama, & ut talis ac pro tali fuit, & est ubique, ubi de ipso notitia habetur, dictus, tentus, creditus, & raputatus, dicitur, creditur, tenetur, & reputatur palam, publice communiter & notorie.

Item, quod dictus Joannes Papa pecunia satiari nequiens, in Gallia similiter absque necessaria, nullaque rationabili causa subsistente, vendidit, distraxit, alienavit, & dilapidavit certos redditus, census, & proventus, atque tributa annua ab antiquo Romanæ ecclesiæ debita per diversos cives, & habitatores, ac communia civitatum, oppidorum, & locorum partium illarum, & præsertim Avenionensis, & comitatus Venassini, & oppidi seu villæ Montis Pessulani, & præsertim Petro Gerandi, & certis aliis personis laicis, & secularibus, sicque ut prædicitur fuit dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item, quod prædictus D. Joannes Papa nonnulla diversa bona mobilia, & immobilia diversarum ecclesiarum, & monasteriorum, rimlorumque dominorum cardinalium, tam episcopatuum, quam aliorum presbyteralium, & diaconalium, collegiorumque, & prioratuum, ecclesiarum parochialium, cappellarum, altarium, & hospitalium, cæterorumque locorum dictæ urbis Romanæ, & præsertim ecclesiarum principis apostolorum de urbe, sancti Joannis Lateranensis, & aliis ad canonicos, & personas ecclesiasticas dictæ urbis spectantibus, necnon de bonis monasteriorum sanctorum Joannis & Pauli, sancti Laurentii, S. Alexii, sanctæ Gaveæ, & aliorum monasteriorum, tam virorum quam mulierum sola avaritiæ cæcitate seductus, vendidit, alienavit, dilapidavit, & dissipavit; & aliqua eorum ad nihilum redegit, adeo quod in plerisque cessat servitium Dei, nam ubi erant decem, vel viginti, vel triginta religiosi, hodie non sunt nisi unus, duo, vel tres, quasi fame morientes. Et sic fuit, & est verum publicum, & notorium.

Item, quod dictus Dominus Joannet Papa bona & dotem prædicti Monasterii sancti Laurentii divisit in tres partes dissipando, & certis ex Dominis Cardinalibus particulariter per tripertitas particulas dividendo, quæ prius unitæ fuerunt pro sustentatione monachorum, inibi Deo in religionis zelo laudabiliter prius servientium, nunc miseria & paupertate apostatantium. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Item, quod dictus Dominus Joannes Papa præmissis non contentus, monasterium sancti Alexii prædictum vendidit Baptistæ de Sabellis pro quodam impubere bastbardo suo; Monasterium sanctæ Sawæ vendidit Domino Nicolao de Ursinis, & ita de cæteris. Et quod deterius est, caput sancti Joannis Baptistæ, quod erat in monasterio monialium sancti Sylvestri de dicta urbe, vendiderat, seu pactum de tradendo fecerat Florentinis pro pretio quinquaginta millium ducatorum. Quod & fecisset, nisi civibus Romanis id per eum revelatum fuisset. Et quia aliqui eorum de hoc in aperto locuti fuerunt, capti, incarcerati, & in magnis pecuniarum summis redemti fuerunt & exbanniti, & alias nisi se, seu vitam suam redemissent, propterea decapitati ejus jussu fuissent. Et ita ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & raputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur, ac fuit & est verum publicum & notorium, manifestum, atque divulgatum ubique, tam in urbe & tota Italia, quam Gallia, etiam palam & publice.

Item, quod idem D. Joannes Papa etiam jura, mobilia,

bilia, & immobilia ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum, monasteriorum, prioratuum, studiorum, collegiorum, hospitalium, ecclesiarum parochialium, cappellarum, & ceterorum beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum extra dictam urbem tam in civitatibus, villis & locis dicti patrimonii ecclesiæ Romanæ, quam extra ubicunque consistentia etiam vendidit, alienavit, & dissipavit. Et præsertim plura bona episcopatus Bononiensis, ecclesiæ sancti Petronii Bononiensis, & præsertim, lapides, ligna, & totam materiam, de quibus debebat compleri ædificium & fabricari, & pecunias annuas ad dictam fabricam ab antiquo ordinatas recepit, & opus omnino cessare fecit, Similiter curias, possessiones & prædia, & bona mobilia & immobilia, ac dotationem totaliter collegii Gregoriani in dicta civitate Bononiensi per felicis recordationis D. Gregorium Papam XI. fundati pro sustentatione quinquaginta scholarium pauperum, & etiam vendidit, & alienavit, ita quod de mobilibus ibi nihil remansit, & de immobilibus vix posset sustentari congrue unus solus scholaris, & domum tradidit * fattardis habitandam, qui totaliter eam destruxerunt, & eam vendidissent, si reperissent emptorem. Et sic fuit, & est verum, &c.

Item, quod dictus Papa Joannes decimas castrorum Centi, & Plebis diœcesis Bononiensis pertinentes ad mensam episcopalem Bononiensem alienavit laicis, fautoribus suis in perpetuum pro eis, & eorum successoribus in grave dispendium ecclesiæ Bononiensis, quam penitus, & totaliter depauperavit palam & publice. Et sic fuit, &c.

Item, quod dictus Joannes Papa præmissis non contentus, sed etiam litterarum studia per solatii substractionem subtiliter extinguere conatus doctoribus studii Bononiensis per quamplures annos & maxime a promotione sua ad papatum, stipendia eorum ab antiquo tempore prædicti studii eis debita, & unde vivere, & perinde studere, & legere debebant, fundata abstulit, & removit, totalitar fecit quod tam nobile, & solemne studium quasi ad nihilum respective devenit. Et sic fuit, & est verum.

Item, quod non solum dilapidavit bona & jura prædicta mobilia & immobilia ecclesiarum, sed etiam super personas Ecclesiasticas urbis Romanæ, & civitatis Bononiensis, ac in toto patrimonio ecclesiæ gravissima onera, tallias & exactiones, insupportabilia imposuit, facultatesque ecclesiarum unde personæ ecclesiasticæ vivere, & servire, ab eis extorsit, & applicavit; immo etiam super alios prælatos ecclesiasticos aliarum terrarum, & dominorum secularium diversa onera, tallias, & exactiones solvendas dominis, & communitatibus secularibus, & præsertim regni Franciæ, comitatus Sabaudiæ provinciæ, &c. necnon communitatibus, Florentinæ, Venetorum, Senarum, & pluribus aliis, cum quibus in pretio participavit, imposuit, adeo & in tantum quod dicti ecclesiastici fuerunt, & sunt tantæ paupertatis angustia afflicti, ut post propriorum patrimonialium bonorum consumptionem, necessitate famis, libros, calices, & ornamenta ecclesiarum vendere sunt coacti.

Item, quod propter præmissa ecclesia Dei notorie fuit scandalizata.

Item, quod horrida, & detestandorum criminum D. Joannis antedicti Papæ fama, immo infamia, crebris multiplicibus vicibus, non solum semel, sed pluries & sæpe Christianorum principum, totiusque populi Christiani, proh dolor! aures penetravit, in tantum quod serenissimus & invictissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex semper Augustus in Lombardia existens ad civitatem Laudensem applicuit, dictumque dominum Joannem Papam ibidem advenientem humili & devota prece rogavit quatenus attento, quod totus Mundus in ejus persona scandalizatus est, susque crimina Mundus dissimulare non posset, mores & vitam emendaret in melius, & ut ad unionem sanctæ matris ecclesiæ, tunc & nunc tripartitæ summis vigiliis & cura intendere, dignaretur, ut adstrictus per Pisanum Concilium tenebatur & Concilium in aliquo securo loco cuncto Christiano populo & commodoso indiceret, suasit. Et ut etiam in capite, & in membris reformaretur etiam devote supplicavit.

Item, quod dictus D. Joannes Papa XXIII. precibus serenissimi principis Romanorum & Hungariæ regis in parte condescendens amplius e vitiis hujusmodi, scandalis, & præsertim simonia, abstinere spopondit, & hanc civitatem Constantiensem pro loco multitudinis capace, & alias habili, & idoneo pro Concilio celebrando elegit quod anno domini 1414. & de mense Novembris inchoandum indixit, & per Mundum publicavit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item, quod deinde dictus D. Joannes Papa Bononiam rediens in pristinam & pejorem simoniam recidivavit, falsas datarum anticipationes vendidit, jus quæsitum pro numerata pecunia litigatoribus abstulit, & ad solventium instantiam eorum adversariis perpetuum plerisque vicibus silentium imposuit de facto turpiter, & scandalose. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item, & ne per viam justitiæ oppressi relevarentur, idem Papa Joannes nuper anno domini 1414. plerisque vicibus dominis auditoribus per suos referendarios & præsertim per D. Jacobum de Camplo nunc electum Pennensem, dici fecit & mandavit, ne materiam anticipationis datarum admitterent in judicio, & ne datarum registratores, & alios officiales quovis modo compellerent in iis materiis privationem juris alterius concernentibus veritati testimonium perhibere, justitiam notorie opprimendo. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item, quod præmissa, & plura alia R. P. & D. dominus episcopus Sarisberiensis, & alii Christiani principis regis Angliæ illustris ambaxiatores dictum D. Joannem Papam XXIII. monuerunt & corripuerunt charitative supplicantes eidem, quod simoniam & venditionem beneficiorum desereret, & se in vita & moribus emendaret, alioquin dubitarent propter scandalum substractionem obedientiæ, & alia inconvenientia secutura. Quodque ipse D. Joannes incorrigibilis factus hujusmodi monita salutaria sprevit, ipsumque & alios prælatos duris & asperis verbis minatus est, injuriatus palam & publice. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Item, quod deinde præfatus D. Papa ad Constantiam veniens post diversas persuasiones, exhortationes & rogamina per hoc sacrosanctum generale Concilium Constantiense devote factas, & facta, ut pacem ecclesiæ daret, & papatui cederet, cum alia tutior, paratior, & securior quam via cessionis non esset, ad unionem perfectam in ecclesia Dei consequendam, attentis scandalis ex persona sua jam exortis, propter quæ existentes in aliis obedientiis retrahebantur ab ecclesiæ unitate. Hoc anno domini 1415. die sabbati 11. mensis Martii in sessione generali Constantiensi, & in pleno Concilio generali universalem ecclesiam repræsentante ecclesiæ Dei & sponsæ suæ promisit, vovit, & juravit cedere Papatui, & sponte & libere dare pacem ecclesiæ per viam suæ simplicis cessionis papatus, juxta deliberationem ejusdem Concilii, prout in quadam cedula conscripta, quam suamet viva & intelligibili voce legit, dixit, juravit, vovit & promisit, & aliam fecit prout in eadem cedula ad quam se referunt promotores, & procuratores prædicti, continetur: cujus tenor sequitur, & est talis.

Ego Joannes Papa XXIII. propter quietem populi Christiani profiteor, spondeo, voveo, juro, & promitto Deo, ecclesiæ, ac huic sacrosancto Concilio, sponte & libere dare pacem ipsi ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & tam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis Concilii, si, & quando Petrus de Luna, Benedictus XIII. & Angelus Corario Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati papatum, quem prætendunt per se, vel procuratores suos legitimos similiter cedant, & etiam in quocumque casu cessionis, vel decessus, aut alio in quocumque per meam cessionem poterit dari unio ecclesiæ Dei, ad extirpationem præsentis schismatis.

Item, quod denunciant, ponunt, etsi necesse erit, probare intendunt dicti procuratores, & promotores quod dictus Joannes Papa XXIII. se huic sacro Concilio submisit, & ejus sententiæ, ac judicio in omnibus & singulis quæ pertinent ad reformationem ecclesiæ, tam

in

* Iis MS. Codex.

ANNO CHRISTI 1415.

in caplte quam in membris, ftare promifit. Et hoc eſt verum, publicum, notorium, & manifeftum. Et ita ab omoibus publice tenetur, & reputatur.

Item, quod D. Joannes poftquam fuit in civitate Conftantienfi, & poft Concilium jam inceptum, fæpe & fæpius, & maxime in publica feſſione omnibus audientibus cunctos monuit, quatenus contra ipfum D. Joannem dicerent, & objicerent quicquid vellent: cum intenderet ftare determinationi hujus facri Concilii de lis, quæ tempore fui papatus gefferar, & adminiftraverat. Et hæc fuut publica, & notoria, & manifafta, & ita ab omnibus ramquam notoria habentur.

Item, quod deinda hojufmodi profeffio, votum, juramentum, & promiffio juxta daliberationem Concilil, ac practicam ceffionis papatus, & per confequens prædictæ unionis in ecclafia Dei confequenda poneretur, dictus D. Joannes Papa requifitus, quatenus procuratores aliquos ad præmiffa adimplendum conftitueret, ut dictus ferenifſimus princeps, & alli per hoc facrofanctum generale Concilium deputandi & elirendi in civitate Nicienfi Petro de Luna Benedicto XIII. in fua obedientia ouncupato bonam D. Joannis Papæ voluntatem oftenderet, & ut fimiliter cederet, prout cum ambaiatoribus dicti Petri de Luna, & illuftris principis D. regis Arragonum tractatum, & conclufum extitit, fuit pro parte oationum, & huius facti Conrilii humiliter & devote rogatus & requifitus.

Item, quod poft huiufmodi requifitionem dictus D. Joanoes Papa dolofa cogiravir fe abfentare, & clam recedere velle. Et fuper hoc fuit publica vox & fama.

Item, quod fama huiufmodi receffus Papæ Joannis tunc inftantis ad aures fereniffimi principis Sigifmundi Dei gratia Romanorem, & Hungariæ regis deducta, idem dominus rex in potentia Romanorum atque prælatorum multitudine copiofa horratus eſt. & rogavit dictum D. Joannem Papam ne a civitata Conftantienfi recederet, neque ante perfectam unionem hujufmodi facrum Concilium diffolvere, perfuadens quantum meritum apud Deum, quantamque laudem humanam habiturus effet, fi per ipfum perfecta unio fieri poffet, dans, & offerens uberioram falvum conductum, atque falvam guardiam, & pleniffimam fecuritatem perfonæ; & bonorum omnium, familiarium, & cortefanorum: quodque dictus D. Joannes recedere nunquam excogitaffet, refpondit. fed utique remanare & perficere, ac implere cum effectu vellet ea quæ vovit, & juravit. Et fic fuit, & eſt verum, publirum, & notrium.

Item, quod ea tunc dictus D. Joannes Papa videns hujufmodi, & totem Mundum ad fanctæ ecclefiæ Dei jam XXVIII vel circa annis fciffæ, & divifæ unionem, & integritatem, necnon exftirpationem hærefum, & vitiorum, ac ipfius ecclefiæ reformationem in capite, & in membris anhelare, diabolico fpiritu inftigatus, hoc facrofanctum Concilium diffolvere quærens, ut reformationem ecclefiæ, hærefum atque fchifmatum extirpationem prædicta evadere, & impedire poffet, & fuam malam vitam continuare ad præfentia vitia, & ambitiones reincidem, contra vota profeffa, promiffa, ac Deo & ecclefiæ jurate, id facere de facto renuit, & nuper hoc anno domini 1415. die Mercurii xx. Martii in noctis tenebris habitu indecenti, & diffimulato, laicali more, non ut Romanum decoit pontificem, gregem fibi commiffum, ut mercenarius deferens, ab hoc facrofancto generali Conftantienfi Concilio contumaciter fe abfantando aufugit & receffit, in fcandalum generalis Concilii, & totius populi Chriftiani. Ita fuit & eſt publicum, & notorium.

Item, quod de poft dictus Joanoes Papa prædictus ad oppidum Scaphufæ fe retraxit, & nonnullos cardinaler, epifcopos, & prælatos, & etiam cortefanos, ac principum ambaxiatores a præfenti civitata Conftantienfi ad fe venire juffit, mandavit, & præftirevit, & nihilominus fub certis prætenfis pœnis, & cenfuris, ipfos ad fe vocavit, & venire juffit, & eum fequi volentibus, & non volentibus mandavit, ut de hoc facto Concilio recederent, & fic per fuam fugam oves fpargere, Concilium facrum diffolvere, & fchifma nutrire, & parpetuo ecclefiam Dei tunc monftruofam hærefibus, & divifam, & vitiis diffamatam propofuit, & quantum in eo fuit, voluit, & deliberavit, & fecit. Et fuit, & eſt verum, publicum & notorium.

ANNO CHRISTI 1415.

Item, quod ex poft de dicto oppido Scaphufa die Veneris fancta tempora divini officii hora tertiarum iter arripuit verfus oppidum Laufenberg, & deiode ab oppido Laufenberg iterum transformato habitu turpiter ulterius verfus Brifacum greffus fuos direxit, fcandalofe a dicto Concilio & civitate Conftantienfi plus & plus contumaciter fe elongando, totifque conatibus, practica, & operis datis ire vifus eſt in Burguodiam.

Item, quod nuper hoc anno domioi 1415. & de menfe Aprili ejufdem anni, dictus Joannes Papa per Romanos oratores, ac ambaxiatores, nuncios, & epiftolas pro parte huius facri generalis Concilii, ad ipfum tunc in fancto oppido Brifaco refidentem deftinatos & deftinatas, quatenus more pii paftoris, qui animam fuam pro ovibus fuis pofuit, cujus occasione, & auctoritate præfidentiæ, ita vitæ exemplo, & doctrina inftrector ad gregem fuum defertum rediret Conftantiam, vel faltem ad unam de tribus civitatibus, feu oppidis, locis utique infignibus, videlicet civitatem Bafilienfem, Ulmam, vel Ravesburg civitates Conftantiæ & loco Concilii vicinas de unione ecclesiæ Dei gratia perficienda invicem fecum omni benienitate & charitate, cum debita reverentia rogatus fuit, monitus, & requifitus, promittentes eidem & offerentes ex parte dicti Concilii falvum conductum pleniffimum, tunc iam pararum, & figillo magno regio feu imperiali figillatum, & eidem D. Joanni lectum, oftenfum, & donarem. fecoritatem vitæ, ac ftares, ac provifionem honeftiffimam condecentem ftatui fuo fi revertaretur, atque vota, & promiffa jurata adimpleret, prout iidem legati, & ambaxiatores id a prædicto Concilio habuerunt in mandatis, obtulerunt, quemadmodum in inftrementis publicis, de, & fuper hoc confectis, ad quæ fe referent promotores, & procuratores prædicti. latius continetur.

Item, quod dictus D. Joannes Papa in reprobum fenfum datus monita huiufmodi more afpidis aures obturantis, ne audiat, obaudiens, fe in craftinum refponfum dictis ambaxiatoribus & legatis velle dare afferens, ipfos ex tunc redire juffit, nec craftino expectato, poft medium noctis ante diluculum, non dato refponfo, ad oppidum Laufenberg aufugiens fe tranftulit habitu tranfformato, ut fic facrem Concilium diffolvere, & reformationem ecclefiæ, extirpationem hærefum & vitiorem impedire, & fuam vitam deteftandam continuare poffet, quæ ficut prout & continuavit, immo in profundum malorum deditus pejora prioribus committere non expavit. fupradictis monitis, precibus, & requifitionibus minime condefcendens. Et fic fuit, & eſt verem &c.

Item, quod fupradictus D. Joannes Papa fuit, & eſt homo duræ cervicis, pertinax. peccator, induratus, incorrigibilis, ecclefiam Dei notorie fcandalizans, fautor fchifmatis, atque talis quod papatu, & eius adminiftratione fe reddidit indignum, & pro tali habetur, tenatur, nominatus & reputatur.

Item. quod idem D. Joannes Papa fuit, & eſt de præmiffis omnibus & fingulis publice & notorie divulgatus, & diffamatus. & pro tali, & ut talis in Romana curia, & extra & ubicumque infinuntiria habetur, habitus, tentus, nominatus, & reputatus pro tali, & ut talis, palam & publice.

Item. quod communis hominum opinio, affertio, firma credulitas, & vera reputatio, commune dictum, rumor indubius, vulcara fama, atque verum & notorium fuit, & eſt. quod ipfe D. Joannes Papa fuit, & fit homo peccator notorie criminatus, & de homicidio, veneficiis, & aliis gravibus criminibus, quibus irretitus diciter, graviter diffamatus, diffipator honorum, & dilapidator eorum, notorius fimoniacus. pertinax hæreticus, & ecclefiam Dei notorie fcandalizans, incorrigibilis, & alias talis, quod fe papatu, & eius adminiftratione. ac fedis apoftolicæ, & univerfalis ecclefiæ regimine reddidit indignum.

Item, quod dictus Joannes Papa XXIII. fæpe & fæpius coram diverfis prælatis, & aliis honeftis, & probis viris pertinaciter, fuadente diabolo, dixit. afferuit, dogmatizavit, & aftreuit vitam æternam non effe, neque aliam poft hanc, quin immo dixit, & pertinaciter

ANNO CHRISTI 1415.

neciter credidit animam hominis cum corpore humano mori, & extingui adinstar animalium brutorum, dixitque mortuum semel in novissimo die minime surrecturum contra articulum de resurrectione mortuorum. Quodque de præmissis fuit, & est papa Joannes ad clerum & populum graviter diffamatus, sicque ut prædicitur, fuit & est dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur, & reputatur palam, publice, & notoria.

Item, quod dictus Joannes papa sæpe & sæpius publice dixit, & professus est se valle facere omnia opportuna pro unione ecclesiæ sanctæ Dei etiam usque ad mortem inclusive, nec in prædictis a voluntate hujus sacri Concilii aliquo modo discedere. Et sic fuit vera, publica, & notoria, & pro notoriis.

Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama, & notorietas inexcusabilis.

Ex collectione Barberiniana, & mss. duobus Germanicis,

Die sabbati decimaoctava mensis Maji supradicti post meridiem, discretus Fredericus Rese sedis Apostolicæ cursor retulit in palatio episcopali dominis commissariis deputatis ad examinandum testes super positionibus & articulis superius datis & productis contra Joannem Papam XXIII. ad hujusmodi actum ibidem congregatis, & notariis ibidem præsantibus, videlicet Joanne *a* Gujardi, Guillelmo *b* Parisellis, Bartholomæo de Gualtis, Joanne Azel, Graelaro Bovenzen & Gumperto Fabri, se de dictorum dominorum commissariorum & deputatorum mandato, & ad providorum virorum magistrorum Henrici de Piro, & Joannis de Scribanis promotorum & procuratorum supradictorum sibi super hoc, ut asseruit, facta instantia, peremptorie citasse reverendissimos in Christo patres & dominos, dominum Joannem Ostiensem episcopum cardinalis Vivariansis vulgariter nominatum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarium, Angelum episcopum Prænestinum cardinalem Laudensem vulgariter nuncupatum, Franciscum Venetiarum, Almannum Pisanum, Branda Placentinum presbyteros cardinalas, Ludolphum Barensem, Amedeum Salutiarium, Ludovicum de Flisco, Franciscum Florentinum, Antonium Aquilaganiem diaconos cardinales Constantiæ personaliter apprehensos, & inventos, ut & in quantum testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super positionibus, & articulis superius, ut præmittitur in hujusmodi causa depositionis sive inquisitionis contra dictum Joannem Papam XXIII. ad hanc horam decimaprima præsantis diei, prout & quemadmodum idem cursor dixit, se superius a dictis dominis commissariis & deputatis specialiter in mandatis recepisse, subsequenter dicti cursoris relatione facta, constitutus coram dominis commissariis sæpefatus magister Henricus de Piro promotor & procurator, nomine quo supra, & quasdam citationes superius, ut præmittitur in supradicta causa exhibitas hic repetiit, & verbo de novo reproduxit: citatorumque in ais contentorum non comparentium, neque alias testes produci, jurare, recipi & admitti videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces haberi petiit; & in eorum contumaciam supradictos testes proxime, ut præmittitur, citatos ibidam præsentes ad jurandum induxit: quos & eorum solita juramenta per dominos commissarios ibi congregatos, licet domino Guillelmo sancti Marci cardinale propter ejus infirmitatem absente, debita cum instantia recipi & admitti postulavit. Quos quidem testes dicti domini commissarii, reputatis primitus pro contumacibus in dictis citationum cedulis nominatis, dixerunt admittendos, & admiserunt. Qui testes sic præmissi, ac ipse reverendissimus pater dominus de Ursinis episcopus Albanensis cardinalis, licet unus ex commissariis, ab aliis una cum deputatis juramenta testium recipiens tameo pro nunc, ut & tanquam testes una cum alus reverendissimis patribus superius, ut præmittitur, pro testibus citatis statim & incontinenti, ad mandatum ipsorum commissariorum ibidem existentium

A pectoralia tangentes juraverunt ad sancta Dei evangelia, se dicere & deponere velle puram, veram & omnimodam, quam scirent in hujusmodi causa veritatem, preae, pretio, odio, timore, amore, ira, rencore, gratia, fraude, seu quavis alia illicita machinatione, penitus postpositis, semotis & exclusis.

Die Veneris vicesima quarta mensis Maji, supradicti fuerunt congregati commissarii, qui examinaverunt testes productos super materia inquisitionis contra Joannem Papam XXIII. & certi deputati omnium nationum ad examinandum depositiones testium exactorum, & ad referendum Concilio. Qui quidem commissarii & deputati legi fecerunt articulos & dicta, sive attestationes super qualibet singulariter, & singulatim facienda summaria de omnibus. Quibus factis magister Henricus de Piro procurator & promotor in vim probationis dictarum positionum, & articulorum produxit duas bullas, & processus concessos aliquibus de ordine sancti Joannis Hierosolymitani, quorum tenores hic sequuntur, B

Tenores bullarum pro probatione dictarum positionum, & articulorum.

Joannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD sacri Christi militum hospitalis sancti Joannis Hierosolymitarum perseverantiam tantum nos dacet paterni zeli sinceritatem propensius extendere, quanto ipsi pro offensione perfidorum, veluti fideles athletæ, & constantes pugiles variis etiam personalibus periculis non dubitant jugiter *c* exponere se . . . . profecto si C quando per vos gesta versari comperimus in orthodoxæ fidei defensionem, ac ipsorum dispendium, & peremptorie satagimus studiis summovere. Sane dudum intendentes de præceptoria domus Colosi hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani Nemesiensis diœcesis, quam quondam Raymundus de Lascura tunc ipsius domus præceptor, obtinebat, cum illam vacare contingeret, per Apostolicæ sedis providentiam ordinari præceptoriam vestram, videlicet VI. Kalendas Junii pontificatus nostri anno primo, ordinationi & dispositioni nostræ duximus ea vice specialiter reservatam: decernentes ex tunc irritum & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari: & deinde, videlicet VIII. Kalendas Decembris pontificatus ejusdem anno IV. diem clausit extremum, vacaret. Quodque dilectus filius Aloysius de *d* Lusignano D Nicosiensis diœcesis, qui ut asserebatur, in *e* quinto anno ætatis suæ constitutus existebat, cuperet cum dilectis filiis magistro & fratribus præfati hospitalis virtutum Domino famulari: nos dictum Aloysium in dicto hospitali in fratrem recepi, sibique juxta illius consuetudinis regularem habitum exhiberi, necnon regularem professionem per fratres hospitalis ejusdem consuetam admitti, eique domum de præceptoria ipsa, sive ut præmittitur quovis modo aut alterius cujuscumque persona vacet; etiam si tanto tempore vacavisset, quod ejus collatio juxta Lateranensia statuta Concilii legitime devoluta, vel præceptoria ipsa dispositioni Apostolicæ specialiter reservata existeret, provideri mandamus; & nihilominus eidem Aloysio a quibuscumque tam clericis quam laicis cujuscumque status, gradus vel conditionis existeret, fructus, redditus, & proventus, emolumenta E & obventiones, & quæcumque alia bona præceptoriam præfatam spectantia, quæ a tempore hujusmodi prædicti Raymundi provenerant, auctoritate Apostolica petendi, liberandi, & absolvendi, ac de ulterius non petendo promittandi, & obligandi facultatem & omnimodam potestatem concessimus; certisque sibi super iis executoribus datis, prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur. Verum sicut nuper ex supplici dilectorum filiorum Philiberti de Naaco magistri, & conventus hospitalis ejusdem nobis exhibita certa petitione accepimus, idem magistar pridem licet post reservationem & decretum prædictum provide considerantes, quod bona dicti hospitalis per universum orbem dispersa, quæ etiam inde & non beneficiales administra-

a Mss. *Ginardi.*
b Mss. *Porsel.*
c Lect ea mss. *ex ponere se & sua. Unde profecto si.*
d Al. *Lusignano.*
e *Forte, decimoquinto.*

strationes exsistunt, adeo forent, proh dolor, guerrarum, mortalitatum, schismatis, temporum, & hominum malitia causantibus, ex otiis diminute, quod nedum ad catholicæ fidei defensionem, ac Christi pauperum hospitalitatem ad hujusmodi usus utique dedicata fuerint; cum etiam & ipsorum conventus sustentationem pene sufficienter requireret: matura deliberatione præhabita, præceptoriam ipsam etiam tunc per hujusmodi obitum dicti Raymundi vacantem eidem conventui perpetuo annexerat, & etiam univerat; unde si unione ipsa * justum præfatæ literæ suos sortirentur effectus, defensio præfatæ fidei, & hospitale prædictum non modico verisimiliter exponerentur detrimento. Quare pro parte dictorum magistri & conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, ne, (quod absit) ex præfatis nostris litteris eisdem defensioni catholicæ fidei, & hospitalis, & conventui ejuspiam dispendii fomentum, quod utique * ore procul fieri putemus, immineat, providere, ipsorumque defensionis fidei, ac hospitalis & conventus statum, ad quem feliciter prosperandum totius præcordiis afficimur, nostrarum litterarum hujusmodi affectum congruo judicio præponere volentes, ac jus eo pro reservationis, & nostrarum litterarum hujusmodi concessionibus * temporibus præceptoriam ipsam non administrationem, seu commendam ad nutum magistri pro tempore exsistentis hospitalis ejusdem revocabile, sed perpetuum beneficium per fratres hospitalis regi consuetum credimus; mentem nostram utique rei veritatis ignaram reputantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex præmissis, & ex certis aliis rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus, hujusmodi litteras nostras, per quas Aloysio de præceptoria provideri mandamus, quarum tenores per singula præsentibus haberi volumus pro expressis, quatenus videlicet præceptoriam ipsam attingunt, etiamsi jam eas ad collationes & provisiones, ac possessionis etiam pacificæ adeptionem dictæ præceptoriæ, vel alias quomodolibet processum fuerit: collationem quoque & provisionem hujusmodi, si factæ fuerint, necnon supplicationes super quibus ipsæ litteræ emanaverint cum omnibus contentis in eis, & ex iis omnibus secutis, necnon etiam quascumque gratias & concessiones, alias ad ipsam præceptoriam, sic aut alias quovis modo vacantem, cuicumque alteri pariter hactenus forsan factas; quatenus præceptoria ex regularibus institutis ac stabilimentis hospitalis ejusdem perpetuum beneficium non exsistit; auctoritate Apostolica ex certa nostra scientia, nullius exsistere roboris, vel momenti, nullumque fuisse per eas eidem Aloysio, seu alteri in præceptoria ipsa, seu ad eam quomodolibet jus quæsitum, tenore præsentium decernimus, ac etiam declaramus: ipsasque litteras, collationes, provisiones, processus, supplicationes, & alia præmissa pro incertis habentes, ea omnia ea nunc cassamus, irritamus, ac etiam annullamus: & tam litteras quam supplicationes hujusmodi in regulis nostris & alibi ubicumque etiam in judicio appareant, cassari volumus & jubemus. Decernentes insuper unionem, & annexionem de dicta præceptoria, & per præfatum Philibertum magistrum, ut prædicitur, factas perinde valuisse, & valere, vimque perpetuæ & Apostolicæ unionis, incorporationis & annexionis obtinere, suumque sortiri affectum debuisse & debere, ac si decretum interpositum, & litteræ hujusmodi confectæ, aliæque gratiæ, & concessiones hujusmodi obtentæ, ceteraque præmissa secuta minime exstitissent. Et nihilominus tam hospitalis, quam conventus, quam etiam præceptoriæ prædictorum fructuum, reddituum & proventuum veros valores, secundum communem æstimationem præsentibus habentes pro expressis, præceptoriam ipsam, quatenus unio & annexio prædictæ juris vel facti, aut alium defectum quempiam patiantur, eidem conventui de novo auctoritate Apostolica in perpetuum cum omnibus juribus & pertinentiis suis incorporamus, annectimus, unimus, ac etiam applicamus: ipsi conventui liberam licentiam & potestatem omnimodam tam e præfato Aloysio, quam etiam a quibusvis aliis, tam ecclesiasticis, quam laicis personis cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis exsistant, omnes & singulos redditus, proventus, & alia quæcumque emolumenta, obventiones, & bona ad præceptoriam prædictam spectantia ubicumque, & in quibuscumque rebus consistant, & quæ a tempore hujusmodi obitus dicti Raymundi provenerunt, etiamsi occasione ipsorum lis, cujus statum haberi volumus præsentibus pro expresso, inter quoscumque, & ubicumque pendeat indecisa, petendi, exigendi, & recuperandi; necnon de receptis, & recuperatis absolvendi, & de recuperatis non petendo, paciscendo, auxiliumque brachii sæcularis, si opus fuerit, invocando, tenore præsentium concedentes, nunc irritum & inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus nostris & aliis constitutionibus Apostolicis, necnon institutis, & stabilimentis ejusdem hospitalis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, constitutionis, declarationis, cassationis, revocationis, & annullationis, mandati, incorporationis, annexionis, unionis, amplexionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ, Idibus Augusti, pontificatus nostri anno quinto. In plica, *F. de Monte Politiano.*

Copia litterarum Apostolicarum fratri Aymardo de Sossello ordinis sancti Joannis Hierosolymitani concessarum, videlicet gratiose.

Joannes episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Aymaro de Sossello præceptori, Castellano nuncupato, domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Scallis, Gratianopolitanæ diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ ac morum honestas, probitatis & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hodie siquidem dilectum filium nobilem virum Jacobum de Ulriaco militem Gebennensis diœcesis tunc præceptorem castellanum nuncupatum, domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, de Scallis Gratianopolitanensis diœcesis licet absentem, a vinculo quo ordini fratrum hospitalis ejusdem cujus tunc *a* professor exsistebat, tenebatur, per alias nostras litteras absolvimus, eumque ad sæcularem statum reduximus: & voluimus quod ipse præceptoriam prædictam cum præceptoria domus ejusdem sancti Joannis de Morento hospitalis & diœcesis prædictorum ei canonice annexa, quam tunc obtinebat, & quam exnunc vacare decrevimus, realiter & omnino dimittere, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum *b* ita propterea dicta præceptoria castellania nuncupata cum alia præceptoria prædicta apud sedem Apostolicam vacare noscantur: Nos volentes tibi, qui, ut asseritur, præfati Jacobi consanguineus exsistis, præmissorum meritorum tuorum intuitu, nec non consideratione carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francorum illustris, pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, gratiam facere specialem; præceptoriam castellaniam nuncupatam præfatam cum dicta præceptoria annexa, quæ per professores ordinis prædicti, cujus ut asseritur, professor exsistis, gubernari consueverunt; & quarum fructus, redditus, & proventus, illas pro tempore obtinenti, & in eis non residenti ultra quadraginta libras Turonensium parvorum, ut asseritur, non valent annuatim, sive, ut præmittitur, sive aliis quovis modo, aut ex alterius cujuscumque personæ vacet, etiamsi dignitates exsistant, & ad eas consueverint quoad electionem assumi, cum omnibus juribus & pertinentiis suis Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illis etiam providemus. Decernentes prout

a Forte, *professus*.

b Forte, *itaque*.

ANNO CHRISTI 1415.

ut eſt, irritum & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel contigerit in poſterum attentari. Non obſtantibus quibuſcumque ſtabilimentis, ſtatutis, & conſuetudinibus hoſpitalis & ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis & præceptoriis hujuſmodi in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ ſedis vel legatorum litteras impetraverint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus * te in aſſecutione dictarum præceptoriarum alias præjudicium generari, ſeu ſi dilectis filiis magiſtro & conventui ejus hoſpitalis Rhodi, vel in quibuſvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſede ſit indultum, quod ad raceptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint. Quodque de præceptoriis hujuſmodi ad eorum collationem, proviſionem, & præſenrationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel diviſim ſpectantibus nullis valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat: per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraira. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, nonis Junii, Pontificatus noſtri anno quarto.

Copia eſt facta collatione. *Franciſcus Huberti*.

Copia exſecutoriæ, cujus tenor ſequitur.

Joannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri epiſcopo Auguſtenſi, & dilectis filiis, Præpoſito eccleſiæ ſancti Andreæ diœceſis Gratianopolitanæ, ac Officiali Gebennenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus dilectus filius Aymarus de Soſtello præceptor, caſtellanus nuncupatus, domus caſtellaniæ nuncupatæ Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani de Scaliis Gratianopolitanæ diœceſis, apud nos fide digno commendatur teſtimonio, nos inducunt, ut ſibi reddamur ad gratiam liberales. Hodie ſiquidem dilectum filium nobilem virum Jacobum de Viriaco militem Gebennenſis diœceſis tunc præceptorem caſtellanum nuncupatum dictæ domus, licet abſentem, vinculo, quo ordini fratrum hoſpitalis ejuſdem, cujus tunc profeſſus exſiſtebat, tenebatur, per alias noſtras litteras abſolvimus, eumque ad ſæcularem ſtatum deduximus; voluimus; quod ipſe præceptoriam prædictam cum præceptoriæ domus ejuſdem ſancti de Morento, hoſpitalis & diœceſis prædictorum, ei canonice annexa, quam tunc obtinebat, & quam ex tunc vacare decrevimus, realiter & omnino dimitteret, prout in eiſdem litteris plenius continetur. Cumque itaque propterea dicta præceptoria caſtellania nuncupata, cum alia præceptoria prædicta apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcantur; Nos volentes præfato Aymaro, qui, ut aſſeritur, prædicti Jacobi conſanguineus exſiſtit, præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu, necnon conſideratione cariſſimi in Chriſto filii Caroli regis Francorum illuſtris, prædicto Aymaro dilecto ſuo nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, gratiam facere ſpecialem; præceptoriam caſtellaniam nuncupatam præfatam cum dicta præceptoria annexa, quæ per profeſſores ordinis prædicti cujus idem Aymarus, ut aſſeritur, profeſſor exſtitit, gubernari conſueverunt, & quarum fructus, redditus & proventus illarum pro tempora obtinenti, & in eis non reſidenti, ultra quadraginta librarum Turonenſium parvorum, ut aſſeritur, non valent annuatim: ſive ut præmittitur, ſive alias quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona vacarant, etiamſi dignitates exſiſterent, & ad eas conſueviſſent, quam per electionem aſſumi; cum omnibus juribus & pertinentiis, Apoſtolica auctoritate eidem Aymaro contulimus, & de illis etiam providimus. Decernentes, prout erat, irritum & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan erat tunc, vel contingerat in poſterum attentari: non obſtantibus quibuſcumque ſtabilimentis, ac ſtatutis & conſuetudinibus hoſpitalis & ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de præceptoriis hujuſmodi in illis partibus generales vel ſpeciales dictæ ſedis, vel legatorum ejus litteras impetrarint; etiam per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel aliis quomodolibet, ſit proceſſum. Quibus omnibus præfatum Aymarum in aſſecutione dictarum præceptoriarum volumus anteferri: ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem aliarum præceptoriarum, aliorum præjudicium generari: ſeu ſi dilectis filiis magiſtro & conventui ejuſdem hoſpitalis Rhodi, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint: quodque de præceptoriis hujuſmodi ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exſiſtat, per quam in noſtris litteris non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios eumdem Aymarum, vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem præceptoriarum, juriumque & pertinentiarum præfatorum inducatis auctoritate noſtra, & defendatis inductum; amoto exinde quolibet detentore, faciendo ipſum vel dictum procuratorem pro eo ad præceptorias ipſas, ut moris eſt, admitti; ſibique de ipſarum præceptoriarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, aut ſi magiſtro vel conventui ſupradictis vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a prædicta ſede indultum exſiſtat, quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, nonis Junii, pontificatus noſtri anno quarto.

Copia proceſſus ſuper litteris Apoſtolicis præfatis.

Venerabilibus & diſcretis viris, domino Magiſtro & conventui hoſpitalis Rhodi prædictorum, etiam dignitates, perſonatus, præceptorias, adminiſtrationes, ſeu beneficia aut officia quæcumque obtinentibus in eiſdem, aut omnibus aliis univerſis, & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit, & quos infra dictum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, ad quorum notitiam præſentem proceſſum noſtrum, omnia & ſingula in eo contenta contigerit pervenire, Petrus de Magiſtro præpoſitus eccleſiæ ſancti Andreæ Gratianopolitanæ, executor ad infradicta, una cum infradictis collegis noſtris cum illa *a* clauſula, Quatenus eos, vel duo, aut unus, a ſede Apoſtolica deputati: ſalutem in Domino, & noſtris, immo verius

a Ex mſ. ſupplevimus vocem *clauſula*, quæ deerat.

ANNO CHRISTI 1415.

rius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Litteras sanctissimi in Christo patris & domini domini Joannis divina providentia Papæ XXIII. unam videlicet gratiosam cum filis sericis rubei croceique colorum, & alteram exinde exsecutoriam cum cordula cannabis veris bullis plumbeis ipsius domini nostri Papæ more Romanæ curiæ bullatas, sanas & integras, non viciatas, non cancellatas, non oblitas, non in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes, nobis pro parte venerabilis viri domini Aymari de Sossello præceptoris castellani nuncupati domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Scallis Gratianopolitanæ diœcesis, coram notariis, testibus infrascriptis præsentatas. Nos cum ea, qua decuit, reverentia noveritis recepisse, cujus quidem litteræ gratiosæ tenor sic incipit.

Joannes episcopus servus servorum Dei, dilecto Aymaro de *a* Castello præceptori Castellano nuncupato domus castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Scallis Grationopolitanæ diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, &c.

a Al, *Sossello.*

Alterius vero litteræ videlicet exsecutoriæ tenor sic incipit.

Joannes episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Augustensi, & dilectis filiis præposito sancti Andreæ Gratianopolitani, ac officiali Gebennensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus dilectus filius Aymarus de Sossello, *&c.*

Postquam litterarum Apostolicarum præsentationem & domini Aymari cum instantia debita requisiti, ut ad exsecutionem earum, & contentarum in eisdem procedere curaremus, juxta traditam seu directam a sede Apostolica nobis formam. Nos igitur Petrus exsecutor præfatus volentes tanquam obedientiæ filius mandatum Apostolicum supradictum ad instantiam dicti domini Aymari reverenter exsequi, ut tenemur: auctoritate Apostolica supradicta qua fungimur in hac parte, prout juxta formam & tenorem prædictarum litterarum Apostolicarum de jure possumus & debemus, præfatum dominum Aymarum in personam discreti viri domini Francisci de Stabulo notarii & civis Gebennensis procuratoris sui in corporalem possessionem, seu quasi, dictæ præceptoriæ castellaniæ nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani de Scallis Gratianopolitanæ diœcesis cum præceptorie ejusdem domus ejusdem sancti de Morento hospitalis, diœcesis & ordinis prædictorum & canonice annexa eidem domino Aymaro per dictum dominum nostrum Papam ut præmittitur, collatarum, & universorum jurium, & pertinentiarum earumdem per nostri bireti traditionem inducimus & investimus per præsentes de eisdem: vosque dominos magistrum, & conventum, & omnes alios & singulos supradictos, quibus noster præsens processus dirigitur, tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, communiter, & divisim, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infradictis sententiarum pœnis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dies post præsentationem seu notificationem prædictarum litterarum Apostolicarum, ac præsentis nostri processus vobis immediate sequentes: quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus; eumdem dominum Aymarum vel procuratorem suum ejus nomine, ad corporalem, realem, & pacificam possessionem præceptoriarum, juriumque & pertinentiarum prædictarum absque difficultate & oppositione quibuslibet recipiatis, & etiam admittatis, & per alios in quantum in vobis fuerit, faciatis recipi, & admitti: eidemque domino Aymaro vel procuratori ejus pro eo de ipsarum præceptoriarum earumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus universis & singulis, prout ad vos & vestrum singulos pertinet, & pertinebit, respondeatis integre, & faciatis ab aliis responderi, amoventes ab eis cum effectu quolibet illicito detentorem, quem nos etiam, in quantum possumus, auctoritate prædicta tenore præsentium amovemus, & denunciamus amotum. Quod si forte omnia, & singula præmissa non adimplaveritis, ut præfertur, vel monitionibus, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis, non parueritis cum effectu, aut aliquod contra ea & alia in prædictis litteris Apostolicis & præsenti nostro processu contenta feceritis, per vos vel alium, seu alios quoquo modo, in vos dominos magistrum, & singulos fratres, personas, conventus, hospitalis Rhodi sancti Joannis Hierosolymitani prædictos, necnon in singulas alias supradictas, ac impedientes, contradictores, & rebelles quoslibet, ac inobedientes, & contradicentibus dantes auxilium, consilium, & favorem publice, vel occulte, directe vel indirecte, ex nunc, prout ex tunc, singulariter in singulos prædictos sex dierum monitione in iis scriptis excommunicationis, in conventum vero prædictum suspensionis, & in ipsum monasterium interdicti sententias ferimus & etiam promulgamus. Ceterum cum ad exsecutionem hujusmodi mandati Apostolici ulterius faciendam nequeamus personaliter interesse, pluribus aliis negotiis occupati, venerabilibus & discretis viris dominis, priori de Licento sacristæ & curato *b* Stallarum, & priori dicti loci Gratianopolitanæ diœcesis, necnon universis & singulis dominis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, præpositis, cantoribus, succentoribus, scholasticis, sacristis, thesaurariis, canonicis tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum, officialibus, curatis, & non curatis, capellanisque perpetuis, notariis & tabellionibus publicis per civitatem & diœcesim Colocensem, & alibi ubilibet constitutis, & eorum quibuslibet super ulteriori exsecutione dicti mandati Apostolici atque nostri, tenore præsentium committimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas: quos & eorum quemlibet primo, secundo, tertio, & peremptorie requirimus & monemus, eisdem nihilominus & eorum cuilibet in solidum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis districte præcipiendo mandamus, quatenus ipsi vel eorum alter fuerit requisitus, ita quod alter alterum non exspectet, nec unus pro alio se excuset, ad vos dominos magistrum & conventum prædictos, & omnes alios & singulos supradictos, necnon ad personas & loca quæcumque de quibus expediens fuerit, personaliter accedant vel accedat; & prædictas litteras Apostolicas & hunc nostrum processum, & omnia, & singula in eis contenta legant, intiment, & fideliter publicare procurent. Quodque ipsum dominum Aymarum vel procuratorem suum ejus nomine, & pro ipso in ipsarum præceptoriarum, jurium, & pertinentiarum earumdem corporalem possessionem inducant & defendant inductum, amoventes deinde quoslibet detentores, quos etiam nos tenore præsentium amovemus & denunciamus amotos; sibique vel ejus procuratori pro eo de ipsarum præceptoriarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis respondeant, quantum in eis erit, & faciant ab aliis integre responderi. Et nihilominus omnia alia & singula nobis in hac parte commissa plenarie exsequantur, & quæ pro ulteriori exsecutione dicti mandati Apostolici, atque nostri erunt necessaria, seu etiam opportuna. Ita quod ipsi subdelegati nostri, aut quicumque alii nihil in præjudicium ipsius domini Aymari attentare valeant, nec in processibus nostris hujusmodi per nos habitis, & sententiis latis aliquid absolvendo, vel suspendendo immutare. Et si contingat vos præmissorum in aliquo procedere, de quo vobis potestatem plenariam observamus, non intendimus propterea commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem & expressam in nostris litteris fecerimus mentionem. Per hunc autem nostrum processum nolumus, nec intendimus nostris in aliquo præjudicare collegis; quominus ipsi, vel eorum alter, servato tamen hoc nostro processu, possent in hujusmodi

b Mss. *Scelarum.*

exse-

ANNO CHRISTI 1415.

exsecutionis negotio per se, vel alium, seu alios procedere, prout eorum alteri visum fuerit expedire; præfatas quoque litteras Apostolicas, & hunc nostrum processum, & omnia & singula hujusmodi nostrum negotium tangentia penes dictum dominum Aymarum, vel ejus procuratorem volumus remanere, & non per vos vel quemcumque alium contra ipsorum voluntatem quomodolibet detineri: in contrarium vero facientes, dicta canonica monitione præmissa, præfatis nostris litteris, sententiis, prout infrascriptæ latæ sunt, volumus subjacere. Mandamus tamen vobis copiam fieri de præmissis, si eam petierint, & habere voluerint, vestris tamen sumptibus & expensis. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquas incurrerint quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium omnium & singulorum præmissorum præsentes litteras, sive præsens publicum instrumentum processum nostrum hujusmodi in se continentes seu continens fecimus fieri, per notarium publicum infradictum subscribi & publicari mandavimus, nostrique sigilli jussimus appensione communiri. Datum & actum Gebennæ infra Cappellam beatæ Mariæ Virginis juxta ecclesiam Gebennensem, per reverendissimum in Christo patrem & dominum dominum Joannem episcopum Ostiensem S. R. E. cardinalem & Vicecancellarium; fundatum & datum die XXII. mensis Septembris anno a Nativitate Domini MCCCCXIII. indictione sexta cum eodem anno suprascripta, pontificatus præfati domini nostri Papæ anno IV. præsentibus notabilibus & discretis viris Guillelmo de Ponte Vitrio, Porcevallo de Archuchen domicellis, Nicoleta de Viriaco de Vardemen, & Joanne de Clauso de Bona, clericis & notariis publicis, testibus vocatis ad præmissa specialiter & rogatis.

Et ego Joannes de *a* Villincont de Blachio clericus Gebennensis diœcesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, prædictarum litterarum Apostolicarum præsentationi & receptioni, monitionibus & mandatis, requisitionibus & sententiarum promulgationibus & commissioni; necnon omnibus aliis & singulis præmissis dum sic per dictum dominum præpositum exsecutorem præfatum, & coram, ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum prænominatis testibus, sub anno, die, mense, indictione, pontificatu & loco prædictis, præsens fui, & ea omnia de ipsius domini exsecutoris mandato in notam recepi & publicavi, & exinde hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque meo solito, una cum ipsius domini exsecutoris sigilli appensione signavi requisitus, & rogatus in testimonium omnium & singulorum præmissorum.

a Mss. *Guillement.*

Ex ms. Victorino,

Die XVIII. ejusdem mensis Maji Archiepiscopus Rigensis venit Constantiam ad Concilium ab oppido Celle, & retulit Deputatis Nationum statum D. N. Papæ. 1. Quod erat hospitatus in villa Celle, in una hostellaria, nec erat sub tuta custodia, & quod providerent. 2. Quod Papa se recommendabat Prælatis existentibus in Concilio, & multum amare flebat, & graviter pœnitebat de commissis per eum vocatum, & quod Concilium compateretur sibi, & cum eo melius egeret, ut posset.

Item, XIX. ejusdem mensis in die Pentecostes, Episcopus Tholonensis, & alii Deputati pro asservatione D. N. P. adierunt ad villam Cellæ, & XX. die sequenti, expositis causis quare venerant per os Episcopi Tholonensis, Papa cœpit amarissime flere; & illa die dicti Deputati dederunt licentiam omnibus familiaribus Papæ, qui licentiam ceperunt ab eo, cum ingentibus gemitibus, clamoribus, & doloribus tam ipsorum, quam circumstantium omnium; & Papa excusavit se suis familiaribus; nam displicebat sibi, quod non habeat, unde posset eis satisfacere, vel aliquid dare, cum nihil plus haberet. Item, illa die ipse Tholonensis Episcopus recepit plumbum, sive bullam a manu D. Papæ per ordinationem Concilii, & illam misit Deputatis Concilii, Constantiensis interclusam sub sigillo.

Item, die XXIV. dicti mensis, quia Papa non erat sub tuta & satis arcta custodia, fuit inclusus in quadam turri ipsius villæ de Cella, ut dicitur, fortissima, & fuerunt ordinati CCC. Hungari armati ad custodiam Papæ ex ordinatione Concilii. Item, ea die Episcopus Tholonensis venit Constantiam, & attulit cedulam de oblationibus Papæ sub forma, quæ sequitur.

Anno Domini MCCCCXV. Indict. 8. die XXIV. Maji in oppido Celle Constantiensis diœcesis D. Joannes Papa XXIII. auditis RR. in Christo PP. DD. Cardinalibus de Ursinis, de Cameraco, de Chalanto, Salutiarum, & Florentino, ibidem & in præsentia ipsius D. Papæ constitutis, qui ad eum ex parte Collegii venerant, & per eumdem D. Papam lecta quadam cedula, quæ fuit advisata super modo procedendi ad sententiam, quam formavit sacrum Concilium Constantiense contra ipsum D. Papam; dixit & respondit qualiter miserat ad dicendum certis Prælatis sacri Concilii per venerabiles fratres suos Vitalem Tholonensem, & Fredericum Augustensem Episcopos, & per dilectum filium Joannem Phiton Sarisburiensem Canonicum, quod volebat & præsentialiter vult in omnibus stare, & se conformare omnino ordinationi, deliberationi, & determinationi dicti sacri Concilii: quodque, sicut præfertur, misit ad dicendum, ita ipsis DD. Cardinalibus dicit, spondet, & promittit prompto corde, animoque volenti, quod facere vult bona fide: & in casu quo placeret dicto sacro Concilio, quod ipse D. Joannes cedat Papatui, paratus est statim juxta deliberationem & voluntatem dicti sacri Concilii, & in his omnibus securitatem sibi possibilem vult dare, quod nullo unquam tempore per se, vel alium, directe, vel indirecte veniet contra dictam cessionem.

Porro si omnino dictum sacrum Concilium voluerit procedere ad suam sententiam super amotione ejusdem D. Joannis a Papatu, affirmavit & affirmat, quod non vult reclamare, nec reclamabit contra dictam sententiam proferendam; quin immo ipsam ratificabit, & approbabit, eamdem acceptabit, & in quantum in se fuerit, confirmabit, & omologabit, omni modo, via, & forma, quibus melius & utilius dicto sacro Concilio videbitur expedire. Rogat tamen effectuosissime per viscera misericordiæ D. N. J. C. dictos Prælatos, & alios quosvis de dicto sacro Concilio, quod dignentur & velint commendatum habere honorem suum, personam, atque statum, nullam tamen læsionem unioni ecclesiæ præferendo. Serenis. vero Regiam Majestatem invocando pro suffragio, & auxilio opportuno. Offerens se promptum ad prædicta peragenda personaliter ad Constantiam civitatem, vel ad alium locum, prout placebit dicto sacro Concilio, adimplere, præsentibus RR. PP. DD. prædictis, & Alberto Alliensi Episcopo, venerabilibusque DD. Joanne Phiton supradicto, & Guillelmo Clyn sacræ paginæ professore, Ragimancho de Rechis in Decretis Licentiato, D. Alberto de Worchemburg, Petro Gavetani in Decretis Baccalaur. & Pontio Gaudo: in quorum testimonium præfat. D. Joannes Papa hic inferius manu propria se subscripsit. Ego Joannes XXIII. Papa prælibatus, prædicta per alium de mandato meo scripta approbo, & confirmo, ac sponte & libere volo adimplere cum effectu, & ad robur præmissorum manu propria me subscripsi. Balthasar.

SESSIO XI.

Die sabbati vicesimaquinta mensis Maji supradicti, fuit tenta sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi supradicta, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, & erat ibidem præsens serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex in insigniis regalibus cum nobilibus suis sibi ministrantibus.

Ex prima editione.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Cui astabant inter cardinales dominus Angelus episcopus Prænestinus, Laudensis vulgariter *b* dictus, & Jordanus Albanensis de Ursinis cardinalis. Præsentibus-

b Forte, *nuncupatus.*

ANNO CHRISTI 1415.

busque aliis dominis cardinalibus, videlicet Francisco Venetiarum, Antonio Aquilejensi, Alamanno Pisano, Petro Cameracensi, Branda Placentino, Antonio de *a* Salancho, presbyteris, Amedeo Salutiarum, Raynaldo de *b* Branckasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Lucido de Comite, & Francisco Florentinensi, & Odone de Columna, diaconis cardinalibus. In qua quidem sessione fuit cantata Missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum episcopum Atrebatensem. Qua cantata, fuerunt lectæ litaniæ more solito cum introitu, *Exaudi nos Domine*, & collectis ac evangelio & hymno, *Veni creator Spiritus*, & aliis ad hoc requisitis. Quibus factis, cantatis & dictis, honorabilis vir magister Henricus de Piro promotor & procurator causarum & negotiorum Concilii, surrexit & proposuit, quod pro parte sanctæ Synodi Constantiensis præsentis fuissent dati certi articuli, formati pro inquisitione facienda contra dominum Joannem Papam vicesimumtertium, super notoria dilapidatione & mala administratione, fautoria schismatis, crimineque hæresis, vita scandalosa & incorrigibilitate ipsius Joannis, in bonis ecclesiæ & statu papali per ipsum Joannem factis, habitis & perpetratis; dictasque positiones & articulos fore probatos per plures & diversos notabiles testes, quorum aliqui cardinales, aliqui archiepiscopi, aliqui episcopi, & per alios magnos viros. Quapropter dictos articulos & eorum attestationes in summa per dominos commissarios pronunciari, legi & referri Concilio petiit: ipsique Joanni Papæ cum hoc statui & præfigi terminum condecentem ad audiendam sententiam diffinitivam per sanctam Synodum, & super hoc aliquos deputari, qui ipsum ad hoc requirant, instanter postulavit. Et alias dixit, fecit & protestatus fuit, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur. Qua petitione facta, ascenderunt ambonem domini commissarii: videlicet dominus Jordanus de Ursinis cardinalis prædictus, absente Guillelmo sancti Marci cardinale propter ejus infirmitatem; Andreas alectus Poznaniensis, & Bartholdus de Wildungen auditor, dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, Joannes da Bononia de *c* commissariis.

a Al. *Chalanes.*
b Al. *Brancatiis.*
c Al. *Zernariis*, & *Tomeriis*.

Ex prima editione.

In qua quidem sessione fuit cantata Missa de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum episcopum Atrebatensem. Qua cantata, legebantur litaniæ & alia in sessionibus fieri consueta. His autem peractis, dominus Andreas electus Poznaniensis legebat articulos formatos contra dictum Joannem Papam & singulo articulo lecto, dominus Bartholdus Wildungen auditor in summa dixit & declaravit, si articulus erat probatus, exponens per tot testes cum eorum quantitate, qualitate & dignitate. Quibus articulis & summariis attestationum expositis, fuit ad instantiam ipsius promotoris commissum eisdem deputatis, ad portandum dictos articulos Papæ & summaria, ad respondendum eisdem, & eumdem ulterius citandum ad audiendam sententiam ad proximam sessionem.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Pro die Lunæ proxime futura, prout in schedula quam reverendissimus pater dominus Joannes Patriarcha Antiochenus de verbo ad verbum legebat, infrascripti tenoris. Quibus articulis, summariis, ac commissionibus lectis.

Ex prima editione.

Post hæc autem fuit petitum per procuratorem Concilii, an placeret omnibus, quod fieret processus juxta per eum petita. Et primo dominus Joannes episcopus Ostiensis respondit pro collegio & seipso, quod placeret. Subsequenter ipsi existentes in ambone, videlicet archiepiscopus Mediolanensis pro natione Italica, Andreas Poznaniensis electus pro natione Germanica, abbas sancti Lupi pro natione Gallicana, Thomas Polton protonotarius pro natione Anglicana, responderunt, Placet: *& ulterius universaliter per totius Synodi supposita responsum fuit*, Placet.

Ex collectione Barberiniana, & mss. tribus Germanicis.

Quibus sic peractis, statim idem reverendus pater dominus Andreas electus Posnaniensis quoddam decretum pro approbatione scripturarum, & deputationis de simili mandato protonotariorum & notariorum alta & intelligibili voce de verbo ad verbum ut infra sequitur. Quo decreto lecto & publicato, fuit petitum per procuratorem prædictum, an placeret omnibus, prout pronunciatum & publicatum extitit. Et primo respondebat dominus Joannes Ostiensis pro collegio reverendissimorum dominorum cardinalium & pro se ipso, quod placet: subsequentar ipsi in ambone existantes, videlicet archiepiscopus Mediolanensis pro natione Italica, *Placet*. Andreas Posnaniensis pro natione Germanica respondit, *Placet*. Thomas Poltensis pro natione Anglicana, *Placet*. Abbas sancti Lupi pro natione Gallicana, *Placet*: & ulterius universaliter per totius Synodi supposita responsum fuit, *Placet*. Super quibus, &c.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Super quibus omnibus & singulis magister Henricus de Piro promotor petiit sibi nomine Concilii fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta, per protonotarios & notarios Synodi & nationum, & alios notarios & tabelliones ibidem existentes. His expeditis, dominus Benedictus Gentiani ambaxiator studii Parisiensis recommendavit Universitatem Concilio; & ostendebat certam litteram missivam directam Synodo, quam de mandato Concilii legebat in ambone: præsentibus ibidem venerabili & religioso viro domino Philiberto magno magistro de Rhodis, Henrico Rompoli duce de Zagan, Joanne Jacobo comite Aquæsanensi filio marchionis Montisferrati, Guntero comite de Zvartzburg, comite de Dochemburg, Friderico duce Austriæ, comite Bertholdo de Ursinis, Joanne comite de Frideburg, ambaxiatoribus Franciæ, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, *d* Svaciæ, Cypri, Navarræ, regum, aliisque nobilibus in numero copioso.

d Forte, *Suediæ*.

Tenores petitionum, articulorum, commissionum ac litteræ missivæ, de quibus supra fit mentio, sequuntur & sunt tales.

Ex mss. Card. Capraniæ & duobus Germanicis.

CORam vobis sancta Synodo Constantiensi Universalem ecclesiam repræsentante, hic in Spiritu sancto legitime congregata, Henricus de Piro licentiatus in decretis, & Joannes de Scribanis de Placentia, promotores & procuratores hujus ejusdem sanctæ Synodi, dant, & exhibent capitula, positiones & articulos infrascriptos; ad quos probandum se admitti petunt, citra onus superfluæ probationis.

In primis denunciant, dicunt, asserunt, ponunt, & si necesse fuerit, probare intendunt, quod dominus Papa Joannes vicesimustertius a tempore juventutis suæ, seu dum Baltassar de Cossa appellabatur, fuit homo malæ indolis, inverecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis & inobediens, plerisque vitiis deditus, ac talis & pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus & reputatus ab omnibus ipsius notitiam habentibus; & adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur pro tali, & ut talis: ac fuit & est de præmissis manifeste ac palam, publice & notorie diffamatus.

Iste primus articulus probatur verus & notorius per duos cardinales, per unum protonotarium, per duos auditores, per unum clericum cameræ, per unum licentiatum in decretis, per unum archiepiscopum, per unum scriptorem & abbreviatorem, & per unum procuratorem unius magni ordinis, per unum canonicum unius magnæ ecclesiæ Metropolitanæ, per unum episcopum, & per multos alios notabiles viros de auditu, publica voce & fama.

Item,

ANNO CHRISTI 1415.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa, tunc Balthassar Cossa appellatus, per hujusmodi illicitum quæstum & simoniacam pravitatem & procuratorem & mediationem simoniarum & alia media illicita, in paucis temporibus acquisivit & congregavit multam iniquitatis mammonam, copiosumque pecuniæ thesaurum, propter quod extunc divitis nomen & statum assumpsit, & ædificia sibi comparavit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium; sicque, ut præmittitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum communiter ab omnibus ipsius notitiam habentibus: & adhuc dicitur, tenetur, creditur, & reputatur: & fuit & est de præmissis diffamatus manifeste, publice, palam & notorie

Secundus articulus probatur per duos cardinales de notorietate & veritate, & per alios duos cardinales, de auditu, publica voce & fama: per unum archiepiscopum, per unum episcopum, per duos auditores de veritate & notorietate, & per quamplures alios notabiles viros & omni exceptiona majores, de publica voce & fama.

Item, quod deinde præfatus dominus Joannes Papa, tunc Balthassar nuncupatus, mediante hujusmodi simoniaca & damnata pecunia, promotus fuit ad cardinalatum, pro quo solvit magnam pecuniarum summam: & appellatus fuit dominus Balthassar cardinalis sancti Eustachii. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium, ac de ipsis omnibus idem dominus Joannes fuit & est diffamatus palam, publice, &c.

Tertius articulus probatur per unum cardinalem, quod publice & notorie hoc tenabatur in curia Romana; per unum cardinalem probatur de varitate, & per alium cardinalem publice diffamatum & notorium, per unum archiepiscopum de veritate. Similiter per unum procuratorem unius magni ordinis, & per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatinoa.

Item, quod postquam dictus dominus Balthassar, tunc cardinalis sancti Eustachii appellatus, civitatem Bononiensem ut legatus fuisset ingressus, vias tyrannicis quærens terras ecclesiæ, & cives & habitatores earum modo inhumano, impie, inique, & crudeliter rexit & gubernavit; & a Christiana pietate & justitia divina humanaque totaliter alienus, diversas datias, gabellas, exactiones, extorsiones & onera insupportabilia eis imposuit, & aliarum exactionum & onerum alias inauditorum fuit inventor. Et tam per illos modos consimiles & exactiones nimium onerosas per tyrannidem & de facto talitar subditos oppressit, quod dictos civitatem, comitatum & terras ecclesiæ, ac cives depauperavit, devastavit & depopulavit, ita quod tempore sui regiminis, mala, tyrannica & violenta sua gubernatione causantibus, multi fuerunt mortui, multi profugi, multi exsules, banniti & exhæredati, depauperati & deperditi. Et ita, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum, & communiter ab omnibus divulgatum; & adhuc dicitur, craditur & reputatur, ac fuit & est verum. Ipseque dominus Joannes de præmissis omnibus fuit & est gravitat diffamatus palam, publica & notoria.

Quartus articulus probatur vetus per unum archiepiscopum, per unum protonotarium, per duos episcopos verus & notorius, per duos auditores verus & notorius. Similitee per unum scriptorem littararum Apostolicarum & per multos alios de auditu, publica voce, fama, & communi reputationa.

Item, quod dictus dominus Joannes tunc Balthassar appellatus tantum practicare scivit, quod post mortem bonæ memoriæ Alexandri Papæ quinti in Romanum pontificem electus exstitit, & se Joannem Papam vicesimumtertium appellavit, & ab aliis nominari & appellari se fecit: & dum crederetur mutatione nominis homo de vitiis ad virtutes mutatus, fuit fallax opinio. Quin immo contra sanctorum patrum decreta, & contra laudabiles Romanæ ecclesiæ consuetudines veniendo, velut paganus divina officia contempsit: officium pastorale non debita in divinorum administratione exercuit: Missis & Vesperis papalibus interessa non curavit: horas canonicas dicera, jejunia, abstinentias, carimonias, & alias canonica instituta, ad quæ homines Christiani, & præsertim clerici & ecclesiastici adstringuntur, juxta formam ecclesiæ servare sprevit. Et si aliquoties celebravit, hoc fuit currenter more venatorum & armigerorum; & plus, ne culparetur totalitar de hæresi, & ne expelleretur de papatu, quam devotionis vel caritatis causa. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur; itaque de eis fuit & est publica vox & fama.

Quintus articulus probatur per duos cardinales verus: quoad secundam partem probatur verus & notorius: & per unum archiepiscopum, per unum procuratorem unius magni ordinis, per unum licentiatum in decretis, & per multos alios viros de auditu, publica voce & fama & notorietste.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa fuit & est pauperum oppressor, justitiæ persecutor, iniquorum columna, simoniacorum statua, carnis cultor, vitiorum fæx, a virtutibus peregrinus, consistoria publica fugiens, ac totus somno & aliis carnalibus deditus desideriis, vitæ & moribus Christi totus contrarius, infamiæ speculum, & omnium malitiarum profundus adinventor: adeo & in tantum ecclesiam Christi scandalizans, quod inter Christi fideles vitam & mores suos cognoscentes, vulgaritar dicitur diabolus incarnatus.

Sextus articulus probatur per unum archiepiscopum de veritate. Similiter per unum episcopum, per duos auditores, per unum magnum procuratorem, & unum magnum priorem, per unum scriptoram & abbreviatorem littararum Apostolicarum de varitate & notorietate, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & notorietata.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa vas omnium peccatorum, repulsis dignis, pro pecuniis indignos ad officia & beneficia promovit, dans gratias non gratis, Beneficia vacantia, prælaturas & dignitates ecclesiasticas non magis meritis, sed plus offerenti post venditionem expositam contulit & conferri mandavit: litterasque bullatas per mercatorum & nummulariorum manus, ut de marcibus mercari solitum est, vendidit atqua vendi jussit & mandavit. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, a habitum & raputatum; atque fuit & est verum, publicum & notorium.

Septimus articulus probatur per duos cardinales de varitate & notorietate, & similiter per tres episcopos, per unum auditorem, per unum magnum procuratorem, per unum clericum cameræ.

Item, de veritate probatur per unum scriptorem litterarum Apostolicarum, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in Romana curia, per unum magnum procuratorem unius magni ordinis, & per quamplures alios de publica voce & fama, & similiter notorietate & communi reputationa.

Item, quod per præmissa in clero & in populo, totaque universali ecclesia, grave scandalum, gravisque domini Joannis Papæ & curiæ Romanæ infamia, exortum fuit & suscitatum, atque exorta & suscitata.

Octavus articulus probatur per unum cardinalem de veritara & notorietate, & per unum magnum magistrum, & etiam unum magnum priorem.

Item, quod proptar hæc & alia raverendissimi patres & domini sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales dictum dominum Joannem Papam vicesimumtertium, anno primo Pontificatus sui, inter se & ipsum solum fraternaliter diversis vicibus corripuerunt, ipsumqua precibus humilibus & devotis atque salutaribus monitis, cum instantia requisiarunt, ne Romanam & Universalem ecclesiam, per hujusmodi spiritualium merces & venditiones scandalizaret: & sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Nonus articulus probatur per quinque cardinales de veritate, per unum archiepiscopum, & per multos alios de auditu, publica voca & fama a cardinalibus.

Itam, quod dictus dominus Joannes Papa ob præmissam fraternam monitionem, animum in aliquo non mutans, avaritiæ cæcitata infectus, ex post continue pristina simoniarum mercimonia continuans, pejora prioribus perpetravit: & ubi prius sub typo justitiæ, non nisi

a Al. creditum.

ANNO CHRISTI 1415.

nisi suis familiaribus commensalibus datam coronerionis suæ in exspectativis gratiis dare confinxit, postea post fugam ab urbe Romana cuilibet indifferentet pro certa florenorum summa, videlicet pro viginti quinque florenis auri de camera, dicta coronationis data publicæ venditioni exponebatur, in scandalum sedis Apostolicæ & totius fidei Christianæ. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Decimus articulus probatur per unum archiepiscopum, per duos episcopos, per unum protonotarium, per unum auditorem, per unum magnum procuratorem, per unum magnum priorem, per unum decretorum doctorem & magnum officialem in curia, & per unum præceptorem & decretorum doctorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa in viriis invalescens fortius, & non se corrigens, certos referenderios & cubicularios ac secreterios creavit, fecit & ordinavit mediatores, proxenetas ac procuratores pinguium & grosserum simoniarum ecclesiarum cathedralium, abbatiarum, monasteriorum, prioratuum & beneficiorum vacantium & reservatorum. Quodque subinde mediorum fructuum nondum natorum vel perceptorum, ante supplicationem vel saltem recuperationem litterarum Apostolicarum, impetrantem solvere oportuit certam summam ex pacto. Et nisi impetrans mox solvisset, rediit vacuus absque cujusvis onere provisionis. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Undecimus articulus probatur per unum cardinalem de veritate, & per unum alium cardinalem de veritate & notorietate, et per unum archiepiscopum et unum episcopum, & per duos auditores de veritate & notorietate & per unum secretarium Papæ de veritate: similiter & per duos litterarum Apostolicarum scriptores, & per unum procuratorem in curia, & per unum magnum præpositum, & similiter per unum magnum procuratorem unius magni ordinis; & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod idem dominus Joannes Papa registratoribus litterarum Apostolicarum per expressum inhibuit, ne cuiquam sumptum ex registris litterarum Apostolicarum traderent, nisi prius & ante omnia pecuniam promissam solutam fore probaretur: propter quod multos litigantes, qui tantam summam solvere non potuerunt, in clara sua justitia ob probationis defectum succumbere oportuit. Sicque avaritia & malitia dicti Joannis Papæ causantibus, iniquitas æquitati prævaluit, & beneficia possessa fuerunt absque canonico titulo contra canonicas sanctiones palam, publice ac manifeste.

Duodecimus articulus probatur per duos auditores, per unum litterarum Apostolicarum scriptorem, per unum magnum procuratorem ordinis, & per unum procuratorem in curia Romana, & per unum notabilem præpositum & multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod dictus Joannes Papa ultra in supra proximo articulo nominatos, certos in Romana curia deputavit mercatores, qui beneficia vacantia curiæ tribus vel pluribus diebus ad libram ponderarent, & plus offerentium supplicationem reciperent, & signari facerent, in dedecus sedis Apostolicæ & perditionem animarum multarum. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Tertiusdecimus articulus probatur per unum protonotarium, duos episcopos, & per unum litterarum Apostolicarum scriptorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod supradictus dominus Joannes Papa, ne aliqua supplicatio absque simonia & solutione signaretur, omnibus & singulis referendariis injunxit, ut nullus sibi supplicationem aliquam signandam præsentaret, nisi nomine referendarii eam præsentantis signata esset. Quodque nullus quamcumque supplicationem de vacantiis signari obtineret, nisi valorem totius vel mediæ summæ in supplicatione prius realiter recepisset, & ipsi Papæ responderet & traderet. Alioquin talis referendarius haberet tantumdem solvere de bono suo proprio, in pœnam transgressionis hujusmodi prætensi mandati Apostolici. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quartusdecimus articulus probatur per unum protonotarium, per unum episcopum, per unum auditorem, per unum magnum priorem, per unum litterarum Apostolicarum scriptores, & quamplures alios de auditu a referendariis; ac etiam alios episcopos & auditores de veritate & notorietate, publica voce & fama, &c.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa ultra præmissa, sæpe & sæpius contra Deum & propriam conscientiam suam ementibus plerisque bullas suas vendidit. In quibus scripsit beneficia obtinentes & officia ea in suis manibus resignasse, & tunc se per hujusmodi confictam & mendosam resignationem, quæ nunquam accidit, contulit vel conferri mandavit pro pecuniarum certa concordata quantitate, multos sic funditus usque ad mendicitatem depauperando, palam, publice & notorie.

Quintusdecimus articulus probatur per duos cardinales de veritate & notorietate, per unum episcopum, per duos auditores, per unum clericum cameræ, per unum secretarium Papæ, & per unum procuratorem unius ordinis, per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod per hoc dabatur occasio multa beneficia tenendi, conscientiam laxandi, & temeritas timorem Dei postponendi: deveniretque res ad tantum, ut qui majorem summam in supplicatione expressit & exsolvit, signaturam absque difficultate obtinuit. Idem de sacramentis, indulgentiis, dispensationibus & aliis ecclesiasticis & spiritualibus donis. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice & notorie.

Sextusdecimus articulus probatur per unum cardinalem de veritate, per duos auditores, per unum magnum præpositum, per unum licentiatum in decretis, per unum archiepiscopum & unum magnum procuratorem unius ordinis, per unum *a* præceptorem decretorum doctorem, per unum episcopum, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

a Al. *procuratorem*.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa unum & idem beneficium sæpius pluribus diversisque personis, vel etiam uni & eidem repetitis vicibus vendidit, & plerumque uni venditum, per anticipationem antedatam alteri ementi conferebat. Et similiter de gratiis exspectativis, declarationibus & subrogationibus per impositionem silentiorum, jus jam quæsitum absorbuit. Per quæ quasi tota ecclesia est labe simoniaca deturpata, indignis repleta, tam in superioribus, quam in inferioribus prælatis: omnique gradu ecclesiastico lacessita, & per consequens quasi irreparabiliter scandalizata.

Decimusseptimus articulus probatur per testes superius nominatos et quamplures alios.

Item, quod dictus Joannes Papa canonice electos idoneos, usque ad saturitatem appetitus sui solvere non volentes, confirmare recusavit. Quodque indignos et minus idoneos, ad summas desideratas ascendentes, scandalose duxit promovendos, et promovit: plerosque etiam invitos de suis ecclesiis transtulit, ut viduatas vendere posset, in dedecus et scandalum Christi fidelium plurimorum, manifeste, etc.

Decimusoctavus articulus probatur per testes jam nominatos, et quamplures alios.

Item, quod deinde dominus Joannes Papa prædictus, Concilio Pisano adstrictus pro reformatione ecclesiæ in capite et in membris, in urbe Romana Concilium generale convocavit, et in pluribus sermonibus etiam ante et post publice correptus et monitus, minime se emendavit.

Quin immo temporis successu continue diabolico instinctu incorrigibilis, pejora prioribus perpetravit: et sic fuit et est verum, etc.

Decimusnonus articulus probatur per tres cardinales, per duos auditores, per unum secretarium Papæ, per unum archiepiscopum, per unum licentiatum in decretis, per duos episcopos, per unum procuratorem unius ordinis, et per unum procuratorem in curia, et

per

per alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod dictus dominus Papa Joannes indulgentias in mortis articulo, prædicationem crucis, item a pœna & culpa absolutiones, ecclesiarum & altarium portatilium concessiones, & episcoporum consecrationes, & abbatum benedictiones, reliquias sanctorum, ordines sacros, potestatem in confessionibus absolvendi a peccatis, actusque qui per solas Spiritus sancti operationes ad gratiam ministrari debeant, pecunia vendidit oumenata; per quæ de novo ecclesia sancta Dei in persona dicti domini Joannis Papæ graviter diffamata fuit, & notorie scandalizata.

Vicesimus articulus probatur per unum cardinalem, per unum archiepiscopum, per duos episcopor, & duos auditores, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in curia, & per plures alios de auditu, publica voce & fama atque communi reputatione.

Item, quod anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, & de mense Augusti ejusdem anni, quidam Nicolaus de Pistorio mercator Florentinus, & dicti domini Joannis Papæ assertus secretarius, laicus conjugatus, nuncius & delegatus Apostolica per dictum dominum Joannem Papam tunc deputatus, venit ad partes Brabantiæ habens ab eodem domino Papa potestatem exigendi & percipiendi quoddam subsidium, quod fuit decima pars fructuum omnium beneficiorum in Cameracensi, Tornacensi, Leodicensi, Trajectensi, civitatibus & diœcesibus. Quodque non solventes excommunicare posset per certum ad hoc deputatum, vel deputandum subdelegatum; ac suspensionem in collegia, conventus & capitula, interdictique sui sententias in eorum ecclesias, qui sibi hujusmodi fructuum pecuniam non traderent: per quod ecclesiastica censura ad ludibrium & derisum, & tota septentrionalis ecclesia graviter fuit & est enormiter scandalizata.

Vicesimusprimus articulus probatur per unum cardinalem, per tres episcopos, unum auditorem, unum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama & comuni reputatione.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa supradicto Nicolao mercatore, ut præfertur, in legatione existente, concessit, indulsit & commisit, ut idem Nicolaus quibuscumque hominibus utriusque sexus ad suæ libitum voluntatis deputare posset confessores. Et quod hujusmodi confessores deputati absolvere possent a pœna & a culpa, certis tamen pecuniis taxatis mediantibus. Quas quidem prætensas indulgentias idem mercator publicavit et publicari fecit in certis locis, civitatibus & villis, utpote Trajecti, Mechliniæ, Antverpiæ, & alibi: de quibus maximas pecuniarum summas exhausit & extorsit, Christi fideles seducendo, ac statum & a vitam totius ecclesiæ catholicæ scandalizando.

a Al. *vitam*.

Vicesimussecundus articulus probatus per duos episcopos, per unum auditorem, & unum procuratorem in curia Romana, & per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria, atque pro veris, publicis & notoriis apud clerum & populum civitatum & diœcesum prædictarum, cunctosque Christi fideles ibidem asserta, credita, dicta, visa, audita, pelpera, & ut talia habita et reputata. Atque de ipsis et eorum quolibet fuit et est publica vox et fama, fuitque et est de præmissis omnibus et singulis dictus dominus Joannes publice diffamatur.

Vicesimustertius articulus refert se ad deposita per eos.

Item, quod de anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, pontificatus dicti domini Joannis Papæ anno tertio, nonnulli ambaxiatores tam ex parte illustris regis Francorum & prælatorum regni Franciæ, quam ex parte almæ Universitatis studii Parisiensis, Romæ apud sanctum Petrum in palatio Apostolico et in camera magna paramentorum et multitudine cleri et nobilium ibidem in publica audientia congregata. dicto domino Joanni Papæ vicesimotertio diffamatam simoniam, malamque vitam, malamque suam famam per totum universum orbem divulgatam exposuerunt: asserentes ob id mirabiliter ecclesiam Dei scandalizatam: monentes sæpe et sæpius caritative, et requirentes eumdem Papam Joannem, quatenus a simoniæ mercibus cessaret, atque fructus antefiendo, gratias et signaturas, et antequam beneficiandus percepisset eosdem, cameræ Apostolicæ solvendos et dandos, tolleret et resecaret, seque in vita et moribus emendaret, cum frequenti instantia fuerunt exhortati. Sicque fuit et est verum, publicum, etc.

Vicesimusquartus articulus probatur per quinque cardinales, quatuor episcopos, tres auditores, per unum secretarium Papæ, per unum clericum cameræ, per unum licenciatum in decretis, per unum procuratorem unius ordinis, et per unum protonotarium, et quamplures alios de auditu, publica voce et fama & communi reputatione.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa XXIII. a supradictis et nonnullis aliis prælatis et ambaxiatoribus, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, quam etiam doctoribus et magistris universitatum, humili et devota monitione correptus, a criminibus prædictis et e scandalis prædictis non cessavit, immo continuavit mala prioribus accumulando. Et sic fuit et est verum, publicum, etc.

Vicesimusquintus articulus probatur per quatuor cardinales, per quatuor episcopos, tres auditores, episcopum & unum magnum priorem, per unum secretarium Papæ, per unum clericum cameræ, per unum protonotarium, & quamplures alios de fama & credulitate.

Item, quod idem dominus Joannes vicesimustertius fuit & est de præmissis omnibus & singulis publice & notorie per totum Mundum & cuncta Christianitatum regna totaliter diffamatus & promulgatus, atque pro tali & ut talis in Romana curia & extra, ubicumque ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus; atque tenetur, habetur & reputatur pro tali & ut talis, palam & publice.

Vicesimussextus articulus probatur per testes proxime nominatos.

Item, denunciant, ponunt, & probare intendunt, quod supradictus dominus Joannes Papa bona temporalia ecclesiæ Romanæ, urbem videlicet Romanam & patrimonium ecclesiæ in Italia, pessime & scandalose rexit, oppressiones, angarias & gabellas, ut thesaurizaret, adauxit, & aliqua de novo adinvenit: totamque subditorum substantiam, quantum in eo fuit, exhausit, & sibi imbursavit. Ipsosque ecclesiæ subditos depauperavit, turbia lucra undique scandalose recolligens: plurasque terras Romanæ ecclesiæ sine evidenti necessitate vel utilitate hypothecavit & impignoravit, aliquas vero perpetuæ alienationis titulo distraxit. Et cum communi Florentinensi de alienando Bononiam tractavit, urbemque Romanam & terras patrimonii ecclesiæ proditorie capi, invadi & occupari permisit & tacite consensit. Et dum nuper de mense Junii, anno Domini millesimo quadringentesimo decimotertio se in crastino Romano populo Missam in ecclesia sancti Laurentii in Damaso, pro consolatione pacis & victoriæ belli contra quemdam Ladislaum Apuliæ regem, per ipsum Papam Joannem confici spopondisset, Romanum populum deserens, curialesque suos & oves in manibus luporum & inimicorum suorum tradens, ex culpa sua recessit scandalose. Propter quod multi curtisani interempti, trucidati, capti, spoliati, & aliqui violenter per marinarios ad galeas capti, & in perpetuam servitutem redacti fuerant. Itaque fuit & est verum, & est publica vox & fama.

Vicesimusseptimus articulus probatus per tres cardinales, unum archiepiscopum, tres episcopos, tres auditores, unum clericum cameræ, per unum præpositum, per unum licentiatum in decretis, per unum magnum priorem unius ordinis, per unum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod propter præmissa, & ipso culpante & causam dante, multa crimina, videlicet sacrilegia, adulteria, homicidia, spoliationes, rapinæ & furta in urbe Romana fuerunt commissa. Et ita fuit & est verum, publica vox & fama.

Vicesimusoctavus articulus probatur per unum cardinalem, per duos episcopos, duos auditores, unum præceptorem decretorum doctorem, unum licentiatum in decretis, & unum procuratorem unius magni ordinis, & per unum procuratorem in curia Romana, & quamplures alios de publica voce & fama, &c.

Item, quod communis & vulgata omnium hominum opinio, assertio, credulitas, & manifesta fama fuit & est, quod dictus dominus Joannes Papa, tam in præmissis, quam in aliis innumerabilibus casibus, universaliter in omnibus male & pessime administravit tam in spiritualibus, quam & in temporalibus. Et quod fuit & est bonorum ecclesiæ Romanæ & ceterarum ecclesiarum, & rerum ecclesiasticarum, ac etiam temporalium ad ecclesias pertinentium, maximus & plus quam de aliquo alio fuit lectum vel auditum, dilapidator & devastator ac dissipator pessimus, & inutilis & damnosus administrator, atque universali ecclesiæ & toti populo Christiano scandalosus, veneficus, homicida, fratrum interemptor, carnis vitia per omnia colens, incontinens, & infinitis criminibus irretitus, malæ famæ & pessimæ conditionis: adeo quod in Italia, & quasi toto mundo, capto vocabulo & similitudine a quodam inhumanissimo gentium armorum capitaneo a Balderinus appellato, etiam Papa Baldarinus vocitatur. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

a Al. Baldrinus.

Vicesimusnonus articulus probatur per quatuor cardinales de mala & scandalosa administratione, vita mala, & publica diffamatione: per unum archiepiscopum, duos episcopos de notorietate, similiter per duos auditores, per unum secretarium Papæ, per unum clericum cameræ, & per unum licentiatum in decretis, & per unum procuratorem unius ordinis, & quamplures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod de præmissis omnibus idem dominus Joannes Papa, fuit & est publice & notorie diffamatus, & per totum mundum divulgatus & infamatus; & quod de ipsis & eorum singulis fuit & est publica vox & fama, & ut talis & pro tali fuit & est ubique, ubi de ipso notitia habetur, dictus, tentus, creditus & reputatus, dicitur, tenetur, creditur & reputatur palam & publice, communiter & notorie, pro tali & ut talis.

Trigesimus articulus probatur per testes proxime descriptos.

Item, quod præfatus dominus Joannes Papa nonnulla diversa bona mobilia & immobilia diversarum ecclesiarum & monasteriorum, titulorumque dominorum cardinalium, tam episcopatuum, quam aliorum presbyteralium & diaconalium, collegiorum, prioratuum, ecclesiarum parochialium & cappellarum, ceterorumque altarium, hospitalium & locorum ecclesiasticorum dictæ urbis Romanæ, & præsertim ecclesiarum principis Apostolorum de urbe, sancti Joannis Lateranensis, ac alia ad canonicos & personas ecclesiasticas dictæ urbis spectantia: nec non de bonis monasteriorum sancti Joannis & Pauli, sancti Laurentii extra muros, sancti Alexii, sanctæ Sabinæ, & aliorum monasteriorum, tam virorum quam mulierum, sola avaritiæ cæcitate seductus, vendidit, alienavit, dilapidavit & dissipavit, & aliqua eorum ad nihilum redegit, adeo quod in plerisque cessat servitium divinum: & ubi erant decem, vel viginti, vel triginta religiosi, hodie non sunt nisi unus, duo vel tres quasi fame morientes. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimusprimus articulus probatur per unum cardinalem, per unum episcopum, per unum clericum cameræ, per unum magnum præpositum, per unum auditorem, per unum præceptorem decretorum doctorem, per unum procuratorem unius magni ordinis, & unum litterarum Apostolicarum scriptorem, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item, quod idem dominus Joannes Papa etiam jura mobilia & immobilia ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, monasteriorum, prioratuum, studiorum, collegiorum, hospitalium, ecclesiarum parochialium, cappellarum & ceterorum beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum extra dictam urbem, tam in civitate & districtu Bononiensi, quam in aliis civitatibus, villis & locis dicti patrimonii Romanæ ecclesiæ, quam extra ubique consistentia, etiam vendidit, alienavit & dissipavit, & præsertim plura bona episcopatus Bononiensis & ecclesiæ sancti Petronii Bononiensis; & præsertim lapides, ligna, & totam materiam, de quibus debebat ædificari & fabricari dicta ecclesia. Et pecunias ad dictam fabricam ab antiquo ordinatas recepit, & opus omnino cessare fecit. Similiter omnes curias, possessiones, prædia ac bona mobilia & immobilia, ac dotationem totalem collegii Gregoriani in dicta civitate Bononiensi per felicis recordationis Gregorium Papam undecimum fundati, pro sustentatione quinquaginta scholarium pauperum, &c. etiam vendidit & alienavit; ita quod de mobilibus nihil ibi remansit, & de immobilibus vix posset sustentari congrue unus solus scholaris. Et demum b Saceardis habitandam tradidit, qui totaliter eam destruxerunt: & eam vendidisset, si reperisset emptorem. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

b Al. Sarcardis.

Trigesimussecundus articulus probatur per unum cardinalem, unum archiepiscopum, duos episcopos, unum auditorem, unum secretarium Papæ, unum scriptorem Papæ, & per multos alios de auditu, publica voce & fama.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa, præmissis non contentus, sed etiam litterarum studia per salarii subtractionem subtiliter extinguere conatus est. Doctoribus studii Bononiensis per plures annos, & maxime a promotione sua in papatum, stipendia eorum ab antiquo tempore dicti studii eis debita, & unde vivere & perinde studere & legere debebant, funditus abstulit & removit: & totaliter fecit, quod tam nobile & solemne studium quasi ad nihilum respective devenit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimustertius articulus probatur per duos cardinales, per duos episcopos, unum præceptorem decretorum doctorem, unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in curia Romana, & plures alios de auditu, publica voce & fama, &c.

Item, quod non solum dilapidavit bona & jura prædicta mobilia & immobilia ecclesiarum, sed etiam super personas ecclesiasticas, tam urbis Romanæ & civitatis Bononiensis, ac in toto patrimonio ecclesiæ gravissima onera, tallias & exactiones, insupportabilia imposuit: facultatesque ecclesiarum, unde personæ ecclesiasticæ vivere & servire Deo debebant, ab eis extorsit, & sibi applicavit: immo etiam super alios prælatos ecclesiasticos aliarum terrarum & dominorum sæcularium, diversa onera, tallias, exactionesque solvendas dominiis & communibus sæcularibus & præsertim regni Franciæ & comitatus Sabaudiæ, Provinciæ etiam, nec non c civitatibus Florentinensium, Venetiarum, Senarum, & pluribus aliis, cum quibus in pretio participavit, imposuit: adeo & in tantum, quod dicti ecclesiastici fuerunt & sunt tanta paupertatis angustia afflicti, ut post propriorum patrimonialium bonorum consumptionem, necessitate famis libros, calices, & ornamenta ecclesiarum vendere sint coacti. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice, &c.

c Al. communitatibus.

Trigesimusquartus articulus probatur per unum cardinalem & per testes proxime descriptos.

Item, quod propter præmissa tota ecclesia Dei notorie fuit scandalizata. Et ita fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimusquintus articulus probatur per omnes cardinales & per omnes alios testes.

Item, quod horrida & detestandorum criminum domini Joannis Papæ antedicti fama, immo infamia, crebris insinuationibus & multiplicatis vicibus non solum semel, sed pluries & sæpe Christianorum principum, totiusque populi Christiani (proh dolor!) aures penetravit: intantum quod serenissimus & invictissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex semper Augustus, in Lombardia existens, ad civitatem Laudensem applicuit: dictumque Joannem Papam ibidem advenientem humili & devota prece rogavit, quatenus attento quod quasi totus mundus in ejus personam scandalizatus est, sua crimina dissimulare non posset, mores & vitam emendaret in melius; &

in

ANNO CHRISTI 1415.

in unionem ſanctæ matris eccleſiæ tunc & nunc tripartitæ, ſummis vigiliis & curis intendere dignaretur, ut adſtrictus pet Piſanum Concilium tenebatur; & Concilium generale in aliquo ſecuro loco, cuncto populo Chriſtiano commoduſo indiceret, ſuaſit; & ut eccleſia in capite & in membris reſurmetur, etiam devote ſupplicavit.

Trigeſimusſextus articulus probatur per unum litterarum Apoſtolicarum ſcriptorem, per unum licentiatum in decretis, per unum procuratorem in curia Romana, & per alios de credulitate, &c.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa XXIII. precibus dicti ſereniſſimi principis Romanorum & Hungariæ regis in parte condeſcendens, amplius a vitiis hujuſmodi ſcandaloſis, & præſertim ſimoniaca hæreſi, obſtinere ſpopondit: & hanc civitatem Conſtantienſem, pro loco multitudinis capace, & alias habili & idoneo, pro Concilio generali celebrando elegit, quod anno Domini MCCCCXIV. menſe Novembris inchoandum induxit, & pet mundum publicavit. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimusſeptimus articulus probatur, ut in bulla deſuper confecta continetur.

Item, quod deinde dictus dominus Joannes Papa Bononiam rediens, in priſtinam & pejorem ſimoniam recidivavit: falſas datarum anticipationes vendidit, jus quæſitum pro numerata pecunia litigatoribus abſtulit; & ad ſolventium inſtantias, eorum adverſariis pluribus perpetuum pleriſque vicibus ſilentium impoſuit de facto, turpiter & ſcandaloſe. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimusoctavus articulus probatur per duos cardinales, per tres epiſcopos, per unum auditorem, unum præceptorem & decretorum doctorem, unum ſecretarium Papæ, per unum licentiatum in decretis, unum magnum procuratorem unius ordinis, & quamplures alios de auditu, publica voce, & fama, & communi reputatione.

Item, & ne per viam juſtitiæ oppreſſi relevarentur, idem Papa Joannes anno Domini MCCCCXIV. pleriſque vicibus dominis auditoribus pet ſuos referendarios, & præſertim per dominum Jacobum de Camplo, nunc electum Pennenſem, dici fecit & mandavit, ne materiam anticipationis datarum admittarent in judicio; & ne datarum regiſtratores, aut alios officiarios quovis modo compellaret in his materiis privationem juris alterius concernentibus veritati teſtimonium perhibere, juſtitiam notorie opprimendo. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimusnonus articulus probatur per duos auditores & unum procuratorem in Romana curia.

Item, quod propter præmiſſa & plura alia, reverendus pater dominus epiſcopus Sareſbirienſis, & alii Chriſtianiſſimi principis regis Angliæ illuſtris ambaxiatores dictum dominum Joannem Papam viceſimumtertium monuerunt & corripuerunt caritative: ſupplicantes eidem, quod ſimoniam & beneficiorum venditionem deſereret, et ſe in vita et in moribus emendaret. Alioquin non dubitare propter ſcandalum ſubtractionem obedientiæ, et alia inconvenientia ſecutura. Quodque ipſe dominus Joannes Papa incorrigibilis factus, hujuſmodi monita ſalutaria ſprevit. Ipſumque et alios prælatos duris et aſperis verbis minatus eſt, et injuriatus eſt palam et publice. Et ſic fuit et eſt verum, publicum et notorium.

Quadrageſimusarticulus probatur per duos cardinales, per unum procuratorem unius magni ordinis, et alios de auditu, publica voce et fama et communi reputatione.

Item, quod deinde præfatus dominus Joannes Papa ad Conſtantiam veniens, poſt diverſas perſuaſiones, exhortationes et rogamina per hoc ſacrum Conſtantienſe generale Concilium devote factas et facta, ut pacem eccleſiæ daret et papatui cederet, cum alia tutior promptior & ſecurior, quam via ceſſionis, non aſſet, ad unionem perfectam in eccleſia Dei conſequendam, attentis ſcandalis ex perſona ſua jam exortis, propter quæ exſiſtentes in aliis obedientiis retrahebantur ab eccleſiæ unitate: hoc anno Domini MCCCCXV. die Sabbati ſecunda menſis Martii, in ſeſſione generali Conſtantienſi, et in pleno Concilio generali Conſtantienſi, univerſalem eccleſiam repræſentante, eccleſiæ Dei ſponſæ ſuæ promiſit, vovit & juravit cedere papatui, ſponte et libere dare pacem eccleſiæ per viam ſuæ ſimplicis ceſſionis papatus juxta deliberationem ejuſdem Concilii, prout in quadam ſchedula conſcripta, quam ſchedulam ſuamet viva voce alta et intelligibili legit, dixit, juravit, vovit et promiſit, et ita fecit, prout in eadem, ad quam ſe referunt promotores et procuratores antedicti, continetur. Cujus tenor ſequitur et eſt talis: Ego Joannes Papa viceſimustertius propter quietem totius populi Chriſtiani profiteor, ſpondeo, voveo, juro et promitto Deo et eccleſiæ ac huic ſacro Concilio, ſponte et libere dare pacem ipſi eccleſiæ per viam meæ ſimplicis ceſſionis papatus, et eam facere et adimplere cum effectu, juxta deliberationem præſentis Concilii, ſi et quando Petrus de Luna Benedictus decimustertius, et Angelus de Corario Gregorius duodecimus, in ſuis obedientiis nuncupati, papatui quem prætendunt, per ſe vel procuratores ſuos legitimos ſimiliter cedant. Et etiam in quocumque caſu ceſſionis vel deceſſus, aut alio, in quo per meam ceſſionem poterit, dari unio eccleſiæ Dei ad exſtirpationem præſentis ſchiſmatis.

Quadrageſimusprimus articulus probatur per duos cardinales & per duos epiſcopos, et ex ſchedule Papæ.

Item, denunciant, ponunt, & ſi neceſſe erit, probare intendunt dicti magiſtri Henricus & Joannes promotores: quod dominus Joannes Papa XXIII. ſe huic generali Concilio ſubmiſit & ejus ſententiæ, ac ejus judicio ſtare promiſit in omnibus & ſingulis quæ pertinent ad reformationem eccleſiæ tam in capite quam in membris. Et hoc eſt verum, publicum & notorium & manifeſtum; & ita ab omnibus publice tenetur & reputatur.

Quadrageſimusſecundus articulus probatur per unum auditorem & unum decretorum doctorem, unum a magiſtrum officiorum in curia Romana, & quamplures alios de notorietate.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa, poſtquam fuit in hac civitate Conſtantienſi, & Poſt Concilium jam inceptum, ſæpe & ſæpius, & maxime in publica ſeſſione, omnibus audientibus, cunctos monuit, quatenus contra ipſum dicerent & objicerent quidquid vellent, cum intenderet ſtare determinationi hujus ſacri Concilii, quæ e tempore ſui papatus geſſit & adminiſtravit. Et hæc ſunt publica, notorie & manifeſta, & ita ab omnibus tanquam notoria habentur, tenentur et reputantur.

Quadrageſimustertius articulus probatur per teſtes ſupre proxime deſcriptos.

Item, quod deinde ut hujuſmodi profeſſio, votum et juramentum et promiſſio juxta deliberationem Concilii ac practicam ceſſionis papatus, et per conſequens perfectæ unionis in eccleſia Dei conſequendæ, ponerentur, dictus dominus Joannes Papa requiſitus, quatenus procuratores aliquos ad præmiſſa adimplendum conſtitueret; ut dictus ſereniſſimus princeps et alii per hoc ſacroſanctum generale Concilium deputandi et eligendi, in civitate Lucienſi Petro de Luna Benedicto XIII. in ſua obedientia nuncupato bonam domini Joannis Papæ voluntatem oſtenderent, et ut b ſimpliciter cederent; prout cum ambaxiatoribus dicti Petri de Luna et illuſtris principis domini regis Arragonum tractatum et concluſum exſtitit; fuit pro parte nationum et hujus ſacri Concilii humiliter et devote rogatus et requiſitus.

Quadrageſimusquartus articulus probatur per duos cardinales, quatuor epiſcopos, tres auditores, unum ſecretarium Papæ, et per unum procuratorem in Romana curia, et quamplures alios de notorietate.

Item, quod poſt hujuſmodi requiſitionem dictus Joannes Papa doloſe cogitavit ſe abſentare et clam recedere velle: et ſuper his fuit publica vox et fama.

Quadrageſimusquintus articulus probatur per duos auditores, per unum decretorum doctorem magnum officialem in curia Romana, et plures alios de notorietate, publica voce et fama et evidentia rei.

Item, quod fama hujuſmodi receſſus Papæ tunc inſtantis ad aures ſereniſſimi principis domini Sigiſmundi Dei gratia Romanorum et Hungariæ regis deducta, idem dominus rex ante præſentiam reverendiſſimorum in Chriſto patrum et dominorum cardinalium, patriarchæ Antiocheni, epiſcoporum multorum, ducum et comitum

a Al. magnum officialem.

b Al. ſimiliter.

ANNO CHRISTI 1415.

tum atque prælatorum in multitudine copiosa, hortatus est & rogavit dictum dominum Joannem Papam, ne a civitate Constantiæ recederet, neve ante perfectam unionem ecclesiæ hujusmodi sacrosanctum generale Concilium dissolveret; persuadens quantum meritum apud Deum, quantamque laudem humanam habiturus esset, si per ipsum perfecta unio fieri posset: dans ei & offerens uberiorem salvumconductum, atque salvam guardiam & plenissimam securitatem personæ & bonorum omnium, familiarium & curtisanorum, &c. Quodque dictus dominus Joannes Papa recedere numquam cogitesset, respondit: sed utique remanere, perficere & implere cum affectu velle ea quæ vovit & juravit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimussextus articulus probatur per duos cardinales, tres auditores, per unum præceptorem decretorum doctorem, & unum magnum præpositum, & per unum licentiatum in decretis, per quatuor episcopos & multos alios.

Item, quod extunc dominus Joannes Papa videns Concilium hujusmodi & totum mundum ad sanctæ Dei ecclesiæ jam triginta octo annis vel citra scissæ & divisæ unionem & redintegrationem, necnon exstirpationem hæresis & vitiorum, ac ipsius ecclesiæ reformationem in capite & in membris anhelare, diabolico spiritu instigatus, hoc sacrosanctum Concilium dissolvere quærens, ut reformationem hæresum atque schismaticum exstirpationem prædictas evadere & impedire posset, & suam malam vitam continuare; ad præterita vitia & ambitiones reincidens, contra vota, professa, promissa, ac Deo & ecclesiæ jurata, id facere *a* renuit: & nuper hoc anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, die Mercurii vicesima mensis Martii, in noctis tenebris, habitu indecenti & dissimulato, laicali more, non ut Romanum decuit pontificem, gregi sibi commissum ut mercenarius deserens, ab hoc sacro Constantiensi Concilio contumaciter se absentando, aufugit & recessit, in scandalum totius generalis Concilii & totius populi Christiani. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium atque manifestum.

a Al. *renunciavit*.

Quadragesimusseptimus articulus probatur per omnes testes, suum recessum fuisse & esse notorie scandalosum.

Item, quod de post dictus dominus Joannes Papa ad oppidum *Schafhusen* se retraxit, & nonnullos cardinales, episcopos & prælatos, ac etiam curtisanos & principum ambaxiatores a præsenti civitate Constantiensi ad se venire jussit, mandavit & practicavit; & nihilominus sub certis prætensis causis, pœnis & censuris ipsos ad se vocavit & venire jussit: & eum sequi volentibus aut non volentibus mandavit, ut ab hoc sacro Concilio recederent. Sic per fugam suam oves spargere, Concilium sacrum dissolvere, & schisma nutrire, & perpetuo ecclesiam Dei tenere monstruosam hæresibus, & divisam, & vitiis *b* deformatam proposuit, & quantum in eo fuit, voluit & deliberavit & fecit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

b Al. *diffamatam*.

Quadragesimusoctavus articulus probatur per unum cardinalem, per duos episcopos, per duos auditores, per unum præceptorem decretorum doctorem, per unum secretarium Papæ, per duos licentiatos in decretis, & quamplures alios de notorietate.

Item, quod post de dicto oppido *Schafhusen* ipsa die Veneris sancta, tempore divini officii, hora tertiarum iter arripuit versus oppidum Louffembergense: & deinde ab oppido Louffembergensi iterum transformatus habitu turpi et ulterius versus oppidum Brisacum gressus direxit, scandalose a dictis Concilio & civitate Constantiensi plus & plus contumaciter se elongando, totisque conatibus, practica & opere datis, ire visus est in Burgundiam. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimusnonus articulus probatur per duos cardinales, per duos episcopos, duos auditores, unum decretorum doctorem, per unum secretarium Papæ & quamplures alios.

Item, quod nuper hoc anno Domini MCCCCXV. & de mense Aprilis ejusdem anni, dictus dominus Joannes Papa per reverendissimos ambaxiatores, oratores, nuntios & epistolas pro parte hujus sacri generalis Concilii ad ipsum tunc in præfato oppido Brisaco residentem destinatos & destinatas, quatenus more pii pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis, cujus actionem & auctoritatis præsidentiam ita vita, exemplo & doctrina insecutor esse dignaretur, ad gregem suum desertum rediret Constantiam, vel saltem ad unam de tribus civitatibus, oppidis seu locis utique insignibus, videlicet civitatem Basileensem, *c* Olmam seu Ravemburg, civitati Constantiensi & loco Concilii vicinam, de unione ecclesiæ Dei gratia Dei perficienda, ut secum in omni benignitate & caritate tractare possent, caritative cum reverentia debita fuit rogatus, monitus & requisitus. Promittentes eidem, & offerentes ex parte dicti Concilii salvumconductum plenissimum, tunc jam paratum & sigillo magno seu imperiali sigillatum, & eidem domino Joanni lectum, ostensum & donatum, securitate vitæ & status, ac provisionem honestissimam condecentem statui suo, si reverteretur, atque vota, jurata & promissa adimpleret, prout iidem legati & ambaxiatores id a prædicto Concilio habuerunt in mandatis & obtinuerunt quemadmodum in instrumentis publicis desuper confectis, ad quæ se referunt promotores & procuratores prædicti, latius continebatur.

c Al. *Ulmam*.

Quinquagesimus articulus probatur per unum cardinalem, per tres episcopos, & instrumenta publica & diversa brevia per ipsum Joannem Papam principibus & universitatibus missa.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa in reprobum sensum ductus, monita hujusmodi more aspidis aures obturantis ne audiat, obaudiens, se in crastinum responsum dictis ambaxiatoribus & legatis velle dare asserens, ipsos eo tunc redire jussit. Nec crastino exspectato, post medium noctis ante diluculum, non dato responso, ad oppidum Nuemburg aufugiens se translulit habitu transformato. Et sic sacrum Concilium dissolvere, unionem & reformationem ecclesiæ, exstirpationem hæresum & vitiorum impedire, & suam vitam detestendam continuare ut posset, quæsivit, prout continuavit, in profundum malorum deditus, pejora prioribus committere non expavit, supradictis monitis, precibus & requisitionibus minime condescendens. Et sic fuit et est verum, publicum et notorium.

Quinquagesimusprimus articulus probatur per testes supra proxime nominatos.

Item, quod supradictus dominus Joannes Papa fuit et est homo duræ cervicis, pertinax peccator, induratus, incorrigibilis, ecclesiam Dei notorie scandalizans, fautor schismatis, aliisque talis, quod papatu et ejus administratione se reddidit indignum. Et pro tali habetur, tenetur et reputatur.

Quinquagesimussecundus articulus probatur per unum cardinalem, et per omnes testes superius descriptus.

Item, quod dominus Joannes Papa fuit et est de præmissis omnibus et singulis publice et notorie divulgatus et diffamatus, atque pro tali, et ut talis, in Romana curia et extra; et ubicumque ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus et reputatus pro tali, et ut talis palam et publice.

Item, quod de præmissis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama.

Quinquagesimustertius et quartus articuli probati sunt per omnes testes superius descriptos publici et notorii.

Hoc loco in exemplari unde hæc desumpta sunt, plus quam latus integrum folii unius vacuum relictum erat, tamquam si plures articuli, aut alia nescio quæ addenda fuissent.

In primis denunciant, dicunt, asserunt, ponunt, et si necesse fuerit, probare intendunt, quod dominus Joannes Papa vicesimustertius a tempore juventutis suæ dum Balthassar Cosse appellabatur, fuit homo malæ indolis, inverecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis et inobediens, plerisque vitiis deditus: ac talis et pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus et reputatus ab omnibus ejus notitiam habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur, creditur et reputatur pro tali et ut talis. Ac fuit et est de præmissis diffamatus, ac palam, manifeste, publice et notorie.

In collectione Barberiniana hæc adduntur superiora crimina.

Item, quod dudum tempore Bonifacii Papæ IX. sic in sua obedientia nominatis, præfatus dominus Joannes, tunc Balthassar de Cossa appellatus, per illicita media, pro-

procuravit se familiarem, & cubicularium præfati domini Bonifacii: & deinde inter dictum dominum Bonifacium, & quoscumque alios pecunias habentes, & dare volentes pro beneficiis, & aliis spiritualibus, se mediatorem, tractatorem, & proxenetam fecit palam & publice.

Item, quod dictus dominus Joannes tunc Balthassar appellatus, legatus Bononiæ exsistens, ad paperum illicitis mediis anhelans, in mortem bonæ memoriæ domini Alexandri Papæ exstitit machinatus, & ut tam ipse quam medicus suus magister Daniel de sancta Sophia, artium & medicinæ doctor, veneno extinguerentur, prout extincti sunt, operam dedit. Sicque, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur; atque fuit & est de præmissis in civitate Bononiensi, & axtra per totum mundum publica vox & fama, fuitque & est graviter & notorie diffamatus.

Item, quod dominus Joannes Papa cum uxora fratris sui, & cum sanctis monialibus incestum, cum virginibus stuprum, & cum conjugatis adulterium & alia incontinentiæ crimina, propter quæ ira Dei descendit in filios diffidentiæ, commisit; & de his graviter & publice diffamatus & scandalizatus est. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Item, quod supradictus Papa Joannes novum & inauditum simoniæ scelus perpetrando, sex parochiales ecclesias Bononienses, & plura alia beneficia ecclesiastica pro pecunia numerata vendidit meris laicis, qui eas tanquam res profanas cum earum possessionibus, dotibus & juribus de facto possident. Ponuntque laici hujusmodi presbyteros ad celebrandum Missas pro suæ libito voluntatis. Et plura alia enormia & majora fecit & commisit in illis & aliis partibus: de quibus fama publica, immo verius infamia contra eum divulgata est per universum orbem. Sicque fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturque, tenetur, creditur & reputatur. Atque fuit & est publicum & notorium.

Item, quod dictus Papa Joannes præceptoriam Cypri, ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, contulit cuidam infanti in quinto anno constituto, bastardo illustris domini regis Cypri, nomine Aloysio, pro certa pecuniæ quantitate. Nec non fructus vacantiæ & spolia ultimi præceptoris defuncti, eidem Aloysio infanti vendidit contra ipsius ordinis regularia instituta: præsertim cum hujusmodi bona spolii & vacantiæ sint bona fiscalia pro solvendis stipendiariis contra infideles. Nec non eidem infanti in dicto quinto anno ætatis suæ constitutum per bullam concessit, ut ea ætate possit profiteri & professioni adstringeretur, contra legem consensus qui per eum præstari non potuit. Et sic fuit, &c.

Item, quod dominus Joannes Papa nunquam prædicta revocare voluit, nisi cum pactis & conditionibus quæ sequuntur. Primo, quod restituerentur regi Cypri pecuniæ, quas dederat Papæ pro emptione dictæ præceptoriæ pro rato.

Item, quod darentur Papæ incontinenti, & omnino sex millia florenorum auri de camera; quod fieri oportuit: & soluti fuerunt realiter pro Hospitali per priorem Rhodi & procuratorem generalis religionis domino Nicolao de Robertis, idibus Augusti, anno quinto, & per manus Edusrdi de Reciis mercatoris Florentinensis. Pro quibus sic solutis, religio Hospitalis & prædicti remanent adhuc obligati penes mercatores. Ita reservavit Papa tunc & ante omnia pro dicto bastardo in quinto ætatis suæ anno constituto super bonis religionis pensionem duorum millium florenorum de camera.

Item, reservavit pro dicto bastardo cameram magistralem, quæ vocatur Negera & finita, quæ valet communiter duo millia florenorum annuatim. Ad quæ non consenserunt dicti prior & procurator. Quibus sic peractis, Papa fecit eis dari per dictum Eduardum de Reciis mercatorem bullas: qui dictas bullas reservabat usque ad solutionem dictorum sex milium florenorum: quas bullas idem Eduardo dederat episcopus Vulteranus, donec solverentur sex millia florenorum supradictorum. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa fratrem Jacobum de Viriaco majorem annis, expresse professum religionis Hospitalis, a votis, regula & habitu religionis absolvit de facto, & ad sæculum reduxit & contrahendi matrimonium licentiam dedit, sexcentis ducatis primo datis. Et sic fuit, &c.

Item, quod dominus Joannes Papa prædictus castellaniam Scalarum dicti Hospitalis, quam dictus frater Jacobus tenebat, simul cum prædictis reservavit, & deinde ipsam cuidam fratri Heymaco de Vesello pecunia datis contulit: quæ castellania est conventualis & regia, in qua deberent esse fratres cappellani numero tredecim cum aliis clericis Deo servientibus. Sicque perit divinus cultus, & ordo transvertitur in scandalum Christi fidelium plurimorum palam & publice.

Item, dicto Heymaco juveni ætatis quatuordecim annorum vel circa, concesserat dominus magister Rhodi licentiam ingrediendi religionem Hospitalis, ut indilate facta professione & recepto habitu religionis, transiret ad conventum religionis cum equis & armis sufficientibus, Deo & raligioni contra inimicos fidei Christianæ militaturus. Et quod ipse frater Heymacus votorum suorum & salutis propriæ immemor, non ad conventum transiit; sed statim factus inobediens & rebellis, ad dictam castellaniam emendam ad Papam misit. Quam castellaniam obtinens, omnia conventus, tam vacantem, quam responsionem annuam occupavit, prout occupat, licentia per dictum dominum Papam prius vendita & concessa.

Item, quod ipse dominus Joannes Papa prædictus multa gravia, inutilia & frustratoria onera etiam Gallicis in Avenione tyrannice ad diversos fines damnatis imposuit. Et præsertim tam in viagio facto apud Pisas cum galeis sub colore eundi apud Avenionem, quam in combustione palatii Apostolici Avenionensis per dominum Marinum nepotem suum, & suorum servitorum ad hoc (ut dicitur) missum & constitutum capitaneum dicti palatii, ad reparationem ejus, quam aliis diversis modis, ac etiam de dictis civitate Avenionensi & comitatu [a] Veanissimi, quos tractavit alienari diversimode, & maxime in manibus dicti ragis Ladislai ponere, mediantibus certis tractatibus contra unionem ecclesiæ, & magna pecuniæ quantitate. Quod & fecisset, si ad optatum suum pervenire potuisset. Sicque (ut prædicitur) fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice & notorie.

[a] Al. *Venayrine*, & *Venaysini*.

Item, quod dictus Joannes Papa pecunia satiari nequiens, in Gallia similiter absque necessaria, nullaque rationabili causa subsistente, vendidit, distraxit, alienavit, & dilapidavit certos redditus, census, & proventus, atque tributa annua ab antiquo Romanæ ecclesiæ debita per diversos cives, & habitatores, ac communia civitatum, oppidorum, & locorum partium illarum, & præsertim Avenionensis, & comitatus Venaissini, & oppidi seu villæ Montis Pessulani; & præsertim Petro Gerandi, & certis aliis personis laicis, & sæcularibus: sicque ut prædicitur fuit dictum, tentum, creditum, & raputatum; diciturque, tenetur, & reputatur; atque fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa bona & dotem prædicti monasterii sancti Laurentii divisit in tres partes dissipando, & certis ex dominis cardinalibus particulariter per tripartitas particulas dividendo, quæ prius unita fuerunt pro sustentatione monachorum multorum, Deo in raligionis zelo laudabiliter prius servientium, nunc miseria & paupertate apostatantium. Et sic fuit & est verum, &c.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa præmissis non contentus, monasterium sancti Alexii prædictum vendidit Baptistæ de Sabellis, pro quodam impubere bastardo suo; monasterium sanctæ Sabinæ domino Nicolao de Ursinis; & ita de ceteris. Et quod deterius est, caput sancti Joannis Baptistæ quod erat in monasterio monialium sancti Salvestri de dicta urbe, vendiderat, seu pactum de tradendo fecerat Florentinis pro pretio quinquaginta millium ducatorum: quod & fecisset, nisi civibus Romanis id per eum revelatum fuisset. Et quia aliqui eorum de hoc in aperto locuti fuerant, capti & incarcerati fuerunt, & in magnis pecuniarum summis redempti fuerunt, & exbanniti. Et alias nisi se seu vitam

tam suam redemissent, propterea decapitati fuissent ejus jussu. Et ita, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum; diciturque, tenetur, creditur & reputatur. Et fuit & est verum, publicum & notorium atque divulgatum ubique, tam in urbe & tota Italia, quam Gallia etiam, palam, publice & notorie.

Item, quod dictus Papa Joannes decimas castrorum Centi, & plures diœcesis Bononiensis, pertinentes ad mensam episcopalem Bononiensem, alienavit laicis fautoribus suis in perpetuum, pro ais & eorum successoribus, in grave dispendium ecclesiæ Bononiensis, quam penitus & totaliter depauperavit palam & publice.

Item, quod communis hominum opinio, assertio, firma credulitas ac vera reputatio, commune dictum, rumor indubius, vulgata fama, atque verum & notorium fuit & est, quod dictus dominus Joannes Papa fuit & sit homo peccator, notorie criminosus de homicidio, veneficio, & aliis gravibus criminibus, quibus irretitus dicitur graviter diffamatus, dissipator bonorum ecclesiæ, & dilapidator eorumdem, notorius simoniacus, pertinax hæreticus, & ecclesiam Christi notorie scandalizans, incorrigibilis, & alias talis, quod se papatui & ejusdem administrationi, ac sedis Apostolicæ & universalis ecclesiæ regimini reddidit indignum.

Item, quod dictus Joannes Papa vicesimus tertius sæpe & sæpius coram diversis prælatis, & aliis honestis & probis viris pertinaciter, diabolo suadente, dixit, asseruit, dogmatizavit & adstruxit, vitam æternam non esse, neque aliam post hanc. Quinimmo dixit & pertinaciter credidit, animam hominis cum corpore humano mori & extingui adinstar animalium brutorum: dixitque mortuum semel, esse etiam in novissimo die minime resurrecturum, contra articulum de resurrectione mortuorum. Quodque de præmissis fuit & est dictus Joannes Papa apud clerum & populum graviter diffamatus. Sicque ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur palam, publice & notorie.

Item, quod dictus dominus Joannes Papa sæpe & sæpius publice dixit & professus est, se velle omnia facere opportuna pro unione ecclesiæ sanctæ Dei, etiam usque ad mortem inclusive; nec in prædictis a voluntate hujus Concilii aliquo modo discedere. Et hæc sunt vera, publica & notoria; & ut notoria habentur, tenentur & reputantur.

Hoc loco scriptus fuit articulus approbationis protonotariorum per quatuor nationes deputatorum. Hunc, quia præter rationem hic insertus videbatur, submotum hinc, superius in sessione prima suo correspondenti adjunctum offendes.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis, & collectione Barberiniana.

Littera missiva domini Joannis Papæ XXIII. missa domino regi Romanorum, de Cellis.

Carissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum regi semper Augusto, & Hungariæ, &c. regi. Ea salute quæ Christus & omnium vera salus est, perpetuo & feliciter *a* adimplere.

a In uno ms. *adimpleri.*

Licet, Carissime fili, prudentiam tuam præ ceteris hujus ævi regibus rex regum insigniverit cunctarum varietate virtutum; licuit tamen sæpe sæpius & profuit, ad vivaciora virtutum studia mentes etiam pervigiles excitare. Propter quod & te, ut ad clementiam, quæ sola solidat thronos regum, qua ex innata bonitate ad miserendum te quantumcumque pro tuis offensoribus non solum liberalitate, sed usque ad prodigalitatis speciem hactenus supererogasse dignosceris, erga nostram personam in præsenti, quam permittente Domino non absque nostra (fatemur) incuria incidisse, incidimus casum, excitare possimus, quasi confidentissimis susurriis duximus flagitandum; plurima eorum quæ tibi per diversos viva voce significare curavimus, præsentibus repetentes; ut efficaciorem vim nostræ petitionis tribuat modorum petendi multiplicatio frequentata. Quantis itaque, carissime ac dulcissime fili, tenerrimæ dilectionis affectibus a primordio assumptionis nostræ ad supremi pontificatus apicem, erga te nostra flagrarunt præcordia, liceat quæsumus cum tua serenitate fabulari. Nonne, ut plurima brevitatis gratia transeamus, defuncto felicis memoriæ rege Ruperto, te non tam propter te, sed universitatis populi Christiani salutem, in cordis nostri arcano cunctis viventibus præeligentes, prædestinavimus in regem Romanorum, tuam ad hoc serenitatem, ut onus illud assumere dignaretur, sollicitudine supplici curavimus prævenire? Et ad eumdem effectum nostros nuncios ad principes electores & alios iteratis, reiteratis non piguit vicibus destinare. Quantaque vigilantia, ut diversa de te facta electio convalesceret usque ad perfectum atque profectum, non cessavimus insudare, novit tua serenitas; noverunt etiam tui nuncii, variique ipsius negotii tractatores. Deinde cum nostram præsentiam ipsa tua desideraret serenitas, quanta quæsumus promptitudine mentis desideriis tuis satagebamus occurrere? Nonne viarum discrimina, expensarum onera, & alia nobis incumbentia peragenda, nobis pro nihilo fuerunt computata? Sed & in tractatibus hujusmodi quanto qualique studio ad tui honoris, tuæque consolationis augmentum nostros conatus extendimus, non alio quam tui ipsius testimonio relinquatur. Denique cum cogitantibus nobis de Concilio convocando per tuos ad nos nuncios destinatos requireres, ut de tempore locoque celebrandi Concilii tuis nos votis conformaremus, cardinales misimus, qui sine exceptione tuæ per omnia acquiescerent voluntati. Denique cum de adventu nostro ad Constantiam quam elegeras, per nuncios tuos sollicitaremur, nonne acceperant pro responso, quod sanitate desuper nobis concessa, absque dubio veniremus; infirmitate forsan gravati, gestatoriis ferremur? Porro si pedum officiis, aut etiam claudicantibus calcaneis id foret agendum, id idem nihilominus ageremus. Demum etsi ab hac luce nos migrare contingeret, in satisfactionem præmissorum perfectam, corpus nostrum illuc perferri præciperemus. In his omnibus tuæ dilectioni plus quam salvisconductibus & aliis quibuscumque præsidiis sincerrima fiducia innitentes, sed pauca existimantes quæ fecimus, de effectu locupletissimo quantumlibet majora faciendi, in nostra possumus conscientia gloriari. Et ecce negotiis in urbis Romanæ ac patrimonii sancti Petri recuperatione prorsus postpositis, nullis dissuadantium receptis suggestibus, ad Constantiam te, fili carissime, tempore promisso prævenimus, tuum adventum nosti quantum & qualiter fuimus grato animo præstolati. Hæc, fili carissime, ex dilectione purissima tuæ personæ; hæc, carissime fili, ad tui honoris sublimationem duximus liberaliter peragenda. Cumque dilectio nullis valeat mercibus comparari, nullis aliis queat quam vicissitudinariæ dilectionis retributionibus recompensari, ad te tanquam unicum post Deum spei nostræ refugium dirigimus desideria cordis nostri, ad te devotissimas preces pro dilectione dilectionem requirentes effundimus, obsecrantes per viscera misericordiæ Jesu Christi, memor esto viri tui, in quo nobis spem dedisti: hæc nos consoletur in humilitate nostra, &c. Et si cum causa & sine causa iratus fueris, misericordiæ recorderis. Nomenque egregium clementiæ ne (quæsumus) in hoc casu pati periaris instantiam. Sed qui aliis offensoribus atrocissimis parcendo te liberalem præbere consueveras, parcere quoque nobis & misereri ne spernas. Ne (quæsumus) pietatis tuæ præclaro titulo notam crudelitatis inferri permittas. Potes itaque, si velis, & ut velis deposcimus, erga sacrum Concilium, quod tua sapientia tuaque potentia tanquam firmissimum fundamentum cum suffultis tuis intercessionibus operari, ut tui contemplatione honoris, personam nostram habeat recommendatam: & unione ecclesiæ semper salva, honorem, famam & statum nostros, post dimissionem papatus, quam pridem obtulimus, atque dudum aliquoties in manibus tuis posuimus, quantum possibile fuerit, salvare & custodire dignetur, & alia salutem nostram respicientia prosequatur magnifico cum effectu. Pro quibus apud districtum judicem inter alios misericordiæ cultores, cum omnes gratia egeamus, & tu misericordiam ac alia retributionem præmia ulterius consequeris, & per universum orbem inter optimos Imperatores hujusmodi clementiæ glorioso titulo mereberis computari. Super quibus dilectionis virtus te cogat nobis celere piumque remandare responsum.

Da-

Datum Cellis Constantiensis diœcesis, Dominica, vicesimasexta mensis Maji, pontificatus nostri anno quinto. Joannes Papa XXIII. manu propria.

Instrumentum ratificationis articulorum factum per dominum Balthassarem olim Papam Joannem vicesimumtertium in oppidum Cellis.

In nomine Domini. Amen.

PEr hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, & die Lunæ vicesimaseptima mensis Maji, indictiona octava, circa horam Primarum in loco de Cellis Constantiensis diœcesis, in camera in qua dominus Joannes Papa vicesimustertius stabat, per reverendos dominos Joannem Vaurensem, Andream Posnaniensem, episcopos, Thomam sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, Gasparem sancti Joannis eremitæ de Perusio, monasteriorum abbates, per sacrum Concilium Constantiense ad infrascripta commissarios specialiter deputatos, præsentibus infrascriptis reverendis patribus Jacobo Rhodini da Janua, & Thoma Polton, sedis Apostolicæ protonotariis, & aliis notariis publicis, venerabilibusque personis aliis inferius nominatis testibus adhibitis, &c. In primis dicti reverendi patres commissarii per organum dicti Vaurensis episcopi domino Joanni Papæ supradicto alta & intelligibili voce proposuerunt verba quæ sequuntur: Pater sancte, reverendi domini mei, domini commissarii & deputati hic præsentes, & ego una cum eis, sumus transmissi ac destinati ad vestram sanctitatem ex parte sacri Constantiensis Concilii, ad insinuandum primo, ostendendumque & realiter exhibendum vestræ sanctitati articulos formatos, & coram eodem sacro Concilio contra personam vestram productos, super criminibus nonnullis gravibus & enormibus, de & super quibus contra eamdem sanctitatem per dictum sacrum Concilium proceditur, ad interrogandum & requirendum eamdem, ut super eisdem articulis omnibus & singulis sufficienter haberetis respondere, eos confitendo, vel diffitendo, prout vobis videbitur. Ac etiam ad videndum & sciendum, si huic processui velitis vos opponere, seu aliqua pro vestra defensione in hac causa facere, dare vel allegare. Licet, pater sancte, & hæc non sint multum necessaria, attento consideratoque grato benignoque responso per sanctitatem vestram pridie in isto oppido coram reverendis patribus dominis de Ursinis, de Salanco, de Salutiis, Cameracensi, Florentinensi, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patribusque reverendis Tolonensi & Augustensi episcopis, nonnullisque aliis prælatis & viris notabilibus præsentibus & ad hoc vocatis. Quod quidem responsum in schedula manu sanctitatis vestræ subscripta, dicto sacro Concilio relatum, plenèque notificatum exstitit. Ea propter dictos articulos quos sæpe dictus Vaurensis episcopus in suis tenebat manibus, eidem domino Joanni Papæ exhibuit, oculis & tradere voluit. Eumque super eisdem interrogando requisivit, ut coram omnibus & singulis sufficienter, ut superius exprimitur, responderet, diceretque ac declarare vellet, si dicto processui, ejusve parti se opponere, seu aliqua ad sui excusationem vel defensionem dare vellet, eos offerendo hæc omnia libenter se recepturos. Quibus sic, ut præmittitur, exhibitis, interrogatis, requisitis, oblatis & propositis, idem dominus Joannes Papa dixit & verbo proposuit, ipsum pro Dei ecclesiæ & ejus unione plura fecisse, etiam antequam in Papam fuisset assumptus, præsertim tempore errorum, & circa Concilium Pisanum, & ante hujus sacri Concilii Constantiensis congregationem, in quo etiam liberam cessionem sui papatus obtulit, prout in schedula per eum in eodem Concilio in publica sessione tunc lecta & publicata, plenius continebatur. Subjungens tristi vultu, ut apparuit, quod a Constantia & dicto sacro Concilio post ipsius schedulæ cessionem turpiter recesserat, quod bene recognoscebat; immo quod maluisset illa die sine animæ suæ præjudicio mortuus esse, quam ita turpiter recessisse. Ea propter idem dominus Joannes Papa successive respondit, quod ipse contra superius recitata nullam defensionem facere volebat: immo prout per dictam schedulam sua manu subscriptam, qua pridie ejus ex parte ab oppido quo supra cardinales superius recitati ad Concilium portaverunt, continebatur, volebat, & præsentialiter stare promisit, in omnibusque se conformare omni ordinationi, deliberationi & determinationi dicti sacri Concilii. Et insuper omnimodum processum per idem Concilium contra eumdem habitum ratificabat & ratum habebat, asserens quod non aliter voluit prædictis articulis respondere; affirmans Concilium Constantiense sanctissimum esse, errareque non posse, ac Pisani Concilii fore continuativum; & quod ipse sacro Constantiensi Concilio nunquam contradicere vellet, etiam si in Bononia, aut alio quovis loco sibi magis accepto personaliter jam esset, cum id sibi minus non esset, quam publice fateri se in papatu jus nullum habere. Insuper, ut intelligeret idem Papa Joannes Concilium non minus juste, minusve legitime contra eum in præmissis aut eorum aliquo processisse, dictis testium super criminibus in quibus processum sit & fuerat contra eum, productorum, sæpe dictus Vaurensis episcopus aperuit; & sibi copiam dare obtulit, ad finem quod si contra eosdem eorumve dicta quidquam opponere, aut defensionem aliquam suscipere vellet, id facere atque libere uti deberet & posset. Quibus per eumdem Joannem Papam, & omnimoda defensione hujusmodi, præterquam ut hic subsequitur expressius, renunciatis, pro Concilio prædicto se submisit; adjiciens: Volo quod Concilium sit defensio mea, quod scio errare non posse: nec alia defensione quacumque uti volo: supplicans se humillime per commissarios prænominatos eidem Concilio sinceriter recommendandum fore. Demumque successive post præmissa episcopus Vaurensis prælibatus, suo & commissariorum prædictorum nomine aperto ore dixit: Pater sancte, nos ultra præmissa in mandatis habemus, vobis assignare terminum ad sententiam diffinitivam per dictum sacrum Concilium contra personam vestram super omnibus & singulis, in quibus jam contra eamdem processerat, proferendam, prout ipsius causæ qualitas & natura requirunt. Ideo vobis terminum assignamus ad hujusmodi sententiam audiendam in Constantia, ad diem crastinam hora sessionis consueta. Qui dictus Joannes Papa ibidem, ut apparuit, comparere non curans, respondit: Summe mihi placebit sententia ipsa, quæ (supplico) quam cito lata sit, mihi deferatur, quam cum omni reverentia, etiam cum buresi mei depositione recipiam: eamque, quantum in me fuerit, confirmabo, approbabo & emologabo, prout & dictum processum, ac omnia contra me (ut superius est expressum) in Concilio gesta, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc ratifico, approbo & confirmo, promittoque contra eam me aliquo processu temporis non venire. Atque statim porrectis & realiter ad manus traditis per dominum Gasparem abbatem & commissarium superius nominatum, articulis & testium dictis omnibus supradictis, supranominatoque protonotario domino Thoma Polton, episcopus Vaurensis sæpedictus, dicto Joanne Papa audiente, eumdem dominum Thomam & Jacobum Rhodini protonotarios superius expressos, aliosque publicos notarios hic inferius descriptos, ad præmissa & eorum occasione vocatos, instantius requisivit, ut super præmissis omnibus & singulis, ut supra recitantur dictis, propositis, allegatis & responsis, assertis & gestis, unum, duo vel plura conficerent publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Et quod in his testes essent unusquisque eorum. Et reverendi patres domini Vitalis Tolonensis, ac Fridericus Augustensis, episcopi, honorabilesque viri magistri Wilhelmus Clynk in sacra pagina professor, Joannes Fitton Saresbiriensis ecclesiæ canonicus, Petrus Gajetanus canonicus Conseranensis, Henricus Surynk, Joannes Nederbova, notarii publici Paderbornensis & Coloniensis diœcesum, & multi alii testes specialiter requisiti & rogati per episcopum Vaurensem supranominatum. Consequenterque sine mora dictus dominus Joannes Papa eosdem protonotarios & notarios cum instantia conformiter requisivit, ut supra per eum præmittitur, dictis, responsis, promissis, habitisque et gestis testes sibi fierent, eaque sub eorum scriptis publicis facerent an-

ANNO CHRISTI 1415.

annotari, & quod tunc adstantes ceteri nonnulli hic superius expressi, & alii interessentes plurimi, testes itaque sibi fierent ad præmissa. Acta sunt hæc in dicto oppido Cellis, de quo supra, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava, pontificis ejusdem Joannis Papæ anno sexto.

Ex prima editione.

Quibus sic peractis, idem Andreas electus Poznaniensis quoddam decretum pro approbatione scripturarum & deputationis legebat & publicabat, cujus tenor sequitur & est talis.

Decretum deputationis notariorum.

Item, constituit & deputat & ordinat dicta sancta synodus pro qualibet natione unum protonotarium: videlicet pro natione Gallicana Joannem de Trembleyo, pro natione Italica Jacobum Rivolini de Janua, pro natione Germanica Hermannum de Dwverck, pro natione Anglicana Thomam Polton.

Item, notarios nationum: videlicet pro natione Gallicana Michaelem a Bolsonis & Joannem b Guiardi. Pro natione Italica Bartholomæum de c Gnostis & Joannem Azel. Pro Germanica natione d Sumpertum Fabri, & Giselenum Fonentem. Et pro natione Anglicana Guillermum e Porezell. quibus dat auctoritatem & plenariam potestatem, omnia & singula in sacro præsenti Constantiensi Concilio dictata, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcumque gesta & facta, & omnia quæcumque in posterum dicenda, agenda, actitanda, promulganda, publicanda, legenda, petenda; & quæcumque alia in & pro dicto sacro Concilio, & ad dictum sacrum Concilium quomodolibet pertinentia, facienda & peragenda, in formam publicam redigendi & alias conscribendi. Approbatque dicta synodus omnia & singula per ipsos protonotarios & notarios in dicto sacro Concilio, & ad ipsum sacrum Concilium quomodolibet pertinentia, conscripta: & tam in publicam formam, quam alias in scriptis seu actis quomodocumque redacta usque nunc, sub quibuscumque verbis per dictum sacrum Concilium fuerint statuta, decreta, ordinata, pronunciata & quomodolibet diffinita. Quo decreto lecto, fuit petitum per procuratorem, an placeret prout pronunciatum extitit. Fuitque responsum per præsidentem sessionis hujusmodi, & etiam quatuor præsidentes quatuor nationum, & deinde per totius synodi supposita, per verbum, Placet.

a MSS. Bolsonis. b MSS. Girardi. c MSS. Guagnis. d MSS. Gumpertum. e MSS. Portzell.

Ex collectione Barberiniana, & tribus Germanicis.

Commissarii iverunt ad Joannem Papam ad præsentandum articulos, & assignandum terminum ad audiendam sententiam privationis.

Die Dominica XXVI. mensis Maii supradicti, reverendissimi patres domini Joannes episcopus Vaurensis, Andreas electus Posnaniensis, Thomas Poltensis protonotarius de Anglia, Gaspar sancti Joannis Eremi Perusinæ diœcesis, & sanctæ Mariæ extra muros Eboraci abbates, deputati ad intimandum domino Joanni Papæ XXIII. articulos, requirendum eum, ut respondeat eisdem, & ulterius ad intimandum sibi terminum ad audiendum sententiam, recesserunt cum commissione, & articulis prædictis transferendo se ad oppidum Cellis, in quo idem Joannes mansionem ad præsens solet habere, cum duobus notariis, videlicet magistro Jo: Guiardi, & Guilielmo Portzel.

Commissarii prædicti sunt reversi & retulerunt Concilio acta per eos.

Ex eadem collect. & iisdem mss.

Die Lunæ XXVII. mensis Maji supradicti, fuit congregatio quatuor nationum deputatorum in loco in quo solet congregari natio Germanica, & ibidem supervenerunt legati, sive commissarii, qui iverunt heri ad Joannem Papam, & prius præsentarunt unam litteram directam domino regi per ipsum dominum Joannem Papam, racommendatoriam, recommendans se domino regi Romanorum & synodo Constantiensi, cujus tenor inferius est insertus: & nihilominus exposuerunt ambaxiatam eorum, referentes, quod isto mane præsentassent articulos in Cellis Papæ una cum commissione, & petierunt, ac requisierunt eum, si vellet respondere eisdem, sive contradicere eis, aut contra testes: & quod ipse Joannes respondit quod non curaret videre articulos: & gratanter acceptavit dictos legatos, supplicans eisdem, ut supplicarent Concilio & nationibus, ut haberent recommissum in honore suo: & placeret sibi, quod sententia ferretur juxta deliberationem Concilii: supplicans tamen quod attendatur honor suus in ordinatione sententiæ, & contra sententiam non vellet appellare, neque reclamare, sive aliquo petere reductionem; sed eam per omnia, & in omnibus acceptare, probare & laudare. Quibus propositis & auditis erat deliberatum per deputatos omnium nationum, quod ex quo non poterat haberi sessio in brevi, quod iidem legati, seu aliqui eorum revertantur ad eum ad intimandam sibi prorogationem prolationis sententiæ in die Mercurii proximo; & hoc propter ejus honorem; & ex quo grata respondit, quod non vellet appellare, propterea sententia limitetur, & ita rigorosa, prout concepta fuit, proferetur cum notariis Concilii. Et fuerunt reversi ad eumdem domini abbas Conradus Pigavensis ordinis S. Benedicti, & Broda lector Brudensis ad actum supradictum una cum notariis, videlicet Gileles de Bonenton, & Guilelmo Portzel, præsentibus Henrico Zuinig clerico Badeburnensis diœcesis, & Joanne Gosselni archipresbytero ecclesiæ Astensis in Pedemontio.

Commissarii intimari fecerunt Joanni Papæ diem, & terminum ad audiendum sententiam.

Ex eadem collectione & iisdem mss.

Eodem die videlicet Lunæ XXVII. mensis Maji Constantiæ apud Minores ante portam domus, in qua natio Anglicana negotiari solet, personaliter constituti reverendissimi in Christo patres domini, domini Joannes Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopus Vaurensis, Thomas sanctæ Mariæ extra muros Eboracensis, & Gaspar sancti Joannis Eremi de Perusio, monasteriorum abbates unacum reverendo patre & domino Andrea f ejusque gratia electo Posnaniensi absentibus, qui vices suas ad infrascripta facientibus, commisit, ut dixerunt, commissarii per quatuor nationes sacri generalis Constantiensis Concilii ad citandum dominum Joannem Papam XXIII. ad audiendum ferri diffinitivam sententiam super papatu, & contra personam suam ferri ad diem Martis proxime futurum sibi per dictos commissarios alias signatam, & præfixam, eumdem diem Martis in diem Mercurii proxime sequentis, quæ erit XXIX. dies supradicti mensis Maji, ex commissione eis, ut asseruerunt, per dictas quatuor nationes facta continuarunt, & ad idem faciendum prorogarunt; quam quidem continuationem & prorogationem dicti domini commissarii præfato domino Joanni Papæ per quoscumque custodes ad custodiendum eumdem per sacrum generale Concilium Constantiense deputatos intimari quæsiverunt & mandarunt, præsentibus ibidem honorabilibus viris dominis, Joanne Gossellini archipresbytero ecclesiæ Astensis, & Joanne Surring clerico Padeburnensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

f Forte, ejusdem.

Deinde paulo post Constantiæ g habitationis reverendissimi in Christo patris & domini, domini Francisci miseratione divina S. R. E. cardinalis Florentini vulgariter appellati personaliter constituti præfati & reverendissimi patres & domini, domini Joannes Vaurensis, Andreas electus Poznaniensis, & Thomas abbas monasterii sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses commissarii, idem domini Andreas electus Poznaniensis ratificavit & approbavit expresse acta & facta per eosdem Joannem episcopum, Thomam & Gasparem præfatos suos nomine quoad prorogationem termini præscripti. Et nihilominus domini Joannes episcopus, Andreas electus, & Thomas abbas commissari præfati circa revocationem actorum & factorum per Joannem & Thomam, & Gasparem abbates commissarios jamdictos, dictam diem Martis proxime futuram eidem domino Joanni Papæ XXIII.

g MSS. in domo habitationis.

ANNO CHRISTI 1415.

XXIII. audiendo ferri fententiam diffinitivam fuper papatu, & contra perfonam fuam, us præmittitur, præfixam & affignatam, ufque in diem Mercurii proxime fequentem de novo continuarunt & prorogarunt. Quam quidem prorogationem, feu continuationem iidem domini commiffarii præfato domino Joanni Papæ XXIII. par quofcumque cuftodes ad cuftodiendum per facrum generale Conftantienfe Concilium prædictum deputatos ex parta ejufdem Concilii intimari commiferunt, & mandaverunt, præfentibus ibidem venerabilibus viris dominis Joanne de *a* Badrenis & Paulo *b* Martini canonicis Pofnanienfibus teftibus ad præmiffa vocatis fpecialiter & rogatis.

a Mss. *Badternis*. *b* Mss. *Marini*.

Die Martis xxvIII. menfis Maji fupradicti fuerunt congregati deputati quatuor nationum in loco congregationir nationis Germanicæ: fupervenerunt domini cardinales, Jordanus de Urfinis, Antonius de Chalanco, B Petrur Cameracenfis, Andreas Salutiarum, & Francifcus Florentinus nomine collegii cardinalium, & propofuerant per os domini cardinalis Florentini qualiter alias inter eos concordatum, quod quatuor cardinales deberent ire cum domino Imperatore, ad Petrum de Luna, & regem Arragonum: licet pofuerunt hoc in arnitrio regis: dummodo tamen id placeret, & quod id videbatur ipfis utile effe, neceffarium, & honorabile pro Concilio præfenti: & elegiffent tunc dominos Joannem epifcopum Oftienfem, Vivarienfem vulgariter nuncupatum, Petrum Camerarenfem, Amedeum Salutiarum, & ipfum Florentinum. Modo autem videntes, quod appropinquat tempus recedendi, etiam quod Imperator præparat fe, & nihil eis dixit; & fi non ivetint, illud tamen remanere debeat per eos, quin vadant, in cafu quo aliqua negligentia committatur ibi- C dem, quam cardinales prædicti excufari poffent, proteftantur exnunc, quod per eos non remanfit quin iviffent, fi Concilium voluiffet: & alias proteftati fuerunt, prout, & quemadmodum in quadam cedula, quam ibidem produxerunt, cujus tenor inferius eft infertus, plenius continetur. Super quibus petierunt fibi fieri per protonotarios ibidem affiftentes, & præfentes, & notarios, & alios tabelliones, unum vel plura, publicum & publica, inftrumentum & inftrumenta, præfentibus dictis deputatis & cardinalibus, ac domino Hermanno de Werg protonotario fedis Apoftolicæ, epifcopo Ripenfi, Jacobo epifcopo Placentino, archiepifcopo Colocenfi, abbate fancti Lupi, epifcopo Carcaffonenfi, archiepifcopo Bifuntino, archiepifcopo Viennenfi, epifcopo *c* Addicenfi, Tervifienfi, Concordienfi epifcopo, ac epifcopo Sarisberienfi, ac multis aliis.

c Lege ex mss. *Adriensi*.

Tenor dictæ proteftationis cedulæ, de qua fupra fit mentio, fequitur:

Ex eadem collectione, & iisdem mss.

Dicatur domino regi pro parte collegii, qualiter alias fuæ ferenitati dictum fuit pro parte ejufdem collegii, & deinde de licentia ipfius domini regis fuit dictum dominis deputatis nationum, quod collegio cardinalium videbatur maxime utile & expadiens, quod aliqui cardinales affociarent ipfum dominum regem, & fecum intereffent in contractu agendo unionis ecclefiæ cum dicto Petro de Luna, & domino rege Arragonum, & hoc pro utilitate & honore Romanæ fedis & pro honore Concilii, & ipfius domini regir Romanorum, & etiam pro honore & debito collegii, cum ad ipfum hæc materia principaliter pertineat, tanquam in qua agitur de papatu, attento quod collegium immediate fe ha- E bet ad Papam. Fuit infuper dictum domino regi, quod collegium ad hoc elegerat quatuor cardinales, dominos fcilicet Oftienfem, Cameracenfem, Salutiarum & Florentinum, & quod ponebat in arbitrio ipfius domini regir, quod fecum haberet prædictos, vel aliquos ex eis, vel fi etiam fibi placebat habere aliquos alios de collegio, & quot vellet. Ipfe autem rex refpondit fibi placere: & voluit quod deferretur ad deputatos nationum, qui etiam hoc probare principaliter haberent, licet non fecerint, nec fuper hoc determinatam refponfionem dederint. Nunc autem collegium fentit, quod regreffus regia erit feftinus, nec dicitur fibi aliquid, quod domini ituri parent fe. Ideo collegium ordinavit, A quod per nos fex, qui fumus hic, dicatur ferenitati veftræ id quod alias dictum eft, & fic dicimus. Et fi rex affentit, quod vadant aliqui, non infletur plus, fed folum fciatus, qui funt illi de quibus rex contentatur, & illi poffent fe parare. Si autem rex dicat non expedire quod vadant, vel quid fimile, tunc dicatur fuæ ferenitati, quod collegium pro confervatione honoris fui, ne poffit per mundum nunc vel in futurum fibi imputari negligentia in tanto negotio, deliberavit facere publicam proteftationem, quod per fe non ftetit, nec ftat quominus mittant aliquos: & de hoc advifant ipfum dominum regem, ne poftea quando fiet proteftatio, recipiat admirationem; advifantes eamdem ferenitatem, quod in proteftatione non intendunt ad læfionem alicujus, fed folum ad confervationem honoris fui, ex caufis prædictis.

Secundo dicatur fibi qualiter fentit, quod ipfe loco fui vult hic mittere ducem Ludovicum Bavariæ, comitem Palatinum Rheni, de quo dummodo quantum ad obedientiam iftam * fint dominus rex publice dicit fe habere in animo, bene contentatur collegium, quia audiverit multa bona de ipfo. Obfecrat tamen ipfum, quod fecuritates alias datæ per ipfum dominum regem ipfi collegio, vel fingulis de collegio renoventur per ipfum dominum ducem in bona forma & fimiliter per magiftrum civium cum confilio civitatis. Et quod ipfe dux in feffione publica deferat obedientiam domini Angeli Corario, & fubmittat fe huic Conftantienfi Concilio. Et in cafu quo dux prædicta recufaret, non videtur collegio, quod cum honeftate vel falute confcientiæ fingulorum de collegio poffit approbare ipfum pro defenfore dicti collegii; maxime attento quod hoc aliud nihil eft dicere, nifi quod tota obedientia fit reducta fub dicto domino Angelo: & videtur aperte, quod fic publice ubique reputaretur & crederetur, quod effet cum intolerabili fcandalo hujus Concilii, ac totius Chriftianitatis, & honoris ipfius domini regis, & periculo confcientiarum, & honorir ipfius collegii, & fingulorum cardinalium. Unde in illum cafum collegium obfecrat, quod dominur rex non deputet ipfum, fed alium bonum, & idoneum de noftra obedientia: & in quantum placeret domino regi, deputare dominum Busgravium collegium bene contentaretur, propter bonam notitiam, quam habent finguli cardinales de ipfiur virtutibus, & bonitate & nobilitate. Si autem dominus rex deputaverit ipfum ducem manentem fub obedientia domini Angeli prædicti, tunc collegium præfatum advifat ipfum dominum regem, quod pro confervatione confcientiarum, & honoris ipforum cardinalium, deli- D berarunt publicam proteftationem facere, quod non confentiunt tali deputationi, nec ipfum recipere pro fuo defenfore, tanquam alienum a noftra obedientia. Et de hoc facere confici publica documenta ad confervationem memoriæ.

* Forte *ficut dominus*,

Tenores vero dictæ petitionis diffinitivæ fententiæ ac infrafcriptorum reportatorum de Cellis, de quibus fit mentio, fequuntur:

In nomine Domini. Amen.

ANno a Nativitate ejufdem MCCCCXV. Indictione VIII. die vero Lunæ XXVII. menfis Maji in oppido Cellis Conftantienfis diœcefis, in camera, in qua dominus Papa Joanner adftabat, & habitare folebat, conftituri reverendi patres & domini, Joannes Vaurenfis, & Andrear Poznanienfis epifcopi, Thomas fanctæ Mariæ extra muros Eboracenfes, & Gafpar fancti Joannis Eremi de Perufio monafteriorum abbates, per facrum Concilium Conftantienfe ad infrafcripta commiffarii fpecialiter deputati, in præfentia reverendorum patrum dominorum Jacobi de Rodini de Janua, & Thomæ Polton fedis Apoftolicæ protonotariorum, & aliorum notariorum publicorum, venerabiliumque perfonarum aliarum inferius nominatarum teftium ad infrafcripta adhibitorum, & fupradicto domino Joanni Papæ XXIII. ibidem præfenti, audienti & intelligenti per organum jam dicti Vaurenfis epifcopi alta & intelligibili voce propofuerunt verba quæ fequuntur.

Ex collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.

ANNO CHRISTI 1415.

Ex duobus mss. Germanicis, Lips. & Goth.

Pater sancte, reverendi domini mei, domini commissarii & deputati, hic præsentes, & ego una cum eis, sumus transmissi & destinati ad sanctitatem vestram ex parte sacri Constantiensis Concilii, ad insinuandum primo ostendendumque, & realiter exhibendum eidem sanctitati, articulos formatos coram eodem sacro Concilio, contra personam vestram productos, super criminibus nonnullis gravibus & enormibus, & super quibus contra eadem per dictum sacrum Concilium proceditur, ad interrogandum & requirendum eamdem, ut super eisdem articulis omnibus & singulis sufficienter habeatis respondere, eos confitendo vel diffitendo, prout vobis videbitur, ac etiam ad videndum & sciendum, B si huic processui velitis vos opponere, seu aliqua pro vestra defensione in hac causa dare, facere, vel allegare. Licet, Pater, sancte, hæc non sunt multum necessaria, attento consideratoque grato benignoque responso per sanctitatem vestram, pridie in oppido isto, coram reverendissimis patribus, dominis de Ursinis, de Cbalanco, de Saluciis, Cameracensi, & Florentino, S. R. E. cardinalibus, patribusque reverendis Tolonensi & Augustensi episcopis, nonnullisque aliis prælatis & viris nobilibus præsentibus ad hoc vocatis. Quod quidem responsum in schedula, manu vestræ sanctitatis subscriptum, dicto sacro Concilio relatum pleneque notificatum exstitit.

Eapropter dictos articulos, quos sæpe dictus dominus Vaurensis episcopus in suis tenebat manibus, eidem domino Joanni Papæ exhibuit, obtulit, & tradere vo- C luit: eumque super iisdem interrogando requisivit, ut eorum omnibus & singulis sufficienter, ut superius exprimitur, responderet, diceretque ac declarare vellet, si dicto processui, ejusque parti se opponere, seu aliqua ad sui excusationem vel defensionem dare vellet, ea offerendo, hæc omnia libenter se recepturos.

Quibus sic, ut præmittitur, exhibitis, interrogatis, requisitis, oblatis, & propositis, idem dominus Joannes Papa dixit, & verbo proposuit: „ Ipsum pro Dei „ ecclesia & ejus unione plura fecisse, etiam antequam ,, fuisset in Papam assumptus, præsertim tempore Erroris, & circa Concilium Pisanum, & ante hujus sacri „ Concilii Constantiensis congregationem. In quo etiam „ liberam cessionem sui papatus obtulit, prout in sche- ,, dula per eum in eodem Concilio in publica sessione „ tunc lecta & publicata plenius continebatur. Subin- D „ gens tristi vultu, ut apparuit, quod a Constantia & ,, dicto sacro Concilio post ipsius schedulæ concessionem „ turpiter recessisset: quod bene recognoscebat: immo „ quod maluisset illa die sine animæ præjudicio mor- ,, tuus esse, quam ita turpiter recessisse. Eapropter idem „ dominus Joannes Papa respondit successive, quod ipse ,, contra præmissa superius recitata nullam defensionem „ facere volebat. Immo prout per dictam schedulam sua ,, manu subscriptam, quam pridie, ejus ex parte, ab „ oppido, quo supra, cardinales, recitati superius, ad „ Concilium portaverunt, continebatur, volebat, & ,, præsentialiter stare promisit in omnibus se conformare „ omni ordinationi, deliberationi & determinationi di- „ cti sacri Concilii. Ac insuper omnimodum processum, ,, per idem Concilium contra eumdem habitum, ratifi- ,, cabat & ratum habebat. Asserens quod non aliter „ voluit prædictis articulis respondere: affirmans, Con- E „ cilium Constantiense sanctissimum esse, errareque non „ posse, ac Concilii Pisani fore continuationem. Et quod „ ipsi sacro Constantiensi Concilio nunquam contradice- „ re vellet, etiamsi in Bononia, aut alio quovis loco si- „ bi magis accepto personaliter jam esset: cum id sibi „ minus non esset, quam publice se in papatum nullum „ jus habere. “

Insuper ut intelligeret idem dominus Joannes Papa, Concilium non minus juste, minusque legitime contra eum in præmissis, aut eorum aliquo processisse, dicta testium super criminibus, in quibus processum sit, vel fuerat contra eum productorum, sæpe dictus Vaurensis episcopus aperuit, & sibi copiam dari obtulit. Ad fi- A nem, quod si contra eosdem testes, eorumve dicta a quid opponere, aut aliquam defensionem suscipere vellet, id faceret, eoque libere uti deberet & posset.

Quibus per eumdem Papam Joannem, & omnimoda defensione hujusmodi, præterquam, ut hic subsequitur expressius renunciatis, sacro Concilio prædicto se submisit. Adjiciens: „ Volo quod Concilium sit defensio „ mea, quod scio errare non posse. Nec alia quacum- „ que defensione uti volo. Supplicans humillime, se per „ commissarios prænominatos eidem sinceriter recom- „ mendandum fore. “

Demumque successive post præmissa episcopus Vaurensis prælibatus suo & commissariorum prædictorum nomine aperto ore dixit: Pater sanctissime: Nos ultra præmissa in mandatis habemus vobis assignare terminum ad audiendum sententiam definitivam, per dictum sacrum Concilium contra personam vestram super omnibus & singulis: in quibus jam contra eamdem processerit, proferendam, ut ipsius causæ qualitas & natura requirunt. Ideo vobis terminum assignamus ad audiendum sententiam hujusmodi, in Constantia, in diem crastinam, hora sessionis consueta.

Qui dictus Joannes Papa inibi, ut apparuit, comparere non curans, respondit: „ Mihi summe placebit „ sententia illa, ipsaque supra quam cito lata sit, mihi „ deferatur; quam omni reverentia, etiam cum bireti „ mei depositione recipiam; eamque quantum in me „ fuerit, confirmabo, ratificabo, approbabo, & b emo- „ logabo, prout & dictum processum, ac omnia contra „ me, ut superius est expressum, in Concilio gesta, ex- „ nunc prout extunc, & contra, ratifico, approbo, & „ confirmo, promittoque contra eam me aliquo proces- C „ su temporis non venire. “

Ad statumque porrectis, & realiter ad manus traditis per dictum dominum Gasparem, abbatem & commissarium superius nominatum, articulis & testium dictis omnibus supra dictis, supra nominato protonotario, domino Thoma Polton, episcopus Vaurensis sæpe dictus, dicto domino Joanne Papa audiente, eumdem dominum Thomam & Jacobum Rodini protonotarios superius expressos, aliosque publicos notarios hic inferius descriptos, ad præmissa & eorum occasione vocatos, instantius requisivit, ut super præmissis omnibus & singulis, ut supra recitatur, dictis, propositis, allegatis, & responsis, assertis & gestis, unum, duo, vel plura conficerent, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta, & quod in his testes essent unusquisque eorum alter alteri.

Ac reverendi patres, dominus Vitalis Tolonensis, ac D Fridericus Augustensis, episcopi, honorabilesque viri, magister Guillelmus Bling, in sacra pagina professor: Joannes Fiten, Sarisberiensis ecclesiæ canonicus; Petrus Gaieran, canonicus Conseranensis; Henricus Suring, & Joannes Nederhove, notarii publici, Paterbornensis & Coloniensis diœcesium, & multi alii testes, specialiter requisiti & rogati per episcopum Vaurensem sæpe nominatum.

Consequenter sine mora dictus dominus Joannes Papa eosdem protonotarios ac notarios cum instantia conformiter requisivit, ut super per eum, ut præmittitur, dictis, responsis, præmissis, habitisque & gestis, testes sibi fierent, eaque sub eorum scriptis publice facerent adnotari. Et quod tunc adstantes ceteri nonnulli, hic superius expressi, & alii interessentes plurimi testes ita sibi fierent de præmissis.

E Acta sunt hæc omnia & singula, prout superius scribuntur & recitantur, in dicto oppido Celle, sub anno, indictione, die, mense, quibus supra, pontificatus ejusdem domini Joannis Papæ XXIII. supradicti anno sexto.

Joann. Girardi (notatii memorati, ad præ-
Guillelmus Porzel. (missa requisiti.

a Forte, *quidquam.*

b Mf. al. *emulgabo*,

ANNO CHRISTI 1415.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

Instrumentum, quo Joanni Papæ intimatus est terminus ad audiendum sententiam diffinitivam privationis.

In nomine Domini. Amen.

ANno a Nativitate ejusdem Domini MCCCCXV. indictione VIII. die vero Martis XXVIII. mensis Maii, paulo post horam vasperarum in oppido Cellæ Constantiensis diœcesis, in domo quam dominus Joannes Papa XXIII. inhabitabat, constituti reverendissimi patres & domini, Conradus abbas *a* Pigavensis ordinis sancti Benedicti, sedi Apostolicæ immediate subjectus, Mersburgensis diœcesis, Aymericus de Arcus licentiatus in decretis, prior sancti Benigni Augustæ, Guillelmus *b* Elnigh in sacra pagina magister, Joannes *c* Fironiur in Theologia bacalareus, canonicus Sarisberiensis, Joannes Brode lector Veteris undæ Coloniensis diœcesis, custodes ad custodiendum dictum dominum Joannem in dicto oppido per dominos de sacro generali Constantiensi Concilio deputati. Idem dominus Joannes lector suo & dictorum dominorum custodum suorum nomine, auctoritate, & potestate sibi & dictis suis custodibus per deputatos quatuor nationum per dictum sacrum Concilium ad assignandum prælibato domino Joanni Papæ terminum ad sententiam diffinitivam ferendum in causa quæ contra eum agitur, audiendum datis & concessis, exposuit ipsi domino Joanni Papæ præsenti, audienti & intelligenti, qualiter serenissimus princeps Sigismundus Romanorum, & Hungariæ rex de contentis in quadam littera per dictum dominum Joannem Papam sibi destinata, ac memorati domini de Concilio de responsione ab eodem Joanne Papa habita per dictos dominos deputatos eisdem dominis de Concilio facta, seu relata plurimum contenti exstiterant; propter quæ, & alia dictos dominos de Concilio moventia terminum dicto domino Joanni Papæ per dictos dominos deputatos ad audiendum sententiam diffinitivam contra eum ferri & promulgari præfixum & assignatum usque ad diem Mercurii proxime futuram quæ erat XXIX. præsentis mensis Maji, continuarunt; & dictam continuationem, seu prorogationem sibi in propria persona, melioribus via & forma, quibus potuit, intimavit. Quibus sic expositis & intimatis, idem dominus Joannes Papa recommendationibus dicto domino regi, & dominis de sacro Concilio præmissis, respondit & dixit, prout aliis dominis deputatis se asseruit dixisse & respondisse. Similiter per prorogationem & intimationem hujusmodi, & quidquid per dictum sacrum Concilium jam factum fuerit, & die crastina, vel alias quandocumque fieret in futurum, grata exnunc habebat, & habetet pariter & grata. Super quibus omnibus & singulis idem dominus Joannes lector nomine quo supra, unum vel plura, publicum seu publica petiit per nos notarios infrascriptos fieri instrumentum seu instrumenta. Acta fuerunt hæc prout supra scribuntur, anno, die, mense, & loco prædictis, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris fratribus Joanne Berto de Bononia, & Matthæo de Viterbio monachis monasterii sancti Michaelis prope Bononiam ordinis montis Oliveti, Petro Gaetano canonico Conseranensi domicello, Alberto de Gormia capitaneo dicti oppidi Cellis, & Joanne de *d* Aldendorp clerico Moguntinæ diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

a Al. *Pegaviensis*.
b Ms. *Cling.*
c Ms. *Fiten.*
d Ms. *Oldendorp.*

Petitio per Henricum de Piro producta.

Et quia, reverendissimi patres & domini, ex actis causæ hujusmodi crimina, scandala, incorrigibilitas, nutritio schismatis, aliaque contra dominum Joannem Papam XXIII. quæ ad ejus depositionem sufficiunt, sufficienter probata creduntur, relatione reverendissimorum patrum dominorum embaxiatorum & legatorum hujus sacræ Synodi, & protonotariorum sanctæ sedis Apostolicæ, & aliorum tabellionum de citatione in personam domini Joannis Papæ antedicti facta, & comparitionis expressa recusatione, repetimus & reproducimus, ipsius contumaciam accusando, & in ejus contumaciam petimus per vestram diffinitivam sententiam pronunciari in scriptis, decerni & declarari, recessum per præfatum dominum Joannem Papam ab hac civitate Constantiensi, & dicto sacro Constantiensi Concilio clandestina de nocte hora suspecte in habitu dissimulato & indecenti factum fuisse, & esse illicitum, ecclesiæ Dei, & dicto Concilio notorie scandalosum, pacis & unionis ipsius ecclesiæ turbativum & impeditivum, schismatis inveterati nutritivum, a voto, promissione, & juramento per ipsum *e* dominum Joannem Papam simoniacum notorium, malumque spiritualium, & temporalium ecclesiæ administratorem, & dispensatorem fuisse, & esse; suis detestabilibus inhonestisque vita & moribus ecclesiam Dei & populum Christianum ante ejus assumptionem in papatum, & post usque ad ista tempora notorie scandalizantem; ipsumque per præmissa ecclesiam & populum Christianum notorie scandalizasse & scandalizare; necnon post monitiones debitas & caritativas iteratis & crebris vicibus eidem factas in præmissis malis pertinaciter perseverasse; ipsumque propter præmissa & alia crimina in processu dictæ causæ contra eum deducta & contenta, tanquam indignum, inutilem & damnosum a papatu, & ejus administratione spirituali, & temporali amovendum, privandum & deponendum fore; & per vos sanctam Synodum amoveri, privari & deponi; universos & singulos Christicolas cujuscumque status, dignitatis, vel conditionis existant, ab ejus obedientia, fidelitate, & juramentis absolutos declarando, universisque Christi fidelibus, ne eumdem a papatu, ut præmittitur, sic depositum, de cetero in Papam recipiant, seu eum Papam nominent, aut illi tanquam Papæ adhæreant, aut quoquo modo obedient, inhibendum fore, & per vos inhiberi debere. Et nihilominus defectus, si qui circa præmissa intervenerunt, ex certa scientia suppleri, dictumque Joannem ad standum, & morandum in aliquo loco sub tute & fida custodia, donec quid agendum cum eo deliberaveritis; & eumdem secundum canonicas sanctiones condemnandum & puniendum fore, & per vos condemnari: præmissa omnia, & singula petimus promotores, procuratores antedicti, tam conjunctim quam divisim, ac alias omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma quibus melius, & efficacius peti possunt & debent, vestrum benignum officium in præmissorum quolibet implorantes.

e Desunt hic aliqua, supplenda ex pag. 223. A.

Ex Ms. Victorino.

Die XXV. Maji præsentatæ fuerunt sacro Concilio Constantiensi litteræ Ducis Burgundiæ se excusantis super rumoribus currentibus contra eum in Constantia, & alibi.

Reverendi in Christo Patres, venerabiles, ac doctissimi viri. Per R. P. episcopum S. Pontii, & demum per vener. P. Abbatem S. Joannis Remensis Consiliarium meum, similis vero tenoris litteras binas vestrarum circumspectionum recepi nuper, quibus primo statum miserabilem Ecclesiæ Sacrosanctæ, venientem, ex ambitione contendentium de Papatu; modos quos tenuit D. Papa modernus, quibus minime contentamini; suum recessum a vestro sacro Concilio; quibus etiam subterfugiis differt implere. Quod debet, & promisit pro unione sanctæ matris ecclesiæ, seriosius narrant, & tandem per ipsas me gratiosissime rogatis & requisitis, quod ipsum D. N. in meis dominus nullatenus reciperem, vel recipiam; & si jam tempore receptionis litterarum foret ibi, taliter eum custodiam, quod de ipso pro bono ecclesiæ universalis possitis libere disponere, vel quod eum statim remittam ad Concilium generale. Subjungentes quod fidem indubiam dare velim præfatis RR. PP. super mihi per eos dicendis ex parte vestra.

Quibus litteris lectis, & eorum audita credentia, vehementer dolui, cum sperarem unionem optatissimam ex oblatione sanctissima cessionis D. N. nuper facta, celeriter assequendam, quam proh dolor! jam cerno differri. Spem tamen concipio, si vestra sacratissima Synodus a coeptis non desistat, quæ si perseveret, pulsantibus ape-

aperiet Deus ostium misericordiæ suæ, ad solatium singulare lamentabiliter plurimorum, & ne vacillet vestre congregatio sanctissima, sed per veritatis nucleum, mendaciorum cortice sublato pascatur; cui malevolorum relatu suggestum est, me præd. D. N. velle recipere, fovere, & conducere in præjudicium unionis ecclesiæ, & contra determinationem vestræ Synodi sacratissimæ. Veritatem rei gestæ, cui sine repulsa mendacii contradicere fas non erit, vobis expono.

Post recessum D. N. e Constantia, ipse D. N. statim misit ad me solemnes Oratores suos, per quos mihi mandavit, omnino nescienti quomodo, vel propter quod recesserat, & quod ad hoc Constantiam dimiserat solum, ut promissa compleret in propria persona, volens ire Niciam ad renunciandum, sicut promiserat in cedula sua. Si humiliter, si reverenter ipsos debui recipere, & ingrate respondere, quod ipsos sciebam Nuncios Papæ Patris N. sanctiss. ab Ecclesia pro tali habiti, & tenti, non reprobati, non condemnati, promittentis se velle cedere, & omnia facere quæ forent ad bonum unionis ecclesiæ, judicent V. Paternitates; insanum quippe crederet, ut æstimo vestrum quilibet etiam prudentissimus, Papam, quem ad omne bonum dispositum cerneret, se nolle recipere, & præsertim sub spe illum inducendi ad quælibet meliora.

Er propterea eis respondi, quod ipsum D. N. animo libenti & jucundo reciperem, sicut præfertur dispositum, & tamdiu tractarem honorifice, quamdiu persisteret in bona sua voluntate. Si quæ præparatoria fuerint, ut securius ad patriam accederet, quorum rumores ad vestras Paternitates pervenerint, referantur; obsecro, ad prima responsa, quæ dispositioni secundæ nullo modo possunt adaptari. Nempe RR. Patres, vener. ac doctiss. viri, de veritate gestorum vestris litteris, & RR. patrum relatione instructus, quibus asseritis recessum D. N. clandestinum, & scandalosum esse, & si recipiatur e quocumque, per hoc præjudicari non modicum ecclesiæ unioni, quam totis viribus & toto posse perquirere vellem; non insane Consilium mutavi, disponens numquam contra deliberationes vestras, quibus omnino cum ceteris principibus catholicis adhærere conclusi, præfatum D. N. recipere, vel acceptare: quin immo vobiscum, cum præfatis unanimiter laborare ad extirpationem præsentis pestiferi schismatis, per omnes vias per cœtum vestrum sacratissimum advisandas, & concludendas; & si quid in contrarium per obloquutores deferri contingat, curetis rejicere, precor, mendacie; nam numquam mente concepi, primitus, vel postea, quod vergere crederem in præjudicium unionis prædictæ, vel conclusionum vestrarum.

Præterea RR. PP ac eruditiss. viri, relatu fide dignorum comperi, per nonnullos homines, paucos magni status, aliquos vero modici, ipsorum complices & fautores, Constantiæ stantes, omnes autem injuriari mihi, quantum in eis est, honorem meum multipliciter gravare nitentes, & præsertim in materia fidei Catholicæ, occasione cujusdam propositionis nuper factæ coram D. meo Aquitaniæ Duce, primogenito D. mei Regis, & multis Principibus Franciæ, omnisque Status regni multitudine numerosa, in qua dicont multos errores in fide esse contentos, per me, ut mendaciter asserunt, cum suis erroribus approbatæ, quibus, precor, nullam adhibeatis credentiam, attentis quod prædicta sunt modis per eos tentis, non inverecundis tantum, sed etiam rebidis, de quibus per Ambaxiatores nostros vobiscum stantes potuistis, & adhuc poteritis, si placet, plenius informari.

Confidenter rogo circumspectiones vestras, qui licet immeritus de domo gloriosissima Franciæ originem duxi, quæ Dei gratia monstris hæreticæ pravitatis contaminata numquam fuisse legitur, Patre non solum Catholico, verum ferventissimo prosecutore unionis Ecclesiæ, filio Regis Franciæ, non theologicos eruditus subtilitatibus fidei, sed firmiter credens & confitens simpliciter, quæ nobis per Christum, per Apostolos, per sanctam matrem Ecclesiam tradita sunt, utpote Christianus princeps, miles, & laicus, paratus non solum credere, quæ sancta mater decrevit Ecclesia, sed etiam tutari, & defendere manu militari usque ad effusionem proprii sanguinis, & meos subditos ad ea credenda, & defendenda, si sit opus. Videant, qui sunt delatores, quid movet eos dicere, quod approbando propositionem præmissam, errores approbavi, quos numquam cognovi, vidi, aut intellexi; cum si qui fuerint, meum excesserint intellectum. Si cuncta pensetis, odio dicuntur, & insania, non fidei zelo, quod satis prok dolor! ostenderunt in Francie, dum eorum quidam vesania ducti nisi sunt sub umbra veritatis fidei dogmatizare nullam pacem mecum posse componi ratione approbationis prædictæ.

Attendant ulterius quæso, V. S. Paternitates, quid in propositione præmissa demeruerim, si etiam plurimos contineat errores, quod negant plurimi, si proferatur illa, quæ veraciter per M. Joannem Parvi prolata est, non illa quæ sub eius nomine conficta dicitur Parisius per æmulos meos, & inimicos, me non vocato, vel dicto Parvi, loco non tuto, taliter qualiter condemnata. Nam sola facta, ex quibus volebant conclusionem inferri, quam quærebam, dicto Parvi credideram, qui litteratorum more majorem factis præposuit prælibatis, ex quibus conclusionem intulit in modum Syllogismi.

Si quid de suo mihi non cognitum, quid nec quilibet eruditus bene percepisset, proposuit per approbationem generalem, quod mihi restat impingendum? Quod si mihi constitisset erroneum, numquam approbassem, quinimmo approbantibus quibuscumque restitissem. Ergo repellantur, supplico, qui tam inverecunde & mendaciter nituntur asserere in fide me quippiam deliquisse, & non solum repellantur, verum puniantur per justitiam sacrat. Concilii, qui quamvis simulant se nihil agere velle directe contra me, hanc tamen habent depravatissimam voluntatem, quia quærunt, dicta propositione damnata, guerram novam in Regno Franciæ, quod avertat Altissimus, perniciosissime suscitare, quam timent fore sopitam.

Et ut vestra Synodus Sanctiss. me catholicum teneat, vestris definitionibus factis, & fiendis, ceterorumque Conciliorum sacrorum humiliter adhærentem, nec volentem quippiam sustinere, quod sit erroneum, vel contrarium sanæ Doctrinæ, seu fidei Orthodoxæ: & si per approbationem præmissorum sic generaliter factam veniat, vel intelligatur aliquid approbatum, quod per sanctam matrem ecclesiam decerneretur contrarium veritati fidei catholicæ, vel sanæ doctrinæ, vestro cœtui sanctissimo notifico, me numquam intellexisse, voluisse, vel velle talia approbare, & ea supplico pro non approbatis vel dictis haberi per vos, quæ corrigendo definitionibus vestris submitto. Supplico autem affectuosius ut valeo, quod si quid in hac materia pro præmissis vel aliis coram vestris circumspectionibus producatur examinandum cum expressione nominis mei, vel dicti M. Joannis Parvi, seu aliter quomodocumque, taliter ventiletur, & discutiatur, vocatis Ambaxiatoribus meis, quod evidenter vobis constet de propositionibus per dictum Parvi veraciter prolatis; ita quod aliæ dictis nominibus non damnentur, per eos confictæ, vel mendaciter assertæ, quibus sufficeret id habere, quod in dedecus meum redundare posset, & discordias in hoc regno seminare.

Considerentes quod vulgus alta non sapiens per malos & astutos facile inducitur, maxime sub specie boni, præsertim fidei, ad credentiam, quæ per hypocritas & fictitios prædicantur, quorum nonnulli de prædictis convincuntur fore similes, qui vestrum gloriosissimum cœtum mendacii voluerunt decipere plures asserentes regnum Franciæ perditionis expositum periculo, si propositio præmissa non damnetur, cujus errores singulares lethaliter infecerunt, cum revera de dicta propositione nulla fuerit in regno memoria, vel quasi, nisi prædicti sua malitia in odium mei, & regni subversionem modis tyrannicis materiam dictæ propositionis, nomine meo, & dicti Parvi mendaciter confictæ, sicut præfertur, damnabiliter excitassent. Ambaxiatores meos, & servitores, vobiscum existentes, precor, in meis & suis agendis velitis habere specialiter recommissos, & mihi rescribere quæque grata. RR. PP. venerab. & doctissimi viri, Christus vos conservet in vinculo pacis & charitatis, & taliter laborare concedat, quod pacem habeamus optatam in diebus nostris. Scriptum Divioni XV. Maji,

SES-

ANNO CHRISTI 1415.

SESSIO XII.

In qua commissarii ad Joannem Papam fecerunt relationem, & lata fuit sententia diffinitiva contra ipsum.

Die Mercurii vicesimanona mensis Maji supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Viviariensis, præsente serenissimo principe Sigismundo Romanorum rege in insigniis regalibus cum suis nobilibus ea eisdem sibi servitatibus,

Ex Mss. Surii, & quatuor Germanicis.

Cui astabant inter cardinales domini Angelus episcopus Prænestinus, Laudensis, & Jordanus episcopus Albanensis, de Ursinis nuncupati. Præsentibus etiam dominis Francisco Venetiarum, Antonio Aquilejensi, Alamanno Pisano, Petro Cameracensi, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Francisco Florentino, Lucido de Comite, Odone de Columna, Landulpho Barensi, Ludovico de Flisco, Raynaldo de Brankassis, Amadeo Salutiarum, diaconis cardinalibus.

Ex prima editione.

Et fuit decantatum officium Missæ de Spiritu sancto per dominum patriarcham Antiochenum. Quo completo, dicebantur litaniæ, &c. ut moris est. Quibus peractis, fuit facta relatio a legatis & nuntiis missis ad Joannem Papam per organum domini Joannis episcopi Vaurensis, quemadmodum articulis & attestationibus contentis in processu sacri Constantiensis Concilii contra ipsum dominum Joannem Papam eidem exhibitis: offerendo ex parte Concilii ipsius, si quid vellet opponere, quod libere posset. Item intimato eidem termino ad proferendum sententiam, quod respondisset verbo, se pro Dei ecclesia & ejus unione plura fecisse, etiam antequam fuisset in Papam assumptus, & ante dicti Concilii Constantiensis inchoationem, in quo etiam obtulit liberam papatus sui cessionem. Et quod turpiter ab inde recesserat, bene recognoscebat: maluissetque illa die sine animæ suæ præjudicio mortuus esse, quam ita turpiter recessisse: quodque contra processum sacri Concilii nullam defensionem facere volebat, sed prout per schedulam sua manu subscriptam, datam cardinalibus qui ad eum venerant, continebatur, vovebat & præsentialiter promittebat stare, ac se in omnibus conformare omni ordinationi, declarationi & determinationi dicti sacri Concilii; ac insuper omnimodum processum per idem Concilium contra eumdem habitum ratificabat, asserens quod non aliter voluit prædictis articulis respondere, affirmans Concilium Constantiense sanctissimum esse, errareque non posse, ac Concilii Pisani continuativum: & quod ipsi sacro Constantiensi Concilio numquam contradicere vellet, etiam si in Bononia, aut alias quovis loco sibi magis accepto personaliter jam esset, cum id sibi minus non esset, quam publice fateri se in papatu nullum jus habere. De sententia autem ferenda, quod summe sibi placeret, ut quam cito lata foret, eidem referretur, quam omni reverentia, etiam cum bireti sui depositione reciperet; & eam, quantum in se foret, confirmaret, ratificaret, approbaret & emologaret, prout dictum processum, ac omnia contra ipsum in Concilio gesta, extunc ratificabat, approbabat & confirmabat, promittebatque contra ea se aliquo processu temporis non venire. Prædicta relatione completa, reverendus pater dominus episcopus Atrebatensis legebat sententiam diffinitivam contra Joannem Papam XXIII. ac constitutiones quasdam, quarum tenores sequuntur hoc modo.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Post cujus quidem officii Missæ peractionem fuerunt lectæ & dictæ litaniæ cum introitu, *Exaudi nos Domine*, &c. more solito cum evangelio, *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*, ceterisque collectis ac orationibus & hymno, *Veni creator Spiritus*. Quibus habitis, instante magistro Henrico de Piro promotore & procuratore prædicto, reverendi patres ac honorabiles & providi domini Joannes episcopus Vaurensis, Andreas electus Posnaniensis, Gaspar abbas Perusinus, Thomas abbas monasterii sanctæ Mariæ extra muros Eboraci, Jacobus Rhodini de Janua, Thomas Polton sedis Apostolicæ protonotarius, magistri Joannes a Guiardi & Wilhelmus Porcell notarii, legati & nuntii missi heri per sacram Synodum, & ad terram Celiis, ubi Joannes Papa XXIII. existebat, per os domini Joannis episcopi Vaurensis prædicti, sibique ex parte ipsius synodi intimarunt, qualiter terminus ad ferendum sententiam fuisset prorogatus in diem præsentem propter benevolam responsionem de non appellando, sed eam acceptando, & eam approbare velle: & ex hoc mota dicta sancta Synodus sive Concilium, attendendo honorem ejus in hujusmodi pronunciatione, vellent limitare & mitigare verba sententiæ. Eo non obstante, si vellet opponere & defendere causam suam contra dictam sententiam, posset & deberet sibi dari tempus & hora atque locus pro sua defensione. Qui Joannes Papa ipsis nunciis respondebat, quod non vellet videre neque attestationes, neque processus, nec quidquam opponere sive excipere, sed eam approbare velle & acceptare. Et extunc acceptavit, approbavit, & placuit, quod Concilium ferret sententiam, dicens quod sciret Concilium errare non posse: & lata hujusmodi sententia obtulit se paratum ad subscribendum eamdem. Et ulterius dixerunt, quod dicta sententia deberet ferri die Lunæ proxima. Sed ex quo materia pro tunc non erat parata, idcirco de mandato Concilii intimarunt sibi dictam prorogationem: de quibus reddidit se idem Joannes contentum, regratiando ipsis nunciis, supplicans ut recommendarent honorem & statum ac personam suam domino regi Romanorum, & concilio, prout in quodam publico instrumento in notam recepto per dictos notarios, tenoris infrascripti, plenius continetur.

a MS. Ginardi.

Qua relatione facta, idem Henricus de Piro promotor & procurator petiit pronunciari, prout & quemadmodum in quadam papyri schedula, quam ibidem in suis tenebat manibus, eamque de verbo ad verbum perlegebat, protestans, petens & dicens, ut in eadem schedula infrascripti tenoris plenius continetur. Petitione lecta & data noterlis ibidem nomine Concilii præsentibus, & deinde toto Concilio & Synodo mandante, reverendi patres domini Joannes patriarcha Antiochenus, Martinus episcopus Atrebatensis, Antonius episcopus Concordiensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis & Patricius episcopus Cortagensis, ascenderunt ambonem, in quo edicta Concilii & Synodi sanctæ prædictæ legi & publicari solent. Et de mandato Concilii & ipsius Synodi reverendissimus pater dominus episcopus Atrebatensis, Christi nomine invocato, &c. pronunciavit, & legebat dictam sententiam diffinitivam de verbo ad verbo, prout in schedula, quam suis tenebat manibus, infrascripti tenoris, plenius continetur.

Qua pronunciatione facta, ut præmittitur, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Viveriensis & præsidens proposuit, quod si aliquis esset ibidem præsens, sive magnus, sive parvus, pauper aut dives, volens contradicere dictæ sententiæ diffinitivæ, seu ejus pronunciationi, dicat & surgat, cum potestas libera sit per dictum Concilium unicuique concessa ad dicendam voluntatem suam. Et in casu quo non dixerit, habebitur pro consentiante. Tunc nemine respondente sive loquante, ipse dominus episcopus Ostiensis habuit respondere nomine collegii cardinalium, quod *Placet*. Deinde ipsi commissarii in ambone, & inde quilibet pro natione sua, videlicet Joannes patriarcha pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius Concordiensis pro natione Italica, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, responderunt, *Placet*. Et subsequenter omnes ibidem existentes in Concilio & de Concilio responderunt, *Placet*. Subsequenter dominus Franciscus cardinalis Floren-

ANNO CHRISTI 1415.

rentinus levavit se, & voluit legere unam schedulam papyream: suitque dictum per omnes, quod non placeret: & sic siluit, nihil legendo.

Deinde de mandato Concilii dominus Joannes archiepiscopus Rigensis bullam Papæ portavit, & præsentavit eam Concilio tamquam ejus custos. Qua præsentata, fuit per magistrum Henricum de Piro promotorem petitum, an placeret, quod dominus Vicecancellarius, tamquam ad eum pertinens, rumpi faceret *a* arma Balthassaris, fuit responsum, quod ita, & placuit omnibus. Qua bulla recepta, sive ferro quo bulla fabricabatur, & ibidem in præsentia omnium per magistrum Arnoldum aurifabrum prædicta bulla fuit rupta, & arma ipsius Joannis deleta. Et absolutus dominus Joannes archiepiscopus Rigensis ab ejus custodia, & pronunciatum, quod fideliter custodivisset & præsentasset. Super quibus omnibus & singulis idem magister Henricus de Piro promotor petiit sibi fieri nomine quo supra, & dictus dominus archiepiscopus per se, unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, per protonotarios ibidem præsentes, notarios & tabelliones, &c. Præsentibus ibidem illustribus principibus, duce Ludovico Bavariæ, comite Palatino Rheni, Henrico Rempoli duce *b* Zodanensi de Silesia, Joanne Jacobo comite Aquæsanæ filio marchionis Montisferrati, comite Bertholdo de Ursinis, Philippo comite de Nassavv, & embaxiatoribus regum Poloniæ, Norvegiæ, Sveciæ, Daciæ, Navarræ & Cypri, & aliis Christifidelibus in numero copioso.

a Al. omen.

b Mss. Zaganens.

Quod non procedatur ad electionem Papæ, si contingat sedem vacare, sine expresso consensu Concilii.

Ex prima editione.

Sacrosancta generalis Constantiensis Synodus ecclesiam catholicam repræsentans, ad exstirpationem præsentis schismatis & errorum, ecclesiæque reformationem in capite & in membris faciendam, in Spiritu sancto legitime congregata, ad facilius & liberius & utilius unionem ecclesiæ consequendam, pronunciat, decernit, statuit & ordinat, ut si contingat sedem Apostolicam quovis modo vacare, in primo illius vacatione ad electionem futuri summi Pontificis nullo modo procedatur sine deliberatione & consensu hujus sacri generalis Concilii Constantiensis. Et si contrarium fieret, sit ipso facto irritum & inane auctoritate dicti sacri Concilii. Nullusque electum contra hoc decretum in Papam recipiat, nec illi, ut Papæ, quomodolibet adhæreat vel obediat, sub pœna fautoriæ dicti schismatis & maledictionis æternæ: puniantur que hoc casu eligentes & electus si consentiat, ac illi adhærentes pœnis per hoc sacrum Concilium ordinandis. Suspenditque dicta sancta Synodus pro bono unionis ecclesiæ, omnia jura positiva, etiam in Conciliis generalibus edita, & ipsorum statuta, ordinationes, constitutiones & consuetudines, privilegia quibuscumque concessa, & pœnas contra quoscumque editas, in quantum effectum dicti decreti impedire possent quoquo modo.

Sententia diffinitiva contra Joannem Papam vicesimumtertium.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, invocato Christi nomine, solum Deum præ oculis habens, visis articulis in hac causa contra dominum Joannem Papam XXIII. formatis & oblatis, ac probationibus eorumdem factis, ejusdem submissione spontanea, una cum toto processu hujus causæ, habita matura deliberatione super eisdem, per hanc sententiam diffinitivam, quam fert in his scriptis, pronunciat, decernit & declarat, recessum per præfatum dom. Joannem Papam XXIII. ab hac civitate Constantiensi, & dicto sacro Constantiensi Concilio generali, clandestine & de nocte, horu suspectu, in habitu dissimulato & indecenti factum, fuisse & esse illicitum ecclesiæ Dei, & dicto Concilio notorie scandalosum, pacis & unionis ipsius ecclesiæ turbativum & impeditivum, schismatis inveterati nutritivum, a voto, promissione & juramento per ipsum dominum Papam Deo & ecclesiæ & huic sacro Concilio præstitis deviativum; ipsumque dominum Joannem simoniacum notorium, bonorumque & jurium nedum Romanæ, sed aliarum ecclesiarum plurium, & aliorum locorum piorum dilapidatorem notorium, malumque spiritualium & temporalium ecclesiæ administratorem & dispensatorem fuisse & esse; suis detestabilibus, inhonestis vita & moribus ecclesiam Dei & populum Christianum notorie scandalizantem ante ejus assumptionem ad papatum, & post usque ad ista tempora: ipsumque per præmissa ecclesiam Dei & populum Christianorum notorie scandalizasse & scandalizare; postque monitiones debitas & caritativas iteratis & crebris vicibus eidem factas, in præmissis malis & arrogantia pertinaciter perseverasse, seque ex hoc notorie incorrigibilem reddidisse; ipsumque propter præmissa & alia crimina in processu dictæ causæ contra eum deducta & contenta, tamquam indignum & inutilem & damnosum a papatu & omni ejus administratione spirituali & temporali amovendum, privandum & deponendum fore. Et eum hoc dicta sancta Synodus amovet, privat & deponit, universos & singulos Christicolas, cujuscumque status, dignitatis vel conditionis exsistant, ab ejus obedientia & fidelitate & juramento absolutos declarando. Inhibendo insuper universis Christifidelibus, ne eumdem (ut præmittitur) a papatu sic depositum, de cetero in Papam nominent, aut illi tamquam Papæ adhæreant, seu quoquo modo obediant. Et nihilominus ex certa scientia & de plenitudine potestatis supplet dicta sancta Synodus omnes & singulos defectus, si qui forsan in præmissis, aut aliquo præmissorum intervenerunt; eumque ad standum & morandum in aliquo bono loco & honesto, sub custodia tuta serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, & universalis ecclesiæ advocati & defensoris devotissimi, nomine dicti sacri generalis Concilii, quamdiu dicto sacro Concilio generali pro bono unionis ecclesiæ Dei videbitur condemnandum fore, & eadem sententia condemnat. Alias vero pœnas, quæ pro dictis criminibus & excessibus inferri deberent juxta canonicas sanctiones, dictum Concilium arbitrio suo reservat declarandas & infligendas, secundum quod c rigor justitiæ vel misericordiæ ratio suadebit.

c Forte, vigor.

Quod neuter contendentium reeligatur in Papam.

Item statuit, decernit & ordinat dicta sancta Synodus pro bono unionis ecclesiæ Dei, quod nullo umquam tempore reeligatur in Papam dominus Balthassar Cossa nuper Joannes Papa vicesimustertius, nec Angelus de Corario Gregorius duodecimus, nec Petrus de Luna Benedictus decimustertius, in suis obedientiis sic d nominati. Et si contrarium fieret, id sit ipso facto irritum & inane. Nullusque cujuscumque dignitatis vel præeminentiæ, etiamsi imperiali, regali, cardinalatus, vel pontificali dignitate præfulgeat, eis vel eorum alteri contra hoc decretum ullo umquam tempore obediat, seu adhæreat, sub pœna fautoriæ dicti schismatis & maledictionis æternæ: ad quas contra præsumptores, si qui in posterum fuerint, etiam cum invocatione auxilii brachii secularis, & alias rigide procedatur.

d Al. nuncupati.

Datum Constantiæ, provinciæ Moguntinensis, in sessione publica in Majori ecclesia solemniter celebrata, die Mercurii XXIX. mensis Maji, anno Domini MCDXV. indict. VIII.

Ex mss. quatuor D. a Schelstrate.

Qua sententia lecta Concilium misit ad Papam detentum in oppido Cellæ: & Papa sententiæ acquievit, & ex abundanti etiam renunciavit in forma prædictæ cedulæ suprascriptæ.

Pro

Pro judicibus, quod vocentur prælati absentes.

Ex prima editione.

Item decernit dicta sancta Synodus, quod quatuor generales judices deputati debeant vocare prælatos absentes ad Synodum, & punire non venientes, prout eis de jure & secundum Deum videbitur expedire. Datum, &c.

Ex collectione Barberiniana, & mss. duobus Germanicis.

Commissarii responderunt, qualiter Joannes Papa acquievit sententiæ.

ANno Domini & indictione, quibus supra, sede Apostolica pastore carente, die vero sabbati prima mensis Junii, fuit congregatio deputatorum quatuor nationum, in qua venerunt legati, sive commissarii, qui heri iverunt ad reverendissimum in Christo patrem dominum Balthassarem Cossam nuper Joannem Papam XXIII. nuncupatum ad publicandum & intimandum sententiam contra eum latam, & exposuerunt ibi ambaxiatam eorum: referentes quod heri die Veneris, quæ erat ultima mensis Maji reverendissimo in Christo patri domino Balthassari supradicto in oppido Cellæ in camera sua personaliter existenti significabant & intimabant sententiam diffinitivam depositionis a papatu, contra eum die Mercurii ultima præterita, quæ erat xxix. mensis Maji, per sacrosanctum generale Concilium Constantiense in sessione publica latam & publicatam. Quam quidem sententiam ibidem sibi in scriptis exhibuerunt & realiter tradiderunt, dicendo, an eidem sententiæ eamdem approbando acquiescere, seu eidem in aliquo se opponere, vel contradicere vellet. Qui quidem dominus Balthassar ipsam sententiam sibi traditam reverenter recepit, & eam ad partem legit, & dictos legatos gratanter acceptavit, supplicans & respondens eisdem, ut supplicarent Concilio & nationibus, ut haberent eum recommissum in statu & honore suo: & dixit, quod temporis intervallum habere voluit, ut super responsione petitionum propositarum, ac eadem sententia deliberare posset. Quibus commissariis tunc abeuntibus & per aliquod tempus, scilicet per duas horas pro audienda responsione super præmissis, vocatis & coram domino Balthassare iterum constitutis respondendo dixit: Quod super sententia per eum visa, intellecta, deliberaverat, & ideo eamdem ex certa sua scientia approbabat & ratificabat, ac alias fecit, & dixit, prout, & quemadmodum in quodam publico instrumento desuper confecto, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur & habetur.

Instrumentum ratificationis sententiæ factæ per dominum Balthassarem olim Papam, in villa de Cellis Constantiensis diœcesis.

Ex prima editione.

In nomine Domini. Amen.

PEr hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate ejusdem MCDXV. die Veneris ultima mensis Maji, indictione octava, circa horam duodecimam in loco de Cellis Constantiensis diœcesis, in domo habitationis reverendissimi in Christo patris & domini, domini Balthassaris Cossæ nuper Joannis Papæ vicesimitertii nuncupati, in camera ipsius Balthassaris, præsentibus infrascriptis reverendis patribus, dominis Jacobo Rhodini de Janua, & Thoma Polton de Anglia, sedis Apostolicæ protonotariis, aliisque notariis publicis & etiam infrascriptis testibus ad inferius recitata vocatis & rogatis, reverendi in Christo patres domini Joannes Vaurensis episcopus, Gaspar sancti Joannis Eremitæ de Perusio, decretorum doctores, & Thomas sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, monasteriorum abbates personaliter existentes in præsentia dicti domini Balthassaris pridie Joannis Papæ vicesimitertii nuncupati, per organum dicti domini Vaurensis episcopi, ex parte sacri generalis Constantiensis Concilii sibi significabant & intimabant diffinitivam sententiam depositionis a papatu, contra eum die Mercurii ultimo præterito, scilicet vicesimonono præsentis mensis Maji, per dictum generale Concilium in sessione publica latam & publicatam fuisse. Quam quidem sententiam ibidem sibi in scriptis exhibuerunt, & realiter tradiderunt ad finem, quod ea plenius intellecta, diceret declararetque, an eidem sententiæ, eam approbando, acquiescere, seu eidem se in aliquo opponere, vel contradicere vellet. Qui quidem dominus Balthassar ipsam sententiam sibi traditam per seipsum ad partem legit. Et deinde ad respondendum eisdem prælatis super præmissis per eos propositis, spatium & temporis intervallum habere voluit, ut super eadem sententia & petitis deliberaret. Qui quidem prælati de hoc contenti, dixerunt eos habita deliberatione hujusmodi ad suum beneplacitum, ad ipsum redire velle, suam responsionem in præmissis audituri. Et sic ab ejus præsentia pro tunc recesserunt. Et deinde eadem die & circa horam secundam post meridiem, iidem domini prælati ex parte dicti domini Balthassaris, & ad ejus præsentiam pro audienda responsione in præmissis vocati, ad eum personaliter accesserunt. Quibus cum supradictis protonotariis, notariis & testibus in ejus præsentia constitutis, respondendo dixit, quod super dicta sententia per eum visa, lecta, bene concepta, ac plenius intellecta deliberaverunt: & ideo quantum poterat, & in eo erat, eamdem sententiam, cujus tenor est talis, In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen, &c. ut supra, prout per dictum sacrum Concilium lata, & ab ipso Concilio processerat & dictata erat, ex sua certa scientia approbabat, ratificabat & emologabat: ac eidem a processui contra eum ad ejus depositionem per Concilium factam, acquiescebat & consentiebat. Apponendoque manus ad pectus ejus, assertione libera affirmabat, jurans corporaliter suo proprio motu, quod nunquam contra eamdem sententiam contra ipsum sic, ut præmittitur, latam, quidquam opponere, nec contra eam reclamare publice vel occulte, aut ab ea appellare vellet, seu super papatu b quandocumque controversiam opponere; nec aliquo umquam tempore de eodem papatu se quovis modo intromitteret: immo eidem papatui & juri, si quod in eodem sibi qualitercumque competierat, seu si quod sibi nunc in eodem competebat, pure, simpliciter & absolute, libereque & sponte cedebat & renuntiabat. Et ibidem omni modo, via & forma, quibus melius potuit, resignavit, cessit & renunciavit expresse: & in hujus signum jam de camera sua crucem papalem amoveri fecerat, ac si vestes mutatorias habuisset, omnia & singula insignia papalia, sicut disposuerat dicta die Mercurii, qua dicta sententia fuit lata, tunc coram prælatis prædictis deposuisset. Dixitque quod nullo unquam tempore se pro Papa gereret seu nominaret, aut nominari faceret: voluissetque quod ad ipsum papatum nunquam fuisset assumptus, quia ex post nunquam habuit bonum diem. Et si contingeret casus, quod in futurum reeligeretur, nunquam suum præberet assensum. adjiciens tamen, quod si aliqua persona singularis post jam facta præmissa, in sui personam quidquam criminis alterius objicere vellet, ad ulteriorem processum contra eum habendum, seu graviorem pœnam in ipsum infligendam, quod in hoc seipsum defendere vellet sub dicti Concilii generalis protectione, quod pro suo judice & defensore recepit. Supplicans humiliter, quod in hoc & in aliis Concilium sacrum & regia serenitas ipsum haberent specialiter recommissum; volens & requirens idem dominus Balthassar, quod de omnibus his & singulis præmissis fierent & retinerentur publica instrumenta pro bono unionis ecclesiæ sanctæ Dei, ad perpetuam rei memoriam, per dominos protonotarios sanctæ sedis Apostolicæ, & alios notarios publicos ibidem præsentes: quod ad hoc vicibus repetitis instantius requisivit. Quibus sic per eumdem dominum Balthassarem & prælatos supra nominatos dictis, propositis, factis, gestis, habitis & responsis, iidem domini prælati per organum dicti Vaurensis episcopi petierunt & requisierunt confici & perpetuo retineri publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per dictos protonotarios & notarios publicos infrascri-

a Al. *in processu*.

b *Al.* quamcumque.

ANNO CHRISTI 1415.

scriptos. Acta fuerunt hæc anno, die, mense, indictio- A *ne, loco & hora quibus supra: præsentibus reverendis in Christo patribus, dominis Vitale Tolonensi & Friderico Augustensi episcopis, ac venerabilibus religiosis & circumspectis viris dominis & fratribus, Eymerico de Arciis licentiato in decretis, priore prioratus sanctæ Benignæ Augustensis, Pantiu Gandæ baccalaureo in theologia, ordinis fratrum Minorum, Begone de Rogeriis in decretis licentiato, Sistaricensis & Rigensis ecclesiarum canonico, officiali Uticensi, Petro Gajetano litterarum pœnitentiariæ scriptore, canonico Conseranensi; Joanne a Gonsalvi baccalaureo in decretis, archipresbytero ecclesiæ Astensis; Henrico de Gravia notario publico, clerico Leodiensis diœcesis, testibus, &c.*

a Al. Gonsalvi, & Gosselini.

Quibus sic (ut præmittitur) lectis, dominus Joannes episcopus Ostiensis præsidens proposuit, quod si aliquis esset ibidem præsens, dictæ sententiæ diffinitivæ contradicere valens, seu ejus pronunciationi, surgeret, & diceret: & in casu quo non dixerit, habebitur talis pro consentiente. Tunc nemine respondente, sive loquente, ipse dominus Ostiensis habuit respondere nomine collegii cardinalium, quod Placet. Deinde ipsi commissarii in ambone, quilibet pro natione sua, videlicet Joannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, Placet, *responderunt.*

ANNO CHRISTI 1415.

CASUS IN TERMINIS,

Ex quibus causis & somitibus Dominus Papa Joannes XXIII. motus fuit ad recedendum de civitate Constantiensi, prout brevius comprehensum est, fuit iste.

Ex Ms. Codice eruit & misit P. Philippus Puell Can. Regul. Neocellensis.

Licet ante adventum Dominorum Archiepiscopi Gnesnensis, suorumque suffraganeorum, cæterorumque Domini Regis Poloniæ Ambaxiatorum multa & varia in tractatibus & avisamentis agendorum in Concilio Constantiensi processerant, præsertim per tres nationes, Germanicam scilicet, Gallicam & Anglicanam; quia tamen natio Italica in hoc a ceteris nationibus discrepabat, & volebat juxta voluntatem Papæ & Cardinalium, quod vota Concilii deberent scrutari, seu fieri per capita Prælatorum; aliæ vero nationes volebant quatenus fieret per nationes. Illis sic super his aliquantulum discrepantibus & allegantibus hinc inde diversas rationes, tandem omnes quatuor nationes, ut pax Ecclesiæ daretur, uniformiter viam cessionis tanquam magis aptam & meliorem amplectentes proposuerunt Domino Papæ, ut ipsam amplecti vellet suppliciter deprecantes. Qui sentiens hoc futurum, decrevit eamdem viam sequi, ipsamque similiter eligens, fecit eamdem publice in palatio circa finem mensis Februarii publicari per dominum Franciscum cardinalem Florentinum in his verbis: *Sanctissimus Dominus noster Papa Joannes XXIII.* &c. sed quia prædicta schedula seu forma habuit in fine certa dura avisamenta, & alias in se obscura fuerat, propter quæ negotium unionis videbatur fortiter protelari, ut illi duo contendentes imitati fuissent, si contra ipsos procedi juxta prædictæ schedulæ tenorem debuisset, deliberatum fuit, & iterum supplicatum, quatenus Dominus Papa clarius & efficacius promitteret, voveret & juraret, dataque fuit sibi forma, secundum quam jurare deberet. Et quia ipse Dominus Papa Joannes sensit, quod hanc petitionem salva honestate denegare Concilio non posset, iterum se obtulit ad eamdem. Propter quod die 7. mensis Martii in sessione ad hoc specialiter per ipsum celebrata, in qua super pectus suum juravit, vovit & promisit, ut in eadem schedula continetur, super quo multa fuere facta publica instrumenta. His factis sonabantur campanæ circumquaque, ac *Te Deum laudamus* altis vocibus decantabatur, sicque spes indubia esset unionis. Verum cum credebamus, prout verisimiliter dubitari non debuit, quod salus & unio esset in foribus, ecce ambaxiatores Regis Franciæ Constantiam veniunt, Dux scilicet Bavariæ, Ludovicus archiepiscopus Remensis, Episcopus Carcassonensium, certis aliis, quos Rex Romanorum cum magna suscepit decentia, quos etiam Papa volens sibi allicere decreverat in publica sessione suscipere & audire. Et quia hoc non placuit Concilio, ipsis nihilominus audientiam in Ecclesia majori præbuit, ac ipsos taliter honoravit, sicut illos, quos Rex vult honorari. His itaque expeditis cœpit murmur paulatim surgere, quomodo dominus Papa haberet tædium de stando in hoc loco Constantiensi, fingebatque locum de peste jam esse infectum, propter quod satagebat quantum in ipso erat locum Concilii alibi transferre, sic etiam ipsis cardinalibus & nonnullis Italicis expediens videbatur. Rursus tres nationes omnino locum decreverunt sine deliberatione Concilii non mutandum. Pendente igitur hoc tractatu de loco non mutando, Dominus Rex

B Romanorum circa pacta jurata hinc inde cum Ambaxiatoribus Regis Arragonum & Petro de Luna, & de consensu Domini Papæ, & totius Concilii initi, quatenus per totum mensem Junii in civitate Nicensi cum dictis Rege Arragonum & Petro de Luna insimul convenirent. Quibus sic plane expeditis datis litteris salviconductus hinc inde similiter cum Ambaxiatoribus a Corario alias Gregorio XII. fuit ordo datus de mandato ad renunciandum. Quatenus ipsi hoc, quanto celerius possent, efficerent, ut mandatum plenissimum ad cedendum a suo domino scilicet Gregorio XII. Papa reportarent. Ad quod se prædicti Ambaxiatores promptos obtulerunt. His igitur sic conclusis nonnulli Prælatorum & alii, qui Concilio de jure interesse debuerant, cœperunt paulatim a Concilio versus partes declinari, non petita nec obtenta licentia cujuscumque, sic quod notabiliter C præsumi potuit dissolutio Concilii saltem in majori parte isto modo. Et quia Archiepiscopus Moguntinus sentiens, quod facta Concilii juxta caput suum non procedere volebant; videns etiam & forte in spiritu Cayphæ præsentiens, quod Papa sua sequi deberet vestigia, longe ante sex septimanas a civitate Constantiensi, mane una sabbatorum clanculum exiliens per aliam viam in suam fuit reversus regionem; propter quod mandatum fuit per Camerarium Papæ, ut nullus de cetero recederet. Sed quia nihilominus quamplures recedebant, hac occasione motæ inter se nationes concluserunt, quatenus nullus Prælatorum seu aliorum Concilio interesse debentium sine licentia Papæ vel deputatorum deberet a Concilio recedere. Et quia sic subito de hujusmodi deputatis seu deputandis non potuit provideri, deliberatum fuit, ut dominus Rex portas civitatis faceret fieri custoditas, ad hoc ut nullus notaD bilis tamdiu exiret, quousque per dominum Papam & Concilium de remedio provideretur. Interea dominus Papa, qui de loco Constantiensi ab initio male contentus fuerat, sed neque loco tantum infestus fuit, sed quia vidit dietim tot & tantos de diversis mundi climatibus Regum, Principum, Ambaxiatores immo multos Principes, ceterosque viros magnificos ad civitatem affluere, super quibus lætari & dilatari cor suum debuerat, cœpit intra se forte cogitare, quoniam tanta ac talis congeries Prælatorum & Principum posset sibi insultare, ipsumque ducere quo non vellet. Quærens igitur opportunitatem qualiter sub colore alicujus metus posset locum hunc declinare, audiens quod portæ civitatis ultra solitum essent, ut præfertur, custoditæ, ad iracundiam vehementer concitatus, & convocatis aliquibus Principibus Sacerdotum & senioribus populi civitaE tis protestabatur coram ipsis, qualiter de cetero in civitate Constantiensi libertas Concilii esset violata, & salvusconductus domini Regis Romanorum esset per factum hujusmodi fractus; propter quod facta de cetero & fienda in antea, dicebat, tanquam per impressionem nulla esse & irrita, ex quibus suum lamentabatur in civitate Constantiensi incolatum. Cœpit ergo timere, ubi timor non fuerat, & mœstus esse inter tot delicias, & honores. Dominus autem Rex Romanorum cum

Præ-

Prælatis trium nationum, hoc comperto, quod ipse Papa sic moleste prædictarum portarum custodiam tulisset, & quod protestationes hujusmodi fecisset, ascendit palatium junctis sibi utriusque status quam pluribus Principibus, cœpit suam innocentiam excusare, qualiter scilicet dictarum portarum custodia juxta deliberationem nationum facta fuisset pro meliori, cœpitque ipsum consolari, quatenus dubitare non deberet, immo deberet esse tutissimus, & quod locum istum sine deliberatione Concilii non mutaret, & multa plura & salubria tam per Regem quam per Prælatos sibi pacifice dicebantur. Sed ipse amaricatus nonnullos venerandos Patres, Patriarcham scilicet Antiochenum turpiter verbis prius obruit, & dominum Salisbursensem Anglicum tunc præsentem, hæreticum tunc asseruit. Tandem postquam amplius fremere non potuit mitigatus animo cepit loqui Regi Romanorum; quomodo ipse Papa de ipso Rege nullatenus dubitaret, immo certus esset, quod sibi nullum malum cogitaret, immo non curaret mori, etiamsi ipsum Rex occideret, vellet ipsum absolvere. Et subjunxit quomodo nullus credere aut suspicari deberet de ipso, quod nocturno tempore & furtim ab hoc loco recederet, quia esset adeo gravis, & male ire de nocte dispositus; adjungens, quod citius eligeret mori, quam tantam sibi verecundiam, clam recedendo, in orbe terrarum suscitaret. Immo dicebat: si istum locum mutare decrevero, hoc publice præmissis solitis intimationibus faciam &c. His sic transcursis, sequenti die præbabitis maturis Consiliis trium nationum, conclusum fuerat, qualiter pro eo, ut citius & facilius expediretur negotium unionis, supplicandum esset Domino Papæ, quatenus constitueret procuratores legitimos ad cedendum Papatui, si & quando alii duo cederent; sicque sibi alio die fuit supplicatum per omnes fere nationes, Rege Romanorum tunc cum suis Principibus assistente; & quia quod quis non diligit, facile contemnit, noluit intelligere ut bene ageret, dixitque deliberare se velle cum Cardinalibus. Facta deliberatione, convocatis iterum omnibus nationibus, Rege Romano, Ambaxiatoribus Regum & Principum præsentibus, fecit respondere per dominum Florentinum cardinalem, qualiter ipse Dominus Papa nollet constituere procuratores ad cedendum, immo solus vellet ire ad locum vicinum Nicææ, & vellet cessionem facere personaliter, & multa allegabat dominus Florentinus tam jura quam rationes, qualiter ipse Papa in hoc casu constituere procuratores nullatenus teneretur, & qualiter locus iste esset omnino civitati Niciensi, in qua conventio, ut præfertur, fieri deberet cum Petro de Luna & Rege Aragonum vicinis. Sequenti die nationes congregatæ in conventu Fratrum Prædicatorum coram Cardinalibus per Papam deputatis, dederunt suas rationes in contrarium fortissimas dictis Domini Florentini Cardinalis tam de jure quam de facto allegantis, fuitque ibidem maximus conflictus verborum cum cardinalibus, inter quos dominus Pisanus Cardinalis contra dominum Regem Romanorum multa, & inter cetera hæc loquebatur, quomodo nullus deberet consulere domino Papæ, quod ipse statum universalis Ecclesiæ in manibus cujuscumque Principis viventis dimitteret. Credebant enim quod dominus Rex aspirasset, ut dictæ cessionis procurator fieri voluisset, propterquod dictus dominus Pisanus aliqualiter succensus subjunxit Regi dicens: etsi, serenissime Rex, estis advocatus & protector Ecclesiæ, non estis tamen dominus Ecclesiæ; ad quod Dominus Rex indeliberate respondit: fateor, inquit, me non esse dominum Ecclesiæ, nec credo, quod aliquis vivens in hoc mundo sit dominus Ecclesiæ præter Deum, cujus est terra & plenitudo ejus. Quod quidem verbum reputatum fuit Regi ad magnam sapientiam; præsentibus ibidem nunciis tam Domini Petri de Luna, quam domini Gregorii pontificum, sicque negotio interminato discesserunt. Videntes igitur istæ tres nationes, Germanica scilicet Gallica & Anglicana, & quidam boni viri de Italia, licet occulti, quod Papa nullatenus esset dispositus dare procuratores, sed locum omnino mutare proponeret, fortius instare ceperunt, quod omnino procuratores faceret, & ne locum aliquatenus sine deliberatione Concilii mutaret, quodque nihil innovaret, per quod negotium unionis posset turbari, seu quoquo modo diffi-

pari. Et quia Dominus Papa noviter Fridericum ducem Austriæ vicarium & capitaneum generalem in partibus Italiæ & Germaniæ, ut dicebatur, secretissime fecerat, super quo bulla, omnibus, ut creditur, Cardinalibus inscius, de mano D. Francisci de Monte Politiano scripta fuerat, quæ quamquam secreta esse debuit, casu tamen inopinato in publicum devenit; propter quod Dominus Rex cum prælatis magis dubitare cœperunt. Dominus vero Papa videns quod res ardua agitur, & quod secreta sua sic in publicum divulgantur, quodque cum honestate Concilio petenti procuratores recusare non posset, quærebat intra se qualiter caute manus Concilii evaderet.

Factum est autem, ut postquam apud se deliberaret de nocte & clam de civitate recedere, fecit feria tertia ante dominicam *Domine ne longe*, suas in secretissimo loco componere sarcinulas, seque ad iter accingere inscius aliis suis Palatinis & Cardinalibus. Quidam tamen bonus vir zelator unionis, quem ipse Papa suspectum non habuit, qui res prædictas colligatas vidit, veniens, certis de nationibus deputatis revelavit, quomodo scilicet Papa esset ad currendam viam dispositus, deberetque in habitu exire monachali, vel sacmanni, vel si aliter evadere non posset, deberet in uno vase extra civitatem educi. Quod quidem Dominum regem & totum fere Concilium non latuit. Propter quod Dominus Rex habitu Concilio nationum feria v. ipso scilicet die S. Benedicti, ascendit palatium, cœpitque ipsum D. Papam consolari, ut haberet bonum animum, & non timeret, sed staret, & non recederet, & talia valde humilia sibi proposuit; ad quod fertur D. Papam respondisse, quod non haberet voluntatem recedendi, neque posset, si vellet, quia esset uno pede aliqualiter impeditus, cœpitque, ut dicitur, coram Rege sustentando se in baculo claudicare. Credentibus itaque Rege & Concilio, quod omnia stare deberent in suo ordine, ecce Dux Fridericus fingens se factum Papæ ignorare, eodem die bastiludit cum filio Comitis de Zil per quem ipse Dux dum turpiter esset de equo projectus, mox de civitate insalutato hospite secessit, &, ut dicitur, unum de secretariis suis illo sero mittens, de recessu, quemadmodum fieri deberet, practicavit; sed hoc Regem Romanorum non latuit, scivitque quod Papa illa nocte fuerat recessurus, potuissetque ipsius recessum impedire. Sed noluit ex causis multiplicibus, tum quia ne fidem salviconductus frangere videretur, tum etiam quia hoc a Concilio non habuit in commissis; unde factum est, dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter teneret, Dominus Papa, ut dicitur, veste sacmanni accinctus instar Belilarii cum pharetra tamquam gigas ad currendam viam de civitate Constantiensi pedester secundus vel tertius exivit, ut dicitur, consociatus Dux Fridericus, sicque illa nocte, scilicet feria quinta, ante Dominicam præfatam ipso die S. Benedicti XXI. mensis Martii usque in quoddam oppidum dictum Schaphusen prædicti Ducis quatuor milliaribus a Constantia distans pervenit. Mane facto, scilicet feria quinta, ut præfertur, stupefacti homines & Prælati Concilii Cardinales ad palatium concurrunt cum Rege; & Prælatis, & quid de cetero faciendum super hac inaudita novitate non mediocriter altercantur. Suadentibus Cardinalibus quod propter hoc Concilium nullatenus dissolvi debeat; immo ex hoc sperare meliora, sic quod ipsis hinc inde fortiter clamantibus & disputantibus. Ecce breve seu litera D. Papæ Regi & Prælatis præsentialiter sub hac forma.

Joannes Papa XXIII. propria manu.

Gratia Dei omnipotentis libere stamus in Schaphusen, & non venimus animo declinandi ab his quæ promisimus per nostram renunciationem facere pro pace Ecclesiæ Sanctæ Dei, sed ut in libertate & salute propriæ personæ nostræ possimus ea executioni demandare. Datum in Schaphusen diei XXI. mensis Martii. Pontificatus nostri anno V.

Quibus litteris sic visis, determinatum fuit per omnes nationes pro Sessione crastina, scilicet Sabbato, Cardinalibus nolentibus interesse. Quidam ergo de Papa discipuli & sui stabularii cum reliqua supellectili & equis publice ipsum secuti sunt. Alii vero qui facta Concilii aspernabant in vias diversas sine licentia Concilii abierunt.

ANNO CHRISTI 1415.

runt. Inter quos unus de Suffraganeis Archiepiscopi Gnesensis, scilicet Dominus Curricensis Primus eadem die e Concilio non petitis apostolis appellavit. Die vero Sabbati, ut prædictum est, fit sessio famosa & solemnis omnibus fere Prælatis præsentibus præter Cardinales. In qua quidem Sessione Cancellarius Universitatis Parisiensis magister Theologiæ disertissimus Joannes de Gerson faciens sermonem ad Clerum, has infrescriptas conclusiones deduxit, ac multis retionibus comprobavit, in qua quidem sessione nullus Cardinalium, ;licet fuerint sollicite evocati, voluit interesse. Unde Dominus Patriarcha Antiochenus missam pro dicta sessione celebravit.

Prima Conclusio.

Ecclesiastica unitas ad unum caput Christum agglutinatur. per amorosum Spiritus Sancti vinculum mediantibus divinis charismatibus tanquam qualificativis dispositionibus reddentibus in corpore mystico complexionabilem harmoniam vivificam & decentem ad opera vitæ spiritualis & sufficienter exercenda.

Secunda Conclusio.

Ecclesiastica unitas ad unum caput secundarium, quod dicitur summus. Pontifex Christi vicarius fœcundior est, multiplicior, copiosior & major quam fuit Synagogæ, & quam sit congregatio sub uno Rectore, Rege, vel Imperatore.

Tertia Conclusio.

Ecclesia habet potestatem seu facultatem ex vivifien germine sibi insito per spiritum Sanctum, quod seipsam potest continuare integritate & unitate membrorum suorum, tam essentielium seu formalium, quam materialium atque fluentium.

Quarta Conclusio.

Ecclesia habet sponsum indefectibilem Christum, sic, quod lege stante, nec Christus potest ipsi sponsæ suæ Ecclesiæ dare libellum repudii, nec a contra.

Quinta Conclusio.

Ecclesia non ita ligatur matrimoniali vinculo ad vicarium indefectibilis sponsi sui, quin mutuo possiut se absolvere, & dare libellum repudii.

Sexta Conclusio.

Ecclesia vel generele Concilium eam repræsentens, est a Spiritu Sancto directa, tredita a Christo, ut quilibet cuiuscumque status, etiamsi Papalis existat, eam audire & ei obedire teneatur; elioquin habendus est ut ethnicus & publicanus, patet ex immutabili lege divina Matthæi XVIII. promulgata.

Descriptio Concilii.

Concilium generele est congregatio legitima auctoritate facta ad aliquem locum ex omni statu hierarchiæ totius Ecclesiæ catholicæ, nulla fideli persona, quæ auditi requiratur exclusa, & salubriter ordinandum ea, quæ debitum regimen ejusdem Ecclesiæ in fide & moribus respiciunt.

Septima Conclusio.

Ecclesia vel generale Concilium dum dictat aliqua regimen Ecclesiæ concernentia, Papa non sic est supra jura etiam positiva, quod possit pro libitu suo dissolvere talia dictata per Ecclesiam eo modo et intentione, quibus dictata conclusaque sunt.

Octava Conclusio.

Ecclesia vel generale Concilium quamvis non possit tollere plenitudinem potestatis Papalis, e Christo supernaturaliter & misericorditer collata; potest tamen usum ejus limitare sub certis regulis ac legibus in ædificatione Ecclesiæ, & in hoc est totius Ecclesiasticæ reformationis stabilise fundamentum.

Nona Conclusio.

Ecclesia vel generale Concilium potuit & potest aggregare sine expresso mandato vel consensu Papæ etiam rite electi & viventis in multis casibus. Unus inter ceteros est, si accusatus & evocatos sit ut audiet ecclesiam juxta legem Evangelicam allegatam cui legi subjectus est, & ipse renuit contumaciter Ecclesiam convocare. Alius casus est, ubi materiæ grandes concernentes regimen Ecclesiæ veniunt terminandæ per Concilium generale, Papa renuit contumacitar illud avocare. Alius casus, si jam dictatum sit per generale Concilium, quod tali, vel tali tempore debeat convocari. Alius casus est, ubi probabilis dubitatio est super jure contendentium plurium de Papatu.

Decima Conclusio.

Ecclesia seu generala Concilium si viam aliquam concluserit vel avertendam esse a Papa pro terminatione schismatis, ipse tenetur illam acceptare, & ita secundum præparationem animi tenetur ad cessionem, & dum ultro offert eam & prævenit, ipse redditur multipliciter commendandus.

Undecima Conclusio.

Ecclesie seu generele Concilium præcipue debet intendere cum prosecutione unionis perfectæ ed extirpationem errorum & emendationem errantium sine personarum acceptione, similiter ad hoc quod hierarchicus ordo Ecclesiasticus Prælatorum & curatorum multipliciter turbatus reformetur, ad similitudinem cælestia Hierarchiæ, & conformiter ad regulas primitus institutas.

Duodecima Conclusio.

Ecclesia non habet efficacius medium ad generalem sui ipsius reformationem, quam si statuta generalium Conciliorum, eorumdem continuationem & celebrationem provincialium non obmittendo.

Et quia ex prædictis conclusionibus facta fuerent multe fundamenta ad soliditatem præsentis Concilii, deliberatum fuit uniformiter. quaterus infrascriptis articulis decernendis fieret sessio XXVI. Martii, in qua aliqui Cardinales interfuere licet pauci, ubi Dominus Cardinalis Camerecensis præsedit, & Dominus Cardinalis Florentinus conclusiones & articulos ejusdem sessionis pronuntiavit. Deinde autem sacro Concilio intimatum fuit, quomodo Dominus papa de Schafusa in horribili pluvia festinanter transilit in aliud oppidum Ducis Friderici dictum Zauffenburg, quatuor miliaribus distans a Schafusa, allegans metum & per horrescentiam prout hoc litteris suis significavit. Postquam vero Concilium intellexit quod Papa niteretur enervare auctoritatem Concilii, providit, quod iterum habita fuit sessio, in qua Cardinales aderant, alii vero præter Papam, quia de suo statu agebatur, interere recusarunt. In qua quidem sessione pronuntiate fuerunt decrete & articuli scilicet de potestate Concilii immediate a Christo, cui quilibet obedire teneatur, & de pœna non obedientium; de non mutatione officiariorum in alium locum; de translatione Prælatorum; de plena libertate suppositorum in Concilio. Dum autem iterum sacrum Concilium informatum esset, quomodo Dominus Papa de Lauffenburgo Basilæensis diœcesis in alium rursus oppidum Triburg se contulisset, inter nationes conclusum fuit, quod duo Prælati de qualibet natione, & duo Cardina-

ANNO CHRISTI 1415.

dinales Florentinus scilicet & Sancti Marci debuerunt ivisse iu Friburgam. Et dum essent in via, Papa ulterius profectus venit iu Brisach oppidum ducis prædicti, unde ipsis ibidem etiam constitutis coram Papa, & expositis negotiis Concilii, ipse dixit, quomodo cras, scilicet feria quinta in die S. Marci Evangelistæ vellet deliberatus peroptime respondere. Mane autem facto ante solis ortum nullis datis responsis, immo insalutatis Cardinalibus, & aliis iterum ulterius progressus est. Ipsi vero Cardinales & qui missi fuerant, mox hoc Concilio intimarunt; asserentes eum dixisse quod statim sumpto prandio velit venire Constantiam. Sed ecce accidit, quod dum Papa cum duce proficiscentes venirent in aliud oppidum Ducis præfati dictum Nuemburg, & vellent, ut de certo dicebatur, versus Burgundiam proficisci, quia certæ gentes Ducis Burgundiæ venerant, ut præfertur, ad suscipiendum Papam, eum tandem in Franciam conducendi. Civitas autem Basilæensis hoc intellecto diffidarunt Ducem Fridericum, & præcluserunt omnes axitus viarum, sic, quod neque Papa neque Dux potuerunt amplius proficisci, sed coacti fuerunt retrocedere versus Brisach. Ubi dum Papa esset, volens solitarius, ut dicitur, clam aufugere de castro, descendensque per quamdam rupem & petram usque prope terram, ibi per custodes castri, ut dicitur, deprehensus fue turpiter ad castrum reductus est. Interim vero tractabatur de pace & concordia inter Regem Romanorum & Ducem Fridericum per Teodoricum Ducem Bavariæ cum Friderico Burgravio de Nuremberga, qui tanquam mediator inter partes profectus reperit Ducem Fridericom in quodam oppido, ipsum ut se ad gratiam Regis poneret, induxit, deditque ei salvumconductum veniendi Constantiam. Qui Fridericus Dux Constantiam ingressus est, se & sua ad simplicem gratiam D. Regi Romanorum, in totum contulit, prout in litteris suis desuper editis plenius continetur, stetitque tanto tempore in civitate Constantiensi, quousque omnia in eisdem suis litteris scripta complerentur. Papa autem reductus fuit cum modica solemnitate in Friburgam, ubi exactius custoditur, ne unquam offendat ad lapidem pedem suum, donec præfatus Fridericus dux Austriæ ipsum Papam Regi Romanorum & sacro Concilio in civitatem Constantiensem circiter feriam quintam ante Pentecostas præsentasset. Cardinales vero & alii nuntii Concilii audientes quod per Ducem Fridericum reverti debuit Papa in Friburgam, ipsum ibi expectaverunt; ipse vero videns se aliter evadere non posse, obtulit procuratoriam de manu sue volens simpliciter renunciare Papatui, si solum tutus esset de vita & de provisione sufficienti.

T E N O R L I T T E R A R U M

Friderici Ducis Austriæ, de quibus supra fit mentio, est talis.

Hæc Epistola Germanica erat in Cod. sed latinam reddidit P. Canonicus Regular. a quo hanc & superiora accepi *Mansi*.

NOs Fridericus &c. notum facimus &c. Cum in illustrissimi principis & Domini Domini Sigismundi regis Romanorum semper Augusti, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. regis nostri clementis Domini disgratiam inciderimus, quod in propria persona coram eodem nostro domino Rege nos Constantiæ steterimus, & nos, nostrum corpus & ditiones, homines, Civitates, Castella, & omnia quæ habemus, seu possidemus absque exceptione alicujus rei ipsius regiam gratiam tradidimus, & posuimus, tradimus & ponimus vi harum litterarum. ita ut de iisdem rebus & personis disponere possit juxta regium arbitrium, item ea quæ quælibet persona sive sacra, sive sæcularis, nobilis vel ignobilis, aut cujuscumque dignitatis vel status, nemine excepto, nobis debent, vel nos ipsis debemus quacumque de causa omnia etiam prædicto nostro domino Regi totaliter concessimus, ita ut quidquid de his præceperit, ordinaverit aut fecerit, illud executuri simus absque mora vel contradictione. Ad hæc volumus mittere Joannem papam infra spatium hodiernæ diei & futuræ feriæ V. ante proximam Pentecosten Constantiam, & in manus ejusdem domini nostri Regis ac Sacri Concilii, quod modo ibidem celebratur, extradere, taliter tamen, ut idem Papa Joannes cum omnibus suis Constantiam venturis in vita & rebus propriis securitatem habeat. Et si accideret ut prædictus Joannes de Pontificatu deponeretur, in illius Concilii arbitrio sit, ejus statui provisionem facere. Interim nos Constantiæ obsides mansuri sumus, donec præfatus papa Joannes illuc pervenerit, ac usque dum omnes ac quilibet nostrorum vassallorum Civium atque subditorum, nostra castella, civitates & regiones & valles in Suevia, in Alsatia ad Rhenum, in Brisgoia, in comitatu Tirolensi ad Athesim, ac valle Oeni, supradicto Domino nostro Regi homagia præstaverint, perque Sancta juraverint subjectos & obedientes se fore, donec omnia superius scripta penitus peregerimus, atque compleverimus; ab hoc quoque homagio & juramento liberi non sint usquedum a nostro Domino vel ore vel scripto ut tales pronuntiati fuerint; sicque nostris promissis vel in toto vel in parte non steterimus, quod Deus avertat, prædictæ nostræ civitates, Castella ac Provinciæ cum subditis & vallibus prædicto domino nostro Regi omnino subjiciantur, & ipsi tanquam vero ac destinato Domino subjecti atque obedientes maneant absque alicujus vel nostra irritatione aut contradictione, præclusisque omnibus circa hæc fraudibus ac dolis. Utque hæc firma rataque maneant nostra principali fide promisimus & ad sacra juravimus, promittimus & juramus vi harum literarum omnia quæ in eis scripta sunt facere, & executioni mandare plene ac fideliter. In quorum fidem proprium nostrum sigillum his litteris volentes appendimus atque in confirmationem, quod hæc omnia propria nostra ac libera voluntate peracta sint, rogavimus perillustrem Principem Ducem Ludovicum comitem Palatinum Rheni Ducem Ludovicum comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariæ, ac Metræ Burgravium: item Fridericum Nierenbergensem Burgravium dilectum nostrum affinem, ut quilibet suum sigillum in testimonium omnium suprascriptorum eisdem litteris apponat, absque præjudicio exinde Ludovici vel Friderici. Quod & nos præfati Ludovicus & Fridericus confirmamus. Datum &c.

S E S S I O XIII.

a *Ms. unus addit, in materia fidei. Ex prima editione.*

DIe Sabbati quintadecima mensis Junii anno a Nativitate Domini MCCCCXV. *indictione octava, fuit sessio generalis in ecclesia majori Constantiensi, in qua fuit cantatum officium Missæ de beata Virgine Maria per reverendum patrem dominum Joannem episcopum Lutomuslensem.*

Quo completo, legebantur litaniæ, &c. more aliarum sessionum, præsente ibidem serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege. Præsidebat in eadem sessione reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. Ex deputatione vero ipsius Synodi archiepiscopus Mediolanensis legebat quasdam ordinationes & decreta de cetero in Romana ecclesia tenenda & observanda, quorum tenores inferius sequuntur in hunc modum.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis, &c.

Et deinde officio Missæ celebrato, fuerunt lectæ litaniæ cum introitu: *Exaudi nos Domine*: cum diversis collectis, evangelio, hymno, *Veni creator Spiritus*, juxta consuetudinem & ritum aliarum sessionum: præsente ibidem serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege. Cui adstabant reverendissimi patres domini Cardinales de Ursinis & Laudensis. Cui sessioni, sive Synodo, inter cardinales & eorum nomine reverendissimus in Christo pater & dominus Joannes Ostiensis cardinalis Vivariensis præsidebat, in præsentia dominorum Francisci Venetiarum, Antonii

ANNO CHRISTI 1415.

Aquileiensis, Brandæ Placentini, presbyterorum: Thomæ Tricaricensis, Odonis de Columna, Landulphi Barensis, Raynaldi de *a* Branckasiis, & Francisci Florentini, diaconorum Cardinalium. Quo officio Missæ & litaniarum cantato, lecto atque dicto, Henricus de Piro & Joannes de Scribanis promotores & procuratores negotiorum dictæ Synodi, comparuerunt ibidem, & proposuerunt coram tota Synodo, dicentes, quod in diversis Mundi partibus incepissent pullulare certæ hæreses, & antiquatæ continuari; & præsertim quod sacerdotes aliqui hodie communicarent Corpus Christi post cœnam, & non jejuni, & sic ministrarent *b* alii. Et alia dixerunt, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula infrascripti tenoris continetur: petentesque sibi super præmissis provideri, nominibus quibus supra, de remedio opportuno. Qua petitione oblata & recitata, placuit domino præsidenti, omnibusque aliis & singulis suppositis hujusmodi Synodi, super hoc remediari. Et statim reverendi patres & venerabiles viri domini, Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, Stephanus episcopus Dolensis, Antonius episcopus Concordiensis, Andreas electus Poznaniensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, & Patricius episcopus Cortagensis decretorum doctor, ascenderunt ambonem nomine nationum quatuor: & dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ad hoc per Synodum deputatus, legebat quasdam ordinationes & decreta de cetero in ecclesia Romana observandas & tenendas; quarum tenores inferius sequuntur.

a Al. *Brancacciis*.

b Forte, *aliis*

Quia in nonnullis partibus Mundi perversus mos pullulare incepit, ut sacerdotes, laicos sub utraque specie, panis videlicet & vini, communicare non cessent, contra Romanæ & universalis ecclesiæ consuetudinem approbatam, unde scandala & hæreses verisimiliter oriri suspicantur: petimus nos promotores & procuratores hujus sanctæ Synodi, in Spiritu sancto legitime congregatæ, per vestras reverendissimas paternitates provideri salubriter ecclesiæ Dei.

Ex prima editione.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Cum in nonnullis Mundi partibus quidam temerarie asserere præsumant, populum Christianum debere sacrum Eucharistiæ sacramentum sub utraque panis & vini specie suscipere: & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post cœnam, vel alias non jejunum, & communicandum esse pertinaciter asserant, contra laudabilem ecclesiæ consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur: c *hinc est, quod hoc præsens Concilium sacrum generale Constantiense, in Spiritu sancto legitime congregatum, adversus hunc errorem saluti fidelium providere satagens, matura plurium doctorum tam divini quam humani juris deliberatione præhabita, declarat, decernit & diffinit: Quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administraverit sub utraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum; tamen hoc non obstante, sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata consuetudo ecclesiæ servavit & servat, quod hujusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neque a fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, a jure vel ecclesia concesso, vel admisso.* d *Et sicut hæc consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta: quod licet in primitiva ecclesia hujusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, tamen postea a conficientibus sub utraque & a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur; cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi Corpus & Sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri. Unde cum hujusmodi consuetudo ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & diutissime observata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiæ auctoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinem aut legem observare, sit sacrilegium aut illicitum, censeri debet erroneum: & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquam hæretici arcendi sunt & graviter puniendi per diœcesanos locorum, seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ pravitatis, in regnis seu provinciis, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsan attentatum aut præsumptum, juxta canonicas & legitimas sanctiones, in favorem catholicæ fidei, contra hæreticos & eorum fautores, salubriter adinventas.*

c MS Bruxell. hic addit, a capite incipiendo.

d Hunc locum alii sic legunt.

Et similiter, quod licet in primitiva ecclesia hujusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, tamen hæc consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quod a conficientibus sub utraque specie, & a laicis tantummodo, e Al. *mutare*, al. *immutare*.

Quod nullus presbyter sub pœna excommunicationis communicet populum sub utraque specie panis & vini.

Item ipsa sancta Synodus decernit & declarat super ista materia, reverendissimis in Christo patribus & dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, & eorum in spiritualibus vicariis ubilibet constitutis, processus esse dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur auctoritate hujus sacri Concilii sub pœna excommunicationis, ut effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum sub utraque specie panis & vini exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint: & si ad pœnitentiam redierint, ad gremium ecclesiæ suscipiantur, injuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari. Qui vero ex illis ad pœnitentiam redire non curaverint animo indurato, per censuras ecclesiasticas per eos ut hæretici sunt coercendi, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis.

Quibus lectis, magister Joannes de Scribanis & magister Henricus de Piro promotores petierunt responderi per dominos Imperatorem, cardinales & ceteros prælatos, an placeret. Præsidens autem dominus Ostiensis respondit nomine collegii cardinalium, Placet. Similiter rex Romanorum. Sic successive reverendissimi patres domini episcopi, Antonius Concordiensis pro Italia, Stephanus Dolensis pro Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro Germanica, & Patricius Cortagensis pro Anglicana in ambone existentes, responderunt, Placet.

Ex mss. Surii & quatuor German.

Quibus factis, promotores & procuratores prædicti, Henrico de Piro loquente, petierunt nomine quo supra, deputari per dictam sanctam Synodum certos commissarios, in causa hæresis ventilata seu ventilanda, & ad Concilium ad præsens devoluta vel devolvenda, orta vel oritura, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua petitione data & intellecta, juxta mandatum ipsius Synodi reverendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis in ambone legebat schedulam deputationis dictorum commissariorum cum eorum auctoritate & potestate, quæ inferius est inserta.

Qua lecta fuit quæsitum & scrutatum per dictos promotores & procuratores, per ipsius Henrici de Piro organum, an dicti judices placerent. Responsum fuit per dictum dominum præsidentem nomine collegii cardinalium & suo, *Placet*.

Et subsequenter per dominos Antonium Concordiensem, Dolensem, Mersburgensem episcopos, & Cortagensem, prædictos, nomine nationum suarum prædictarum, *Placet*: & similiter per omnes alios, præterquam per reverendum patrem dominum Martinum episcopum Atrebatensem, ambaxiatorem ducis Burgundiæ, qui dixit, domino suo fore suspectum reverendissimum patrem dominum Petrum cardinalem Cameracensem multis de causis, quas suo loco & tempore congruo dare vellet in scriptis: nullo modo consentiendo in dictum dominum cardinalem tanquam commissarium, saltem in causa quæ speratur verti inter dominum suum Ducem Burgundiæ & Parisienses, &c. Super qua protestatione sibi fieri fecit & petiit unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta,

Qua

Qua protestatione facta & admissa, promotores & procuratores prædicti petierunt sibi nomine suo supra, super omnibus & singulis cantatis, dictis, lectis, diffinitis, & declaratis fieri unum vel plura, & tot quot essent necessaria, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per dominos protonotarios sedis Apostolicæ, dictæque Synodi, ac omnes & singulos notarios & tabelliones ibidem præsentes, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem illustribus & nobilibus viris, Ludovico duce Bavariæ & comite Palatino Rheni, Friderico Burgravio Nurembergensi, comite Bertholdo de Ursinis, Philippo Span de Hungoria pincerna *a* Syndon, aliisque nobilibus in numero copioso.

Item, cum experientia doceat, continuo propter scissuram ecclesiæ novas oriri hæreses, & aliquas antiquas renovari, difficileque sit pro singulis hujusmodi causis *b* primitivarum personarum de hæresi suspectarum ad hoc sacrum concurrere generale Concilium, pro celeriori hæresum extirpatione, petimus nos promotores & procuratores supradicti, aliquos ex reverendissimis patribus dominis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & aliquos alios ex singulis nationibus judices & commissarios per vestras reverendissimas paternitates delegari & deputari ad hujusmodi causas hæresum audiendum & terminandum saltem usque ad conclusionem vel sententiam exclusive, cum omnibus & singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis.

a Mſ. *de Sydonv.*

b *primatarum*, mſ.

Deputantur commissarii in causa fidei.

Hæc sancta Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repræsentans, pro celeriori exstirpatione hæresum & ecclesiæ reformatione sacrosanctæ, specialiter deputat & eligit reverendissimos in Christo patres dominos, videlicet, Jordanum de Ursinis, Antonium Aquilejensem, Petrum Cameracensem, & Franciscum Florentinum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales. Et pro Italica natione reverendos patres dominos Concordiensem, Alexandrinum & Laudensem episcopos, & electum Pennensem: pro Gallicana episcopum Gebennensem, abbatem de Clara villa, & magistrum Ursinum de *c* Collavando: pro Anglicana magistrum Wilhelmum Kerff sacræ theologiæ professorem, magistrum Wilhelmum King, magistrum Hugonem *d* Hovvets, & Joannem *e* Wevves decretorum doctorem. Pro natione Germanica electum Poznaniensem, magistrum Nicolaum *f* Dinchelspuel, Theodoricum de Monasterio sacræ theologiæ professorem, & Bertholdum Waldungen sacri palatii Apostolici causarum auditorem, ad audiendum & examinandum causas, & in ipsis juridice procedendum, quarumcumque hæresum & errorum in fide catholica & moribus, undecumque habuerint vel habeant originem, *g* & salubriter exstirpentur; & contra quascumque personas, cujuscumque fuerint status aut dignitatis, etiamsi pontificali, vel alia quavis ecclesiastica vel sæculari præfulgeant dignitate: de eisdem suspectas petitiones, accusationes & declarationes eisdem propositas & proponendas recipiendum, partes vocandum, & in hoc sacro Concilio & extra citandum & publicandum, & alias servatis servandis procedendum, prout exigentia fidei & juris ordo postulabunt: nec non omnia & singula faciendum & exercendum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, cum omnibus incidentibus, emergentibus & connexis, usque ad ipsorum causarum conclusionem exclusive. Sic tamen, quod si omnes interesse non possint aut non velint, duæ partes ipsorum prædicta libere exsequantur.

c Mſ. *Tolloando.*

d Al. mſ. *Helvvets.*

e Al. mſ. *Wilev.*

f Mſ. *Dunckelſpbel.*

g Melius, *ut*

In causa vero hæresis contra Joannem Hus jam diu ventilata, quæ *h* circa conclusionem exsistit, per judices deputatos hucusque in ea ulterius cognoscatur & procedatur per eosdem.

h Forte, *citra.*

Ex Mſ. Victorino.

Die xv. Junii intravit Constantiam D. Carolus de Malatestis Ambaxiator Gregorii XII., cui multi Nobiles fuerunt obviam, cum primis ipsius Gregorii Ambaxiatoribus, qui venerant in Januario, & habebat pro suo statu XXI. muletos oneratos bonis, & sex magnos equos ductos ad magnificentiam ejus cum aliis CCL. equis, vel circa de sua familia. Die Dominica ipse fecit reverentiam D. Imperatori, & proposuit ipsemet ornatissimo stylo, stando in terminis generalibus, in domo Augustinensium, dicens quod venerat ex parte dicti Gregorii ad dandam pacem Ecclesiæ sanctæ Dei, & quod dictus Gregorius elegerat D. Cardinalem Patriarcham, D. Ducem Ludovicum de Bavoria Palatinum Rheni, cum ipso minimo inter eos Procuratores & Ambaxiatores suos ad Regem Romanorum & Hungariæ, & quod non mittebat eos illuc tanquam ad Concilium, quia non fatebatur ibidem esse Concilium, sed ad Imperatorem.

Deinde die Lunæ fuit cum Deputatis coram Rege, ostendens potestatem sibi datam a Gregorio, & ibi erant Deputati cujuslibet Nationis.

Die Martis visitavit Nationes, primo Italicam, de qua erat, & Anglicanam.

Die Mercurii visitavit Nationem Germanicam, & postea Gallicanam, in qua fuit honorifice receptus, & devote multum auditus, dicens & affirmans, quod ipse habebat potestatem renunciandi Papatui, nomine dicti Gregorii, & quod nulli de hoc dubitarent; & allegavit pulchre sacram scripturam ad suum propositum, ad movendum Nationem, ut semper haberet se constanter, & prudenter in omnibus istis, & finaliter explicavit ibidem mentem suam plenius, quam in aliis Nationibus. Fuit deputatus D. Episcopus Tulonensis ad respondendum, & congratulandum sibi, & suo adventui jucundo, qui propter hoc dimiserat uxorem suam, liberos, & patriam, & aliis pluribus modis laudabilibus laudavit eum.

SESSIO XIV.

In qua Carolus de Malatestis renunciavit papatui nomine domini Gregorii XII.

ANno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, Apostolica sede vacante, regnanteque serenissimo, & invictissimo principe domino Sigismundo Romanorum, Hungariæ, &c. rege, regnorum suorum anno, Hungariæ vicesimonono, i Romanæ electionis quinto, coronationis vero primo, die autem Jovis, quarta mensis Julii, fuit tenta sessio generalis per sanctam Synodum Constantiensem in ecclesia cathedrali Constantiensi supradicta, præsente ibidem dicto serenissimo domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege, cum insigniis regalibus, & nobilibus sibi in his servientibus: videlicet dominis, Ludovico comite Palatino Rheni in pomo sive mundo, Henrico duce Bavariæ in ense, Frederico burgravio Nurembergensi in sceptro, & Andrea filio k Snevalæ barone de Hungaria in corona, ministrantibus, ceterisque principibus in numero copioso. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus Joanne episcopo Ostiensi & cardinali Vivariensi, Angelo Laudensi, Jordano de Ursinis, ceterisque cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & aliis patribus in copiosa multitudine. In cujus quidem Sessionis principio præfatus dominus Romanus rex indutus vestibus regalibus, recessit de sua sede solita, & transivit ad aliam sedem positam in fronte altaris, tanquam præsidens pro tunc in Concilio, Joanne Dominici tituli S. Sixti cardinali Ragusino, & Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, procuratoribus domini Angeli de Corario, Gregorii XII. in sua obedientia nuncupati, ad auctorizandum Concilium, & cedendum papatui nomine dicti Gregorii, sedentibus juxta regem in quodam bancho respiciente versus congregationem Synodi Constantiensis. Deinde cantata antiphona, Veni sancte Spiritus; *ac hymno,* Veni creator Spiritus: *dictaque collecta de pace per dictum dominum cardinalem Vivariensem, subsequenter per venerabilem virum dominum Job Benner protonotarium domini Ludovici comitis Palatini, lectæ fuerunt duæ bullæ sequentis tenoris.*

i Al. *Romanorum.*

k Al. *Zvverfola.*

Ex

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Anno & indictione quibus supra, sede Apostolica pastore vacante, die vero Jovis quarta mensis Julii fuit sessio generalis. In qua serenissimus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, tamquam Imperator in insigniis regalibus præsidebat: cujus ensem gessit dux Henricus de Bavaria, sceptrum vero Burgravius Nurembergensis, mundiale sive pomum dominus Ludovicus dux Bavariæ, comes Palatinus Rheni. De corona autem ejusdem servivit comes. In qua etiam sessione interfuerunt reverendissimi in Christo patres, dominus Joannes Ostiensis dictus Vivariensis, Jordanus Albanensis dictus de Ursinis, & Angelus Tusculanus dictus Laudensis, episcopi; Antonius tituli S. Susannæ Aquilejensis, Petrus tituli S. Chrysogoni Cameracensis, Franciscus tituli sanctæ crucis in Jerusalem Venetiarum, Thomas tituli sanctorum Joannis & Pauli Tricariensis, Alamannus tituli S. Eusebii Pisanus, Branda tituli S. Clementis Placentinus, Petrus tituli S. Marci de sancto Marco, Antonius tituli S. Cæciliæ de Salancho, presbyteri; Raynaldus tituli S. Viti in macello de Branckasiis, Ludovicus S. Hadriani de Flisco, Landulphus S. Nicolai Barensis, Amadeus S. Mariæ in Cosmedin Salutiarum, Lucidus de comitibus, Franciscus sanctorum Cosmæ & Damiani Florentinensis, diaconi communiter dicti sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales. Cantatoque solemniter hymno, *Veni creator Spiritus*, cum versiculo, sequentia, & oratione, *Deus qui corda fidelium*, &c. per Joannem episcopum Ostiensem lecta, reverendus pater dominus Joannes Dominici sancti Sixti presbyter cardinalis in sua obedientia, ac magnificus vir dominus Carolus de Malatestis, quasdam litteras bullatas, sive certa procuratoria seu mandata pro ipso Gregorio ad convocandum Concilium generale, & in eo agenda & tractanda approbandum, auctorizandum, nec non ad tractandum & practicandum, procurandum & concludendum cum regia majestate, ac aliis quibus suæ prudentiæ videbitur expedire, & alias in ipsis procuratoriis seu mandatis, quorum tenores inferius inseruntur, exhibuerunt & produxerunt. Quas quidem litteras bullatas superius, ut præmittitur, exhibitas & productas de mandato domini regis ad tunc præsidentis, venerabilis vir Job publica & intelligibili voce perlegit. Quibus sic lectis & peractis, reverendissimus pater dominus Joannes Dominici, cardinalis, & Carolus, prædicti procuratores dicti domini Gregorii duodecimi in sua obedientia nuncupati, ante altare Concilii prope sedem præsidentis constituti, dictus Carolus prædicto reverendissimo patri ad legendum schedulam tenoris infrascripti, maxime convocationem Concilii, approbationem & ratificationem agendorum in eodem in se continentem, vices suas plenaria commisit. Qua commissione sic facta, surrexit præfatus dominus Joannes cardinalis, sumpto themate.

1. Petr. 3. *Omnes unanimes in oratione estote*: factaque super eodem famosa collatione, prælibatam schedulam publice alta & intelligibili voce perlegit. Qua sic, ut præmittitur, lecta, reverendus in Christo pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, rogante & exhortante præfato domino præsidente, ad instantem petitionem magistri Henrici de Piro, hujus sacri Concilii Constantiensis promotoris, ambonem ascendit, & in eo sibi assistentibus reverendis patribus dominis Antonio Concordiensi pro natione Italica, Stephano Dolensi pro natione Gallicana, Nicolao Marsburgensi pro natione Germanica, & Patricio Cortagensi pro natione Anglicana, episcopis in nationibus prædictis præsidentibus, quasdam capitulorum tenoris infrascripti schedulas, quarum una in effectu continebat, quod Concilium memoratum dictam convocationem, auctorisationem & confirmationem, quantum ad eumdem dominum Gregorium pertinet & attinet, eas admittit: & collegium ipsius domini Gregorii duodecimi nuncupati, alteri collegio, videlicet olim Joannis Papæ XXIII. & e converso, unitas omnino fore decernit. Altera vero continebat in effectu, quod notarii rogati de præmissis non faciant mentionem in instrumentis suis de Papa vel sede Apostolica, sed de Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege, & regno Romanorum, usque ad cessionem per Carolum nomine dicti Gregorii faciendam. Quibus lectis, dicti episcopi præsidentes nomine nationum suarum prædictarum, & Joannes episcopus Ostiensis pro se & collegis suis cardinalibus, instante & petente magistro Henrico de Piro promotore prædicto, exhortanteque & rogante serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, &c. rege tunc præsidenta, responderunt per verbum, *Placet*. Super quibus convocatione, auctorizatione, confirmatione, admissione, ac unione, ac statutis & decretis, magister Henricus de Piro promotor & procurator a sanctæ sedis Apostolicæ protonotariis per dictum Concilium deputatis, nec non a notariis quatuor nationum, & quibuscumque aliis tabellionibus publicis ibidem adstantibus, unum vel plura fieri & confici instrumentum seu instrumenta, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, instanter requisivit.

Ex collectione Barberiniana, & tribus Mss. Germanicis.

Præsentibus ibidem Jordano de Ursinis, Francisco Venetiarum, Antonio Aquilejensi, Petro Cameracensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco presbyteris, Reynaldo de Brancatiis, Ludolpho Barensi, Odone de Columna, Lucido de comite, Amedeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus: supervenientibus ibidem magistro domino Carolo de Malatestis Arimini vicario generali in Romandiola, ac Joanne Dominici tituli sancti Sixti cardinale Ragusino in obedientia Angeli Corario, nomine domini Angeli de Corario prædicti, ad faciendum, & complendum pro bono pacis & unionis in ecclesia, & populo Christiano habendæ, certas renunciationes & reservationes nomine supradicti domini Angeli Corario de papatu, quem ipse dominus Angelus prætendit habere, & alias prout inferius latius apparebit. Pro cujus quidem sessionis introitu, & principio præfatus dominus rex Romanorum, indutus vestibus regalibus recessit de sua sede solita, & transivit in aliam sedem positam in fronte altaria, tanquam præsidens pro tunc Concilio, una cum ipsis Joanne Carolo, & Joanne Dominico sedentibus juxta eum in quodam banco respicientes versus congregationem Synodi Constantiensis: statim fuit cantata antiphona per cantores & cappellanos Synodi: *Veni sancte Spiritus*, & subsequenter hymnus, *Veni creator Spiritus*. Quibus antiphona & hymno cantatis, & collecta dicta pro pace & unione per reverendissimum patrem dominum episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem venerabilem virum, dominus Job venerabilis protonotarius domini Ludovici comitis palatini prædicti legebat bullam constitutionis procuratoris ad renunciandum papatui missam ipsi Carolo, & Joanni & aliis in eadem expressis. Qua lecta, legebat unam aliam bullam auctorizationis. Bullis lectis, dominus Carolus, prout continetur in ipsis bullis, habens majorem auctoritatem quam ceteri, commisit ipsi domino Joanni Dominici, cardinali Ragusino suo collegæ suas vices ad auctorizandum, & approbandum dictum Concilium. Quam commissionem & auctoritatem sive potestatem ipse Joannes Dominici cardinalis Ragusinus in se recipiens, & pro themate suo recepit verba epistolæ diei Dominicæ præcedentis, videlicet; *Omnes unanimes in oratione estote*: & fecit unam brevem & ornatam collationem. Qua finita procedendo ad actum sibi delegatum & commissum, auctorizavit & approbavit Concilium Constantiense, quantum ad eum & dominum suum spectabat, prout in quadam papyri cedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Gre-

ANNO CHRISTI 1415.

Ex prima editione.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Joannis tituli sancti Sixti presbytero cardinali, Apostolicæ sedis legato, & Joanni in patriarcham Constantinopolitanum electo, nostris & ejusdem sedis nunciis; & venerabili fratri VVernero archiepiscopo Trevirensi: nec non nobilibus viris, Ludovico comiti Palatino Rheni, & Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, in provincia Romandiolæ pro nobis & sancta Romana ecclesia rectori, salutem & Apostolicam benedictionem.

Joan. 8.

Terrenas affectiones humanas tenebrare mentes constat, librandas pro modulo luminationis. Cum lux illa quæ dixit, Ego sum lux mundi, *se luminantem ostendit: & pro quanto terreno detinentur affectu, minus illius splendorem contingunt. In quo edocemur, errorem cavendum, amoremque rectum sequendum, & nostra omnia ad illam pacem, quæ est cum Deo homini mortali, feliciter conferenda: contra quam negare non possumus impios errores commissos circa papatum, nosque adversantium astatiis repulsos, ad pacem & ecclesiæ Christi clarum statum per viam renunciationis, & progressum fimiter desiderantes, ut cum spes aliqua sciatillaret, occurrimus erogando. Ex eodem igitur affectu continuato, intellecta providentia regia, cum affectione concordi ad ecclesiæ pacem cum nationibus quas vocavit ad civitatem Constantiensem, exhilarati, libenti animo prompti sumus, ut semper fuimus, pro exstirpatione horrendorum schismatum, & integra unione merito optanda & perficienda, dimittere libere papatum: quamvis nobis clarum sit, tam ex titulo sanctæ memoriæ Urbani sexti prædecessoris nostri & canonica nostra electione, quam etiam clarissime ex nostra puritate cum efficaci voluntate & recta. Quapropter potius & altius rem ipsam & effectum qui intenditur, ac serenitatis regiæ cor, mentem, animum & opera post sui adventum ad Constantiam fructuosa advertentes, a quamque extrinsecus quovis artificio demonstravit; & confidentes exinde de ejus serenitatis dispositione Deo grata, & in eo sperantes cujus res geritur, quod serenitatem eamdem diriget in agendis, & vos etiam, qui pro præmissorum effectu estis ibidem: & ut possitis in prædictis proficere melius & valere, quo efficaciorem potestatem a nobis constiterit vos habere; nobis seu illis ex nobis, quod ubi illi interfuerint, congregationem ipsam, in quantum per dictam serenitatem regiam, & non Balthassarem, se se nuncupari facientem Joannem vicesimumtertium, vocatam, vice nostra ad prædictorum effectum convocandi & auctorizandi generale Concilium, remota tamen omnino dicti Balthassaris præsidentia & præsentia ab eisdem: nec non omnia, quæ postquam sic feceritis, disponentur pro vera redintegratione ac unione ecclesiæ, ac præfatorum schismatum exstirpatione, per congregationem eamdem, remotis (ut præmittitur) præsidentia & præsentia dicti Balthassaris, vice nostra similiter auctorizandi, approbandi & confirmandi, plenam & liberam de plenitudine potestatis concedimus tenore præsentium facultatem.*

a Forte quoque.

Datum Arimini, tertio Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

De Curia. G. de Imola.
In plica, M. de Strata. In dorso, in camera.

Ex prima editione.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malatestis domicillo Ariminensi, in provincia nostra Romandiolæ pro nobis & sancta Romana ecclesia rectori, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum ad laudem omnipotentis Dei & bonum ecclesiæ suæ sanctæ, pro unionis redintegratione & pace Christianorum, & schismatum extirpatione, proh dolor, nunc vigentium, ultra alios nuntios nostros te tanquam personam nostram ad majestatem regiam Constantiam personaliter destinemus; nos volentes pariter & optantes, ut eo perfectius perficere valeas in præmissis, quo majori fueris auctoritate munitus; tibi cum subordinata sit renuntiatio, canonicæ & certæ electioni unici futuri summi pontificis, & alia etiam necessaria habeant intervenire; pro prædictorum effectu salubriter consequendo, tibi subveniendo, aut illis, cum quibus tuæ providentiæ videbitur expedire, modis congruis & opportunis tractandi, practicandi & concludendi, quæ tibi visa fuerint utilia & necessaria ad prædicta, etiam si forent talia, quæ mandata alia & tibi data excederent, quantumcumque mandatum exigerent speciale, & si videbitur tibi, aliqua magis convenire personæ ecclesiasticæ, illa expediri faciendi per personam ecclesiasticam quam elegeris, & ei sic electæ & juxta tuam dispositionem facturæ, præsentium tenore de plenitudine Apostolicæ potestatis plenam & liberam concedimus facultatem.

ANNO CHRISTI 1415.

Datum Arimini, tertio Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

De Curia. G. de Imola.
In plica. M. de Strata. In dorso, in camera.

Ex prima editione.

Quibus bullis lectis, dominus Carolus (prout in eisdem continebatur) habens majorem auctoritatem quam ceteri, commisit præfato domino Joanni Dominici cardinali vices suas ad auctorizandum & approbandum dictum Concilium. Quam commissionem in se recipiens, facta brevi collatione cum themate, Omnes unanimes in oratione estote, *auctorizavit Concilium, prout in schedula tenoris sequentis continetur:*

1. Petr. 3.

Ex mss. quatuor D. a Schelstrate.

Die IV. Julii, MCDXV. cardinalis Ragusinus surrexit, & facta honesta præfatione cum themate, *Quis est hic? & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua:* quod applicuit domino suo: & tandem auctoritate domini sui Gregorii illud Concilium convocavit, & auctorizavit, ac omnia in eo exinde gerenda; prout in cedula quam legit; cujus tenor talis est:

Ex prima editione.

Schedula auctorizationis Concilii.

Quia sanctissimus dominus noster, dominus Gregorius Papa duodecimus audivit, intellexit, atque multipliciter est informatus de celebri fama hujus sanctæ congregationis pro generali Concilio Constantiensi in Christi nomine congregatæ, idcirco idem dominus noster avidus ecclesiasticæ unionis & reformationis, & extirpationis hæreticæ pravitatis, commissionem fecit, prout in ejusdem litteris nunc lectis dignoscitur contineri. Cujus quidem commissionis & mandati vigore ego Joannes miseratione divina tituli sancti Sixti presbyter cardinalis, Ragusinus vulgariter nuncupatus, pro me & collegis meis in hac parte hic existentibus, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, amen, auctoritate ipsius domini nostri Papæ, quantum ad eumdem spectat, ut prædicta sancta unio, reformatio, & hæreticæ pravitatis exstirpatio, Deo auctore, meliorem sortiantur effectum, & ut sub diversorum professione pastorum dissidentes Christiani in unitate sanctæ matris ecclesiæ & caritatis vinculo conjungantur; istud sacrum Concilium generale convoco, & omnia per ipsum agenda auctorizo & confirmo, juxta modum & formam, prout in litteris domini nostri nunc lectis plenius continetur.

Ex mss. quatuor D. a Schelstrate.

Consequenter Concilium per organum archiepiscopi Mediolanensis stantis alte in pulpito cum quatuor prælatis quatuor nationum, dictam convocationem & auctorizationem admisit, prout in cedula quam legit; cujus tenor sequitur. Et responderunt quatuor prælati, quod quatuor nationibus placet: & cardinalis Ostiensis pro collegio cardinalium, *Placet*. Et hoc nunc primo responsum est ex parte cardinalium.

Ex collectione Barberiniana, & quatuor Germanicis.

Subsequenter ascendentibus ambonem, in quo sententia, edicta, & alia facta Concilii publicari solent, reverendis patribus dominis Bartholomæo archiepiscopo Mediolanensi, Stephano Dolensi, Antonio Concordiensi, Nicolao Mersburgensi, Patricio *a* Carthaginensi episcopis. Idem dominus archiepiscopus Bartholomæus Mediolanensis legebat capitula, & ordinationes conceptas per Concilium Constantiense ab una, & dominos Carolum, & Joannem Dominici & ambaxiatores ipsius Angeli Cotario ad Concilium missos, & illos de ejus obedientia parte ex altera; & deinde unum aliud capitulum, quorum tenores inferius sunt inserti. Quibus duobus capitulis lectis, fuit responsum more solito per dominum Antonium Concordiensem pro natione Italica, Stephanum Dolensem pro natione Gallicana, Nicolaum Mersburgensem pro natione Germanica, & Patricium *b* Carthaginensem pro natione Anglicana, *Placet*. Similiter per reverendissimum patrem dominum Joannem episcopum Ostiensem, cardinalem Vivariensem nomine collegii cardinalium, *Placet*. Super quibus lecturis, auctorizationibus & approbationibus, honorabilis vir magister Henricus de Piro promotor & procurator Concilii petiit sibi per protonotarios deputatos per Concilium, notarios & tabelliones, unum vel plura confici, publicum & publica, instrumenta: præsentibus ibidem illustribus principibus dominis Ludovico comite palatino Rheni, Ludovico & Henrico ducibus Bavariæ, Frederico Burgravio Nurembergensi, comite *c* Guintero de Suartlburg, Pincerna de Subit, comite de Voinsberg, ambaxiatoribus Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daciæ, Svetiæ, Norvegiæ, Cypri & Siciliæ regum, & reginæ Neapolitanæ, Ducis Burgundiæ, Comitis Sabaudiæ, & aliis ambaxiatoribus in numero copioso.

a Lege ex mss. *Cartag ensi.*

b Lege ex mss. *Cartagensem.*

c Ms. *Gunthero de Schwarzburg, Pincerna de Synd:vv, comite Gunthero de Vvinsberg.*

Ex prima editione.

Hit autem peractis, reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legebat capitula & ordinationes conceptas per Concilium Constantiense. Tenores vero dictorum capitulorum sequuntur, & sunt tales: Cum principium cujuslibet rei potissima pars sit, ut principium decens & amabile Deo, & possibilis ecclesiæ redintegratio fiat; sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, ecclesiam catholicam repræsentans, ut istæ duæ obedientiæ, videlicet illa quæ profitetur Joannem vicesimumtertiam olim fuisse Papam, & illa quæ profitetur dominum Gregorium XII. esse Papam, uniantur una alteri, & altera alteri conjungantur sub capite Christo, dictas convocationem, auctorizationem, approbationem & confirmationem nomine illius domini qui in sua obedientia dicitur Gregorius XII. nunc factas, quantum ad ipsum spectase videtur, quia abundans ad certitudinem pro bona cautela nemini nocet, sed omnibus prodest, in omnibus & per omnia admittit, & amodo has supradictas obedientias conjunctas & unitas esse decernit & declarat in uno corpore Domini nostri Jesu Christi, & hujus sacri Universalis Concilii generalis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Ex Mss. Surii, & quatuor Germanicis.

Hæc sancta Synodus ex certis bonis aspectibus statuit & ordinat, quod per notarios qui de præmissis rogabuntur, in instrumentis per eos conficiendis nulla fiat mentio de Romano pontifice vel de sede Apostolica, sed de anno regnorum serenissimi & invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, & hoc usque ad cessionem inclusive.

Quibus sic factis, prædictus dominus Joannes Dominici cardinalis recessit a loco ubi ante altare fuerat, ad scamnum seu locum in quo presbyteri cardinales sedebant, per Lucidum cardinalem de Comitibus prædictum introductus. & ad osculum fraternale receptus, & osculo prælibato, inter reverendissimos patres Dominum

A num Franciscum Venetiarum, & Antonium Aquilejensem, presbyteros cardinales prædictos collocatus sedebat. Subsequenter vero invictissimus & serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, de loco quo præsidebat, ad sedem suam propriam regiam, in qua sedere solet in sessionibus generalibus, accessit, & ibi sedebat. Præmissis omnibus, sicut præmittitur, peractis, reverendissimus pater dominus Alamannus tituli sancti Eusebii presbyter cardinalis, Pisanus communiter dictus, Missam celebravit de sancto Spiritu. Et venerabilis vir magister Theodoricus de Monasterio sacræ theologiæ professor sermonem fecit, cujus thema fuit: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*, Quo & dicta Missa finita, cantatoque responsorio seu introitu, *Exaudi nos Domine*, &c. dictisque per reverendissimum patrem dominum Joannem episcopum B Ostiensem orationibus, lectoque evangelio. *Si quis venit ad me*, &c. hymnoque, *Veni creator Spiritus*, iterum solemniter cantato, ac aliis precibus consuetis ad Deum devote profusis; præsidente pro tunc domino Joanne episcopo Ostiensi, memoratus Carolus quamdam aliam bullam Gregorianam, sigillo plumbeo sigillatam, sanam, &c. tenoris infrascripti exhibuit & produxit. Quam quidem bullam præfatus immediate præsidens per prælatum dominum Job legi fecit publice alta & intelligibili voce. Quibus peractis, surrexit præfatus dominus Carolus, & quamdam papyri schedulam tenoris infrascripti, quam in suis tenebat manibus, alta, & intelligibili voce perlegit. In qua effectualiter ponebatur petitio sua: videlicet an expediat quod cessio Gregorii fiat in Constantia antequam eatur Niciam: seu, an Petrus de Luna cedere velit aut nolit, experiatur. Qua lecta, præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus C archiepiscopus Mediolanensis, adhuc ut supra in ambone cum præsidentibus prælibatis existens, exhortante & rogante reverendissimo patre domino Joanne præsidente præfato, quamdam aliam schedulam certum in se continentem capitulum, in quo in effectu continebatur, quod Concilium Constantiense velit, quod resignatio Gregorii fiat in Constantia pro utilitate & redintegratione fidei Christianæ, antequam eatur ad Niciam, cujus tenor inferius sequitur, alta & intelligibili voce legit. Ipsaque sic, ut præmittitur, lecta, surrexit magister Henricus de Piro prælibatus promotor, petiitque per dictos præsidentes pro se & nationibus suis prælibatis & aliis responderi super præmissis, per verbum, *Placet*, vel, *non placet*. Et tunc memorati præsidentes pro nationibus suis, & earum qualibet; nec non reverendissimus in Christo pater dominus episcopus Ostiensis pro se & suis D collegiis cardinalibus, responderunt per verbum, *Placet*. Super quibus productis & lectis, dictus magister Henricus promotor & procurator petiit a reverendis patribus sanctæ sedis Apostolicæ protonotariis, ac a nobis per dictum Concilium deputatis notariis, & a quibuscumque aliis notariis & tabellionibus publicis ibidem adstantibus, unum vel plura, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, fieri, & confici instrumentum & instrumenta. Præsentibus tunc ibidem testibus supradictis.

Ex prima editione.

Tolluntur processus & cetera in duabus obedientiis hinc inde decreta occasione schismatis.

E

Sacrosancta Synodus generalis Constantiensis, &c.

PRo majori pace & securitate unionis ecclesiæ, omnes & singulos processus, censuras, pœnas & sententias in olim vocati Joannis, & ejus qui dicitur Gregorius duodecimus, obedientiis jam conjunctis, occasione vel ex causa schismatis hinc vel inde latas, decretas, promulgatas seu fulminatas, & omnem exinde contractam maculam sive notam juris aut facti, quoad easdem obedientias, tollit, abolet & irritat atque cassat. Omnes quoque & singulas personas dictarum obedientiarum cujuscumque conditionis vel sexus existant, in statibus, dignitatibus & officiis, quæ alias canonice, seu rationabiliter tenent, possident & exercent, ad abundantem cautelam habilitat; & cum eis, quantum opportunum fuerit,

ANNO CHRISTI 1415.

fuerit, aut indigent, dispensat hæc sancta Synodus ex A *certis bonis respectibus: statuitque & ordinat, quod per notarios, qui de præmissis rogabuntur, in instrumentis per eos conficiendis nulla fiat mentio de Romano pontifice, vel sede Apostolica, sed de anno regnorum serenissimi & invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungarorum, &c. regis: & hoc usque ad sessionem inclusive. His denique lectis, dictus dominus Joannes Dominici cardinalis Ragusinus per cardinales a sistentes in Concilio receptus est ad osculum pacis: & collocatus est inter Franciscum Venetiarum, & Antonium Aquilejensem, presbyteros cardinales. Fuitque consequenter cantata Missa de Spiritu sancto per dominum † Almanum cardinalem Pisanum, cum sermone ad clerum. Et postmodum Missæ officio finito, accessit ad locum præsidentiæ dictus dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis; fuitque dictum officium litaniarum,* B *aliarum more sessionum, cum evangelio,* Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, &c. *Et dictus dominus Job Vener legebat bullam dicti domini Gregorii ad cessionem papatus, tenoris sequentis.*

a Forte, assistentes.

b Al. resignandum.

Procuratorium ad b renunciandum, &c.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malatestis, domicello Arimini, in provincia Romandiolæ pro nobis & sancta Romana ecclesia rectori, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex prima editione.

Divina gratia dirigente, fideliter & pure conati fuimus ab ipso initio nostræ assumptionis schisma exstirpare, & ecclesiam deducere ad clarum & pacificum statum integraliter: & ut debuimus & voluimus, & C *continue cum potuimus advertere opportunitatem perficiendi, efficaci voluntate adhibuimus diligentiam nostram: sed fluxus diversarum cupiditatum & tenebrarum, a timore Altissimi alienarum, multis & variis involutionibus sancto proposito obstiterunt, & per vias duras multiplici debito nos adstrictos incedere compulerunt. Et cum nuper verisimiliter dubitaremus graviora præparari, recenter recepimus de cælo lumen aperiri, & regiam majestatem per maturos processus pura mente ad lucem & pacem integram Christianorum, schismatibus de ecclesia repulsis, desideria pervenire, cum aptis affectibus obviando, & rectas vias optando. De quibus gratias Altissimo reddimus, & ab in lætitiam suscipimus, sine cujus gratia nullum recte efficitur fundamentum; a qua quidem divina gratia non dubitamus tuam nobilitatem & animum fuisse & esse constanter directum. Cum ergo* D *destinaverimus Constantiam ad eamdem regiam majestatem dilectos filios Joannem tituli sancti Sixti presbyterum cardinalem, sedis Apostolicæ legatum, & Joannem in patriarcham Constantinopolitanum electum, nostros & ejusdem sedis nuntios, cum certis litteris & mandatis nostris fideliter conceptis, secundum opportunitatem quæ tunc videbatur: nunc vero spe bona concepta, dilatato corde, Christianorum pacem & integram unionem in Domino desiderantes, tuam nobilitatem, in qua pleno confidimus, & carissimam ut personam nostram tenemus, Duce Domino ad regiam majestatem ipsam in Constantiam destinamus: ut animus tuus, quem semper invenimus sacræ unionis amatorem, nobiscum lætitia impleatur. Et propterea ad prædicta omnia plenarie exsequenda, te qui etiam in civitate nostra Ariminensi, & in nonnullis pro nobis & eadem ecclesia in temporalibus es vicarius, omni modo, via, jure & forma, quibus melius fieri posset,* E *tenore præsentium de plenitudine Apostolicæ potestatis procuratorem nostrum facimus specialem: dantes & concedentes tibi ut procuratori nostro, de plenitudine dictæ Apostolicæ potestatis, omnimodam, plenam & liberam facultatem nostro & dictæ ecclesiæ nomine tractandi, procurandi, totaliter concludendi, & effectualiter inducendi sincerum & integram unionem ecclesiæ sanctæ Dei, per omnem & quamlibet rationabilem viam conjunctim & divisim, quæ tibi procuratori nostro videbuntur accomoda ac quomodolibet opportuna. Et specialiter renunciandi & cedendi omni juri papatus, ac titulo & possessioni, quod, quem & quam habemus in eodem, si ubi & c ante videbitur tibi pro unione hujusmodi expedire; nec non omnia & singula faciendi, quæ circa præmissa & quodlibet eorum erunt, aut tibi ut procuratori nostro videbuntur quomodolibet opportuna; etiam si forent majora expressatis, & mandatum exigerent quantumcumque speciale, & quæ nos ipsi facere possemus, si personaliter interessemus: promittentes Deo & ecclesiæ sanctæ Dei, ratum, gratum & firmum perpetuo irrevocabiliter habituros, quidquid per te procuratorem nostrum, actum, gestum, seu factum fuerit in præmissis, idque facturos dante Domino inviolabiliter observari: promittentes bona fide, & sub attestatione divini judicii, quod potestatem hujusmodi tibi sic (ut præmittitur) attributum & concessum revocare non intendimus, nec revocabimus re verbo publice vel occulte: & supplentes omnem defectum, si quis in præsenti mandato fuerit admissus, vel in eo aliquid est omissum.*

Datum Arimini, sexto Idus Martii, pontificatus nostri anno nono.

a Al. quando.

De curia. G. de Imola.
In plica, M. de Strata. In dorso, in camera.

Ex prima editione.

d Ms. Qua bulla.

d *Qua schedula lecta magnificus dominus Carolus levans se, dixit hæc verba: Cum sanctissimus dominus noster Gregorius Papa duodecimus me suum procuratorem constituerit ad cedendum modo & forma, prout in suis litteris lectis dignoscitur contineri. Ego Carolus supradictus sciens intentionem domini nostri sanctissimi Gregorii Papæ duodecimi fuisse & esse totalem ad redintegrationem Christianorum, si posset largiente Domino fieri; & in hoc omnem, quantum in eo est, operam præstare per futuram papatus cessionem per se & suos: & quod ab omnibus caveantur, quæ hoc sanctum propositum impedire possent aut differre: per hoc sacrum Concilium declarari & determinari peto humiliter & instanter, utrum pro unione ecclesiæ sanctæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, sacro Concilio utile & expediens videatur: quod nomine præfati domini nostri Papæ fiat hic Constantiæ cessio, antequam Niciam accedatur: seu, an Petrus de Luna, qui in sua obedientia dicitur Benedictus decimustertius, cedere velit vel nolit, experiatur. Quibus dictis, præfatus dominus archiepiscopus Mediolanensis in ambone existens, deputatus per Synodum, respondit in modum qui sequitur,*

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis determinat & declarat, expediens & utile fore pro unione ecclesiæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, quod nomine illius domini, qui in sua obedientia dicitur Gregorius duodecimus, fiat hic in Constantia cessio antequam Niciam accedatur: seu, an Petrus de Luna, qui in sua obedientia dicitur Benedictus decimustertius, cedere velit vel nolit, experiatur. Subsequenter dictus dominus archiepiscopus Mediolanensis legit capitula quæ sequuntur.

Ex ms. Card. Capranicæ.

Ad quæ verba lecta & recitata per ipsum dominum Bartholomæum archiepiscopum Mediolanensem, fuit responsum per dominos Antonium Concordiensem, Stephanum Dolensem, Nicolaum Mereburgensem, & patricium Cortagensem episcopos prædictos cum ipso domino archiepiscopo in ambone existentes, nomine suarum nationum, ac reverendum patrem Joannem Ostiensem cardinalem Vivariensem nomine collegii cardinalium. *Placet*, quod fiat cessio ut prædictum, hic in Constantia.

Ex mss. Surii.

Postea vero idem reverendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, adhuc ut supra in ambone una cum prædictis præsidentibus sibi assistentibus existens, ad instantem petitionem & requisitionem magistri Henrici de Piro promotoris prædicti, ac exhortationem & rogatum domini Joannis præsidentis prælibati, quædam alia capitula, quorum primum in effectu continet, quod Concilium statuit, quod cardinales non procedant

ANNO CHRISTI 1415.

Datum Constantiæ, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, prima die mensis Julii, regnorum nostrorum anno Hungariæ, &c. vicesimonono, Romanorum electionis quinto, coronationis vero primo. Ad mandatum domini regis, Joannes præpositus de Strigonio Vicecancellarius.

Subsequenter præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis prædictus, adhuc prout supra in ambone cum prædictis nationum præsidentibus exsistens, ad mandatum & exhortationem dicti domini Joannis præsidentis, instante primitus & petente antedicto magistro Henrico promotore & procuratore, quædam alia capitula tenorum infrascriptorum numero sex, seriatim & successive legit. Quorum tenores sequuntur per ordinem, & sunt tales.

Ex prima editione.

Concilium omnia per Gregorium duodecimum in sua obedientia alias canonice & rationabiliter gesta approbat & ratificat.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, &c. omnia & singula per illum dominum, qui dicitur Gregorius duodecimus in sua tunc obedientia, Apostolica auctoritate mediate vel immediate, alias canonice vel rationabiliter hucusque gesta, facta, dispensata, ordinata, concessa & indulta, & etiam usque ad tempus notitiæ suæ renunciationis pro eo faciendæ, quod tempus ultra mensem post hujusmodi renunciationem nolumus extendi, taliter gerenda, facienda, dispensanda, ordinanda, concedenda & indulgenda, ex certa scientia ratificat, & ex superabundanti cautela ad certitudinem boni approbat atque firmat: statuens & ordinans, quod ex causa vel occasione schismatis, vel cujuscumque maculæ vel inhabilitatis ex eo provenientium, non valeant infringi, vel contra ea excipi, aut in dubium revocari: non obstantibus dispositionibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Decretum, quod non reeligatur Gregorius, non esse factum ad ipsius Gregorii inhabilitatem.

Sacrosancta Synodus generalis Constantiensis declarat, statutum seu ordinationem factam alias per istud sacrum Concilium, in quo inter alia cavetur, quod ille dominus qui dicitur in sua obedientia Gregorius duodecimus, nullo umquam tempore reeligatur in Papam, non fuisse factam ad ipsius domini Gregorii inhabilitatem, tanquam non sit capax papatus, sed pro bono pacis ecclesiæ, & futuris scandalis, scrupulis & suspicionibus evitandis.

Concilium reservat, & se facturum declarat, quod providebit, ubi duo vel plures in eodem titulo ex diversis obedientiis concurrunt.

Item, sacrosancta Synodus Constantiensis reservat, & se facturum declarat, ubi duo vel plures in eodem titulo ex diversis obedientiis concurrunt, quod sacrum Concilium cum debita mansuetudine & rationabili æquitate; ita quod una pars alia deterius non tractabitur, utriusque obedientiæ honore, quantum fieri poterit, salvo per se vel ad hoc specialiter deputandos, antequam separabitur, providebit modo & tempore opportunis.

Concilium recipit & admittit in cardinales, cardinales domini Gregorii Papæ duodecimi.

Item, sacrosancta Synodus Constantiensis, exnunc immediate post cessionem seu renunciationem nomine illius domini, qui dicitur Gregorius duodecimus, de papatu per eumdem faciendam, ipsum dominum Gregorium & reverendissimos in Christo patres dominos Antonium episcopum Portuensem, Joannem tituli sancti Sixti, Gabrielem tituli sancti Clementis, Angelum tituli sanctorum Petri & Marcellini, Brandellum tituli sanctæ [a] Sabinæ, presbyteros, & Petrum tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconum, suæ obedientiæ cardinales, recipit & admittit, eosque ut tales haberi vult, & ab omnibus venerari; nec non dignitate, emolumento, voce & aliis cardinalium privilegiis, ut ceteros cardinales uti, frui pariter & gaudere: salvis tamen aliis constitutionibus & statutis in præsenti sessione promulgatis & inferius promulgandis, de electione Romani Pontificis facientibus mentionem.

[a] MS. Balbiæ.

Quod officiarii domini Gregorii gaudeant eorum officiis.

Item, sacrosancta Synodus Constantiensis, &c. statuit & ordinat, quod omnes officiales & curiales ejusdem domini, qui dicitur Gregorius duodecimus, in officiis & gradibus ipsorum alias canonice adeptis gaudeant, & ea rationabiliter administrent, prout alii officiales alterius obedientiæ indifferenter, salvo ubi in aliquo officio unicus vel certus numerus debet haberi secundum consuetudinem Romanæ curiæ: circa quod sacrum Concilium sibi reservat providendum cum debita mansuetudine & rationabili æquitate: ita quod una pars alia deterius non tractabitur, utriusque obedientiæ honore, quantum fieri poterit, semper salvo, per se vel ad hoc specialiter deputandos, antequam separabitur, providebit modo & tempore opportunis.

Quod nullus recedat sine licentia.

Item, sacrosancta Synodus, &c. Ne ante electionem futuri Romani Pontificis & aliorum in eodem Concilio agendorum, ipsum sanctum Concilium dissolvatur, perturbetur, aut contra ejus salutem vel prosperitatem aliquid machinetur, vel etiam sancta ipsius statuta & ordinationes quomodolibet molestentur aut transgrediantur; statuit, ordinat & diffinit, quod quæcumque persona Concilii, cujuscumque status, gradus, ordinis aut præeminentiæ exsistat, ab hoc sacro Concilio deinceps sine licentia Concilii, vel ad hoc deputandorum recesserit; & quæcumque Concilii, aut quævis alia persona ipsum Concilium quomodolibet perturbaverit, aut contra ejus salutem vel prosperitatem quidquam machinata fuerit; vel ipsius sacri Concilii, præsertim in hac præsenti sessione, statuta aut ordinationes temerarie violaverit, infregerit, aut transgressa fuerit ullo modo; tanquam unionem perturbans, schisma faciens, de hæresi suspecta, aut rea criminis læsæ majestatis, perpetuo sit infamis, omnique dignitate, honore, statu, officio & beneficio, ecclesiasticis & secularibus, etiam si imperialis, regalis, cardinalatus, aut pontificalis exsistat, ipso jure privata, spe promotionis omnino sublata; nec aliquatenus aperiatur ei janua dignitatis aut honoris ecclesiastici aut mundani.

Quod Imperator det operam, ut Concilium sit tutum.

Item, sacrosancta Synodus Constantiensis exhortatur invictissimum principem dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, quatenus placet, patentes litteras suæ majestatis sigillis dare, & omnibus principibus, vassallis & subditis sacri imperii, & præsertim civibus & incolis civitatis Constantiensis præcipere & mandare, quod manutenebunt & defendent prædictum sacrum Concilium in sincera & totali libertate in omni eventu usque ad electionem futuri summi Pontificis, & alias quamdiu duraverit: & quod si & quando sacrum Concilium deliberaverit, ad electionem summi Romani Pontificis hic fore procedendum, omnino ad hoc operam efficacem impendat, quod hujusmodi electio sit tuta, libera & secura. Hoc autem specialiter jurent rectores & consules hujus civitatis fideliter observare. Et quicumque ipsam libertatem, tutelam, aut securitatem aliqualiter impediverit, fraudem circa eam fecerit, aut quantum in eo fuerit non observaverit, cujuscumque dignitatis, præeminentiæ, status, aut conditionis exsistat, omni cessante privilegio, eo ipso sententiam imperialis banni incurrat, perpetuo sit infamis, nec ei umquam portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod officium publicum admittatur: quin immo omnibus feudis ac aliis bonis quæ a Romano te-

ANNO CHRISTI 1415.

net imperio, sit ipso jure privatus. Civitas autem, seu universitas Constantiæ, nisi consules & rectores prædicta observaverint, aut si contra ea venerint, eo ipso banno imperiali subjaceat, & omnibus privilegiis & libertatibus & gratiis imperialibus seu regalibus sit penitus destituta.

Ex Mss. Surii, & quatuor Germanicis.

Quibus sic peractis, dictus magister Henricus de Piro promotor petiit a dictis præsidentibus, nominibus quibus supre, respondeti per verbum, *Placet*; vel *non placet*. Memoratique præsidentes, & Joannes episcopus Ostiensis, nominibus quibus supre, responderunt ut prius, per verbum, *Placet*. Serenissimus princeps dominus Sigismundus rex respondit sub isto verborum tenore: *Promittimus & litteras decernimus*. Præmissis sic peractis, surrexit præfatus Joannes præpositus Quinque-ecclesiarum; litterasque dicti serenissimi principis suæ majestatis sigillo magno ceræ glaucæ impresso sigillatas exhibuit, easque legit, rogante & mandante prælibato domino Joanne episcopo Ostiensi proxime præsidente. Quibus sic lectis, dictus magister Henricus promotor super potestate cedendi & renunciandi dicto Carolo a præfato domino, qui Gregorius duodecimus dicitur, tradita, statutis & decretis promissis, petiit nominibus quibus supra unum vel plure, publicum seu publica, tot quot essent necessaria fieri & confici instrumentum & instrumenta, præsentibus quibus supra.

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex. Notum facimus tenore præsentium, quibus expedit universis, ad futuram rei memoriam. Qui statuit terminos gentium secundum numerum angelorum, & utrorumque ministeria ordine miro dispensans, sicut choros Angelicos variis dignitatibus, quæ propriis vocabulis (teste Apostolo) appellantur, mirabiliter insignivit; sic& ecclesiam adhuc militantem in terris, diversis tam spiritualium quam temporalium distinxit titulis potestatum: ut pulcra fidelibus, & infidelibus terribilis apparens, ut castrorum acies ordinata, procedat prospera, donec regina tandem dextris summi regis in vestitu sedeat deaurato, feliciter in perpetuum regnatura. Unde constat, quod omnis a Deo est potestas, qui solus potestatem habet in regno hominum, & quemcumque vult suscitat super illud. Nemo illi temere debet resistere, ne, secundum Apostolum, potestati divinæ resistere videatur: quin potius tenetur quilibet in operibus manuum Domini exsultare, per quæ semper juxta prophetam misericordia & judicium constat. Sane cum propter vacationem sedis Apostolicæ, Romani & summi Pontificis electio & provisio in nostre Constantiensi civitate, in qua adpræsens generale Concilium celebratur, suo tempore juxta ejusdem statuta Concilii immineat facienda: nos tanquam Romanæ ecclesiæ advocatus, dicti Concilii defensor, ac præsertim dictæ civitatis Constantiensis dominus naturalis, volentes dictam electionem fore tutam, liberam & securam, omnibus & singulis principibus, vassallis & subditis sacri imperii, & præsertim civibus & incolis dictæ civitatis Constantiensis nostræ fidelibus nostris dilectis, districta præcipimus & mandamus, quatenus dictum sacrum Concilium in pura, sincera, pacificaque libertate manuteneant & defendant in omnem eventum, usque ad electionem & perfectionem futuri summi Pontificis inclusive. Et quod si quando sacrum Concilium deliberavit ad electionem Romani Pontificis in eadem nostra civitate fore procedendum, omnem curam, diligentiam, sollicitudinem & operam efficaciter impendant, quod electio hujusmodi in plena libertate & securitate debite defendatur. Specialiter autem rectoribus & consulibus dictæ nostræ civitatis Constantiensis injungimus, ut juxta sacrorum canonum instituta, idipsum corporaliter jurent fideliter observare. Quicumque autem istam libertatem, tutelam aut securitatem aliquatenus impediverit, violaverit, fraudem contra eam fecerit, aut quantum in eo fuerit, non observaverit, cujuscumque dignitatis, status, præeminentiæ aut conditionis exsistat, omni cessante privilegio, eo ipso sententiam imperialis banni incurrat, perpetuo sit infamis, nec ei unquam portæ pateant dignitatis, nec ad aliquod officium publicum admittatur. Quin immo omnibus feudis & aliis bonis quæ a Romano tenet imperio, sit ipso jure privatus. Civitas autem, seu universitas Constantiensis, nisi consules & rectores prædicta observaverint, aut si contra ea venerint, eo ipso banno imperiali subjaceat, ac omnibus privilegiis, gratiis & libertatibus imperialibus, sive regalibus sit penitus destituta. Præsentium sub nostræ majestatis sigillis appensione testimonio litterarum.

Deut. 32. 8. ex Græco.

Datum Constantiæ, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, *a* prima die Julii, regnorum nostrorum anno Hungariæ, &c. XXIX. Romanæ electionis quinto, coronationis vero primo. Ad mandatum domini regis, Joannes præpositus de Strigonio Vicecancellarius.

a quarta, mis.

Postmodum vero surrexit Carolus prænominatus procurator, solemnemque & rhetoricam proferebat collationem in themate sumpto. *Facta est multitudo Angelorum*, &c. Qua siquidem collatione facta, sæpe dictus Carolus quamdam cessionis & resignationis schedulam, quam in suis tenebat manibus, ibidem perlegit: factoque cessit & renunciavit, & alia fecit, prout in schedula continetur. Qua schedula, ut præmittitur lecta, præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, adhuc in ambone una cum præsidentibus nationum antedictis sibi assistantibus, rogante & exhortante dicto domino Joanne episcopo Ostiensi præsidente, quoddam capitulum, in quo effectualiter continebatur, quod Concilium generale Constantiense præfatum, dictam *b* concessionem seu renunciationem admisit, & nonnulla alia ut ipso capitulo tenoris infrascripti plenius continetur, alte & intelligibili voce perlegit. Quo quidem capitulo, ut præmittitur, lecto, mandante & rogante dicto domino præsidente, prædictus magister Henricus petiit per hujusmodi nationum præsidentes & alios supredictos, nominibus quibus supra, respondeti per verbum, *Placet*, vel, *non placet*. Dictique præsidentes & alii supra recitati responderunt nominibus quibus supra, per verbum *Placet*. Super cessione, resignatione, statutis, diffinitis & decretis, & aliis supra recitatis, præfatus Henricus promotor sive procurator petiit a protonotariis & nobis notariis dicti Concilii, ac aliis tabellionibus publicis quibuscumque, unum vel plura, publicum seu publica, fieri & confici instrumentum & instrumenta, tot quot essent necessaria. Præsentibus testibus quibus supra.

Luc. 2.

b Forte, *cessionem*.

Ex prima editione.

His autem perlectis, dictus dominus Carolus, facta pulcra collatione cum themate. Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, &c. *perlegit schedulam de renunciatione papatus nomine dicti domini Gregorii in forma sequenti*.

Carolus renunciat papatui, procuratorio nomine domini Gregorii duodecimi.

Ego Carolus de Malatestis Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in temporalibus vicarius, necnon provinciæ Romandiolæ rector pro sanctissimo in Christo patre domino Gregorio divina providentia Papa duodecimo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ generalis, atque ejusdem sanctissimi domini nostri Papæ procurator, habens ad infrascripta plenum, speciale & irrevocabile mandatum, quemadmodum constat per bullam authenticam sanctissimi domini nostri prædicti proxime lectam, nulla oppressus aut coactus violentia, aut nullo ductus errore, ut omnibus aperte pateat per effectum, quanta sinceritate, quantaque cordis affectione sacram unionem & redintegrationem Christianorum in unitate sanctæ matris ecclesiæ prosecutus fuit, prosequaturque per viam etiam renunciationis inclusive; pure & libere & sincere procuratoris nomine ipsius sanctissimi domini nostri, domini Gregorii Papæ XII. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti renuncio & cedo expresse in his scriptis, realiter & cum effectu, juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam ipse habet in papatu: & resigno nomine præfati domini

nostri

nostri papatum, & omne jus papatus, titulum, & possessionem, quod, quem & quam habet coram Domino nostro Jesu Christo, qui ecclesiæ suæ sanctæ est caput & sponsus, in hac sacrosancta Synodo & universali Concilio, sanctam Romanam & universalem ecclesiam repræsentante.

Qua schedula lecta, archiepiscopus Mediolanensis loco quo supra respondendo ad prædicta, legebat in hunc modum.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam catholicam repræsentans, cessionem, renunciationem & resignationem pro parte illius domini, qui in sua obedientia dicebatur Gregorius duodecimus, juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam habuit in papatu, vel si quod, quem vel quam nunc a habuit in papatu, nunc per magnificum & potentem dominum Carolum de Malatestis hic præsentem, ejusque ad hoc procuratorem irrevocabilem, pro eodem domino qui dicebatur Gregorius duodecimus, factus admittit, approbat & collaudat in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

a Forte, habet.

Post hæc autem cantato, Te Deum laudamus, *a sæpe dicto archiepiscopo Mediolanensi legebatur sequens capitulum.*

Ex ms. Surii.

Tandem vero hymno Angelico, *Te Deum laudamus,* solemniter cantato, cum versiculo & collectis sequentibus, præfatus reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, ad instantem petitionem magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris dicti sacri Concilii, nec non ad rogatum & exhortationem dicti domini præsidentis, legit quoddam aliud capitulum in effectu continens tempus resignationis faciendæ Petri de Luna post requisitionem; & alia, ut in eodem capitulo continentur, tenoris infrascripti, ibidem alta & intelligibili voce perlegit. Quo quidem capitulo proximo superius recitato, lecto, de mandato præfati præsidentis prælibatus magister Henricus instanter petiit, per nationum præsidentes & alios præfatos super præmissis per verbum, *Placet*, vel, *non placet*, responderi. Et tunc dicti nationum præsidentes, & Joannes episcopus Ostiensis prædictus, pro se & nationibus suis quibus supra, per verbum, *Placet*, solemniter responderunt. Et serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, promisit, ut in capitulo continetur: & eidem præmissa recitata placuerunt. Super quibus omnibus singulis sic actis, habitis, gestis, statutis, & diffinitis, promissisque & dictis, memoratus magister Henricus promotor ut supra, a dominis protonotariis supradictis, necnon a nobis dicti Concilii notariis, & aliis tabellionibus publicis quibuscomque, unum vel plura, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, fieri & confici instrumentum seu instrumenta, instanter requisivit & petiit. Præsentibus tunc ibidem testibus quibus supra.

Ex prima editione.

Quod requiratur Petrus de Luna auctoritate Concilii ad cedendum.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, &c.

CUM in Romana ecclesia dudum gravis & pestilens exorta scissura, humani generis inimico procurante, innumerabilia Christiano populo attulerit detrimenta, quibus obviandis ac pro redintegratione fabricæ catholicæ quamvis multa quæsita fuerint remedia immensis laboribus, sollicitudinibus & expensis, inter quæ præstantius & validius toti pene Christianitati dudum, & nuper etiam huic sacro Concilio visum sit, cessionem renunciationem papatus fieri per quemlibet pro Papa seu Romano Pontifice se gerentem: nec hactenus cessio seu renunciatio hujusmodi facta, nec redintegratio, aut schismatis exstirpatio fuerit subsecuta: misericors tamen & miserator dominus sponsam suam sanctam ecclesiam diebus proximis respexit oculis pietatis: dum videlicet in hac sancta Constantiensi Synodo, præter nonnulla alia sanctæ unionis ecclesiæ præparamenta, conjunctis sub capite Christo in una ecclesia duabus, videlicet olim nuncupati Joannis, & illius qui dicebatur Gregorius duodecimus, obedientiis, magnificus dominus Carolus de Malatestis plenissimum ad hoc habens mandatum pro præfato domino, qui dicebatur Gregorius duodecimus, ejusque nomine omni juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam, vel si quod, quem vel quam habuit in papatu, non sine magno ipsius domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus, laudis præconio cesserit, renunciaverit expresse, realiter & cum effectu, & resignaverit nomine prædicti domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus papatum & omne jus papatus, titulum & possessionem, quod quem & quam habuit in papatu. Cumque Petrus de Luna, in sua obedientia Benedictus decimustertius nuncupatus, dudum memoratam cessionis & renunciationis papatus viam acceptaverit, eamque diversis promissionibus, votis & juramentis firmaverit, nec adhuc fecerit, sed protelaverit usque modo, & prout fere toti Christianitati est notorium & manifestum: sancta Synodus Constantiensis supradicta, nihil, quantum in ea est, quod ad sanctam unionem utile fuerit, volens relinquere improvisum, declarat, statuit & diffinit, præfatum Petrum de Luna, ex superabundanti per procuratores sacri Concilii ad hoc specialiter constituendos, loco & tempore opportunis fore solemniter requirendum; ut infra spatium decem dierum, requisitionem hujusmodi immediate sequentium, omni juri papatus, quod se prætendit habere, necnon titulo & possessioni seu detentioni ejusdem cedat & renunciet totaliter & absolute. Quod si non fecerit, dicta sancta Synodus ipsum dominum Petrum ex nunc prout extunc pronunciat, decernit & declarat, fuisse & esse notorium schismaticum, antiqui schismatis nutritorem, defensorem, fautorem, approbatorem, incorrigibilem, & pertinacem, hæreticum, a catholica fide devium, promissionum, votorum & juramentorum suorum transgressorem & ecclesiam Dei notorie scandalizantem, & propterea omni honore & dignitate etiam papali se reddidisse indignum: ipsumque per sacros canones fore abjectum, ejectum, privatum & præcisum ab omni jure seu possessione & detentione, quæ habet seu se prætendit habere in papatu: mandando & inhibendo eidem, ne se amplius pro Romano Pontifice gerere præsumat: omnibus Christifidelibus, etiam si imperiali, regali, cardinalatus, pontificali, aut alia quavis ecclesiastica vel sæculari dignitate præfulgeant, ne eidem Petro, aut ejus successoribus in hac parte postea obediant, pareant vel intendant, aut auxilium, consilium vel favorem præstent ullo modo, sed eum tanquam schismaticum, ecclesiasticæ unionis perturbatorem & hæreticum vitent & persequantur toto posse, bona fide, realiter & cum effectu. Et huic sacro Concilio ac futuro per Dei gratiam Romano Pontifici eligendo, contra dictum Petrum, ejus successores, fautores atque sequaces, quos etiam dicta sancta Synodus tanquam schismaticos & hæreticos vult persequi & haberi, assistant fideliter & cum effectu: invictissimum dominum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem, exhortans specialiter & requirens, quatenus tanquam pius ecclesiæ advocatus & sacri Concilii defensor, hoc idem se mox tunc facturum, & suis & sacri imperii subditis mandaturum promittere dignetur, & fideliter observare.

Quo capitulo lecto, fuit responsum per deputatos quatuor nationum, Placet: *necnon per dominum Ostiensem nomine collegii cardinalium, & demum per regem Romanorum,* Placet.

Ex cod. mss. Surii.

Super quibus omnibus & singulis magister Henricus de Piro nomine quo supra per sæpe dictos notarios, protonotarios & tabelliones sibi unum vel plura, & tot, quot sufficiant ad dictum sapientis, petiit fieri publicum seu publica, instrumentum & instrumenta: præsentibus ibidem illustribus principibus, comitibus, & ambaxiatoribus, ceterisque nobilibus testibus.

SESSIO XV.

Ex prima editione.

Sabbati, die festa dicti mensis Julii, fuit sessio generalis Concilii loco & hora consuetis, in qua fuit Romanorum & Hungarorum rex cum nobilibus suis,

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

** sibi in insignitis regalibus servientibus, præsidente in eadem Joanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi: fuitque in ea celebratum officium Missæ de Domina nostra, per reverendissimum patrem dominum Nicolaum archiepiscopum Gneznensem. Qua cantata, legebantur reliqua more sessionum: & reverendus pater dominus Antonius episcopus concordiensis legebat quoddam statutum, cujus tenor sequitur, & est talis.*

* Videlicet illustribus B principibus, Ludovico comite Palatino Rheni in mundo, Friderico Burgravio Nuremburgensi & marchione Brandemburgensi in sceptro, Henrico duce Bavariæ in corona, & Stephano de Rosebon milite de Hungaria in ense. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus, dominis Joanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi ibidem præsidente nomine collegii cardinalium, Jordano de Ursinis, Angelo Laudensi, episcopis, assistentibus ipsi C domino regi Antonio Aquilejensi, Francisco Venetiarum, Antonio de Salancho, Petro Cameracensi, Bianda Placentinensi, presbyteris; Amadeo Salutiarum, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Raynaldo de *a* Branbasiis, Odone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus. In qua quidem sessione more solito cantata fuit Missa de beata Virgine Maria per reverendum patrem dominum Nicolaum archiepiscopum Gneznensem. Qua Missa cantata, fuit peractum officium litaniarum cum introitu, *Exaudi nos Domine*, &c. collectis & orationibus ad hoc requisitis, juxta exigentiam temporum & officii: & evangelio, *Attendite a falsis prophetis*, &c. ac hymno, *Veni creator Spiritus*. Quibus Missa & officio litaniarum peractis, fuit introductus magister Joannes Hus, accusatus & convictus tanquam hæresiarcha, de regno Bohemiæ ad medium Concilii, ubi erat levatus in unum D altum scamnum pro eo ultra alia sedilia communia ordinatum, ita quod omnis homo eum sufficienter videre poterat. Ipso Joanne Hus hæretico, sive hæresiarcha ibidem constituto, ascendit ambonem reverendus pater dominus episcopus Laudensis de ordine fratrum Prædicatorum; & fecit unum brevem, compendiosum & laudabilem sermonem, assumens pro themate, *Destruatur corpus peccati*, &c. ad Romanos VI. cap. in epistola, ut asseruit, proximæ diei Dominicæ. Quo sermone finito, ascenderunt ambonem, in quo edicta Concilii publicari solent, & eadem approbari, reverendi patres Antonius Concordiensis, Stephanus Dolensis, Nicolaus Mersburgensis, *b* Guillelmus Tolonensis, Patricius Corragensis, episcopi, & Bertholdus Wildungen sacri palatii Apostolici causarum auditor, deputati per nationes ad approbandum acta, gesta & pronunciata nomine na- E tionum. Antonius episcopus Concordiensis de mandato sibi injuncto legebat quoddam statutum, imponendo silentium universis & singulis in Synodo existentibus in hunc modum:

a Al. *Brancaciis*.

Math. 7.

b Al. *Vitalis*, ut sess. XVI. & sæpe supra.

Decretum silentii.

Ex prima editione.

Sacrosancta Synodus Constantiensis, &c. præcipit & mandat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contravenientes incurrere vult ipso facto, & sub pœna carceris duorum mensium, & fautoriæ hæresis, ne aliquis cujuscumque status, auctoritatis, gradus, ordinis, præeminentiæ aut conditionis fuerit, etiam si A *Imperiali, regali, cardinalatus, archiepiscopali aut episcopali præfulgeat dignitate, in hac præsenti sessione Deo auctore hodie celebranda, ipsam sessionem, seu pronunciantes & loquentes in eadem perturbet, murmuret, impediat, aut quemvis strepitum voce vel manibus aut pedibus faciet. Et quia jam materia a Deo annuente tractanda per omnes nationes & sanctos patres, Spiritu sancto dirigente, unanimiter & concorditer conclusa est, prout audietis, prohibet & mandat eadem sancta Synodus sub simili pœna ac fautoriæ hæresis, ne quis clamare, contradicere, aut etiam surgere, disputare, vel defensare, aut alta voce loqui audeat, nisi ad hoc sit per ipsam sanctam Synodum deputatus: alioquin contra facientes decrevit eo ipso excommunicationis vinculo innodatos, pœnas carceris & duriores expressatas, minime evasuros. Quam quidem constitutionem reputati quatuor* B *nationum, videlicet Antonius Concordiensis nomine Italicæ, Stephanus Dolensis nomine Gallicanæ, Nicolaus Mersburgensis nomine Germanicæ, & Patricius Cortagensis nomine Anglicanæ, dominus Joannes Ostiensis præsidens nomine collegii cardinalium, per verbum*, Placet, *approbarunt.*

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Quo quidem statuto lecto & approbato, providus vir magister Henricus de Piro promotor & procurator surrexit, proponens, qualiter articuli prædicati per magistrum Joannem Hus in Bohemiæ regno & alias, de quibus est convictus, essent hæretici, seditiosi, captiosi, aurium piarum offensivi, &c. per dominum præsidentem, dominum Romanorum regem, totamque Sy- C nodum Constantiensem, condemnari, librosque de quibus essent extracti, igne comburi debere, & alias sibi fieri justitiæ complementum a prædicta Synodo sibi nomine quo supra, debita cum instantia postulabat: prout in quadam papyri petitionum schedula, quam ibidem legebat, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Qua petitione in scriptis oblata, de mandato & voluntate ipsius Synodi Constantiensis, venerabilis vir D. Bertholdus de Wildungen prædictus incœpit legere articulos formatos & dogmatizatos per Joannem Wicleff & Joannem Hus in hunc modum, quorum aliquos legit, & residuos dicta sancta Synodus habuit pro lectis.

Ex iisdem mss.

Sicut Christus est simul Deus & homo, sic hostia consecrata est simul corpus Christi ad minimum in figura, & verus panis in natura. Vel quod idem sonat, verus panis naturaliter, & corpus Christi figuraliter.

D Cum mendacium hæreticum de hostia consecrata, inter hæreses *c* singulas teneat principatum, ut ipsa ab ecclesia exstirpetur, secure denuncio modernis hæreticis, quod non possunt declarare nec intelligere accidens sine subjecto. Et ideo omnes istæ sectæ hæreticæ in capitulo ignorantium Joannis quarto, *Nos adoramus quod scimus*, audacter prænostico omnibus istis sectis & suis complicibus, quod non defendant fidelibus, quod sacramentum erit accidens sine subjecto, antequam Christus & tota triumphans ecclesia veniet in finali judicio equitans super flatum Angeli Gabrielis.

c Forte, *singulares*.

Sicut Joannes figuraliter fuit Elias, & non personaliter; sic panis in altari figuraliter est corpus Christi: & absque ambiguitate hæc est figurata locutio, *Hoc est corpus meum*, sicut ista, Joannes est Elias.

E Fructus istius dementiæ, qua fingitur accidens sine subjecto, foret blasphemare in Deum, scandalizare sanctos, & illudere ecclesiæ per *d* verba accidentia.

d Mss. *mendacia*.

Diffinientes, parvulos fidelium sine sacramentali baptismo decedentes non fore salvandos, sunt in hoc stolidi & præsumptuosi.

Levis & brevis confirmatio episcoporum, *e* cum e dictis ritibus tantum solemnizata est, ex motione diaboli introducta, & ut populus in fide ecclesiæ illudatur, & episcoporum solemnitas aut necessitas plus credatur.

e Lege ex mss. *cum additis ritibus tantum solemnizata, est ex motione diaboli, &c.*

Quantum ad oleum quo episcopi ungunt pueros, & peplum lineum quod complexum est capiti, videtur quod sit ritus levis, infundabilis ex scriptura, & quod ista confirmatio introducta super Apostolos, blasphemat in Deum.

Con-

ANNO CHRISTI 1415.

Confessio vocalis facta sacerdoti, introducta per Innocentium, non est tam necessaria homini, ut diffinit: quia si quis solum cogitatu, verbo vel opere offenderit fratrem suum; solum cogitatu, verbo vel opere sufficit pœnitere.

Grave est & infundabile, presbyterum audire confessionem populi modo quo Latini utuntur.

In his verbis, *Vos mundi estis, sed non omnes*, posuit diabolus pedicam *a* infidelem, qua pedem caperet Christiani. Introduxit enim confessionem privatam & infundabilem. Et postquam confessori nota fuit, ut lerem statuit, quod non prodatur populo malitia sic confessi.

Conjectura probabilis est, quod talis qui rite vivit, est diaconos vel sacerdos. Sicut enim cognosco, quod iste est Joannes: sic probabili conjectura cognosco, quod iste sancte vivendo, constitutus est a Deo in tali officio sive stato.

Non ex testificatione hominis ordinantis, sed ex *b* justificatione operis capienda est probabilis avidentia talis status. Deus enim potest sine tali instrumento digno vel indigno personam aliquam in tali stato constituere. Nec est probabilior evidentia quam ex vita. Ideo habita vita sancta & doctrina catholica, satis est ecclesiæ militanti. *Error in principio & in fine.*

Conversatio mala prælati subtrahit acceptationem ordinum & aliorum sacramentorum a subditis, qui tamen necessitate cogente possent hoc ab eis capere: supplicando pie, quod Deus suppleat per ministros suos diabolos opus vel finem officii ad quod jurant.

Antiqui ex cupiditate temporalium, ex spe mutuorum juvaminum, aut ex causa excusandæ libidinis, licet desperent de prole, copulantur ad invicem, non vero matrimonialiter copulentur.

Hæc verba, Accipiam te in uxorem, eligibiliora sunt in contractu matrimoniali, quam ista, Ego te accipio in uxorem. Et quod contrahendo cum una per hæc verba de futuro, & post cum alia per hæc verba de præsenti, non debent frustrari verba prima per verba secundaria de præsenti.

Papa, qui se false nominat servum servorum Dei, nullo gradu est in opere evangelii, sed mundano. Et si sit in ordine aliquo, est in ordine dæmonum, Deo plus culpabiliter servientium.

Papa non dispensat cum simonia, vel voto temerario, cum ipse sit capitalis simoniacus, vovens temerarie servare statum summe damnabiliter hic in via. *Error in fine.*

Quod Papa sit summus Pontifex, est ridiculum. Et Christus nec in Petro, nec in alio talem approbavit dignitatem.

Papa est *c* patronus Antichristi: non solum illa simplex persona, sed multitudo paparum a tempore dotationis ecclesiæ, cardinalium, episcoporum, & suorum complicum aliorum, est Antichristi persona composita monstruosa. Non tamen repugnat, quin Gregorius & alii Papæ, qui in vita sua fecerunt multa bona de genere, fructuose finaliter pœnitebant.

Petrus & Clemens cum ceteris adjutoribus in fide, non fuerunt Papæ, sed Dei adjutores, ad ædificandum ecclesiam Domini nostri Jesu Christi.

Quod ex fide evangelii ista papalis præeminentia cœpit ortum, est æque falsum, sicut quod ex prima veritate error quilibet exortus.

Duodecim sunt procuratores & discipuli Antichristi: Papa, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, bifurcati canonici, pseudo fratres introducti jam ultimo, & quæstores.

Patet luce clarius, quod quicumque est humilior ecclesiæ servicialor, & in amore Christi quoad suam ecclesiam amatitior, est in ecclesia militanti major & proximus Christi vicarius reputandus.

Omnis injuste occupans quodcumque bonum Dei, capit rapina, furto, vel latrocinio aliena.

Nec testium depositio, nec judicis sententiatio, nec corporalis possessio, sicut nec *d* distensus hæreditarius, nec humana commutatio, sive donatio confert homini sine gratia dominium, sive jus ad aliquod vel omnia ista simul. *Error si intelligatur de gratia gratum faciente.*

a Mss. *infidelium.*
b Al. *institutione.*
c Mss. *patulus.*
d Mss. *descensus.*

A Nisi esset lex caritatis intrinsecus, nemo propter chartas vel bullas habet habilitatem vel justitiam plus vel minus.

Nos non debemus præstare aut donare aliquid peccatori, dum cognoscimus ipsum esse talem: quia sic fuveremus proditorem Dei nostri.

Sicut princeps vel dominus tempore quo est in peccato mortali, non sortitur nomen illius officii, nisi nomine tenus & satis æquivoce: sic nec Papa, episcopus vel sacerdos, dum lapsus fuerit in mortali peccato.

Omnis habituatus in mortali peccato caret quocumque dominio & usu licito operis etiam boni de genere.

Ex principiis fidei est per se notum, quod quidquid homo in mortali peccato fecerit, peccat mortaliter.

Ad verum sæculare dominium requiritur justitia dominantis, sic quod nullus existens in peccato mortali,
B est dominus alicujus rei.

Omnes religiosi moderni seipsos necessitant, ut hypocrisi maculentur. Ad hoc enim sonat sua professio, ut sic jejunent, ut sic induant, & ut sic faciant, quidquid indifferenter ab aliis observatur.

Omnis privata religio sapit, ut sic, imperfectionem & peccatum, qua homo indisponitur ad Deo libere serviendum.

Religio sive regula privata, sapit præsumptionem blasphemam & arrogantem supra Deum: & religiosi talium ordinum, per hypocrisim defensionis suæ religionis, præsumunt se super Apostolos exaltare.

Christus in scriptura non docet aliquam speciem ordinis de capitulo Antichristi. Et ideo non est de suo beneplacito, quod sunt tales. Capitulum autem istud in istis speciebus duodecim continetur; quæ sunt, Papa, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, archi-
C diaconi, officiales, decani, monachi, canonici, fratres de quatuor ordinibus, & quæstores.

Ex fide & operibus quatuor sectarum, quæ sunt clerus Cæsareus, *e* vanus monachus, vanus canonicus, atque fratres, evidenter elicio, quod nulla persona istarum est membrum Christi in sanctorum catalogo, nisi in fine dierum deseruerit acceptatam stolide sectam suam.

Paulus quondam Pharisæus propter meliorem sectam Christi, de ejus licentia sectam suam dereliquit. Et ob hæc claustrales, cujuscumque sectæ fuerint, *f* debent libere ex mandato Christi *g* exire ista vincula, & induere libere sectam Christi.

Sufficit laicus, quod dent quandoque servis Dei decimas suorum proventuum, & cum illis partibus semper dant ecclesiæ, licet non semper *h* Deo, clero Cæsareo a Papa vel a suis subditis assignato.

D Potestas quæ fingitur a Papa & aliis quatuor novis sectis, sunt fictæ, & ad seducendum subditos diabolice introductæ: ut prælatorum Cæsareorum excommunicatio, citatio, incarceratio, & redditus pecuniarum vendicatio.

Multi sacerdotes simplices superant prælatos in hujusmodi potestate, immo videtur fidelibus, quod magnitudo potestatis spiritualis plus consequitur filium imitatorium Christi in moribus, quam prælatum qui per cardinales & tales apostatas est electus.

Subtrahit populus decimas, oblationes & alias privatas eleemosynas ab indignis Antichristi discipulis, cum hoc facere debeat de lege Dei. Nec est timenda, sed gaudenter acceptanda maledictio vel censura, quæ infertur a discipulis Antichristi.

Dominus Papa, episcopi, omnes religiosi vel puri clerici, titulo perpetuæ possessionis dotati, debent re-
E nunciare illis in manibus brachii sæcularis. Quod si pertinaciter noluerint, *i* per sæculares debent tegi.

Non est major hæreticus vel Antichristus, quam ille clericus, qui docet, quod licitum est sacerdotibus & levitis legis gratiæ dotari in possessionibus temporalibus. Et si sint aliqui hæretici vel blasphemi, sunt illi clerici, qui hæc docent. Non solum possunt domini temporales auferre bona ecclesiæ ab habitualiter delinquentibus: nec solum hoc eis licet, sed debent hoc facere sub pœna damnationis æternæ.

Deus non approbat quemquam damnari civiliter, vel civiliter judicari.

Si fiat objectio contra impugnantes dotationem ecclesiæ, de beato Benedicto, Gregorio ac Bernardo, qui

pauca

e Mss. *varius monachus, varius clericus.*
f Adde ex Mss. *aut obligatione vel quo umque juramento ea obstricti*
g Mss. *exuere.*
h Forte verius, ideo.
i Mss. *per manus dominorum sæcularium.* Al. *per sæculares dominos.*

ANNO CHRISTI 1415.

pauca temporalia in paupertate possidebat, dicitur, quod finaliter pœnitebant. Si iterem objicias, quod fingo sanctos istos de ista declinatione a lege Domini finaliter pœnitere: doce tu, quod sint sancti; & ego docabo, quod finaliter pœnitebant.

Si Scripturæ sacræ & rationi debemus credere, patet, quod discipuli Christi non habent potestatem coacta exigendi temporalia per censuras: sed hæc attentantes sunt filii Heli, filii Belial.

Quælibet essentia unum habet suppositum, secundum quod producitur aliud suppositum par priori. Et ista est actio temanens perfectissima, possibilis naturæ.

Quælibet essentia sive corporea, sive incorporea, ast communis tribus suppositis, & omnibus illis insunt communiter proprietates, accidentia & operationes.

Deus nihil potest annihilare, nec mundum majorare vel minorare; sed animas usque ad certum numerure B creara, & non ultre.

Impossibile est, duas substantias corporeas coextandi, unam continue quiescentem localiter, & aliam corpus quiescens continue penetrantem.

Linea aliqua mathematica continua componitur ex duobus, tribus, vel quatuor punctis immediatis, aut solum ex punctis simpliciter finitis. Vel tempus est, fuit, vel erit compositum ex instantibus immediatis. Item non est possibile, quin tempus & linea, si sint, taliter componantur. *Prima pars est error in philosophia. Sed ultima errat circa divinam potentiam.*

Imaginandum est, unam substantiam corpoream in principio suo ductam esse ex indivisibilibus compositam, & occupara omnem locum possibilem.

a Quodlibet ast Deus.

a MS. *Quilibet est Deus.*

Quælibet creatura est Deus.

Ubique omne ens est, cum omne ens sit Deus.

Omnia quæ evenient, absolute neressariova evenient.

Infans præscitus & baptizatus necessario vivet diutius, & peccabit in Spiritum sanctum, ratione cujus merebitur ut perpetuo condemnetur: & ita nullus ignis potest ipsum comburera pro hoc tempore vel instanti. Ut fidem assero, omnia quæ evenient, de necessitate evenient ai. Sic Paulus præscitus non potest vare pœnitere, hoc est, contritione peccatum finalis impœnitentiæ delare, vel ipsum non habere.

Quibus articulis lectis, similibus mandata & voluntate, D. Antonius episcopus Concordiensis legebat unam schedulam per modum sententiæ condemnatoriæ dictorum articulorum, hujusmodi sub tenore:

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, ecclesiam catholicam repræsentans, ad exstirpationem schis- D matis, areorumque & hæresum, in Spiritu sancto legitime congregata. Auditis diligenter & examinatis libris & opusculis damnatæ memoriæ Joannis Wicleff, per doctores & magistros studii generalis Oxoniensis, qui de eisdem libris & opusculis ducentos & sexaginta reprobos excerpendo collegerunt & scholastica reprobarunt articulos. Quos omnes hæc sancta Synodus *b* petiit examinari, & sæpius recenseri per plures patres ecclesiæ Romanæ cardinales, episcopos, abbates, magistros in theologia, doctores utriusque juris, & alios plures notabiles diversorum & generalium studiorum in multitudine copiosa. Quibus articulis sic examinatis fuit & est repertum, aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & dudum a sanctis patribus reprobatos, quosdam blasphemos, alios erroneos, alios scandalosos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorumdem te- E merarios & seditiosos. Et propterea in nomine Domini nostri Jesu Christi hæc sancta Synodus prædictos articulos & eorum quemlibet hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat, inhibens omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatione, ne de cetero dictos articulos, aut ipsorum aliquem audeat prædicare, dogmatizare, offerre vel tenere. Super quibus exsequendis & debite observandis, mandat prædicta sancta Synodus ordinariis locorum aut inquisitoribus hæreticæ pravitatis vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet secundum jura & canonicas sanctiones. Si quis vero hujus sacri Concilii decretorum & sententiarum temerarius violator exstiterit, animadversione debita per locorum ordinarios,

b MS. *fecit.*

A quocumque privilegio non obstante, sacri hujus auctoritate Concilii puniatur. Præfati vero articuli hic sequuntur, de quibus aliqui, licet non omnes, recitabuntur ad præsens.

ANNO CHRISTI 1415.

Ex prima editione.

Consequenter episcopus Concordiensis legebat sententiam contra Joannem Hus de regno Bohemiæ, qui fuit degradatus in præsentia Concilii, & traditus curiæ seculari.

Sententia contra Joannem Hus.

Sacrosancta generalis Constantiensis Synodus, ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam.

Quia teste Veritate, arbor mala fructus malos facere consuevit, hinc est, quod vir damnatæ memoriæ Joannes Wicleff sua mortifera doctrina non in Christo Jesu per evangelium, ut olim sancti patres filios genuere, sed contra Christi salutarem fidem velut radix virulenta plures genuit filios pestiferos, quos sui perversi dogmatis reliquit successores; adversus quos hæc sancta Synodus tanquam contra spurios & illegitimos filios cogitur insurgere, & eorum errores ab agro Dominico tanquam vepres nocivas, cura pervigili & cultro auctoritatis ecclesiasticæ resecare, ne ut cancer serpant in perniciem aliorum. Cum itaque in sacro generali Concilio nuper Romæ celebrato decretum fuerit, doctrinam damnatæ memoriæ Joannis Wicleff damnandam esse, & libros C *ejus hujusmodi doctrinam continentes fore tanquam hæreticos comburendos; & doctrinam ipsam damnatam & libros ejus, tanquam doctrinam insanam & pestiferam includentes, combustos fuisse cum effectu; & hujusmodi decretum auctoritate Concilii fuerit approbatum; nihilominus tamen quidam Joannes Hus in hoc sacro Concilio hic personaliter constitutus, non Christi, sed potius Joannis Wicleff hæresiarchæ discipulus, post & contra damnationem & decretum hujusmodi ausu temerario contraveniens, errores ejus plures & hæreses, tam ab ecclesia Dei, quam etiam a certis olim reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis & episcopis diversorum regnorum, & magistris in theologia plurium studiorum condemnatos, dogmatizavit, asseruit & prædicavit; præsertim damnationi scholasticæ ipsorum articulorum Joannis Wicleff factæ pluries in universitate Pragensi cum suis complicibus in scholis & in prædicationibus publice resistendo, ac ip-* D *sum Joannem Wicleff virum catholicum & doctorem evangelicum, in favorem ejus doctrinæ, coram multitudine cleri & populi declaravit; certos etiam articulos infrascriptos & plures alios, & merito damnabiles, tanquam catholicos esse asseruit & publicavit, qui in libris ipsius Joannis Hus, & c opusculis notorie continentur. Quapropter habita per prius plenaria informatione de præmissis, & diligenti deliberatione reverendissimorum in Christo patrum dominorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum & ceterorum prælatorum & doctorum sacræ paginæ & juris utriusque in multitudine copiosa, hæc sacrosancta Constantiensis Synodus declarat & diffinit, articulos infrascriptos, qui habita collatione per plures magistros in sacra pagina, reperti fuerunt contineri in ejus libris & opusculis manu propria scriptis, & quos etiam idem Joannes Hus* E *in publica audientia coram patribus & prælatis hujus sacri Concilii confessus fuit in suis libris & opusculis contineri, non esse catholicos, nec tanquam tales esse dogmatizandos; sed eis plures esse erroneos, alios scandalosos, aliquos piarum aurium offensivos, pluresque eorum esse temerarios & seditiosos, & nonnullos eorumdem esse notorie hæreticos, & jamdudum a sacris patribus & generalibus Conciliis reprobatos & damnatos, ipsosque prædicare, dogmatizare, aut quomodolibet approbare districte inhibendo. Sed cum infrascripti articuli expresse contineantur in libris, seu tractatibus suis, videlicet in libro quem intitulat de ecclesia, & aliis suis opusculis, ideo libros prædictos & doctrinam, & singulos alios tractatus & opuscula in latino sive vulgari Bohemico per ipsum editos,*

c *Al.* epistolis.

editos, aut in quocumque alia idiomate per alium, vel alios, translatos, hæc sacrosancta Synodus reprobat atque condemnat: ipsos comburendos publice & solemniter in præsentia cleri & populi in civitate Constantiensi & alibi, decernit & diffinit: adjiciens propter præmissa omnem ejus doctrinam merito esse & fore suspectam de fide, & ab omnibus Christi fidelibus evitandam: & ut de medio ecclesiæ illa perniciosa doctrina eliminetur, hæc sacrosancta Synodus prorsus jubet, per locorum ordinarios, tractatus & opuscula hujusmodi per censuram ecclesiasticam, etiam, si opus fuerit, cum adjectione pœnæ & fautoriæ hæresis, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. Si quis autem hujus sententiæ ac decreti violator aut contemptor exstiterit, statuit eadem sancta Synodus, per locorum ordinarios & inquisitores hæreticæ pravitatis, contra talem vel tales, veluti suspectum vel suspectos de hæresi, procedendum. Visis insuper actis & actitatis in causa inquisitionis de & super hæresi contra prædictum Joannem Hus habitis & factis, habita per prius fideli & plenaria commissariorum in hujusmodi causa deputatorum relatione, aliorumque magistrorum in theologia, ac doctorum juris utriusque in, de, & super actis, actitatis ac dictis testium fide dignorum & plurimorum, quæ dicta ipsi Joannis Hus palam & publice lecta sunt coram patribus & prælatis hujus sacri Concilii, per quorum testium dicta apertissime constat, eumdem Joannem multa mala, scandalosa, seditiosa, & periculosas hæreses dogmatizasse in publico, & per multa annorum curricula prædicasse: Christi nomine invocato hæc sacrosancta Synodus Constantiensis, solum Deum præ oculis habens, per hanc diffinitivam sententiam, quam profert in his scriptis, pronunciat, decernit & declarat, dictum Joannem Hus fuisse & esse verum & manifestum hæreticum, ipsumque errores & hæreses ab ecclesia Dei dudum damnatas, & plurima scandalosa, piarum aurium offensiva, temeraria & seditiosa dogmatizasse, & publice prædicasse, in non modicam offensam divinæ majestatis, ac universalis ecclesiæ scandalum, & fidei catholicæ detrimentum: claves etiam ecclesiæ & censuras ecclesiasticas vilipendisse: in quibus per annos multos perstitit animo indurato, Christi fideles per suam pertinaciam nimium scandalizans, cum appellationem ad Dominum nostrum Jesum Christum, tanquam ad summum judicem, omissis ecclesiasticis mediis interposuerit; in qua multa falsa & injuriosa posuit & scandalosa, ipsius sedis Apostolicæ censurarum ecclesiasticarum & clavium in contemptum. Idcirco propter præmissa & alia plura, præfatum Joannem Hus hæreticum fuisse & esse hæc sancta Synodus pronunciat, & tanquam hæreticum judicandum & condemnandum fore judicat & condemnat per præsentes: dictamque appellationem tanquam injuriosam & scandalosam & illusoriam jurisdictionis ecclesiasticæ reprobando, ipsumque Joannem Hus populum Christianum, maxime in regno Bohemiæ, in prædicationibus suis publicis & scripturis per eum compilatis seduxisse, ac ejusdem populi Christiani non veracem prædicatorem evangelii Christi secundum expositionem sanctorum doctorum, sed fuisse verius seductorem. Verum quia per ea quæ hæc sacrosancta Synodus vidit & audivit, cognovit eumdem Joannem Hus pertinacem & incorrigibilem, & a adeo totaliter, quod non cupiebat ad gremium sanctæ matris ecclesiæ redire, neque hæreses & errores per eum publice defensatos & prædicatos velle abjurare. Idcirco hoc sacrum Concilium Constantiense eumdem Joannem Hus ab ordine sacerdotali, & aliis ordinibus, quibus exsistit insignitus, deponendum & degradandum fore declarat & decernit: committens nihilominus reverendis in Christo patribus archiepiscopo Mediolanensi, Feltrensi, Asiensi, Alexandrino, Bagorensi & Vaurensi episcopis, ut in præsentia hujus sacrosanctæ Synodi dictam degradationem, secundum quod ordo juris requirit, debite exsequantur. Hæc sancta Synodus Constantiensis Joannem Hus, attento, quod ecclesia Dei non habeat ultra quid gerere valeat, judicio sæculari b relinquere, ipsum curiæ sæculari relinquendum fore decernit.

a *MS.* adeo talem.

b *Al.* relinquit.

Articuli damnati Joannis Hus, de quibus supra fit mentio.

1. *Unica est sancta Universalis ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas.* Et infra sequitur. *Universalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum est numerus unus omnium prædestinatorum.* (1. Cor. 13.)

2. *Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus ecclesiæ malignantium consimiles.*

3. *Præsciti non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars ejus ab ea finaliter excidat, eo quod prædestinationis caritas, quæ ipsam ligat, non excidit.*

4. *Duæ naturæ, divinitas & humanitas, sunt unus Christus.*

5. *Præscitus etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia prædestinationis.*

6. *Sumendo ecclesiam pro convocatione prædestinatorum, sive sint in gratia, sive non, secundum præsentem justitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei.*

7. *Petrus non fuit, nec est caput ecclesię sanctæ catholicæ.*

8. *Sacerdotes quomodolibet criminose viventes, sacerdotii polluunt potestatem, & sicut filii infideles, sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clavibus, officiis, censuris, moribus, cærimoniis, & sacris rebus ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis, & ordinibus.*

9. *Papalis dignitas a Cæsare inolevit, & Papæ præfectio & institutio a Cæsaris potentia emanavit.*

10. *Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se, vel de alio, quod esset caput particularis sanctæ ecclesiæ: nec Romanus Pontifex est caput Romanæ ecclesiæ.*

11. *Non oportet credere, quod iste quicumque est particularis Romanus Pontifex, sit caput cujuscumque particularis ecclesię sanctę, nisi Deus eum prædestinaverit.*

12. *Nemo gerit vicem Christi, vel petri, nisi sequatur eum in moribus; cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec alter a Deo recipiat procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicarii requiritur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.*

13. *Papa non est manifestus & verus successor principis Apostolorum Petri, si vivit moribus contrariis Petro: & si quęrit avaritiam, tunc est vicarius Judę Scariothis. Et pari evidentia Cardinales non sunt manifesti & veri successores collegii aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, servantes consilia & mandata Domini nostri Jesu Christi* c.

c In mss. Branfuvic. additur hæc glossa. Per condemnationem hujus articuli non datur intelligi, quod cardinales, non episcopi, succedant Apostolis.

14. *Doctores ponentes quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, judicio sęculari est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas & Pharisęos, qui Christum nolentem eis obedire in omnibus, dicentes,* Nobis non licet interficere quemquam, *ipsum sęculari judicio tradiderunt, eo quod tales sunt homicidę graviores quam Pilatus.* (Joan. 8.)

15. *Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesię, prćter expressam auctoritatem scripturę.*

16. *Divisio immediata humanorum operum est, quod sint vel virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agat quidquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agat quidquam, tunc agit virtuose: quia sicut vitium, quod crimen dicitur, sive peccatum mortale, inficit universaliter actus hominis vitiosi, sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi.*

17. *Sacerdos Christi vivens secundum legem ejus, & habens notitiam scripturę, & effectum ad ędificandum populum, debet prędicare, non obstante pretensa excommunicatione.* Et infra: *Quod si Papa vel aliquis* d *prelatus mandat sacerdoti sic disposito, non prędicare, non debet obedire subditus.*

d propositum, ms.

18. *Quilibet prędicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit: & illud mandatum debet exsequi, pretensa excommunicatione non obstante.*

ANNO CHRISTI 1415.

19. *Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis & interdicti, ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichristo. Signum autem evidens est, quod ab Antichristo tales procedant censuræ, quas vocant in processibus suis fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichristi, quam clerus maxime pro se usurpavit.*

20. *Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc ut Judas Apostolus est diabolus, fur, & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.*

21. *Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ & quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti insolubiliter.*

22. *Papa, vel prælatus malus & præscitus, est æquivoce pastor, & vere fur & latro.*

23. *Papa non debet dici sanctissimus etiam secundum officium, quia alias rex etiam deberet dici sanctissimus secundum officium; & tortores & præcones dicerentur sancti: immo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius Dei.*

24. *Si Papa vivat Christo contrarie, etiam si ascenderet per ritum & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet, quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem a Deo principaliter factam. Nam Judas Scarioth rite & legitime est electus a Deo Jesu Christo ad Apostolatum, & tamen ascendit aliunde in ovile ovium.*

25. *Condemnatio quadraginta quinque articulorum Joannis VVicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua, & male facta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo quod nullus eorum sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.*

26. *Non eo ipso quo electores, vel major pars eorum consenserit viva voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus vicarius vel successor Petri Apostoli, vel alterius Apostoli in officio ecclesiastico. Unde sive electores bene vel male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso, quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiæ, habet a Deo ad hoc copiosius potestatem.*

27. *Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militante ecclesia conversetur & conservetur.*

28. *Christus sine talibus capitibus monstruosis, per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam ecclesiam regularet.*

29. *Apostoli & fideles sacerdotes Domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile Papa, usque ad diem judicii.*

30. *Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.*

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

a Mss. duo, & processus.

Sequuntur articuli a ex processibus contra Joannem Hus sufficienter deducti, & probati per testes fide dignos.

ET primo articulus quartus, & etiam octavus, in quibus continetur, quod Joannes Hus pertinaciter articulos erroneos Wicleff in civitate Pragensi, in scholis & prædicationibus publicis prædicavit & defendit.

Item, articulus nonus, in quo continetur, quod propter præmissa, in civitate Pragensi secuta est seditio grandis, facto, dolo & culpa Joannis Hus: in tantum, quod notabiles viri catholici & Deum timentes coacti sunt exire & latere extra civitatem prædictam; stragesque, deprædationes, sacrilegia, aliaque horribilia & exsecrabilia orta & exsecuta sunt opera, dante & procurante præfato Joanne Hus cum suis complicibus.

Item, articulus decimus, in quo continetur, quod Joannes Hus continue & in dicta civitate Pragensi fuit & erat sectator, fautor & eruditor ac defensor errorum quondam Joannis VVicleff hæresiarchæ, & ut talis & pro tali habitus, nominatus & reputatus in civitate Pragensi, & in aliis partibus circumvicinis.

Item, articulus quintusdecimus, & etiam sextus decimus, in quibus continetur, quod dominus archiepiscopus Pragensis, exsequendo mandatum domini Alexandri felicis recordationis Papæ quinti, quo sibi commisit & mandavit, ne extunc in antea aliquis auderet in locis privatis dictæ civitatis, nisi in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, parochialibus, monasteriis, & eorum cœmeteriis ad populum prædicare. Quodque præfatus dominus archiepiscopus continuando exsecutionem litterarum Apostolicarum hujusmodi, inhibuit in generali Synodo tunc Pragæ congregata, ipse vero Joannes Hus exsecutioni dictarum litterarum, necnon sententiæ & prohibitioni hujusmodi de facto se opposuit; & post eamdem prohibitionem de mense Junii, & præsertim die vicesimasecunda ejusdem mensis, & ea post, pluribus & diversis vicibus in quadam cappella Bethlehem nuncupata, prædicavit; & ibidem populum copiosum convocavit, & convocari procuravit, contra inhibitionem antedictam.

Item, articulus decimusseptimus, in quo continetur, quod præfatus Joannes Hus tam de dicto mense Junii anno Domini millesimo quadringentesimo decimo, quam etiam ante & post, in dicta cappella prædicando ad populum ibidem collectum, & etiam in diversis aliis locis civitatis Pragensis diversis vicibus, multos errores & hæreses tam ex dictis libris dicti quondam Joannis VVicleff, quam ex sua protervitate & dolositate adstruxit, docuit, disputavit, & pro posse defendit, maxime infrascriptos, videlicet.

Quod post consecrationem hostiæ, in altari maneat panis materialis, vel substantia panis.

Item, decimus octavus, in quo continetur, quod sacerdos existens in mortali peccato non conficit corpus Christi, non ordinat, non baptizat, &c.

Item, decimus nonus articulus, in quo continetur, quod indulgentiæ Papæ, sive episcoporum concessæ nihil prosunt.

Item, vicesimus primus articulus, in quo continetur, quod ecclesia sit synagoga satanæ.

Item, vicesimusquartus, in quo continetur, quod nulla hæresis debet exterminari per potentiam, sed per disputationem in scholis.

Item, articulus vicesimus sextus, in quo continetur quod dictus Joannes Hus ad seducendum populum & simplices, ausu temerario dixit, quod in Anglia multi monachi & alii magistri convenissent in quadam ecclesia sancti Pauli contra magistrum Joannem Wicleff, & non potuerunt eum convincere: sed statim tonitruus & fulgur de cælo descendisset super eos, & rupisset ostium ecclesiæ, ita quod ipsi magistri & monachi vix evasissent ad civitatem Londonensem. Et hoc dixit ad auctorizandum dictum Joannem Wicleff. Unde prorumpendo in hæc verba, dixit ad populum hæc verba: Utinam anima mea esset ibi, ubi est anima Joannis Wicleff. Et post hæc litteram quamdam falsificatam sub sigillo falso Universitatis studii Oxoniensis pluries publicavit. In qua continebatur, licet false, Joannem Wicleff fuisse virum catholicum, & doctorem evangelicum, bonæ famæ & laudabilis conversationis, ab ævo suæ juventutis usque in diem exitus sui.

Item, articulus vicesimus nonus, in quo continetur, quod sæculares debeant auferre clericis bona temporalia; quod hoc esset meritorium.

Item, articulus tricesimus secundus, & etiam tricesimus septimus, in quibus continetur, quod Joannes Hus existens in excommunicatione & aggravatione, divinis se immiscuit, populo prædicavit, & publice dixit, quod non curaret excommunicationem: quia non potest excommunicari aliquis ab homine, nisi prius sit excommunicatus a Deo.

Item, articulus tricesimus octavus, in quo continetur, quod Joannes Hus diversos errores prædicavit, ex quibus scandala exorta sunt inter prælatos & populum regni Bohemiæ, & magistros ac scholares studii Pragensis, & inobedientia subditorum quoad eorum prælatos, & destructio Universitatis studii Pragensis.

Item, articulus septimus, in partibus in causa inquisitionis coram archiepiscopo Pragensi datus & obiatus

tus contra eumdem Joannem Hus, in quo continetur, qualiter Joannes Hus ad populum dixit: Ecce Papa nuper defunctus, videlicet Alaxander quintus, nuper scripsit archiepiscopo Pragansi pro exstirpandis erroribus Joannis Wicleff in Bohemia & Moravia, quod ibi sunt multi homines, opiniones & errores VVicleff contra fidam tenentes, quorum corda sunt hæresi infecta. Et ego dico & regratior Deo, quod ego nullum Bohemum vidi hæreticum: & quod ad verba præmissa populus clamabat, Menticur, Mentitur.

Item, articulus nonus, in quo continetur, quod idem Joannes Hus dixit in vulgari ad populum. Ecce completa ast prophetia, quam prædixerat Jacobus de Theramo: Quod anno Domini millesimo quadringentesimo nono surget unus, qui evangelium, epistolas & fidem Christi persequantur: per hæc danotando dominum Alexandrum, qui in suis bullis mandavit, libros VVicleff cremari.

Item, articulus undecimus, in quo continetur, quod Alexandar Papa nuper defunctus, nescio tamen si sit in cælo, val in inferno, qui scribit in cutibus suis asininis, quod archiepiscopus cremare deberet libros Joannis VVicleff, in quibus multa bona continentur.

Item, articulus alius da responsione sua quam fecit, in quo continetur, quod dictus Joannes Hus litteram post ejus recassum de Bohemia reliquit ad legandum populo, quæ continet: Ut pensantes laborem ejus sollicitum, quem cum eis habuit, orarent pro eo, starent in doctrina Domini nostri Jesu Christi: scientes, quia nunquam eis errores prædicavit, quos sibi inimici adscribunt. Et si vinceretur per falsos testes, quod non turbarentur, sed starent fixi in veritate.

Primus articulus in se continens, qualiter Joannes VVicleff diversos libros & opuscula in diversis facultatibus, tam in theologia, quam in philosophia composuit, videlicet dialogum, trialogum, &c. & quadraginta quinque articulos erroneos, probatur per libros VVicleff, per sententiam in Romano Concilio promulgatam.

Tertius articulus in quo continetur, quod suprascriptæ conclusiones & articuli sunt erronei, similiter probatur per santentiam in Romano & Constantiensi Conciliis promulgatam.

Quartus articulus in quo continetur, quod Joannes Hus sæpe & sæpius in disputationibus & in sermonibus publicis conclusiones, articulos & libros, &c. docuit & defendit, probatur per unum doctorem sacræ theologiæ, qui dicit se vidisse intimationes, in quibus continebatur, quod Joannes Hus prætensas conclusiones, libros & articulos tanquam catholicos voluit defendere, &c. per unum plabanum Pragensis diœcesis fore varum, reddens causam scientiæ, quia ab ore ejus sæpius audivit; per unum alium plabanum, ex communi fama fide dignorum: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, de veritate: & reddit bonam causam scientiæ.

Quintus articulus qui incipit, quod præmissa omnia & singula sunt vara, probatur per testes quoad deposita per eos.

Septimus articulus qui Incipit, quod in civitate Pragensi sit studium, &c. ast notorius.

Octavus articulus, in quo continetur, quod Joannes Hus pertinaciter articulos erroneos VVicleff in civitate Pragensi, in scholis publicis & prædicationibus publicis prædicavit & defendit, fore verum probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis, reddentem causam scientiæ, quia dicit se sæpius ab eo audivisse in disputationibus publicis, ac in prædicationibus & sermonibus publicis prædicasse; per unum abbatem, qui dicit articulum fore verum & notorium ex communi fama: per unum doctorem in theologia, fore varum da vatitate: per unum decretorum doctorem, ex fama multimoda: per unum canonicum Pragensem, ex communi fama: per unum alium plebanum Pragensem similiter da veritata, & reddit diversas causas scientiæ: per unum magistrum in artibus & sacræ theologiæ professorem similiter ex communi fama: per unum alium plebanum Pragensem, etiam ex communi fama: & per plures alios, ex auditu & communi fama.

Nonus articulus, in quo continetur, quod propter præmissa in civitate Pragensi fuerunt magna seditio & scandala, &c. fore verum probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis; & reddit diversas causas scientiæ.

A Par unum doctorem in sacra theologia similiter probatur fore verum: per unum abbatem, qui reddit similiter diversas causas scientiæ: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragansis, de veritate; per unum presbyterum Pragensis diœcesis: per unum alium doctorem in theologia, qui optime causas scientiæ reddit: per unum decretorum doctorem, ex auditu fida dignorum: per unum magistrum in artibus, de veritata: per unum alium in artibus & sacræ theologiæ magistrum; & reddit optimam causam scientiæ: per unum presbyterum Lutomuslensis diœcesis, similiter de veritate: per unum protonotarium, de veritate & notorietate.

Decimus articulus, in quo continetur, quod præfatus Joannes Hus continue in dicta civitata Pragensi fuit sectator & fautor errorum Joannis VVicleff, &c. probatur de veritate per unum plebanum Pragensis diœcesis, B & per alios supra nominatos testes.

Undecimus & duodecimus articuli sunt cenarales.

Tertiusdecimus articulus, In quo continetur commissio facta archiepiscopo Pragensi per Alexandrum Papam quintum bonæ memoriæ, & quartus decimus, in quo narratur, quod archiepiscopus condemnavit libros VVicleff igne comburendos: probatur per bullam Alexandri & sentantiam archiepiscopi Pragensis, & per confessionem Joannis Hus, qui etiam confitatur a sententia hujusmodi condamnationis & combustionis librorum appallasse, ut patet in actis causæ.

Quintusdecimus articulus, in quo continetur axsecutio sententiæ hujusmodi & processus archiepiscopi, similitar probatur per instrumenta, ut in actis. Et inhibitio facta quibuscumque, ut prædicarent conclusiones VVicleff.

Sextusdecimus articulus, in quo continetur, quod C Joannes Hus post exsecutionem litterarum Apostolicarum ac inhibitionem (ut præmittitur) factam, diversis vicibus in cappella da Betblehem ad populum prædicavit, probatur per unum plebanum Pragensem, de auditu: per unum doctorem in theologia, de veritate: per unum abbatem, ex communi fama: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis de auditu a complicibus Joannis Hus: per unum presbyterum Pragensis diœcesis da veritate, qui dicit se vidisse & audivissa, prout articulatur: per unum doctorem in theologia optime, qui similiter reddit bonas causas scientiæ: per unum doctorem in decretis de varitate: similiter per unum magistrum in artibus, & per multos alios de auditu ex communi fama.

Item, confitetur Joannes Hus, quod prædicavit respectu appellationis suæ, quod obtinuerat unam inhibitionem: & rafert se ad acta causæ.

Decimusseptimus articulus, in quo continetur, quod D dictus Joannes Hus in dicta cappella & diversis aliis locis errores & hæresas, &c. in civitate Pragensi prædicavit & dogmatizavit, &c. & præsertim, quod post consecrationem hostiæ in altari manet panis materialis, probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis fore verum, reddentem causas scientiæ, quia ita audivit ab aliis ex communi voce & fama: & hoc etiam est publicum & notorium. Etiam quoad secundam partam articuli, similiter per unum doctorem in theologia, qui dicit sa audivisse ab ore Hus, quod tenuit istam, quod substantia panis post consecrationem manet in sacramento altaris. Et subjunxit, quod etiam audivit in quadam disputatione, ubi præsidebat quidam magister Richardus, quod Joannes Hus concessit istam, quod Joannes Hus asset persona in divinis. Et quod plures essent personæ in divinis quam tres. Similiter per unum doctorem in theo- E logia, fore verum ex communi voce & fama: per unum abbatem ex communi fama: per unum vicarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, qui dicit sa audivisse ab ora ipsius Joannis Hus, prout articulatur. Per unum alium plebanum Pragensis diœcesis, qui dicit se similiter audivissa ab ore ipsius Joannis Hus, prout articulatur: per unum magistrum in theologia de veritata, & per multos alios, ex communi fama & credulitate fide dignorum. Per unum magistrum in artibus, plebanum Pragensis diœcesis: per unum examinatum in partibus: per vicarium archiepiscopi Pragensis, qui dicit sa audivisse magistrum Joannem Hus prædicasse in cappella de Bethlehem de materia corporis Christi: & post multa conclusit, quod dictus Joannes Hus multis rationibus probabat,

Bbb 2

ANNO CHRISTI 1415.

babat, opinionem quam tenet ecclesia de sacramento Corporis Christi, non fore veram. Similiter per unum plebanum Pragensem de veritate, dicens se audivisse a dicto Joanne Hus, quod post consecrationem maneat panis materialis, sive substantia panis in Sacramento. Et cum idem testis replicasset, allegando dicta sanctorum doctorum, scilicet Gregorii: dixit idem Joannes Hus, quod beatus Gregorius esset unus joculator, sive rigmarius, & quod dicta sua rigmarice composuisset. Per unum prædicatorem ecclesiæ Pragensis, qui dicit, quod cum quadam vice iste Joannes Hus fuisset in collatione cum aliis magistris, interrogatus quid sentiret de isto articulo, scilicet de sacramento, dixit quod Joannes Hus respondit, quod hoc possit esse bene, quod post consecrationem maneat panis. Et cum correptus fuisset per testem, tunc dictus Joannes Hus extraxit quemdam librum de manica sua, & nitebatur probare, quod maneat panis post consecrationem, sicut ante: quem ibi legebat, in quo error prædictus continebatur; & inter cetera legebat in eodem libro, dicens: Invenerunt ipsi unum vocabulum inusitatum, videlicet, Transsubstanciatio, ut simplices decipiant. Et extunc etiam idem Joannes obtulit se velle omnibus prædictum librum concedere. Per unum præpositum, qui videtur concordare cum proximo supra nominato teste, qui ab eo audivit, quod post consecrationem maneat panis. Per unum ministrum & pœnitentiarium cujusdam ecclesiæ Pragensis, qui dixit se semel interfuisse sermonibus Joannis Hus, & hoc de anno Domini millesimo quadringentesimo sexto, in æstate, ubi magister Joannes Hus ad populum prædicando dixit: Ecce scribitur in Biblia: *Ego sum panis vivus qui de cælo descendi, &c.* & hoc in vulgari Bohemico percutiendo manu librum, oportet *a* quod hoc excidam, *Ego sum panis*: & ego dico, quod, est Deus & panis post consecrationem; quia vides albedinem, rotunditatem, saporem panis, & fracturam audis, &c. Per unum prædicatorem & pœnitentiarium, qui dicit se audivisse in sermone magistri Joannis Hus in cappella de Bethlehem: Ego dico vobis, quod ibi accidentia cum subjecto manent, ut in exemplo, homo in tunica, & anima in corpore, sic Deus in pane. Per unum doctorem in theologia Pragensem, qui optime de veritate de hoc deposuit. Similiter per unum plebanum, qui dicit articulum fore verum, quia audivit ab ore ipsius Joannis Hus, & similiter deponit de tempore & loco: & subjunxit, quod audivisset ab eodem Joanne Hus, quod dicebat: Utinam Deus vellet, quod anima sua esset ibi, ubi est anima Joannis Wicleff. Similiter per unum alium plebanum magistrum in artibus, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Joannis Hus, quod non esset determinatio ecclesiæ, quod accidentia starent in sacramento altaris sine subjecto: & multa alia deposuit.

a Al. mſ. quod excidant hoc de libro isto.

Decimusoctavus articulus, in quo continetur, quod sacerdos existens in peccato mortali non conficit corpus Christi, &c. probatur per unum plebanum ex communi fama; per unum doctorem in sacra theologia, articulum fore verum ex communi fama: per unum abbatem, ex communi fama fide dignorum & catholicorum, per unum alium plebanum, articulum fore verum, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Joannis Hus. Per unum alium doctorem in theologia, de veritate: per unum canonicum, qui dicit se audivisse præmissa a sequacibus dicti Joannis Hus: per unum protonotarium de veritate, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Joannis Hus, prout articulatur. Et per multos alios de communi fama & credulitate ac auditu. Similiter per unum alium plebanum Pragensem, qui dixit, quod magister Joannes Hus dixit: Hoc teneatis, quod si sacerdos est in peccato mortali, tunc nihil facit, neque consecrat, nec fit ibi corpus Christi, sed manet ibi substantia panis sicut ante. Et per plures alios testes in partibus productos coram vicario archiepiscopi Pragensis, de veritate & de auditu ab eodem.

Decimusnonus articulus, in quo continetur, quod indulgentiæ Papæ seu episcopi concessæ, nihil prosunt, probatur per unum plebanum Pragensis diœcesis ex communi fama, per unum doctorem in theologia esse notorium, prout articulatur: per unum abbatem, de relatu fide dignorum: per unum vicarium, ex communi fama: per unum plebanum, fore verum, ex notoria fama fide dignorum. Similiter per unum alium plebanum, de veritate, qui dicit se audivisse ab ore ipsius Joannis Hus: per unum doctorem in sacra theologia, similiter de veritate: per unum decretorum doctorem, ex communi fama: per unum magistrum artium similiter ex communi fama: per unum canonicum, qui dixit se hoc audivisse ab his qui hoc audiverunt ab ore ipsius Joannis Hus: per unum alium plebanum Pragensem, ex communi fama: similiter per unum protonotarium, qui dicit se hoc audivisse a familiaribus suis. Et per plures alios testes in partibus productos coram vicario archiepiscopi Pragensis, qui dixerunt se audivisse, quod Joannes Hus dixisset, quod indulgentiæ Papæ & episcopi non valent, nisi Deus indulgeat. Et super hoc etiam est producta una schedula, quam confessus est se composuisse, prout in actis quæ incipiunt, Pax Christi, &c.

Vicesimusprimus articulus, in quo continetur, quod Romana curia, vel ecclesia sit synagoga satanæ, probatur per unum doctorem in theologia, qui dicit sibi tantum constare, quod Joannes Hus dixit, quod ecclesia catholica non esset, nisi numerus prædestinatorum: per unum abbatem de communi fama: per unum plebanum, ex communi fama, per unum canonicum, hoc esse verum ex auditu ab ore ipsius Joannis Hus, prout articulatur: per unum doctorem in theologia, de veritate: per unum decretorum doctorem, de communi fama: & per multos alios, qui audiverunt ab ore ipsius Joannis Hus: per unum magistrum artium, qui audivit ab ore dicti Joannis Hus, quod curia Romana esset synagoga satanæ.

Vicesimussecundus articulus, in quo continetur, quod præfatus Joannes Hus præfatos errores tenuit & defendit, probatur per omnes testes superius nominatos, per unum doctorem in theologia, de veritate: per unum vicarium, articulum fore verum, ex fama notoria: per unum abbatem, articulum fore verum, ex communi fama: per unum plebanum, articulum fore verum, qui audivit ab ore Joannis Hus, &c. per unum doctorem in theologia, de veritate: & per multos alios, ex communi fama, & etiam veritate.

Vicesimustertius articulus, in quo continetur, quod dictus Joannes Hus docentibus & defendentibus errores hujusmodi adstitit in defensionibus eorumdem, &c. probatur per unum plebanum, per unum doctorem in theologia, qui dicit hoc patere per experientiam, per unum vicarium, articulum fore verum & notorium: per unum plebanum, fore verum, qui dicit se vidisse & audivisse: similiter per unum doctorem in theologia, verum: per unum magistrum in artibus, verum: & per multos alios ex communi voce & fama, & etiam veritate.

Vicesimusquartus articulus, in quo continetur, quod nulla hæresis debet damnari per potentiam, sed per disputationem in scholis, probatur per unum abbatem, de auditu ab his qui audiverunt ab ore ipsius Joannis Hus: per unum vicarium, verum, ex communi fama: per unum doctorem in theologia, verum, qui reddit bonam causam scientiæ: & per multos alios de auditu communi voce & fama.

Vicesimusquintus & vicesimussextus articuli omittuntur tanquam superflui.

Vicesimusseptimus articulus, in quo continetur, quod populus non deberet credere bullis Papæ, probatur per unum plebanum, ex publica voce & fama: per unum abbatem, *b* ab auditu ab his qui audiverunt ab ore ipsius Joannis Hus: per unum vicarium probatur, ut per proximum probatum est: per unum plebanum, de veritate, qui dicit se audivisse ab ore Joannis Hus: per unum doctorem in theologia, de veritate, qui reddit etiam bonas causas scientiæ: & per multos alios, de communi voce & fama & credulitate.

b Forte de.

Vicesimusoctavus articulus, in quo continetur, quod magister Joannes Hus dixisset. Utinam anima mea esset ibi, ubi est anima Joannis Wicleff: probatur per unum plebanum, qui dicit articulum verissimum: per unum doctorem in sacra theologia, qui dicit se audivisse ab ore ipsius domini Joannis Hus: per unum alium plebanum, de veritate. Similiter per unum doctorem in theologia, de veritate, qui reddit optimas causas scientiæ.

Per

Per unum alium plebanum de veritate, qui dicit se hoc audivisse ab ore Joannis Hus. Et per multos alios, qui dixerunt se hoc audivisse ab ore Hus in sermonibus, & alias de publica voce, &c.

Vicesimusnonus articulus, in quo continetur, quod sæculares debent auferre clericis bona temporalia, & quod hoc esset meritorium, probatur per unum abbatem, de veritate; per unum vicarium similiter, qui dicit se interfuisse sermonibus, quando talia prædicavit coram familia regis Bohemiæ. Similiter per unum plebanum, qui similiter dicit se hoc audivisse ab ore ipsius Joannis Hus, quia tales conclusiones etiam habentur in tractatibus suis. Et per multos alios de auditu, communi voce & fama, & etiam veritate.

Trigesimus articulus omittitur, quia generalis est.

Trigesimusprimus articulus, in quo continetur, quod præfatus Joannes Hus fuit excommunicatus, probatur per archiepiscopum Pragensem, & per litteras archiepiscopi, & per confessionem ipsius Joannis Hus in actis.

Trigesimus secundus articulus, in quo continetur, quod Joannes Hus post hujusmodi excommunicationem divinis se immiscuit, & populo prædicavit, & quod non possit excommunicari per alium nisi per Deum, probatur per unum plebanum, quo ad celebrationem: per unum doctorem in theologia, verum; restringens tamen dictum suum, quoad prædicationem: per unum abbatem, verum de auditu: per unum alium plebanum, verum, qui dicit se ita audivisse in sermonibus suis: per unum alium doctorem in theologia, verum. Similiter per unum alium plebanum, verum quoad sermones: & per plures alios, de communi voce, fama & credulitate: & per plures alios testes, in partibus coram vicario archiepiscopi Pragensis productos & examinatos.

Trigesimus tertius articulus est superius probatus.

Trigesimusquartus articulus, in quo continetur, quod Joannes Hus commovit populum contra clerum in sermone, dicens hæc verba in effectu: Vere foret necessarium, quod quilibet, prout in lege antiqua Moysi fuit mandatum, ut qui vellet legem Dei defendere, se gladio præcingeret, &c. probatur per unum doctorem in theologia, verum; per unum plebanum, verum, ex communi & notoria fama; per unum plebanum, ex communi fama: per unum protonotarium, verum. Subjungens quod vidit plures schedulas affixas valvis ecclesiarum Pragensium, ex instinctu magistri Joannis Hus, sic caventes: Accingat se quilibet gladio super femur suum, *a* & non pereat. Et per multos qui audierant ab his qui fuerant in sermonibus Hus.

a Al. & nulli pareat.

Trigesimus quintus & trigesimus sextus articuli sunt generales.

Trigesimus septimus articulus, in quo continetur, qualiter prædicavit, quod nullus potest excommunicari ab homine, nisi Deus excommunicaret eum, probatur per unum plebanum, qui dicit se hoc audivisse ab ore ipsius Joannis Hus: per unum alium plebanum, qui dicit se audivisse a sequacibus suis: per unum doctorem in theologia, qui dicit, quod istum articulum docuit in tractatu suo de ecclesia: qui etiam allegat multas auctoritates & rationes dicti Joannis Hus, ad confirmandum conclusionem, seu articulum superius nominatum. Et per omnes testes superius descriptos, ex communi voce & fama & credulitate.

Trigesimus octavus articulus, in quo continetur, quod Joannes Hus diversos errores prædicavit, ex quibus magna divisio inter magistros & scholares dicti studii Pragensis, archiepiscopum, clerum & populum, est orta; quod etiam exorta sint magna scandala & inobedientia populi ad archiepiscopum & suos prælatos, &c. probatur per unum abbatem, verum, ex communi & notoria fama: per unum vicarium, verum & notorium: per unum plebanum similiter verum & notorium: per unum doctorem in theologia, verum, qui reddit optimas causas scientiæ. Similiter per unum decretorum doctorem, verum de veritate: per unum canonicum, verum de veritate: per unum magistrum in artibus, verum de veritate: per unum protonotarium, verum & notorium; & per multos alios, ex communi fama & voce, & etiam auditu.

Trigesimusnonus articulus, in quo continetur, quod Joannes Hus fuit fautor & *b* nutritor hæresum, & de his publice diffamatus, probatur per unum doctorem in theologia: & ab omnibus, præterquam ab his qui suam tenent partem, pro tali tenetur. Per unum abbatem, verum: per unum vicarium, verum & notorium: per unum plebanum, verum de veritate: per unum doctorem in theologia, verum de veritate: per unum decretorum doctorem, verum de veritate: per unum canonicum, verum quoad primam partem. Similiter per unum alium doctorem in theologia, verum: per unum protonotarium, verum quoad primam partem. Similiter per multos alios de communi voce & fama.

b Al. imitator.

Quadragesimus articulus est generalis, & probatus per omnes testes.

Super articulis in causa inquisitionis contra Joannem Hus oblatis & productis in partibus coram vicariis archiepiscopi Pragensis, & primo super articulo tertio, qui incipit:

Item ponunt, &c. In quo continetur in effectu, quod Joannes Hus in contemptu clavium exsistens excommunicatus, quoniam prædicabat & divinis se immiscuit, &c. probatur per unum prædicatorem, qui dicit articulum fore verum, salvo quod immiscuit se divinis: per unum altaristam cujusdam ecclesiæ Pragensis, qui dicit, quod quasi singulis diebus Dominicis & festivis prædicabat ad populum: per unum magistrum in artibus, verum: per duos notarios publicos, verum: per unum prædicatorem, verum: per unum alium notarium, fore verum: per unum clericum, qui dicit articulum fore verum, qui dicit ipsum prædicare & divinum officium peragere. Et ulterius dicit, quod idem Joannes Hus in sermone ad populum circa festum S. Jacobi dixit: Pueri, sciatis quod archiepiscopus excommunicavit me, & alios appellantes; & non potest alias aliquem excommunicare, nisi quem excommunicat Christus: & non timeatis excommunicationem eamdem. Et per multos alios testes de publica voce & fama.

Quartus articulus, in quo continetur, quod dictus Joannes Hus multos errores & hæreses docuit, &c. probatur per unum plebanum, verum, qui reddit bonas causas scientiæ: per unum notarium publicum, verum, publicum & notorium: per unum clericum, verum. Et subjunxit, quod audivit, quod pluries collaudando se, dixit in sermone suo: Veniant omnes magistri de Parisiis: ego volo cum ipsis disputare, qui libros nostros cremaverunt, in quibus honor totius mundi jacuit. Et per sex alios de publica voce & fama.

Quintus articulus, in quo continetur in effectu, quod dominus Joannes Hus populum in multitudine copiosa in cappella Bethlehem congregatum diversimode induxit, seu instruxit & confortavit in dictis erroneis opinionibus, probatur per unum prædicatorem, articulum fore verum, notorium & manifestum: per unum clericum, de veritate; & adjunxit bonas causas scientiæ: & per plures alios, de auditu, publica voce, &c.

Sextus articulus omittitur, qui tractat de exclusione Teutonicorum de civitate Pragensi, & expulsione eorumdem, qui non tangit præcise materiam Wicleff. licet videatur esse probatus.

Septimus articulus, in quo continetur, qualiter Joannes Hus ad populum dixit: Ecce Papa nuper defunctus, videlicet Alexander quintus, nuper scripsit archiepiscopo Pragensi pro exstirpandis erroribus magistri Joannis Wicleff, etiam in Bohemia & Moravia: & quod ibi sint multi homines, opiniones & errores dicti Joannes Wicleff contra fidem tenentes, quorum corda sunt hæresi infecta: & ego dico & Deo regratior, quod ego nullum Bohemum hæreticum vidi. Probatur per unum prædicatorem de veritate, per unum altaristam de veritate, per unum baccalaureum in artibus de veritate, per duos notarios publicos de veritate, & per multos alios testes de veritate, publica voce & fama.

Octavus articulus, in quo continetur, quod ad verba præmissa totus populus clamavit, Mentitur, Mentitur, probatur per unum altaristam verus, qui dicit se interfuisse: per unum baccalaureum, qui dicit quod clamaverint, Mentitur: per unum præpositum, qui dicit, clamaverunt: Mentiuntur, Mentiuntur. Et per plures alios numero sex, de communi voce, &c.

Nonus articulus, in quo continetur, quod idem Joannes Hus dixit ad populum: Ecce impleta est prophetia,

ANNO CHRISTI 1415.

tia, quam dixit Jacobus de Theramo, quod anno MCDIX. surget unus, qui evangelium & epistolas & fidem Christi persequetur, probatur per unum altaristam de veritate, per unum baccalaureum in artibus, per unum notarium publicum, & per multos alios, &c.

Decimus articulus, qui incipit, Item ponitur, &c. denotando dominum Alexandrum, probatur per unum altaristam, articulum fore verum, qui dicit, quod interfuit, alii autem deponunt de publica voce & fama.

Undecimus articulus, in quo continetur, quod Papa nuper defunctus, nescit tamen si sit in cælo vel in inferno, qui scribit in curibus suis asininis, quod archiepiscopus cremare deberet libros Joannis Wicleff, in quibus multa bona continentur; probatur per unum præpositum de veritate, & per multos alios de publica voce & fama.

Duodecimus articulus, in quo continetur: Ecce appellavi contra mandata archiepiscopi, & ex nunc appello: vultis mihi adhærere? ad quod totus populus clamavit in vulgari Bohemico: Volumus, & adhæremus: probatur per unum presbyterum esse verum, per unum baccalaureum in artibus, esse verum; per unum notarium publicum, qui dicit, quod interfuit quando dixit: Si totus cœtus cardinalium cum Papa dicerent, librorum combustionem justam esse, nollem consentire. Per unum alium notarium publicum, per unum rectorem cujusdam parochialis ecclesiæ, per unum altaristam, & per multos alios de publica voce & fama.

Decimus tertius articulus non est multum pertinens: ideo omittitur, licet sit probatus.

Decimus quartus articulus, qui incipit, Idem dixit, Ideo deberetis, si vultis, mihi adhærere: non timeatis excommunicationem, quia secundum ritum & consuetudinem ecclesiæ appellastis mecum, &c. probatur per unum notarium publicum, qui dixit audivisse se a Hus, quod legitime potest se ingerere in divinis sub tuitione appellationis; dicendo quod illam excommunicationem voluit habere pro benedictione: & per multos alios de publica voce, &c.

Decimus quintus & decimus sextus articuli sunt probati in Constantia per testes ibidem receptos, una cum articulis sequentibus coram commissariis Concilii; & per multos alios testes in partibus coram vicario archiepiscopi Pragensis, receptos similiter & examinatos.

Item, advertendum, quod coram commissariis sunt nonnulli libri & opuscula, videlicet liber de ecclesia, &c. quos libros dictus Joannes Hus fatetur se composuisse. Verumtamen quod ad articulos extractos ex dictis libris, in suis responsionibus non præcise respondit, sed certis modificationibus & limitationibus, ut apparet in actis.

Item, ex actis apparet una protestatio, quæ videtur cruda: & alia in principio articulorum, si bene advertatur.

Item, quoad libros & contenta in eis, remitto me ad dominos theologos.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo supra, exposuit & dixit: ex quo processus debite sit tentus contra Joannem Hus, ejusque doctrinam & dictos articulos, non restat aliud nisi concludere & ferre sententiam.

Quapropter per causam hujusmodi per Synodum prædictam concludi & sententiam ferri, juxta petitionem per eum datam, debita cum instantia postulavit.

Quibus factis dominus Bertholdus de Wildungen, auditor præfatus, loco quo supra existens, mandato & auctoritate Synodi narravit totum processum habitum coram dominis judicibus & commissariis, in hujusmodi causa deputatis per Concilium, & alias quomodo ab initio causæ hujusmodi fuit in curia Romana, & in partibus coram ordinario loci introducta de verbo ad verbum. Quo processu recitato, idem dominus Bertholdus auditor & deputatos ad hoc, incepit articulos legere, incipiendo: *Unica est sancta ecclesia*, &c. & legendo quemlibet articulum, circa ipsum summarium testium, per quos, quantos, & quales personas, dominos, magistros, magnos aut parvos, probaretur. Et sic usque ad finem articulorum.

Item, idem dominus Bertholdus de Wildungen dixit, qualiter ipse Joannes Hus alias in castro *a* Buelebensi

A Constantiensis diœcesis existente, & ibidem detento, articuli memorati fuissent sibi ibidem præsentati per certos deputatos, inter quos ipse Bertholdus existebat unus. Et idem magister Joannes Hus fuit interrogatus, an vellet dictos articulos defensare, aut confiteri. Qui magister Joannes Hus tunc submisit se determinationi Concilii. Et subsequenter uno alio tempore similiter inter deputatos nationum, & in præsentia dominorum Cameracensis & Florentini Cardinalium similiter respondit. Tertio vero, ut prius interrogatus respondit, ut in schedula papyrea in hunc modum manu sua scripta plenius continetur. Cujus schedulæ tenor sequitur in hunc modum.

„ Ego Joannes Hus in spe sacerdos Jesu Christi, timens „ Deum offendere, & timens incidere perjurium, nolo abjurare articulos omnes, & quemlibet ex illis, qui per falsos testes in attestationibus producti sunt contra me: B „ quia Deo teste, non prædicavi, nec asserui, nec eos „ defendi, sicut dixerunt me eos defendisse, prædicasse & „ asseruisse. Item, de articulis extractis de meis libellis, „ saltem qui sunt debite extracti, dico, quod quicumque „ ex illis includit aliquem falsum sensum, illum detestor. „ Sed timendo offendere Deum in veritate, & contra „ sanctorum sententiam dicere, non quemlibet eorum „ volo abjurare. Et si possibile esset, quod toti mundo „ vox mea nunc pateret, sicut omne mendacium & omne meum peccatum in die judicii patebit, libentissime omnem falsitatem & omnem errorem, quem unquam ad dicendum conceperim vel dixerim, coram toto mundo revocarem. Ista dico & scribo libere & voluntarie. Scriptum manu mea propria, prima die Jul. “

Hi sunt qui fuerunt commissarii nomine Concilii, missi cum articulis ad ipsum magistrum Joannem Hus una C vice: videlicet, Joannes archiepiscopus Rigensis, Antonius archiepiscopus Ragusinus, Bertholdus Wildungen, *b* Theodoricus de Monasterio. Hi fuerunt testes; videlicet, Joannes de *c* Walden archidiaconus Lubecensis, Petrus *d* Holpurg præpositus Wetzlariensis, Henricus *e* Hauborch decanus sancti Petri Trajectensis, Petrus *f* de Morachor episcopus Trajectensis.

Subsequenter die Veneris quinta Julii, in loco congregationis dominorum deputatorum, in domo fratrum Minorum, præsentibus Thoma de Amelia legum doctore, auditore sacri palatii, dominus Cameracensis, dominus Florentinus, Cardinales: patriarcha Antiochenus, episcopus Bathoniensis, episcopus Saresbiriensis, archiepiscopus Rigensis, archiepiscopus Mediolanensis, episcopus Feltrensis, dictus Posnaniensis, dictum magistrum Joannem Hus interrogaverunt, an vellet abjurare articulos quos confitetur, & qui sunt in libris suis & manu sua D scripti: & illos etiam qui sunt probati per testes, quos non negat se dogmatizasse, quantum probantur per testes: an vellet jurare, quod eos non tenet, nec tenebit, sed vult simul cum ecclesia cavere contrarium. Respondit quod velit stare in eo quod scripsit manu sua in præsenti parte. Et factis sic hinc inde suasionibus, quod non vellet inhærere suæ opinioni, sed potius stare cum tota ecclesia, & cum tot doctis viris, quot sunt in hoc sacro Concilio: tandem perstitit in proposito suo præmisso.

Qua schedula sic lecta, magister Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo supra, petiit per dominos præsidentes & sanctam Synodum libros ipsius Joannis Hus, videlicet librum intitulatum de ecclesia, & alios libros suos sive opuscula, quibus præfati articuli reperiuntur conscripti, condemnari ad comburendum, E & sibi super his ministrari justitiæ complementum.

Petitione ipsius magistri Henrici promotoris facta, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis, mandato & auctoritate Concilii & generalis Synodi procedendo ad sententiam, protulit tam in scriptis, prout in schedula quam legebat de verbo ad verbum, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Veniendo namque ad verbum, sive dictamen, Verum quia ex nonnullis, &c. continens cum sequentibus in casu quo abjurare vellet, veniret alia pœna & prolatio sententiæ: reperto demum, Joannem remanere in pervicacitate sua, & dicentem, quod propter homines quos docuit de opposito, non vellet abjurare, sed millesies comburi, quia per ejus abjurationem generaretur scandalum illis quos docuit de opposito: ergo nollet aliquo modo abjurare,

Et

a Ms. *Gorleben*.

b Ms. esdum, *auditor*.

c Al. *Waldorv*.

d Al. *Halburg*.

e Al. *Hemberg*.

f Ms. *de Mera chorepis opus Trajectens*.

ANNO CHRISTI 1415.

Et tunc dominus Antonius episcopus obmisit verba illa qua pertinebant ad abjurationem, & processit ad alia verba sequentia, videlicet, & *a* sumit sententiam, tradendo per sententiam eum judicio sæculari. Et antequam foret processum *b* ad ulteriora, idem Joannes Hus dixit publice et alta voce coram tota Synodo, quod omnibus manifestaret, quare nollet revocare dicta et scripta sua propter tria: 1. dixit quod timeret Deum offendere. 2. perjurium incurrere. 3. populum cui olim prædicavit scandalizans seducere.

a Ms. *Suivis*.
b Mss. Goth. *ad exsecutionem*.

Quibus factis, iverunt ad ipsum Joannem Hus reverendi patres domini archiepiscopus Mediolanensis, suffraganeus domini episcopi Constantiensis, episcopus Bangorensis, pro degradatione ipsius Joannis Hus, ad locum ubi ipse Joannes Hus eafistebat, auctoritate & mandato ipsius sanctæ synodi Constantiensis, ad finem, quod curiæ sæculari tradi possat, ipsum Joannem degradarunt, legendo verba ad hoc ordinata de libro pontificali incipientia: *O Juda*: amovendo ab eo tanquam ab indigno calicem: & subsequenter solemnitatibus ad quodlibet exhibitis, exuebant eum casula, stola, tondentes sibi crines, & similiter amovendo ab eo omnia sacerdotalia & clericalia.

Quibus factis, curia sæcularis recepit eum, & abduxit eum ad locum justitiæ.

Super quibus omnibus Henricus de Piro petiit approbationem & exsecutionem. Fuitque responsum per dominos deputatos omnium oationum prædictos, ac dominum præsidentem, regemque Romanorum, *Placet*.

Ex prima editione.

Subsequenter fuit lecta per eumdem episcopum Concordiensem sententia, condemnando illum articulum: Quilibet tyrannus, &c. Et fuit responsum per deputatos nationum quatuor, præsidentem & regem, Placet. *Item, fuit lecta per dominum Stephanum episcopum Dolensem schedula contra impedicates venientium ad Concilia generalia.*

Ex ms. Surii & tribus Germanicis.

Subsequenter ad petitionem magistri Henrici de Piro idem dominus Antonius legebat unam aliam sententiam, condemnando articulum illum, videlicet, *Quilibet tyrannus, &c.* prout in schedula infrascripti tenoris continetur. Qua lecta, fuit responsum per deputatos prædictos, præsidentem et regem, *Placet*. Præsentibus ibidem illustribus principibus, Henrico duce Bavariæ, Ludovico comite Palatino Rheni, Friderico Burgravio Nurembergensi, Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, Ludovico duce Bavariæ: Franciæ et Angliæ, Poloniæ, Norvegiæ, Sveciæ, Daciæ, Ludovici Neapolitani, ducis Mediolanensis, ambaxiatoribus, Guntero comite Schwarzburg, Everaido comite de VVinsberg, comite de Friburg, et aliis nobilibus prælatis et Christianis in numero copioso.

Subsequenter fuis lecta una minuta per dominum Stephanum episcopum Dolensem, contra impeditores venientium ad Concilium, et recedentium ab eodem: cujus tenor sequitur inferius.

Ex prima editione.

Condemnatio illius propositionis, Quilibet *tyrannus*.

Præcipua sollicitudine volens hæc sacrosancta Synodus ad exstirpationem errorum & hæresum in diversis Mundi partibus invalescentium providere, sicut tenetur, & ad hoc collecta est; nuper accepit, quod nonnullæ assertiones erroneæ in fide & bonis moribus, ac multipliciter scandalosæ, totiusque reipublicæ statum & ordinem subvertere molientes, dogmatizatæ sunt, inter quas hæc assertio delata est: Quilibet tyrannus potest et debet licite et meritorie occidi per quemcumque vasallum suum vel subditum, etiam per clanculares insidias, et subtiles blanditias vel adulationes, non obstante quocumque præstito juramento, seu confœderatione factis cum eo, non exspectata sententia vel mandato judicis cujuscumque.

Adversus hunc errorem satagens hæc sancta Synodus insurgere, & ipsum funditus tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit & diffinit hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus, ipsamque tanquam hæreticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, perjuria vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat insuper, decernit & diffinit, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes, sunt hæretici, & tanquam tales juxta canonicas sanctiones puniendi.

Constitutio Concilii contra invasores, seu spoliatores accedentium et recedentium a Concilio.

Ex prima editione.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, Universalem ecclesiam repræsentans, in Spiritu sancto ad exstirpationem schismatis, hæresumque & errorum, nec non ipsius ecclesiæ in capite & in membris debitam reformationem legitime congregata, ad futuram rei memoriam.

Justitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, si quos noxiæ voluntatis adeo captivat perversa intentio, quod processibus Apostolicis impudenter obviantes, auctoritatem sanctionis canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur injurias & offensas, ecclesiastica censura percellat, & pro demerito culpæ, rigorem adjiciant judiciariæ potestatis. Nam si quilibet per campum licentiæ, frena deposito modestiæ, vagaretur impune, facile quisque sæviret in proximum, & nervus disciplinantis justitiæ rumperetur. Sane licet nonnulli Romani Pontifices, antiquos Romanæ ecclesiæ mores & consuetudinem observantes, prout ad eos ex debito Apostolatus sibi injuncti officii pertinebat, per certos suos processus in die cœnæ Domini annis singulis solemniter publicantes, inter omnes alios & singulos, qui ad sedem Apostolicam venientes vel recedentes ab ea, nec non in illos omnes & singulos, qui per se, vel per alium seu alios, quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis accedentes, illaque in eadem curia prosequentes; aut procuratores, gestores, advocatos & promotores ipsorum, ac etiam auditores seu judices, qui super dictis causis seu negotiis deputantur, occasione causarum seu negotiorum hujusmodi verberant, mutilant vel occidunt, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis aut status forent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizationis sententias, a quibus nullus per alium quam Romanum Pontificem posset, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi: nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ, aut satisfactione præstanda, sufficienti cautione præmissa: candelis accensis, & ad terram projectis, promulgaverant: & eis qui taliter excommunicatis & anathematizatis, vel eorum alicui præsumerent beneficium absolutionis impendere, similibus sententiis innodaverunt, eisque prædicationis, lectionis, administrationis Sacramentorum ecclesiasticorum, & confessionem audiendi interdixerunt officium: nec non quicumque injuriatores quorumlibet ad sacra Concilia generalia venientium, seu stantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, diversas censuras ecclesiasticas & pœnas tam ex canonis, quam divini juris dispositione incurrant: tamen sicut ad nostram fide dignorum multitudine valida insinuatione pervenit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, perditionis alumni, hujusmodi censuras vilipendentes, ac hujusmodi sacri Concilii exstirpationis schismatis, hæresum ac errorum, ipsiusque ecclesiæ reformationis perturbatores, diabolico spiritu instigante, nec dignitati, nec ordini deferentes, Dei timore postposito, nefariis ac sacrilegis ausibus nonnullas personas ecclesiasticas & seculares, etiam Pontificali dignitate præditas, ad sedem Apostolicam vel Romanam curiam, seu præsens generale Concilium in civitate Constantiensi provinciæ Maguntinensis, ubi nunc Romana curia existit, in Spiritu sancto legitime congregatarum venientes, aut recedentes ab eisdem, invadere, capere, arrestare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, ac spoliare bonis suis, vel injuriis afficere quamplurimis: & alias male tractare, temeritate propria præsumpserunt, & dietim præsumunt in Apostolicæ sedis & sacri Concilii vilipendium

ANNO CHRISTI 1415.

dium & contemptum, ac seditionis, schismatis, reformationis ecclesiæ, & correctionis morum, nec non hæresum & errorum prædictorum exstirpationis disturbium; fuarumque animarum periculum, & scandalum plurimorum.

Nos igitur volentes in præmissis, nec non adversus quoscumque ad ipsum Concilium, & qualibet alia futura generalia Concilia accedentes, aut stantes in ipsis, seu recedentes ab eisdem, ne aliis Deum non timentibus, temerariis injuriis infestentur & opprimantur violentiis, & ne quibusvis delinquendi aut excessus committendi pateat audacia, de opportuno & salubri remedio providere: hujusmodi, nec non omnes & singulos alios processus, sententias & censuras, adversus quarumlibet personarum ecclesiasticarum vel sæcularium ad sacra generalia Concilia venientium aut stantium in ipsis, seu recedentium ab eisdem, molestatores, perturbatores vel injuriatores, auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, extendentes, omnes & singulos cujuscumque dignitatis, gradus, status vel conditionis fuerint, etiamsi pontificali, imperiali, regali, vel alia quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, qui quascumque personas ecclesiasticas vel sæculares, quæ ad hujusmodi sedem Apostolicam Romanam curiam hoc præsenti sacro durante Concilio, vel ad ipsum & quæcumque alia generalia Concilia venientes, & stantes in ipsis, aut ab eis recedentes, temeritate propria per se, vel alium, seu alios arrestare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis suis spoliare, vel injuriis afficere, seu ipsos sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu ea perpetrantium facta & commissa, rata & grata habere, vel eis dare auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præsumpserint vel præsument in futurum, similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis innodamus eo ipso. Terras quoque ipsorum & cujuslibet qui in præmissis, vel eorum aliquo transgressor vel contemptor fuerit, dum a tamen uniuscujusque sic transgressorum vel contemptorum altra unam diœcesim non contineat: nec non omnia, civitates, villas, castra, oppida, & qualibet alia loca in quibus hujusmodi excessuum patratores, seu eorum receptatores, vel ipsis consentientes, faventes aut dantes auxilium, consilium vel favorem, publice morabuntur: nec non illa, in quibus hujusmodi personæ quæ sic temeritate propria detentæ fuerint, quamdiu exstiterint in eisdem, memorata auctoritate ecclesiastico supponimus interdicto. Quod si terra ejusdem duas diœceses vel amplius contineat, dominium domicilii principalis ipsius, & illam etiam in qua fuerit delictum commissum, si sua sit, & duas alias quæ sub ipso sunt eidem locamagis b viciniæ interdicto subjacere volumus supradicto: ac etiam omnes & singulos hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, in quibuslibet ecclesiis, locis ubi tale delictum fuerit perpetratum, terris & locis propter hoc interdictis magis convicinis ubilibet existentibus, omnibus diebus Dominicalibus & festivis, pulsatis campanis, candelis accensis, publice nunciari, ac terras, civitates, villas, castra, oppida & loca ecclesiastica interdicto prædicto supposita, donec ipsi sic excommunicati meruerint ab hujusmodi sententiis beneficium absolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerit relaxari: ita tamen, quod nullus ex transgressoribus ac contemptoribus hujusmodi per alium, quam per Romanum Pontificem, vel sacri Concilii auctoritate possit, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis ecclesiæ, satisfactione sufficienti cautione (si hoc commode facere possint) primitus præstita, absolvi, vel interdictum hujusmodi relaxari. Eos vero cujuscumque dignitatis, ordinis, status aut conditionis fuerint, etiam si Pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præsentium processuum, talibus vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere præsumpserint, volumus, statuimus & decernimus similibus excommunicationis & anathematizationis sententiis fore innodatos eo ipso, ipsisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officiam auctoritate interdicimus supradicta: insinuantes transgressoribus & contemptoribus in prædictis, quod spiritualiter & temporaliter (prout eorum requirent excessus & demerita) gravius procedetur: non obstantibus quibus-

A cumque constitutionibus & quibuslibet privilegiis, indulgentiis & litteris Apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, eisdem transgressoribus & contemptoribus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sede concessis, etiam quod suspendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, civitates, villæ, castra, oppida & alia loca interdici non possint, etiam si de ipsis eorum tenoribus esset in ipsis processibus mentio specialis facienda; quæ, ne contra hujusmodi sententias & processus, quo minus includantur in eis, per ea valeant se, terras, dominia, civitates, villas, castra, oppida & loca hujusmodi tueri, & quæ quoad hoc tollimus, & penitus revocamus. Et insuper mandamus, ut hujusmodi præsens processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas processus continentes eosdem in majoris & sancti Stephani Constantiensis ecclesiarum valvis affigi: qui processus ipsos suo quasi sonoro præconio & patulo c judicio publicabunt: ut prædicti quos processus concernent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, quod ad eos processus hujusmodi non pervenerint, vel ignoraverint eosdem: cum non sit verisimile remanere incognitum, quoad ipsos, quod tam patenter fuit publicatum.

Ceterum omnibus & singulis dominis Patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, ceterorumque locorum ordinariis præcipimus & mandamus, ut ipsi & eorum quilibet per se vel alium, seu alios, sub pœna excommunicationis, quam ipsorum quemlibet, qui mandatorum nostrorum hujusmodi transgressor & contemptor fuerit, incurrere volumus ipso facto, præsentes nostros processus per eorum, aut chartarum vel membranarum, seu transumptorum continentium eosdem, quibus sicuti nostris processibus tantam volumus fidem adhiberi, in ecclesiarum valvis seu aliis locis affixionem publicent, & præfatos transgressores & contemptores hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis ligatos, ac terras, civitates, villas, castra, oppida & loca præfata hujusmodi ecclesiastico interdicto supposita, quamprimum ipsis, vel eorum alicui de hoc legitime constiterit, tamdiu in ecclesiis Dominicis & aliis festivis diebus, dum inibi major fuerit populi multitudo, campanis pulsatis, & candelis accensis & extinctis, denuncient, & interdictum hujusmodi inviolabiliter faciant observari per censuras ecclesiasticas, aut alia juris remedia, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis: donec ipsi transgressores & contemptores meruerint ab hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum merito debuerit relaxari: non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus conjunctim vel divisim a sede prædicta indultum exstat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Constantiæ, pridie Nonas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, sede Apostolica vacante, regnorum serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ vero vicesimonono.

Finita autem sessione, libri Joannis Hus fuerunt combusti in platea palatii episcopalis: videlicet liber de ecclesia, & alia opuscula ejusdem.

Ex mss. Surii, & Lipsiensi.

Per eumdem composita, igne fuerunt combusta & in cineres redacta, præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus et dominis, domino Joanne episcopo Vaurensi, et Petro Olorensi, episcopis, Regone et Rogerio in legibus licentiato, Nicolao de Marienverder regiæ majestatis, et Joanne de d Matura de Insula, notariis publicis, clericis Poznaniensis et Tornacensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis et specialiter rogatis,

a Al. tamen si in.

b Forte, vicinas.

c Forte, indicio.

d Al. Marsura.

SES-

SESSIO XVI.

Die Jovis undecima mensis Julii supradicti, fuit sessio generalis in majori ecclesia celebrata Constantiæ, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. Et fuit cantatum officium Missæ de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum Mersburgensem. Quo completo, legebantur litaniæ, &c. more aliarum sessionum: & dominus Andreas electus Poznaniensis legebat certa capitula & ordinationes servandas, tenoris subsequentis.

Ex mss. Surii, & duobus German.

Die Jovis undecima mensis Julii prædicti, fuit sessio B generalis, in que præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, tanquam antiquior cardinalis: præsentibus ibidem reverendissimis patribus, Angelo Laudensi, Jordano de Ursinis, Joanne Ragusinensi, Antonio Aquileiensi, Thoma Tricariensi, Branda Placentino, Francisco Venetiarum, Petro Cameracensi, Antonio de Salancho, Alamanno Pisano, presbyteris, Landulpho Barensi, Ludovico de Flisco, Odone de Columna, Lucido de Comite, Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Branckasiis, & Francisco Florenrino, diaconis cardinalibus. Et fuit cantatum officium Missæ de Spiritu sancto, per reverendum patrem dominum episcopum Nicolaum Mersburgensem. Quo cantato, fuit factum & peractum officium litaniarum cum introitu solito, videlicet, *Exaudi nos Domine*: collectis & orationibus ad hoc requisitis, ac evangelio, *Hoc est præ-* C *ceptum meum, ut diligatis invicem*, &c. & hymno *Veni creator Spiritus*, collectis, versiculo, & *Benedicamus*. Quibus habitis atque peractis ascenderunt ambonem, in quo edicta sive proposita & proponenda solent legi, reverendi patres dominus Andreas electus Poznaniensis, Antonius Concordiensis, Nicolaus Mersburgensis, Vitalis Tolonensis, Patricius Cortagensis, episcopi, tanquam deputati per quatuor nationes ad legendum, approbandum, &c. illa quæ Synodus deliberaverit.

Idem, dominus Andreas electus Poznaniensis legebat certa capitula, ordinationes & constitutiones servandas de cetero, hujusmodi sub tenore.

Ex ptima editione.

Deputatio ambaxiatorum sacri Concilii ad Arragoniam. D

Sacrosancta Constantiensis Synodus generale Concilium faciens, in Spiritu sancto legitime congregata, secundum mentem & effectum ordinationis seu decreti in ultima sessione facti, seu lecti, ad requirendum dominum Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nominatum, & alia faciendum quæ fuerint necessaria & opportuna, facit, constituit & ordinat procuratores generales & speciales: videlicet reverendissimos in Christo patres dominos Jacobum Turonensem archiepiscopum, Petrum Ripensem, Jacobum Adriensem, Joannem Gebennensem, episcopos, Joannem abbatem sancti Elgii Noviomensem, Conradum de Susato, sacræ theologiæ magistros, Joannem de a Opzis sacri palatii Apostolici auditorem, Petrum Paulum de Justinopoli utriusque juris doctorem, Lampertum de Stipite priorem prioratus conventualis de b Bortua Leodiensis diœcesis, Joannem Wellis, E *Hugonem c Holbbabe, Bernardum de d Planta decretorum, & Joannem de Fabrica legum doctores, præsentes & acceptantes; & Benedictum Gentiani Universitatis Parisiensis sacræ theologiæ professorem, absentem tanquam præsentem: ita tamen quod ipsi omnes, aut ipsorum quatuor, una tamen cum consensu serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis, si præsens fuerit, aliis non volentibus aut volentibus, cum ipso domino Benedicto decimotertio in sua obedientia nominato, aut aliis ab eo super hoc sufficientem potestatem habentibus, tractare & concludere, ac ipsum dominum Petrum Benedictum nominatum (ut præfertur) requirere, & alia conjunctim vel divisim facere possint, sic & prout in instrumentis*

a *Al.* Opicis.

b *Al.* Bertria.

c *Al.* Holbach, *al.* Homveeg.

d *Al.* Plancha.

A *publicis super hoc fiendis vel conficiendis, eisque tradendis, plenius videbitur contineri.*

Ex mss. Surii, & duobus Germanicis.

Quibus lectis, idem dominus Andreas electus Poznaniensis legebat certas minutas super requisitione Petri de Luna fienda, quarum tenores similiter sunt inferius inserti, & quas in continenti ibidem tradidit ad ingrossandum notariis atque scribis propter expeditionem celeriorem. Quibus lectis, juxta morem alias observatum super approbatione illorum quæ ibi decernuntur & statuuntur, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis nomine nationis Italicæ respondit *Placet*. Subsequenter dominus Vitalis episcopus Tolonensis pro B Gallicana natione, Nicolaus episcopus Mersburgensis pro natione Germaniæ, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, responderunt, *Placet*. Similiter dominus Joannes episcopus Ostiensis præsidens nomine collegii cardinalium respondit, *Placet*.

Deinde magister Henricus de Pito e procurator exposuit, qualiter fuissent alias productæ bullæ pro parte domini Angeli de Corario tunc Gregorii duodecimi in sua obedientia nominati, videlicet constitutiones ad renunciandum & resignandum papatui suo; nec non auctorizationis Concilii præsentis: quibus necessario serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. rex, una cum aliis supradictis procuratoribus per Concilium deputatis, ad Petrum de Luna ituris, uti haberent. Sed quia pericula cuncta evitari debent, quæ evitari possunt; ne ergo propter dicta- C rum bullarum captionem, destructionem, aut alias malam custodiam, ipsi Synodo Constantiensi periculum sive damnum generari posset, idcirco dictas bullas transsumi mandari per protonotarios, sive alios notarios Concilii per dictum Concilium, eisque Concilii Constantiensis auctoritatem & decretum interponi taliter, quod hic & alibi ipsi transsumpto merito fides plenaria adhiberi possit. Et nihilominus repetitis in valvis ecclesiæ executa, accusans contumaciam omnium illorum quorum interest, non comparentium, neque ipsas bullas transsumi mandare videntium, ac interponi auctoritatem Synodi supradictæ curantium: & in eorum contumaciam dictas bullas transsumi per dictam Synodum instanter postulavit, & super hoc responderi per deputatos prædictos nationum quatuor, ac præsidentem, *Placet*.

e *Al.* promotor.

Quibus sic propositis, domini deputati, videlicet An- D tonius Concordiensis pro natione Italica, Vitalis Tolonensis pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, & Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis pro collegio cardinalium, responderunt, *Placet*.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor, nomine quo supra, petiit per eamdem Synodum declarari & decerni instrumenta depositionis papatus, renunciationis & approbationis factarum per Balthassarem de Cossa in Cellis, & alia instrumenta ibidem per eum & nomine ejus confecta, registranda & inserenda locis congruis, præsentis causæ registro, ita taliter, quod auctoritate ipsius Synodi ipsis instrumentis & aliis actis & habitis in Concilio Constantiensi & in sessionibus publicis, plenaria adhibeatur fides: cetera alia petiit, prout in- E ferius plenius continetur. Ad quæ responderunt ipsi domini prælati deputati & præsidens, *Placet*.

Quibus responsionibus factis & habitis, reverendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis, auctoritate & mandato ipsius sacrosanctæ Synodi Constantiensis, pronunciavit & declaravit quædam capitula sive ordinationes in futurum servandas hujusmodi sub tenore

Item, eadem sancta Synodus ordinat, jubet & decernit, instrumenta in ratificatione sententiæ depositionis per hoc sacrum Concilium nuper latæ contra dominum Balthassarem de Cossa, olim Papam vicesimum tertium, necnon renunciationis per eum factæ de papatu, seu jure quod in eo poterat prætendere, apud acta ipsius Concilii in loco suo congruo registrari seu inseri.

Item, ordinat & decernit, bullas & instrumenta olim domini Gregorii Papæ duodecimi in sua obedientia nuncupati, nuper in cessione papatus per eum, seu ejus nomine facta in dicto sacro Concilio producta, in formam publicam transumi, seu de ipsis transumpta publica fieri per protonotarios & notarios hujus sacri Concilii. Quibus transumptis decernit fidem plenariam adhiberi, tanquam ipsis originalibus auctoritate ipsius Concilii.

Ex prima editione.

Datur judicibus potestas citandi sub pœna privationis illos, qui clandestine recesserunt a Concilio.

Item, eadem sancta Synodus reverendis in Christo patribus, Saresburiensi, Placensi, Vaurensi & Pistoriensi episcopis, alias pro audiendis causis ad præsens sacrum Concilium devolutis & devolvendis, seu alias spectantibus, per idem Concilium deputatis, citandi etiam sub pœna privationis per edictum in curia exsequendum, sufficienti informatione prævia, omnes & singulos prælatos & curiæ officiales, aliosque ad ipsum Concilium vocatos, qui ab hoc sacrosancto Concilio clandestinæ, seu sine licentia recesserunt, ut infra certum competentem terminum eis assignandum personaliter revertantur & redeant, plenam tribuit potestatem.

Quod litteræ de justitia expediantur.

Item, eadem sancta Synodus ordinat, ut litteræ de justitia, alias in curia expediri solitæ, dummodo prius secundum antiquam curiæ consuetudinem debitum casum faciant, sub ipsius sanctæ Synodi nomine & sigillo per reverendissimum patrem & dominum Joannem episcopum Ostiensem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem & Vicecancellarium expediantur.

Quod præsidentes habeant potestatem dandi licentiam recedentibus.

Item, eadem sancta Synodus quatuor præsidentibus nationum, ut ipsi omnes, aut eorum tres, singulis ad præsens Concilium vocatis, seu vocem habentibus, & ab eodem recedere cupientibus (ubi rationabilis causa subierit) licentiam recedendi dare possint, plenam tribuit facultatem.

Mandatur camerario, quod cardinalibus, ceterisque indigentibus debeat de bonis cameræ providere.

Item, præcipit & mandat domino Camerario sanctæ sedis Apostolicæ, aut ejus locum tenenti, seu Vicecamerario, ut dominis cardinalibus & prælatis, ceterisque indigentibus in hoc sacro Concilio existentibus, de necessariis & utilibus debeat subvenire, & de bonis cameræ providere.

Quibus ordinationibus lectis & pronunciatis ad requisitionem ipsius magistri Henrici de Piro promotoris, totiusque Synodi, ipsi domini deputati successive unus post alium, & demum dominus Joannes episcopus Ostiensis nomine cardinalium responderunt, Placet.

Ex mss. Surii & duobus Germanicis.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor, nomine quo supra, exposuit, qualiter ex plurium fide dignorum relatione, etiam hoc fama publica deferente, quod quidam Carolus de Dueil dominus loci de Ramovilla, & Henricus de Turre, cum plurium armatorum comitiva, non tanquam nobiles, sed more prædonum & turbatorum, dominos Carcassonensem & Ebroicensem episcopos, ac magistros Wilhelmum de Media decanum Silvanectensem, domini regis Francorum consiliatoras, necnon Benedictum Gentiani in theologia, & Jacobum da Spais in artibus & medicina, magistros, per Universitatam Parisiensem ad Concilium destinatos, & per serenissimum principem Romanorum regem ad dictum dominum Carolum regem Francorum transmissos inhumaniter in ducatu Barensi invaserunt, eosque captivarunt, spoliarunt bonis, rebus, equis, &c. & aliquos de eorum familia interfecerunt, aliquos vero lethaliter vulnerarunt. Quapropter petiit per ipsam Synodum recipere informationem super tali infamia, & contra eos procedere, & procedendum fore, prout juris ordo & dictamen rationis id requirit atque postulat; & alias petiit, prout in quadam minuta inferius inserta plenius continetur. Et si placet Synodo, quod deputati respondeant, *Placet*.

Qua expositione querulosa (ut præmittitur) facta, domini deputati quatuor nationum, unus post alium, & subsequenter dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, nomine collegii cardinalium responderunt, *Placet*: & decreverunt processus contra eosdem & alios impeditores venientes & euntes ad Concilium, & de Concilio recedentes, ut sequitur in minuta, quam dominus Bertholdus de Wildungen *a* adjutor legebat, prout sequitur inferius. Super quibus idem magister Henricus de Piro promotor nomine procuratorio quo supra, petiit sibi per protonotarios ac notarios Concilii, aliosque notarios & tabelliones ibidem exsistentes, unum vel plura fieri instrumentum seu instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendis patribus dominis, Jacobo electo Pennensi, Joanne de *b* Thoriariis de Bononia, additoribus; ambaxiatoribus Ducis Burgundiæ, regis Daciæ, Sveciæ & Norvegiæ, omnibusque dictam sanctam Synodum Constantiensem repræsentantibus, nobilibusque *c* Infinitis in multitudine copiosa.

Tenor vero dictarum litterarum decretarum contra ipsos Carolum de Dueil, & Henricum de Turre, de quibus supra fit mentio. sequitur in hunc modum.

Bulla per Bertholdum Wildungensem lecta, contra spoliantes ad Concilium venientes.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, generale Concilium faciens, ac Universalem ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, venerabilibus episcopis Parisiensi, Metensi, *d* Leonensi, ac eorum vicariis, salutem in Domino sempiternam.

NUper siquidem processus nostros contra quoscumque *e* molestatores, perturbatores & injuriatores quarumcumque personarum ecclesiasticarum & sæcularium, ad Romanam curiam & præsens Concilium, necnon quæcumque alia Concilia generalia venientium, stantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, in publica dicti sacri Concilii sessione fecimus & publicavimus, cujus tenorem causa brevitatis hic volumus pro inserto haberi. Cum autem ex plurium fide dignorum relatione, etiam fama publica referente, ad nostri notitiam pervenerit, quod nobiles viri Carolus de Dueil dominus loci de Ramovilla, & Henricus de Turre, cum plurium armatorum comitiva, non insequentes facta nobilium, sed suæ salutis immemores, tanquam iniquitatis filii, fideique catholicæ ac præsentis sacri Concilii turbatores, Christianorum inimici, prædonum & tyrannorum more venarabiles Carcassonensem & Ebroicensem episcopos, ac magistros Wilhelmum *f* de Medo decanum Silvanectensem, serenissimi ac Christianissimi principis Caroli regis Francorum consiliarios, per ipsum; necnon Benedictum Gentiani in theologia, & Jacobum *g* da Spais in artibus & medicina magistros per Universitatem Parisiensem ad præsens Concilium destinatos, & qui per idem Concilium, necnon serenissimum & illustrissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem semper Augustum, hujus sacri Concilii advocatum, protectorem & defensorem, ad dominum Francorum regem pro bono universalis ecclesiæ dictique sacri Concilii, ac honore & utilitate ipsius Francorum regis, mittebantur cum sua familia & aliis de hujusmodi sacro Concilio & Romana curia redeuntibus, alias ignominiose ac tyrannice in terris Romano imperio subjectis, uno ex capellanis perempto, & duobus ex scutiferis episcopi Carcassonensis prædicti lethaliter vulneratis, crudeliter & sacrilege ceperunt, & nonnullis ex dicta familia & aliis per eosdem nobiles & prædones, equis & bonis deprædatis, & per viam afflictis, & graviter injuria-

a Auditor, mss.

b Thomariis, ms.

c Forte, aliis.

d Lege, Leucensi, a Tullo Leucorum.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

e Al. malefactores.

f Mss. de Meria.

g Mss. de Spars.

ANNO CHRISTI 1415.

a Stayn.

juriaris dimissis, præfatos episcopos, nuncios & alios nec Pontificali dignitati, nec clericali ordini deferendo, ad castrum de *a* Sayn in ducatu Barensi captivos inhumaniter duxerunt eorum bona inter eos ut prædam dividendo. Et quod postmodum dictus Carolus præferos episcopos & aliquos ex notabilioribus captivis prædictis, volens ipsos ducere longius & transferre, pœnis affligere arctioribus & tormentis, a dicto castro, reliquis captivis ibi remanentibus, extraxit tempore nocturno; ipsosque per nemora & stagna, flumina pariter & devia inhumaniter longe perduxit a castro memorato. Quibus ad illustrium principum, videlicet Barensis primo, & deinde Lotharingiæ, ducum notitiam deductis; ipse videlicet Barensis illos qui in dicto castro captivi remanserant, eodem castro vi armorum capto, & Lotharingiæ duces episcopos & alios, quos secum duxeret Carolus prædictus, armatorum potentia, eis ad id communitatibus Metensi, Tullensi & Virdunensi civitatum præbentibus auxilium, consilium & favorem, restituerunt libertati, & per suas terras libere conduci fecerunt, eis equos, munera & victualia gratiose concedendo. Nos e. c. præfatos Duces & communitates de tantis per eos ipsis episcopis, nunciis & aliis memoratis, ob sacri Concilii, universalisque ecclesiæ ac regum prædictorum favorem, gratiis impensis, in Domino collaudantes; nolentesque, sicut nec decet, nec expedit, dictos sacrilegos & quoscumque alios super hujusmodi horrendis & detestandis excessibus, & eis præstantes auxilium, consilium vel favorem, absque animadversione relinquere incorrectos, circumspectioni vestræ auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, amen, committimus, & sub excommunicationis pœna, quam quemlibet vestrum, qui præsentibus nostris mandatis non paruerit, legitima excusatione cessante, & monitione præmissa, incurrere volumus ipso facto, præcipiendo mandamus; quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios auctoritate præsentis Concilii, de omnibus & singulis præmissis excessibus & ea contingentibus, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, sollicita & fideli diligentia adhibita, tam in vestris civitatibus & diœcesibus, quam in locis aliis, quibus expedire videritis, vos informetis: & prædictos nobiles, & omnes alios & singulos clericos, laicos, cujuscumque dignitatis, status vel conditionis fuerint, etiamsi regali, pontificali, vel alia quavis præfulgeant dignitate: quos per informationem reperietis commisisse & committi fecisse, vel mandasse prædictos excessus, aut in eis committendis præstitisse auxilium, consilium vel favorem, seu eos gratos & ratos habuisse, vel ipsorum excessuum patratores recepisse nominatim; necnon illos de quibus vobis per informationem hujusmodi nominatim constiterit, qui quomodolibet culpabiles fuerint in præmissis, juxta generalitet formam ac tenorem processuum prædictorum, quos pro expressis hic volumus haberi; tamdiu excommunicatos & anathematizatos diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis & candelis accensis, & ad terram projectis, in eisdem ecclesiis atque locis, cum major in eis cleri & populi fuerit multitudo, publice nuncietis, & faciatis ab aliis publice nunciari, & ab omnibus arctius evitari: dictumque interdictum in ecclesiis, & aliis ubilibet juxta tenorem processuum prædictorum observari, donec nobis, præfatoque serenissimo principi Romanorum regi, & prædictis episcopis & nunciis, ac aliis de sic eis commissis injuriis ac damnis & interesse satisfecerint, & ablata seu deprædata ab ipsis restituerint, aut super iis cum eis concordaverint, & alias meruerint ab hujusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum debuerit merito relaxari: ita tamen quod id quod fuerit per unum ex vobis inceptum, per alium seu alios valeat mediari & finiri. Quod si forte præfati nobiles & prædones de injuriis, damnis & interesse prædictis, eisdem episcopis, nunciis & aliis, aut alicui eorumdem satisfacere, & ablata eis restituere, seu super hoc cum ipsis concordare per mensem post monitionem eis, vel in locis insignibus per edicta publica super hoc factam, distulerint; eos ad satisfaciendum de injuriis, damnis & interesse hujusmodi, & eadem ablata restituendum, seu super ipsis concordandum, ut præfertur, auctoritate prædicta prævia ratione compellatis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Et nihilominus ad prædictorum nostrorum processuum executionem contra quoscumque ipsorum transgressores & contemptores procedatis in omnibus & per omnia juxta ipsorum seriem & tenorem; contradictores per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia, auctoritate prædicta compescendo: non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi constitutionibus, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, ultra unam diætam e fine suæ diœcesis ad judicium evocetur. Sed quod judices a sede deputati prædicta, extra civitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, seu alii vel aliis vices suas committere, aut aliquem ultra unam diætam a fine diœcesis eorumdem trahere non præsumant, & de duabus diætis in Concilio generali, quam aliis quibuscumque constitutionibus a Romanis Pontificibus, tam de judicibus delegatis, quam de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, & aliis editis, quæ nostræ possent in hac parte jurisdictioni atque potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare; necnon omnibus his quæ in dictis nostris processibus volumus non obstare.

Datum Constantiæ, &c.

Quibus lectis, domini deputati, & demum dominus Joannes episcopus Ostiensis, præsidens, responderunt, *Placet*.

Mandat Concilium registrari Instrumenta de ratificatione sententiæ contra Joannem Papam XXIII.

Ex prima editione.

Item, eadem sancta Synodus ordinat, jubet & decernit instrumenta in ratificationibus sententiæ depositionis per hoc sacrum Concilium nuper latæ contra dominum Balthassarem de Cossa, olim Joannem Papam vicesimum tertium, necnon renunciationi per eum factæ de papatu seu de jure quod poterat in eo prætendere, apud acta ipsius Concilii in loco suo congruo registrari & inseri.

Mandat transsumi litteras de cessione Gregorii XII.

Item, ordinat & decernit, bullas & instrumenta olim domini Gregorii Papæ duodecimi in sua obedientia nuncupati, nuper in cessione papatus per eum seu ejus nomine facta, in dicto sacro Concilio producta, in formam publicam transsumi, seu de ipsis transsumpta publica fieri per protonotarios & notarios hujus sacri Concilii quibus transsumptis decernit fidem indubiam adhiberi tanquam originalibus ipsis, auctoritate ipsius Concilii. Super quibus pronunciationibus & responsionibus prædictis magister Henricus de Piro promotor & procurator, nomine quo supra, petiit sibi fieri publicum & publica, instrumentum & instrumenta, præsentibus dictis dominis, &c. testibus, &c. Deputati vero quatuor nationum, earum, & dictus dominus Ostiensis collegii cardinalium, nominibus approbando, responderunt: Placet.

SESSIO XVII.

De recessu domini Imperatoris, quem Concilium benedixit.

Ex prima editione.

Die Lunæ quintadecima supradicti mensis Julii, Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in ecclesia majori, in loco solito ad hoc specialiter deputato, fuit tenta & solemniter celebrata sessio generalis, præsente ibi serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. rege, una cum quampluribus principibus, ducibus, comitibus, & nobilibus. In qua celebravit officium Missæ reverendus pater dominus b *Udalricus episcopus Verdensis: præsidebatque sessioni hujusmodi reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, indutus pontificalibus: & singulis ordinatis, legebantur litaniæ, ac aliæ devotæ oratio-*

b Ms. Ulricus.

orationes more aliarum sessionum. Ipsis autem omnibus expletis, dominus Sigismundus rex prædictus stetit ante altare genibus flexis in veste non imperiali, sed quotidiana; capite denudato, assistentibus eidem reverendissimis patribus dominis Laudensi & de Ursinis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus. Fuitque interim cantata litania: & cum perventum est ad locum, Ut ecclesiam: *dominus præsidens legit in hunc modum*: Ut ecclesiam tuam & regem nostrum Imperatorem electum, hic præsentem, ecclesiæ tuæ advocatum & defensorem, ad perfectam redintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem dirigere, protegere & conservare digneris. *Fuit responsum*: Te rogamus audi nos, *Secundo dixit*: Ut ecclesiam tuam & eumdem regem electum ab omnibus inimicis visibilibus & invisibilibus præservare & defensare digneris. *Tertio dixit*: Ut eumdem Imperatorem electum etiam ad nos incolumem reducere digneris. *Fuitque responsum secundo & tertio, sicut primo. Completa litania, ipse præsidens convertit se ad Imperatorem, dicendo preces*: Salvum fac servum tuum Domine. Nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei Domine turris fortitudinis. *Et decantata oratione pro pace ecclesiæ, redeunteque Imperatore ad sedem suam, dominus Antonius episcopus Concordiensis legitquamdam bullam & alia capitula infrascripta tenoris sequentis.*

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

De recessu domini Imperatoris, quem Concilium benedixit.

Die Lunæ xv. supradicti mensis Julii, Constantiæ provinciæ Moguntinensis in ecclesia majori, loco solito ad hæc specialiter deputato fuit celebrata solemniter & tenta sacrosancti Concilii generalis sessio per reverendissimos in Christo patres & dominos, dominos S. R. E. cardinales, archiepiscopos, episcopos, prælatos & ambaxiatores, ceterosque Christi fideles inibi tunc præsentes, in qua etiam serenissimus & invictissimus princeps, ac dominus, dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ rex augustus, una cum quamplurimis principibus, ducibus, comitibus, & nobilibus interfuit personaliter. Pro cujus sessionis introitu & causa devotionis excitanda reverendissimus in Christo pater dominus Ulricus episcopus Verdensis cum magnæ devotionis solemnitate Missam celebravit: in qua Missa collationem sive sermonem ad clerum reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Cerretensis fecit: & pro hujus sermonis themate, illud videlicet, *Corpus nostræ humilitatis*, quod scribitur ad Philippenses III. assumpsit. Qua Missa sic cantata domini cardinales, archiepiscopi, episcopi & alii, ad quos pertinuit, se ornamentis pluvialibus induerunt, capitibus mitras imponendo, ut est moris. Ac reverendissimus in Christo pater & dominus Joannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis & Vicecancellarius, pontificalibus indutus, huic sessioni præsedit, & se ad locum solitum ante altare ad medium posuit & locavit. His sic ordinate peractis hujus sacrosancti Concilii cantores inceperunt: *Exaudi*. Quo finito, & post aliqua intermedia, ut solitum est dominus episcopus Ostiensis & Vicecancellarius dixit hanc collectam: *Oremus Mentibus nostris*: & hac collecta sic dicta, iterum cantores præfari inceperunt dicere: *Kyrie eleyson*, & totam litaniam usque ibi, *Ut ecclesiam*, exclusive perfecerunt. Tunc dominus Ostiensis & Vicecancellarius hujusmodi sessionis præsidens dixit: *Ut hanc sanctam Synodum*, ter resumendo. Deinde tota litania per ipsos cantores completa, idem dominus episcopus Ostiensis, & Vicecancellarius dixit collectam orando videlicet: *Quæsumus, Domine*. Et post legebatur istud evangelium secundum Lucam: *In illo tempore: Designavit Dominus*, &c. Ipso evangelio lecto, cantabatur per cantores prædictos hymnus: *Veni creator Spiritus*, ad finem. Et tunc iterum dominus Joannes episcopus Ostiensis & Vicecancellarius præsidens præfatus collectam dixit hanc: *Deus qui corda fidelium*, ad finem, & fuit responsum, *Amen*. Iterum dixit: *Dominus vobiscum*, Respondebaturque, *Et cum spiritu tuo*, & ad finem dixit: *Benedicamus Domino*: & responsum fuit, *Deo gratias*. Istis omnibus sic expletis iterum per cantores incepta fuit litania; & dominus Sigismundus rex prædictus ante altare sedebat genibus flexis, in veste non imperiali, sed quotidiana, & capite denudato, sibi assistentibus in habitu reverendissimis patribus dominis Laudensi & de Ursinis S. R. E. cardinalibus, ipsaque litania ad hunc locum lecta, scilicet, *Ut ecclesiam*; tunc dominus episcopus Ostiensis præsidens prædictus dixit, & legit in hunc modum; *Ut ecclesiam tuam, & regem nostrum Imperatorem electum hic præsentem ecclesiæ tuæ advocatum, & defensorem ad perfectam reintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem dirigere, protegere, & conservare digneris*. Fuit responsum: *Te rogamus audi nos*. Secundo dixit; *ut ecclesiam tuam, & eumdem regem Imperatorem electum ab omnibus inimicis visibilibus, & invisibilibus præservare & defensare digneris*. Iterum respondebatur, *Te rogamus audi nos*. Tunc ulterius fuit litania in totum per cantores completa, qua completa, ipse dominus episcopus Ostiensis præsidens dicens officium vertit se ad Imperatorem dicendo, & decantando preces, scilicet „*Salvum fac servum tuum Domine*. Et respondebatur. *Deus meus*. Secundo, *Nihil proficiat inimicus in eo*; & responsum fuit: *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei*. Tertio dixit: *Esto ei Domine turris fortitudinis*. Respondebatur, *A facie inimici*. Deinde dixit: *Domine exaudi orationem meam*: & responsum fuit: *Et clamor*, &c. *Dominus vobiscum*; *Et cum spiritu tuo*. Deinde dixit collectam, videlicet, *Oremus*, ad ponendum pacem in ecclesia Dei: Et tunc Imperator rediit ad sedem suam. Illis omnibus cum devotione & solemnitate, ut decuit, plenissime expeditis & peractis, reverendissimi patres domini, Antonius Concordiensis, Vitalis Tholonensis, Nicolaus Merseburgensis, & Patricius Corcagensis, Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopi: Necnon reverendus in Christo pater & dominus Joannes divina providentia patriarcha Antiochenus, ambonem, in quo decreta, ordinata & diffinita Concilii sacrosancti prædicti solent legi & publicari, ascenderunt; in quo ipsi existentes dominus Antonius episcopus Concordiensis præfatus quamdam bullam provisionis, cujus tenor inferius est insertus, de mandato Concilii antedicti publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum publicavit & perlegit. Qua bulla sic ad finem lecta, per omnes quatuor nationum reverendos patres dominos episcopos ad hoc deputatos prædictos, ac per dominum Joannem episcopum Ostiensem, & hujus sessionis præsidentem fuit concorditer responsum, *Placet*. Deinde dominus Joannes patriarcha Antiochenus adhuc in ambone publicationis ordinatorum in Concilio existens, quamdam papyri articulatam cedulam, cujus tenor inferius est insertus, de mandato dicti sacri collegii publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum legit & publicavit. Tunc ea integre perlecta, per omnes quatuor nationum præsidentes, & reverendissimum patrem dominum episcopum Ostiensem, & Vicecancellarium præsidentem hujus sessionis, fuit concorditer, ut supra, *Placet*, responsum. Super quibus omnibus, & singulis præmissis in hujusmodi sessione determinatis, lectis & conclusis, atque factis, magister Henricus de Piro hujus sacri Concilii promotor & procurator, sibi nomine dicti Concilii per protonotarios, notarios, atque scribas ejusdem Concilii, unum & plura, ac tot, quot sunt necessaria fieri publica instrumenta petiit: præsentibus ibidem illustrissimis principibus dominis Ludovico Bavariæ duce, ac palatino Reni, comite Frederico marchione Brandeburgensi, & Burgravio Nurenburgensi, ac generosis viris Bertholdo de Ursinis, & Carolo de Malatestis comitibus, aliisque nobilibus & Christi fidelibus in numero copioso.

Ex editione Surii.

Die Lunæ decimaquinta mensis Julii supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi, mane hora consueta, pro recessu ac felici transitu serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ, &c. regis, ac concessionis fiendæ reverendissimo patri domino Angelo Corario cardinali Constantinopolitano, olim Gregorio Papa duodecimo in sua obedientia nominato, nuperrime papatui suo renuncianti: præsen-

ANNO CHRISTI 1415.

sente ibidem præfato domino Sigismundo Romanorum rege in habitu quotidiano: necnon præsentibus reverendissimis patribus dominis Joanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Jordano Albanensi, episcopis; Joanne sancti Sixti Ragusinensi, Antonio Aquilejensi, Alamanno Pisano, Thoma Tricasicensi, Branda Placentino, Antonio de Salancho, presbyteris, Amadeo Salutiarum, Rainaldo de Branckasiis, Ludovico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus. Quibus sic assistentibus, ut præfertur, ibidem fuit celebratum officium Missæ per reverendum patrem dominum Ulricum episcopum Verdensem, de sancto Spiritu: & sermone ad clerum facto per reverendum patrem dominum Nicolaum Ceretensem episcopum, cujus sermonis thema fuit, *Corpus nostræ humilitatis*. Officio vero Missæ solemniter peracto, fuit inceptum officium litaniarum cum introitu, *Exaudi nos Domine*, more solito, cum collectis, orationibus & evangelio: *Designavit Dominus & alios septuaginta duos*: ac hymno, *Veni creator Spiritus*. His peractis, reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, prædictus præsidens, accessit ad altare, serenissimo domino rege Romanorum transeunte ad locum præsidentiæ, ubi parabatur sedes ipsi domino regi, cum dominis Jordano Albanensi & Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, ipsi domino *a* reassistentibus in officii solemnitate. Quibus hinc inde in locis prælibatis exsistentibus; fuit secundario inceptum officium litaniarum per cantores Synodi. Quibus litaniis dictis, rege in loco suo genibus flexis stante, prælibatus reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis & præsidens legebat: *Ut ecclesiam tuam, & Imperatorem electum hic præsentem, ecclesiæ advocatum & defensorem, ad perfectiorem redintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem, dirigere, protegere & conservare digneris*. Chorus respondebat: *Te rogamus, audi nos*. Subsequenter legit: *Ut ecclesiam tuam & eumdem Imperatorem ab omnibus inimicis visibilibus & invisibilibus præservare & defendere digneris. Te rogamus audi nos*. Tertio legebat: *Ut eumdem regem Imperatorem ad nos incolumem reducere digneris*. Chorus: *Te rogamus audi nos*. Tunc officium litaniarum ulterius more solito fuit completum per cantores sive chorum. Quo finito, idem dominus revolvit se ad Imperatorem, legendo preces ad versiculum: *Salvum fac servum tuum Domine*. Respondebatur: *Deus meus sperantem in te*. Subsequenter: *Nihil proficiat inimicus in eo*. Respondebatur: *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto ei domine turris fortitudinis*. Respondebatur: *A facie inimici. Domine exaudi orationem meam: Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum: Et cum spiritu tuo*. Ultimo legebat collectam ad ponendum pacem in ecclesia Dei. His itaque peractis, rex Romanorum præfatus recessit de illa sede, & reversus fuit ad sedem suam solitam, una cum dictis dominis cardinalibus sibi in officio assistentibus. Tunc ascenderunt ambonem, in quo edicta & ordinationes sanctæ Synodi Constantiensis solent legi & publicari, reverendi patres domini Antonius Concordiensis, Vitalis Tolonensis, Nicolaus Mersburgensis, & Patricius Corcagensis, episcopi nomine quatuor nationum, superveniente & ascendente postremo domino Joanne patriarcha Antiocheno. Quibus ibidem exsistentibus, dominus Antonius de mandato & auctoritate ipsius sanctæ Synodi legebat schedulam papyream concessionum, legationum, salviconductus & aliorum indultorum, reverendissimo patri domino Angelo Corario cardinali Constantinopolitano per Concilium & Synodum concessorum & donatorum, in hunc modum. Sacrosancta generalis, &c.

Philip. 3.

Luc. 10.

a Forte, *regi assistentibus*.

Ex prima editione.

Bulla legationis domini Angeli, olim Gregorii duodecimi, & provisionis ejusdem.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, Universalem ecclesiam repræsentans.

Cum Christi fideles pii in Domino & devotis affectibus, multis temporibus, sollicitudinibus, impensis, laboribus atque curis occupati fuerint circa exstirpanda schismata de ecclesia sancta Dei, & post atque inter omnia alia hujus pestiferi morbi quæsita remedia, toti penæ Christianitati & huic tandem sacro Concilio Constantiensi facilius & potius antidotum ad hoc exsequendum visum fuerit, renunciationes ac cessiones papatus fieri debere per quemlibet pro Papa, seu Romano Pontifice se gerentem, præcipue quoque propter pacem & tranquillitatem sanctæ matris ecclesiæ supradictæ, totalis redintegrationis ordinem ad perfectionem auctore bonorum omnium deducendum, laudabili humilitate prosecutus sit dominus, videlicet reverendissimus dominus Angelus de Corario, qui in sua tunc obedientia Gregorius duodecimus dicebatur; renunciando videlicet, cedendoque expresse in scriptis realiter & cum effectu, juri, titulo & possessioni, quod, quem & quam, vel pro quod, quem aut quam habuit in papatu; & resignando papatum, & omne jus papatus, titulum & possessionem, quod, quem & quam habebat, vel habere dicebatur, per manus magnifici & potentis viri domini Caroli de Malatestis, pro sancta Romana ecclesia Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in temporalibus vicarii & rectoris provinciæ Romandiolæ generalis, plenum & speciale ad hoc mandatum habentis: quemadmodum in gestis sive actis publicis, in sessione dicti sacri Concilii quarta die hujus mensis Julii facta, per instrumenta authentica comprobatur. Et attendens dicta sancta Synodus Constantiensis, quam sponte & liberaliter in præscriptis cessione, renunciatione & resignatione per ipsum dominum Angelum, & pro eodem processum fuerit usque ad effectum Deo gratum & commendabilem inclusive, & etiam ad ipsius sanctæ Synodi declarationem; antequam ille dominus, qui in sua obedientia dicitur Benedictus, essserit, aut cedere voluerit, exprimeretur; quantaque bona ex his sanctæ matri ecclesiæ attulit, ac universo populo Christiano proveniant, sintque Domino largiente proventura; & quod serenissimus princeps & invictissimus dominus Sigismundus Dei gratia Romanorum & Hungariæ, &c. rex, supradicta etiam pia consideratione advertens, quædam capitula seu articulos, personæ securitatem, animi quietem, vitæ & status condecentiam dicti domini Angeli olim in sua obedientia Gregorii duodecimi nuncupati, concernentia, dictæ sanctæ Synodo exhibuit atque porrexit: Volens dicta sancta Synodus, quod ecclesiæ sanctæ filii videant, quanta sibi benefacientes ipsa mater ecclesia gratitudine prosequatur, præcipue tanti filii & defensoris precibus inclinata, statuit, ordinat & decernit, quod dictus dominus Angelus inter sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales sit, & esse debeat episcopali titulo, per præsens Concilium, aut futurum Romanum Pontificem suo tempore pro pace ecclesiæ declarando, cum omnibus honoribus & emolumentis, & aliis debitis seu consuetis perpetuo insignitus, secundusque post Romanum Pontificem dignitate & ordine habeatur, nec aliquis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium sibi in hoc præferatur: salvo, si dominus ille qui in sua obedientia dicitur Benedictus, consimiliter renunciaverit & cesserit sponte juri, titulo & possessioni papatus, quod, quem & quam se prætendit habere: & ipsos ambos in eodem loco sive tractatu simul personaliter concurrere contingat: quod tunc in sacri Concilii ante electionem, & futuri Pontificis Romani post electionem, potestate existat, inter ipsos duos gratificando, quis præemineat, ordinare. Insuper dicta sancta Synodus statuit, ordinat & decernit, quod dictus dominus Angelus quoad vixerit, sit sanctæ sedis Apostolicæ in provincia Marchiæ Anconitanæ & præsidatus Farfensis, cum provisione, salario, gagiis, muneribus & honoribus solitis, cardinalis legatus de latere in spiritualibus & temporalibus, atque vicarius generalis irrevocabiliter permansurus; cum omnibus & singulis facultatibus & auctoritatibus hujusmodi legatorum, quæ legatis talibus concedi per sedem Apostolicam in forma plenissima consueverunt: quodque eidem domino Angelo favores & gratiæ sedis Apostolicæ in præbendis beneficiis & aliis provisionibus largiflue impendantur. Præterea dicta sancta Synodus statuit, ordinat & definit, quod idem dominus Angelus, ratione & occasione spiritualis & temporalis administrationis papatus vere ac putative, quomodocumque & qualitercumque usque in præsentem diem, & quoique per formam con-

Sess. xiv.

ANNO CHRISTI 1415.

constitutionis pridie in dicta sancta Synodo facta, eidem licebit, quem & quem habuit aliquando, aut cujusvis legationis, vicariatus, seu nunciationis sedis Apostolicæ, aut alterius gestionis, sive administrationis nomine Romanæ ecclesiæ, & maxime in provincia Marchiæ Anconitanæ, vel alibi, dum minori fungebatur officio, ac etiam occasione vel causa suæ personæ non possit, neque debeat de actis, gestis, ordinatis, indultis, concessis, receptis, levatis, habitis & erogatis, donatis & alienatis ac effusis, quitatis, liberatis, aut aliis quibuscumque, seu qualitercumque factis seu peractis per eum, seu ejus nomine, aut quæ ad eum, vel potestatem ejus quoquo modo pervenerint, ad cujuscumque officii vel cujuscumque personæ instantiam, cujusvis dignitatis, præeminentiæ, status, gradus, ordinis vel conditionis aut sexus, etiam si papalis, pontificalis, imperialis vel regalis exsistat, de jure vel de facto, aut aliter qualitercumque B *conveniri, denunciari, accusari, vexari, inquietari, impediri ordinarie sive extraordinarie, cum promotione vel sine, in judicio sive extra, per se vel per alium, Apostolica Concilii præsentis, aut alia quavis auctoritate ordinaria vel subdelegata, seu alias molestari, nec contra eum inquiri valeat: nec ullo umquam tempore realiter vel personaliter, civiliter vel criminaliter, aut mixtim, seu alias quomodocumque, etiamsi dolus vel fraus, aut aliqua alia corruptela circa præmissa vel eorum aliquod in ipsa vel alias notari possent, aut dicerentur quomodolibet intervenisse: quodque idem dominus Angelus non teneatur, nec debeat cuiquam (ut præmittitur) personæ in judicio vel extra de præmissis vel aliquo eorum, aut dependentibus, emergentibus aut connexis, sive prorsus extraneis a præmissis vel aliquo præmissorum, respondere, rationem reddere, aut calculum facere, etiam* C *coram gentibus Apostolicæ cameræ, vel aliis quovis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte, nisi quatenus sibi propria conscientia, cui quoad hoc totaliter relinquatur, dictaverit faciendum. Dicta namque sancta Synodus ex superabundanti liberat dictum dominum Angelum de his omnibus, universis & singulis, aliisque, in quibuscumque pondere, numero & mensura, cujusvis qualitatis, quantitatis, generis vel speciei, juris corpore comprehensorum, vel non, exsistant, quæ omnia hic & eorum valores, nomina, cognomina, qualitates, genera ac species habere voluit, & vult pro specifice & expresse declaratis, ac si de eis expressa mentio facta foret, etiam si sacra fuerint aut profana, communiter vel divisim, seu mixtim ad quemcumque valorem ascendant, attenta libera & spontanea cessione juris papatus per ipsum D. Carolum de Malatestis procuratorem ejus, pridem in hujusmodi sancta Synodo facta, pro pace & unione in ecclesia sancta* D *Dei prædicta, quantum in eo fuerit, modis omnibus promovendis, quibus Romanæ ecclesiæ obligatus aut obnoxius fuerit, vel dici potuerit, sive possit; eximit, quitat, liberat penitus & absolvit: necnon vult & nunciat eum ab illis omnibus totaliter exemptum, quitatum, liberum & absolutum: eidemque domino Angelo pro se vel suis heredibus ac successoribus omnia & singula S. R. E. & Apostolicæ cameræ per eum qualitercumque debita, vel alias pro eo plenarie, libere & pure remittit, donat & largitur. Tollit denique ex certa scientia quoad præmissa omnia & singula, invalidat atque suspendit dicta sancta Synodus, tam restitutionis in integrum, quam de vacatione sedis, & omnia alia jura & beneficia, sive privilegia, per quæ Romanæ ecclesiæ Apostolicæque cameræ prædictæ, aut futuro ejus Pontifici contra præmissa vel aliquod eorum subveniri, aut de ipsis vel eorum aliquid infringi, seu aliqualiter possent transgredi aut violari: decernens irritum & inane, si quid in contrarium a quovis, quavis auctoritate, vel quovis ingenio vel colore contigerit attentari: non obstantibus quoad omnia & singula supradicta, tam canonicis, quam civilibus juribus & Apostolicis constitutionibus, generalium Conciliorum constitutionibus, ac aliis dispositionibus contrariis quibuscumque. Statuens & ordinans dicta sancta Synodus, quod quilibet futurus Romanus Pontifex omnia & singula supradicta studeat inviolabiliter observare, eaque suis Apostolicis litteris in forma plena, congrua & decenti approbet, ratificet, de novo concedat, indulgeat atque confirmet: & quod quicumque Romanum Pontificem* A *eligentes, quoad hoc, ante sui Apostolatus inthronizationem sub vinculo præstandi juramenti obligent efficaciter & adstringant: mandans & præcipiens dicta sancta Synodus, quod ultra sacri Concilii publica gesta seu munimenta solito more super præmissis conficienda, fiant super præmissis omnibus & singulis, & quolibet eorum ad majorem certitudinem patentes litteræ, sub sigillo Concilii in forma plenissima cum omnibus & singulis clausulis, non obstantibus necessariis, revocatoriis & derogatoriis, & aliis opportunis dicto domino Angelo, seu alteri vel aliis, pro eo recipienti vel recipientibus, assignandæ.*

Ex Mss. Surii, & tribus Germanicis.

Quarum quidem ordinationum, concessionum, provisionum & indulgentiarum schedula, ut præmittitur, B lecta, responsum fuit ad contenta in eadem, primo per dominum Antonium Concordiensem pro Italica, Vitalem Tolonensem pro Gallicana, Nicolaum Mersburgensem pro Germanica, & Patricium Cortagensem episcopos pro Anglicana nationibus prædictos, & Joannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem pro collegio cardinalium, *Placet*.

Quibus, ut præmittitur, factis, Joannes patriarcha Antiochenus eodem loco exsistens, de similibus voluntate & mandato legebat unam schedulam certarum inhibitionis, censuræ & excommunicationis sententias ac privationes in se continentes, contra omnes & singulos dantes & dari facientes impedimentum dominis prælatis, ambaxiatoribus, nunciis, procuratoribus, & aliis ad Concilium venientibus, & de Concilio recedentibus licenciatis. Necnon dictum impedimentum regiæ majestati & secum venientibus, seu itinerantibus: in eundo C & redeundo Niciam, & de Nicia sive aliis locis per quos transiverit, & in quos interim fuerit conventum de mutua visione habenda, prout inferius sequitur.

Item, idem patriarcha nomine & auctoritate quibus supra, pro unione & felici ipsius regis transitu, & suorum, die Dominica esse processionem generalem per prælatos sanctæ Synodi Constantiensis, & de cetero domino rege exsistente foras in itinere, omnibus diebus Dominicis esse debere processionem generalem. Et fuit responsum per dominos deputatos prædictos ac cardinalem Vivariensem: *Placet*. Super quibus venerabilis vir magister Henricus de Piro promotor petiit sibi fieri unum vel plura, ac tot quot sufficiant, per protonotarios sedis Apostolicæ, & notarios nationum & Concilii Constantiensis, & alios singulos ibidem præsentes, publicum seu publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem D illustribus principibus dominis Ludovico comite Palatino Rheni, Friderico Burgravio Nurembergensi, Carolo de Malatestis domicello Arimini, & pro sancta Romane ecclesia in provincia Romandiolæ rectore generali: Guntero comite de Swartzburg magistro curiæ Romanorum regis, Bertholdo de Ursinis comite Suanensi, Joanne a de Paleslhove, & Zavischo dicto Nigro, ambaxiatoribus regis Poloniæ, aliisque regum, principum & baronum, civitatum, universitatum, studiorum ambaxiatoribus, & ceteris Christianis in multitudine copiosa.

a *Ms. de Irelajow.*

Tenor vero dictæ schedulæ, per præfatum patriarcham Antiochenum lectæ, de qua supra fit mentio, sequitur, & est talis.

Ex prima editione.

E Quod impediens regem Romanorum in itinere ad regem Arragonum, sit ipso jure excommunicatus.

Quia dignum est laborantes pro pace sacrosanctæ ecclesiæ plena libertate securitateque gaudere, nullisque impedimentis seu molestiis inquietari; hæc sacrosancta Constantiensis Synodus ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu sancto legitime congregata, statuit, definit & ordinat, quod quicumque cujuscumque status aut conditionis exsistat, etiam si regalis, cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, ducatus, principatus, comitatus, marchionatus, seu alterius cujuscumque dignitatis seu status ecclesiastici vel sæcularis exsistat, qui serenissimum & christianissimum principem dominum

minum Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. regem, vel alios cum eodem, ad conveniendum cum domino rege Arragonum pro pace ecclesiæ, ad extirpationem præsentis schismatis per hoc sacrum Concilium ordinatos, ad dictam convocationem euntes vel redeuntes impediverit, perturbaverit, vel molestaverit, aut aliquod damnum in personis aut bonis, aut familiis eorum intulerit, aut inferri per alium seu alios, directe vel indirecte, clam vel palam, seu quoquo modo inferri procuraverit; sententiam excommunicationis auctoritate hujus sacri Concilii generalis ipso facto incurrat, absolutione ejusdem ipso sacro Concilio, seu futuro unico & indubitato summo Pontifici, præterquam in mortis articulo, specialiter reservata, & ulterius omni honore & dignitate, officio, beneficio ecclesiastico vel sæculari sit ipso facto privatus.

Quod celebretur Missa singulis diebus Dominicis per Concilium, & fiat processio, & interessentes habeant centum dies indulgentiarum.

Item, ut Deus præfati serenissimi principis & aliorum cum eo ad dictam conventionem ecclesiæ suæ gressus dirigere, & corda illorum cum quibus actari sunt, ad eamdem pacem seu clementiam inducere, & illos cum dicta pace obtenta ad dictum sacrum Concilium incolumes reducere dignetur: statuit & ordinat sancta Synodus, quod singulis septimanis die Dominico fiat processio generalis in hac civitate Constantiensi cum Missa solemni: quibus processioni & Missæ omnes prælati in hoc Concilio exsistentes interesse teneantur vestimentis pontificalibus (ut est moris) induti. Conceditque dicta sancta Synodus cuilibet præmissorum interessenti centum dies indulgentiarum, & totidem cuilibet presbytero unam Missam celebranti, & aliis qui devote semel in die, Pater noster *&* Ave Maria, *pro dicta incolumitate orando dixerint, quadraginta dies indulgentiæ in forma ecclesiæ consueta. Lectis supradictis, per deputatos quatuor nationum, & Dominum prædicatem, fuit concorditer responsum:* Placet.

Ex cod. ms. Helmstadiensi.

Epistola Concilii ad Bohemos.

Sacrosancta Synodus Constantiensis, universalem Dei ecclesiam repræsentans in Spiritu sancto legitime congregata, venerabili episcopo & dilectis nobis in Christo filiis, capitulo & suffraganeis, ac toti clero Pragensi, salutem in Domino. Magnum nostris temporibus infortunium, grave nefas experti sumus, optimi filii, si horrendi schismatis fœditatem, si hæresium perniciosissimam malitiam repetimus: & ex eis quanta clades, quanta animorum damnatio orta sit, plane recenseamus. Equidem tanta obnoxia, tam prorsus intolerabilia passi sumus, ut non mirandum sit, tantum facinus quemadmodum pullulaverit; sed quo pacto nos tot flagella, concertationes, ac disturbia toleremus. Ac si hominum forsitan diligentia gravitasque has tempestates passim semovere minime curaverit, quod nos infelicissimum arbitramur; Deus tamen immortalis, qui impiorum sævitiam & malignantium iniquitatem prorsus humanum genus inficere non sinit, nos huc advenire fecit, quo fidei nostræ orthodoxissimæ ac sanctissimæ ecclesiæ reintegrationi opportune succurrere curaremus. Itaque Deo auctore nostro, hæc tam ingentia negotia consultissime decentissimeque ingressi, tandem feliciter peragere instituimus; populumque Christianum, tot adeo angustiis labefactatum, hæresum etiam gravitatibus concitatum, ad pacis dulcedinem & veritatis candorem restituere cœpimus: sicque perfecte a nocivis vepribus liberare putavimus. Meminisse quidem oportet nefandæ & detestabilis doctrinæ Joannis Wicleff; cujus tam sordida, tam fœda sententia exstitit, ut non solum illam repetere, quæque ex ea errores defluxerint, memorare grave sit; sed & ipsius reminisci horrendum videatur. Nam fidem catholicam non tantum improbe interpretari, sed a fundamentis evertere conatus est. Nemo tam umquam sub velamine Christianæ religionis instituta fidei oppugnavit, tam perverse & scandalose contradixit ecclesiæ. Quamobrem in Oxoniensi primum, dein Parisiensi, Pragensique Studiis, articulis de ejus libris excerptis, memoriaque ejus damnare, tandem in generali Concilio, Romæ jampridem celebrato, illa sententia juste, pie, & sancte exstitit confirmata, per librorum ejus condemnationem & combustionem. Et jam in præsenti Constantiensi Concilio confirmatio prædictorum exstitit innovata; & memoria ipsius Wicleff ob nefariam ipsius doctrinam condemnata, cum sententia exhumationis ossium ipsius a sacro loco, si a fidelium ossibus valeant separari, ac extra sacrum locum eorumdem ossium projectionis.

Verum, ut experientia docet, venenosa ejusdem Joannis Wicleff perversaque opinio, mentes plurimorum infecit peste sua, damnabiliterque corrupit. Unde in præsentiarum improbissimos, & periculosissimos teterrimosque viros, quosdam Joannem Hus, Hieronymumque, ejusque Wicleff in multis damnatissimis articulis imitatores, non solum ad debilitandam, sed ad enervandam quasi militantis ecclesiæ disciplinam, fidemque catholicam elidendam tendere, manifestissime cognovimus. Ob hoc quidem gentibus præclari regni Bohemiæ vere catholici, pro tam nefanda, tam obnoxia labe repellenda, plurimum, ut percepimus, excitatis, ac etiam manifestis jurgiis & concertationibus exortis, ingenti studio & maturo judicio tractavimus, quo pacto regnum hoc vestrum prædictum talibus hominibus perditissimis liberare valeremus.

Neque parva res videbatur. Etenim sub colore catholicæ fidei tales hæresiarchæ solent simplicissimos homines indoctos, etiam eruditos corrumpere, eosque a fidei institutis evertere. Itaque eos jam sub nostra potestate redactos examinare, & quemadmodum sapiant perscrutari voluimus.

Verum de Joanne Hus, qui primum huc venit, judicium nostri, diligentissime libris primum suis, deinde quamplurimorum testium fide dignorum, immo qui nullo pacto repudiari possunt, testimoniis, reperimus, instituta fidei nostræ dissipare, & populum notorie ad suam damnatissimam doctrinam educere curavisse. Quæ si, ut nobis clarissime liquet, cunctis regni vestri gentibus manifesta essent, minime dubitamus, pro ingenti vestro erga fidem catholicam affectu, quin talem virum, suis meritis exigentibus notorie convictum, & jam sanctissima justitia mediante deletum, patentea exterminandum curavissetis.

Scitote autem, nos eumdem Joannem Hus primo ex reverendissimis dominis cardinalibus, ex prælatorum & magistrorum excellentissimorum quampluribus examini suo deputatis, demum data sibi publica audientia, serenissimo Romanorum semper Augusto ac Ungariæ rege assistente, quemadmodum intelligeret, auscultasse. Denique cum obstinatissimus, ne animæ suæ periculum pateretur, atque omnibus de nostra diligentia gravitateque constaret, curavimus ipsum persæpe vocare, eccertis coram plurimis prælatis, doctoribus, & magistris, suæ mentis sententias manifestare, defensionesque proferre. Multa enim penitus absurda & fide discrepantia se credere fassus est. Eumdem tamen ut resipisceret, caritative, quanto studio potuimus, monuimus: sed nec profuit. Quippe non satis dici posset, quantum & publice & privatim, ut se emendare vellet, conati simus. Quo in casu clementer agere volebamus, cupientes vitam potius quam mortem peccatoris amplecti. Sed neque etiam proficere valuimus. Quin immo obstinatior, in suis opinionibus perversior diabolica instigatione exstitit. Itaque res se habet, ut in apertissima hæresi & intolerabili deprehensus & convictus, juris censuræ penitus relinqueretur: & ob idem in publica nostri Concilii sessione damnatus ac demum degradatus, supplicio ultimo per curiam sæcularem exstitit judicatus.

Hæc perscribimus, Viri eruditissimi, ut quod nos indefesse agimus, vos etiam, quos percepimus hujus hæresis periculosissimæ oppugnatores, ad ejusdem exstirpationem non solum opportune, sed etiam celeriter intendatis. Ad quod serenissimum regem vestrum, Christianissimum & piissimum, nostrorum etiam conatuum promptum & officiosissimum, ut audivimus, imitatorem, ad solita suffragia excitetis. Neque enim dubitamus, eum piis nostris conatibus favores opportunos impensurum, cum a venerabili fratre nostro, episcopo Luthomislensi, aliisque doctoribus, & magistris ejus regni persæpe audivimus, quam

aden-

ardentissime expurgationem tam fœdissimæ pestis affectaret. Cujus episcopi gesta non parve laude digna essent, si nos, quanta pro honore regis & regni Bohemiæ & catholicæ fidei defensione gessit, seriose scribere curaremus. Quid enim Deo acceptius, quid populo Christiano gratius agere possumus, quam tantam temeritatem & malignitatem opprimere? Profecto id unum memoriæ vestræ commendamus. Si nos hæreses sustinemus, easque passim crescere permitrimus, longe Deo hominibusque inferiores exsistimus.

Ne igitur tanta note nigremur, o viri optimi, & vos hortamur, quantumcumque valemus, & per viscera Domini Jesu Christi obtestamur, ut homines pestiferos, doctrinam Wicleff & ejus sectatoris Hus, hæreticorum damnatorum seminantes, prædicare & dogmatizare in vestris civitate & diœcesi, quantum in vobis fuerit, non permittatis, ut labes illa pessima ab ipsius regni finibus penitus exstirpetur. Quin immo ea qua fungimur auctoritate & sub pœnis juris vobis injungimus & mandamus, ut pro repellende tam sordida & maligne hæresi, omnibus quibus potestis laboribus, curis, & diligentia intendatis. Meminisse enim oportet, frater venerabilis, Apostolos, in quibus in terra pastoralis officii episcopos successisse tenemus, pro abolendis hæresibus a Christo Salvatore nostro militantis ecclesiæ capite institutos, & pro earumdem exstirpatione spontaneam mortem & martyria gravissima sustinuisse. Velitis igitur, in catholicæ fidei tuitionem, juxta prædicta tradita a nobis præcepta accuratissime vigilare, ut sic subjecti vestri vestra valeant cura ac diligentia salvari; ut evangelica doctrina tradit. *Qui enim suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, hic fidem abnegavit, & infideli deterior est.* (1.Tim.5.8.) Propter quod tales vos in præmissis ex operum efficacia exhibere curetis, ut apud eum, cujus res agitur, meritum reportetis, & a nobis de bona diligentia collaudari merito valeatis. Scientes, si qui ausu temerario hanc nostram sententiam Deo gratissimam, totique Christiano populo salutarem, quoquomodo impugnare tentaverint, & in eadem damnatissima hæresi perstiterint, aut in ea persistentes juverint quomodolibet vel defenderint, ultra divinam vindictam, quam verisimiliter debent exspectare, nos in eosdem debito modo & juxta canonicas sanctiones processuros, ut sic talium correctio aliis transeat merito in exemplum.

Datum Constantiæ, anno Domini MCCCCXV. Indictione octava, die XXVI. mensis Julii, sub appensione sigillorum quatuor nationum. Quatuor nationes hæ sunt; Italicorum, Francigenarum, Anglicorum, Germanicorum. Item pœnæ juris, sub quibus præcipitur, sunt hæ: major excommunicatio, beneficiorum privatio, & sacerdotii degradatio. Amen.

SESSIO XVIII.

Ex prima editione.

*Anno & indictione quibus supra, die vero Sabbati decimaseptima mensis Augusti, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, in qua præsidebat reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & Vicecancellarius, fuitque decantatum officium Missæ * de Assumptione beatæ Virginis Mariæ per dominum Petrum episcopum Olorensem. Quo finito, legebantur litaniæ, & alia fiebant more aliarum sessionum. Quibus expletis, dominus Antonius episcopus Concordiensis legebat articulos inferius descriptos:*

Ex MS. Surii.

Missa celebrata, cum introitu, *Gaudeamus omnes in Domino*, prout in festo Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, litaniis & orationibus, *Veni creator Spiritus*, evangelio, &c. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Joanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi præsidente, Jordano de Ursinis Albanensi, Angelo Laudensi Prænestino, episcopis, Francisco Venetiarum, Joanne sancti Sixti, Antonio Aquilejensi, Branda Placentinensi, Alamanno Pisano, Thoma Tricaricensi, Guillelmo S. Marci, presbyteris, Raynaldo de Branckasiis, Amadeo Salutiarum, Landulpho Barensi, Lucido de Comite, Ludovico de Flisco & Francisco Florentinensi, diaconis cardinalibus. Quibus Missæ & litaniarum officiis solemniter peractis, ascenderunt ambonem, in quo sententia, edicta, statuta & ordinationes Synodi Constantiensis publicari & legi solent, reverendi patres domini Antonius episcopus Concordiensis, Andreas electus Posnaniensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, Vitalis episcopus Tolonensis, & Thomas abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboraci ordinis S. Benedicti. Idem Antonius episcopus Concordiensis de mandato ipsius sanctæ Synodi legebat quædam capitula, statuta sive constitutiones observendas ad perpetuam rei memoriam, hujusmodi sub tenore.

Ex collectione Barberiniana, & MS. Lipsiensi.

Anno & indictione, quibus supra, die vero sabbati 17. mensis Augusti, Constantiæ provinciæ Maguntinensis, in ecclesia majori, & loco solito & consueto ad hoc deputato fuit sessio generalis sacrosancti Constantiensis Concilii tenta, ac cum illa, qua decuit solemnitate celebrata: pro cujus sessionis introitu, & causa devotionis excitandæ reverendus in Christo pater & dominus Petrus episcopus Olorensis Missam de Assumptione B. Mariæ Virginis gloriosæ celebravit: & ipsius sessionis reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Joannes miseratione divina episcopus Ostiensis S.R.E. cardinalis & Vicecancellarius fuit præsidens. Hujusmodi namque Missæ cum debita devotione, & humilitate celebrate, domini Romanæ sacrosanctæ ecclesiæ cardinales, archiepiscopi, episcopi, & prælati alii, ad quos pertinuit, ornamentis pluvialibus se induerunt, mitras capitibus imponentes. Quo sic facto, inchoatum, & lectum fuit evangelium istud secundum Lucam. *In illo tempore: Designavit dominus alios septuaginta duos: messis quidem multa.* Post quod evangelium alios actus devotionis sacri Concilii, & sessionis hujusmodi præsentis solitos, ec orationes & cantus consuetos, reverendissimi patres domini Antonius Concordiensis, Vitalis Tholonensis, Nicolaus Mersaburgensis, episcopi; necnon Andreas electus Posnaniensis, Thomas abbas extra muros Eboraci ordinis S. Benedicti, ambonem, in quo decreta, ordinata, & diffinita hujus sacri Concilii solent publicari, ascenderunt: ipsisque in illo ambone exsistentibus, dominus Antonius episcopus Concordiensis incepit legere nonnullos articulos, quorum tenores inferius sunt inserti: ipsosque de mandato hujus sacri Concilii, publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum publicavit. Quibus articulis sic perlectis, per omnes quatuor nationum deputatos prædictos, & reverendissimum patrem dominum Joannem episcopum Ostiensem, & hujus sessionis præsidentem nomine collegii cardinalium fuit, *Placet*, concorditer responsum. Super quibus omnibus & singulis in hujusmodi sessione actis, factis, & publicatis præmissis magister Henricus de Piro hujus sacri Concilii procurator & promotor, petiit sibi nomine dicti Concilii, a dictis protonotariis, & notariis hujus sanctæ Synodi, unum vel plura, ac tot, quot fuerint opportuna, & necessarie fieri publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis Ostiensi, Laudensi de Ursinis, Venetiarum Joannis Dominici, Aquilegiensi, Piseno, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, S. Marci, Salutiarum, de Brancaciis, de Flisco, Barensi, de Columna, de Comitibus, & Florentino S.R.E. cardinalibus, ac Constantinopolitano & Antiocheno, patriarchis: necnon regum, ducum, principum, comitum, & nobilium quampluribus ambaxiatoribus, aliorumque Christifidelium multitudine copiosa.

Ex prima editione.

Datur potestas judicibus definiendi, & causas per duos cognoscendi.

Nuper sacrosancta & universalis Synodus Constantiensis reverendos in Christo patres D. Pistoriensem, Vaurensem, Plocensem & Saresbiriensem episcopos, ad audiendum causas & querelas ad ipsum Concilium devolutas & devolvendas, deductas seu deducendas, usque ad sententiam exclusive deputavit. Nequiens igitur ipsa sancta Synodus, diversis aliis occupata negotiis, ipsarum causarum finali decisione intendere, nolensque eas absque finali decisione diu propterea remanere, prædictis dominis episcopis etiam causas ipsas finaliter, summarie im-

ANNO CHRISTI 1415.

simpliciter, & de plano sine strepitu & figura judicii, finiendas & terminandas, assumptis sibi in rimandis processibus & sententiis proferendis quatuor assessoribus de quatuor nationibus ejusdem Synodi per eos eligendis, partibus non suspectis, super quo eorum conscientiæ onerentur, causis tantum cathedralium ecclesiarum & majoribus earumdem causarum dumtaxat exceptis; plenariam tribuit potestatem. Et ut eo facilius negotia & causæ ad finem optatam perveniant, eadem sancta Synodus, ut ipsi quatuor, aut tres, aut duos ex ipsis, aliis statutis horis non venientibus, terminos ipsius in ipsis causis occurrentes, teneri & observari facere, & alias usque ad definitivam sententiam exclusive in causis ipsis procedere possint & valeant, ordinat, statuit & decernit.

Quod adhibeatur fides bullæ Concilii.

Item, statuit, ordinat & decernit dicta sancta Synodus, quod quibuscumque veris litteris sub bulla ipsius Synodi conficiendis, in quibuscumque causis, negotiis & factis stetur firmiter in judicio & extra, ubicumque exhibitæ fuerint vel ostensæ: illuque fides ipsis adhibeatur, quæ veris litteris Apostolicis bullatis consuevit & debet merito adhiberi: ac eamdem vim, illudque robur habeant in omnibus & per omnia, quam & quod ipsæ litteræ Apostolicæ habent, & habere debent & possunt quoquo modo. Super cujus bullæ usu & custodia per Concilium deliberabitur.

Quod committentes falsum circa bullam Concilii, puniantur sicut falsarii litterarum Apostolicarum.

Item, prædicta sancta Synodus similiter statuit, ordinat & decernit, quod omnes & singuli qui dolum & fraudem seu falsitatem aliquam circa hujusmodi litteras bullandas dictæ Synodi pro tempore forsitan commiserint, & illi etiam qui in hoc consenserint, aut talia fieri procuraverint, vel litteris falsis scienter usi fuerint, illas censuras ecclesiasticas & pœnas incurrant, quas falsificatores litterarum Apostolicarum, & qui illis litteris scienter utuntur, nec non participes a illius causæ, idem crimen incurrant juxta canonicas sanctiones.

a *Al.* in illo crimine.

Quod litteræ expediantur super gratiis per olim Papam Joannem concessis, exceptis exorbitantibus, & exspectativis.

Item, similiter statuit, decernit & ordinat dicta sancta Synodus, quod litteræ super omnibus & singulis gratiis per dominum Balthassarem tunc Joannem Papam vicesimum tertium factis, usque ad ipsius administrationis suspensionem in spiritualibus & temporalibus, scilicet, quæ fuit die Martis xiv. mensis Maji præsentis anni, signatis, possint & debeant per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Joannem episcopum Ostiensem, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem & Vicecancellarium, & quatuor sibi adjunctos de quatuor nationibus, videlicet dominos Concordiensem pro Italica, b Amiensem pro Gallicana: c Theodericum d Vorm pro Germanica, & dominum Robertum e Appellensem pro Anglicana, auctoritate dictæ Synodi sub modis & formis, quibus summi Pontifices litteras gratiarum & concessionum suorum prædecessorum Romanorum Pontificum in similibus expedire consueverunt, juxta constitutiones & regulas ac observantias & stylum cancellariæ Apostolicæ, & sub nomine & bulla dictæ Synodi expediri, exspectationibus & exorbitantiis dumtaxat exceptis.

b *Ms.* Aniciensem.
c *Ms.* hic addunt. Assessores Vicecancellarii, Theodericum &c.
d *Ms.* Niem.
e *Ms.* Appeltou.

Ex Mss. Surii.

Ego Antonius episcopus Concordiensis, die Sabbati decimoseptimo præsentis mensis Augusti, millesimo quadringentesimo decimoquinto, suprascriptam scripturam, prout jacet, de mandato omnium quatuor nationum totius generalis Synodi Constantiensis, legi, recitavi, & alta voce publicavi in sessione publica totius ipsius generalis Synodi Constantiensis in majori ecclesia Constantiensi congregatæ. In cujus fidem hic manu mea subscripsi.

Ex mss. Suriis, & tribus Germanicis.

Qua quidem schedula lecta, idem dominus Anto-

A nius episcopus Concordiensis legebat unam aliam schedulam deputationis ambaxiatorum ad Italiam nomine Synodi prædictæ mittendorum, hujusmodi sub tenore.

Ex prima editione.

Deputantur ambaxiatores ad Italiam.

Sacrosancta Synodus Constantiensis mittit ambaxiatores suos ad reverendissimum patrem & dominum, dominum Angelum Corarium episcopum cardinalem, olim Gregorium XII. in sua obedientia nominatum, & dominos cardinales secum exsistentes, & ad alias partes Italiæ super factis & negotiis unionis ecclesiæ cum instructionibus & facultatibus deliberatis & conclusis: quorum ambaxiatorum nomina sunt hæc: videlicet, domini archiepiscopus
B *Mediolanensis, archiepiscopus Ragusinus, episcopus S. Flori, abbas Florentinensis præpositus Quinqueecclesiarum, magister Joannes f Scholii, &c. Quibus lectis, fuit per deputatos & præsidentem concorditer responsum:* Placet.

f *Ms.* Steke.

Ex mss. Surii.

Ego Antonius episcopus Concordiensis de mandato quatuor nationum generalis Synodi Constantiensis; præsentem schedulam legi & publicavi die decimoseptimo mensis Augusti, anno millesimo quadringentesimo decimoquinto, in sessione publica ejusdem generalis Synodi. Sessio propter causas fuit prorogata ad aliam diem.

Ex ms. Helmstad.

C *Epistola Concilii Constantiensis ad Sigismundum Cæsarem, de rebus Hussitarum.*

SErenissime princeps, ac Christianissime rex semper Auguste. Variis delationibus ac clamore valido, de malis quæ contigerunt, & hodie perpetrantur in regno Bohemiæ, quotidianæ querelæ in hoc sacro Concilio, a die recessus vestri, & per totam absentiam, usque ad præsens tempus continuatæ sunt. Quæ quidem querelæ de die in diem in deteriora protenduntur. Nam, ut fama veridica loquitur, scandalosa pericula & periculosa scandala, videlicet errorum & hæresum, seditionum & persecutionum, quæ per longa jam tempora contra sanam fidem ecclesiæ, & erga clerum & sacerdotes Domini, necnon adversus omnes catholicos pie credentes, ibidem velut ignis depopulatorius exarserunt, nunc majori flammæ incendio eamdem patriam pervagantur. Vere etenim Be-
D lial, sequaces & discipuli Wicleff, Joannis Hus, & Hieronymi, abundantes impietate & perfidia, usque ad sacrilegas nuptias procedere non verentur. Ipsos duos prænominatos, quos nuper hæc sacra Synodus tanquam erroneos & a fide devios justo condemnavit judicio, in templis Dei pro beatis depingunt, in prædicationibus eos sanctos fore asserunt, in officiis divinis suffragiis honorant, Missas ut pro martyribus canunt; & homines blasphemos & hæreticos, traditos per sanctam ecclesiam satanæ, velut cæli cives & domesticos Dei colunt & venerantur. Insuper perversum eorum dogma, quasi hæreditario jure eis relictum, incessanter canonizant. Et non aliter quam universales successores, errores per præfatos hæreticos seminatos, perpetuare cupientes, animas simplicium æternæ mortis laqueis innodant: & litteratos, & illuminatos, utriusque sexus homines, quotquot possunt in
E suam pertrahere perfidiam, multiplici fraude decipiunt & seducunt. Quantum autem hi excessus ab hominibus in contemptum majestatis Dei Altissimi cedunt, quantum vergunt in vilipendium sanctæ matris ecclesiæ, cujus contemnunt sententias & censuras, satis in certo res. Ut verum sit quod dicitur: *Peccator cum in profundum malorum pervenerit, contemnit*. Ipsi enim mandatis ecclesiæ, immo Dei, fortius quam hactenus obsistunt, pertinacius contradicunt, contemptibilius blasphemant, & licentius sæviunt. Sic quod nullatenus minuitur, sed augmentatur, & supra orthodoxam fidem inflatur superbia. Adeoque viribus & facinoribus progreditur, ne ascendat usque in altissima cæli. Crescit similiter contra ecclesiam Dei in rebellendo continuatio. Et cum ipsis,

Paulo post hoc tempus scripta posset videri.

Prov. 18. 3.

 audi-

ANNO CHRISTI 1415.

audita illorum perditissimorum hominum condemnatione & nece, facti sunt in studiis suis detestabiliores pessimis, multo amplius quam antea fuerunt. Et ut descendamus, in subscriptis arroribus axcedunt.

Primo, quod certi Wicleffistæ de universitate Pragensi, & alii Sacerdotes per eos infecti, errores VVicleff & Hassi, in Concilio condemnatos, prædicarunt & prædicara non cessant die hodierna, prout in proximis expositum est majestati vestræ. Et quod certi barones & nobiles regni Bohemiæ eos fovent, protegunt, & defendunt: qui aliss per litteras suas sigillis ipsorum appositis consignatss sacro Concilio hoc ipsum declaraverunt.

Item, ultra illos errores, contra determinationem sacri Concilii Constantiensis prædicant, populum debere communicare sub utraque specie, sub pœna damnationis æternæ. Et ita populum pessim communicant in civitatibus & villis.

B Item, clerus e pluribus ennis sine intermissione spolietur per villas & civitates, non solum in censibus, sed in aliis rebus mobilibus.

Item, clerus catholicus mala tractatur, percutitur, occiditur, nullo puniente. Et Judæi majori gaudent libertate, quam sacerdotes.

Item, fideles canonici, veri presbyteri, & plebani, a suis beneficiis & ecclesiis sunt repulsi: & VVicleffistæ intrusi, qui populum seducunt, errores seminando.

Item, interdictum in pluribus ecclesiis & monasteriis servatur, propter præsentiam anius ex illis personæ & conditionis miseræ, Joannis Jessenitz: ax quo multa centena Missarum quotidia negliguntur.

Item, ecclesia Metropolitana, ubi consuevit fieri cultus divinus die noctuque, jam amplius quam ab uno anno stat inofficiata, non solum propter interdictum, C sed & propter spolium censuum & bonorum; in quantum trecentæ personæ ecclesiasticæ secundum gradus arant substantatæ per dotationem divinæ memoriæ & Christianissimi principis Caroli, genitoris vestri & gloriosissimi prædecessoris, ubi corporatus & requiescit.

Item, quod eadem ecclesia omnibus reliquis, ad quas omnibus diebus in anno populus consuevit convertera, ast per multos annos spoliata.

Item, quod certi barones hoc sacrum Concilium suia *a* diffamant, & invicem colligantur, ut prohibeant clero ipsis subjecto recipera mandara hujus sacri Concilii. Multi ex eis eorum plebanos spoliaverunt & expulerunt, qui mandatis sacri Concilii obediunt.

a Deesse vox aliqua videtur.

Insuper illud egregium Studium Pragense, quod inter cetara majora orbis nostri connumerabatur clenodia, qualiter occasione illius sectæ pereat, & in nihilum redactum sit, non sine maxima compassione omnium illorum, qui D illud in statu suo viderunt, plenius novit vestra majestas. Nam ipsi primo alias nationes, quæ eis in erroribus adversabantur, ut errores suos possent nullo contradicente libere prædicare, repulerunt, neminem contrarium moribus suis ibi passi sunt morari, & quotquot resistentes senserunt, directe vel indirecte asque ad exsilium pepulere. Sicque de tam spectabili universitate fecerunt locum habitationis desertæ, vastitatem solitudinis abhorrendæ: cujus magnitudinem ad ipsum contingentem ex dictæ universitatis desolatione, exprimere pro præsenti longum foret. Nam omnium Studiorum Germanicæ nationis illud maximum non immerito famabatur, ad quod de singulis regnis & dominiis Alemaniæ adolescentes simul & adultæ ætatis homines, virtutis & studii amore confluebant; & thesaurum philosophiæ & scientiæ quærentes, illum ibi copiose invenerunt. Quot E viros illuminatos ea universitas produxerit, magistri & doctores ejusdem universitatis in diversis Mundi partibus dispersi testantur: quorum doctrina plurima egregia loca, & solemnes civitates, generaliaque studia tam sacris moribus, quam ecclesiasticis disciplinis reguntur. Scholasticæ personæ, multi doctrinæ cupidi scholares, hunc locum olim tanquam bonis artibus plenum cumulate petiverunt. Nunc vero conscientiosus, maxima alienigena, fugit tantos errores ibi vigentes, quibus metuit coinquinari. Hæc mala, & has turbationes, summa cum molestia, omnique cum piarum mentium consternatione, audivit & indesinenter audit præsens sancta Synodus: compatiturque misericorditer tam catholico regno, quod a tempore, quo jugo Christianæ religionis se submisit, semper immutabiliter perstitit Christianum. Cujus etiam regni populus, prout illi, qui ibidem morati vel conversati sunt, licet aliunde procreati, testificantur, Deo devote se exhibuit, insignem pietatem circa cultum divinum observavit, & omnia quæ requirit ecclesiastica observantia, exercuit diligenter & studiose, nunquam a prælatis suis accusatus de inobedientia. Nunquam autem debitam reverentiam superiorum suorum visus est remittere, quin immo nunquam a veræ fidei primordio usque modo aliqua præsertim per illam gentem audita est rebellio, nulla universalis fidelium persecutio. Nec quæquam in dicto regno subsistere potuit secta, prava superstitione deturpata; excepto casu præsenti, quo, prohdolor! ob certorum regnicolarum perfidiam in suprascriptis erroribus ipsum re- B gnum non modica nota per universum Orbem diffamatur.

Cum igitur sacrum præsens Concilium principaliter inter cetera institutum sit, ut hæreses exterminet, & Mundum erroribus infectum reformet; jam per gratiam optimi Dei, cujus res agitur, circa errorum exstirpationem ad nonnulla salutaria salubriter processit, idque quod potuit fecit. Unum de duobus illis, per sententiam curiæ sæculari tradidit: alterum reliquit: contra fautores & adhærentes processus fulminando.

Cum igitur sancta mater ecclesia circa ea quæ restant, videlicet executionis *b* persecutionem, subsidio & ampliori munimine regiæ potentiæ indigeat; ideo per reverendissimos in Christo patres, venerabiles egregiosque viros episcopos, doctores, magistros, omniumque Quinque nationum deputatos, brachium vestræ celsitudinis instantissime flagitat & implorat. Et quia officii vestri C est, cum sitis defensor & advocatus ecclesiæ, perfidiam potenter destruere, ipsam sanctam ecclesiam, ejusque fideles propugnare & protegere, nec minus sub fide falsos & devios, quam Christiani nominis hostes executione compescere: ut in judicio vestro seditiosi eliminentur a limine illius regni egregii: ab aliis locis quibuscumque constituti doctores erronei amoveantur, a beneficiis male possessis intrusi exprimantur, ecclesiasticarum personarum persecutores evertantur, bonorum Deo dicatorum invasores, ut procuratores in area Dominicæ domus mali, male perdantur. Fiat in opere vestro, cleri, qui per diversa Mundi climata exsulat, reductio: redeat vestro in nomine cantionum & sacrarum lectionum officium vacuas ad ecclesias: & vestræ provisionis cooperatione ministeria divina, quorum jam diutina manet cessatio, altaribus restituantur.

b Forte? prosecutionem.

Cum vero, serenissime princeps, adeo proficiendi ni- D hil loci est, cernitis, heu, proh dolor! negligentiam fratris tui: qui quasi illorum excessuum ad eum non spectaret interemptio, omnia simulet, singula ire suis casibus patitur; & universa prædicta mala, quibus resistere debuerat usque ad sanguinem & animam, in visceribus regni tolerat: vel, quod flebilius fateatur, illa confovet & sustentat. O lamentabilis connivvientia & desidia! suprema pericula nihil pendens, ex primæ potestatis naufragio otiosum tempus ducit.

Agite igitur maturius: omnis cunctatio periculosa, omnia mora nociva. Agite pro salute illorum, *c* qui conspectu sacri Concilii, vestro, & omnium cernentium perituri erant. Et hoc interim, dum superest aliqua spes salutis. Igitur, quod absit, si invalescentiæ vetustate acceptum correptionis tempus negligatur, metuendum est, ne eveniat irrecuperabilis jactura; qua une E cum recta fide simol & spirituela regnum periclitaretur, & cum spiritualibus temporalia, cum animabus corpora, una pericli ruina involverentur. Voluptuarie hoc agendo, virtutis triumpho gloriosus, justitiæ cultor egregius, cum Mundi Salvatore, cujus typum geritis, sine fine regnare mereamini. Quod mereri poterit pietas vestra excelsa.

c Forte, qui in.

Litteræ Bohemorum et Moravorum ad Constantiense Concilium.

Reverendissimis in Christo patribus et dominis, dominis cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, ambaxiatoribus, doctoribus et magistris, ac toti Concilio Constantiensi, Noszenzo de

Ea gemino mſ. Helmestad. Harum litterarum mentio ar in superiore epistola; ideoque visæ sunt hoc loco non omittendæ, ismetli nobis valde suspectæ.

ANNO CHRISTI 1415.

de Wesseles, elias de Wartenberg, supremus Burgrevius Pragensis, Lasko de Craware, capitaneus marchionatus Moreviæ; Bozko, senior de Cunstsir, alias de Podlehred, Hamissius de Lippa, supremus marescallus regni Bohemiæ; Petrus de Cravvatz, alias de Straznia, supremus Camerarius; Czude Olomucensis; Joannes de Lovinia, supremus Camerarius, Caude Brunensis, Wilhelmus de Perusceni, Mikess de Poenisteri, elias de Zambach; Heoricus Skopek de Duba, Ulricus de nova domo, Joannes junior de Opotua, Varico de Bozcowia, alias de Carna hora, Joannes de Bretovv, Also de Cunstat, ellas de Roia; Smilo de Stermburg, Hinco Crussine de Lichtenburg, Bozko junior de Cunstat, Bavor de Botenstein, Joannes Prisca de Cunstat, Barosciùs de Stebu, elias de Wessele; Vocko de Holstein, Erardus junior, Pusse de Constat, Milota de Crawaz, Hermannus de Lanstein, Joannes de Bozmital, Pusta de Czastolowia, Sigismundus de Milota, fratres de Czrizanow, Petrus de Sowinez, Zdislaus de Zwizezia, Wilhelmus de Botenstein, Hernestus de Richenburg, Petrus de Swizezia, Joannes de Ulassim, Joannes de Lentstein, Zeenko Medek de Tinez, Zdenco de Bozmitel, Cunico de Drshocuss, Stephanus de Wsrtenberg, Dobessius de Cunburgh, Milota de Twockao, Henricus de Wolsen, Joannes Ozor de Bozcowiz, Henricus de Lippa, Nicolaus de Walstein, Petrus de Janowia, alias de Chumez, Arelebus de Verezow, Gimram Dubrauca de Dubrawia, Zbuko de Dubrawiz, Sbineo de Stralek, Nicolaus de Machovv, Joannes de Meliziz, alias de Costelea, & Joannes de Cassioberg, magnates, barones, proceres & nobiles Christianissimi regni Bohemiæ, & præclarissimi marchionatus Moraviæ, affectum omnis booi, & observentiam Jesu Christi Domini mandatorum.

Sane quie jure natureli & divino quilibet jubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur elil *a* infieri quod sibi nolit fieri, dicente Salvatore, *Omnia quecumque vultis quod faciant vobis homines, & vos eadem facite illis · hæc est enim lex & prophetæ*. Immo & vas electionis clamat: *Plenitudo legis est dilectio*: & omnis lex in uno sermone completur, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Nos itaque præfatæ legi divinæ & dilectioni proximi, quantum possumus, Deo auctore, intendentes, pro carissimo proximo nostro, bonæ memoriæ, reverendo magistro Joanne Hus, sacræ theologiæ baccalaureo formato, Prædicatore evangelico, quem nuper in Concilio Constantiensi, nescimus quo spiritu ducti, non confessum, nec legitime, ut decebat, convictum, nullisque contra eum deductis & ostensis erroribus & hæresibus, sed ad sinistras, falsas & *b* opportunas dumtaxat suorum & regni nostri, ac marchionatus Moreviæ capitalium inimicorum & proditorum, accusationes, delationes, & instigationes, tanquam hæreticum pertinacem condemnastis, & condemnatum dire & turpissima morte affecistis, in nostri regni Bohemiæ Christianissimi, & merchionatus Moraviæ clarissimi, ac omnium nostrum perpetuam infamiam & notam. Quemadmodum serenissimo principe & domino, domino Sigismundo, Romanorum & Hungariæ regi, hæredi & domino nostro successuro, scripte ad Constantiam transmisimus, quæ etiam in congregationibus vestris lecta fuor & publiceta, & quæ hic pro incertis habere volumus; & ea, ut refertur, in nostrum dedecus & contemptum, ignis voragini tradidistis: Ita & nunc peternitatibus vestris pro dicto magistro Joanne Hus litteras nostras patentes præsentibus duximus destinandas; publice corde & ore profitentes & protestantes, quod ipse magister Joannes Hus fuit vir utique bonus, justus & catholicus, multis annis in regno nostro vita & moribus ac fama laudabiliter conversatus. Legem etiam evangelicam, & sanctorum prophetarum novi & veteris testamenti libros, juxte expositionem sanctorum doctorum & ab ecclesie approbatorum, nos & subditos nostros catholice docuit, prædicavit, & in scriptis multa reliquit; omnes errores & hæreses constantissime detestando, & ad detestandum eosdem nos & cunctos Christi fideles continue & fideliter admonendo; ad pacem quoque & caritatem, quantum sibi fuit possibile, verbo, scriptis, & opere jugiter exhortando: ita quod nunquam audivimus, nec intelligere potuimus, etiam omni diligentia apposita, quod præfatus magister Joannes Hus quemquam errorem vel hæresim in suis sermonibus docuisset, prædicasset, vel quovis modo asseruisset, seu nos vel subditos nostros verbo vel facto quoquo modo scandalizasset · quin immo pie & mansuete in Christo vivens, omnes ad servandam legem evangelicam & sanctorum patrum instituta, pro ædificatione sanctæ matris ecclesiæ & salute proximorum, quantum potuit verbo & opere diligentissime hortabatur, nec præmissa omnie, ta confusionem nostram, & regni nostri & marchionatus præfatorum perpetrata, vobis suffecerunt. Quin potius honorandum magistrum Hieronymum de Prega, virum certissime eloquentiæ lacteo fonte manantem, magistrum septem artium liberalium, & philosophum utique illustrem, non visum, *c* auditum, non confessum, nec convictum, sed ad solam suorum & nostrorum proditorum delationem sinistram, sine omni misericordia comprehensum incarcerestis, trucidastis etiam forte, sicut & magistrum Joannem Hus crudelissima morte interemistis.

Præterea ad nostram, quod nimis dolenter referimus, pervenit audientiam, & ex scriptis vestris collegimus evidenter, quomodo quidam detractores, Deo & hominibus odibiles, & nostri regni Bohemiæ & marchionatus Moraviæ æmuli & proditores, coram vobis & Concilio vestro nos & regnum nostrum ac marchionatum prædictos, gravissime & nequissime detulerint, asserentes, licet false, mendose, & proditorie, quod in præfatis regno Bohemiæ & marchionatu Moraviæ, diversi errores pullulasint, & corda nostra, & multorum fidelium terrigenarum multipliciter & graviter iofecerint: adeo quod nisi lima correctionis celeriter apponeretus, prædictum regnum & marchionatus, cum suis Christi fidelibus reciperent animarum suarum irrecuperabile damnum & ruinam. Equidem has atroces & perniciosissimas injurias, *d* multis nostris exigentibus demeritis, nobis & præfatis regno & marchionetui, licet false & mendose impositis, quomodo sustinere possumus? Cum per gratiam Dei, aliis fere omnibus mundi regnis sæpe vacillantibus, schisma & antipapas foventibus, regnum nostrum Bohemiæ Christianissimum, & clarissimus marchionatus Moraviæ, e tempore quo fidem catholicam Domini nostri Jesu Christi susceperunt, tanquam perfectissimus terregonus, sine vituperio sanctæ Romanæ ecclesiæ semper constanter & indesinenter adhæserunt. Quantisque impensis ac laboribus maximis, quantove sacro cultu & reverentie debita sanctam matrem ecclesiam & ipsius pastores, per principes & fideles suos venerati sunt, universo orbi luce clarius patet. Et vos ipsi, si veritatem fateri vultis, universorum præmissorum testes estis. Ut autem juxta sententiem Apostoli, provideamus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, & ne propter negligentiam celeberrimæ famæ prædictorum regni & marchionatus nostrorum, crudeles erga proximos nostros reperiamur; ideo habentes in Christo Jesu Domino nostro firmam spem, puram & sinceram conscientiam, & intentionem, ac certam orthodoxamque fidem, tenore præseotium, vestris peternitatibus, & universis Christi fidelibus innotescimus, insinuamus, corde & ore publice profitentes: quod quicumque hominum, cujuscumque status, vel præeminentiæ, vel dignitatis, conditionis, gradus vel religionis extiterit, qui dixit vel esseruit, dicit vel asserit, quod in præfatis regno Bohemiæ & marchionatu Moreviæ, errores & hæreses pullulassent, & nos ac alios Christi fideles ipsorum (ut præmittitur) infecissent, sola persona serenissimi principis & domini nostri Sigismundi Romanorum & Hungariæ &c. regis, hæredis & domini nostri successuri, semota, quem in præmissis credimus & speramus innoxium, omnes, & quilibet talis, ut præfertur, *Recte mentitur in caput suum*, tanquam nequam pessimus, traditor & proditor prædictorum regni & marchionatus, ac noster perfidissimus, & solus utique hæreticus perniciosissimus, omnisque malitiæ & nequitiæ, immo & diaboli filius, qui mendax est, & pater ejus. Nihilominus tamen præmissas injurias Domino, cujus & vindicta, & qui abundanter retribuet facientibus superbiam, nunc committentes, apud futurum Apostolicum, quem Dominus Deus suæ ecclesiæ sanctæ præfecerit, unicum & indobitatum pastorem, illas amplius & latius prosequemur. Cui,

a Forte inferri.
Matth. VII. 12.
Rom. XIII. 9. 10.
b Forte, importunas.
c Forte nec auditum.
d Forte, nullis.
Rom. XII. 17.

ANNO CHRISTI 1415.

Deo volente, tanquam fideles filii, in his quæ sunt licita & honesta, rationi & legi divinæ consona, reverentiam & obedientiam debitam exhibentes; petemus & postulabimus, in & super præmissis omnibus & singulis, juxta legem Domini nostri Jesu Christi, & sanctorum patrum instituta, nobis & præfatis regno & marchionatui provideri de remedio opportuno. Præmissis enim non obstantibus, legem Domini nostri Jesu Christi, ipsiusque devotos, umiles, & constantes prædicatores, usque ad affusionem sanguinis, omni timore & statutis humanis in contrarium editis prostargatis, defendere volumus & tueri.

Datum Pragæ, anno Domini MCCCCXV. die secunda mensis Septembris, in pleno concilio magnatum, baronum, procerum, & nobilium regni Bohemiæ & marchionatus Moraviæ, nostrorum sub appensione sigillorum.

Ex ms. Surii, & Goth.

Anno & indictione quibus supra, die vero Veneris vicesima mensis Septembris, facta fuisse debuit sacrosancta Constantiensis Concilii sessio; pro qua quidem sessione fienda cartæ in valvis ecclesiarum Constantiæ fuerunt positæ schedulæ; quæ tamen sessio certis de causis rationabilibus ipsum Concilium moventibus ad diem Lunæ extunc proxime sequentem fuit prorogata.

Ex ms. Cesareo.

De salvoconductu a Hussonis.

a Sic est in ms.

Sacrosancta Synodus &c. Quia nonnulli nimis intelligentes, aut sinistræ intentionis, vel forsan solentes plus sapere quam oportet, nedum regiæ majestati, sed etiam sacro, ut fertur, Concilio linguis maledictis detrahunt, publice & occulte, dicentes vel innuentes, quod salvus conductus per invictissimum principem dominum Sigismundum, Romanorum & Hungariæ &c. regem, quondam Joanni Hus heresiarchæ damnatæ memoriæ datus, fuit contra justitiam aut honestatem indebite violatus, cum tamen dictus Joannes Hus fidem orthodoxam pertinaciter oppugnans, se ab omni conductu & privilegio reddiderit alienum; nec aliqua sibi fides aut promissio de jure naturali, divino, vel humano, fuerit in præjudicium catholicæ fidei observanda: idcirco dicta sancta Synodus præsentium tenore declarat, dictum invictissimum principem circa prædictum quondam Joannam Hus, non obstante memorato salvoconductu, ex juris debito fecisse quod licuit, & quod decuit regiam majestatem: statuens & ordinans omnibus & singulis Christi fidelibus, cujusqua dignitatis, gradus, præeminentiæ, conditionis, status, aut sexus existant, quod nullus deinceps sacro Concilio aut regiæ majestati, de gestis circa prædictum quondam Joannem Hus, datrabat, sivo quomodolibet obloquatur. Qui vero contrarium fecerit, tanquam fautor hæreticæ pravitatis, & reus criminis læsæ majestatis irremissibiliter puniatur.

SESSIO XIX.

Ex prima editione.

Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo quinto, indictione octava, die Lunæ vicesima tertia mensis Septembris, sede Apostolica vacante, fuit celebrata sessio generalis per Synodum Constantiensem, in qua fuit celebratum officium Missæ per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum Assinatensem. Qua Missa celebrata, incipiebantur litaniæ, & alia fiebant, ut in sessionibus fieri solitum est. Præsidebat vero in eadem sessione reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis. In qua sessione Hieronymus de Praga per reverendissimum dominum Petrum cardinalem Cameracensem & alios deputatos per Concilium, in materia fidei instructus & informatus de fide recta sanctæ matris ecclesiæ, qui jam fuerat accusatus de hæresi, & per Concilium super hoc incarceratus, quamdam revocationis seu abjurationis papyri schedulam, stans in ambone, publice, alta & intelligibili voce legebat, revocans & abjurans, prout in eadem schedula, cujus tenor sequitur, continetur.

Ego Hieronymus de Praga artium liberalium magister, cognoscens veram catholicam ecclesiam & Apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus fui, & quam præteritis temporibus dogmatizaverunt & tenuerunt Joannes Wicleff & Joannes Hus in suis opusculis, libellis, seu sermonibus ad clerum & ad populum, propter quam causam prædicti cum suis dogmatibus & erroribus damnati sunt ab hac dicta Constantiensi Synodo tanquam hæretici, & eorum doctrina prædicta sententialiter damnata, maxime in nonnullis articulis expressis, in sententiis per hoc sacrum Concilium contra ipsos latis. Consentio autem sanctæ Romanæ ecclesiæ & Apostolicæ sedi & huic sacro Concilio: & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia, & præsertim de clavibus, sacramentis, ordinibus, officiis & censuris ecclesiasticis, indulgentiis, & reliquiis sanctorum & ecclesiastica libertate, ac etiam de ceremoniis, & aliis omnibus ad religionem Christianam pertinentibus, prout ipsa Romana ecclesia & Apostolica sedes, & hoc sacrum Concilium profitentur: & specialiter, quod prædictorum articulorum plures sunt notorie hæretici, & dudum a sanctis patribus reprobati: quidam vero blasphemi, alii erronei, alii scandalosi; quidam vero etium piarum aurium offensivi, & ipsorum nonnulli temerarii & seditiosi: pro talibus fuerunt prædicti articuli per hoc sacrum Concilium & nuper condemnati; & inhibitum omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatione, ne de cetero dictos articulos, seu eorum aliquem aliquis prædicare, dogmatizare, vel tenere præsumeret.

Item, ego Hieronymus antedictus, quia in nonnullis b artibus scholasticis ad persuadendam opinionem de universalibus realibus, & quod una communis generis essentia esset homo, leo, bos, &c. quodque una essentia specificasset plura ejusdem speciei supposita & quodlibet eorum, ut Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & sic de singulis; & ad hoc inducendum velut exemplo sensibili descripsi quamdam triangularem figuram, quam scutum fidei nominavi: ideo ad excludendum intellectum erroneum & scandalosum, quem fortassis aliqui ex hoc accipere potuerant, dico, assero & declaro, quod dictam figuram non feci, nec eam nominavi scutum fidei ea intentione, quod vellem dictam opinionem de universalibus extollere super opinionem contrariam, sic quasi esset scutum fidei, quod sine ejus positione non posset fides aut catholica veritas protegi & defendi, cum nec dictæ positioni velim pertinaciter adhærere: sed hoc ideo dixi, quia in dictæ figuræ triangularis descriptione ponebam exemplum, quod divina essentia est tria differentia supposita & quodlibet eorum, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; qui quidem Trinitatis articulus, est præcipuum scutum fidei, & veritatis catholicæ fundamentum.

b Al. actibus.

Præterea ut cunctis pateat, quæ fuerunt causæ, quare fui reputatus adhærere & favere dicto quondam Joanni Hus, notum facio per præsentes, quod cum multoties audivissem eum in prædicationibus & scholis, credidi eum virum bonum esse, nec in aliquo obviare traditionibus sanctæ matris ecclesiæ ac sanctorum doctorum. Immo etiam cum nuper in hac civitate mihi fuissent oblati articuli per eum positi, & per hoc sacrum Concilium damnati, prima fronte non credidi suos esse, saltem in ea forma. Cumque ab aliquibus egregiis doctoribus ac magistris in sacra pagina audivissem affirmari quod sui erant, postulavi pro mea plena informatione, mihi ostendi libros manus suæ, in quibus dicti articuli contineri dicebantur. Quibus mihi ostensis, manu propria ejusdem scriptis, quam ut meam propriam bene cognosco, dictos articulos omnes & singulos in ea forma qua damnati sunt, reperi esse conscriptos. Unde non immerito comprehendi & comprehendo ipsam & suam doctrinam cum eorum sequacibus per hoc sacrum Concilium damnatam & reprobatam fuisse, tanquam hæreticam & insanam. Et hæc omnia supradicta dico pure & sine conditione, ut jam plene & sufficienter informatus de prædictis sententiis latis per hoc sacrum Concilium contra doctrinas dictorum quondam Joannis Wicleff & Joannis Hus, & contra ipsorum personas: quibus sententiis tanquam devotus catholicus in omnibus & per omnia humiliter consentio atque adhæreo.

Item, ego idem supradictus Hieronymus, qui alias coram reverendissimis patribus dominis cardinalibus, & venerandis dominis prælatis & doctoribus, & aliis

vene-

ANNO CHRISTI 1415.

venerabilibus personis hujus sacri Concilii, in isto eodem loco voluntarie, libere & spontanee exponens & declarans intentionem meam, inter alia loquens de ecclesia, eam trifarie distinxi; at percepi postea, tunc a quibusdam intellectam est, quod vellem dicere, quod in ecclesia triumphante esset fides, cum tamen credam firmiter, quod ibi sit beatifica visio, ænigmaticam cognitionem excludens: nunc dico, assero & declaro, quod nunquam fuit intentionis meæ dicere, quod ibi esset fides sub ratione fidei, sed cognitio fidem subæquivalenter excedens. Et generaliter quidquid ibi vel antea dixerim, refero & subjicio humili corde determinationi hujus sacri Concilii Constantiensis.

Insuper juro, & per sanctam Trinitatem & per hæc sacrosancta evangelia, me in veritate ecclesiæ catholicæ semper & sine dubio permansurum, & omnes qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus suis æterno anathemate dignos eos pronuncio. Et si ego ipse aliquando (quod absit) aliquid contra sentire aut prædicare præsumpsero, canonum severitati subjaceam, & æternæ pœnæ obligatus inveniar. Hanc autem confessionis & professionis meæ paginam coram hoc sacro Concilio generali libere & voluntarie porrigo, & eidem me propria manu subscripsi, & hæc sigillo conscripsi.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

Die Lunæ xxxi. dicti mensis Septembris, sede Apostolica vacante fuit celebrata sessio generalis per Synodum Constantiensem prædictam, in qua fuit primo ad laudem Dei, & curiæ cælestis dictum officium Missæ per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum assignatum celebratum cum introitu: *Exaudi nos Domine*, cum evangelio: *Sint lumbi vestri præcincti*: cum antiphona, *Veni sancte Spiritus*; ac hymno: *Veni creator Spiritus*, collectis & orationibus more aliarum sessionum cantatis, atque dictis. Ubi inter cardinales reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis præsidebat, præsentibus ibidem reverendissimis patribus, Almanno Pisano, Branda Placentino, Guillelmo sancti *a* Marchi, Joanne Ragusino, Francisco Venetiarum, Petro Cameracensi, Thoma Tricaricensi, Antonio de Chalancho, & Antonio Aquilegiensi presbyteris, Amedao Salutiarum, Raynaldo de Brancaciis, Ludolpho Barensi, Oddone de Columna, Ludovico de Flisco, & Lucido de Comite diaconis cardinalibus. Quibus Missæ & litaniarum officiis cantatis, & solemniter peractis, levavit se reverendissimus pater dominus Petrus cardinalis Cameracensis unus ex deputatis & commissariis per Concilium in materiis fidei, & proposuit qualiter nuper magister Hieronymus de Praga accusatus & delatus de hæresi, & super hæc incarceratus per Concilium, alias ad redeundum ad gremium sanctæ matris ecclesiæ, & fidei orthodoxæ, sermonem *b* loco sessionis, se revocate omnem hæresim, quam incidisset in sermonibus, collationibus, & sequela Joannis Hus propter hæresim combusti per Concilium; & protestatum fuisse, prout in quadam cedula pergameni manu ipsius magistri Hieronymi conscripta, quam tunc de verbo ad verbum perlegit: sed ex quo illuc non videbatur sufficere, quia non fuit in sessione publica factum illud, ideo supradictus magister Hieronymus iterum venisset ad præsentem sessionem, volens illa quæ tunc proposuit & allegavarat, clarius quam tunc profiteri & revocare: Et tunc ipse magister Hieronymus de Praga sæpefatus ascendit ambonem, in quo edicta, decreta & ordinata, statuta, seu publicata fieri solent, præmittendo primitus quamdam brevem, & solemnem protestationem, recommendando per eam reverendissimos patres dominos deputatos, & commissarios super materia fidei de eorum bona atque salubri doctrina, & pia tractatione, & de aliis bonis sibi per eos impensis. Qua protestatione finita, levabat unam cartam in pergameno manu sua propria conscriptam, ut dixit, revocationem errorum, & doctrinæ contentorum in articulis Joannis Wicleff & Joannis Hus; protestans, faciens & dicens, ut in eadem cedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Ipsa namque charta, sive cedula lecta, protestatus fuit, quod si habuisset cognitionem per prius quam hodie, numquam tenuisset illos errores, sed quidquid disputavit & fecit contra sanctam catholicam fidem, & Romanam ecclesiam, non tenuit, neque fecit pertinaciter, sed disputative, & tanquam non informatus tunc de veritate. Etiam dixit, quod prædictam protestationem & revocationem, ac abjurationem non fecit propter detentionem; immo si in libertate constitutus esset, habendo cognitionem quam hodie habet, vellet facere, & gubernare se secundum quod legit & scripsit in eadem cedula; asserens animam suam tanquam adolescentulam sponsæ Christi, videlicet ecclesiæ sanctæ: recommendans se omnibus dominis cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, prælatis, & toti Concilio, regratiando ipsis de eorum bona doctrina, reductione ejus de erroribus suis ad fidem rectam, & ecclesiæ unitatem. Tenor vero dictæ pergameni cedulæ:

a Ita mss.

b Videtur hic deesse quidpiam.

Articuli Joannis Wicleff, quos Hieronymus de Praga anathematizavit.

Substantiæ panis materialis, & similiter vini, *&c. usque ad* 12. *articulum inclusive, ut supra, sessione* VIII. *pag.* 120.

Articuli Joannis Hus per Hieronymum de Praga anathematizati.

13. Unica est sancta universalis ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas. *Et ibidem*: Universalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum est unus numerus prædestinatorum.

Ex eadem collect. & iisdem mss.

14. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

15. Præsciti non sunt membrum ecclesiæ, cum nulla pars ejus ab ea finaliter excidat, eo quod prædestinationis caritas, quæ eam ligat, non excidit.

16. Duæ naturæ, divinitas & humanitas, sunt unus Christus.

17. Præscitus si aliquando sit in gratia secundum præsentem justitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia prædestinationis.

18. Sumendo ecclesiam pro convocatione prædestinatorum, sive sint in gratia, sive non secundum præsentem justitiam, ista modo ecclesia est articulus fidei.

19. Petrus non est, nec fuit caput ecclesiæ catholicæ.

20. Sacerdotes quomodolibet damnose viventes sacerdotii polluunt dignitatem, potestatem: & sic ut filii infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis, de clavibus, officiis, censuris, ceremoniis, & sacris rebus ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis, & ordinibus.

21. Papalis dignitas a Cæsare inolevit, & Papæ electio & institutio a Cæsaris potentia emanavit.

22. Nullus sine revelatione asseret rationabiliter de se, an de alio, quod esset caput ecclesiæ particularis factus, nec Romanus Pontifex caput Romanæ ecclesiæ.

23. Non oportet credere, quod iste dictus Romanus Pontifex sit caput cujuscumque ecclesiæ particularis factus, nisi Deus eum prædestinaret.

24. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat a Deo procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicariatus requiruntur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.

25. Papa non est manifestus, & verus successor principis Apostolorum Petri, si vivit moribus contrariis Petro: & si quærat avaritiam, tunc est vicarius Judæ Iscariothis.

26. Cardinales non sunt manifesti & boni successores collegii aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, servantes mandata & consilia Domini nostri Jesu Christi.

27. Doctores ponentes, quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, sæculari judicio est tradendus, pro certo sequuntur Pontifices in hoc Scribas & Pharisæos, qui Christum nolentem eis obedire

in

ANNO CHRISTI 1415.

in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quemquam, ipsum sæculari judicio tradiderunt: & quod tales sunt homicidæ, graviores quam Pilatus.

28. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiæ, præter expressam auctoritatem scripturarum.

29. Divisio immediata humanorum operum est quod sunt vel vitiosa, vel virtuosa: quia si est vitiosus, & agit quidquam, vitiose agit: & si est virtuosus, & agit quidquam, agit virtuose: quia sicut vitium, quod crimen dicitur, seu mortale peccatum inficit videlicet actus hominis vitiosi, sic virtuosus vivificat omnes actus virtuosi.

30. Sacerdos Christi vivens secundum legem ejus, habens scripturæ notitiam, & ad affectum ædificandi populum, debet prædicare; non obstante prætensa excommunicatione. Et infra: Quod si Papa vel aliquis præpositus mandat sacerdoti sic disposito non prædicare, non debet subditus obedire.

31. Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit: & illud mandatum debet exsequi, prætensa excommunicatione non obstante.

32. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis & interdicti, ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat antichristo. Signum autem evidens est, quod ab antichristo tales procedunt censuræ, quas qui *a* denudant nequitiam antichristi, qui clerum per se maxime usurpavit.

a Hic vox aliqua deest.

33. Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc *b* ut Judas Apostolus, & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.

b Forte, *tunc est ut*.

34. Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ & quodlibet ejus membrum jungitur ipsi capiti insolubilitat,

35. Papa vel prælatus malus, & præscitus, est æquivoce pastor, & vere fur & latro.

36. Papa non debet dici sanctissimus secundum officium *c* & tortores, & prædones dicerentur sancti: immo etiam diabolus deberet vocari sanctus, cum sit officiarius Dei.

c Forte, deest: *alioqui secundum officium*.

37. Si Papa vivit contrarie Christo, etiamsi ascenderet per veram & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per veram & legitimam electionem a Deo principaliter factam. Nam Judas Scarioth rite & legitime est electus a Deo Jesu Christo ad Apostolatum, et tamen ascendit aliunde in ovile ovium.

38. Condemnatio XLV. articulorum VVicleff per doctores facta est irrationabilis, et iniqua, et malefacta est causa per eos allegata, scilicet quod nullus ex ais est catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut scandalosus. Nam eo ipso quo electores, vel maior eorum pars consenserint viva voce, secundum ritum hominum, in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel quod eo ipso est verus et manifestus successor, vel vicarius Petri Apostoli, vel alterius Apostoli in officio ecclesiastico: unde sive electores bene vel male elegerint, operibus electi debemus credere; nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiæ, habet a Deo ad hoc copiosius potestatem.

39. Non est scintilla apparentiæ, quod oportet unum caput ecclesiæ in spiritualibus ecclesiam regens, quod semper cum ipsa militanti ecclesia conversetur.

40. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

41. Apostoli et fideles sacerdotes Domini strenui in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam Papæ officium fuit introductum: sic facerent deficiente per summe possibile usque in diem judicii.

42. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in mortali peccato.

Ex tribus Mss. Germanicis.

Subsequenter reverendi Patres, domini Antonius Episcopus Concordiensis pro natione Italica, Vitalis Tolonensis Episcopus pro natione Gallicana, Ulricus episcopus Verdensis pro natione Garmanica, et Patricius Cortagensis pro natione Anglicana episcopus, nec non D. Bertoidus VVildungen auditor sacri palatii apostolici causarum, ascenderunt ambonem prædictum, de quo magister Hieronymus recesserat. Præfatusque D. Bertholdus auctoritate ipsius Synodi legebat quamdam ordinationem factam per reverendiss. Patres D. Jordanum de Ursinis, Petrum Cameracensem Cardinales, ac certos Deputatos Nationum quatuor, super observantia regulari observanda per Fratres de tertia Regula S. Francisci, cum suis modificationibus, et Fratres Minores. Cujus tenor sequitur inferius.

Qua lecta Antonius Concordiensis pro Italica, Vitalis Tolonensis pro Gallicana, Ulricus Verdensis pro Germanica, et Patricius Cortagensis episcopus pro Anglicana Natione responderunt, *Placet*. Similiter D. Joannes Cardinalis Vivariensis nomine Collegii Cardinalium, respondit, *Placet*,

Ex prima editione.

Deinde dominus Bertholdus d *de Wildung sacri palatii Apostolici causarum auditor legebat quamdam ordinationis schedulam conceptam super regula S. Francisci, & alia infrascripti tenoris subsequentis de consensu partium.*

d *Al.* de Wildungen.

Dilectis ecclesiæ filiis, Generali & Provincialibus Ministris, Custodibus, ceterisque Ordinis Minorum professoribus, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Ex prima editione.

Supplicationibus personarum, quæ voto religionis sunt adstrictæ, illis præsertim libenter annuimus, quas ad finem tendere conspicimus, per quem personæ ipsæ sub e *pacata tranquillitate juxta suam professionem quiescant, ac sedulum & tranquillum in humilitatis spiritu Domino reddere valeant famulatum. Nuper siquidem supplicatio pro parte religiosorum virorum guardianorum & fratrum vestri ordinis conventuum, videlicet Sagiensis, de sancto Audomaro Morinensis diœcesis, de Varennic Remensis, de Dola Bisuntinensis, de la Valle Cenomanensis, de Elica Nannetensis, de Ambaxia Turonensi, de sancto Joanne Angeliacensi Xantonensis; de Bercoria, de Toleto & de Fontaiaco communitatis Maleacensis diœcesis, infra provincias Franciæ, Burgandiæ, & Turonensem, juxta modum dicti ordinis existentium, nobis humiliter præsentata continebat, quod divina cooperante clementia, temporibus his novissimis regularis observantia vestri jam dicti ordinis in præfatis conventibus inceperat vigere; sed variis obstantibus impedimentis per ministros & custodes illarum provinciarum eis præfititis, in ipsa stricta observantia non mediocriter impediebantur, quorum impedimentorum occasione scandala pullulabant, humiliter & devote supplicantes, quatenus eis de remedio opportuno providere dignaremur. Nos igitur eorum supplicationibus tanquam justis benigne annuentes, cupientesque multa scandala vestri ordinis tollere, atque unitate in eo conservata fratres in pacis dulcedine conservare; statuimus & decernimus, iisdem supplicationibus fore providendum, & de facto, tenore præsentium eis providemus, juxta formam per reverendissimos patres dominos, videlicet Jordanum episcopum Albanensem de Ursinis, ipsius ordinis protectorem, & Petrum tituli S. Chrysogoni presbyterum cardinalem Cameracensem, vulgariter nuncupatos, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, & alios ex parte hujus sacri Concilii super hoc deputatos, specialiter avisatam, ordinatam & traditam, atque per religiosum virum fratrem Joannem* f *Rhotani in sacra pagina professorem, & Vicarium Ministri Generalis antedicti, una cum aliis pluribus magistris & discretis patribus ipsius ordinis ex una parte, & fratres prænominatos conventus repræsentantes ex alia concordatam: Videlicet quod fratres conventuum prædictorum de cetero, & quousq. aliud super hoc*

e *Al.* placida.

f *Mss.* de Rhoca.

ANNO CHRISTI 1415.

hoc per sacrum Concilium generale fuerit ordinatum, possint & valeant, quilibet in sua provincia, eligere de sua stricta observantia unum fratrem idoneum, quem in scriptis ministro illius provinciæ præsentatum, ipsum dictus minister infra triduum post hujusmodi præsentationem suum vicarium constituere debeat, ad ipsos regendum in solidum loco & vice ejus, & eis providendum in omnibus quibuscumque & ipsis modis quibus ipse minister provincialis etiam providere posset: ita quod de ipsorum fratrum regimine in nullo possint se intromittere dicti provinciales, vel custodes, sed ad ipsos vicarios cura & correctio eorum omnino pertineat; excepto quod ad suæ superioritatis cognitionem minister provincialis ipsos possit, si voluerit, visitare in propria persona, & tunc punire de consensu majorum & discretorum conventus, in quo fiet hæc visitatio, quidquid punitione dignum repererit: quem si constituere tenuerit modo prædicto, ex tunc constitutio B ejusdem præsentati ad vicarium ministri generalis inferius anotatam devolvatur & pertineat absolute. Qui quidem vicarii hujusmodi trium provincialium possint & debeant una cum fratribus discretis sibi subditis, forma solita in electionibus ordinis servata, insimul eligere inter se unum alium fratrem ad hoc sufficientem & idoneum pro eorumdem vicariorum correctione & totius strictæ hujus observantiæ in dictis provinciis meliori regimine: quem per eos in scriptis ministro generali ordinis, qui erit pro tempore, humiliter præsentatum, ipsum minister super illos suum vicarium constituere infra triduum post illam præsentationem benigne debeat & caritative: alioquin ipso triduo transacto, sit & habeatur vicarius ipsius generalis, auctoritate ipsius sacri Concilii constitutus. Qui quidem vicarius generalis in sua congregatione, vel alias solus debeat & possit vicarios prætactos (quoties opus erit) punire, & ipsis ac fratribus aliis sibi sub- C ditis providere in omnibus quibuscumque casibus, quibus minister generalis eis potuisset providere: ne ipsos, ut sæpius contingit, quoties generali ministro indigent, longius oporteat evagari. Et pro hac vice primaria constituimus in præfatam generalis ministri vicariam, fratrem Nicolaum Rudolphi apud nos de hac observantia laudabili providentia ac diligentia solerti multipliciter commendatum, quem volumus a posse deponi, quoties vicariis & aliis fratribus discretis sæpe dictis videbitur expedire. Possit tamen generalis minister qui est & qui erit pro tempore, ipsos fratres & conventus in sua persona, quoties voluerit, visitare, prælibato vicario non obstante, & punire, si quid in dicta visitatione puniendum repererit, sicut moris est in ordine, & alias facere consuevit. Verumtamen non intendimus, quod prædicti vicarii propter mortem, depositionem seu mutationem illorum quorum D vice funguntur, possint a suis officiis removeri, vel in eis impediri, nisi super hoc assensus majorum & discretorum sibi subditorum prius intervenerit, ad quos semper eos deponere, & alios eligere, antedicto generali provincialibusque ministris præsentare modo & forma præmissis (quoties fuerit opportunum) volumus & decernimus pertinere. Insuper possit & debent ipse generalis vicarius & sui successores, conventus sibi pro tempore subditos, ad statum dictæ strictæ observantiæ consonum, juxta b declarationes & statuta sedis Apostolicæ & ordinis, reducere: tollendo quascumque superfluitates, sive sint in rebus mobilibus, sive immobilibus, quantum fieri poterit bono modo, habito semper consilio majorum & discretorum sibi obedientium: eligendo (si opus fuerit) aliquos fideles, qui ipsas superfluitates auctoritate hujus sacri Concilii vendant, commutent, aut alias in piis operibus con- E vertant. Insuper statuimus, quod omnes, & singuli conventus prædictarum provinciarum, quoties majori, vel saniori parti fratrum in eis existentium placuerit, ad hanc strictam observantiam se reducere, & vicariis antedictis se subdere, hoc libere facere possint; & etiam singuli fratres cujuslibet conventus dicti ordinis, contradictione cujuscumque non obstante: a quorum vicariorum obedientia & subjectione nullus exire possit sine speciali licentia vicarii generalis antedicti. Non tamen per hoc intendimus, quin fratres & conventus, qui voluerint, possint secundum hanc strictam observantiam vivere, manendo etiam immediate sub cura ministrorum provincialium: exceptis tantum prænominatis conventibus & con-

a Al. deponendum.

b Ms. Lips. ordinationes.

A ventu de Mirabello Pictaviensis diœcesis, quem volumus expresse & ordinamus, curæ & regimini prædictorum vicariorum subesse, & ex causa; ut sicut in eo hæc stricta observantia regularis in partibus illis sumpsit exordium, ita in illo tanquam in aliorum speculo semper elucescat. Ceterum cum juxta sententiam Sapientis, volatilia ad sibi similia libenter conveniant, statuimus, quod quando fratres hujusmodi observantiæ, peregrinationis studio, vel alias per Mundum proficiscuntur, ad loca conventus communitatis ordinis declinent, si voluerint: ad alia vero loca fratrum in observantia sibi similium semper declinare teneantur, juxta quod in statutis ordinis continetur. Insuper quilibet provincialis minister provinciarum præmissarum, vicario generali sæpe dicto pro præsenti duos conventus in sua provincia fideliter assignet, aptos ad manendum, munitos libris & aliis rebus pro cultu divino, quoties ab eodem vicario, per litteras aut alias in suo principali capitulo fuerit requisitus, eligendos per ipsum provincialem: ita quod propter hanc assignationem mobilia quæcumque dictis conventibus pertinentia, quomodocumque sit, non debeant abigi seu segregari, secundum dispositionem cardinalis protectoris vestri ordinis. Et si contigerit, quod ministri provinciales & custodes, vel alii expulerint vel ejecerint fratres hujusmodi observantiæ ab aliquo seu aliquibus conventuum prænominatorum a xv. mensibus citra violenter, & alios loco eorum ibidem collocaverint, vel mobilia ad ipsos conventus seu aliquem ipsorum spectantia deportaverint: volumus & mandamus districte, prædictos fratres indilate recedere & exire a dicto conventu, mandantes tenore præsentium prælibato vicario generali, quatenus auctoritate nostra omnibus modis quibus fieri poterit honeste & licite ipsos exire, & prædicta bona restituere compellat per censuras ecclesiasticas, & alios fratres & subditos suos de novo ibidem collocando: omnibus quibuscumque districte prohibentes, ne quis eum super hoc impedire præsumat sub excommunicationis pœna; sed magis ei præbeat unusquisque super hoc requisitus per ipsum potius auxilium & juvamen. Statuentes ulterius, ne deinceps fratres hujusmodi strictæ observantiæ fiant cappellani honoris, vel maneant c continue in domibus sæcularium causa confessionis vel alia, citra tamen aliorum fratrum vestri ordinis præjudicium; ne forsan fræno obedientiæ laxato, vel profana conversatione fervor devotionis eorum tepescat. Præcipimus insuper & mandamus districte in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis fratribus conventuum prædictorum, & aliis in futurum sub cura & regimine prætactorum vicariorum constitutis, quatenus ipsis firmiter obediant & pareant cum effectu in omnibus, in quibus fratres illius ordinis suis generalibus & provincialibus ministris obedire debent aut tenentur. Ceterum cum prædicta fiat de voluntate partium (sicut præfertur) per nos statuta & ordinata, districtius inhibemus omnibus & singulis ministris & custodibus, qui sunt & erunt in futurum, & aliis fratribus vestri ordinis, ne occasione controversiæ prius super his motæ, aut prosecutionis in præsenti Concilio factæ, aut alia quavis causa fratres de hac observantia præsentes vel futuros inquietent, molestent, vel affligant, seu eorum vicarios vel de secta nova, vel reprobata quomodolibet vocent. Nec etiam fratres dictæ observantiæ alios fratres vestri ordinis, aut eleemosynas, aut oblationes sibi dandas impedire præsumant. Quod si de cetero alii aliis facto circa præmissa aut eorum aliquid hinc inde injuriati fuerint, manus violentas in eis ponendo, eos incarcerando, arrestando, libris spoliando, aut alias maculam hæresis falso imponendo, sententiam excommunicationis ipso facto incurrant injuriatores: a qua non possint, articulo mortis excepto, absolvi, nisi per eumdem cardinalem, qui pro tempore hujus ordinis erit protector. De ceteris vero levioribus injuriis verbalibus, omnes quicumque fuerint in hoc culpabiles deprehensi, per eorum prælatos puniantur, circa præmissa sententiarum fulminationibus aut appellationibus interpositis, & litteris felicis recordationis Alexandri Papæ V., & earum confirmatione non obstante: quas tenore præsentium revocamus, cassamus & annullamus, ac nullius roboris vel momenti declaramus, & aliis quibuscumque statutis Apostolicis vel hujusmodi ordinis in contrarium editis non obstantibus. Nulli ergo, &c.

Datum

ANNO CHRISTI 1415.

Eccli. 27.

c In ms. Lips. quotidie.

Datum Constantiæ nono Kalendas Octobris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, Apostolica sede vacante.

Ex mss. Surii & tribus Germanicis.

Qua ordinatione lecta & approbata, idem dominus Bertholdus auditor de simili mandato & voluntate legebat aliud statutum, ordinationem seu decretum.

Ex prima editione.

Quod non obstantibus salviconductibus Imperatoris, regum, &c. possit per judicem competentem de hæretica pravitate inquiri.

P*Ræsens sancta Synodus & quovis salvoconductu per Imperatorem, reges, & alios seculi principes, hereticis, vel de heresi diffamatis, putantes eosdem sic a suis erroribus revocare, quocumque vinculo se adstrinxerint, concesso, nullum fidei catholicę vel jurisdictioni ecclesiasticæ prejudicium generari vel impedimentum prestari posse, seu debere declarat, quo minus, dicto salvoconductu non obstante, liceat judici competenti & ecclesiastico, de hujusmodi personarum erroribus inquirere, & alias contra eos debite procedere, eosdemque punire, quantum justitia suadebit, si suos errores revocare pertinaciter recusaverint, etiam si de salvoconductu confisi, ad locum venerint judicii, alias non venturi: nec sic promittentem, cum fecerit quod in ipso est, ex hoc in aliquo remansisse obligatum.*

Ex mss. Surii & tribus Germanicis.

Quo statuto sive ordinatione lectis, idem statutum fuit approbatum per dominos episcopos nomine quatuor nationum, ac reverendissimum patrem dominum cardinalem episcopum a Ostiensem nomine collegii cardinalium, per verbum, *Placet*. Subsequenter mandato & voluntate Synodi prædictæ, idem dominus Bertholdus auditor legit unam aliam ordinationem, videlicet exsecutoriam super constitutione Carolina, in qua mandatur domino Vicecancellario pro tempore dare litteras exsecutorias super constitutione Carolinæ, prout habetur in libris cancellariæ, omnibus eas habere volentibus, hujusmodi sub tenore:

Quod dominus Vicecancellarius expediat Carolinam sub bulla sacri Concilii Constantiensis.

C*Um in generalibus Conciliis, maxime Lateranensi, provide quædam fuerint statuta, libertatem ecclesiasticam concernentia, b quę pię memoriæ Fridericus secundus in fervore devotionis Romanæ ecclesię tunc persistens, etiam quędam statuit & adjunxit; & demum per felicis recordationis Honorium tertium fuit ejusdem Friderici constitutio approbata, & consequenter per divæ memorię Carolum quartum eadem fuit approbata, & quędam alia in favorem ecclesiasticę libertatis adjecta, quę in libro cancellariæ Romanę ecclesię latius continentur: hęc sancta Synodus decernit et mandat domino Vicecancellario ejusdem Romanę ecclesię, ut exsecutorias litteras super ipsis expediat in forma dari solita.*

Subsequenter fuit lectum statutum seu ordinatio, in qua committebantur omnes et singulę causæ heresis contra quascumque personas in regno Bohemię, et aliis certis judicibus inferius in eodem descriptis in hunc modum:

Committuntur causæ hæresis certis judicibus.

Item, predicta Synodus Constantiensis omnes et singulas causas & causas heresum, ex erronea et perversa doctrina damnatę memorię Joannis Hus heretici in regno Bohemię et in Moravia exortas sapientes, etiam criminales ex eis, vel eorum occasione contra quascumque personas, tam ecclesiasticas quam seculares, cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis aut preeminentię existant, et quacumque prefulgeant dignitate, emergentes, dictique Joannis Hus et dogmatum falsorum ejusdem fautores,

a Duo mss. Brunsvic. & Goth. *Vivariensem*: sed idem ipse est Ostiensis, qui & Vivariensis dictus.

Carolinam dictam, quoniam mox in hac sessione expedita non fuit, sed aliquanto post, non hic, sed in fine hujus Synodi adjectam ostendes.
b Forte, ad quæ.

defensores et sequaces, reverendis in Christo patribus et dominis, dominis Joanni patriarchę Constantinopolitano, et Joanni episcopo Silvanectensi, conjunctim et divisim committit audiendas, decidendas, cognoscendas, & fine debito terminandas, cum omnibus & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis, & cum potestate citandi personaliter omnes & singulos suspectos in fide ibidem degentes, & coram eis in genere & in specie nominandos conjunctim & divisim, in Romana curia per edictum publicum & in partibus & in locis convicinis affigendum & publicandum; cum ad easdem partes, præsertim ad prædictos de fide suspectos, pro hujusmodi citatione exsequenda tutus non pateat accessus: habita tamen prius informatione summaria in præmissis, non obstante, quod alias præfata Synodus certis judicibus generaliter quarumcumque heresum causas commiserit, usque ad diffinitivam sententiam exclusive cognoscendi, & coram quibus aliquæ pendent indecise, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ex mss. Surii, & tribus Germanicis.

Item, præfata sancta Synodus vult, ordinat, atque decernit, quod in dictis aliis hæresum causis, ex judicibus alias per Concilium prædictum deputatis, decem eorum, aliis absentibus, possint & valeant in ipsis procedere, & terminos in prædictis causis servare, ut eo facilius, commodius & celerius causæ hujusmodi terminentur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Quibus statutis & ordinationibus lectis fuit responsum per dominos deputatos episcopos nomine quatuor nationum; ac dominum reverendissimum patrem dominum episcopum Ostiensem præsidentem, nomine collegii cardinalium: *Placet*.

Subsequenter fuit lectum statutum de fructibus percipiendis unius beneficii per hos qui sunt in Concilio hujusmodi sub tenore.

Ex prima editione.

Quod beneficiati in Concilio præsentes recipiant fructus beneficiorum eorum in absentia.

Item, cum absentes causa reipublicæ ecclesiasticæ personæ, in ecclesiis, in quibus beneficiati sunt, præsentes merito reputantur; ideoque ut omnes & singuli beneficiati hujus sacri Concilii præsentes, & qui ad illud pro tempore accesserint, eo commodius ipsi Concilio interesse, & in illo usque ad finem valeant remanere: dictum Concilium statuit & decernit, quod ipsi omnes & singuli pro residentibus sive præsentibus interim in suis beneficiis sunt habendi: ita quod omnes & singulos redditus, fructus & proventus suorum beneficiorum ac residentiæ personalis in ipsis beneficiis, in quibus residebant, aut in quibus residerent, si ejusdem Concilii c prosecutio seu interessentia eis non obstaret: ac alii etiam curiales beneficiati, qui de suis beneficiis ad præfatum Concilium non accesserunt, alias tamen presentes in curia in eodem Concilio laboraverunt, etiam si primam non fecerint residentiam personalem consuetam, unius tantum beneficii pro quolibet eorum, vigore hujus decreti in eorumdem beneficiatorum absentiis, de aliis suis beneficiis, de jure & consuetudine, privilegio aut licentia suorum superiorum semper salvis, etiam si canonicatus, aut præbendæ, aut dignitates, aut personatus vel officia in cathedralibus & metropolitanis majores post pontificales, seu collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint, durante ipso Concilio, eisdemque in eodem Concilio perdurantibus, etiam a tempore itineris arrepti hujusmodi ad præfatum Concilium, quousque ad eadem sua beneficia ipsi, Concilio finito, commode redire potuerint, aut quamdiu curiales prædicti in eodem Concilio laboraverint, cum ea integritate percipere valeant & debeant, cum qua illos perciperent, si in suis beneficiis prædictis interim personaliter residerent, & administrarent in eisdem: quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, contrariis non obstantibus quibuscumque, & cum exsecutionibus exprimendis in cancellaria, si fuerit opportunum.

Ex

c In duobus mss. præsentia.

A

Ex mss. Sarii, & tribus Germanicis.

Quo statuto lecto, ut præfertur, fuit nomine quatuor nationum & cardinalium per prædictos dominos episcopos deputatos & cardinalem Vivariensem responsum, *Placet*. His habitis & factis, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis nomine Synodi prædictæ legebat unum aliud statutum & ordinationem super expeditione litterarum provisionum ecclesiarum, monasteriorum, in hunc modum.

Ex prima editione.

Quod litteræ super provisionibus ad patriarchales, metropolitanas & alias ecclesias per olim Papam Joannem usque ad suspensionem concessæ, expediantur.

I*Tem dicta sancta Synodus statuit, ordinat & decernit, quod litteræ super quibuscumque provisionibus ad quascumque patriarchales, metropolitanas & alias cathedrales ecclesias, ac etiam monasteria, de quibuscumque personis per dominum Balthassarem tunc Joannem Papam vicesimum tertium, usque ad ipsius administrationis in spiritualibus & temporalibus suspensionem factis, de quibus per libros reverendissimi patris domini Joannis episcopi Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarii, & cancellariæ Apostolicæ constabit, per eumdem episcopum & cancellarium sub nomine & bulla dictæ Synodi possint & debeant expediri, quatuor deputatis nationum sibi assistentibus: & hoc, nisi ex libro ipso promotionum secundum stilum cancellariæ appareat obstaculum, vel alias canonicam impedimentum. Præmissis vero lectis, fuit responsum per dominos episcopos deputatos nomine quatuor nationum, ac dominum Joannem episcopum Ostiensem nomine collegii cardinalium,* Placet. *Contradicente tamen reverendo patre domino Elia Aniciensi episcopo pro se, & domino Dominico de Ragusio, ambaxiatore & nuncio archiepiscopi Spalatensis, qui duo in hujusmodi statutum super provisionibus ad patriarchales, &c. non consenserunt. Et dominus Dominicus dixit, ipsum statutum secundum omnia sua verba non placere, & præsertim ultimam clausulam, videlicet: Et hoc, nisi ex libro promotionum secundum stilum* a *curiæ appareat obstaculum.*

a Cancellariæ, mss.

Ex mss. Sarii, & tribus Germanicis.

Super quibus approbationibus & contradictionibus venerabilis vir magister Henricus de Piro, & Joannes da Scribanis, promotores & procuratores supradictæ Synodi petierunt per dominos protonotarios sedis Apostolicæ, ac notarios Concilii prædicti, ceterosque tabelliones ibidem præsentes, unum vel plura fieri, publicum vel publica, instrumentum & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis cardinalibus, protonotariis, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus, regum & principum, universitatum & studiorum ambaxiatoribus, testibus, &c.

SESSIO XX.

Super monitorio contra ducem Austriæ pro episcopo Tridentinensi.

Ex prima editione.

A*Nno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione vero octava, die Jovis vicesima prima mensis Novembris, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, præsidente in eadem reverendissimo in Christo patre domino Joanne episcopo Ostiensi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali & Vicecancellario. Fuitque decantata Missa solemnis de gloriosa Virgine Maria per reverendum patrem dominum Antonium episcopum* b *Zepoludensem. Qua completa, fiebant solemnitates more aliarum sessionum. Quibus expletis, reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis quasdam legebat monitorii & aliarum ordinationum schedulas tenoris subsequentis.*

b Mss. Cepaludensem.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

Super monitorio contra ducem Austriæ per episcopum Tridentinum.

ANno & indictione quibus supra, die vero Jovis XXI. mensis Novembris, Constantiæ, provinciæ Maguntinensis in ecclesia majori, & loco solito ad hoc specialiter deputato, tenta fuit sacrosancti generalis Constantiensi prædictis sessio, solemniter celebrata. Pro cujus quidem sessionis introductione, & causa devotionis excitandæ, reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopus Cefaludensis Missam de B. M. V. gloriosa devota celebravit.
B Qua Missa sic devote celebrata, reverendissimi patres & domini S. R. E. cardinales, Archiepisc. episcopi, & alii, quos decuit, ornamentis, pluvialibus, mitras imponentes, ut moris est, se induerunt. Ac reverendiss. in Christo pater & dominus dominus Joannes miseratione divina episcopus Ostiensis, S. R. E. cardinalis & Vicecancellarius, se pontificalibus induens, ad mediumque ante altare ad solitum se ponens hujusmodi sessioni præsedit. Quibus sic peractis, inceptum fuit evangelium istud secundum Marcum: *In illo tempore dixit Jesus discipulis suis. Abeuntes Pharisæi consilium fecerunt ut Jesum caperent in sermone.* Isto evangelio, & aliis videlicet litaniis, & orationibus ad devotionem & solemnitatem sessionis & Concilii pertinentibus totaliter, ac devotionis magno fervore lectis, factis & completis, venerabiles & circumspecti viri domini Ardecinus
C de Novaria legum doctor advocatus, ac magister Joannet c Helines in Romana curia, & serenissimi principis domini Friderici ducis Austriæ procurator, in medio surrexerunt, proponentes, dominus Ardecinus advocatus sic in effectu, qualiter in causa memorata nullus processus fuit tentus, nec super declaratoriis, & nihil in principali causa: & quod ipse dicti sui domini nomine nunquam potuit obtinere, quod fuisset auditus, licet hoc sæpius cum instantia summa petiisset, & adhuc peteret; & in quo illud fuisset d subdenegatum potestatus fuit de nullitate processus.

c Ms. Cling.

d Forte, abi denegatum.

Ex adverso dominus Gaspar de Perusio advocatus domini Gregorii episcopi Tridentini dixit, quod in hujusmodi causa fuisset processum super notorietate facti, & quod pars ducis sibi adversa fuisset sufficienter audita in principali & accessorio. Et quod exnunc foret dictum per partem adversam, non esset dictum, nec allegatum
D nisi in causa diffugii; & petiit quantum in eo erat, causam terminari per Concilium, & monitorium decerni in forma meliori contra dictum dominum Fredericum ducem Austriæ. Subsequenter Joannes da Scribanis procurator dedit petitionem in scriptis, petens, & protestans, prout in ea continetur.

Ardecinus advocatus ducis replicando, quod nunquam fuisset auditus in principali, sed tantum in declinatorio, & hodie peteret sibi dari audientiam: qua data, vellet & crederet ostendere juribus & rationibus, quod justitia esset pro domino suo: & si serus fieret, protestatur fuit de gravamine & nullitate processus.

Quibus protestationibus, propositionibus, & petitionibus factis, de mandato Synodi ascenderunt ambonem, super quo publicationes, edicta, sententiæ, & mandata ipsius Synodi fieri solent, reverendissimi in Christo
E patres Antonius Concordiensis pro natione Italica, Vitalis Tholoniensis pro natione Gallicana, Patricius Corcagensis pro natione Anglicana: inter quos reverendus pater dominus Antonius Concordiensis legebat unam cedulam pronunciationis, pronunciando monitorium fore decernandum contra dictum Fredericum ducem Austriæ, & decrevit in forma solita, & consueta. Cujus monitorii tenor inferius est insertus. Et subsequenter legebat unam aliam ordinationem Concilii; videlicet, quod prælati provisi possent recipere munus consecrationis in curia, de mandato & concessione, sive auctoritate vicecamerarii. Et ulterius iis lectis, & pronunciatis, dicta Synodus per præfatos videlicet, Antonium Concordiensem, Vitalem Tholoniensem,

sem, Nicolaum Mersburgensem, & Patricium Corcegensem, episcopos, fuit responsum, *Placet*. Et mandavit dicta Synodus fieri publica instrumenta per protonotarios & notarios Concilii, ad instantiam & petitionem domini Henrici de Piro promotoris dictæ Synodi: Joanne Hellines procuratore ipsius domini ducis, in quantum pronunciatio hujusmodi fuerit contra dictum dominum suum, protestabatur de nullitate processus præsentibus dictis dominis cardinalibus, prælatis, *&c.*

Tenores vero dictorum petitionis, decreti, & monitorii superius lectorum sequuntur.

REverendissimi patres & domini. Cum parum sit sententias ferri, nisi debitæ demandentur exsecutioni; supplicat humiliter eisdem reverendissimis patribus sacrum Concilium repræsentantibus, ac facientibus, dominus Gregorius episcopus Tridentinus, citra procuratorum suorum revocationem, per hoc sacrum Concilium pro exsecutione sententiæ diffinitivæ pro eodem domino episcopo & contra illustrem principem dominum Fredericum ducem, & omnes alios, & singulos ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, ac castrorum, & bonorum aliorum, & juris ejusdem ecclesiæ occupatores, & detentores, etiamsi ducalis, aut alterius cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ fuerint, sub pœnis & censuris juris tam canonici, quam civilis, quin immo canonibus etiam specialiter sub pœnis constitutis divinæ memoriæ per Fredericum secundum, & Carolum quartum editis, & per sedem Apostolicam canonizatis & confirmatis, ut ipsi & quilibet eorum infra certum brevem terminum ab occupationibus & detentionibus civitatis, ecclesiæ castrorum, terrarum & bonorum prædictorum desistant, & quilibet eorum obediat, etiam per litteras. Tenores vero dictarum litterarum monitorii sequuntur, & sunt tales.

Ex prima editione.

Decretum monitorii in causa Teidentina.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis universis & singulis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dñi Benedictionem.

GRavem querelam venerabilis fratris nostri Georgii episcopi Tridentini accepimus, continentem, quod illustris princeps Fridericus dux Austriæ ipsum in canonica possessione ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, & oppidorum, castrorum, villarum, terrarum & locorum, jurumque & aliorum bonorum mobilium & immobilium, ad eamdem ecclesiam & ipsum episcopum pertinentium, altas sexdecim annis pacifice existentem, ecclesia, civitate, oppidis, castris, terris, villis, locis ac juribus & bonis hujusmodi temerarie & de facto spoliasset, eaque novem annis citra detinuisset, & adhuc detineret occupatas & occupata, fructus, redditus & proventus sublevando & percipiendo ex eisdem; ac ipsum cepisset, & a carceribus mancipatum affecisset pluribus gravibus violentiis ac injuriis: propter quæ anathematis, sacrilegii, & alias pœnas a jure contra talia perpetrantes promulgatas incurrisset: quibus insorduisset per longa tempora, & insorderet de præsenti: nonnullasque promissiones ac etiam certa juramenta & litteras tempore suæ captivitatis, & ante seu post, in præjudicium libertatis ecclesiasticæ, dictæque ecclesiæ Tridentinæ damnum non modicum, ab eodem episcopo incussionibus & metu extorsit. Et ulterius idem Fridericus nuper dum inter serenissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ipsum Fridericum ducem, post exsecutionem justitiæ contra eumdem Fridericum per dictum dominum regem factam, submissionis tractatus firmaretur, se juramenti vinculo adstrinxisset, quod si quæ personæ tam ecclesiasticæ quam sæculares dicto regi de ipso Friderico conquererentur, & ab ipso rege sibi peterent justitiæ complementum ministrari, ipse Fridericus dux stare deberet ordinationi dicti regis, & facere quæ dictus rex diceret & ordinaret: quod quidem licet rex ipse dicto Georgio episcopo de præmissis graviter coram eodem conquerente decrevisset & ordinasset, quod ipse Fridericus dux ecclesiam, civitatem, oppida, castra, villas, terras, loca & jura & bona hujusmodi, quibus ipsum Georgium episcopum notorie spoliaverat, notorieque detinet occupatas & occupata, eidem Georgio restitueret; ipsumque permitteret eorum possessione in posterum pacifice uti & gaudere: nihilominus idem Fridericus dux pro parte dicti episcopi interpellatus & sufficienter requisitus, hoc facere non curasset hactenus, nec curat de præsenti. Quapropter antea præmissorum excessuum & spolii notorietate & rei evidentia, idem episcopus petiit, per nos super præmissis de opportuno remedio sibi provideri, & litteras monitoriales contra præfatum Fridericum ducem & alios forsan occupatores & detentores ecclesiæ, civitatis, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, locorum & bonorum hujusmodi, etiam si ducalis vel alterius cujuscumque status, gradus, vel præeminentiæ essent, decerni & concedi, ipsumque Fridericum ducem & occupatores & detentores prædictos, sub pœnis juris & constitutionis a divæ memoriæ Carolo quarto contra tales facinorosos & sacrilegos editæ, & aliis pœnis gravioribus requiri & moneri, quatenus infra certum terminum idem Fridericus dux & occupatores ac detentores prædicti, ecclesiam, civitatem, castra, oppida, terras, villas, jura, & alia bona hujusmodi, quibus eumdem Georgium episcopum spoliasset, seu spoliavit, ac etiam quæcumque castra & bona ante & post per prætactam spoliationem ad dictam ecclesiam Tridentinam devoluta, quę detinerent seu detinent occupatas seu occupata, restitueret & restituerent, & alias sibi circa injurias & percepta & alia debite satisfaceret & satisfacerent: nec non se, vassallos & subditos suos & ecclesię suę prędictę a prędictis juramentis & promissionibus absolvi, & prędictas litteras cassari, irritari & annullari, humiliter & cum instantia debita postulavit; & alias circa premissa petiit & conclusit, sicut in petitionibus pro parte ejusdem episcopi verbo & scriptis, & in actis coram nobis inter dictas partes factis & redactis, plenius noscitur contineri. Nos vero quia per notorietatem facti, & alias practicata in causa hujusmodi, coram nobis & a nobis deputatis, nobis constitit & constat, petitionem hujusmodi fore justam; ipsum Fridericum ducem & occupatores & detentores antedictos monendos, petitasque litteras monitoriales contra dictum Fridericum ducem & occupatores & detentores hujusmodi, partibus ipsis auditis, & servatis servandis, prędictis partibus ad hoc legitime citatis, decrevimus fore concedendas, decrevimusque & concedimus in forma quę sequitur.

a Al. tortoribus.

Monitorium in forma debita contra ducem Austriæ.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis universos & singulos venerabiles fratres, patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos ecclesię filios abbates, priores, prępositos, decanos, cantores, scholasticos, tam cathedralium, quam collegiatarum canonicos, parochialiumque rectores ecclesiarum, cæterosque presbyteros, clericos & notarios & tabelliones publicos, per Alemanniam & Italiam, & alias ubilibet constitutos, & eorum quemlibet tenore presentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, communiter & divisim, eisque & eorum cuilibet in virtute sanctę obedientię, & subscriptis sententiarum pœnis districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, postquam pro parte dicti Georgii episcopi vigore presentium fuerint requisiti, vel eorum alter fuerit requisitus: quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione assignamus; ita quod in his exsequendis alter alterum non exspectet, nec unus pro alio se excuset; pręfatum Fridericum ducem & quoscumque alios ecclesię & civitatis Tridentinę, nec non oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, ac jurium & bonorum quorumcumque ad ipsam ecclesiam pertinentium, pędictorum forsan occupatores & de-

& detentores, vassallos & subditos, etiam si ducalis aut alterius cujuscumque dignitatis, status ac praeeminentiae fuerint, in eorum propriis personis, si & ubi pro praemissorum ac infra scriptorum exsecutione ad eorum praesentias tutus patebit accessus. Alioquin per edictum publicum in audientia publica contradictarum legendum, nec non cathedrali & S. Stephani Constantiensis, ac locis circumvicinis, videlicet Aquilejensi, Salsburgensi, Augustensi, Frisingensi, Brixinensi, Curiensi, Feltrensi, & Veronensi ecclesiis affigendam, & inibi publicandum ex parte nostra, Fridericum ducem Austriae & alios occupatores praedictos requirant & moneant, quos nos etiam tenore praesentium sic requirimus & monemus; ipsique Friderico duci in virtute sanctae obedientiae & sub anathematis, sacrilegii, privationis omnium bonorum feudalium, quae ab ecclesia seu imperio obtinet, & inhabilitationis suae & filiorum suorum masculorum ad obtinendum tam feuda, quam officia & beneficia usque ad secundam generationem, & honoris & famae ac communionis in consiliis principum, quam ipsum Fridericum ducem juxta constitutionem divae memoriae Caroli IV. contra tales facinorosos & sacrilegos editam, a sede Apostolica canonizatam & approbatam, quinimmo & perjurii ratione juramenti in manibus regis Romanorum per ipsum ducem praestiti; & aliis saecularibus personis sub excommunicationis & privationis a minorum feudalium: quas ipsas personas saeculares supradictas, nec non ecclesiasticis personis subdictae excommunicationis ac privationis omnium beneficiorum ecclesiasticorum, & inhabilitationis ad illa, & quaecumque alia beneficia in posterum obtinenda, ac suspensionis a divinis quo ad capitula, nec non interdicti quo ad omnia territoria praedicti ducis Friderici, & caeterorum occupatorum & detentorum censuris & poenis: quas ecclesiasticas personas praedictas, si in praemissis deliquerint, & mandatis & monitionibus hujusmodi non paruerint, seu non paruerit, incidere volumus ipso facto; & quas in ipsas exnunc prout extunc, extunc prout exnunc, canonica monitione praemissa, ferimus in his scriptis, nisi mandatis hujusmodi obedierint, districte praecipiendo mandent, seu alter eorum mandet. Quibus nos etiam tenore praesentium sic mandamus, quatenus ipse Fridericus dux & alii forsan occupatores & detentores hujusmodi, infra triginta dierum spatium post requisitionem & monitionem immediate sequentium; & quorum dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies pro tertio & peremptorio terminis ac monitione canonica, eis & eorum cuilibet assignamus; ab occupationibus & detentionibus ecclesiae, civitatis, oppidorum, castrorum, terrarum & locorum, nec non jurium & bonorum praedictorum, & illorum quae ante & post praetactam spoliationem ad illam ecclesiam Tridentinam sunt devoluta, penitus, & omnino desistant, & eorum quilibet desistat, ac ipsi Georgio, aut procuratori, seu procuratoribus sub ejus nomine possessionem corporalem, realem & actualem ecclesiae, civitatis, oppidorum, castrorum, terrarum & locorum, nec non jurium & bonorum praedictorum efficaciter & sine dolo & fraude restituant, & restitui faciant & permittant, & eorum quilibet restitui faciat & permittat. Ipse quoque Fridericus dux Georgio episcopo de perceptis hujusmodi satisfaciat, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii saecularis. Vassalli quoque & nobiles, officiarii, capitanei & subditi tam ecclesiastici quam saeculares supradicti, infra sex dies post lecturam & publicationem & affixionem praesentium, nec non lapsum dictorum triginta dierum terminum immediate sequentium; quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet per simile dictum assignamus, & assignari praecipimus & mandamus; praefato Georgio episcopo tamquam eorum vero domino, & non ipsi Friderico duci, seu alteri cuiquam, in omnibus (prout alias consueverunt) facere teneantur. Non obstantibus quibuscumque juramentis in contrarium praestitis, a quibus eos (ut praemittitur) absolvimus, efficaciter pareant, obediant & intendant, & eorum quilibet pareat, obediat & intendat. Et insuper in casu quo praefatus dux Fridericus & alii forsan occupatores & detentores, nec non vassalli, nobiles, officiarii, capitanei & subditi, & alii supradicti mandatis hujusmodi infra terminos supradictos non paruerint, extunc prout exnunc, exnunc prout extunc, omnes & singulos vassallos, nobiles, officiarios, capitaneos, nec non occupatores & detentores in civitate & dioecesi Tridentina, seu alibi commorantes & consistentes, quorum praesentia pro exsecutione praemissorum & infra scriptorum facienda tute adiri non potest, per simile edictum pari modo & forma legendum, publicandum & affigendum, Fridericum ducem & alios occupatores & detentores tenore praesentium peremptorie citamus & mandamus, quatenus ipse Fridericus dux, & alii forsan occupatores & detentores hujusmodi moniti & requisiti, octava die post lapsum dictorum triginta dierum eis assignatorum immediate sequentium, si juridica fuerit; alioquin, proxima die juridica extunc sequenti: alii vero, ut nobiles, capitanei, officiarii & subditi edictum hujusmodi moniti & requisiti, vicesima die post lapsum dictorum sex dierum eis assignatorum immediate sequentium, si juridica fuerit; alioquin, proxima die juridica sequenti compareant coram nobis vel judicibus per nos deputatis, seu interim deputandis, poenas, censuras ac sententias hujusmodi declarari, & ipse Fridericus dux, procedi, visuri & audituri. Certificantes nihilominus eosdem, quod usque ad declarationem poenarum praedictarum procedemus justitia mediante. Venerabilibus vero fratribus, patriarchis, archiepiscopis & episcopis, quibus ob reverentiam suarum pontificalium dignitatum duximus merito deferendum, si in praedictis deliquerint, vel aliquis eorum deliquerit, sex dierum canonica monitione praemissa, ingressum ecclesiae interdicimus in his scriptis. Si vero hujusmodi interdictum per alios sex dies sustinuerint, seu alter eorum sustinuerit, ipsos suspendimus a divinis. Si vero hujusmodi interdicti & suspensionis sententias animis (quod absit) sustinuerint, vel alter eorum (quod absit) sustinuerit induratis; ipsos exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, excommunicationis sententia innodamus. Inferiores vero episcopis, qui in praemissis exsequendis negligentes fuerint, vel eorum aliquis negligens fuerit, post lapsum sex dierum terminum excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Absolutionem vero omnium & singulorum, qui praefatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, vel aliquis eorum incurrerit, quoquo modo, nobis aut summo futuro Pontifici tantummodo reservamus. Loca vero audientiae & valvarum praedictarum, tamquam publica & idonea ad exsecutionem praedictorum (ut praemittitur) publicandam ad instar publicorum edictorum, quae olim in albo praetorio scribebantur, duximus eligenda, quae praesentes nostras litteras suo quasi sonoro praeconio & patulo b judicia publicabunt: in quibus nostras litteras modo praemisso decernimus publicandas, ne praenominati moniti & citati de praemissis aliquam ignorantiam praetendere valeant, vel etiam allegare, cum non sit verisimile, apud dictos sic citatos & monitos remanere incognitum, quod tam patenter & notorie exstitit publicatum. Volentes nihilominus & decernentes, quod praesentes nostrae litterae dictos monitos & citatos perinde arceant & adstringant, ac si eorum propriis personis publicatae fuissent. De exsecutione praemissorum, & de his quae in praemissis & quolibet praemissorum vos praescripti venerabiles fratres, patriarchae, archiepiscopi, episcopi, vosque alii delegati nostri feceritis, seu aliquis eorum fecerit, nos per instrumenta publica, seu alia legitima documenta legitime certificare non obmittatis sub poenis supradictis, quibus & cuilibet vestrum in praemissis dabimus plenam fidem. Datum Constantiae undecimo Kalendas Decemb. anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, Apostolica sede vacante.

a bonorum. ms.

b ms. iudicio.

Quibus lectis, fuit responsum, dictum, & alta voce clamatum per dominos Concardiensem Italicae, Tolonensem Gallicanae, Mersburgensem Germanicae, & Cortagensem Anglicanae, episcopos quatuor nationum, & per eorum quemlibet nomine ipsorum & cujuslibet eorum, Placet: & per dictum dominum Ostiensem nomine collegii cardinalium, Placet. Procurator vero praefati domini ducis protestatus fuit de nullitate monitorii, & de gravamine, & appellando petiit instrumentum.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

Quibus per præfatum dominum Antonium episcopum Concordiensem, lectis & publicatis, fuit responsum, dictum, & alta voce clamatum per præfatos dominos Concordiensem Italicæ, Tholoniensem Gallicanæ, Mersburgensem Germanicæ, Corthagensem episcopos Anglicanæ, quatuor nationum deputatos præfatos concorditer, & per eorum quemlibet nomine dictarum nationum & cujuslibet ipsarum, *Placet*. Et subsequenter præfatus reverendissimus in Christo pater, & dominus dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis Vicecancellarius tunc in dicta sessione, & sanctæ Synodo præsidens respondit, & alta voce dixit, & nomine sacri collegii reverendissimorum in Christo patrum dominorum B S. R. E. cardinalium, *Placet*, in quantum placet nationibus concorditer. Et incontinenti præfatus Joannes *a* Hellines procurator, & nomine procuratorio præfati domini Frederici ducis Austriæ protestatus fuit de nullitate præfati monitorii, & protestatus fuit de gravamine, & de appellando, & petiit instrumentum. Quibus in dicta sessione lectis & publicatis, atque responsis, ac per dictam sanctam Synodum, & præfatum Concilium decretis, & concessis, & alias factis, et gestis, venerabilis circumspectus vir magister Joannes de Scribanis procurator, et nomine procuratorio præfati domini episcopi Tridentini, et idem Joannes de Scribanis, et magister Henricus de Pito licentiatus in decretis, promotores et procuratores sacri Concilii prædicti, nomine ipsius sacri Concilii petiverunt, et requisiverunt, unum et plura, ac tot, quot sufficiant, dicta sancta Synodus voluit, et mandavit per reverendissimos patres dominos sanctæ sedis C Apostolicæ protonotarios, et notarios publicos, et scribas dicti Concilii ad scribendum acta ipsius sacri Concilii, et ea redigendum in scriptis ordinatos, et deputatos, et eorum quemlibet fieri, et confici, publicum et publica, instrumentum et instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Datum et actum in majori ecclesia Constantiensi, in sessione prædicta die Jovis XXI. dicti mensis Novembris anno a Nativitate Domini MCDXV. indictione 8. Apostolica sede vacante. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Antonio episcopo Portuensi, *b* domino Bononiensi tituli sanctæ Susannæ, Almanno tituli sancti Eusebii, Thoma tituli sanctorum Joannis et Pauli, Gabriele tituli sancti Clementis dicto Senensi, *c* Angelo tituli sanctorum Marcellini et Petri, dicto Veronensi; Guillelmo tituli sancti Marci, presbyteris; Amedeo de Salutiis *d* sanctæ Mariæ in Cosme- D din, Francisco sanctorum Cosmæ et Damiani Florentino diaconis S. R. E. cardinalibus, Joanne Constantinopolitano, & Joanne Antiocheno patriarchis, Stephano Dolensi, Martino Atrebatensi, Joanne Vaurensi, & Joanne Silvanectensi episcopis, nonnullisque aliis dominis archiepiscopis, episcopis, electis, & abbatibus, ac Franciæ Angliæ & Poloniæ regum, principum, prælatorum, ducum, comitum, communitatum, & universitatum studiorum ambaxiatoribus, nunciis & procuratoribus, & aliis nobilibus & egregiis magistris & doctoribus, ac circumspectis viris in multitudine copiosa testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

a Ms. *Eling.*

b Ms. *dicto Bononiensi, Antonio titulo.*

c Mss. *Antonio.*

d Mss. *sancta Maria nova Ludovico de Flisco sancti Adriani, Ludovico de Comite sancta Maria in Cosmedin.*

Ex mss. Brunsvvic. & Goth. Sed valde suspectæ fidei, ut alia multa, quæ sunt in iisdem mss.

Die sabbati, VII. mensis Decembris, *e* fuerunt deputati omnium nationum, una cum certis dominis cardinalibus in loco convocationis nationis Germanicæ. In qua congregatione fuit lecta una littera missiva, directa Concilio Constantiensi, per reverendissimum in Christo patrem et dominum, Angelum Corarin, hujusmodi sub tenore:

e Anno 1415.

Sacrosancto universali Concilio Constantiensi devotionem et *f* obiectionem cum humili recommendatione. Humana conditio post peccatum primi parentis fragilis facta est, nec ullum ex suis operibus perfectum consistit, quando adjici ad perfectionem non possit, vel non accidat ad intentionem obstaculum. Quia cum homo par- A tes in se habeat ad invicem dissidentes, secum rixatur. Et ille felix est, cui de cælo datum est, appetitum voluntate, et voluntatem integra regi ratione. Et cum sit difficile ad felicitatem, a se excludere rixam non est facile. Quanto magis societatem, humanæ mentis finibus divisam, suspicionibus agitatam, detractionibus seductam, adversis voluntatibus laceratam, opinionibus variatam, discordia liberari, & in perfectam uniri formam, est arduissimum reputandum. Et hinc magnum in actibus est arduum humanis; nec aliquid est magni in illis, nisi recta ratione approbandum. Sed cum duo mala incidimus, si alterum sine peccato nostro prosequimur, magnum reputamus. Eapropter ad congregationem, per regiam majestatem in Constantia habitam, & vocatam potestatem Petri, a Salvatore nostro Jesu Christo capite nostro sibi Petro pro se & successoribus suis datam, quam tunc in B persona nostra esse indubie tenebamus, quando potuimus, participandam; misimus per magnificum virum filium nostrum carissimum, Carolum de Malatestis, tanquam personam nostram, ut ejus sanctissimæ potestatis usu schismata exstirparentur, & universalis pax haberetur ecclesiæ, & clarus & verus Papa sequeretur, quem liceret effectuosissime adorare. Qua potestate per modum participationis, plene, sufficienter, ad & circa præmissos effectus, per vos recepta, o Synode sacra, cui me subiicio, considerans ex intimis cordis, in usu illius sanctissimæ potestatis beatissimi Petri nobis participatæ, nullum fuisse defectum, & circa provisionem, ex benigna providentia, pro honestate Papatus, ut puto, mihi gratiam factam benevolam cognosco, & fidelibus laboribus sacro Concilio me obmitto; supplicans humiliter eidem, ut fideliter & efficaciter intendat ad reintegrationem & schis- C matis exstirpationem. Cui sacro Concilio tardavi scribere, exspectans ambaxiatam ejusdem, quæ dicebatur mihi destinari, quatuor ambaxiatorum, quæ nondum applicuit.

f Forte, *subjectionem.*

Datum Rachaneti, die VII. Octobr. MCCCCXV. VIII. Indictione. Humilis & devotus vester, Angelus episcopus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis.

Ex Mss. Brunsvvic. & Gothan.

Propositio in Natione Germanica coram omnibus Præsidentibus & Deputatis Nationum super detentione D. Electi Argentinensis.

Anno, Indict. &c. die Mercurii XI. M. Decembris hora vesperarum, in loco convocationis Germanicæ Nationis, ad instantiam illustrissimi principis domini Ludovici Ducis Bavariæ & Comitis Palatini Rheni, fuerunt congregati Deputati omnium Nationum. Primo de col- D legio Cardinalium reverendissimi Patres Domini Alamannus Pisanus, Amadeus Salutiarum, & Franciscus Florentinus, Cardinales, & deputati per Nationes Germanicam, Italicam, Gallicanam, & Anglicanam.

Inter quos ad instantiam dicti domini Comitis Palatini fuit per organum reverendi Patris domini Ulrici Episcopi Verdensis propositum, qualiter reverendus pater dominus Wilhelmus electus Argentinensis per Decanum & duos aut tres ad plus Canonicos Ecclesiæ suæ Argentinensis esset detentus, & male tractatus, de quo summe & intimo corde doleret: petens super hoc sibi dari consilium a Concilio Constantiensi, et informationem, quomodo et qualiter in hujusmodi materia se habere debeat, tanquam Gubernator Concilii Constantiensis. Præsentibus ibidem Ardecino de Novaria et Augustino de Pisis, sacri Consistorii et Dominorum de Capitulo ecclesiæ Ar- E gentinensis, nec non laicorum prædictorum advocatis.

Inter quos dixit dominus Ardecinus, et deinde Augustinus, unito tamen sensu et conclusione, qualiter ipse Dominus Electus non esset captus, sed arrestatus in loco capitulari: et illud fecisset Capitulum Ecclesiæ Argentinensis ea de causa, quia timebat periculum esse in mora, ex eo, quia deductum foret per certa indicia ad capitulum, quod ipse dominus Electus vellet alienare castrum Born et oppidum Zabern, et dare in manibus laicorum, et totaliter alienare ab Ecclesia Argentinensi pro certa summa pecuniarum, cum qua summa pecuniarum vellet ducere uxorem legitimam, et transire ad vota laicalia. Item, dixerunt, quod viginti alia castra ipsius Ecclesiæ alienasset, de quibus recepisset magnam pecuniam, pro qua pecu-

ANNO CHRISTI 1415.

pecunia emisset in suis partibus certas alias terras, & castra; & totaliter destruxisset & dilapidasset bona Ecclesiæ Argentinensis. Et ad finem, quod dictum castrum Born & oppidum Zabern non alienarentur ab Ecclesia prædicta, cum ipsa sint oculus totius patriæ, & quodammodo clavis dictæ patriæ, Capitulum volebat providere de indemnitate Ecclesiæ prædictæ, eum arrestaverunt. Et propter hoc miserunt Ambaxiatores suos ad Concilium Constantiense, tamquam ad superiorem Ipsius Electi, petendi consilium super hoc & juvamen. Cum ipsum Capitulum vellet stare in his, & aliis similibus casibus, ordinationi & decreto Concilii, dummodo provisum fuerit de indemnitate Ecclesiæ Argentinensis memoratæ.

Ex adverso vero surrexit Dominus Gaspar de Perusio, advocatus D. Electi & partis suæ &c. & dixit Dominum suum, Electum Argentinensem, esse nobilem hominem, & laudabiliter se gessisse in dicta Ecclesia Argentinensi. Et si non fuisset bonus dominus, non fuisset promotus ad eam. Cum per manus D. Cardinalis de Alenconio erat promotus. Et multa alia dixit, licet in eadem conclusione, pro excusatione ipsius electi. petens per Concilium provideri super hoc, decernique monitorium contra tales detentores Domini sui &c.

Tunc de mandato Deputatorum quatuor nationum, & dominorum Cardinalium, Dominus Joannes Patriarcha Antiochenus respondit & dixit, quod esset deliberatum per Deputatos, quod quatuor de qualibet Natione deberent eligi, & de cœtu Cardinalium similiter quatuor. Ita quod in numero essent sedecim, qui illam materiam deberent examinare. Et vellent, quod medio tempore relaxaretur, & mitteretur ad Concilium.

Quod non placuit advocato Capituli quoad relaxationem personæ Electi, nisi Capitulum certificaretur, quod posset habere regressum ad castrum & oppidum prædicta.

Finaliter fuit conclusum, quod quælibet pars deberet venire cras ad locum sessionis, & proponere factum suum hora tertiarum coram Concilio. Et poterit tunc melius deliberari per nationes. De quo partes hinc inde remanserunt contentæ, & petierunt instrumenta, &c.

Præsentibus dictis dominis Cardinalibus, Nicolao Archiepiscopo Gnesnensi, Joanne Slesvicensi, Rabano Spirensi, Jacobo Plocensi, Andrea Posnaniensi, Vitali Tholonensi, & Aniciensi Episcopis, Antonio Concordiensi, Henrico Veltrensi, Roberto Sarisburiensi, Nicolao Baroniensi Episcopis testibus, pluribus aliis dominis Doctoribus, Abbatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis personis in numero bene LX.

Congregatio Nationum in Monasterio Fratrum Minorum die Jovis 19. Decemb. 1415.

Germanica Natio conquesta, Reformationem corruptelarum, quas Joannes XXIII. remotus Papa antea invexerat, Simoniæ præsertim, differri vel dissimulari.

DIe Jovis 19. mensis Decembris prædicti, fuerunt congregati Deputati omnium Nationum in loco Nationis Germanicæ ad tractandam causam captivationis & liberationis D. Electi Argentinensis.

Inter quos levavit se D. Joannes Naso præsidens tunc Nationis Germanicæ dicens: qualiter sacrum Concilium Constantiense foret congregatum specialiter propter tria. Primo ad tollendum schisma in Ecclesia Dei: secundo propter hæreses extirpandas: tertio propter reformationem in capite & in membris. Et quod ipsum Concilium juste & sancte Joannem olim Papam XXIII. propter sua detestabilia mala de Papatu ejecit, nec non Joannem Huss hæreticum, ut talem juste condemnavit. Sed tamen factis malis per ipsum Joannem, tunc Papam, scilicet exorbitantiis, per eum commissis & concessis, adhuc omni die utimur, & dissimulamus ea condemnare in dedecus & vituperium ipsius sacri Concilii. Et quamquam Natio Germanica diutius & pluries in materia illa, ut exorbitantiæ & simoniæ condemnarentur, & contra Simoniacos & turbatores Concilii procederetur, conclusisset, & suas conclusiones aliis Nationibus communicasset, attamen huc usque nihil potuit dicta Natio Germanica proficere.

Et statim ipsis Dominis deputatis aliarum Nationum ibidem præsentium supplicavit, ut dicta materia exorbitantiarum expediretur.

ANNO CHRISTI 1416.

Similiter factum Hieronymi de Praga suspecti de hæresi, prout dixit, Regem Romanorum petiisse sæpius a Concilio & Nationibus. Et nihilominus publice & expresse protestabatur, quod non stat, stetit, neque stabit per nationem Germanicam, quo minus ipsa materia expediatur.

Super quibus idem Joannes Naso Præsidens petiit sibi fieri unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta.

Præsentibus magistris Michaele Bolosonis, & Joanne Girardi &c. Notariis, ac Joanne Patriarcha Antiocheno, Roberto Episcopo Sarisburiensi, Jacobo Pennensi, Episcopis &c. aliisque Prælatis, Doctoribus, Magistris, quatuor nationes repræsentantibus in numero copioso.

Congregatio Nationum in Monasterio Fratrum Minorum die Jovis 9. Jan. 1416. Auditi Legati Regis Neapolitani & aliorum.

ANno Domini 1416. Indict. IX. die vero Jovis mensis Jan. fuerunt congregati Deputati omnium Nationum Concilii Constantiensis in domo Fratrum Minorum, ubi convocatio nationis Germanicæ convenire solet pro negotiis suis tractandis atque concludendis, ad audiendum Ambaxiatores Regis Jacobi regis Neapolitani, Reginæ consortis suæ, Caroli de Malatestis, Rodulphi de Camerino, Ludov. de Melioratis, & civitatis Anconæ.

In qua congregatione quidam Secretarius ipsius Regis nomine N. surrexit. Et primo recommendavit ipsum Dominum suum Regem Jacobum, & Joannam reginam ejus consortem Concilio generali, offerendo ipsos Regem & Reginam, personas, bona &c. ad mandatum Concilii. Supplicando ulterius eidem Concilio Constantiensi, ut quanto citius id fieri posset, quod procederet & procedere conaretur, procedi deberet ad electionem futuri summi Pontificis. Cui electo & ad Apostolatus apicem assumpto vellent, ut Christianissimi Principes, cum eorum subditis, terris, dominiis obedire. Item, omnia & singula conclusa, ordinata, & statuta per dictum sacrum Concilium Constantiense vellent totaliter ratificare, & exnunc ratificarent, ipsisque conclusionibus, definitionibus usque ad minimum adhærere. Item dixit, quod ipsi Jacobus Rex, & Joanna consors sua vellent in omnibus & per omnia esse fideles servitores ipsius eligendi cum eorum vassallis, ut fideles servitores & Vassalli Ecclesiæ Romanæ. Et alia dixit, prout in quadam expositionis schedula, quam tenebat in manibus suis, de qua singula pronunciabant, continebatur.

Quibus expositis, atque lectis suis per dictos dominos deputatos requisitus, an alia exponere haberet, vel aliquas litteras haberet directas Concilio. Respondit dictus Secretarius, quod non haberet nisi instructiones, sed certas litteras missivas ad Dominos Cardinales Ecclesiæ Romanæ. Et non produxit ibidem, nisi quamdam litteram salviconductus sui per Regem concessam e dictis DD. Rege & Regina Neapolitana sigillatam sigillo magno, cera gilva &c.

Et sic Domini deputati regratiati fuerunt Dominis Regi, & Reginæ de eorum oblationibus, & vellent eos recommendatos habere, & eorum statum apud Concilium, & eligendum futurum summum Pontificem.

Subsequenter surrexerunt Ambaxiatores Caroli de Malatestis, & in effectu proposuerunt D. Carolum, & alios Dominos de Malatestis fore delatos apud Concilium Constantiense. Et pro eorum excusatione legerunt unam seriem articulorum, concludentes in effectu, quod illi Domini de Malatestis semper fideles fuerunt Romanæ ecclesiæ.

In quibus articulis continebatur, quod Dominus de Camerino eos incusabat de multis malis, quæ reprobarunt. Et contra ea implicabant, dicta eis imposita non esse vera, prout ipsi deduxerunt in articulis suis. Quos articulos petiverunt admitti ad probandum, offerentes se nomine Dominorum de Malatestis probaturos in casu, quo pars adversa insisteret male contra eos conceptis.

Ex adverso D. Thomas advocatus Consistorii &c. Ambaxiator D. Radolphi de Camerino, primo, deinde

nuus

ANNO CHRISTI 1416.

unus pro parte D. Ludovici de Melioratis Domini & Capitanei civitatis Firmanæ, & postremo Ambaxiatores civitatis Anconæ, in effectu proponentes, qualiter dicti eorum Domini semper fuissent subjecti Ecclesiæ Romanæ, contra quam non fecissent, nec ejus mandata. Et ultra hoc dixerunt, ipsos Dominos suos, & civitatem Anconitanam sustinuisse diversa damna ab illis de Malatestis. Et hoc postquam Ambaxiatores Concilii intrassent provinciam Marchiæ Anconitanæ, prout dixerunt se similiter illa probaturos.

Quibus expositis, & auditis per deputatos, Domini deputati ibidem existentes pro responso dederunt, quod Concilium vellet ponere concordiam inter dictos Dominos Deputatos per bonum modum, si possibile foret. Sin autem non vellet, quod hujusmodi materia decideretur per viam juris, & super hoc deberent deputari & dari certi judices per Concilium, qui hujusmodi quæstiones de jure decidere deberent, & coram quibus partes hinc inde querelas proponere haberent, verbo & in scriptis, & quod fieri deberet justitia partibus hinc inde, quantum in eo esset &c.

Congregatio Nationum in Monasterio Fratrum Minorum die Dom. 19. Jan. 1416. in Causa Argentinensi.

Die Dominica 19. Mensis Jan. prædicti fuerunt Deputati omnium Nationum quatuor congregati in loco convocationis nationis Germanicæ post meridiem. In qua congreg. inter cetera proposuit M. Henricus Kuvve procurator Capituli Ecclesiæ Argentinensis una cum Dominis Ardecino de Novaria, & Augustino de Pisis advocatis ipsius Capituli, assistentibus ibidem certis aliis sollicitatoribus capituli prædicti, detentionem D. Wilhelmi electi Argentinensis, et pluter rationes, quare arrestatur seu detentus foret, offerens inter cætera nomine Dominorum suorum, quod sacrum Concilium Constantiense recipiat in custodiam castrum Born, et oppidum Zabern, et præstet juratoriam cautionem dictus Electus arrestatus de stando judicio in Concilio Constantiensi, aut per ejusdem Concilii Deputatos, et capitulum velit consentire in ejus relaxationem, et quod veniat, vel mittatur ad Concilium, de stando juri, et respondendo parti adversæ super sibi imponendis et objiciendis.

Ex prima editione.

Congregatio ad audiendum relationem ambaxiatorum missorum ad Petrum de Luna, et regem Arragonum.

Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, indictione nona, die vero Jovis trigesima mensis Januarii, fuit celebrata congregatio generalis in majori ecclesia Constantiensi, pro relatione ambaxiatorum missorum ad Petrum de Luna, in sua obedientia Benedictum decimumtertium nominatum, & serenissimum principem dominum Ferdinandum Arragonum regem: & reverendissimus pater dominus Jacobus archiepiscopus Turonensis, unus de ambaxiatoribus missis ex parte Concilii, existens in ambone una cum collegis suis, nomine proprio & coambaxiatorum suorum fecit relationem legationis suæ. Qua facta legit quosdam articulos sive capitula per serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ambaxiatores sacri Concilii ex una, & dominos de obedientia ipsius Petri de Luna Narbonæ concordata ex altera, partibus. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

Capitula Narbonensia.

Die Veneris decimatertia mensis Decembris, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octava in capitulo novæ ecclesiæ Narbonensis, in camera magnæ turris novi palatii episcopi Narbonæ, hora secunda post meridiem, ante tamen prandium; capitula sequentia per serenissimum dominum Romanorum regem, & dominos legatos Concilii Constantiensis, sic per ejus obedientiam nuncupati ab una parte, & dominos ambaxiatores illustrissimorum regum & potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti Papæ decimitertii, sic etiam per ejus obedientiam nuncupati ab altera, pro unione in sancta Dei ecclesia consequenda, concordata exstiterunt cum Dei adjutorio modo infra scripto.

ANNO CHRISTI 1416.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi,

Facta fuit congregatio ad audiendum relationem ambaxiatorum missorum ad Petrum de Luna, & regem Arragonum.

Anno a Nativ. Domini MCCCCXVI. indictione nona, die vero Jovis trigesimo mensis Januar. Constantiæ in ecclesia cathedrali, & loco solito facta fuit de mane hora tertiarum pro relatione ambaxiatorum missorum ad Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nominatum, & serenissimum principem dominum Ferdinandum Arragoniæ regem missorum, & reversorum tunc facienda, generalis omnium prælatorum, vel quasi hujus Concilii congregatio: in qua reverendissimi patres, & domini a Jacobus Adriensis episcopus, venerabilesque viri domini Joannes de Opiais sancti palatii Apostolici causarum auditor, Hugo Hombscher, Joannes Vallis, Bernardus de b Planphea doctores, Vicecancellarius episcopi Burdegalensis ambaxiatores hujus Concilii ad Petrum de Luna, & regem, ut præmittitur, missi, ambonem in quo decreta, acta, ordinata, & finita sæpefati Concilii solent publicari, ascendebant, & reverendissimus pater dominus Jacobus Turonensis archiepiscopus prædictus nomine proprio, & suorum coambaxiatorum relationem ambaxiatæ suæ fecit publicam, claram & solemnem. Qua facta, quasdam litteras missivas illustrissimi principis & domini, domini regis Arragonum prædicti huic sacro Concilio missas per eamdem, ac obedientiæ subtractionem ipsius domini Petri de Luna per eumdem dominum regem, & suos factam: necnon capitula, sive articulos per serenissimum & invictissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ambaxiatores præfatos nomine sacri Concilii, ex una, & dictos de obedientia Benedicti XIII. in sua obedientia sic nuncupati, regem Arragonum, & alios dominos in Narbona concordata, appunctuata, & conclusa parte ex altera, de mandato hujus sacri Concilii facto sibi super hoc, publice & intelligibili voce successive unum post aliud expresse perlegit, & publicavit.

Die Veneris XIII. mensis Decembris, anni Domini MCCCCXV. indictione octava, in capitulo ecclesiæ novæ Narbonensis in camera magna turris novi palatii patriarchis episcopalis Narbonæ hora secunda post meridiem, ante tamen prandium; capitula sequentia per serenissimum dominum Romanorum regem; & dominos legatos Concilii Constantiensis, sic per ejus obedientiam nominati ab una parte, & dominos ambaxiatores dominorum illustrissimorum regum, & potentum, & aliorum principum obedientiæ domini Benedicti Papæ XIII. sic etiam per ejus obedientiam nuncupati ab altera, pro unione in sancta Dei ecclesia exsequenda concordata exstiterunt, cum Dei adjutorio, modo infrascripto.

Ex prima editione.

Tenor capitulorum concordatorum.

Primo, quod convocatio fiat per prælatos, ceterosque viros ecclesiasticos in dicto Concilio Constantiensi, sic per obedientiam (ut præfertur) nuncupato, existentes & congregatos de regibus & principibus prædictis, cardinalibus & prelatis, ceterisque viris de obedientia dicti domini Benedicti Papæ decimitertii, sic etiam per ejus obedientiam (ut præfertur) nuncupati, qui ad generale Concilium debent & sunt consueti vocari per litteras opportunas dictorum dominorum de Concilio Constantiensi, quæ emanent ab eis sub nominibus generalibus, & sub denominati tituli dignitatum sive nominum appellativorum sine expressione propriorum nominum, vel propriarum dignitatum, secundum formam hic concordatam, & inferius insertam. Et quod dictæ litteræ dirigantur,

a Lege ex mf. *Jacobus archiepiscopus Turonensis, Joannes Gebennensis, Jacobus Adriensis, episcopi.*
b Mf. *Placuca.*

ANNO CHRISTI 1416.

tur, nedum ad dominos reges & principes & cardinales, sed & ad alios quoscumque prælatos obedientiæ prædicti domini Benedicti. Et quod dicti domini reges & principes ipsius obedientiæ sumant onus faciendi præsentari dictas litteras convocatorias, quilibet in regno & principatu suo prælatis suæ jurisdictionis: & specialiter dominus rex Arragonum sumant onus faciendi præsentari dictas litteras convocatorias regibus & principibus dictæ obedientiæ ista capitula firmantibus: & quod in dictis litteris convocatoriis præfigatur terminus ad interessendum in civitate Constantiensi pro uniendo se, & faciendo Concilium generale una cum aliis ibidem congregatis, trium mensium computandorum a die præsentationis dictarum litterarum fiendæ domino regi Arragonum in Perpiniano, (si fuerit) vel alias in civitate Barcinonensi (si fuerit præsens vel absens) & in casu absentiæ sufficiat præsentare litteras antedictas vicario regis, vel consiliariis dictæ civitatis, aut majori parti eorumdem. Et vice versa, quod præfati domini reges & principes maxime dictæ obedientiæ domini Benedicti, facient litteras convocatorias ad prænominatos prælatos ceterosque dominos de Concilio Constantiensi, similes litteris convocatoriis ab illis de Concilio emanandis, ut præfertur, vel per suos ambaxiatores, vel procuratores mittendos, sufficienti potestate suffultos, ibidem in Constantia congregatos, convocabunt: hoc addito ac etiam intellecto, quod litteræ convocationis mittantur ad dominum regem Arragonum sexaginta numero, videlicet viginti, quæ dirigantur ad serenissimum dominum regem Castellæ, & prælatos regni sui: & aliæ viginti, quæ dirigantur ad serenissimum dominum regem Arragonum & Siciliæ, & prælatos regnorum suorum, & decem, quæ dirigantur ad illustrissimum dominum regem Navarræ & prælatos jurisdictionis ipsius; & quinque, quæ dirigantur præpotenti domino comiti Fuxi, prout in eisdem litteris debet seriosius contineri.

Ex prima editione.

Secundo, quod dictæ convocationes fiendæ per dominos de Concilio Constantiensi, & etiam per dictos dominos reges, & alios, &c. nec non & congregatio & constitutio Concilii generalis fienda per dictos dominos reges & ceteros de obedientia dicti domini Benedicti, &c. possint fieri & fiant generaliter, ut deferatur honori Concilii Constantiensis jam dicti: scilicet pro exstirpatione schismatis & hæresum, pro sancta unione Romanæ ecclesiæ, pro reformatione universalis ecclesiæ in capite & in membris, & pro unico eligendo pastore, & pro aliis causis & rationibus quæ ad generale Concilium de jure pertinent & spectant. Sed ad partem promittatur & firmetur per serenissimum dominum Imperatorem, & per dominos prænotatos, prælatos & ceteros spectabiles viros huc missos ex parte dominorum de dicto Concilio Constantiensi, nomine dicti Concilii, & etiam proprio, mediante publico instrumento cum juramentis, quod in Concilio Constantiensi uniendo & constituendo (ut præfertur) non tractabuntur, ordinabuntur, statuentur, vel tractari, ordinari aut fieri permittentur directe vel indirecte, aliqua concernentia aut tangentia dictos dominos reges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti, vel aliquem ex eis, non solummodo dumtaxat causa ejectionis dicti domini Benedicti, & electionis futuri summi Pontificis, & reformationis ecclesiæ in capite & in membris, & in causa hæresum cum dependentibus & emergentibus, &c. Et quod dicti domini de dicto Concilio Constantiensi ratificabunt & approbabunt hujusmodi promissionem & obligationem mediantibus publicis instrumentis, ut supra. Et quod nihilo minus prædicta promissio, ratificatio & securitas specialiter confirmentur & rata habeantur, & noviter firmentur, & statuantur per dictum formandum Concilium sufficienter, prout fieri debent, & est solitum, antequam procedatur & procedi valeat ad aliquos actus, postquam fuerint uniti. Et quod, si contrarium fieret, domini reges & principes, & alii de obedientia dicti domini Benedicti ab expresso exnunc agunt & dicunt, quod illa sic in contrarium facta per formandum & uniendum Concilium, habeantur pro invalidis atque nullis ipso jure: & quod ad observationem eorum, dicti domini reges & principes, & ceteri de prænominata obedientia dicti domini Benedicti, minime teneantur.

ANNO CHRISTI 1416.

Tertio, quod præfatis de obedientia dicti domini Benedicti venientibus ad Constantiam, statim fiat unio eorumdem ad dictum Concilium Constantiense, pro faciendo unum universale Concilium. Quo facto quia dicti domini reges & principes, & alii de obedientia ejusdem domini Benedicti, dicunt esse certissimum, quod non possunt licite obedire alicui in Papam eligendo, ut vero Papæ, nisi prius vacaret Papatus morte aut renunciatione dicti domini Benedicti pure, licite & libere facta, prout de jure divino pariter & humano tenetur; vel per justam & legitimam ipsius depositionem, seu depositionis declarationem ac ejectionem a Papatu per dictum Concilium, vel ejus auctoritate fiendam: propterea in favorem dictæ unionis consequendæ, est concordatum inter serenissimum dominum regem Romanorum, & alios dominos de Concilio Constantiensi, quod ab eis sacrum Concilium generale appellatur, & inter ambaxiatores & procuratores dictorum dominorum regum & principum, qui sunt de obedientia dicti domini Benedicti; quod antequam ad electionem unici summi Pontificis procedi valeat per dictum Concilium, vel per alios ad quos pertineat, procedatur per dictum Concilium sic unitum contra eumdem dominum Benedictum, nolentem aut subterfugientem renunciare pure & libere, prout de jure divino pariter & humano tenetur; aut etiam quomodolibet delinquentem, prout de jure divino pariter & humano potest & debeat procedi per dictam justam & legitimam ejus depositionem, seu depositionis declarationem, & alias prout præfertur. Ita tamen, quod formetur & fiat processus novus per dictum Concilium contra eumdem dominum Benedictum juste & legitime. Ad cujus verificationem & decisionem, nullatenus habetur ratio ad processum Pisani Concilii, vel sententias ibidem latas, ut illo vel illis dictum Concilium in modum probationis, vel in vim processus vel judicari non utatur. Et quod processa, cognita & sententiata per dictum Concilium modo prædicto, dicti domini reges & principes, & ceteri obedientiæ dicti domini Benedicti, rata & grata habebunt, & illa minime impugnabunt. Item, quod cardinales dicti domini Benedicti sic vocati, ut supra in litteris convocatoriis, dum venerint ad dictum Concilium, admittantur per idem Concilium ad omnes actus ibidem expediendos, & etiam ad electionem futuri summi Pontificis suo casu, & secundum quod alii cardinales vocatorum Gregorii & Joannis admittentur. Et si vocati ut supra, non venerint personaliter ad jam dictum Concilium, sed per alias personas sufficiens procuratorium habentes, recipientur & admittentur personæ prædictæ ad omnes actus Concilii, prout procuratores dominorum cardinalium dictorum dominorum Joannis & Gregorii admittentur & recipientur, & secundum quod dictum uniendum Concilium circa prædictos omnes cardinales duxerit ordinandum.

Quarto, quod per dictum uniendum Concilium, si & inquantum fuerit necessarium vel opportunum ad uberiorem cautelam, tollantur, aboleantur, annullentur & irritentur quicumque processus, sententiæ, decreta, ordinationes, statuta & pœnæ, per olim Gregorium & Joannem & suos prædecessores, ac per Concilium convocatum Pisis, a tempore exorti schismatis & citra, ex occasione vel causa ipsius schismatis facta & factæ, prolatæ contra dominos reges, principes, & alios quoscumque obedientiæ dicti domini Benedicti, ac etiam contra quasvis alias personas, quæ dicto Benedicto non adhærent post dictam ejectionem, seu depositionis declarationem; & contra quascumque universitates, villas & loca, quatenus tangat & tangere possit dictos dominos reges & principes, & alios obedientiæ dicti domini Benedicti, & omnia & singula inde secuta, omnem effectum eorum tollendo, & omnem maculam, sive notam, quæ contracta fuerit ob prædicta. Et idem intelligatur dictum de persona dicti Benedicti, casu quo renunciaverit pure & libere & ante sententias dictæ ejectionis. Intellecto tamen & declarato, quod dictum Concilium non possit se juvare processibus & sententiis adversus dictum dominum Benedictum latis in processu & sententia inde ferendis contra eumdem dominum Benedictum, de quibus in tertio articulo continetur. Et fiat similiter de sententiis latis per dictum dominum Benedictum contra obedientiam dicti Concilii, dominos

reges,

reges, principes, personas singulares, villas, loca: & quod statuatur in prima sessione dicti Concilli, tempore quo fiet dicta unio, quod nunquam de cetero ratione vel occasione dicti schismatis, aut adhaesionis dicti domini Benedicti & sui praedecessoris domini Clementis, possit contra dominos eeges, principes, praelatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti, quomodolibet procedi in judicio vel extra.

Quinto, quod per dictum formandum Concilium approbentur, laudentur & confirmentur, & etiam meliori modo, quo fieri possit, plenissime firmentur omnes & singulae concessiones, dispensationes, gratiae factae per dictum dominum Benedictum quibusvis personis dictae suae obedientiae, de quibusvis dignitatibus, archiepiscopatibus, episcopatibus & officiis, & beneficiis aliis quibuscumque infra suam obedientiam, quae nunc est, de his quae nunc possident: & quaecumque infeudationes, investiturae, contractus, & aliae concessiones & gratiae usque in diem primae requisitionis factae eidem Benedicto per reges & principes suae obedientiae, quibusvis personis suae obedientiae infra suam obedientiam, quae nunc est etiam saecularibus, tam regibus Arragonum, Castellae, Navarrae, comitibus Armeniaci & Fuxi, quam filiis & liberis eorum, conjunctim & divisim, de his quae nunc possident, & etiam aliis cujusvis conditionis exsistant. Hoc tamen intellecto & declarato, quod ab aliquibus praelaturis, seu magisteriis, dignitatibus vel beneficiis quibuscumque, durante schismate fuerint separata, vel alias segregata aliqua membra, castra, villae, seu alia bona, redditus, proventus, seu emolumenta ac responsiones camerae, vel alia jura quaecumque, de quibus fuerit aliquibus forsan jam provisum, vel facta collatio, seu infeudatio infra suam obedientiam constitutis, quod praedicta ipsis praelaturis, magisteriis, seu magistratibus, dignitatibus & beneficiis, ut capiti restitui & redintegrari valeant per Concilium antedictum; & ceteris de aliis dignitatibus & beneficiis provideatur, prout providentiae Concilii fuerit visum, per dictas confirmationes & approbationes hic contentas nullum impedimentum his praestetur. Et idem fiat e converso de alia obedientia.

Sexto, quod cardinales dicti domini Benedicti, si forsitan voluerint ire aut mittere ad jam dictum formandum Concilium, seu ad electionem summi Pontificis, cum vacaverit papatus, altero de dictis tribus modis (ut supra in dicto tertio capitulo dictum est) faciendam, convocati modo quo supra, & adhaerere volentes opinioni dictorum dominorum regum & principum obedientiae dicti domini Benedicti, deputentur, recipiantur & admittantur, ut veri cardinales sanctae matris universalis ecclesiae, & ut tales habeantur, & ab omnibus honorentur, nec non dignitatibus, emolumentis ac aliis cardinalatus privilegiis, praeeminentiis & praerogativis (ut praemittitur) frui pariter & gaudere, salvis tamen aliis constitutionibus & statutis per dictum Concilium promulgandis, de electione Romani Pontificis facientibus mentionem.

Septimo, quod provideatur per dictum formandum Concilium circa officiales Romanae curiae dicti domini Benedicti, dum tamen eidem domino Benedicto non adhaereant post substractionem obedientiae (si eam fieri contingat) vel post ejectionem praedictam.

Octavo, quod si ante renunciationem seu ejectionem dicti domini Benedicti praenominatam, ipsum contingat decedere, promittant, dicti domini reges & principes ejus obedientiae, atque jurent quod non permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per cardinales ipsius, vel alios ipsorum vice: imma quantum in eis erit, modis omnibus prohibebunt. Et casu quo fieret per illos electio, illi sic electo per eos non adhaerebunt, nec obedient quoquo modo, neque in eorum terris & regnis illum sic electum aliquatenus sustinebunt, vel sustineri permittent. Sed electionem in dicto casu per dictum formandum Concilium permittent fieri, & electo per illud in Papam in dicto casu, ut vero summo Pontifici indubie adhaerebunt.

Nono, quod praefatum formandum Concilium debite providebit, cum decenti mansuetudine & rationabili aequitate, quod ubi duo vel plures in eodem titulo ex diversis obedientiis concurrent, quilibet eorum in dicto Concilio tractabitur, honore utriusque obedientiae semper salvo: & quod ante finem dicti Concilii idem Concilium providebit in dictis casibus taliter, quod illorum quorumlibet honor & status, quamdiu vixerint, debite supportentur; & interim nihil innovetur contra aliquem praedictorum, quousque per dictum Concilium ad eumdem summum Rontificem eligendum provisum fuerit debite super istis.

Decimo, quod dictus dominus sex Romanorum, & domini qui sunt praesentes ex parte dominorum de Concilio Constantiensi, illorum nomine & etiam proprio, quantum ad eos spectat, & eorum quemlibet, bona fide assecurent & assecurari faciant per dominum regem Franciae, & dominos ducem Aquitaniae, Delphinum Viennensem, & regem Ludovicum, & dominum comitem Sabaudiae, & per totum dominium ipsorum, dictum dominum Benedictum, si ire voluerit, vel mittere ad dictum Concilium, & omnes & singulos ambaxiatores & procuratores ipsius domini Benedicti, & dominorum regum & principum, & alias quasvis personas, sive sint cardinales & alii praelati, si accedere voluerint, ac alios quoslibet obedientiae dicti domini Benedicti, tam clericos, quam laicos, cujusvis status, gradus aut conditionis exsistant, cum gentibus & familiaribus suis, & bonis eorum, cum sufficientibus litteris de salvoconductu, quod tute & libere possint ire, transire & morari per itinera & loca usque ad Constantiam inclusive, & stare in dicta civitate Constantiensi, & in dicto Concilio, quamdiu eis & cuilibet eorum placuerit, & reverti ab illis cum voluerint, & alias in omnibus & per omnia eundo, stando & redeundo, plenissima gaudeant libertate: & quod officiales & consules Constantienses in absentia praedicti domini regis Romanorum, & alii ad quos spectat, jurent, & mediante eorum juramento promittant, quod fideliter observabunt, quantum ad eos spectat, & observari facient praemissa omnia singula, & defendent, & tuebuntur supradictos omnes & singulos in personis & bonis pro toto posse, omni fraude cessante; & nullam impressionem aut violentiam directe vel indirecte facient aut fieri permittent jam dictis personis, vel eorum singulis, nec bonis eorum quoquo modo: & omnia ista firmabunt juramentis per dictum dominum regem Romanorum, per se & per alios dominos pro Concilio Constantiensi hic praesentes, tam nomine dicti Concilii, quam proprio. Quae guidatica & assecuramenta mittentur domino regi Arragonum, una cum litteris convocatoriis dicti Concilii, ad hoc ut dictus dominus rex possit certificare vocandos de dictis securitatibus & salvisconductibus, ne dicti vocati dicta occasione se valeant, abeundo seu mittendo ad dictum Concilium, excusare.

Undecimo, quod dictus dominus rex Romanorum suo nomine & pro successoribus suis, & alii domini hic praesentes, nomine dictorum dominorum de Concilio Constantiensi & proprio jurabunt singulariter & promittent, quod omnia & singula in praedictis capitulis & eorum quolibet contenta facient (quantum in eis erit) omni dolo cessante, per dominos cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios praelatos, ambaxiatores dominorum regum & principum, & alios in dicto Concilio Constantiensi exsistentes, ut singulares per se vel personas ad hoc sufficienti potestate suffultas, approbari, firmari & jurari, antequam concedantur dictae litterae convocatoriae. Et quod in prima sessione facta unione ad dictum Concilium, pro dicto universali Concilio praedicta facient, concedent, statuent, ordinabunt & jurabunt. Et si contrarium praemissorum vel alicujus ipsorum fieret, vel praedicta omnia & singula non adimplerentur, fierent & exsequerentur, prout in dictis capitulis & eorum quolibet continetur, extunc ajunt & dicunt dicti domini reges & principes, praelati, & alii ipsius obedientiae domini Benedicti ab expresso, quod ipso facto sit irritum & inane, & quod ad observantiam praesentium capitulorum minime, vel etiam alicujus eorum teneantur. Et etiam ambaxiatores regum & principum hic praesentes obedientiae domini Benedicti, firment & jurent dictis nominibus dictorum regum & principum, pro se & successoribus suis, tenere & observare omnia & singula supradicta, quantum in eis erit.

Duo-

ANNO CHRISTI 1416.

Duodecimo, quod de prædictis omnibus & singulis fiementur & tradantur cuilibet partium prædictorum tot, quot necessaria fuerint, publica instrumenta.

Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, die Martis quarta mensis Februarii, Constantiæ in ecclesia majori fuit congregatio generalis, & dominus archiepiscopus Jacobus Turonensis, unus ex ambaxiatoribus Concilii ad partes Arragoniæ, in ambone existens proposuit, quomodo juxta conventa in capitulis Narbonensibus omnes & singuli domini cardinales, prælati, ambaxiatores & procuratores existentes in ipso Concilio, tenerentur mediis eorum juramentis dicta capitula approbare, & supplicavit ita fieri. Domini vero de Concilio ibidem stantes, nemine discrepante, responderunt, Placet. Approbaverunt dicta capitula, & juraverunt ea fideliter observare; videlicet domini cardinales & prælati ad pectora sua, ceteri vero domini ad sancta evangelia corporaliter præstitere juramentum; scrutantibus hujusmodi juramenta a dextero latere dominis Joanne de Tremble- sedis Apostolicæ & sacri Constantiensis Concilii protonotario: a sinistro vero latere Gultero Grassi, priore ... Rhodi ordinis S. Joannis Hierosolymitani, cum nullis aliis sacri Concilii notariis & scribis.

Nomina illorum qui juraverunt approbationem capitulorum. Et primo cardinales.

Mss. Joan- s episcop. Ostiensis, car. Vivari- nuncu- s.

Mss. Jorda- s episcop. Albanensis, de Ursinis.

a Joannes Ostiensis Vivariensis.
Angelus Prænestinus Laudensis.
Jordanus b Tusculanus de Ursinis, episcopi cardinales.
Antonius Bononiensis.
Franciscus Venetiarum.
Joannes Dominici Ragusinus.
Antonius Aquilejensis.
Gabriel Senensis.
Petrus Cameracensis.
Branda Placentinus.
Angelus Veronensis.
Guillermus tituli S. Marci.
Almanus Pisanus.
Antonius de Chalanco, presbyteri cardinales.
Rainaldus de Branckasiis.
Amedeus Salutiarum.
Ladovicus de Flisco.
Odo de Columna.
Lucidus de Comitibus.
Franciscus Florentinus diaconi cardinales.
Joannes patriarcha Constantinopolitanus.
Joannes Antiochenus patriarcha.
Nicolaus archiepiscopus Gneznensis, pro ecclesia sua & rege Poloniæ.
Petrus archiepiscopus Rigensis, pro se & rege Daciæ, Sueciæ & Norvegiæ.
Jacobus episcopus 1 Placentinus, pro se & rege Poloniæ, & duce VVitoldo.
Nicolaus episcopus Bathoniensis, pro se & rege Angliæ.
E *Robertus archiepiscopus Saresbariensis, pro se & rege Angliæ.*
Andreas episcopus Colocensis, pro se & rege Romanorum.
Nicolaus episcopus Mersburgensis, pro se & archiepiscopo Magdeburgensi.
Joannes episcopus 2 Sileticensis, pro se & rege Daciæ, Norvegiæ, &c.

A *Martinus episcopus Atrebatensis, pro se & duce Burgundiæ.*
Jacobus episcopus Adriensis, pro se & archiepiscopo Ravennatensi.
Elias episcopus Aniciensis, nulli præterquam Romanæ subditus ecclesiæ.
Joannes episcopus Vaurensis, pro provincia Tolosana.
Fridericus episcopus Augustensis. 3
Patricius episcopus Cortagensis. 4
Jacobus episcopus Esinus.
5 *Martinus episcopus Aprutinus.*
Georgius episcopus Tridentinus. 6
Henricus episcopus Feltrensis.
Antonius ep. Concordiensis, pro se & ep. Aquensi. 7
B *Stephanus episcopus Dolensis.* 8
Vitalis episcopus Tolonensis.
Ladovicus episcopus Bangorensis.
Ulricus episcopus Verdensis.
Alanus episcopus Leonensis.
Jacobus episcopus Laudensis.
Nicolaus episcopus Spoletanus.
Joannes episcopus VVormatiensis.
Joannes episcopus Firmanus, pro se & archiepiscopo Brundusino, & abbate S. Nicolai de 9 Aasino.
Ulamingus episcopus Nolanus.
Nicolaus episcopus Assisinus pro se & dominis Bertholdo Massanensi & Andrea Nucerino.
10 *Augustensis episcopus in Francia.*
C *Thomas episcopus Emonensis.*
11 *Sinnensis, pro se & abbate S. Georgii de Venetiis.*
Joannes VVarmiensis procurator Pomezaniensis, Culmensis, & Sambiensis episcoporum.
Franciscus Tudertinus, pro se & abbatibus 12 Marsianensi, & sancti Benedicti de Gogalo, de Organis.
Episcopus Cassis, pro se & tribus episcopis, & abbate Augustensi in Francia.
Simon Ancoaitanus.
Blasius Clusinus, pro se & Perusinensi, Cortonensi, Vigiliensi, Massanensi, & Casertanensi episcopis.
Joannes Silvanectensis, ambaxiator Universitatis Parisiensis.
Thomas Senoaensis episcopus.
D 13 *Joannes Ravetensis.*
14 *Andreas Poznaniensis, ambaxiator regis Poloniæ, & magni ducis VVitoldi, fratris, Lithuaniæ ducis.*
15 *Alogius Militensis, procurator dominorum archiepiscopi Simpratinensis, & suorum suffraganeorum.*
Joannes abbas Cisterciensis, procurator specialis pro toto ordine Cisterciensi.
Gaspar S. Joannis Eremi de Perusio, decretorum doctor, ambaxiator & procurator pro provincia Burdigalensi.
Matthæus abbas Claravallis, 16 ambaxiator ecclesiæ Gallicanæ, in theologia magister.
Guillermus de Precibus ordinis Cisterciensis, Vehetensis diœcesis.
Guillelmus sancti Pauli 17 de Cornuto, Turonensis diœcesis.
Joannes Ursicampi, Noviomensis diœcesis. 18
Guillermus abbas sancti Salvatoris 19 de mane, diœcesis Magalonensis, 20 pro provincia Narbonensi.
Guillermus abbas de monasterio de Cellis Bituricensis diœcesis, in decretis licentiatus.

Nico-

1 *Lege ex mss.* Placenti. 2 *mss.* Slesvicensis. 3 *mss. addunt*, provinciæ Moguntinensis.
4 *mss. addunt*, pro se & archiepiscopo Cassellensi & ejusdem provinciæ.
5 *mss.* Martinus episcopus Aprutinus, procurator pro reverendissimo patre domino Petro, sanctæ Mariæ in Cosmedin diacono cardinali de Veneriis. 6 *mss. addunt*, pro se & rege Romanorum.
7 *mss. addunt*, in Lombardia. 8 *mss. addunt*, procurator Ducis Britanniæ, episcoporum Corisopitensis & Venetensis. 9. *mss.* Affino.
10 *mss.* Ogerius episcopus Augustensis in Francia, *hoc est*, *in Franconia*.
11 *mss.* episcopus Lunnensis, &c. *Forte*, Senensis. 12 *mss.* de Mersann.... de Eugubio. Abbas Joannes de Parma, pro se & abbate sanctæ Mariæ de Ergans. 13 *mss.* Joannes electus Ravennatis.
14 *mss.* Andreas electus Poznaniensis. 15 *mss.* Altorgius Meltensis.... archiepiscopi Hydruntinensis.
16 *Desunt hæc verba in mss.* 17 *mss. Lips.* Cameraco: *legendum* de Cormeriaco.
18 *mss. addunt*, magister in Theologia. 19 *mss.* de Nane.
20 *mss. pro his verbis*, pro provincia Narbon. *habent* Licentiatus in Decretis.

Nicolaus abbas sanctæ Mariæ de Columba, ordinis Cisterciensis, Placentinæ diœcesis, pro se & abbatibus de Strata, de Benedulo, de sancto Thoma, sanctorum Nazarei & Celsi Veronensis.

Siffridus 1 *de Evagen, ordinis sancti Benedicti, Augustensis diœcesis,*

Everardus abbas in Lautz pro se & monasterio suo, & tamquam 2 *pro parte omnium abbatum ordinis sancti Benedicti Herbipolensis diœcesis.*

Hermannus de Argevillari abbas 3 *sancti Petri, ordinis S. Benedicti, Tullensis diœcesis.*

Alexander abbas monasterii sanctæ Mariæ de Bellofonte, ordinis veterum sancti Benedicti diœcesis Malleacensis, licentiatus in decretis, ambaxiator ecclesiæ regni Franciæ pro provincia Burdigalensi, & procu- B rator episcopi Lucionensis.

Henricus abbas utriusque juris licentiatus, ambaxiator universitatis Andegavensis.

Abbas 4 *Otto Burnensis ordinis S. Benedicti.*

Abbas 5 *Rumensis. Joannes abbas monasterii de* 6 *Robstodum, Ebredunensis diœcesis.*

Joannes abbas de Fontibus, 7 *provincia Ebricensi.*

Abbas S. 8 *Massensis, pro ecclesia regni Franciæ & Delphinatus.*

Abbas de Bolo, in Auglia.

Abbas S. 9 *Gilsadii.*

Abbas de 10 *Lantheia.*

A *Frater Angelus, Abbas monasterii in* 22 *Buna, Saltzburgensis diœcesis, ordinis Cisterciensis, pro monasterio suo, &* 23 *duce Ernesto duce Austriæ.*

Petrus præpositus canonicorum regularium monasterii in 24 *Legingen, pro monasterio suo, & Joanne burgravio Nurembergensi.*

Magister Petrus 25 *de Pulchra, pro Universitate studii Viennensis.*

Paulus 26 *Ladauru, pro Universitate Cracoviensi.*

Joannes 27 *Huguenoti, pro Universitate Avinionensi & certis abbatibus.*

Henricus 28 *de Abanden, pro Universitate Oxoniensi*

29 *Petrus Parthis ordinis Theutonicorum, pro dicto ordine.*

B *Michael Bolosonis, pro capitulis Viennensi, Narbonensi, Vivariensi, &* 30 *Ebredunensi.*

Andreas, cantor Lubecensis, pro episcopo & capitulo Lubecensi, nec non pro episcopo & capitulo Brandeburgensi.

Joannes de Curnen, pro episcopo Monasteriensi.

Guillelmus 31 *Prothos, pro episcopo Rosensi, Aricanensi, & Affricanensi.*

Joannes 32 *Gretz Reginæ, pro abbate Mebedens Pragensis diœcesis, ordinis S. Benedicti.*

Matthias de Ville, pro præposito 33 *in Vienna Pataviensis diœcesis.*

Conradus, abbas 34 *Pigumen is, ordinis S. Benedicti.*

Joannes Gervver pro Henrico episcopo Verdensi.

C *Jacobus Alberti pro archiepiscopo Ebredunensi, & capitulo.*

Nomina ambaxiatorum & procuratorum.

Stephanus de Gullioco canonicus & archidiaconus Losatensis, in ecclesia Tolosana procurator capituli.

Magister Joannes Basiræ, procurator domini Ludovici archiepiscopi Rothomagensis.

Joannes de Trembleio, sedis Apostolicæ protonotarius, procurator capituli Ebredunensis.

Magister 11 *Jordanus Morini, magister Guillelmus* 12 *Pulcenepot, ambaxiatores regis Franciæ.*

Nicolaus 13 *Angemii & Guillelmus Brillrti, ambaxiatores regis Cypri.*

Thomas abbas beatæ Mariæ Eboraci, ambaxiator regis Angliæ. 14

Paulus 15 *Uladung decretorum doctor, ambaxiator regis Poloniæ.* D

Petrus Cauthoa, ambaxiator ducis Burgundiæ.

Leo 16 *de Nasteca licentiatus in legibus, canonicus decanus Bisuntinensis, procurator capituli ejusdem.*

Joannes Ponceti licentiatus in decretis, & Bartholomæus in legibus, procuratores episcopi 17 *Lamberiensis.*

Abbas S. Pauli Bisuntinensis.

Theodoricus de monasterio, pro universitate Coloniensi.

Joannes 18 *Brum pro episcopo Halberstadensi.*

Prior de Rhodis, pro hospitalibus sancti Joannis Hierosolymitani.

Antonius 19 *Moessi, pro episcopo Gratianopolitano & ordine Prædicatorum.* E

Abbas 20 *Stoxii, pro rege Norvegiæ, & monasterio suo, & episcopo Lincopensi.*

Petrus de Meru, pro episcopo & capitulo Trajectensi.

Paulus de Praga, pro episcopo Luthomislensi.

Jacobus Baruth, pro abbate S. Lamperti, Saltzburgensis diœcesis.

Roimundus de Novo bello, pro episcopo 21 *Bituricensi, & abbate S. Tiberii Agathensis diœcesis.*

Philippus de Lapsa, pro abbate 35 *Pridensi ordinis S. Benedicti.*

Jacobus Alberti, pro archiepiscopo Ravennatensi, Ferrariensi episcopo, Parmensi episcopo, & Marchione Ferrariensi.

Joannes 36 *Gigati pro capitulo Veuetensi.*

Fridericus de Spiritu, pro archiepiscopo Ravennatensi, episcopo Ferrariensi.

Parmensi, & Marchione Ferrariensi.

Benedictus 37 *de Guillelactis clericus cameræ, pro episcopo Arcurutensi.*

Frater Antonius de 38 *Pecotto, Generalis ordinis Minorum pro toto ordine.*

D *Jacobus Conradini pro episcopis Cremonensi, Famagustadensi, & pro abbate S. Andreæ de Sexto, Januensis diœcesis.*

Joannes Tremosinus, pro præposito 39 *Thealtrensi diœcesis Pragensis, ordinis Præmonstratensis.*

Ægidius Petri, canonicus 40 *Columbricensis, pro episcopo Columbricensi, & episcopo Vilensi.*

Joannes decanus Lemovicensis, pro provincia Bituricensi & episcopo Lemovicensi.

Raimundus Georgii, pro episcopo Cistaricensi.

Stephanus Poletz, pro domino episcopo Luthomislensi, & Universitate studii Pragensis.

E *Elsinus archidiaconus Strurensis, pro episcopo* 41 *Starensi.*

Joannes de Flisco præpositus S. Hadriani de Trigandia diœcesis Januensis, pro episcopis Vercellensi & Vigintimilliensi.

Laurentius Gnoda canonicus Lincopensis, pro episcopo Lincopensi.

Frater Joannes episcopus Firmanus.

Abbas S. Petri Cabilonensis.

Theo-

---

1 *mss.* abbas in Evvagen. 2 *mss.* procurator omnium, &c. 3 *mss.* sancti Apri.
4 *mss.* Ottoburensis. 5 *mss.* Ricinensis. 6 *mss.* Bosteden. 7 *mss.* pro provincia Eboracensi.
8 *mss.* Maisentis (*lege*, Maxentii) Pictavensis. 9 *mss.* Gildasii. 10 *mss.* Langheyn.
11 *mss.* Joannes 12 *mss. al.* Paleri nepotis. 13 *al.* Angemini. 14 *mss. addunt*, provinciæ Eboracensis, Magister Guillelmus Cline, sacræ paginæ professor. Magister Robertus Appelton. canonicus ecclesiæ metropolitanæ Eboracensis, pro toto provincia Eboracensi. 15 *mss.* Uladamiel. 16 *mss.* de Nosereco, licentiatus in legibus, decanus Bisuntinensis, procurator capituli Bisuntinensis. 17 *Forte*, Lomberiensis. 18 *mss.* Brunn. 19 *mss.* Nicosi.
20 *mss.* Steyn, pro regnis Sveciæ, Daciæ & Norvegiæ, &c. 21 *Forte*, Biterrensi. 22 *mss.* Ruma.
23 *mss.* domino Ernesto. 24 *mss.* Lengenzein. 25 *mss.* de Pulka. 26 *mss.* Uladamiro. 27 *al.* Hugati.
28 *mss.* de Abendon. 29 *mss.* Petrus procurator ordinis &c. 30 *mss.* Eduensi. 31 *mss.* Porcel, pro episcopo Rosensi, Arnicanensi, & Osseriensi (*al.* Affraniensi) episcopis. 32 *mss.* de Græcæ regina, pro abbate in Oberdrem, &c.
33 *mss.* in Wyna. 34 *mss.* Pegaviensis. 35 *Al.* Cridensi. 36 *Al.* Legoti.
37 *mss.* de Gindelectis, clericus Cameræ Apostolicæ, pro episcopo Astaracensi. 38 *mss.* Pareto.
39 *mss.* Cheri Subariensis, *al.* Subenensis, Kochutzana, diœcesis &c.
40 *Al.* Colimbriensis. 41 *Al.* Scorensi.

ANNO CHRISTI 1416.

Theodoricus 1 Cintemberg, cancellarius episcopi 2 Ubracensis, pro ducibus Silesiæ, &c. A

3 *Voalmarus Sals & Luderus Rector pro episcopo Hildensheimensi & capitulo ejusdem.*

Coante Amonie, pro duce Britanniæ, rege Scotiæ, comite Norvegiæ, & comite Sabaudiæ.

Petrus 4 Tetinger pro se & abbate Fuldentio, & præposito Nurembergensi, Pataviensis diœcesis.

Joannes de Perona, canonicus & procurator 5 ecclesiæ capituli Turonensis.

Frater Bernardus prior domus Carthusiæ 6 prope Argentinam, procurator prioris majoris Carthusiæ.

Guillermus de Forolivio 7 rector conventus fratrum Eremitarum S. Augustini de Forolivio, procurator domini Georgii de Ordelaffis domini Forolivii. B

Galter Graffe, 8 procurator & magister totius ordinis S. Joannis Hierosolymitani, utriusque juris doctor.

Nicolaus, officialis Brixinensis, pro episcopo & clero Brixinensi, & Ernesto duce Austriæ.

Petrus de Holtzkyrchen pro se & abbate Fuldensi, ordinis S. Benedicti Herbipolensis diœcesis, & preposito Nurembergensi Pataviensis diœcesis.

Simon 9 Betoute, presbyter, procurator episcopi Vasionensis & abbatis S. 10 Engeri Turensis.

Frater Antonius Costæ, ordinis Prędicatorum. 11 C

Joannes de Vincellis procurator abbatis & conventus ac totius ordinis Cluniacensis, & procurator abbatis sancti Regnaudi, & Prioris de Carita.

Joannes de Gorella, ordinis Minorum conventus Parisiensis, ordinis antedicti regens, nec non fratris Joannis Quingonelli ordinis præfati in provincia Franciæ provincialis ministri procurator.

Frater Petrus 12 Corvilbelli, procurator abbatis S. Nicolai prope Andegavis.

Joannes Broffandi, procurator episcopi & capituli Mirapicensis.

Simon 13 Dobetbeas archidiaconus Vapincensis, procurator capituli ejusdem, & Atrebatensis. D

Aymericus de 14 Atsiis, procurator præpositi 15 Montis Jovis & supra ordinis & abbatis Sanginaci.

16 *Jacobus Craffeti, litterarum Apostolicarum scriptor, procurator capituli 17 Avenionensis & Munatensis.*

Bego de Bogeriis, in legibus licentiatus, procurator episcopi Uticensis, & deputatus pro provincia Narbonensi.

Berengarius 18 Miserendi procurator conventus sancti Guillermi de Desertis, Ludovensis diœcesis.

Magister Joannes Basirę decretorum doctor, litterorum Apostolicarum corrector.

Joannes Senescalli procurator domini abbatis Pręmonstratensis & totius ordinis, & Joannes 19 de Ponlexo, prior Romanæ curiæ, & cellerarius monasterii S. Antonii, 20 & præceptor de Reverso, ac procurator totius 21 ordinis S. Antonii & Augustini, ac procurator episcopi Taurinensis. E

Magister Nicolaus de Wordis doctor decretorum, sacri palatii Apostolici causarum auditor.

Joannes 22 Wipperdus, decretorum doctor, procurator domini Ludovici archiepiscopi Rothomagensis; ac idem pro abbate Fiscanensi, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis diœcesis.

Pasquerius de Vallibus, baccalaureus in decretis, procurator abbatis sancti Ricarii in Pontivo, ordinis sancti Benedicti, 23 alias Ambianensis diœcesis.

Petrus 24 Ginecovi litterarum sacrę pœnitentiariæ scriptor, & procurator episcopi & capituli Conseranensis.

Jacobus de Gramineis, de Padua, canonicus Concordiensis procurator episcopi Concordiensis, provincię Aquilejensis

Joannes de Boves, procurator regis Franciæ, & procurator monasterii S. Augustini. 25

Oliverius 26 Longuenet, in artibus & medicina magister, baccalaureus in decretis, procurator episcopi Trecorensis, abbatum de 27 Busagio, de Malareyo, de Begardo, 28 & Remensis S. Benedicti & Cisterciensis, ordinum, Venetensis, 29 & Ravennatensis, & Trecorensis diœcesis.

30 *Godoffredus Dauli, licentiatus in legibus, procurator episcopi Lemovicensis, & abbatis sancti Martialis Lemovicensis diœcesis.*

Petrus 31 de Rococello, prior prioratus conventualis beatę Mariæ de Aurate.

Theodoricus procurator domini archiepiscopi Tolosanensis, missus & nominatus pro provincia Tolosana, & episcopi Agatensis.

Raimundus de 32 Remergueria licentiatus in decretis, prior majoris ecclesiæ Electensis, procurator episcopi & capitali Electensis.

33 *Marinus episcopus Aprutinensis, procurator pro reverendissimo patre domino Petro sanctæ Mariæ in Cosmedin diacono cardinali de Venetia.*

Item, pro domino archiepiscopo 34 Brunasino.

Tierricus de sancto Deodato, licentiatus in legibus, & magister in artibus, ambaxiator Universitatis Aurelianensis, & procurator episcoporum Tullensis & Xantonensis.

35 *Vernejus militis, decanus ecclesiæ Bambergensis, Bremensis diœcesis.*

Henricus de Molendino canonicus Bremensis, ambaxiator domini 36 archiepiscopi Bremensis.

Guillelmus 37 Votis, in utroque jure baccalaureus, canonicus ecclesiæ Gratianopolitanæ. 38

Guillelmus 39 Brucellis, domini Michaelis archiepiscopi 40 Ambam primatus Hibernię, ac domini Thomę episcopi Offoriensis procurator.

Guillermus de Spelunca canonicus 41 Nolensis, missus nomine illustrissimæ dominæ Joannæ Navarræ & Angliæ reginæ, & nomine proprio.

42 *Robertus, prior Celsinarum, vicarius & procurator abbatis Cluniacensis, & ejusdem conventus Matisconensis diœcesis, pro ipsis & suo Cluniacensi ordine.*

Simon 43 Quatadriorum canonicus S. Remigii, procurator dominorum 44 episcoporum Andegavensis & Avenionensis.

Thomas 45 Bonerant, licentiatus in legibus, procurator episcopi Andegavensis, 46 & omnium sanctorum Andegavensium; & Joannes de Pratis monasterii ordinis S. Augustini Macloviensis diœcesis.

Alc-

---

1 *Mss.* Cartheburg, *al.* Crutebure. 2 *Mss.* Uratislaviensis. 3 *Mss.* Wolmarus Saack & Ludgerus Rortorp.
4 *Mss.* Dettinger, pro abbate Mellicensi, Ordinis S. Benedicti, & Præposito Nuremb. canonicorum secularium, Patav. &c.
5 *Mss.* ecclesiæ metropolit. Turon. 6 *Mss.* prope Dergen. 7 *Ex Mss.* lector. 8 *Mss.* procurator magistri & totius &c.
9 *Mss.* Bechuel. 10 *Mss.* Engendi Nurensis. 11 *Mss. addunt*, procurator episcopi Gratianopolitani, & totius ordinis Prædicatorum. 12 *Mss.* da Carnilbes. 13 *Mss* de Bourbenx, *al.* Belcon. 14 *Mss.* Arcita.
15 *Mss.* Montisfionis, & ius ordinis, &c. 16 *Mss* Joannes Craffeti. 17 *Mss.* Aniciensis & Mimatensis. 18 *Mss.* Maistrandæ.
19 *Mss.* de Porleyo. 20 *Mss.* & præceptor, (*an.* præceptor?) Remensis. 21 *Mss.* ordinis S. Augustini.
22 *Mss.* Vuipardi. 23 *In Mss. non est ea vox*, alias. 24 *Mss.* Gajetani. 25 *M. addunt*, prope Morlnum.
26 *Mss.* Le Guenec. 27 Basayo, *mss.* 28 *Mss.* & Rinen.
29 *Lege ex mss.* & Nannetensis. 30 *Mss.* Gaufridus Danill.
31 *Mss.* de Rosello. 32 *Forte*, Remeguerta. 33. *Al.* Marrinus.
34 *Forte*, Brundusino. 35 *Mss.* Vernerus Militansis.
36 *Mss.* Domini Joannis arch. 37 *Mss.* Vateris.
38 *Mss. addunt*, procuratus episcopi Petracoricensis, necnon capituli ecclesiæ Gratianopolitanæ.
39 *Forte*, Purtellis.
40 *Al.* Archam, *al.* Armacham.
41 *Mss.* Babeu. *Lips.* Vallensis.
42 *Mss.* Robertus Efschen Desola. *Prior*, &c.
43 *Mss.* Quatradrym, *Lips.* Quatadrion.
44 *Mss.* episcoporum (*Forte*, episcopi) Avenionensis, & abbatis sancti Andreæ ejusdem diœceseos.
45 *Mss.* Bonquanr; *Lips.* Bonokamp.
46 *Mss.* & omnium Priorum Andegav.

Alexander abbas monasterii S. Mariæ de Bellofonte veteris ordinis sancti Benedicti Maleacensis diœcesis, licentiatus in decretis, ambaxiator ecclesiæ regni Franciæ, pro provincia Burdigalensi, cum aliis pro dicta provincia ad Concilium venientibus missus, & procurator episcopi Lucionensis. A

1 *Ermogandus de Casseriis licentiatus in decretis, archipresbyter Narbonensis, & prior de Capite stagno Narbonensis diœcesis, ambaxiator Universitatis studentium utriusque studii Montispessulani, Magalonensis diœcesis.*

Antonius de Zwanewvarde, procurator præpositi, decani & capituli ecclesiæ S. Salvatoris 2 Hexbeberensis diœcesis, & decani & capituli ecclesiæ beatæ Mariæ, Curtracensis, Tornacensis diœcesis.

Hugo de 3 Tesseto canonicus ecclesiæ Catarcensis, procurator episcopi Caturcensis.

Henricus abbas utriusque juris doctor, & Joannes Honrode in eisdem juribus licentiatus, ambautatores Universitatis Andegavensis ad sacrum Constantiense Concilium destinati.

Joannes 4 Dolier licentiatus in legibus, archidiaconus de 5 Sabella, & canonicus ecclesiæ Cenomanensis provinciæ Turonensis, procurator decani & capituli ecclesiæ Cenomanensis.

Frater Petrus 6 de Saliente, cellerarius monasterii Aureliaci sancti Flori diœcesis, licentiatus in theologia & in decretis, vicarius episcopi Gratianopolitani, & procurator Vapincensis episcopi, nec non abbatis Conchensis, Ruthenensis diœcesis.

Joannes 7 Honorodiæ utriusque juris licentiatus, ambaxiator Universitatis Andegavensis.

Hugo Fabri magister in artibus & medicinis, procurator episcopi Cameracensis. C

8 *Elsius scholaris pro abbate S. Laurentii Faventinæ diœcesis.*

Otto 9 Milex præpositus ecclesiæ Herbipolensis, pro se & episcopo Herbipolensi.

Joannes 10 Habunde, pro se & episcopo Eystetensi & duce Franconiæ.

Lampertus de 11 Grolia, pro se & regno Hungariæ.

Bertoldus 12 Ruke præpositus Lubecensis, pro se & episcopis Tarbacensi, Ozilensi, & Coramensi.

Petrus Sborch, in Theologia doctor, pro Universitate studii 13 Lipsensi.

Joannes Creste licentiatus in utroque jure, pro duce Guillermo Bavariæ, comite Hollandiæ, Hannoniæ & Zelandiæ.

Magister Albertus de Nuremberga, pro se & episcopo 14 Bambergensi. D

Philippus de Lumpressa litterarum Apostolicarum scriptor, pro se & Bartholomæo abbate monasterii sancti Laurentii extra muros Tridentinos.

Cuntzo de Swola, auditor causarum sacri palatii Apostolici, & Albertus 15 Vaicmptapp, pro se & archiepiscopo Pragensi.

Joannes & Arnoldus 16 Forcheim, litterarum Apostolicarum scriptores, pro se & electo 17 Getensi.

Michael 18 de Exsedal, rector parochialis ecclesiæ in Losen, Vratislaviensis diœcesis, pro præposito 19 Martalensi, ordinis Præmonstratensis, Constantiensis diœcesis.

Nicolaus de Balliomibus, prior & generalis ordinis S. sepulcri Dominici.

20 *Germenianus, pro se & abbate sanctæ Trinitatis Veronensis, ordinis Vallis Umbrosæ.* E

Basilius, 21 de Trisio, procurator episcopi Vicanensis.

Fridericus episcopus Fulginas, 22 pro abbate montis Cassinensis, & Jacobo episcopo Spoletano, episcopo Nucerino, & pro Nicolao abbate monasterii de Cruce saxi vivi de Fulgineo.

Dominus Arpinus de Alexandria, pro episcopo Albiganensi.

Ex duobus mss. D. a Schelstrate.

Epistola Francisci Narbonensis episcopi ad quinque cardinales de unione inita cum obedientia Benedicti XIII.

Reverendissimi patres, & domini præcipui. Præmissa recommendatione, postquam ultimo V. R. P. scripsi, supervenerunt hic ambaxiatores dominorum regum Castellæ, Arragonum, & Navarræ, ac comitum Fuxi: eo quia a domino Petro de Luna, nihil utile & B efficax pro pace ecclesiæ potuit obtineri, nec amore, nec terrore: ideo per eos apertus fuit alius modus perveniendi ad optatum, videlicet ejectio ipsius a sede Petri, & obedientiæ suæ unio cum nostra. Et tandem post multas altercationes ad hæc hodie conventum fuit & concordatum, quod certis modis & temporibus litteræ convocationis nostræ & suæ obedientiarum ad sacrum Concilium Constantiense fient. Die autem dictæ convocationis adveniente, ad quam sui antecardinales citabuntur, etiam ad electionem futuram faciendam, dicti domini reges, & alii eis adhærentes in Constantiensi sacro Concilio se unient: ita quod ibidem per Dei gratiam erit universalis Synodus totius Christianitatis. Qua unione sic facta per ipsum sacrum Concilium sic firmatum & unitum, citabitur dominus Petrus de Luna, ut ibi compareat die certa cessionem realem facturus, C ad quam de jure divino & humano tenetur. Quod si non venerit, vel veniens non cesserit, per sententiam universalis Concilii dejicietur: cui sententiæ sua obedientia parebit; & sic sine grege remanebit. Deinde fiet electio 23 unionis summi Pontificis; et sic erit unum ovile & unus pastor; prout hæc omnia, et quædam alia secreta, et multum utilia pro dicto negotio per dominum Conradum de Susato in sacra pagina magistrum horum portitorem, qui in omnibus utpote ambaxiator sacri Concilii interfuit, plene scire poterunt V. V. R. Quibus totum tractatum per extensum misissem, sed decentius mihi visum est, quod per dominos meos legatos sacri Concilii illuc redeuntes, qui pro certo cum serenissimo principe domino Romanorum rege labores vere magnos & multos, & quandoque dolores sustinuerunt, vobis ostendatur, & omnia referantur, quam per alium D mittatur in eorum aliqualem offensionem. Altissimus vos conservare dignetur. Scriptum Narbonæ xt 11. Decembris.

Ex collectione Barberiniana, & quatuor mss. Germanicis.

Copia subtractionis per regem Ferdinandum factæ domino Petro de Luna in ejus obedientia.

Nos Ferdinandus rex Arragonum. Per terrenum regnum sæpe cæleste proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra pacem agunt ecclesiæ, rigore principum terreantur. Hinc est, quod 24 auctoritate pacis ecclesiasticæ, aut absolutæ, haud immerito a sæculi regibus ille rationem exigit, qui eorum putavit ipsam credendam ecclesiam 25 potestati. Illud quippe felix imperium, cujus divisa in partes ecclesia legibus redit in unum. Et licet ab adolescentia naturaliter ad pacem sanctæ matris ecclesiæ 26 E institutus fui amore, postquam regiæ apicem dignitatis, Altissimo disponente, attigimus; tanto ad illam ferventius nostra crevit affectio, quantum nos divinis humanisque legi-

1 *Mss.* Ermengadus. 2 *mss.* Habeleccensis *al.* Harkbeccensis. 3 *mss.* de Bosseto.
4 *mss.* de Læo, *al.* Colter. *Forte*, Dolier, *ut infra*. 5 *mss.* Gabolio.
6 *mss.* de Galliente. 7 *mss.* Honrode, &c. 8 *mss.* Elsius. 9 *Forte*, Mile.
10 *mss.* Abundi. 11 *mss.* Gelria. 12 *mss.* Kike. 13 *mss.* Libiensis.
14 *Al.* Bambergensi. 15 *mss.* warentrappe. 16 *mss.* worchem.
17 *mss.* Metensi. 18 *mss.* Gydel. 19 *mss.* Marchalensi.
20 *mss.* Geminianus de Prato, auditor, pro se. Pandulphus de Almano, pro se & abbate sanctæ Trinitatis, &c.
21 *mss.* de Cresiio, &c. 22 *mss.* pro domino Petro abbate montis Cassinensis, &c.
23 *Forte*, *unius*. 24 *Lege ex mss. aucta pacis.* 25 *mss. pietati*. 26 *mss.* *insitus fuit amor*.

legibus ad 1 Christianam populi procurandam concordiam dignitate antedicta a repræsentamus adstrictos. Nec fuit nostrum desiderium hujusmodi solius voluntatis contantum finibus; quin immo non cessavit in actum indefessis laboribus prosilire. Ut multa sileamus, quibus pro desiderato fine consequendo secretam operam, sollicitamque dedimus, & nonnulla etiam alia pubblica taceamus: illud tamen, quamvis notissimum, silentio minime stradere volumus, quod 3 pro celebrandis..... in serenissimum dominum Papam Benedictum, & illustrissimum dominum regem Romanorum fratrem nostrum carissimum, 4 & non in villa Perpiniani prout exstiterat concordatum 5 super factis unionis sanctæ matris ecclesiæ, totius humanæ affectionis immemores, ut ita dicamus, habentes hodio carnem nostram, valetudine corporali in civitate Valentiæ detenti, quæ non diu ante, nos usque ad mortis portas appropinquare coegerat, contra medicorum nostrorum omnium 6 nos mari commisimus. Et quamquam operante Domino propitina semper usque ad terminum loci nos ventorum flatus pepulerit; qualem tamen, & quam gravem infirmitatem contraxerimus, ordum vicini populi, sed longe distantes insulæ 7 senserunt. A qua licet auxilio erepti divino, non tamen adhuc omnino liberati sumus. Nec nos ab inceptis mortis 8 terror poterat retrahere, consummationem 9 existimantes beatam, si illi diebus nostris contingeret finem dare, ubi pax ecclesiæ Dei redderetur. Et vere 10 consequendo breviter a dicto Benedicto fine vocativo dubitandi locus minime videbatur, cum & dominus Angelus, vocatus apud suos Gregorius, & dominus Balthassar a suis Joannes nominatus, post ipsius nominari Joannis condignam suis demeritis dejectionem, pure & simpliciter 11 cessaverant omni jure, si quod forsan eis competeret in papatu. Eratque ideo impium suspicari, quod 12 dictus Benedictus, qui se tot promotionibus, juramentis & pollicitationibus ad prosequendum unionem sanctæ matris ecclesiæ per viam renunciationis, omnibus illam aliis præferendo, adstrinxerat, ut pene universo notum est orbi; quique ut sæpius asseruit, adversarium suum, ut conveniret in unum ad mancipandum effectum, 13 quem de cessione facienda promiserat, toties agitavit, quod per eum non stabat, quo minus 14 veniret ad actum, aliter mente gereret 15 quam auribus verba sonarent. Hac igitur tam verisimili decepti fiducia, postquam dictus serenissimus Romanorum rex frater nobis carissimus, pro ecclesiæ Dei unione, & pace sectanda, ad quam utique habere noscitur ardentem zelum 16 pro dictis gestis, & factis unionis jam dictæ, hujusmodi nostram villam Perpiniani multis prælatis, & viris egregiis ab iis, qui congregati sunt in Constantia, & 17 quampluribus ambaxiatoribus regum Franciæ, & Angliæ, ac quorumdam aliorum Christianitatis principum sociatus intravit, nonnullis supervacuis dilationibus locum dedimus; & non sine magno totius ecclesiæ, ac negotii, de quo agebatur, discrimine, ut eidem domino Benedicto 18 onus tolleret dissentiendo in materia, morem in diversis prorogationibus gessimus votis suis, 19 adhuc præcedentibus, quod finaliter non deficeret tanto bono, aut quod 20 de labiis processerat, irritum facere vereretur; præsertim casu isto, ubi etiamsi nulla præcedenti esset promissione adstrictus, tenebatur, prout tenetur de necessitate salutis, jure divino pariter & humano, simpliciter renunciare papatui pro tot evitandis scandalis in ecclesia Dei, ob tam evidentemque utilitatem ejusdem, etiamsi de

A jure suo nullum dubium verteretur. Sed res versa est, proh dolor! in obliquum; nam difficile in facile se in promptu reduxit, & quod facile putabamus, difficile experti sumus. Quis enim dictum vocatum Joannem tanta inflatum potentia, ac tantorum principum obedientia communitum sic dejiciendum credidit? aut tamen sæculariter viventem, ut fertur, quantumcumque ejectum pure renunciaturum putavit? Quis dictum nuncupatum Gregorium, per quem (ut idem dominus Benedictus asseruit) procuratum est retracto tempore quominus cessionis via executioni debitæ mandaretur, jus suum rogiravit tam liberaliter in sui tanti nominis gloriam dimissurum? Quis utique ex adverso 21 tam dictæ ecclesiæ Dei unionem sic se offerentibus, quas nedum homines procurare, sed B vix cogitare potuissent, cunctis vere Christum confitentibus eidem humili instanti a supplicantibus præfatus dominus Benedictus cessionem suam ulterius differre tentaret, & sacrosanctam unionem ecclesiæ. quam tam meritorie, & gloriose prolatione unius verbi consequi poterat, tam periculose, ac detestabiliter impediret? Nos autem postquam novimus, quod ex nonnullis credulis per eum in præsenti negotio datis, & alia, & aliis suis tractatibus, nil aliud sequi poterat, nisi ruptura perpetua totius negotii, irreparabilisque populi Christiani, & cuicumque fideli horrenda scissura; habito maturo, atque digesto consilio ambaxiatorum diversorum regum, & principum dicti domini Benedicti, multorumve prælatorum, baronum, nobilium, doctorum in sacra theologia ma-C gistrorum, & nunciorum diversorum regnorum, & civitatum nostrarum in dicta villa Perpiniani pro dictis negotiis sanctæ matris ecclesiæ unionis præsentium dilationem hujusmodi quantum cum Deo possumus amputare, & ulterius minime diffugiis deliberavimus indulgere. Et dicto domino Benedicto per inclytum Alphonsum primogenitum nostrum carissimum, 22 in nostri personam, cum nos tunc ægritudine teneremur, supplicare, 23 & ipsum requiri fecimus; & una cum eo ambaxiatores regis Castellæ nepotis nostri carissimi, illustrissimi regis Navarræ avunculi nostri, præclari & egregii comitis 24 Arminiaci & de Fuxo consanguinei nostri dilecti; eidem utique supplicarunt, & ipsum requisiarunt, quatenus omnibus supradictis attentis, 25 pro D tanto sacrificio & bono prælibatæ unionis habendæ, dignaretur dictam renunciationem facere pure & libere, prout utroque jure, ut supra dicitur, tenebatur. Cui quidem 26 supplicationi responso, nullis per eum de vacantibus in regnis, & dominio nostro ecclesiis fictæ, ut dicitur, provisionibus quibusdam 27 familiaribus factis, deserto totaliter dictæ unionis [illegible] negotio, simulato metu, cum nulla causa timoris adesset, a dicta villa Perpiniani recessit, 28 in cujus castrum residebat tutela. Quis vero tam formidolosus esse potuit, 29 qui intra tam fortissimi castri claustra residens, multisque armorum gentibus constipatus, vallatusque undique consanguineis, servitoribus, & amicis intra nationem propriam trepidaret? Quod plus est, nemine sequente, 30 ad terrendum certa alios, potius quam timendum aderat ei facultas, in fugam potius quam occasio fugiendi. E Maxime quod securitatibus, & guidaticis nostris solemni juramento vallatus, 31 aut cautionibus, & juramentis multorum baronum, nobilium, & aliorum potentium ditionis nostræ, & gubernationis officialium, & consulum dictæ villæ, fulcitus esset 32 ad verum, quibus verisimile non erat 33 coactionem injuriarum seu compulsionem sibi 34 aliquam irrogari. Nam si, quod absit, in cor nostrum ali-

1 Ex mss. *Christiani.* 2 Mss. *reputamus adstrictos. Nec fuit.* 3 Lege ex mss. *pro extirpandis vitiis inter sanctissimum.* 4 Lege ex mss. *& nos in.* 5 Ex mss. *super facto* 6 Adde ex mss. *consilium.* 7 mss. *audierunt.* 8 Mss. *timor.* 9 Mss. *æstimantes bonam & beatam, si isto modo. Al. si illis. al. si tali.* 10 Mss. *pro consequendo..... fine votivo.* 11 Mss. *cesserint omni juri.* 12 mss. *dictus dominus Benedictus.* 13 mss. *qua.* 14 Mss. *veniretur.* 15 Mss. *quam humanis auribus.* 16 mss. *pro dictis visitis & factis.* 17 mss. *quampluribus aliis.* 18 Lege ex mss. *omnis tolleretur dissentiendi materia, morem &c.* 19 Lege ex mss. *adhuc pie credentes.* 20 Mss. *de labiis suis.* 21 Lege ex mss. *tam duræ crudelitatis adesset, & existimandum putaret, quod omnibus circumstantiis ad obtinendam dictam ecclesiæ Dei, &c.* 22 mss. *in nostra persona.* 23 mss. *& per ipsum.* 24 Mss. *Armaniaci.* 25 mss. *pro tanto Dei sacrificio.* 26 Lege ex mss. *supplicationi tam humili atque justæ aurem obturare voluit. Et nullo congruo dato responso, &c.* 27 mss. *familiaribus suis factis.* 28 mss. *in cujus castri.* 29 Mss. *quod.* 30 mss. *terrendi certe.....quam timendi aderat ei facultas, & fugandi potius, &c.* 31 Mss. *& cautionibus.* 32 mss. *ad votum.* 33 mss. *coactionem injuriam &c.* 34 mss. *unius, obliquam.*

aliqua contra personam suam cogitatio ascendisset, recessum suum potuissemus facile impedire, 1 cum nulla quam lacrymabili supplicatione nos objicere possumus. Et quidem licet 2 jam de cessione sua, nec immerito, desperati, & ad alia remedia cum cordia anxietate 3 prosequenda pace ecclesiæ nostræ 4 figeremus eminus considerationem, & intuitum, affectione tam singulari, quam ad ejusdem domini Benedicti personam, honorem, et statum semper in corde gessimus, inflammati, ad finem quod de consensu suo pax haberetur ecclesiæ, & in tam evidenti casu ac singulari articulo suo nominis gloriam exaltaret, continere minime potuimus, quin missis ad eum antequam navim seu galeam 5 in quoque .... ascenderes, nunciis & procuratoribus nostris, ac aliorum regum & principum præfatorum, requisitionem, & supplicationem prædictas eidem fecimus humiliter 6 supplicari. Quibus infructuoso dato per eum responso, incontinenti ventosum ducatui se commisit. Et deinque percepto quod intra 7 nostri dominium in castro de Paniscola idem dominus Benedictus derelicto mari descenderat, etiam per nuncios, & procuratores nostros, ac regum & principum prædictorum requisitionem, & supplicationem prædictas eidem fecerimus. Sed minime supplicandi importunitas cor suum ad tanti boni & rationis vehiculum blandiri potuit: quin immo 8 proprie pertinaciter adhæreret. Attendentes itaque, sic labores nostros debito fine frustrari, quod per omnes humani consilii 9 nostri laborantes nullum potuimus boni operis manipulum ea 10 tam prolixe seminatis tractatibus adipisci; laxare de cetero retia decrevimus, invocato Christi nomine, & ejus Virginis genitricis, salubri super iis jam dictorum omnium præmissorum consilio: attento quod in Civitate Constantiæ fere totus populus Christianus, qui sub obedientiis prædictorum vocatorum Georgii, & Joanna 11 prior, tam per principes, & eorum ambaxiatores solemnes, quam etiam per prælatos, & alios quam plurimos nobiles viros congregatos exsistit, cum affectione sancta, pura & simplici, 12 obediendi summo Pontifici, quem universalis ecclesia sibi canonice præficiendum decreverit: & quod nedum injustum, sed inhumanum utique videretur illos ulterius nostre communione privari, quos ad unitatem & pacem sic constat esse affectos, deliberavimus, quod embaxiatores regum & principum prædictorum obedientiæ dicti domini Benedicti, & etiam omnes alii prælati, & alii ecclesiastici viri, qui ad generale Concilium consueverunt vocari, 13 ad jam dictam civitatem Constantiensem, ut infra certum terminum teneantur, tractaturi, una cum aliis ibidem, ut dictum est congregatis, ac etiam futuris divino mediante præsidio, quod unio ecclesiæ orthodoxæ jamdiu concupita, sub uno indubitato, & universali ecclesiæ recepto pastore legitime habeatur; prout in certis super hoc capitulis inter serenissimum Regem Romanorum prædictum, & ambaxiatores congregationis Constantiensis, & diversos alios prælatos cum illis ex una parte, & nos ac alios reges, & principes supradictos obedientiæ dicti Domini Benedicti, seu eorum ambaxiatores ex altera, concordatis, & firmatis dignoscitur contineri. 14 Non parum addit ad eam unionem, nos illud novum bonum, ab Oriente fidis apicibus, & relatione productum, quod Græci 15 suam in cœtu Latinorum deflentes scissuram, ardore Christi perfusi, Dominico gregi, si eidem unum, & indubitatum, caput præesset, aggregari proponunt. Verum quia vanum esset deliberare salubria, nisi tollantur de medio ea quæ minime 16 venire deliberata permitterent ad effectum; considerantes, quod prælibata tam sancta causa, 17 totius catholicæ fidei conservata provisio, ac deliberatio, non nostra, immo divina nullatenus 18 produci ad condignum valeret effectum, quamdiu prælati, & alii subditi nostri sub obedientia dicti domini Benedicti exsistant, aut ejus jussionibus, atque mandatis parerent: præsertim cum in responsione quam fecit dictæ supplicationi, & requisitioni ultimæ, convocaturum se omnes prælatos suæ obedientiæ asserat, ut ad celebrandum cum eo Concilium per totum mensem venientem Februarii 19 deliberaturi ibidem, ut asserit, quomodo respondeat dictis supplicationibus sibi factis, quas ipse jam expresse negavit: 20 sed quod non ut cum eis deliberaret, tamen ne possint Constantiæ hujusmodi vocationem ipse faciet inter alia; id eo satis apparet, quod dum erat in dicta villa Perpiniani, 21 negotia tractabantur ecclesiæ, 22 scissionem aliquam in Concilio idem per septennium, & ultra dilatavit, tenere 23 voluit: unde convocatio hujusmodi exquisita de directo deliberationi, provisioni, & concordiæ, per nos jam dictos factæ certissime contradicit, & unionem et pacem ecclesiæ Dei impedit manifeste. Quamobrem prædictis omnibus, & aliis pluribus plene attentis, quæ aperte demonstrant quod tam salutifero, & evidenti progressui pacis sanctæ matris ecclesiæ, 24 & in ejus inveterati schismatis æmulatione, obedire dicto domino Benedicto, aut ejus parere mandatis, notorium impedimentum adjiciat: de multorum prælatorum, comitum, baronum, militum, doctorum, & proborum, ac nunciorum hic præsentium diversorum regnorum, & civitatum nostrarum consilio, providemus, & ordinamus per nos, & nostros successores, necnon per quoscumque ecclesiarum prælatos, duces, barones, comites, principes, ac quaslibet alias personas tam ecclesiasticas, quam sæculares cujuscumque dignitatis, gradus, præeminentiæ, ent conditionis exsistent, nobis quomodocumque subditos, aut intra regna, seu ditionem nostram degentes præfato domino Benedicto obediendum non esse aliquatenus, nec parendum. Ac præcipimus districtius, et mandamus eisdem, quatenus dicto domino Benedicto minime tanquam Papæ obedira, adhærere, seu in aliquo parare præsumant; nec ejus bullas, aut quascumque litteras suas, vel suorum officiariorum ordinariorum, et delegatorum, collectorum, vel subcollectorum intra ditionem nostram præsentare, ac collectoribus 25 et subcollectoribus prædictis, seu privilegiis quibusvis aliis personis de fructibus, sive redditibus ad cameram Apostolicam quomodolibet spectantibus respondere, præterquam illos, ad quos nos ad hoc duxerimus deputandos. Cum nostræ intentionis exsistat illos, iis dumtaxat exceptis, quos in prosecutione unionis ecclesiæ expendere oportebit, futuro unico, et ab universali ecclesia recepto summo Pontifici, per fideles personas integraliter reservare. Injungentes nihilominus, ac etiam ordinantes, quod omnes et singuli, qui beneficia ecclesiastica in regnis, et terris, ditioni, ac dominio nostro subjectis, obtinent, cujuscumque conditionis, aut status exsistant, etiamsi cardinalatus, aut Pontificali dignitate præfulgeant, in suis ecclesiis, aut beneficiis resideant: nullusque eorum præfatum dominum Benedictum, aut ejus curiam sequi, seu in ea quovis modo morari præsumat. Alioquin per illos, quos ad colligendum fructus cameræ Apostolicæ duxerimus, ut prædicitur deputandos, omnes, & singulos redditus beneficiorum, quæ obtineret, præcipimus arrestari, donec super hoc aliud ordinetur. Etiam districtius inhibentes universis, et singulis subditis nostris, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, etsi Pontificali præfulgeant dignitate, vel quovis alio titulo, seu nomine eno-

1 Mss. *cui nulla tam.* Al. *cui nulla quam.* 2 Mss. *jam essemus de, &c.* 3 Mss. *pro consequenda.*
4 Mss *figeremus considerationis intuitum.* 5 Lege ex mss. *in Coquiliberis ascenderes.* 6 Mss. *duplicari.*
7 Mss. *nostrum.* 8 Mss. *in propria pertinacia adhæreret.* 9 Ms. unus, *nodos.*
10 Mss. unus, *tam prolixi schismatis fructibus.* 11 Mss. duo, *præsens erat.* 12 Mss. *ad obediendum.*
13 Mss. *ad jamdictum Concilium Constantiense infra certum terminum venire, (al. ire) teneantur.*
14 Mss. *Et non parum ad dictum catholicum communionem nos illud novum bonum allicit, ab Oriente, &c.*
15 Mss. *suam in cœtu Latinorum.* 16 Mss. *pervenire.* 17 Mss. *quam totius .... conservativa.* 18 Mss. unus, *produci.*
19 Mss. addunt, *convenirent.* 20 Mss. *sed jam notandum, ut cum eis deliberet, ne possint ire Constantiam, &c.*
21 Mss. *ubi negotia.* 22 Ms. unus, *cessionem.* 23 Al. Mss. *noluit.*
24 Mss. *& ejus .... schismatis evulsioni, obedire, &c.* 25 Mss. *vel.*

censeantus ; ne contre tenorem præsentium aliquid attentare, seu in aliquo contrevenire præsumant, si pœnas graves cupiunt non subire. Mandamusque demum omnibus & singulis gubernatoribus vicariis, justitiariis, calmedinis, bajulis, juratis, & aliis officialibus nostris ubilibet constitutis, quatenus servato tenore hujusmodi, prout ad eorum quemlibet pertinebit, quoscumque deprehenderint, aut noverint aliquatenus contrahire, sub competenti custodia teneri faciant, nosque super hoc consultare non differant, facturi deinde prout a nobis receperint in mandatis. In cujus rei testimonium [1] præsentem fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam:

Datum Perpiniani, & propter indispositionem personæ nostræ signatum manu nostri primogeniti, die sexta Januarii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. Regnique nostri v. Alphonsus Primogenitus. Dominus rex mandavit mihi Paulo Nicolai.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

Copia litteræ clausæ ex parte dicti domini Regis directæ domino Imperatori.

SErenissimo principi Sigismundo Dei gratia Romanorum &c. regi semper Augusto, ac Hungariæ, Dalmatiæ, &c. regi; fratri nostro carissimo, Ferdinandus eadem gratia rex Arragonum, Siciliæ, &c. salutem debitam cum honore. Serenissime princeps, frater noster præcarissime. Sollicita cura præcipua circa consummationem tractatus unionis sanctæ matris ecclesiæ, & nec ignari serenitatem vestram, pro qua recipere affectionis studio ferventer [2] nisum dat, summopere gratulantem vobis præsentibus intimamus, quod hodie [3] data hujusmodi, Dei nomine invocato, ad finem quod Dei ecclesia, unico nupta sponso, [4] Christianus populus, qui totis pene temporum naufragavit circulis, in pace quiescat, subtraximus, & subtrahi jussimus ubique [5] ditioni nostræ obedientiæ D. Benedictum; dictamque subtractionem hic signanter, & per alias etiam partes nostræ ditionis, juxta ipsius formam, quam serenitati vestræ mittimus cum præsenti, solemniter fecimus publicari: credentes indubie id idem uno eodem die factum fuisse per illustrissimos reges, Castellæ nepotem, & Navarræ, avunculum nobis carissimos; ac etiam comites Armeniaci, & Fuxi in eorum regnis, & civitatibus, prout exstiterat concordatum. Super aliis vero, quæ remanent exsequenda jam [6] vigili, quam studio procedere curabimus, quantum in nobis erit, quod ex eis speramus suffragante ope divina fructum votivum, & felicem exitum proditurum. Et si qui de nostris regnis, serenissime princeps, frater nobis carissime, grata vobis occurrunt, fiducialiter intimetis.

Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto, & propter indispositionem personæ nostræ signatum manu nostri primogeniti, VI. die Januarii, a Nativitate MCCCCXVI. Alphonsus Primogenitus.

Ex collectione Barberiniana, & quatuor mss. Germanicis.

Congregatio, in qua domini cardinales, archiepiscopi, juraverunt capitula.

ANno, indictione, quibus supra, die Martis quarta mensis Februarii, Constantiæ provinciæ Moguntinensis, in ecclesia cathedrali, in qua sessiones publicæ teneri, & servari solent, fuerunt congregatæ omnes nationes, & ibi omissis solemnitatibus quæ requirebantur ad sessionem publicam, & absque divino officio, reverendissimus in Christo pater & dominus archiepiscopus Turonensis, unus ex ambaxiatoribus videlicet qui fuerunt pro parte dicti Concilii ad partes Arragoniæ missi, ascendit ambonem, ubi sententiæ, litteræ, decreta, statuta, & ordinationes Concilii legi solent: & proposuit ibidem, quod juxta contenta in capitulis in Perpiniano initis, & ut supra concordatis, inter obedientias videliret olim Joannis XXIII. & Gregorii XII. ex una, & Petri de Luna parte ex altera, omnes & singuli domini cardinales, prælati, ambaxiatores, procuratores, nuncii quomodocumque in præsenti Constantiensi Concilio exsistentes debeant & teneantur mediis eorum juramentis præstandis ipsa capitula approbare. Et ut ad celerem conclusionem deveniretur, supplicavit dominis ibidem existentibus, sacrumque Concilium repræsentantibus, quatenus statim similia juramenta præstarent. Quibus propositis, statim domini de Concilio ibidem tunc exsistentes, nemine discrepante, responderunt, *Placet*. Et statim ad verbum dicti domini archiepiscopi approbaverunt in dicta capitula, & juraverunt ea fideliter observare: videlicet domini cardinales, & prælati, ad pectoralis sua, ceterique domini, & ambaxiatores, ac procuratores in animam propriam ad manus dominorum infrascriptorum, de observando dicta capitula, prout alias incontinenti lecta fuerunt: & quilibet eorum corporale præstitit juramentum, & statim pro celeriori expeditione præmissorum, de mandato & voluntate dicti Concilii reverendissimus in Christo pater & dominus, D. Joannes de Trembleyo sedis Apostolicæ, & hujus sacri Concilii Constantiensis protonotarius ex uno latere dictæ sessionis, sive congregationis, & Gualterus Grassi prior ecclesiæ Rhodi ordinis sancti Joannis Hierosolymitani ex altera, cum nonnullis aliis hujus sacri Concilii notariis, & scribis eisdem adjunctis, ad scrutandum juramenta omnium in congregatione præsenti, & alias in hoc Concilio sanctissimo congregatorum deputati, iverunt: & omnium infra insertorum, tam principalium, quam procuratorum, & advocatorum & ambaxiatorum in hoc Concilio exsistentium juramenta per eosdem, aut tactis scripturis sanctis, aut more prælatorum, pectoralibus, ad sancta Dei evangelia præstita receperunt, super tenendis, observandis inviolabiliter, & ad implendum pro posse capitulis supra, ut prætangitur, inter serenissimum Romanorum, & Hungariæ reges factis, concordatis, & conclusis. Quorum quidem principalium, & ambaxiatorum, ac procuratorum prædictorum aliqui se suasque conscientias, & juramenta magis allevıando, & clarificando suorum juramentorum cedulas, & quilibet cedulam obtulerunt atque prout inferius sunt annexæ. Super quibus omnibus & singulis præmissis petitum fuit per procuratorem hujus sacri Concilii, & eorum quemlibet sibi fieri ad futuram rei memoriam unum, vel plura, publicum seu publica, ac tot, quot fuerint necessaria publica instrumenta. Præsentibus omnibus, & singulis infra nominatim expressis, aliisque Christifidelibus in numero copioso.

Ex collectione Barberiniana.

Ego Hugo de Tessero canonicus in ecclesia Caturcensi procurator reverendissimi patris domini episcopi Caturcensis, nomine ejusdem, & meo, laudo, ratifico, approbo omnia, & singula capitula, & acta, & concordata per serenissimum dominum nostrum Romanorum regem, & reverendissimos sacri Concilii legatos cum rege Arragonum, & alios legatos, & prælatos obedientiæ D. Petri de Luna, & ea nominibus quibus supra promitto & juro habere & rata & grata.

Alexander abbas monasterii beatæ Mariæ de Bellofonte veteris ordinis sancti Benedicti Malleacensis diœcesis licentiatus in decretis, ambaxiator ecclesiæ regni Franciæ pro provincia Burdegalensi, cum aliis qui pro dicta provincia ad Concilium venerunt, missus & procurator episcopi Lucionensis, promitto & juro.

Ego Joannes Dolier licentiatus in legibus, archidiaconus de Sabolio canonicus præbendatus in ecclesia Cenomanensi provinciæ Turonensis, ac procurator in præsenti Concilio dominorum decani & capituli dictæ ecclesiæ Cenomanensis, tam nomine proprio, quam nomine dictorum dominorum decani & capituli, laudo & approbo, & ratifico omnes, & singulos tractatus, & concordias factas inter serenissimum principem D. regem Romanorum, & lega-

1 Mss. *præsentes .... munitas*. 2 Ms. *infudet .... gratulari*. 3 Ms. *dato*. 4 Ms. *five Christianus*.
5 Ms. *ditiones nostras obedientiæ domini Benedicti*. 6 Ms. *vigiliter*.

legatos, & ambaxiatores præsentis Concilii ex una parte, & dominum regem Arragonum, & legatos, ambaxiatores obedientiæ Petri de Luna, & promitto & juro bona fide prædicta observare, & non contravenire.

Ego frater Petrus de Sallone, monachus & cellerarius monasterii Aureliaci sancti Fluri, licentiatus in theologia, ac in decretis, necnon vicarius reverendissimi in Christo patris & D. D. Gratianopolitani episcopi, nomine proprio, & monasterii prædicti, & nomine reverendissimorum patrum, & dominorum Gratianopoliteni, Vapincensis episcoporum, ut dicti abbatis, Conchensis, Ruthenensis dioecesis, quorum sum procurator in hac sancta Synodo cum sufficienti potestate, de qua constat penes magistrum Michaelem Bolosonensem, juro, approbo, laudo, & ratifico capitula, & acta nominibus, quibus supra, prout domini cardinales, & alii domini fecerunt.

Frater Joannes de Gorello ordinis Minorum, ac sacræ theologiæ Parisiis professor, conventusque Parisiensis ordinis antedicti magister regens, necnon R. P. fratris Joannis Quingonelli sacræ theologiæ eximii doctoris prædicti ordinis Minorum in provincia Franciæ Provincialis ministri, sacro generali Constantiensi Concilio generalis procurator cum plenitudine potestatis constitutus, juro nomine procuratorio antedicti R. patris ministri provincialis habere grate & recepta omnia capitula lecta in publica sessione die Martis quarta Februarii sacri generalis Concilii Constantiensis.

Nos Hervens abbas utriusque juris, & Joannes Heurodiæ in eisdem juribus licentiatus, ambaxiatores universitatis Andegavensis ad sacrum Constantiense Concilium destinati, omnia & singula capitula inter serenissimum regem Romanorum, & ambaxiatores dicti Concilii, & tete ussi nos reges Arragonum, Castellæ & Navarræ, ceterosque de obedientie Petri de Luna Benedicti XIII. in sua obedientia nuncupati in villa Narbonensi, & Perpiniani super facto unionis ecclesiæ appunctuata, & concordata, nomine quo supra laudamus, approbamus, & ratificamus mediis nostris juramentis, promittentes nullo unquam tempore contra præmissa capitula, vel eorum aliquod venire quovis modo.

Ego Hugo Fabri magister in artibus & medicine, procurator reverendissimi in Christo patris domini episcopi Cameracensis, approbo, ratifico, atque juro omnia & singula capitula inter serenissimum regem Romanorum, & reverendissimos dominos sacri Constantiensis Concilii parte ex una, necnon ambaxiatores dominorum regum, & principum obedientiæ Petri de Luna parte ex altera *a* Narbone conclusa, & determinata, & hoc nomine procuratorio: in cujus testimonium præsentem cedulam manu propria scriptam signavi signeto meo solito manuali.

a Forte, in villa Narbonensi, ut supra.

Ex Mss. Brunsvic. & Gothan.

Quibus juramentis præstitis, cum aliqui de reverendissimis Patribus, Dominis S. R. E. Cardinalibus viderentur esse absentes a congregatione, & etiam aliqui alii domini de Concilio fuit deliberatum, & pronunciatum ibidem per reverendum patrem D. Vitalem Episcopum Tolonensem, quod omnes & singuli absentes, & alias qui essent ibidem, tanquam procuratores Dominorum, deberent dare eorum nomine, & illorum, quorum nominibus hic sunt, dare notariis infrascriptis. Et quod reverendi Patres Domini sedis Apostolicæ Protonotarii, & Prior de Rhodis, ordinis S. Joannis Jerosolimitani, accedere deberent D. Cardinales absentes a congregatione, & ab ipsis simile juramentum exigere atque recipere in præsentia Notariorum vel alicujus eorumdem Notariorum Concilii Constantiensis.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

Die Mercurii quinta mensis Februarii, prædicti reverendi patres domini Hermannus Dwerge, & Jacobus Rodini de Janua sedis Apostolicæ protonotarii, necnon dominus prior Rhodi juxta mandatum eis heri in publica congregatione factum super recipiendis juramentis a dominis S. R. E. cardinalibus tunc absentibus super approbatione capitulorum tunc lectorum, accesserunt ad reverendissimum patrem dominum Petrum cardinalem Cameracensem in domo suæ habitationis existentem: qui D. cardinalis ad requisitionem dictorum ipsorum dominorum protonotariorum & prioris juravit ad sancta Dei evangelia tactis pectoralibus suis, juxta tamen moderationem certæ scripturæ, quam ibidem tradidit, cujus tenor est talis:

Cum per serenissimum dominum regem Romanorum, & dominos legatos Concilii Constantiensis ex una parte, & dominos ambaxiatores dominorum illustrissimorum regum, ac potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti ab altera, certa capitula pro unione in sancta Dei ecclesia consequenda concordata extiterint, expressa atque jurata, & quod per dictum Concilium debeant approbari, ratificari, jurari, & si in aliquo præfatorum capitulorum, vel in eis capitulorum esset defectus ex parte nostra, quod pars altera per tractatum hujusmodi nullatenus obligetur, prout hæc in instrumento publico super hoc confecto plenius continetur. Ideo in favorem dictæ unionis ecclesiæ, & ne tam desiderabile bonum quomodolibet impediri valeat, vel differri, dicta capitula in propria forma, quæ in dicto instrumento continentur, quantum ad me pertinet, approbo, ratifico, atque juro. Quia tamen in quibusdam capitulis videlicet in tertio, sexto, & octavo prædictis tangitur, quod per futurum generale Concilium, & hoc Constantiensi Concilio ex altera obediencia uniendo fiat electio futuri summi Pontificis, cujus intellectus videtur aliquatenus dubius. Ideo ne dictum juramentum meum fiat de mihi dubio, vel jam sic declarato, quantum ad hoc nec intelligere debuerunt, quod dictum Concilium eligat futurum summum Pontificem juxta modum & formam eligendi declararet; ita tamen quod non totaliter excludis illos, ad quos de jure pertinet electio.

In testimonium præmissorum me subscripsi, Petrus cardinalis Cameracensis.

Subsequenter, reverendissimi patres domini protonotarius & prior ad reverendissimum patrem dominum Amedeum cardinalem Salutiarum hora tertia post meridiem accesserunt, & similiter juramentum ab eo requisiverunt per eum præstandum. Qui dominus cardinalis tactis pectoralibus ad sancta Dei evangelia jurando confirmavit, approbavit, & observare promisit dicta capitula prout præmittitur inita & publicata: salva tamen protestatione infradicta, videlicet, quod per approbationem hujusmodi capitulorum non intendis quovis modo præjudicare juri & actioni particularis super recuperatione beneficiorum suorum, quæ habuit, & credit habere in partibus in regnis Hispaniarum: qua protestatione salva, juravit ut prius, & alii qui supra juraverunt.

Deinde accesserunt ad domum domini cardinalis Tricaricensis, ubi bina vice fuit responsum per familiares, eumdem dominum cardinalem fore infirmum: & sic tunc, nec hucusque juravit.

Subsequenter iidem domini protonotarii accesserunt ad reverendissimum patrem D. Joannem cardinalem Ragusinum, qui post similem requisitionem approbavit & ratificavit meliori modo, quo potuit, & juravit observare, & non contravenire simpliciter, ut alii juraverunt. *Elsius* b *secularis*.

b Al. ... laris.

Die Jovis XIII. mensis Februarii prædicti reverendissimi patres domini Nicolaus archiepiscopus Gneznensis, Jacobus episcopus *c* Placentinus, & Andreas Clericus Poznaniensis, ac ceteri ambaxiatores serenissimorum principum Uladislai Poloniæ regis, & Witoldi magni ducis Lituaniæ, proposuerunt eorum querelam contra Magistrum generalem, & totum ordinem sanctæ Mariæ Teutonicorum *d* pro eis D. Augustini de Pisis advocati consistorialis, ac D. Petri de Cracovia, in loco sessionis præsentibus majori parte dominorum cardinalium, & suppositorum nationum Concilii Constantiensis, tamen obtenta per prius licentia in omnibus vacationibus. Quibus propositis nihil fuit per Synodum responsum, nec quereia, licet prædicta fores, notariis Concilii tradita.

c Lege ms. Plo... sis.

d Ms. ... or.

Eadem die Jovis XIII. mensis Februarii prædicti præsidentes omnium nationum existentes in loco nationis Germanicæ ad supplicationem, & scripturam serenissimi

mi

ANNO CHRISTI 1416.

mi principis Sigismundi Romanorum regis sæpe Concilio Constantiensi super hoc factas & directas miserunt ad reverendissimum patrem D. Joannem vicecancellarium Romanæ curiæ certam litteram missivam, signatam & munitam eorum signetis, cujus tenor inferius est insertus: petendo ipsum dominum vicecancellarium, ut mandaret dominis auditoribus sacri palatii Apostolici causarum, ut in causis primariarum precum supersedere deberent usque ad adventum domini regis Romanorum. Quibus precibus dominus vicecancellarius annuens, statim misit ad auditores prædictos, mandans ut de cetero suspenderent processus in causis ipsis, & nullatenus ulterius procederent, nisi post adventum supradicti Romanorum regis.

Sequitur tenor litteræ, & est talis.

Reverendissime Pater: Constat paternitatibus vestris illustrissimum principem, & dominum dominum Sigismundum Romanorum regem nationibus singulis patentibus suis litteris supplicasse, quod ipsi ordinare dignarentur apud auditores causarum, quatenus in causis primariarum precum suarum usque ad adventum ejus supersedere procurarent. Cum igitur in singulis nationibus petitio præfati domini regis conclusa exsistat, supplicatur vobis per nationes universas, quod dictis auditoribus præcipere dignemini, ne ipsi in causis hujusmodi procedant usque ad adventum regis præfati. Præsidentes quatuor nationum suis sigillis.

Congregatio de officiis curiæ quondam Gregorii XII. & de Hussitis citandis.

Die Jovis xx. supradicti mensis Februarii, Constantiæ in majori ecclesia, & loco solito tenta fuit congregatio generalis dominorum de Concilio, mane hora tertiarum, hora deputata pro sessionibus publicis per sacrum generale Concilium tenendis. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus Joanne episc. Ostiensi vicecancellario, Vivariensi, Antonio Bononiensi, Gabriele Senensi, a Petro Veronensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Amedeo Salutiarum presbyteris, Ludovico de Flisco, Ottone de Columna, Lucido de Comita, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus, sine solemnitatibus sessionis, videlicet officiorum Missæ, litaniarum, & aliarum orationum ad sessiones Synodales pertinentes: [1] sed alias unus & agendorum dicta Synodus habere voluit, ac si sessio super iis publice cum solemnitatibus prædictis fuisset observata.

a Al. Angelo Veron.

In qua quidem congregatione honorabilis vir magister Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores & procuratores ipsius Concilii Constantiensis [2] in publica ad hoc deputata sessione, quod omnes & singuli officiales domini olim Gregorii XII. ad singula officia, quæ in sua curia exercuissent, tanquam officiales deberent admitti in obedientia Joannis Papæ XXIII. & quæ hodie per officiales ipsius domini Joannis exercentur, tamen cum conditione, cum honoribus, dignitatibus, emolumentis, ac omnibus, prout eadem officia exercuissent in curia ipsius olim Gregorii. Nihilominus tamen dicti officiales sæpius conquesti fuissent coram nationibus, quod hujusmodi concordia, sive statuta, & diffinita per officiales olim Joannis minime observarentur; ipsosque officiales dicti Gregorii olim admittere recusaverunt, in detractionem, & honorem atque dedecus Concilii Constantiensis. Petens igitur per ipsum Concilium sive Synodum Constantiensem ordinare, statuere atque decernere, quod ipsi officiales ad officia hujusmodi, dignitates, honores, atque emolumenta admitterentur sine ulteriori dilatione.

Item, proposuit, quod per nonnullos detrectatores Concilii Constantiensis prædicti reperirentur, & præsertim in regnis Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ, qui alias ad diversas mundi partes, & ad civitatem præsentem Constantiæ suis litteris sigillatim scripsissent, quod Joannes Hus damnatus nuper per Synodum Constantiensem tanquam hæreticus, & notorius scandalizator fidei orthodoxæ, fuisset injuste, & contra omnem veritatem crematus, qui apud illos scribentes fuisset vir sanctus & bonæ fidei ac innocens, sed propter invidiam cleri pinguis & incrassati fuisset datus, & traditus morti innocue. Petens igitur magister Henricus de Piro nomine quo supra, per ipsam Synodum Constantiensem sibi provideri de remedio opportuno; citationemque ad partes personalem contra omnes & singulos qui hujusmodi quid contra Concilium scripsissent, & id in hoc diffamassent, & quorum sigilla reperirentur in ipsis litteris per eos ad Constantiam missis, & ibidem publice per suos affixis forent impressa, seu affixa, & alios diffamatores, & faventes hæresim, & per edictum publicum, si opus fuerit, in partibus in locis circumvicinis affigendum decerni, & concedi debita cum instantia postulavit.

Item, memoratus magister Henricus nomine quo supra proposuit, qualiter reverendus pater dominus Guillelmus electus Argentinensis, familiaresque sui, necnon venerabilis vir dominus Cantor Argentinensis essent male tractati, captivati, spoliati, & ultra modum injuriati, hodieque tenentur captivati, & in vinculis, sive compedibus ligati contra libertatem ecclesiasticam, & hoc per capitulum, sive communitatem Argentinensem. Quare petiit super præmissis sibi provideri de remedio opportuno, monitoriumque contra detentores eosdem; & eorum bona, atque in juvatores, in forma solita, decerni & concedi per dictam sacrosanctam Synodum Constantiensem debita cum instantia postulavit, & alias omni meliori modo per dictum Concilium sive Synodum deliberandum.

Quibus per dictos promotores & procuratores debito modo, quo licuit, propositis, de mandato ipsius Synodi Constantiensis ascenderunt ambonem pro publicandis, statuendis, ordinandis, sive diffiniendis deputati reverendissimi patres domini Vitalis Tolonensis pro Gallicana, Antonius Concordiensis pro Italica, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, & Patricius Cottagensis pro Anglicana episcopi; pro nationibus ad omnia responderunt, *Placet*, videlicet quoad admissionem officialium. Et idem primo Antonius episcopus Concordiensis nationis Italicæ nominavit pro commissariis ad examinandum titulos ipsorum officialium petentium se admitti, dominos Martinum episcopum Aprutinum, Jacobum electum Pennensem: Vitalis episcopus Tolonensis nomine nationis Gallicanæ nominavit Joannem Patriarcham Antiochenum, & Stephanum episcopum Dolensem: Nicolaus episcopus Merseburgensis nomine nationis Germanicæ nominavit Ulricum episcopum Verdensem, & Joannem Abundi utriusque juris Doctorem: Patricius episcopus Cortagensis nominavit pro natione Anglicana se ipsummet & dominum Thomam Polton protonotarium: cardinalis vero Vivariensis nomine collegii cardinalium dominos Gabrielem Senensem, & Amedeum Salutiarum cardinales nominavit.

Deinde similiter responderunt, quoad decretum citationis contra adhærentes opinionibus & sectis damnatæ memoriæ Joannis Wicleff, & Joannis Hus, in regno Bohemiæ & marchionatu Moraviæ.

Similiter ad monitorium contra Argentinenses in forma. Quibus sic factis, venerabiles & circumspecti viri dominus Petrus de Cracovia decretorum doctor, & Joannes [3] Ulis præpositus Quinqueecclesiensis ascenderunt ambonem eumdem: & ipse dominus Petrus de Cracovia, alias de Lymburga, legebat de mandato Synodi sive prædictæ congregationis cedulam ipsorum officialium: Joannes vero Usk legebat citationem decretam contra prædictos tenentes opinionem Joannis VVicleff, & Joannis Hus. Monitorium vero contra Argentinenses non fuit lectum. Quarum cedulæ admissionis officialium, & citationis prædictæ de quibus supra fit mentio, sequuntur tales.

Sacrosancta & generalis Synodus Constantiensis, quæ dudum statuit & ordinavit, quod officiales & curiales venerabilis fratris Angeli episcopi Portuensis tunc Gregorii in sua obedientia nuncupati officiis, & gradibus ipsorum canonice adeptis gauderent, & ea rationabiliter admini-

1 Lege ex mss. *sed alias vim & effectum agendorum.*

2 Adde ex mss. *& nomine procuratorio sive promotorio Henricus de Piro prædictus loquens proposuit. Qualiter alias juxta deliberata, conclusa, statuta, & ordinata per sacrum Concilium Constantiense, in publica, &c.* quæ in Labbeana editione desiderantur.

3 Mss. Usk, ut infra.

ANNO CHRISTI 1416.

miniſtrarent, prout alii officiales obedientiæ olim Joannis Papæ XXIII. indifferenter, falvo quod ubi in aliquo officio unicus, vel certus numerus ſecundum conſuetudinem Romanæ curiæ, deberet haberi, circa hoc perſonaliter deputandus ab eo; dicta ſacroſancta Synodus raſervavit providens ad tollendum diviſiones & diſcordias inter officiales & curiales, ſuper admiſſione officialium & curialium hujuſmodi obedientiæ dicti Angeli tunc Gregorii XII. nuncupati, ed ſua officia & adminiſtrationes eorum exortas ſtandum, quieſcendum & ad paciſcendum decernit & ordinat, quod præfati officiales de hujuſmodi obedientia dicti Angeli tunc Gregorii XII. nuncupati; illi videlicet qui in 1 pitaſſiis dictorum officialium per dominum Angelum ad nos miſſis deſcripti exſiſtunt, ex nunc ad hujuſmodi ſua officia, nulla ſuper canonica adeptione eorumdem officiorum diſcuſſione præhabita; ad ipſorum officiorum exercitium, & emolumentum una cum aliis officialibus admittantur juxta formam & tenorem ſtatuti & ordinationis prædictorum. Quod ſi aliqui ex eis forſan hujuſmodi officia canonice non ſunt adepti, per hujuſmodi decretum & admiſſionem nullum penitus ad hujuſmodi officia, quæ detinent, jus aut titulum acquirant, aut habeant quovis modo, nec ipſos intendit ſancta Synodus per admiſſionem habilitare. Et inſuper dicta Synodus volens, ut ſtatutum & ordinatio prædicta deducantur ad effectum, & nullus in officiis ipſis, qui canonice non ſunt adepti, remaneat; deputat duos cardinales, & duos de qualibet natione per cardinales & nationes electos, qui de titulis canonice adeptis per eoſdem officiales utriuſque obedientiæ cognoſcant & terminent, & eos qui hujuſmodi officia canonice adepti non exſiſtunt, repellant ab eiſdem, aliis duntaxat in ſuis officiis remanentibus: ſuper quibus dicta Synodus præfatis deputatis concedit & tribuit poteſtatem.

Citatio contra adhærentes opinionibus VVicleff, & Joannis Hus, apparet infra in reproductione.

Ex collectione Barberiniana, & mſſ. Lipſienſi.

Tenor vero dicti monitorii, unde ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis:

SAcroſancta & generalis Synodus Conſtantienſis, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Dudum cum ad audientiam noſtram fama publica raſerente, perveniſſet, quod *a* VVolgelmannus de Vomſgurgen decanus, & Fredericus de *b* Zoerle canonicus, nec non Michael Melbrtige, *c* Reilmus Barpſe magiſter, & Ulricus Thet, alias Baſer, magiſter civitatis Argentinenſis, de capituli & canonicorum eccleſiæ, & etiam conſulum & proconſulum civitatis & communitatis prædictæ mandato, auxilio, favore, & aſſenſu, ſeu hoc ratum & gratum habentium, cum nonnullis in ea parte complicibus, dilectum eccleſiæ filium Guillelmum electum Argentinenſem, patrem, & paſtorem animarum ſuarum, cui obedientias debites & devotas facere promiſerant, & præſtiterant, ac exhibere, & præſtare debebant ac etiam tenebantur, in oppido *d* Mallis Heuy Argentinenſis diœceſis de menſa epiſcopali Argentinenſi exſiſtente, ad quod una cum præfato decano & canonico pro ipſius eccleſiæ utiliter pertractandis & promovendis negotiis accellerant, ſuadente diabolo, Dei timore ac reverentia & obedientia poſtpoſitis, una cum dilecto eccleſiæ filio *e* Frederico Debitz cantore ejuſdem eccleſiæ, ipſorumque electi & cantoris familia vi armate, auſu ſacrilego, manus injicientes violentas ignominioſe ad civitatem perduxerant, ec ex poſt detinuerunt, prout detinebant carceratos, nec non eoſdem electum, & cantorem, ac familiam bonis & rebus ſpoliaverant, ſacrilegium, & excommunicationem, aliaſque cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas in jure, nec non in ſtatutis provinciæ Moguntinenſis, cujus dicta eccleſia exſiſtit, circa hoc editis prolatas damnabiliter incurrendo. Nos de tantis tamque gravibus exceſſibus propter nos, qui ad univerſalis eccleſiæ reformationem ſumus hic congregati, ed quos ſuper quibuſcumque quæſtionibus contra electum cantorem & familiam prædictos haberi poterat A recuſſus, taliter commiſſis, ſi veritate nitebantur, non immerito dolentes: volentes ſuper iis inquirere veritatem, venerabiles fratres Joannem Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Nicolaum epiſcopum Merſeburgenſem ad civitatem prædictam cum plena poteſtate ſuper præmiſſis ſimpliciter & de plano inquirendi, & ſe informandi, & ſi ita eſſe reperirent, electum, & cantorem, & familiam prædictos cum rebus, & bonis hujuſmodi libere in noſtris manibus reſtituere faciendi, requiſitionemque, & monitionem, cetera circa hoc utilia & neceſſaria faciendi duximus deſtinandos, parati de ipſis electo, & cantore, ac familia querelantibus reddere bonum & breve juſtitiæ complementum. Verum ſicut poſtmodum ex patriarchæ & epiſcopi nunciorum noſtrorum prædictorum, qui ad eamdem propter præmiſſa acceſſerunt perſonaliter civitatem, relatione intelleximus, quod B quamquam prædictas captionem detentionemque notorias repperiſſent, & de aliis præmiſſis eſſet publica vox & fama, ac decanum & canonicos dictæ eccleſiæ Argentinenſis, capitulum, & cives, magiſtros, conſules, proconſules, & communitatem prædictos noſtra pro parte requiſiviſſent, & monuiſſent, ut electum, cantorem, & familiam præfatos cum hujuſmodi bonis & rebus in noſtris manibus reſtituerent, ut debebant, ac etiam tenebantur; offerentes nos ipſis de dictis electo, cantore, & familia, ſi de eis conquererentur coram nobis, facere juſtitiæ complementum, ut præfert; tamen ipſi decanus, & capitulum, ut præmittitur, ac cives & magiſtri, nec non conſules, proconſules & communitas prædicti hujuſmodi requiſitione & monitione obauditis, prædictos electum, cantorem, & familiam carceribus per eos detentos cum rebus & bonis hujuſmodi in noſtris manibus libere reſtituere denegaverant, vel ſaltem diſtulerant, C & differebant. Nos autem attendentes, quod ſubditi in eorum prælatos, & laici in clericos nullam penitus habent juriſdictionem ac poteſtatem; & quod præmiſſa in libertatis eccleſiaſticæ & paſtoralis dignitatis vilipendium non modicum & ſcandalum plurimorum redundare dignoſcitur, nolentes hujuſmodi manifeſtam offenſam, ſicus nec debemus, ſub diſſimulatione tranſire. Et licet contra prædictos decanum & capitulum, cives, magiſtros, conſules, proconſules, & communitatem prædictos, & alios, qui culpabiles fuerint in præmiſſis, poſſemus juris ſaveritatem exercere; tamen ed eos magis convincendos, mitius agere volentes; conſiderantesque ſicut per ſummariam informationem ſuper iis per nos habitam reperimus ad ipſos decanum, capitulum, cives, magiſtros, conſules, proconſules, communitatem, & civitatem pro exlecutione præſentium facienda tutus non D patet acceſſus; ne propterea tanti, tamque graves, & manifeſti exceſſus noſtris conniventibus oculis remaneant impuniti: idcirco Deum præ oculis habentes ex officio noſtro, ad quod utique ſpectat eccleſiaſticarum perſonarum injurias propulſare, ac libertatem eccleſiaſticam pro viribus defenſare, per hoc præſens publicum edictum in audientia publica contradictarum legendum & publicandum, & valvis majoribus Conſtantienſis, ac in Hagenovve, & in Sletzſtat oppidorum dictæ diœceſis eccleſiarum parochialium affigendum, dictos decanum, & capitulum, & alios eccleſiaſticos, ſi qui, & quis ſe ſatebitur eſſe culpabilem, & fuerint culpabiles in præmiſſis; nec non conſules, proconſules, atque cives prædictos, ac quoſcumque alios in præmiſſis culpabiles, videlicet in eorum ſingulos ſub excommunicationis, & etiam interdicti eiſdem eccleſia, & civitate, ec terris, E locis, & dominiis, eiſdem decano & capitulo, civibus, & communitati communiter, vel diviſim ſubjectis, pœnas quas ſerimus in his ſcriptis, ſi monitioni hujuſmodi non paruerint cum effectu, primo, ſecundo, & tertio, & peremptorie requirimus, & monemus, quatenus infra duodecim dies poſt lectionem, publicationem, & affixionem præſentium, ut ſupra faciendas, immediate ſequentes quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro ſecundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino & canonica monitione eiſdem decano, capitulo, conſulibus, & proconſulibus, civibus, communitati, & complicibus prætigi-

a Mſs. *Hugelmannus de Vingurgen.*

b Mſs. *Zuttre.*

c Mſſ. *Reiſinus Barpſenning, & Ulricus Cheſer, alias Vader.*

d Mſs. *Mol ſtibim.*

e Mſs. *Friderico Etiz.*

1 Forte, *pitaciis.*

ANNO CHRISTI 1416.

gimus & assignamus, præfatos electum & canonem, cum hujusmodi eorum familia absque quolibet contradictionis obstaculo plenarie in nostris manibus, seu commissariorum a nobis super hoc deputatorum libere restituant, ipsisque oblata ipsa reddant, & reddi ac restitui faciant, aut satisfieri procurent competenter. Quod si forsan hujusmodi monitioni & requisitioni nostris in dicto termino parere contempserint, ex nunc prout ex tunc eosdem decanum, & capitulum, consules, proconsules, cives, communitatem, & complices, necnon omnes, & singulos dicti sceleris patratores, & fautores per edictum finale peremptorie citamus, ut die duodecima præfatos duodecim dies immediate sequente præfatos Volgemannum decanum, Fredericum de *a* Zalke, nec non Reylinum *b* Barphe maig, Vicolricum Ches, alias Bader, & Michaelem Merbruet personaliter in eorum propriis personis; alii vero omnes legitime compareant Constantiæ coram nobis in loco publicæ sessionis, si eam tunc fieri contigerit, alioquin in sessione publica ex tunc immediate sequente; ad videndum & audiendum se declarari in censuras, & pœnas tam juris prædictas, quam nostras incidisse; vel ad dicendum & allegandum causam rationabilem, si quam habeant, quare parere, & declarari, ut præfertur, non debeant. Certificantes nihilominus omnes, & singulos supradictos, & eorum quemlibet, quod sive hujusmodi nostris monitioni & requisitioni parere & obedire, ac inscriptis terminis comparere curaverint, sive non; nos nihilominus ad omnia & singula præmissa, & alia juris remedia in præmissis opportuna quomodolibet procedemus, justitia mediante; ipsorum monitorum & citatorum ac quolibet ipsorum absentia, seu contumacia eorum in aliquo non obstantibus. Loca vero audientiæ contradictarum nec non valvarum prædictarum tanquam publica, & idonea ad hujusmodi nostras monitionis & requisitionis litteras exsequendas duximus eligenda, in quibus easdem modo & forma præmissis decrevimus publicandas; quæ illas quasi sonoro præconio, & patulo judicio adinstar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, publicabunt: volentes nihilominus, & in hac sacra synodali auctoritate decernentes, quod hujusmodi nostræ litteræ modo & forma præmissis executæ dictos sic monitos & requisitos, & quemlibet ipsorum arctent taliter & adstringant, ac perinde valeant, & plenam obtineant roboris firmitatem, ac si eisdem & cuilibet eorum in propria persona lectæ & insinuatæ fuerint, ac principaliter publicatæ. Cum non sit verisimile ipsis remanere incognitum, quod in locis tam *c* publicum exstitit omnibus publicatum. Nos autem pro ipsius ecclesiæ Argentinensis indemnitate ex certis causis omnem alienationem, hypothecationem, & quamvis obligationem, & translationem jurium, possessionum, & quorumcumque bonorum ecclesiasticorum immobilium, & pretiosorum mobilium dictæ ecclesiæ & mensæ episcopalis Argentinensis, contra juris prohibitionem fiendam eidem electo penitus interdicimus: ipsasque, & earum quamlibet, si forsan per eum fieri contingeret, nullas, prout erunt, ex nunc prout ex tunc decernimus, & etiam declaramus.

a Mss. Zalre.
b Mss. Larpfenning, Ulricum Chres, alias Vader, & Mich. Merbraghe.
c Forte, publicis.

Datum Constantiæ decimo mensis Martii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. Apostolica sede vacante.

Ex collectione Barberiana, & tribus Germanicis.

Congregatio generalis.

Die Lunæ vicesima quarta mensis Februarii prædicti, Constantiæ in ecclesia majori, in qua sessiones publicæ Concilii Constantiensis servari solent, mane hora tertiarum, vel quasi, sancta Synodus, sive Concilium ibidem in congregatione generali pro infrascriptis fiendis solemniter congregata, & juxta licentiam obtentam alias in omnibus nationibus quatuor, venerabilis & circumspectus vir Ardecinus de Novaria sacri consistorii Apostolici advocatus, cum voluntate & licentia Synodi Constantiensis ibidem in modum generalis congregationis convocatæ, una cum magistro Henrico de Piro de Colonia licentiato in decretis, & Gaspare *d* Scinplug: idem dominus Ardecinus pro excusatione dominorum magistri generalis ordinis sanctæ Mariæ Theutonicorum, totiusque ordinis, de impositis ipsis per serenissimum regem dominum Uladislaum Poloniæ regem, & magnum ducem VVitoldum ducem Lituaniæ, ac propositis ad instantiam eorumdem regis & ducis in proxima alia congregatione, videlicet decima tertia mensis Januarii præsentis proxime præteriti respondendo: fecitque idem dominus Ardecinus unam brevem collationem introductivam. Qua completa, magister Henricus de Piro legebat nonnulla capitula continentia formam & tractatus habitos inter dominos de ordine ex una, & regem atque duces prædictos ex alia parte a longis temporibus citra; ipsoque magistro Henrico legente fatigato dominus Gaspar *e* Scuanplug continuavit dictam lecturam, licet propter ipsius conscripturæ capitulorum in ea contentorum prolixitatem, atque multitudinem non finivit, neque registrandum notario tradidit. Quibus factis, licet per congregationem nihil fuerit determinatum seu conclusum, de mandato ejusdem congregationis idem magister Henricus legebat unam aliam schedulam, in qua deputabantur commissarii per sacrosanctam Synodum Constantiensem, ac ipsam congregationem generalem Synodum ipsam repræsentantem, reverendus pater dominus Joannes patriarcha Constantinopolitanus & Nicolaus *f* Druckel-Pichel sacræ theologiæ professor, ad examinandum & recipiendum testes, producendum in materia fidei contra magistrum Hieronymum de Praga, & referendum. Qua commissione facta, idem magister Henricus de Piro de mandato simili legebat unam aliam schedulam, in qua mandabatur omnibus & singulis officialibus olim obedientiæ Joannis XXIII. quatenus infra certum terminum omnes & singulos officiales domini Gregorii admittere debeant, sub pœna in ipsa schedula contenta: ac alias legit, atque dixit, ut in ipsis duabus schedulis, quarum tenores inferius sunt inserti, plenius continetur, & habetur. Quibus quidem schedulis lectis, ad requisitionem domini Henrici de Piro, necnon magistri Joannis de Scribanis promotorum & procuratorum tota congregatio respondebat ad duas schedulas ultimas, paucis exceptis, per verbum, *Placet*. Tamen reverendus pater dominus Patricius episcopus Corcagensis nomine nationis Anglicanæ ultra alias responsiones per generalem congregationem factas, respondit per verbum, *Placet*. Super quibus iidem domini Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores, & procuratores petierunt, & quilibet eorum petiit a reverendis sedis Apostolicæ protonotariis, ceterisque notariis atque scribis ad hoc deputatis, sibi fieri unum, vel plura, publicum, & publica, instrumentum, & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus Joanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Laudensi Jordano, Albanensi Ursino, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Branca Placentino, *g* Petro Veronensi, Antonio de Calanco, Petro Cameracensi, Guilielmo sancti Marci, & Petro Fuxi presbyteris cardinalibus, necnon Ludovico de Flisco, Amedæo Saluciarum, Ottone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus, pro testibus infrascriptis, ceterisque regum Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Jerusalem, Arragoniæ, Cypri, Norvegiæ, Sveciæ, & Daciæ regum, necnon principum, prælatorum, universitatum studiorum, ambaxiatoribus, ac aliis prælatis, & nobilibus in numero copioso.

d Mss. Schvvenplug.
e Mss. Schvvenplug.
f Mss. Dinkelspuel.
g Al. Angelo.

Item, schedulam commissariorum in causa fidei contra Hieronymum de Praga super examinandorum testium inducendorum notarius non habuit. Tenores vero dictarum schedularum videlicet conclusionis commissariorum ac admissionis officialium, de quibus supra fit mentio, sequuntur & sunt tales.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

Decretum super admissione officialium olim Gregorii.

SAcrosancta Synodus, *&c.* pro executione promissorum domino olim qui Gregorius XII. dicebatur, mandat dominis vicecancellario, & summo pœnitentiario, vicecamerario, auditoribus tam contradictarum, quam sacri palatii causarum Apostolici, rescribendariis, & distri-

distributoribus tam cancellariæ, quam pœnitentiariæ, quatenus infra terminum quatuor dierum omnes protonotarios, auditores, abbreviatores, clericos cameræ Apostolicæ, ceterosque officiales, qui curiæ dicti domini olim Gregorii fuerunt, & quatenus tradiri sunt per matriculas, vel pitaphia authentica, in ordine suo secundum temporis prærogativam recipiant, & admittant, & in matriculis, seu pitaphiis, & locis consuetis describi faciant & describant cum honoribus, & oneribus, & emolumentis consuetis, juxta formam decreti per dictam Synodum in publica sessione pridie die vicesima Februarii super promissione prædicta facti & determinati, non obstante aliqua litis pendentis, aut alia quavis contradictione, vel appellatione, quas ex nunc tollit, irritat, & annullat. Et si quis prædictis contradixerit, vel ab eis appellaverit, cum per hoc videatur infringere fidem & promissionem sacri hujus Concilii factas causa unionis habendæ in Dei ecclesia, tanquam temerarius contradictor sit ab omni officio, gradu, dignitate, si quod haberet in Romana curia, ipso facto privatus. Et nihilominus aliter, & amplius puniatur, prout ejus temeraria contradictio mereri visa fuerit, nisi a contradictione & appellatione publice infra biduum resipiscat. Insuper mandat judicibus pridie die vicesima Februarii ad cognoscendum & terminandum de titulis officialium deputatis, quatenus infra mensem a die realis & effectualis admissionis prædictorum, de titulis eorumdem officialium præsentium cognoscant & terminent, juxta formam eis dicta die vicesima Februarii traditam; absentium vero secundum distantiam locorum, & secundum quod dictis deputatis videbitur expedire, super quibus dicta Synodus tribuit eis potestatem.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

Congregatio generalis, in qua auditas legatos Ferdinandi regis Arragoniæ.

ANno, & indictione, quibus supra, die Lunæ secunda mensis Martii, Constantiæ mane hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis Synodi Constantiensis ad audiendum venerabilem virum dominum Antonium, generalem ordinis fratrum de Mercede, ac ambaxiatores serenissimi principis domini regis Arragonum. Præsentibus ibidem reverendissimis dominis Joanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Jordano Albanensi episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Almanno Pisano, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro Cameracensi, Antonio Aquilegensi, Antonio de Chalanco, & Petro Fuxi presbyteris, Amedeo Saluciarum, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus, aliisque regum, principum, prælatorum, universitatum, & communitatum ambaxiatoribus in numero copioso. In qua congregatione præfatus dominus Antonius generalis ascendebat ambonem: & antequam principiasset aliquid, produxit duas litteras missivas, unam serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis, aliam vero domini regis Arragonum, quæ litteræ successive fuerunt per venerabilem dominum Petrum de Cracovia decretorum doctorem lectæ de mandato congregationis sive Synodi Constantiensis prædictæ, dictam generalem congregationem repræsentantis. Post quarum quidem litterarum lecturam memoratus dominus Antonius generalis, tanquam nuncius & ambaxiator domini regis Arragonum, fecit unam brevem collationem ibidem ad congregationem ipsam, recommendando ecclesiam Dei Concilio præsenti, quam ecclesiam in processu suæ collationis comparavit civitati Hierusalem; ulterius introducendo in eadem collatione magnam affectionem domini sui regis Arragonum, quam gessisset & gereret erga unionem ecclesiæ Dei: & quomodo ad oculum cum serenissimo rege Romanorum ad hoc laborasset & intenderet laborare; & ex quo restitueret habere prælatos de Hispania Arragonum; supplicavit ibidem inter cetera toti Concilio & Synodo Constantiensi, quod non tæderet eos modicum exspectare, cum indubie prælati illarum partium, & ad minus ambaxiatores illorum regnorum venturi essent ad præsens Concilium, juxta concordata in Perpiniano per dictos reges Romanorum, & Hungariæ, ac Arragoniæ, & ambaxiatores Concilii Constantiensis, & juxta eorum possibilitatem. Præsentibus ibidem dictis dominis pro testibus infrascriptis.

Tenores dictarum litterarum, de quibus supra fit mentio, non fuerunt traditi notariis.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

Congregatio generalis.

ANno, & indictione quibus supra, die Lunæ vicesima septima mensis Aprilis fuit congregatio omnium nationum in loco sessionis in modum & formam sessionis, sive publicæ congregationis Synodi Constantiensis. Præsentibus reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Angelo episcopo Prænestino Laudensi vulgariter dicto, Antonio Bononiensi, Antonio Aquilegensi, Gabriele Senensi, Petro Veronensi, Petro Cameracensi, Almanno Pisano, Antonio de Chalanco, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro Fuxi, presbyteris; Amedeo Salutiarum, Lucido de Comite, Francisco Florentino, Ludovico de Flisco, Raynaldo de Brancaciis, Ottone de Columna, aliisque prælatis, ambaxiatoribus regum Romanorum, Hungariæ, Franciæ, Angliæ, Arragoniæ, Portugalliæ, Poloniæ, Sueciæ, Daciæ, Norvegiæ, Neapolitano, & Cypri, ceterisque nobilibus, & Christiano populo in numero copioso. In qua quidem congregatione reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Joannes patriarcha Constantinopolitanus, & venerabilis vir magister Nicolaus *a* de Duchel Spubel doctor in sacra pagina, alias in publica sessione sive congregatione generali commissarii deputati per ipsam congregationem ac Synodum Constantiensem in causa fidei mota contra Hieronymum de Praga magistrum in artibus, super receptione & examinatione testium in ipsa causa inductorum & inducendorum, & post eorum examinationem Concilio sive Synodo Constantiensi referendum, prout in quadam commissione sive supplicationis schedula, cujus tenor superius in die Lunæ vicesima quarta mensis Februarii proxime præterita est descriptus, plenius continetur. Ipsique domini Joannes patriarcha, & Nicolaus de *b* Duckel Spuel receptis testibus, eisque per eos examinatis, volentes juxta mandatum Concilii & tenorem commissionis ipsorum facere relationem, ascenderunt ambonem ipsius Synodi Constantiensis, super quo fiunt supplicationes, & decreta, &c. retulerunt per os præfati domini Joannis patriarchæ per quot & quos testes articuli dati contra ipsum magistrum Hieronymum probarentur. Et qui articuli probarentur per famam publicam, de notorietate, de scitu, credulitate, sive alias, prout id in summario de & super facto per dictos commissarios, & huic registro inferius colligato dicitur contineri.

Qui articuli, super quibus testes deposuerunt, fuerunt ibidem lecti per venerabilem virum magistrum Joannem de Rocha magistrum in theologia ordinis fratrum Minorum, quorum articulorum tenores inferius suos inserti. Quibus articulis cum eorum convocationibus atque depositionibus lectis, fuit per Synodum avisatum, & conclusum, quod duo ultimi, videlicet domini Joannes patriarcha, & Nicolaus *c* Duckel Spuel illos articulos ostendant ipsi Hieronymo.

Subsequenter venerabilis vir dominus VVillelmus advocatus reverendi patris domini Hieronymi postulati ad ecclesiam Ariminensem, levavit se in medium ipsius Concilii sive Synodi Constantiensis, & petiit, tanquam advocatus ipsius domini Hieronymi postulati ac ecclesiam Ariminensem, postulationem de eo canonice factam per Synodum sacrosanctam secundum juris ordinem * protestatus fuit, quod tempus a jure præfixum de consecrandis episcopis sibi currere & labi non possit, propter retardationem confirmationis prænominati. Et super hoc petiit fieri a dominis protonotariis, ceterisque notariis & scribis dictæ Synodi unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta.

Quibus sic factis, similiter venerabilis, & circumspectus vir dominus Ardecinus de Novaria repetiit, & proposuit confirmationem electionis domini Henrici Sivvesii ad ecclesiam Senonensem, & produxit processum factum

fa-

a Mss. *de Dinkelspuel.*

b Mss. *de Dinkelspuel.*

c Mss. ut supra, *de Dinkelspuel.*

* Deest hic quidpiam.

super hujusmodi alectione, qui fuit traditus domino de Jacobo Rodini, & sedis Apostolicæ, & hujus Synodi protonotariis, & protestatus est ut supra per dominum Guillelmum advocatum, &c. Ex adverso vero reverendus pater dominus Antonius Amedeus Tollur electus Lugdunensis, tanquam procurator capituli Lugdunensis dixit, ecclesiam Senonensem esse subjectam ecclesiæ Lugdunensi, petens conservari jus ecclesiæ Lugdunensis, non tamen dicendo quicquam in personam domini electi, &c. Quibus præpositis venerabilis vir dominus Joannes de Scribanis, Henricus de Piro procuratores, nomine quo supra, petierunt sibi fieri unum, vel plura, instrumentum publicum, seu publica instrumenta, ad dictamen sapientis, &c Præsentibus, &c. ut supra.

Subsequenter vero magister Joannes de Scribanis nomine procuratorio domini Willelmi electi Argentinensis petiit declarari contentos in monitorio alias per Synodum Constantiensem decreto incidisse pœnas in ipso monitorio expressas per Synodum memoratam. Ex adverso surrexit venerabilis vir magister Henricus *a* Rivic, & dixit contentos & appensos in dicto monitorio non fore declarandos incidisse pœnas in eo contareas, cum non forent, nec essent in aliquo contumaces. Timensque ab eadem Synodo ulterius gravari posse, appellavit in scriptis a nonnullis gravaminibus, ut asseruit, sibi illatis per Synodum sive Concilium, sive judices, aut commissarios, & petiit Apostolos sibi dari super appellatione sua prælibata. Et antequam fuisset responsum per dictam Synodum super datione Apostolorum prædictorum, circumspectus vir dominus Gaspar de Perusio advocatus Concilii, nec non electi Argentinensis, dixit quod a decreto Concilii non esset appellandum; & appellatio hujusmodi interposita esset frivola, & frustratoria, & ab eodem Concilio fore repellendam. Ardecinus de Novaria advocatus capituli Argentinensis ex adverso levavit se medium, & dixit ipsum monitorium esse nullum, & nulliter expeditum, & ipsum revocari petiit, atque tolli per Synodum sacrosanctam præfatam. Gaspar vero de Perusio, ipsum monitorium esse validum, & efficax, & ulterius ad ipsius monitorii declarationem, sive pœnarum contentarum in eodem per Synodum præfatam procedi debere dixit, & allegavit.

a Mss. Kavor.

Quibus verbis per advocatos, sive partes hinc inde prolatis, levavit se in medium reverendus in Christo pater & dominus dominus Guillelmus cardinalis sancti Marci & dixit, se monitorium examinasse, & circa clausulam ibidem positam non processisse juxta deliberationem aliorum dominorum cardinalium, cum esset impertinens ad hujusmodi monitorium: domino Joanne patriarcha Antiocheno contradicente, & dicente ipsum monitorium esse validum de jure, & procedi debere, & declaratio fieri super eodem per Concilium sacrosanctum Constantiense.

Quibus singulis visis, & auditis, Synodus sive congregatio præfata habita deliberatione super hujusmodi, prorogavit terminum declarationis statim petitum ad diem Jovis proxime futuram super declaratione alias fiendam in ipsa causa, ac dandum & recipiendum Apostolos tales, quales Henricus *b* Rivit procurator habere debeat, ad eamdem diem duxit præfigendum, & præfixerunt.

b Mss. Kavor.

Subsequenter & ultimo in eadem Synodo, & per ipsam Synodum sanctam fuit decreta remissio ad partes super examinatione trium sanctorum de Suecia, Norvegia & Dacia regnis, ad instantiam domini abbatis Steyn tamquam procuratoris, prout in schedula, quæ inferius ponitur, continetur.

Super quibus omnibus, & singulis fuit responsum per deputatos de mandato Concilii per verbum, *Placet*, & mandat fieri instrumentum, & instrumenta, ut supra.

Tenores vero positionum & articulorum contra Hieronymum de Praga oblatorum una cum eorum responsis factis per ipsum magistrum Hieronymum, nec non appellationis interpositæ per magistrum *c* Rivit, ac bulla remissionum ad partes, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales:

c Mss. Kavor.

Articuli dati in causa fidei contra Hieronymum de Praga.

Ex eadem collectione, ac iisdem mss.

CORam vobis reverendissimis patribus & dominis per sacrum generale Concilium Constantiense in materia fidei commissariis deputatis, promotor ejusdem Concilii in finem & effectum ut paternitatibus vestris de hæresi & aliis criminibus notoriis ejusdem Hieronymi, de Praga, ut asserit, magistri in artibus, de hæresi vehementissime suspecti, & per hoc sacrum Concilium Constantiense citati, Constantiæ positi, denunciat, dat & exhibet positiones, & articulos infrascriptos, quos, & se promotorio & instigatorio nomine ejusdem Concilii citra superfluam probationem admitti petit.

In primis enim dicit, asserit, ponit, & probare intendit quod in regno Angliæ fuit quidam hæresiarcha nomine Joannes Wicleff, qui nunc a sæculis ereptus, & hæreses suas prædicare ausus fuit, & dogmatizavit palam & publice.

Responsio Hieronymi.

Respondeo quod probationem ejus non impedio.

1. Quod ipse quondam damnatæ memoriæ Joannes Wicleff quasdam hæreses seminavit, & nonnullos libros super hoc, & opuscula, videlicet quos dialogum, & trialogum distinxit, confinxit, quosdam in Anglia diversimode, & diversis mundi partibus distribuit, divulgavit, palam, publice.

Articulus iste non me tangit; non nego tamen me vidisse, & legisse aliquos libros illius.

2. Item, quod inter ceteros errores in dictis libris contentos continebantur errores infrascripti. Et primo, Quod substantia panis materialis, & similiter substantia vini maneret in sacramento altaris post consecrationem.

3. *d* Item, accidentia panis non manerent sine subjecto in eodem sacramento altaris.

d Forte, Item quod.

4. Item, Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.

Fateor duas primas propositiones in suis libris legisse, de tertia non recordor.

5. Item, quod dicti libri per plerosque in theologia magistros & locorum ordinarios visi diligenter & examinati fuerunt, & propterea in diversis studiis privilegiatis, & præcipue in Saxonia & in Praga tamquam diversos errores, & hæreses in se continentes reprobati, palam & publice.

Dico quod audivi.

6. Item, quod postmodum modernis temporibus insurrexerunt quidam iniquitatis filii, videlicet Joannes Hus, & Hieronymus de Praga prædicti: & scientes dictorum librorum, ut præfertur, condemnationem, & scandalum, quod ex eorum dogmatizatione sequi potuisset in civitate Pragensi ac in toto regno Bohemiæ, & in diversis aliis regnis, hujusmodi libros, & errores ac hæreses in eisdem contentas dogmatizaverunt palam & publice.

Pro me tantum respondeo, quod falsum est, me dogmatizasse errores & hæreses ex libris ejus. Verum hoc profiteor, cum eram adolescens, habens ardorem discendi perveni in Angliam, & audiens famam Wicleff, qui fuit vir subtilis, atque magnæ excellentiæ ingenii, dum exemplaria *e* potui, dialogum, & trialogum transcripsi, & mecum in Pragam transduxi.

e Forte, reperire potui.

7. Item, quod dudum Papa Joannes XXIII. tunc dominus Balthassar Cossa nominatus Concilium generale pro reformatione ecclesiæ sanctæ Dei & exstirpatione hæresum in alma urbe Romana de anno Domini MCCCCXIII. palam & publice celebravit.

Nihil mihi de eo constat, an hujusmodi Concilium fuit Romæ celebratum, immo quod factum fuisset Pisis, credebam.

8. Item, quod omnes libri & opuscula dicti quondam Joannis Wicleff cujuscumque artis vel facultatis existentes, ejus nomine intitulati, legitime fuerunt in dicto Concilio sententialiter damnati, & comburi mandati, & combusti: & nihilominus fuit inhibitum ne quis Christi nomine insignitus auderet aliquem, vel aliquos, seu aliqua ex dictis libellis, tractatibus, & opusculis sub dicti Joannis Wicleff nomine subscriptos aut intitulatos

ANNO CHRISTI 1416.

tot legere, & exponere, docere, vel tenere, allegate publica, vel occulte, etiam auctoritate Apostolica per censuram ecclesiasticam, etiamsi opus fuerit, cum adjectione quod contra non parentes, tamquam contra fautores hæresum procederetur. Et si quis hujusmodi sententiæ, inhibitionis, decreti, atque jussionis violator atque contemptor exsisteret, statim idem Concilium contra ipsum veluti suspectum de fide procedere deberet: ac fuit, & est verum, publicum, & notorium.

9. Item, quod omnia, quæ in dicto Concilio fuerunt facta, & præsertim dictorum librorum, ac errorum, & hæresum condemnatio, & librorum ipsius Wicleff combustio ad indubitatam Hieronymi notitiam pervenit, & ipsum Hieronymum post duos menses a tempore publicationis & combustionis hujusmodi affecerunt & ligaverunt, & scire tenebatur, palam & publice.

10. Item, quod post hujusmodi librorum & hæresum condemnationem per dictum Romanum generale Concilium, librorum ipsius Wicleff combustionem, & eorumdem in eodem Concilio actitatorum plenam & indubitatam notitiam antedictus Hieronymus de Praga habens dictos libros, & hæreses in eis descriptas & contentas publice dogmatizavit, & disputavit in diversis mundi partibus, & præcipue Bohemiæ, Hungariæ, & Poloniæ regnis, & propterea fuit de regno Hungariæ expulsus. Et fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Respondeo, quod non memoror me umquam alicubi aliquam hæresim aut quemcumque errorem scienter dogmatizasse, nec Hungaria fui expulsus, sed per litteras archiepiscopi Pragensis bonæ memoriæ contra me false scriptas, cum per regem fui archiepiscopo Strigoniensi traditus, ille me ad quindenam pie tractavit; & tamdem rex quemdam baronem ad me direxit, & me plene absque omni fidejussoria cautione liberavit.

11. Item, quod anno MCCCC. nono die mensis Januar. ejusdem anni quidam magister Matthias de a Glyxy, dictus pater quamdam disputationem publicam, quodlibetum nuncupatam, in universitate studii Pragensis intimavit; & in ea fuit magna congregatio magistrorum, doctorum, scholarium, & honorabilium virorum in diversis facultatibus eruditorum, publice, & manifeste.

a In Glym.

12. Item, quod idem Hieronymus in dicta disputatione, quodlibetum nuncupatum, interfuit, & cum interesset, dicere publice non erubuit Joannem Wicleff fuisse virum catholicum, & verissimos libros compilasse, ac omnia in eisdem libris contenta fuisse, & esse verissima.

Respondeo. Dixi Joannem Wicleff multa bona posuisse, & scripsisse in libris suis; sed non dixi quod omnia contenta in libris dictis fuissent & essent verissima: nam nec omnia vidi. Sed hoc dico, quod quæ bona Wicleff scripsit, de iis laus illi, non mihi; quæ vero mala scripsit, vituperium illi, non mihi.

13. Item, quod dudum de anno Domini MCCCC. dictus Hieronymus de Praga, etiam ad defensionem dogmatum & errorum in dictis libris contentorum multos viros, & præcipue nonnullos cives Pragenses magnæ prudentiæ, divitiarum & potentiæ induxit; ipsosque, & nonnullos magnarum scientiarum illuminatos viros, & præcipue illustrium Burgundiæ & Brabantiæ ducum ambaxiatores tunc in civitate Pragensi exsistentes; ac secum ad defendendum errores & libros prædictos consistentes b non vitavit, & quantum in eo fuit, ut dictos errores profiterentur, laboravit, & operam dedit palam, & publice.

b Forte, invitavit.

Quoad primam partem negat articulum fore verum; quoad secundam partem dicit, quod invitavit illos ambaxiatores ad quodlibetum, non ad sustinendum errores, sed ad honorandum eos, ut sui domini regis hospites.

14. Item, quod ea post dictus Hieronymus expulsus de regno Hungariæ pervenit ad Austriam ad oppidum Viennense Pataviensis diœcesis. Et sic fuit, & est verum, pubblicum & notorium.

15. Item, quod de anno Domini MCCCCX. de mense Decemb. dictus Hieronymus ascendens de Hung. venit Viennam, ubi propter infamiam hæresum, qua respersus erat, per officialem curiæ, ac hæreticæ pravitatis inquisitorem, ad instantiam, & per scribam causarum consistorii ejusdem Pataviensis fuit arrestatus, & coram quibusdam a multis sacræ theologiæ, & decretorum doctoribus, atque aliis magistris, ac suppositis universitatis studii Viennensis, in eorum præsentia tactis sacrosanctis evangeliis juravit, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam ab ipso officiali latam sponte in se recepit, promisit de oppido Viennensi nullatenus recedere, neque se quovis modo ab eodem oppido absentare, donec responsione facta ad articulos sibi objectos, & testibus contra ipsum productis, ipsa causa hæresis contra ipsum mota, seu incepta, sententiæ calculo terminaretur. Et fuit, & est verum, publicum, & notorium.

Respondeo, quod violenter arrestatus fui, ne quiequam mecum, c sed violenter mecum actum est, nec habebat quamquam jurisdictionem supra me, quia de alia eram diœcesi.

c Hic aliquid deest

16. Item, quod in dicta causa aliqualiter per eumdem dominum officialem processo, & testibus receptis in forma juris, ipsique Hieronymo certus terminus in hujusmodi causa assignatus fuisset, dictus Hieronymus de dicto anno Domini MCCCCIV. clam, furtive, & contumaciter de oppido Viennensi recessit, & aufugit, hujusmodi termino sibi præfixo minime expectato; prædictisque juramento & obligatione spretis, & contemptis.

Nec furtive, nec contumaciter recessi, sed violentiam mihi ab eisdem infligendam exspectare non volui, prout nec tenebar, nec debui.

17. Item, quod hujusmodi termino sic, ut præmittitur, præfixo adveniente, & dicto Hieronymo minime comparente, sed contumaciter absente, præfatus dominus officialis juxta exigentiam termini judicialiter decrevit, pronunciavit, & declaravit ipsum Hieronymum contumacem, & contumaciter recessisse, atque perjurium, & excommunicationis sententiam propter suspiciones hæresis damnabiliter incurrisse; ipsumque de hæresi notabiliter suspectum fore, prout sic, vel aliter plus, vel minus in processibus super hujusmodi sententia confectis, et emanatis, plenius, et clarius continetur.

Dixit, quod post suum recessum poterant scribere quicquid volebant.

18. Item, quod post præmissa, dicti processus contra dictum Hieronymum decreti fuerunt solemniter publicati in valvis ecclesiarum Pragensis et Cracoviensis, nec non omnium sanctorum alias sancti Stephani Viennensis, et in quamplusibus aliis locis solemnibus et insignibus diversorum regnorum et terrarum publice affixi, et divulgati, et sic fuit, et est verum.

Scio quod fuerunt publicati in Praga, alibi nescio an fuerint vel non.

19. Item, quod idem Hieronymus in dictis sententiis jam per quinquennium, vel circa damnabiliter, vel contumaciter insorduit animo indurato, claves ecclesiæ contemnendo perseveravit, prout in eisdem perseverat, et sordescit in hodiernum diem.

Negat articulum esse verum in eo, quod contempsit claves ecclesiæ, et si umquam fuerit excommunicatus, petiit se absolvi.

20. Item, quod reverendiss. pater dominus Duvereo archiep. Pragensis, in subsidium juris ad litteras excommunicationis domini officialis Viennensis, eumdem dictum Hieronym. coram advocatum et citatum, ac exigente ejus contumacia, ac hæresi, criminibus notoriis, servatis servandis excommunicationis sententia similiter innodavit, et sic excommunicatum publice denunciari mandavit, prout etiam tamquam talis denunciatus fuit, in quibus per multos annos insorduit, prout sordet incorrigibilis, et pertinax, non curans ad gremium sanctæ matris ecclesiæ reverti quovis modo. Dictus Hieronymus fuit ubicumque eius notitia habetur, pro tali, et ut talis habitus, tentus, nominatus, et reputatus; atque pro tali, et ut talis habetur, et reputatur.

Credit quod archiepiscopus Pragensis prosecutus est processum Viennensem, numquam tamen vocato ipso Hieronymo.

Etiam negat, quod sit incorrigibilis, et in casu quo appareret ipsum aliquo tempore fuisse aliqua sententia excommunicationis innodatum, iterum et iterum petiit se humiliter absolvi.

21. Item, quod dictus Hieronymus præmissis non contentus, sed mala malis accumulans, sciens se hujusmodi sententiis ligatum, in contemptum sanctæ matris eccle-

siæ,

ANNO CHRISTI 1416.

fiæ, & scandalum totius cleri regni Bohemiæ; in ecclesia sancti Michaelis majoris civitatis Pragensis de anno Domini MCCCX. & de mense Aprilis, de manibus cujusdam sacerdotis communicavit, & sacramentum eucharistiæ sumpsit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

Quoad primam partem negat articulum esse verum, propter proxime dicta: sed ad illam partem, quod de manibus cujusdam sacerdotis sacramentum eucharistiæ sumpsit, fatetur articulum esse verum. Et adjunxit, quod tunc ille sacerdos absolvit ipsum ad cautelam; quousque absolutionem in posterum posset obtinere.

22. Item, quod veritas fuit, & est, absque eo quod dictus Hieronymus unquam aliam absolutionem a prædictis excommunicationis sententiis humiliter petivisset, & obtinuisset,

Dixit, quod usque ad hodiernam diem non scivit se excommunicatum, sed sive rite, sive non sit excommunicatus, non spernit, sed petit absolutionem.

23. Item, ponit ut supra, quod dictus Hieronymus existens infamator, & calumniator aliorum, & præsertim ecclesiæ Dei, & suorum prælatorum, multos libellos scripsit contra Papam, & principes illustres dominum Ernestum Austriæ, & Ernestum Bavariæ duces, & eos affixit in mediastino & affigi procuravit; & specialiter contra dominum Sbinconem archiepiscopum Pragensem se subscribens, libellum famosum in multis locis affixit, & in Bethleem cappella de quadam fenestra caput exponens tempora sermonis Joannis Hus, dominum *a* Sbinconem bonæ memoriæ infamavit graviter coram tota maxima multitudine populi, & contra ipsum populum concitavit. Et sic fuit, & est verum.

a Mss. *Sbinconem*.

Negat articulum esse verum quoad illos dominos temporales; sed quoad archiepiscopum Sbinconem fatetur, quod fecit querelam de eo, quod ipso non vocato contra ipsum Hieronymum ad Hungariam, *&c.*

24. Item, quod de anno Domini MCCCCXII. de mense Septembris in monasterio Carmelitarum in die sancti Venceslai martyris de mense prædicto idem Hieronymus reliquias impositas, & per unum fratrem eas custodientem, & subsidium pro fabrica mendicantem, illas reliquias contemptibiliter in terra per quosdam laicos projici mandavit, & procuravit, & disposuit, & fratres ibidem vituperavit, & percussit. Et fuit, & est verum.

Negat articulum esse verum, immo simpliciter fictum esse mendacium.

25. Item, quod dictus Hieronymus ut sacrilegus ecclesiarum & sacerdotum Dei invasor, de anno, & mense prædictis, manu violenta dictum monasterium invasit cum multis armatis, & fregit: ubi aliquos monachos vulneravit, & unum Prædicatorem præcipue contra oratores VVicleff captivavit, & per multos dies in captivitate, & privatis carceribus habuit, & eidem multas intulit molestias & persecutiones.

Fatetur. Tamen in casu monasterium intravi contendentes monachos cum duobus civibus, quorum servum incarceravarunt: & cum pacifice ibi loquebar cum eis, irruerunt super me multi armati cum gladiis: qui licet præ manibus nihil tunc habui, cuidam laico gladium violenter arripiens contra eos, ut valui, me defendi, & post duos monachos judici tradidi, & unum pro me reservavi.

26. Item, quod dictus Hieronymus Benessium *b* de juvencis Bolarlaviæ, prædicatorem ordinis fratrum Minorum in platea coram multis injuriose alapizavit: & extracto postea cultello voluit eum percussisse cum eodem: quem verisimiliter interfecisset, vel lethaliter vulnerasset, nisi per quemdam magistrum Zdislaum *c* de Znnetze tum fuisset prohibitus, & impeditus.

b Mss. *de Juvene in Boleslavia.*

c Mss. *de Zwyratzitz fuisset. &c.*

Respondit, quod cum ille monachus superbe responderet etiam nobilibus, Hieronymus de hoc eum increpans, ipse Benessius verbis insultavit contra Hieronymum, tunc manu reversa tetigit eum per os.

27. Item, quod idem Hieronymus fratrem unum ordinis Prædicatorum monasterii sancti Clementis de Praga ad apostasiam induxit: & cum eo, & aliis multis armatis ad priorem veniens, ipsum habitum monachalem abjicere mandavit, & idem eum veste induit sæculari, quem postea fovit in apostasia, qui etiam propterea submersus est. Et sic fuit, & est verum.

Quoad armatos negat articulum: de juvene fateor quod pietate motus, quod prior non providebat ei de necessariis, & quod sponte posuit cappam ad pedes prioris, sponte recessit, & tandem casu fortuito balneando submersus est.

28. Item, antedictus Hieronymus Petrum de Valentia excommunicatum a domino *d* Sbincone bonæ memoriæ, aggravatum & reaggravatum propter appellationem frivolam de non responsione librorum Joannis VVicleff, per multos annos, scilicet sex, vel septem tenuit pro suo servitore, & pro suo servitore habuit, censuras ecclesiasticas non advertens.

d Mss. *Sbincone*.

Negat, quod non adverteret censuras ecclesiasticas: sed fatetur, quod bona tanta, quanta poterat eidem Petro fecerat, non propter quod sit excommunicatus, licet sciret ipsum excommunicatum.

29. Item, idem Hieronymus in regno Poloniæ dissensionem magnam fecit, & propter infamiam hæresis cum captivari debuit, furtive recessit, & evasit.

Negat articulum esse verum.

30. Item, quod de anno Domini MCCCCXIII. de mense Aprilis, dictus Hieronymus seductor, perversus prædicator, fideles factos ad religionem conversos ad infidelitatem errorum reducere conatus est: & præsertim in Lithuania, & Russia intrans ecclesiam eorum fidem, seu perfidiam prætulit fidei Christianæ, a quibus magna munera ex hoc reportavit. Et de hoc fuit publica vox & fama in Polonia, & Bohemia.

Respondit, quod illi erant baptizati secundum ritum Græcorum: & ipse Hieronymus interrogatus per ducam *e* Vicoldum, & episcopum loci illius, si erant baptizandi, Hieronymus consuluit quod non, sed simpliciter in fide Romana instruendi.

e Mss. *Vuitholdum*.

31. Item, quod dictus Hieronymus suspectus est articulis VVicleff quadraginta quinque, quorum condemnationi factæ in Praga semper contradixit, & præcipue de remanentia panis & vini in sacramento altaris post consecrationem sacerdotis. Et de hoc apud bonos & graves fuit, & est graviter accusatus, sive diffamatus.

Dixit, quod cum condemnatio fuit articulorum, tunc Jerosolymis eram, nec puto illos esse VVicleff, quin plures eorum.

32. Item, præfatus Hieronymus existens laicus, in habitu & tonsura laicali incedens, multis & diversis vicibus in diversis regnis in Mundi partibus, videlicet Poloniæ, Cracoviæ, Lithuaniæ, Moraviæ, & aliis regnis, tam publice, quam in angulis, & domibus, in castris & plateis, prædicavit Joannem VVicleff, & ejus doctrinam approbando, & multos suis blandis sermonibus, & erroribus infecit, & corrupit, & pecuniam extorsit. Et sic fuit, & est verum.

33. Item, quod præfatus Hieronymus fuit & est fautor Joannis Hus præcipuus; ipsum in doctrina & hæresibus suis approbans. per barones, nobiles tam in Bohemia, quam in Moravia ejus causam promovit; eumque quantum potuit, justificavit, & per hoc multos induxit ad suam sequelam.

Respondit, quod dilexit Joannem Hus, tanquam bonum hominem, & qui libenter exercuit officium suum, non discurrendo cum mulieribus; & a quo nihil audivit hæreticum, & quod multa imputabantur sibi, de quibus nullam habuit culpam.

34. Item, dictus Hieronymus in partibus, & in curia, per edictum publicum monitus fuit per processus Apostolicos, ut hujusmodi hæreses, & fautoriam Joannis Hus abjuraret, & ab erroribus suis desisteret, minime facere curavit: & personaliter citatus ad curiam Romanam in materia fidei, ut se purgaret, per annum & ultra non curavit, sed pertinax remansit.

Negat quod ad ipsum unquam pervenerit aliqua citatio.

35. Item, quod idem Hieronymus profanis adhæsit, & ecclesias profanorum visitavit, in sancti Michaelis parochialem & cappellam Bethleem majorem civitatis Pragensis, & ad faciendum idem multos sæculares induxit.

Negat articulum similiter esse verum.

36. Item, quod ipse Hieronymus pluries apparuit in plateis cum centum, & aliquando cum ducentis armatis, faciens seditiones in clerum & populum VVicleffistis repugnantes. Et sic fuit, & est verum.

Di-

ANNO CHRISTI 1416.

Dixit, quod aliquando cum septuaginte apparuit, dum cum rege equitavit, sed non suis. Negat similiter articulum esse verum.

37. Item, quod idem Hieronymus, dum illustris dominus rex Bohemiæ fecit, & commisit justitiam Joannis de Hus, & de aliis VVicleffistis, ipse veniens tanquam mendicus ad regem in uno asino nudipes, barba longa, & districtus equitavit, simulans hypocritice, se Christi in hoc discipulum: ubi prædicando ad partem VVicleffistarum multos attraxit, & per hypocrisim hæreticos & seditiosos jam per regem damnatos a damnatione liberavit.

Nescit quid dicit: sed scit factum esse mendacium.

38. Item, quod dictus Hieronymus ad confirmandum famam, & sanctitatem simulatam Ipsius VVicleff, ut falsarios litterarum studii Oxoniensis in fautorem VVicleffistarum quamdam litteram falsificatam legit, & pronunciavit ascendens ad cathedram, sigillatam sigillo universitatis studii Oxoniensis, ut ipse asseruit, licet false: quæ tamen littera fuit acquisita false, & subreptitie, & per Wicleffistas conficta, & fabricata.

Nescit an fuit falsa, an non: fuit enim sibi data dum esset in cathedra per quemdam juvenem, ut in scholis eam publicaret, quæ dixit se fecisse.

39. Item, quod dictus Hieronymus visitavit sæculares principes contra clerum, & induxit multos nobiles, & clientes ad spoliandum clerum: & ipsis spoliatoribus, scilicet *a* Wozoni, Ratacovi, Roboln laicis, & eis frequenter adhæsit.

a MS. Voxoni, & Razconi, & Cobila.

Negat articulum esse verum, quod non adhæsit Ratzcovi, Cobile, & Woxoni; sed locutus cum eis est, non tanquam spolietoribus, sed tanquam regia sui familiaribus.

40. Item produxit sæculares ad non curandum censuras, ad vilipendendum reliquias sanctorum, & indulgentias.

Negat articulum esse verum.

41. Item, quod dictus Hieronymus est homo malæ famæ, & malæ conditionis, seditiosus, hæresum insecutor, & dogmatizator; atque pro tali, & ut talis habitus, tentus, & nominatus palam & publice.

Dixit, quod non sunt conditiones caritatis illæ, quæ contra me scripsit. Videat ipse ex qua conditione caritatis hoc scripserit.

42. Item, quod dictus Hieronymus sæpe & sæpius in diversis locis, & præsertim Parisiis, Coloniæ, Heydelbergæ, has infrascriptas conclusiones dogmatizavit, legit, tenuit, & pertinaciter defendit, eas esse veras, & catholicas asseruit.

In Deo sive divine exsistentia non solum est trinitas personarum, sed etiam quaternitas rerum, & quinternitas.

Item, istæ res in divinis sunt distinctæ, quod una non est alie, & tamen quælibet earum est Deus.

Item, istarum rerum una est alia perfectior.

Item, in rebus creatis, ut in anima hominis est ponete trinitatem rerum in una essentia, videlicet memoriam, intellectum, & voluntatem in essentia animæ humanæ.

Anima hominis est perfecta imago trinitatis, isto solo dempto, quod anima hominis est creata, & finite perfecta.

Memoria Angeli, sive voluntas ejus, seu intelligentia est essentia Angeli, & tamen non est persona.

De potentia Dei absoluta Deus Pater potuit non generare Filium.

Omnia futura de necessitate conditionata evenient.

Substantia panis vi consecrationis non convertitur in corpus Christi.

Dixit Joannem Wicleff non esse hæreticum, sed sanctum hominem.

43. Item, dictus Hieronymus Parisiis in quadam determinatione publicavit, quod Deus nihil poterat ennihilare. Propter quod fuisset per universitatem, & cancellarium compulsus ad revocandum, nisi clam a civitate recessisset.

44. Item, quod dictæ conclusiones, vel saltem aliquæ earum fuerunt, & sunt erroneæ. Et sic fuit, & est verum.

Dixit quod istæ propositiones, quamquam ad debitum intellectum sint veræ, tamen non sunt in forma mea: quædam tamen sonant sententiam dictorum meorum.

45. Item, quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

Ad finem deliberandum, providendumque, & advisandum de modo procedendi, & continuandi processum contra Hieronymum de Praga assertum magistrum in artibus, delatum & multipliciter diffamatum de diversis hæresibus per vos reverendissimos patres dominos judices, & commissarios ad hujusmodi causam deputatos, ne propter defectum plenariæ instructionis contingat evenire scandalum, quod potest formidari, si ad ipsius nimiam facilem expeditionem procederetur. Et quod in partibus Bohemiæ, & aliis diversis Mundi partibus, quasi totius Christianitatis, pro homine malæ famæ, & de hæresi vehementer suspecto, & seditioso haberetur: teneretur, & reputaretur, ac pro notorio haberetur: omnia infra deducenda, & multa alia erronea, de quibus notatus est: & inde rabies frementium contra doctrinam catholicam firmaretur, & augeretur: & debilitaretur fidelium & catholicorum voluntas. Et si evaderet debita cautela non adhibita, nunquam perfidia Ariana in tantum nocuit ecclesiæ catholicæ & religioni Christianæ, quantum faceret secta VVicleffistarum. Propterea ultra jam dicta producte, & exhibita in causa hujusmodi instigator & promotor in causa eadem ex officio deputatus, instigatorio & promotorio nomine officii vestri prædicti, addendo articulis pro parte sua jam datis in meliori & aptiori loco quo fieri potest, adjungit articulos hic sequentes: quibus petit per dominum Hieronymum de Praga principalem medio suo juramento singulariter singulis debite responderi: & si negati fuerint, se ad probandum petit admitti in curia, & extra: ad onus tamen superfluæ probationis minime se adstringens, sed tantum ad quæ poterit & sufficient.

1. In primis dat, & probare intendit, quod quidam Joannes Wicleff damnatæ memoriæ se gerens dum viveret pro presbytero, ac in artibus & theologia magistro in regno Angliæ, unde oriundus exstiterat; composuit & compilavit diversos libros, & dialogum trialogum, de ideis, de dominio episcopali, de universalibus realibus, & quamplura alia opuscula: in quibus inseruit diversos errores, & dogmata hæretica & erronea; in fide & moribus, & ea prædicavit, & docuit, & dogmatizavit, palam, publice, & notorie. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

2. Item, quod de dicta doctrina, & libris præfati Joannis Wicleff fuerunt extracti per doctores & magistros studii Oxoniensis, ad hoc legitime deputatos diversi articuli errores & hæreses continentes, quosque dictum studium Oxoniense, doctoresque & magistri ejusdem doctrinaliter, & prout pertinuit ad eos, una cum libris, ex quibus extracti fuerunt, debite condemnaverunt; & ne legerentur, docerentur, aut dogmatizarentur, prohibuerunt. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

3. Item, quod successive archiepiscopus Cantuariensis Apostolicæ sedis legatus suo generali Concilio provinciali convocato, facta diligenti inquisitione de libris & doctrina præfati Joannis VVicleff, quam reperiens erroneam in fide & moribus, scandalosamque, & se extollentem adversus dogmata catholicæ ecclesiæ, eam dicto provinciali Concilio approbante, una cum libris, in quibus continebatur, condemnavit, & eam doceri, & prædicari prohibuit, notorie, & manifeste. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

4. Item, quod post damnatum obitum dicti Joannis VVicleff damnatæ memoriæ Joannes Hus prædictos damnatos libros, hæreses & doctrinam perversam in se continentes, in partibus, maxime in civitate, & diœcesi Pragensi legit, & dogmatizavit, tam ad clerum, quam ad populum. Quodque in partibus eisdem propter hujusmodi perversas prædicationes, & doctrinas (proh dolor!) in populo partium earumdem, & præsertim in civitate Pragensi, perversa secte Wicleffistarum insurrexit, ac vigere incœpit, prout hodie viget; qui hæreses, & errores dictorum Joannis VVicleff, & Joannis Hus damnatorum in animarum suarum periculum docent, prædicant, tenent, *b* favent, & defendunt, Wicleffistæ communiter appellari. Et sic fuit, & est verum.

b Forte, faventes.

5. Item, quod propter prædicta nonnulli clerici, nobiles, & lai-

& laici utriusque sexus, & alii quamplorimi diversarum A facultatum, huiusmodi hæreses seu errores tenentes & dogmatizantes, Wicleffistæ ouncupati, alios diversos Christi fideles utriusque sexus in fide catholica deceperunt, & decipiunt, elerum spoliaverunt, percutiunt, expellunt, & beneficiis eorum eos spoliant, alios Wicleffistas ad ea intrudunt, & intrudi procurant: claves & sacram ecclesiam publice contemnunt, & suis prælatis, & plebanis non obediunt; ad profanandum elerom ecclesiæ Romanæ compellunt, abbates, presbyteros, & alios elericos interficiunt, ecclesias vi excutiunt, & seditionem contra clerum & Christi fideles faciunt, & procurant. Et sic fuit, & est verum.

6. Item, quod omnia & singula præmissa fuerunt & sont publica, & manifesta: atque de eis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

7. Item, quod præfatus Hieronymus postquam ad an- B nos discretionis pervenit, & aliquid in scripturis & artibus incipiebat sapere, inclinatus fuit ad vias extraneas; ac perversis novitatibus & erroribus gaudebat, & præcipue ad errores Joannis Wicleff damnatæ memoriæ totum suum conatum dirigebat. Et sic fuit, & est verum.

8. Item, quod dictus Hieronymus ad terras regni Angliæ proficiscens diligenti studio libros Joannis Vvicleff inquirebat, seu per alios inquiri faciebat, ipsosque inventos & repertos etiam propriis suis manibus singulari devotione conscribebat. Et sic fuit, & est verum.

9. Item, quod dictos libros dicti quondam Joannis Hus sic per eum etiam diversis temporibus & laboribus conscriptos, ut præfertur, in partes diversarum terrarum, & præcipue dicti regni Bohemiæ portavit & publicavit, seu portati & publicari procuravit, offerens coram diversis fide dignis testibus hujusmodi libros ab C omnibus veram scientiam & notitiam habere affectantibus sine affectione fore diligendos & tenendos. Et sic fuit, &c.

10. Item, quod dictus Hieronymus iis non contentus, sed ut eo magis studiis & universitatibus totius orthodoxæ fidei approbationem retrahere potuisset, & non solum libros Joannis Vvicleff persuasit, ut præfertur, eligendos, & tenendos, sed etiam alios libros a dicta sacrosancta ecclesia & universalibus studiis ut veros approbatos, & perversis doctrinis dicti Joannis Vvicleff contrarios, asserunt publice, non attendendos, sed omnino rejiciendos. Et sic fuit, & est verum.

11. Item, quod dictus Hieronymus prioribus suis malis pejora cumulans, Pragæ in lectorio ordinariorum *a* disputatione ubi tunc tota universitas Pragensis erat congregata, ut eo magis & magis libros dicti Joannis Vvicleff hæreticæ sectæ & errorum fautor, prosecutor, nu- D tritor, & dogmatizator extollere & magnificare potuisset, publice asseruit juvenes & scholares *b* dicti Joannis Vvicleff non studentes, solum & dumtaxat cortices scientiarum quærere, ac radicem veram, & vera fundamenta scientiarum minime invenire. Et sic fuit, & est verum.

a Forte, *disputationum*.

b Forte, *in libris dicti*.

12. Item, quod idem Hieronymus subsequenter & in eodem loco proxime supradicto, publice persuasit omnibus & singulis scholaribus, & secundum eum utiliter studere volentibus, ut aliis libris a dicta sacrosancta ecclesia receptis, & universitatibus studiorum universis, ut præfertur, approbatis, penitus & omnino rejectis & dimissis dumtaxat ad scientiam dicti Joannis Vvicleff, & in ejus libris traditis anhelarent, quos dixit omnium verarum scientiarum firmas radices & vera fundamenta, palam & publice.

13. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, E & est publica vox, & fama.

14. Item, quod dictus Hieronymus ab uno, duobus, tribus, quatuor, quinque, sex, septem, octo, novem, decem, undecim, duodecim annis proxime præteritis & citra, & supra fuit, prout hodie est, homo malæ famæ, & malæ conditionis, seditiosus, hæresum insecutor novarum, & suspectarum sectator, & præcipue Joannes Vvicleff hæreticæ, sectæ, & erroris fautor, prosecutor, nutritor, & dogmatizator, ac pro tali, & ut talis in regno Bohemiæ, & in aliis diversis partibus quasi totius Christianitatis fuit habitus, tentus, nominatus, & reputatus, habeturque, tenetur, & reputatur, palam publice & notorie.

15. Item, quod idem Hieronymus in suis falsis & perversis doctrinis quamplures utriosque sexus homines olim catholicos in fide recta sentientes non solum in errorem adduxit, ut in perfidiam & pravitatem hæreticam ceciderint, sed & nonnulli ex eisdem sic deducti in dictis perfidiis & erroribus ab hac luce damnabiliter decesserunt.

16. Item, quod quam plures per eumdem Hieronymum totaliter seducti, ut præfertur, in dictis erroribus taliter obstinati et excæcati fuerunt, et sunt, ut ipsorum errores fore veritates evangelicas publica, et occulte, licet falso, asserere præsumpserunt, et præsumunt; ac evangelia, et doctrinas Christi in omnibus se jactant sequi, hujusmodi perversis erroribus firmiter inhærendo, prout hæc omnia, et singula in et per diversa loca regni Bohemiæ adeo sunt publicata, et notoria, ut nulla, &c.

17. Item, quod postmodum aliquo decurso tempora Hieronymus de Praga reus, & delatus in causa hujusmodi, præmissorum condemnationem librorum & doctrinæ Joannis Wicleff non ignorans, appetiit & voluit contaminari doctrina prædicta, in illa studuit, quantum potuit, & libros eam continentes jam damnatos, ut præfertur, corripuit: & quorum exempla habere potuit, eos pro tunc in Anglia, & studio Oxoniensi conscripsit, & exquisitos apud se habuit, & custodivit, & eos ad studium Pragense secum apportavit, videlicet dialogum trialogum de corpore Christi majorem, & minorem, de ideis, de compositione hominis, de simonia, de morte, de hypotheticis, quos habere potuit & notorie. Et sic fuit, & est verum, publicum, notorium & manifestum.

18. Item, quod instructus in illa nefaria doctrina, & habitis passibus in libris, ut supra, eam continentibus, & apud se existentibus in Praga, ac in regno Bohemiæ sæpe sæpius, ac diversis vicibus, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, duodecimo, decimo tertio, & decimo quarto de mense Januarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maji, Junii, Julii, Augusti, Septembris, Octobris, Novembris, & Decembris, ac per dies dictorum mensium, dogmatizavit, docuit, & plures in eo contaminavit, intrans domum virginum, & viduarum, & nobilium, tam in regno Bohemiæ, quam in terra Moraviæ, ipsis seduxit a veritate evangelica, & in perfidia VVicleffistarum instruendo, & inter ceteros Joannem Cristaminum Hus damnatæ memoriæ primo instruxit, qui postmodum se totaliter ad illam dedit perversam doctrinam, & contra fidem catholicam se erexit: & ipsis Hieronymo, Cristomio, & Jacobello, & Joanne Hus mutuo se juvantibus cum sibi adhærentibus, commoveri fecerunt tenentes perversam dictam doctrinam, & sectam VVicleffistarum, contra clerum & alios tenentes fidem, & doctrinam catholicam in civitate & diœcesi Pragensi, cum scandalo maximo, palam, publice, & manifeste; & sic fuit, & est verum.

19. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit tunc, prout hodie est, publica vox & fama.

20. Item, quod dudum de anno MCCCCIII. die decima octava mensis Maji, Pragæ in collegio Caroli, in stuba facultatis, fuit facta plena & generalis congregatio omnium magistrorum studii Pariensis: ibidemque articoli quadraginta quinque extracti ex libris Joannis VVicleff damnatæ memoriæ per magistros prædictos fuerunt publice lecti, & condemnati: & mandatum fuit per rectorem pro tunc universitatis prædictæ, quod nullus de dicta universitate eosdem de cetero teneret, dogmatizaret, aut defenderet quoquo modo, sub pœna præfati juramenti. Et sic fuit verum, publicum, notorium, & manifestum.

21. Item, quod subsequenter anno Domini MCCCCIX. de mense Augusti iidem articuli fuerunt condemnati scholastice, & prohibiti dogmatizandi sub pœna exclusionis, & carentia omnium commodorum nationis in nova civitate Pragensi, in domo nationis Bohemorum in collato, ubi quadraginta magistri erant præsentes, prohibitioni consentientes, & damnationi, & multi baccalaurii, & studentes, inter quos creditur dictus Hieronymus fuisse unus. Et sic fuit, & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

22. Item, quod subsequenter de anno Domini MCCCCX. & de mense Junii anni ejusdem, libri Joannis VVicleff, videlicet dialogus & trialogus, per doctores & magistros studii

ANNO CHRISTI 1416.

studii ad hoc legitime deputatos fuerunt diligenter examinati, & per episcopum Pragensem in curia & domo episcopali, auctoritate Apostolica tanquam erronei, & hæreses in se continentes solemniter fuerunt condemnati; & ceteri quaterni, in quibus dicti libri erant descripti, combusti & prohibiti in generali Synodo sub pœna latæ sententiæ prædiceri, defendi, doceri, & quovis modo dogmatizari; palam, publice, & notorie.

23. Item, quod subsequenter de anno Domini MCCCCXII. de mense Januarii ejusdem anni generale Concilium in urbe Romana fuit, & erat legitime convocatum, & congregatum in ecclesia & basilica sancti Petri: & certa die ejusdem mensis Papa præsidente in eodem Concilio, ipsoque generali approbante Concilio, omnes & singuli præmissi libri & opuscula ejusdem Joannis Vvicleff, & ipsius nomine intitulati, cujuscumque artis & facultatis exsisterent, omnisque ejus doctrina & perversa dogmata, fuerunt, & sunt, solemni & matura deliberatione habita, sententialiter & diffinitive condemnata: & prohibitum sub pœna fautoriæ hæresis, ne quis dictos articulos quadraginta quinque, aut doctrinam contentam in dictis libris Vvicleff auderet vel præsumeret publice vel occulte docere, prædicare, dogmatizare, asserere, aut quovis modo defendere. Et dicti libri fuerunt mandati concremari ubicumque possent vel valerent reperiri. Palam, publica, & notorie.

24. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit tunc, prout etiam nunc est, publica vox & fama.

25. Item, quod dictus Hieronymus de Praga reus & delatus in causa hujusmodi prædictam condemnationem quadraginta quinque articulorum primo factam in Praga per universitatem, & postea librorum Vvicleff cujuscumque artis vel facultatis factam in urbe Romana, ut præfertur, scivit, & audivit, nec illorum ignorantiam prætendere potuit, neque potest, illosque recipere, & admittere: & sub pœna perjurii, & fautoriæ hæresis, & excommunicationis, totaliter obedire debuit, & prout debet, tenetur adhuc, notorie & manifeste.

26. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, prout hodie est, publica vox, et fama.

27. Item, quod postmodum præmissis non obstentibus, præfatus Hieronymus fautor et defensor dicti Vvicleff et ejus nefandæ doctrinæ prædamnatæ se annis, et mensibus, ac diebus dictorum mensium ostendit, et exhibuit sæpissime in civitate Pragensi in lectorio ordinariorum disputationum, & in cappella Bethleem, et diversis aliis diœcesibus temere ausus fuit nominare, et nominavit palam et publice præfatum Vvicleff virum præsanctissimum, et evangelicum prædicatorem, atque veræ fidei doctorem. Et sic fuit verum, publicum, et notorium.

28. Item, quod præfatus Hieronymus eundem Joannem Vvicleff damnatum, ut præfertur habuit, et adhuc habet hodie pro viro sancto; in domo, quam inhabitat in Praga in quadam camera ejusdem domus, eumdem Vvicleff, seu ad ipsius repræsentationem quamdam imaginem pingi fecit cum diademate in circumferentia capitis ad modum sancti; & eum venerabatur, et adorabat tanquam sanctum; et quamplures induxit ad ipsum adorandum, et idoliendum, crimen idolatriæ & hæresis damnabiliter in hoc committendo. Et ita fuit, et est verum, prout hodie dicta pictura demonstrari potest palam, publice, notorie, et manifeste.

29. Item, quod præfatus Hieronymus post prædictas condemnationes in civitate Pragensi, et pluribus locis aliis publice, et sæpe et sæpius dixit, et pertinaciter defendit, quod dictus Joannes Vvicleff nunquam erravit; E quodque ejus damnati articuli, et doctrina erant et fuerant catholici, et evangelici; et quod injuste, at irrationabiliter fuerant condemnati: et quod condemnantes non habebant potestatem eos condemnandi: per hoc defendens doctrinam hæreticam, et negans auctoritatem et potestatem esse apud sedem Apostolicam et generale Concilium condemnandi errores, et hæreses, et præsertim quadraginta quinque articulos et libros dicti Joannis Vvicleff, diversimode, ut præmittitur, condemneros; quod hæreticum est vere, et manifestum.

30. Item, perseverando obstinate in fautoria, adhærentie, et defensione dicti Vvicleff, et ejusdem librorum, et dogmatum damnatorum: et quod postquem fuit A mandatum, quod omnes degentes in civitate vel diœcesi Pragensi, habentes libros continentes doctrinam dicti Joannis Vvicleff debeant eos portare archiepiscopo Pragensi, ausus fuit dictus Hieronymus, et præsumpsit certos libros, tractatus, doctrinas damnatas ejusdem Joannis Vvicleff, in studio sive scholis Pragensibus publice, & locis diversis aliis sustinere, atque studuit, et defendit, et contenta in ais prædicavit, docuit, et dogmatizavit. Et nihilominus quosdam alios prætensos magistros studii Pragensis ad valvas collegii Caroli; et diversas ecclesias parochiales defendentes, docentes, et prædicantes certos alios tractatus, et libros dicti Joannis Wicleff induxit, et per eos defendi, prædicari diversis vicibus fecit, seu procuravit in collegio Caroli, et universitate studii Pragensis, palam, publice, et notorie.

31. Item, quod per exquisitos et diversos modos idem B Hieronymus conatus est, et attentavit, atque de facto fecit defendere, et sustinere doctrinam dicti Joannis Vvicleff, et quoscumque tam clericos, quam laicos adhærentes determinationi et condemnationi, tam in Synodo archiepiscopali Pragensi, quam in Romano generali Concilio ultimo solemniter celebrato factis, de libris et doctrina dicti Vvicleff, detestantes eamdem doctrinam, quantum potuit, impugnavit, et impugnare fecit, et vexare per incarcerationes, bonorumque suorum occupationem, et per alia diversa exquisita vexativa remedia: sic terrendo quos poterat, ut nullus auderet impugnare dictam pestiferam doctrinam, in quantum voluit; et potuit, publice odio prosequabatur, palam, publice, et notorie. Et sic fuit, et est verum, publicum et notorium.

32. Item, quod dictus Hieronymus, sic odio prosequens catholicos, et detractioni ecclesiæ quoad damnationem librorum dicti Vvicleff adhærentes, de anno Do- C mini MCCCCXI. et de mense augusti ejusdem anni, honestum virum N. de Cultellefabris in dicta civitate Pragensi moram trahentem, perversas doctrinas dicti Joannis Vvicleff, et Joannis Hus, et eorum falsas insanias, et hæreticas asserentem, capi fecit, et miserabiliter incarcerari, et viriliter tractari, et verberari publice in mediestino majori civitatis Pragensis cum poponibus lapidibus impositis, et ovis putridis, tanquam maleficum, et a veritate devium, in fidei orthodoxæ vilipendium. Et sic fuit, et est verum.

33. Item, quod dictus Cultellifaber sic, ut præmittitur, diversis verberibus, et a violentis concussus, et afflictus, post paucos dies diem suum clausit extremum. Et sic fuit, et est verum.

a Forte, violentiis.

34. Item, quod idem Hieronymus de anno Domini D MCCCCXII. et in die sancti Wanceslai martyris, et patroni regni Bohemiæ, quæ fuit penultima dies mensis Septembris ejusdem anni, quemdam religiosum virum patrem Nicolaum monasterii sanctæ Mariæ in Arena ordinis Carmelitarum dictæ civitatis pragensis servum Dei, in dicto monasterio ad populum prædicantem doctrinam dicti Joannis Vvicleff esse hæreticam, & ab ecclesia Dei reprobatum affirmantem, et prædicantem in dicto monasterio, manu violenta et sacrilega cepit, et captivavit, cum duobus aliis fratribus dicti monasterii, et captivum deduxit; alios vero duos fratres judici sæculari dictæ civitatis tradidit, qui eosdem ad carceres dictæ novæ civitatis captivos posuit inter latrones, & fures. Et sic fuit & est verum.

35. Item, quod dictus Hieronymus præfatum fratrem prædicatorem de dicto monasterio captivum abduxit, et eum per plures dies in sua captivitate in carceribus detinuit, eidem plura diversorum tormentorum genere intulit; ac postmodum iis non contentus, sed pejora malis accumulans, eumdem fratrem tunc ligatum et constrictum in flumine Multaviæ aqua vehementi et magna prope dictam civitatem Pragensem decurrente de navi projecit, dicens ad dictum fratrem hæc, vel similia verba: Dicat mihi, monache, nonne magister Joannes Vvicleff fuit sanctus, et evangelicus prædicator? volens eumdem compellere ad revocandum ea quæ dixerat in ambone de hæresibus dicti Joannis Vvicleff. Quodque eumdem fratrem submersisset, nisi auxilio cujusdam clientis, et suorum familiarium supervenientium e tantis periculis liberatus fuisset. Palam, publice, et notorie.

36. Item, quod dictus Hieronymus quampluries, et sæpe sæpius in diversis locis, et temporibus, et præser-

tim

ANNO CHRISTI 1416.

tim in aivitate Pragensi in regno Bohemico, & aliis locis circumvicinis, coram diversis utriusque sexus hominibus, animo & intentione doctrinam quamdam Joannis Wicleff damnatæ memoriæ desenfandi, & manutenendi, & alios in ejusdem doctrinas erroneas deducendi, sæpe sæpius, & diversis vicibus, et præsertim de annis Domini millesimo quadringentesimo quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, & decimotertio, videlicet de mense Januarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maji, Junii, Julii, Augusti, Septembris, Octobris, Novembris, & Decembris; necnon diebus dictorum mensium, publice asseruit, dogmatizavit, & tenuit inter alios errores articulos erroneos infrascriptos.

1. Item, quod in sacramento altaris post consecrationem remaneat panis materialis, & quod panis in sacramento altaris non transsubstantiabatur in corpus Christi.

2. Item, quod panis non transsubstantiabatur in corpus Christi in sacramento principaliter, & corporaliter, sed ut signatum in signo. Et ad sic credendum induxit & seduxit quamplures, qui adhuc damnabiliter in dicto errore perseverant. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

3. Item, quod in hostia sive sacramento altaris non est vere Christus: & ad suum hujusmodi errorem deducere tali vel simili persuasione arguebat. Nam Christus passus est in cruce: sed hostia altaris nunquam est passa, neque patitur; ergo in hostia altaris non est Christus.

4. Item, mures non possunt comedere Christum, sed mures possunt comedere hostiam consecratam; ergo hostia in sacramento altaris non est Christus.

5. Item, hostia in sacramento altaris non est Deus: quia presbyter non potest consecrare creatorem suum, videlicet Deum: sed presbyter consecrat hostiam; ergo in hostia altaris non est Christus.

37. Item, quod ad firmandam doctrinam damnatam dicti Joannis Wicleff, et confundendam catholicam fidem, de annis, & mensibus, ac diebus, ut supra, dixit, asseruit, ac publice prædicavit, quod nullus quantum ad triumphum martyrii, seu aureolam confessorum atque virginum in cælis coronabitur, nisi credat, teneat, menteque & ore confiteatur fidem & doctrinam, quam dictus Joanner VVicleff scripsit, docuit, atque prædicavit, & in suis libris, & opusculis continetur, nec extra illam est vera doctrina. Et ita fuit verum, publicum, notorium, & manifestum.

38. Item, quod dictus Hieronymus sentiens sacerdotes & alios litteratos sibi contrarios in supra proximo errore, ad hoc ut suam hæresim exsecutioni demandara posset, errores erroribus accumulavit, & de novo tenuit, & asseruit, quod virgines, & viduæ, immo cujuscumque status atque sexus rustici, atque plebeji doctrinam dicti Vvicleff credendo & veraciter defendendo, & realiter impugnando ea quæ in studio Oxoniensi, & Synodo Cantuariensi, & sancto Romano Concilio generali sunt successivis temporibus in contrarium condemnata, post hanc vitam in cælis triumphatores repromisit. Et ita fuit publicum, notorium, & manifestum.

39. Item, quod dictus Hieronymus per *a* excommunicationem suæ furiositatis in vulgari Bohemico fecit, seu fieri procuravit cantilenas & carmina, continentes in sensu & effectu verba canonis constituta & ordinata ad consecrationem Christi, quas mechanici didicerunt, & eas cantant; & cum illis dicunt se conficere corpus Christi, quod perficere attentant diversis horis: propter quod invaluit pessimus error, & maxima commotio contra sacerdotes, & illos de clero in partibus Bohemiæ, & partibus circumvicinis. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

a Lege ex mss. per exsecutionem.

40. Item, quod dictus Hieronymus ad confirmationem suorum errorum, & hæresum, ut prædictos laicos in suo pertinaci errore confirmaret, & ut se habiliores & digniores reputarent ad præmissa, instruxit quantum potuit, & plurimas cantilenas confinxit, & composuit, in quibus textum bibliæ & sacræ scripturæ expressit, & capitula convocavit: ut ipsi soli videantur, & non ecclesia Romana, neque alteri de clero sacram scripturam intelligere: quas ad confusionem illorum de ecclesia, quando placet eis in plateis publicis de die & de nocte manifeste decantant.

41. Item, quod idem Hieronymus postquam diversos laicos verba consecrationis, & cantilenas hujusmodi docuit, tenuit, dixit, & prædicavit, asseruit, quod laici utriusque sexus, videlicet viri & mulieres de secta Wicleffistarum exsistentes, & doctrinam Vvicleff firmiter devote tenentes, possunt conficere corpus Christi, baptizare, confessiones audire, atque alia quæcumque ecclesiastica sacramenta conferra, dummodo proferant verba apta & ordinata ad consecrationem, & sacramentorum collationem. Et quod talia sacramenta fiunt tantæ efficaciæ et virtutis, ac si per sacerdotes juxta formam ecclesiæ conficerentur, & conferrentur: per hanc damnabilem hæresim volens taliter enervare potestatem & auctoritatem ecclesiæ, in damnationem animarum ex hoc: & corpus Christi posse confici per eos quandocumque vellent, & quacumque hora, etiam asseruit, & publice dixit. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

42. Item, quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

43. Item, quod dictus Hieronymus de anno Domini MCCCCIX. die Dominica proxima post festum Assumptionis Mariæ Virginis, in civitate Pragensi, & diversis aliis locis, & specialiter in cappella Bethleem nuncupata prædicavit, docuit, & asseruit, similem hæresim, quam tenuit Joannes Hus, videlicet quod excommunicatio Papæ, episcopi, vel cujuscumque alius ministri ecclesiæ non sit timenda, nec curandum de ea, nisi de quo constaret excommunicatum prius a Deo; & propterea excommunicationes latæ in loco Pragensi contra defendentes doctrinam Vvicleff, & interdictum in loco appositum auctoritate Apostolica in nullo esse tenendum, neque de excommunicatione curandum: quia nec Papæ nec alicui alteri ministro ecclesiæ erat, neque unquam fuerat talis, neque tanta potestas attributa a Deo. Et propter hoc de facto in pluribus locis & civitatibus diœcesis Pragensis fuerunt compulsi presbyteri & sacerdotes per potentiam laicalem celebrare, & divina ministrare, non obstante interdicto auctoritate Apostolica posito in civitate Pragensi: Et ita fuit, & est verum, publicum, & notorium.

44. Item, quod de præmissis omnibus, & singulis fuit, & est publica vox & fama.

45. Item, dixit, & prædicavit præfatus Hieronymus in sua nequitia persistens, & errores Vvicleff & Joannis Hus seminando, & defendendo, quod nulla potestas dandi indulgentias residet apud Papam, neque episcopos; quodque litteris Apostolicis, neque episcoporum, continentibus indulgentias, nulla fides sit adhibenda; & quod indulgentiæ tales de nihilo proficiunt: prædicantesque indulgentias impedivit & desistere fecit, quando præsens fuit: prout de anno Domini MCCCCXII. & de mense Augusti in oppido Novadomo Pragansis diœcesis, in personis dominorum Joannis de Altamuta, Luthomislensis diœcesis, & Vvenesii altaristæ sancti Michaelis in *b* Optavvinchnave civitatis Pragensis, attentavit in dote dictæ ecclesiæ parochialis exsistentibus animo & intentione dictas indulgeotias per olim dominum Joannem XXIII. concessas in dicta ecclesia intimandi, & publicandi; præfatus Hieronymus de Praga statim cum hoc audivisset, diabolico spiritu instigatus, personaliter ac propria in persona eosdem præfatos dominos, & Joannem & Vvenesium, vultu irato, & furibundo animo, & intentione eisdem injuriandi prorupit in hæc verba, vel eis in effectu similia, Exeatis vos, viri mendaces, cum vestris mendaciis; Nam dominus vester Papa mendax, hæreticus, & usurarius est, nullamque potestatem indulgentias concedendi habet: ipsosque dominos Joannem, & Vvenesium manu armata invasit, ac minis & terroribus ipsos exire dictam domum usque ad ecclesiam parochialem ibidem intrare compulit. Et de hoc non contentus eosdem cum terroribus & minis supradictis manu armata etiam extra dictam ecclesiam usque ad extra portas oppidi supradicti insecutus fuit. Qui domini Joannes & Vvenesius una cum domino plebano dicti oppidi insecuti fugientes vix manus dicti Hieronymi, & suorum complicum armatorum prædictorum evaserunt. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

b Al. *Opravvich, nota civitatis.*

46. Item, quod idem Hieronymus publice asseruit & di-

xit, in contemptum clavium, & sedis Apostolicæ, quod bullis papalibus non esset credendum, neque fides eis adhibenda; neque etiam indulgentiis Papæ esset credendum, quia nulla essent: nec etiam Papa posset indulgentias aliquas dare, aut concedere, & hoc in contemptum & vilipendium sedis Apostolicæ, & viam Romanæ curiæ, cujus caput est Papa. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

47. Item, quod de præmissis omnibus & singulis est publica vox & fama.

48. Item, quod dictus Hieronymus dixit, tenuit, & asseruit, tam in civitate & diœcesi Pragensi, quam extra, contra detractionem ecclesiæ, quod licitum est cuique laico litterato, vel alias intelligenti ubique, & quolibet suo, sive in ecclesia, sive extra, & sine Papæ, episcopi, curati, aut cujuscumque alterius licentia, prædicare verbum Dei, prout idem Hieronymus plureis in diversis diœcesibus & regnis fecit publice, tam in Bohemia, quam in Moravia, cum longa barba publice & notorie, laicus exsistens verbum Dei ore * sine cuiquam episcopo, vel alteri presbytero, eo quod videntur licentiati a Deo vocati, aut missi. Et sic fuit, & est verum, & manifestum.

49. Item, quod idem Hieronymus in Hungaria in Buda, coram serenissimo principe & domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ rege, &c. in cappella regia castri Budensis de anno Domini MCCCCX. in cœna Domini, laicus exsistens & in habitu laicali cum longa barba in præsentia domini regis, & multorum reverendorum patrum episcoporum & aliorum prælatorum, & etiam aliorum diversorum statuum, supra & infrascripta, ac multa alia scandalosa & erronea in fide, & etiam hæretica de sacramento altaris, & alia contra statutum ecclesiasticum, & piarum aurium offensiva, ex quibus possent sequi seditiones & commotiones populares contra clerum per dominos temporales, nulla potestate suffultus, sed errores Joannis Wicleff publice prædicavit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

50. Item, quod propter præmissa præfatus dominus rex fecit dictum Hieronymum capi, & cum domino Strigoniensi captivum præsentari. Et sic fuit, & est verum, publicum, & manifestum.

51. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama.

52. Item, quod dictus Hieronymus indulgentiarum prædicationem impedivit, quando præsens fuit; & quando præsens non esset, deputavit certos prætensos laicos, qui discurrebant per ecclesias civitatis Pragensis, dum ibi sermocinaretur: & prædicationem indulgentiarum impediverunt & turbaverunt, de mandato & inductione dicti Hieronymi, clamantes & dicentes dictos prædicatores esse mendaces, & deceptores, & seductores illorum de populo, * quibus indulgentias proficere. Quæ quidem indulgentiæ, ut dicti laici publice asserebant, non proficiebant in aliquo populo Christiano. Et sic fuit, & est verum.

53. Item, quod dictus Hieronymus pro executione suæ furiositatis, præmissis malis non contentus, sed pejora malis accumulando, de anno Domini MCCCCXI. feria tertia infra octavam Pentecostes, litteras Apostolicas indulgentias continentes, exhortatorias ad pia & meritoria opera, fecit capi, ac recipi, & in quodam curru cum meretricibus, quibus hujusmodi bullæ ad mammillas appendebantur, poni procuravit; & palam ac publice de minori civitate, & per antiquam civitatem Pragensem duci, circumstantibus juxta currum Wicleffistis armatis cum fustibus & gladiis, juxta ipsius Hieronymi ordinationem clamantes & præconizantes, quod bullas & litteras unius hæretici & ruffiani ducerent ad comburendum. Et sic in nova civitate Pragensi in platea prope mediastinum tanquam hæreticas, & velut continentes errores, juxta sententiam Joannis Wicleff, & Joannis Hus, hæreticorum, eas publice comburi fecit, seu fieri procuravit, & disposuit: & sic fuit, & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

54. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

55. Item, quod dictus Hieronymus in sua perfidia persistendo dixit, & asseruit, & publice prædicavit suscitando errorem alias per ecclesiam determinatum, quod imagines ad repræsentationem effigiei Christi, sanctissimæ crucis, Virginisque gloriosæ, vel cujuscumque alterius sancti canonizati in ecclesiis, nec in aliis locis non sunt pingendæ, nec ullatenus venerandæ, sed hoc facere est hæreticum; non attendens quod ecclesia hæc auctorizavit, & voluit fieri; & per objectum talium imaginum repræsentantium sanctum, in cujus memoriam pictæ sunt, moventur interiores potentiæ, & excitantur ad devotionem, & sunt scripturæ laicorum: maxime forma vivificæ crucis qua terretur dæmon & procul fugit.

56. Item, quod dictus Hieronymus sperabat verisimiliter, a ut creditur, posse divertere populum a continuatione & visitatione ecclesiarum, detestando, & condemnando imagines sanctorum: credens etiam per hoc quod ipsum libentius sequerentur, & audirent doctrinam ejus: & videns quod per hoc non b profiteretur, quadam die de mense Martii, anni videlicet MCCCCXV. accessit ad monasterium fratrum Minorum sancti Jacobi in majori civitate Pragensi, & imaginem Crucifixi ligneam extra ecclesiam in angulo ex opposito domus sancti Kreisse, ad quam consuevit esse cursus hominum causa devotionis ob memoriam passionis Christi, invasit, & insultavit in eam, & stercoribus humanis, & vilitatibus undique maculavit, dicendo hæreticum esse depingere imaginem Crucifixi, & cujuscumque alterius sancti: per quod fuerunt quamplurimi multum scandalizati. Et sic fuit & est verum.

a Forte, ut credidit.

b Forte, proficeret.

Et illud idem voluit, & disposuit fieri dictus Hieronymus de anno prædicto die sabbati proximo ante Dominicam, *Domine, ne longe, &c.* in dicto monasterio sancti Jacobi per quemdam fabrum Wicleffistam de nova civitate Pragensi de Portzicts: qui accedens præfatam imaginem Crucifixi cum stercoribus humanis c infra sermonem dicendo, hæreticum esse depingere imaginem Crucifixi: per quod fuerunt quamplurimi adstantes multum scandalizati. Qui quidem laicus fuit ibidem publice detentus, & recognovit, quod ex inductione dicti Hieronymi facere voluit. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

c Adde, deturpavit.

Et illud idem fecit, ac procuravit fieri dictus Hieronymus in die Veneris sanctæ, in monasterio beatæ Mariæ in Arena in civitate nova Pragensi, per quemdam laicum sectæ Wicleffistarum, qui crucem coram qua sancta crux sub effigie prædictæ ipsius venerabatur, stercoribus deturpavit ac totaliter maculavit. Et ita est verum, publicum, & notorium.

57. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox, & fama.

58. Item, quod dictus Hieronymus persistendo in erroribus Wicleffistis, specialiter Joannis Hus damnatis, & eos defendendo, dixit, asseruit, & prædicavit, quod nullo modo reliquiæ sanctorum sunt venerandæ, nec adorandæ. Et hoc pluries, & sæpe, ac etiam publice, & notanter in civitate Pragensi, in cujus cathedrali ecclesia velum & peplum Virginis gloriosæ habetur, ac reveranter veneratur a Christi fidelibus, dixit, quod non plusquam cutis illius asini, in quo Christus insedit, debeat in reverentia haberi.

Et de mense Septembris anni MCCCCXII. in die sancti Wenceslai, in monasterio prædicto sanctæ Mariæ in Arena, ipse, & quidam laici Wicleffistarum, quasdam reliquias repositas veneranter in quodam altari de facto extraxerunt, & ad terram viliter projecerunt, pedibus conculcando. Et asseruit idem Hieronymus, & publice renuit, quod venerari, vel adorari reliquias sanctorum, aut eas adornare auro vel argento, est hæreticum. Quod fuit, & est in enervationem fidei, & devotionem religionis Christianæ, & in scandalum totius ecclesiæ. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

59. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama. Et quod præmissa sunt vera, notoria, & manifesta.

60. Item, quod dictus Hieronymus tenuit, asseruit, & dixit, ac prædicavit, veram ecclesiam catholicam apud observantes sectam & doctrinam Wicleffistarum, & Joannis Hus: quodque illi, qui pro sustinendo, & d deserendo dictam doctrinam sunt veri, & gloriosi martyres Christi; & propterea tres nequissimos viros dicti sectique obstinati in ea decapitatos in Praga de anno Domini MCCCCXII. de mense Junii, Hieronymus cum suis sequa-

d Defendendo, mss.

quacibus cum aromatibus & incenso ad tumulum fecit, seu procuravit portari processionaliter cantando, *Isti sunt qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt ad supplicia*: ad firmandum per hoc hæreticos illius sectæ in eorum errore, & perfidia. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

61. Item, quod dictus Hieronymus in crastinum tumulationis dictorum hæreticorum, in cappella dicta Bethleem multitudine illius sectæ ordinata cantare procuravit, & fecit pro eorum memoria Missam de martyribus, & incepit officium *Gaudeamus*; & subjunxit, *in honorem sanctorum martyrum, de quorum effusione sanguinis gaudent angeli*, crimen crimini damnabilissime adjungendo, videlicet idololatriæ: & sic venerando sacrilegos damnatissimos, & usorpando auctoritatem sedis Apostolicæ, sine cujus auctoritate, & approbatione nullus pro sancto debet haberi, vel venerari; & in tantum excitavit rabiem virorum & mulierum illius sectæ, quod per quatuordecim dies, vel circiter successive post decapitationem prædictorum singulis diebus erat concursus quadraginta, aut quinquaginta venientium ad prætorium dictæ civitatis Pragensis prope locum, in quo decapitati fuerant, dicentes, quod veri martyres erant, & pro vera Christi fide mortui, parati similem mortem subire pro eadem fide, ut dicebant. Ex quo fuit grave scandalum contra fideles catholicos, & horror maximus, atque turbatio in civitate Pragensi exorta. Et sic fuit, & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

62. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama.

63. Item, quod dictus instigator & promotor repetit articulos per eum datos, videlicet viginti octo in numero positos sic incipiendo: Item, quod idem Hieronymus in regno Poloniæ dissensionem magnam fecit: Et viginti novem qui incipiunt. Item, quod de anno Domini MCCCCXV. & de mense Aprilis. Quibus repetitis addit, & tolerat articulos infrascriptos.

64. Item, posuit, & probare intendit, quod in partibus Russiæ a decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, & sexaginta annis proxime præteritis, & citra, & supra, & a tempore, & per tempus cujus initii sive contrarii hominum memoria non exsistit, fuit, essequé consuevit, hodie est quoddam populosum oppidum vocatum communiter & appellatum oppidum Vitesko, quodque a dictis temporibus, & per ipsa tempora in oppido dicto fuerunt, esseque consueverunt, & hodie sunt, homines pro majori parte Rutheni, sive schismatici, sectam Græcorum tenentes, a fide Christiana plurimum deviantes, & errantes. Et sic fuit, & est verum.

65. Item, quod in dicto oppido ab eisdem temporibus & per ipsa tempora fuit, esseque consuevit, & hodie est quædam ecclesia cathedralis secundum ritum prædictorum Ruthenorum, nec non etiam quoddam monasterium fratrum Prædicatorum secundum ritum verum Christianorum viventium, & degentium.

66. Item, quod juxta præfatum oppidum ab eisdem temporibus fuit, esseque consuevit, & hodie est quoddam flumen navigabile, per quod communiter homines partium prædictarum navigare solebant, & solent.

67. Item, quod de anno Domini MCCCCXIII. & de mense Aprilis ejusdem anni, illustris princeps dominus Wiroldus frater serenissimi principis domini regis Poloniæ ad prædictum oppidum *a* Witesko cum magno exercitu & comitatu accessit per flumen prædictum. Quodque magister Hieronymus de Praga simili modo incomitiva præfata interfuit personaliter.

68. Item, quod fratres & religiosi Christiani oppidi prædicti, anno & mense prædictis, tempore prædicti accessus, secundum ritum fidelium Christianorum, cum processionibus, vexillis, & reliquiis sacris dicto domino duci obviam venerunt, & ipsum in prædicto adventu susceperunt.

69. Item, quod tempore accessus prædicti Rutheni, sive schismatici, cum reliquiis ipsorum prætensis & tabulis depictis more ipsorum damnato, etiam cum processione præfato domino duci obviam venerunt, & ipsum in prædicto adventu susceperunt.

70. Item, quod prædictus Hieronymus, tempore prædicti accessus, omissa & spreta processione prædictorum fratrum religiosorum & Christianorum, ivit ad prædictam processionem prædictorum Ruthenorum schismaticorum, & infidelium gentium; nec non ibidem in præsentia quasi quatuor vel quinque millia hominum sexus utriusque, flexis genibus, reliquias, & tabulas depictas prætensas dictorum infidelium schismaticorum, & Ruthenorum, venerabatur, palam, publice & notorie se ad sectam eorumdem infidelium, schismaticorum convertendo, & a communione fidelium se divertendo.

71. Item, quod præfatus Hieronymus tempore proxime præscripto prædictas reliquias & tabulas prætensas genibus flexis venerabatur palam & publice, in contemptum religionis Christianæ, dicens & affirmans expresse, quantum in eo fuit, & quantum potuit, dictam sectam prædictorum Ruthenorum, & infidelium populorum inducere, ipsorumque fidem fore, & esse perfectam.

72. Item, quod præfatus Hieronymus quantum potuit, circa præfatum dominum ducem institit, & laboravit, & conabatur dictum dominum ducem cum tota sua gente Christiana a fide Christiana avertere, & ad permanendum in dicta secta Ruthenorum & infidelium populorum inducere. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

73. Item, quod suprafatus Hieronymus post prædicta coram reverendo patre domino episcopo Wilnensi constitutus, dum de præmissis suis erroribus & excessibus reprehenderetur paterne, ore polluto in contemptu religionis Christianæ suos errores confirmando dixit expresse, quod præfati schismatici & Rutheni essent boni Christiani; quodque idem dominus episcopus eidem Hieronymo in faciem suam tunc restitit, dicens, quod non diceret eos bonos Christianos; ipse vero Hieronymus in suis erroribus permansit, eosdem Ruthenos & fidem ipsorum præmissam approbando. Et sic fuit & est verum.

74. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama.

75. Item, ponit & probare intendit, quod a temporibus supra in proximo articulo descriptis, & per tempora ipsa in prædictis partibus Russiæ fuit, & esse consuevit quoddam vocatum communiter & appellatum *b* Pleskawo, quodque idem oppidum distabat distareque solebat, & hodie distat a finibus Christianorum per centum millia Theutonicalia.

76. Item, quod dictus Hieronymus de anno Domini MCCCCXIII. ad prædictum oppidum Pleskavo personaliter accessit, nec non ecclesiam, sive synagogam eorum Ruthenorum & infidelium populorum intravit, infra officium ipsorum sacramentorum prætensorum veneraturus. Quodque idem Hieronymus tunc in præsentia nonnullorum Christifidelium ibidem adstantium, & in contemptum clavium, & opprobrium religionis Christianæ, & ad confortationem ritus eorumdem infidelium populorum, genibus flexis assertum sacramentum eorumdem ibi adorabat, palam, publice, & notorie.

77. Item, quod ex præmissis quamplura scandala inter Christianos & Ruthenos prædictos fuerant & sunt exorta, eo maxime quod idem Hieronymus, tam publice infidelitatem, schisma, & hæresim dictorum Ruthenorum approbavit, ac ipsos in ipsorum erroribus confortavit. Et sic fuit, & est verum.

78. Item, quod idem Hieronymus ut magis ac magis prædictis infidelibus populis placere posset, eisque quod eorum sectam & perversam fidem sectaretur, ostenderet, seque in eis moribus prout in fide conformaret, ad ritum eorumdem infidelium longam barbam detulit, atque defert: ac comam, habitum, & censuram clericales penitus abjiciendo, & admittendo. Et sic fuit, & est verum.

79. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama, præsertim in civitatibus & provinciis Gneznensi & Pragensi, nec non in regno Bohemiæ, & Poloniæ, ac marchionatu Moraviæ, & alibi, ubi de præmissis noticia habetur.

Et ad clare ostendendum, quod juramento cuicumque per magistrum Hieronymum præstito, seu in futurum præstando, non sit aliqualiter credendum; quodque verba bona & dulcia, promissiones abjurationesque *c* fecit hucusque, & offert se facturum in futurum, sunt ficta, & *fecit.* aliter sunt corde concepta, quam ore suo polluto prolata, quodque sub hypocrisi illa facit, & faceret, non ad effectum

a In uno mss. Wirldo.

b MS. Pleskow.

c Forte: *quæ fecit.*

ANNO CHRISTI 1414.

ctum a suis erroribus desistendo, aut eosdem ravocando, sed ut occasionem habeat effugiendi, & suga (quod absit) captata errores hujusmodi fortius seminandi, & Christifideles amplius seducendi: ac etiam ad finem & effectum quod diligentior custodia apud eumdem adhibeatur, & protervia, quæ in eo (proh dolor!) regnat, ostendatur, & dante Domino, salubrius exstirpetur, instigator seu promotor officii vestri dat articulos infrascriptos.

80. Item, cum dudum dictus Hieronymus per almam universitatem studii Parisiensis fuisset in magistrum dicti studii assumptus, de articulis Wicleff conserre incepisset, aliosque ad conferendum induxit, laudasset, & commendasset dictum Joannem Wicleff, & ejus perversam doctrinam: tandem in quadam disputatione publica dictus Hieronymus certos errores publica tenuit: & præsertim quod Deus nihil possit *a* alienara, prout in articulis alias contra eum datis, ad quos se refert, plenius continetur. Tandem cum eslat per plures notabiles magistros dicti studii, Parisiensis fidei zelatores graviter notatus, ac vehementer de iis per eos habitus suspectus, iidem magistri, & præsertim honorabilis Joannes *b* de Sarsano, dicti studii cancellarius, ipsum ad revocandum hujusmodi errores compulisset: sed dictus Hieronymus nescitur per quem occulte a dicta civitate & studio recessit.

a Editio Germ. annihilare.

b MSS. de Gerson.

81. Item, quod de prædictis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama.

82. Item, quod idem Hieronymus mala malis accumulando se transferens ad universitatem studii Heidelbergensis, ibidem etiam nonnullas conclusiones erroneas sive hæreticas in scholis publice determinavit; prout in certis articulis alias contra eum datis, ad quos se refert, plenius continetur.

83. Item, quod dicta universitas Heidelbergensis illas conclusiones sentiens hæreticas, erroneas, & fidei catholicæ contrarias, conabatur etiam præfatum Hieronymum comprehendere, & ut eosdem revocaret per juris remedia compellere. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

84. Item, quod idem Hieronymus iterum advisatus de præmissis a dicta universitate clam recessit.

85. Item, quod idem Hieronymus de hæresi multipliciter diffamatus in universitate Cracoviensi, & dum ad dictam civitatem pervenisset, & dictæ universitati ac magistris dicti studii, ac episcopo Cracoviensi innotuisset, ac dictum Hieronymum super hujusmodi hæresibus, de quibus diffamatus fuit, examinare voluerunt, & portas civitatis claudi procurarunt, ipsum diligenter perquirendo, nescitur unde avisatus, furtive a dicta civitate recessit. Et fuit, *&c.*

86. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama.

87. Item, quod deinde dictus Hieronymus sic de hæresi multipliciter diffamatus & notatus veniens Viennam, tandem universitas studii Viennensis sentiens præmissa, procuravit eumdem Hieronymum per officialem in spiritualibus reverendi patris & domini Gregorii moderni episcopi Pataviensis & diœcesani capi, & sub custodia detineri: palam, publice, & notorie.

88. Item, idem Hieronymus postquam pluribus diebus sub hujusmodi custodia fuit conservatus, tandem per dulcia, & blanda verba confingens se velle corrigere & revocare errores suos, tantum operatus est, quod dictus officialis recepto juramento præstito per eumdem ad sancta Dei evangelia tactis sacrosanctis scripturis, nec non sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ, quam tunc dictus officialis in ipsum Hieronymum præsentem ac in se sponte recipientem in scriptis tulit, quod vellet stare juri coram dicto domino officiali, & ab oppido Viennensi nullatenus recedere, donec justitia mediante relaxaretur: palam, publice, & notorie.

89. Item, quod dictus dominus officialis credens hujusmodi suo juramento, præfatum Hieronymum post præmissa a carcere relaxavit: palam, publice, & notorie.

90. Item, quod dictus Hieronymus juramenti hujusmodi immemor, & vilipendens dictam excommunicationis sententiam, captata opportunitate, a dicto oppido Viennensi clam illicentiatus, & juri non volens stare prout juraverat, recessit, seque ad civitatem Pragensem transtulit: palam, publice, & notorie.

ANNO CHRISTI 1415.

91. Item, idem Hieronymus ad castrum Bethoniense Olomucensis diœcesis veniens, suos errores confirmando, suosque sequaces amplius confortando, litteram subscripti tenoris, manu & sigillo propriis signatam & scriptam ad oppidum Viennense scripsit hujusmodi sub tenore:

Venerabili patri ac domino, magistroque meo, domino officiali ecclesiæ Pataviensis plebano in Lasa: e Denr.

OBsequio *d* cum consalutis desiderio, antescripto. Venerabilis pater, magister, & domine. Sciatis me jam Castro *e* Wietovo sanum & lætum exsistere cum multis amicis vobis cum omnibus semper, & vestris servire paratus. Et de exorta promissiona circa vosmet me habeatis excusatum, si debita ejus * perpeditus: etenim jus postponimus, cui semper salva bona cautione assidue parati exsistimus; sed inter tot centena inimicorum stare solum, si me vere diligitis, mihimet nequaquam consuleretis. Supra enim dorsum meum fabricaverunt adversarii mei, prolongaverunt iniquitatem sibi. *Verum anima mea sicut passer erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Verum vobis regratior, & semper regratiabor. Sed omnes adversarios meos mihi Pragam remittite cum testibus, & ego illic agam causam cum eisdem; aut si eis commodiorius videretur, ascendamus curiam, ubi tantam illic illi quantam ego habebunt notitiam. Ceterum scire velitis, quod eram in vestra ecclesia in Lasa, & ibidem magistrum scholæ invitaveram, & notarium civitatis memor vestri beneficii, & si umquam potero, serviam vobis & vestris. Valete. Scriptum in *f* Wistania post nativitatem sanctæ Mariæ feria sexta.

Magister Hieronymus de Praga,
Vester semper.

c Editio German. detur.

d MSS. cum omnis salutis.

e MSS. Wietovo.

f MSS. Wietavia.

92. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama, & quod præmissa sunt vera, notoria, & manifesta.

93. Item, quod dictus Hieronymus datus in obstinationem mentis & superbiam sui intellectus paratus se dare ad omnem perfidiam propter defendere dictam sectam, & confortare, atque servare in ea, machinatos & sedatos ad eam intimaverat, & publicari fecit in civitate Pragensi apud illos de dicta secta in civitate Pragensi, & in partibus Bohemiæ exsistentes, quod volebat venire Constantiam ad generala Concilium causa sustinendi & defendendi contra quoscumque doctrinam dicti Wicleff, & suorum sequacium condemnatorum, & propter etiam nonnullas alias: nec alia ratione affixit schedulas Constantiæ in locis diversis, quas dirigebat domino Imperatori & generali Concilio; scribendo, quod venerat ad purgandum & ostendendum puritatem fidei suæ orthodoxæ prout in schedula melius continetur. Non quod vellet, quod significabat, implere, nec se exhibere, sed revertendo ad illos de dicta secta cum litteris testimonialibus, de quibus infra deducitur, seducendo eos diceret, se reportasse victoriam. Et quod secta & doctrina dicti Wicleff erat sancta, justa, atque catholica, & quod a nullo potuit reprobari. Et sic fuit & est verum.

Tenor vero dictæ schedulæ intimationis, & affixionis, & litteræ testimonialis, quam ipse composuit in Latino, & Theutonico. & in vulgari Bohemico, & per nominatos in ea ejusdem sectæ fautores sigillari fecit, est talis:

SErenissimo principi & domino, domino Sigismundo Romanorum regi semper Augusto, & Ungariæ regi, *&c.* pariterque toti huic venerando Concilio generali. Ego magister Hieronymus de Praga artium liberalium magister generalium studiorum, videlicet Parisiensium, Coloniensium, Heydelbergensium, & Pragensium, litteris præsentibus notifico, & quod in me est, ad notitiam universorum & singulorum deduco, quod propter obtrectatores criminatoresque, in eo diffamatores regni vestri dolosos, paratus sum sponte libere venire Constantiam, & puritatem fidei meæ orthodoxæ, Innocentiamque meam non latenter in angulis, aut coram privatis personis,

sed

ANNO CHRISTI 1416.

sed aperte & publice coram toto Concilio ostenderet. Proinde si qui sunt obtrectatores mei cujuscumque nationis, aut conditionis qui contra me velint quidquam cujusvis erroris aut hæresis objicere; ii aperte & publice in mea præsentia coram toto Concilio ex suis propriis nominibus obvient. Et ego pro innocentia mea paratus sum aperte & publice coram toto Concilio, ut scripsi, respondere, & puritatem fidei meæ orthodoxæ ostendere. Et si compertus fuero in aliquo errore aut hæresi, ex tunc non recuso publice pati pœnam, prout erroneum seu hæreticum quemlibet decet. Obsecro dominum regem, pariterque totum Concilium, ut habeam ad hoc, ut præfertur, salvum atque securum accessum: quod si venienti, & me tantæ æquitati offerenti ante probationem in me cujusquam culpæ quæque arrestatio, captio, vel violentia fieret, & tunc toti Mundo pateficret, ut hoc generale Concilium non secundum justitiam atque æquitatem procederet, si me sponte venientem a tam alta & rigida æquitate quovis modo repelleret, quod utique tam a sacro sapientum Concilio longe puto relegatum.

Littera testimonialis, quam Hieronymus fecit sigillari super expurgatione oblata.

NOs Wenceslaus de Dava alias de *a* Lestua, Henricus *b* de Chluvi dictus Latucuboch, Joannes de Chluvi residens in Swoykow, Wenceslaus de Hyadeck dictus *c* Muska, Rohuslaus de Dupons, & Blede Straden, tenore præsentium publice protestamur universis præsentia visuris & audituris; quod honorabilis vir magister Hieronymus de Praga artium liberalium magister generalium studiorum, Parisiensium, Coloniensium, Heidelbergensium, & Pragensium, legationem fecit per suas litteras & nuncios serenissimo principi & domino, domino Sigismundo Romanorum & Ungariæ regi, domino nostro gratiosissimo, optans & desiderans ab ipso salvumconductum, & libertatem Constantiam veniendi, & ibidem fidem suam orthodoxam, & innocentiam contra & adversus obtrectatores suos coram toto generali Concilio possit in audientia publicare, promulgare. Ceterum salvumconductum ad audientiam publicam e toto generali Concilio super præmissis postulavit, ut ad præmissa imperranda, & amplius patescenda suas patentes intimationes in vulgari Bohemico, Theutonico, & Latino idiomatibus, in valvis & ostiis ecclesiarum, claustrorum, & prætorii dictæ civitatis Constantiensis, ac domibus cardinalium & episcoporum affixit, quemadmodum hæc suprascripta ipsius intimationis copia clarius & plenius id denotat, quam & nos vidimus, & legi audivimus. Et nec præfatum salvum conductum, ac audientiam publicam ab ipsis postulatam quoquomodo potuit adipisci. In quorum omnium evidentiam præsentes conscriptæ sunt, & sigillorum nostrorum appensorum munimine vigorositatæ.

a Mss. *Lestua.*
b Mss. *de Chlum dictus Latzenboch, Joannes de Chlim, &c.*
c Mss. *Miska, Rohuslaus de Dupovo & Blede Stadrov.*

Datum in Constantia provinciæ Moguntinæ, feria tertia post octavam paschatis, anno Domini MCCCCXV.

94. Item, quod dictus Hieronymus talibus litteris falsis & fictitiis fulcitus, non sequens formam, ad quam se obtulit in prætensa littera valvis affixa, sed clam associatis sibi complicibus suæ sectæ versus Bohemiam iter accipere voluit. Denique per sacrum Concilium in forma infrascripta in valvis majoris, & sancti Stephani, & Minorum monasteriorum & ecclesiarum legitime citatus fuit, juxta formam & tenorem citationis, qua sequitur in hac verba:

Citatio contra Hieronymum decreta.

Sacrosancta Synodus generale Concilium Constantiense in Spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam militantem repræsentans, *d* Hieronyme qui te magistrum in artibus quamplurimorum studiorum fore scribis, & non amplius sapere quam oportet. Scriptum quoddam tanquam ex tui persona affixum in portis civitatis Constantiensis, alias die Dominica, qua cantatur in ecclesia. *Quasi modo geniti*, ad nostri notitiam pervenit: in quo tuis obtrectatoribus crimen erroris, & hæresis tibi objicientibus te asseris publice responsurum: de quibus apud nos multipliciter diffamatus exsistis, & præsertim de doctrina Joannis Wicleff, necnon aliis doctrinis catholicæ fidei obviantibus, dummodo ad veniendum tibi salvus & securus conductus præbeatur. Et quia nostra principalius interest prendere vulpeculas vineam Domini sabaoth conantes demoliri, idcirco personam tuam tanquam de multorum errorum doctrina & temeraria assertione suspectam & multipliciter diffamatam evocamus & citamus præsentium sub tenore, quatenus infra terminum quindecim dierum a data præsentium computandorum, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino & monitione canonica præfigimus & assignamus, in publica sessione hujus sacri Concilii, si ipsa die sessio fuerit celebrata, alioquin prima die immediate sequenti, qua sessionem esse contigerit, compareas, secundum tenorem dicti tui scripti responsurus ad ea quæ aliquis vel aliqui in causa fidei *e* voluerit objicere, recepturus & facturus in omnibus justitiæ complementum, ad quod violenta justitia semper salva, omnem tibi salvumconductum nostrum, quantum in nobis est & fides exigit orthodoxa, tenore præsentium offerimus, & plenius assignamus. Certificantes te, quod sive in dicto termino compareas, siva non, nihilominus contra te per ipsum Concilium vel eius commissarios val Commissarium elapso termino supradicto procedetur, tua contumacia in aliquo non obstante. Datum Constantiæ ex sessione Concilii, XVII. mensis Aprilis, sub sigillo præsidentium quatuor nationum.

d Mss. *Hieronymo, qui se [illegible] scribis & prætendit, quæ recta sunt ad sobrietatem, & non, &c.*

e Mss. *velint.*

95. Item, quod prædictus Hieronymus contumaciter sic recedens, nec in termino sibi per sacrum Concilium præfixo, *f* tanquam contumax in publica sessione propter contumaciam fuit reputatus. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

f Forte deest, *comparens.*

96. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama, & quod præmissa sunt vera, publica, notoria, & manifesta.

97. Item, quod cum dictis litteris revertebatur, & reversus Bohemiam ad firmandum dictum errorem Wiclefistarum, nec citatus per sacrum Concilium curavit die sibi præstituta comparere, sed Deo cooperante præoccupatus est, in via captus, & de mandato sacri Concilii ad præsentem civitatem adductus. Quod si factum non fuisset, Deo disponente, apud suos de secta Wiclefistarum se magnificasset, Concilium sacrum confudisset, licet false, quod salvumconductum aut audientiam publicam sibi dare denegavit; ac per hoc dictos Wiclefistas in erroribus confirmasset, & ad non credendum sacro Concilio ipsos induxisset. Et ita fuit, *&c.*

98. Item, quod dictus Hieronymus de nolente factus volens, saltem ore, & ut ex præscriptis & subscriptis conjecturis satis potest elici, in finem ut iterum evaderet, prout præsens sæpius evasit, in sacro Constantiensi Concilio, & quando ea dabatur audientia super articulis materiam fidei tangentibus, de quibus fuit, prout hodie est vehementer suspectus; & publica sessione celebrata die vicesimatertia mensis Septembris publice damnavit & pro damnatis habere voluit, ut asserebat, tam personas, quam articulos Joannis Hus, & Wicleff damnatorum hæreticorum: pollicitusque est solemniter & expresse, quod scribere fideliter vellet, & scriberet serenissimo principi domino Bohemiæ, & serenissimæ dominæ reginæ, & universitati studii Pragensis, omnibus & singulis in Bohemia & alibi exsistentibus, ac illis, quibus desuper foret scribendum, quod dicti Joannes Hus, & Wicleff, eorumque articuli, & doctrinæ prætensæ essent juste, sancte, & canonica condemnati, & condemnatæ; quodque licet dictus Hieronymus sæpe & sæpius monitus fuisset, ut hujusmodi sua scripta dirigeret, juxta sua promissa, ut præfertur, nihilominus tamen hucusque aliud corde gerens, quam ore dixerat, non sine magna suspicione hæreticæ pravitatis scribere prætermisit. Et quod deterius est, & totaliter nolle scribere publice dixit. Et sic fuit, & est verum, *&c.*

99. Item, deinde dictus Hieronymus sperans se sic satisfecisse sacrosancto Concilio, & per hoc evadere manus sacri Concilii, & custodiæ, in qua servatur; nunc elatione, & rebellione ac pravitate in reprobum sensum datus, articulos contra ipsum super hæresi & certis erroribus sufficienter respondisse, ac responsiones suas per juramentum dare recusavit, ac hodie recusat, licet hoc

polli-

ANNO CHRISTI 1416.

pollicitus sit illius affixionis schedula superius descripta. Et sic fuis, &c.

100. Item, non compunctus corde, sed polluto ore omnia præmissa sicut, & ut probabilia, sperantur, asseris, se semper fuisse bonum Christianum, & innocentem a macula erroris, & hæresis: nec vult talis quoque appellari, & repræsentari, sed sibi per quemquam imputetur, ad iracundiam mox promovetur: sicque in profundum malorum descendens asseris, sibi in captivitate & custodia qua nunc tenetur, injuriam esse illatam, petitque de injuria hujusmodi, ac damnorum, expensarum, & interesse borum occasione illatorum refundi: dicens expresse: Ego innocens sum, quis mihi refundet præmissa? volens gaudere se conversum, qui nunquam doluit, prout nec se hodie doles fuisse perversum. Et sic fuit, & est verum, &c.

101. Item, quod dictus Hieronymus perseverat in eadem obstinatione. Et quidquid fingat sustinendo carceres, professionem publicam faciendo, proferendo verba habentia apparentiam compunctionis, semper tamen gerit in animo velle sustinere & defendere doctrinam Joannis Wicleff augmentatam per Joannem Hus, & eam secutum. Et hoc satis clare conjecturari potest pro eo quod scripsit, & legit in loco publico sessionis: ubi legis, & verbo expressis, atque extra scripturam dixit verba expresse fautoria dictæ doctrinæ Wicleff, & justificationem Joannis Hus, prout hoc proxima feria quarta in festo Nativitatis sanctæ Matiæ de anno Domini præsenti MCCCCXV. in loco sessionis majoris ecclesiæ Constanciensis publice asseruit, dixit, & in scriptis legit inter cetera hæc verba, videlicet: „ In hoc Deum testor: non intendens in aliquo præjudicium facere aus personis, aut suis meo videre moribus, ac sacris veritatibus plusquam pluribus quas audivi ab eodem: denotando præfatum Joannem Hus hæreticum condemnatum, & in scholis, & in prædicationibus popularibus plurimis; immo & verum fateor, propter suos dulces mores, & propter sacras veritates quas instanter explanando verbum Dei ad populum referebat, intimus amicus eram personæ, & gratia veritatis defensor sui honoris ad quemcumque locum devenetam. " Patet ex eo etiam quod recusavit scribere domino regi, & reginæ Bohemiæ, & universitati studii Pragensis. Patet ex diversis aliis conjecturis inserentibus vehementem præsumptionem, quæ sufficit ad condemnationem talium sic agentium. Et sic fuit & est verum, publicum, notorium, & manifestum.

102. Item, quod de præmissis omnibus & singulis fuit, & est publica vox & fama.

Instigatoris adversus Hieronymum de Praga schedula.

VErum pro parte instigatoris vestris reverendis paternitatibus humiliter exponitur, quod dictus Hieronymus in dicta custodia sic tentus, commessationibus & crapulis se ingurgitat, & epulis vitam plus exorbitantem, quam si liber exsisteret, ducit. Ecce quantum super operationem Spiritus sancti timet, quasi non ubi vult spiritus spirat. & non quod sibi placitum sit, nisi ille timuerat, pereat, & timeret quod Spiritus sanctus locum propterea non reperiat, ubi gratiam recognoscendi errores suos infundat. Nonne Christus ante passionem suam quadraginta diebus jejunavit? Moyses legislator, & Helias in cælum levatus? Daniel leonum triumphator per abstinentiam fieri meruit? Quare petit dictus instigator, quatenus vestra reverenda paternitas eumdem Hieronymum jejuniis afficiat, quæ sunt tormenta clericorum, & maxime hæreticorum, deinde illum non sufficientem, cum laicus sit, & pro laico sæpe se gessit, & in habitu laicali, & cum longa barba semper incessit, & pro tali se habuit, tenuit, gessit, & reputat; & talem, in publica sessione notorie se ostendit; respondeat sufficientius articulis, quibus nondum sufficienter respondit: & articulis, quibus nondum sufficienter respondit: & articulis sibi denuo datis respondeat per verbum credit, vel non credit, sub tortura, ne sub hypocrisi fugam, vel relaxationem consecutus, tanquam Pharao induratus plus suos sequaces in suis erroribus confortet. Cum de omnibus, & singulis supradictis rationabiliter poterit convinci, vel saltem probatio inferri, quod merito sufficere poterit. Quod si negaverit fecisse, aut commisisse aliquid de præmissis, quod legitime probatus, ac probatum fuerit, & contumaciter perseveraverit in negatione hujusmodi, tunc sine moræ dispendio, tanquam pertinax hæreticus, incorrigibilis relinquatur curiæ sæculari juxta sacrorum canonum constituta.

Et præmissa petit dictus instigator melioribus modo, via, jure, & forma, quibus melius, & efficacius fieri potest, & debet, benignum vestrum officium super præmissis implorando.

In causa Argentinensi.

In nomine Domini. Amen.

ANno a nativitate ejusdem MCCCCXVI. Indictione nona, Apostolica sede vacante, die vero XXVII. mensis Aprilis hora primarum, vel quasi, tempore sacri Concilii generalis Constantiensis, in nostrorum notariorum publicorum, & testium infrascriptorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir D. Henricus *a* Libot dictus Bel, procurator, ut asseruit, & syndicus procuratorio & syndicatorio nominibus venerabilium virorum dominorum Huguelmani, decani, & capituli; nec non Frederici de *b* Zalze canonici venerabilis ecclesiæ Argentinensis, ac excelsorum dominorum magistri officiariorum, nec non proconsulum, & universitatis magnæ civitatis Argentinensis; nec non Roylini Barphemang, Hulrici Rojet, Michaelis Melburgæ civium Argentinensium, tam conjunctim quam divisim, habens & tenens suis manibus quamdam appellationis papyri schedulam, quam ibidem palam & publice, ac alta & intelligibili voce legit & publicavit, ac proposuit, & appellavit, & protestatus fuit, aliaque dixit, & fecit, quemadmodum in eadem appellatione continetur, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis:

Appellatio pro parte Argentinensium coram Concilio interposita.

COram vobis notariis publicis, ac testibus hic præsentibus & adstantibus, ego Henricus *c* Libot dictus Bel, syndicus procuratorio & syndicatorio nominibus venerabilium virorum dominorum Hulgelmanni decani, & capituli; necnon Frederici de *d* Zalze canonici venerabilis ecclesiæ Argentinensis, ac etiam excelsorum dominorum magistri officiariorum, necnon proconsulum, consulum, & universitatis magnæ civitatis Argentinensis; necnon *e* Rolini Barphennig, Ulrici *f* Chos, & Michaelis Meiburge, civium Argentinensium, tam conjunctim, quam divisim; protestor solemniter & expresse, quod per præsentem, & quemcumque alium actum per me dictis nominibus factum, aut faciendum, non intendo quibuscumque rite, juste, aut sancte per dictum sacrum Concilium generale Constantiense in Spiritu sancto legitime congregatum diffinitis, decretis, statutis, ordinationibus, ac diffiniendis, statuendis, & ordinandis in aliquo opponere, aut contra ea facere, vel venire, quinimmo volo semper, & intendo diffinitionibus sanctis, & justis, nec non decretis, & statutis, & ordinationibus, atque mandatis prædicti sacri Concilii firmiter atque humiliter parere, & obedire, infrascriptis tamen semper salvis. Protestor insuper quod per præsentem actum, vel alium quemcumque per me factum aut faciendum, nolo, sicque intendo ab appellatione, seu appellationibus per me nomine dictorum dominorum in præsenti causa interposita, & aggravaminibus eis illatis quoquo modo recedere, neque resilire, sed eisdem volo firmiter obedire, & inhærere. Quibus protestationibus ipsis salvis appellando propono dictis nominibus, & dico, quod quamvis dicti domini decanus, canonici, & capitulum nuper desolationem, dilacerationem bonorum, rerum, possessionum, terrarum, oppidorum, & castrorum venerabilis ecclesiæ Argentinensis alienationem per Wuilhelmum *g* de Dest assertum electum ejusdem ecclesiæ damnose & irrecuperabiliter factas; præsertim cum idem Wilhelmus tempore suæ damnosæ & exsecrabilis promotionis prædictam ecclesiam Argentinensem in triginta castris vel citra, & oppidis atque redditibus invenisset ad valorem triginta millium florenorum auri annuatim abundare, quæ omnia temporibus

suis

a MSS. Ruvot dictus Belle.
b MSS. Zoirt.
c MSS. Ruvot. dictus Belle.
d MSS. Zoire
e MSS. Relli-ns.
f MSS. Got.
g MSS. de Dieft, al. Deyft.

ANNO CHRISTI 1416.

suis miserrime dilapidavit, & dissipavit, & quasi ad nihilum reduxit; ita quod hodie dicta ecclesia Argentinensis nullum hujusmodi oppidorum & castrorum in possessione habet, quod detestabile est audita; propterea compatientes & cupientes quantum in eis erat, indemnitati ecclesiæ prædictæ providere, ac finali ipsius ecclesiæ exterminio imminenti obviare, ad ipsius VVilhelmi arrestationem tunc fugitivi, & suspecti propter præmissa per eum commissa, & perpetrata; volens tunc, & intendens oppidum *a* Czalern ipsius ecclesiæ Argentinensis penitus ab ipsa ecclesia *b* alleviare, prout publica vox & fama tunc de ipso in partibus illis erat, quemadmodum & alienatum esse videtur, debita cum honestate processissent; cum non erat superior, ad quem possit statim recursus haberi, propter periculum instans: quem etiam in habitu laicali, & absque tonsura clericali ceperunt, quemadmodum etiam superincedere solebat, & solet; & successiva prædicto sacro Concilio arrestationem, alienationem, desolationem, destructionem, & finalem terminum per suos legitimos procuratores, atque nuncios solemniter atque sufficienter intimassent, cum exhortatione, & supplicatione, tam humiliter, tam devota deprecando, quatenus prædictum sacrum Concilium prædictis dominis decano, canonicis, & capitulo ecclesiæ Argentinensis in præmissis paterne consulere, ipsique ecclesiæ tam miserabiliter destitutæ occurrere; nec non etiam dominum Bernardum comitem *c* Cresteyn *d* prædictis una cum Ulrico *e* de Humburg occupatorem & detentorem, tunc personaliter coram sacro Concilio, seu certis tunc in causa hujusmodi deputatis constitutos, ad restituendum ecclesia prædictæ oppidum prædictum, vel ad reponendum ipsum in manibus ipsius sacri Concilii compellere & adstringere dignaretur; prout hæc, & alia instrumentis publicis desuper confectis, ad quæ me nominibus quibus supra, refero ad ea, necnon omnia, & singula acta, facta, dicta, gesta in præmissis, & circa præmissa hic refero, & pro insertis habere volo, quatenus tamen faciunt pro justificatione præsentis appellationis, & non alias, plenius continetur. Nihilominus tamen prædictum sacrum Concilium, cum omni benigna semper supportatione ejusdem loquendo, majoribus, ut præfertur, præpeditum negotiis, supplicationi, & exhortationi dictorum dominorum decani, canonicorum, & capituli usque nunc exaudire, eisdemque in præmissis paterne consulere, & occurrere, & indemnitati ecclesiæ providere distulit, atque differt; quamvis etiam prædicti decanus, canonici, et capitulum nuper reverendissimis in Christo patribus dominis Joanni patriarcha Constantinopolitano, et Nicolao episcopo Merseburgensi in civitate Argentinensi nomine dicti sacri Concilii exsistentibus nonnullas vias rationabiles, justas, et sanctas obtulissent, et etiam apud eos debita cum instantia institissent, quatenus indemnitati ecclesiæ providerent, dictumque oppidum in manus ipsorum nomine prædicti Concilii reciperent, & alias in præmissis ecclesiæ supradictæ salubriter succurrerent; attentis maximo legitimis conservatione, suspicione, alienatione oppidi prædicti, ac etiam castri *f* Bojæ. Quocirca idem Comes Bernardus absque alia requisitione prædicti prætensi electi, ac etiam ipsorum dominorum decani, canonicorum, et capituli de facto cum prædicto oppido occupat: quæ etiam causa coram eisdem dominis ambaxiatoribus allegatæ fuerunt continentes in effectu, videlicet ex eo, et pro eo quia idem Comes Barnardus absque eorumdem dominorum decani, canonicorum, et quin immo contra ipsorum voluntatem se detentationi et occupationi eorumdem castri et oppidi intermisit; licetque vassallus sit ecclesiæ, tamen eadem oppidum et castrum, nec huic sacro Concilio, nec ecclesiæ Argentinensi, nec etiam capitulo ejusdem restituere curavit; neque curat, cum tamen fidelitatis juramento ecclesiæ adstringatur. Secundo, quod idem comes non obstante juramento fidelitatis, quo ecclesiæ obligatur, ipse se dominis decano, canonicis, et capitulo opposuit supradictis, expresse se partem contra eos faciens tam coram reverendissimis patribus prædictis, quam alibi. Quin immo etiam idem comes cum volentibus ecclesiæ prædictæ et capitulo movere guerras illicite conversatur, et ex fide alligatus exsistit: ac similiter ipsis dominis decano, canonicis, et capitulo ex prædictis oppido et castro guerram movere minatur, studens

a Ms. *Zabern*.
b *Alienare* ms.
c Ms. *de Eberstein*.
d Forte, *in prædictis*.
e Mss. *de Humberg*.
f Ms. *Boir*, al. *Ivirico*.

ob- A esse ecclesiæ prædictæ, cum juxta exigentiam juramenti fidelitati sibi prodesse deberet, & ejusdem indemnitati pro posse. Tertio, idem comes servitor & fautor specialissimus fuit & est illustris principis domini Ludovici ducis Bavariæ comitis Palatini Rheni: qui etiam terras & oppida ecclesiæ una cum castro Ortemburg de facto & contra jus detinet. Et sic vehementer suspicatur eadem oppidum *g* Tzabern & Castrum Boyr sibi usurpare posse. Quarto, quod potentia ipsius domini ducis, prælati Comitis Bernardi adeo est magna, quod in casu cessus, vel decessus, aut privationis ipsius Wilhelmi, vel etiam hoc Concilio dissoluto, numquam oppidum & castrum prædicta de manu ipsius comitis Bernardi evelli possent. Quinto, quod apparuit & apparet etiam magna suspicio contra eumdem comitem Bernardum ex eo, quia alias idem comes cepit in hypothecam villam *h* Sezvach cum fortalitio B pro sexcentis florenis auri a præfato VVilhelmo sine consensu capituli, ad finem ut eidem VVilhelmo in guerra contra dictos decanum, canonicos, & capitulum, & civitatem Argentinensem assisteret: idem etiam comes eamdem villam, cum fortalitio ecclesiæ Argentinensi restituere noluit, nisi dominus decanus, canonici, & capitulum hujusmodi villam & fortalitium ab eodem comite pro sexcentis florenis de bonis ecclesiæ relevarent; aliquando etiam in perpetuum ab ecclesia etiam eadem fuisset alienata. Sexto ex eo quod in instructionibus per dominos abbatem monasterii *i* Okvvango, & Cussianum de Apel hujusmodi sacri Concilii nuncios nuper Argentinenses exhibitis continebatur, & continetur inter cetera, quod idem comes Bernardus in omnem eventum retinere debet & debeat possessionem castri & oppidi prædictorum, & ea restituere dumtaxat dicto VVilhelmo, vel futuro præficiendo episcopo. C Ex quibus etiam luculenter apparuit & apparet indemnitati ecclesiæ minime provisum: quin immo etiam prædicta contra dispositionem juris communis attentata videntur. Nam in casu cessus, vel decessus præfati VVilhelmi, ac vacationis prædictæ ecclesiæ, gubernatio & custodia castrorum, oppidorum, & possessionum ecclesiæ ad decanum, canonicos, & capitulum prædictos *k* pertinera de jure, idem domini decanus, canonici, & capitulum in casu hujusmodi forent penitus destituti, si hujusmodi oppidum & castrum in manibus ejusdem comitis modo præmisso remanere deberent. Septimo, apparuit & apparet suspicio contra eumdem comitem; nam ab initio receptionis castri & oppidi prædictorum dixit idem comes coram pluribus fide dignis, se eadem subintrasse, & ea detinere nomine imperii, & de jussu prædicti domini ducis, tamquam subvassallus imperii; nunc dixit se eadem detinere & cepisse D tamquam vassallus ecclesiæ, & pro ecclesia multa verba per eum dicta. Et quamvis prædicti domini ambaxiatores & nuncii sacri Concilii prædicti rationabilibus causis, modis, & viis eis per dictos dominos decanum, canonicos, & capitulum prædictos oblatis debuissent acquievisse, & ecclesiæ præfatæ circa ejus indemnitatem providisse; ipsi tamen domini patriarcha & episcopus, & alii nuncii prædicti omnes & singuli justas & sanctas ac rationabiles causas & vias præfatas acceptare, & ecclesiæ prædictæ in præmissis providere penitus recusarunt, & denegarunt: dicentes se ad prædicta nullum habere mandatum. Et quamvis generalia Concilia & prædictum sacrum Concilium Constantiense regulare dicti domini mei firmiter credunt, & propterea ipsum sacrum Concilium in errore (quod absit) aut tamquam justitiam in ipso denegare per quemquam asserere, foret ipsum Spiritum sanctum repre- E hendere, quod absurdum nimium censetur; verumtamen quia prædicti domini varidica relatione didicerunt, quod præfatum sacrum Constantiense Concilium in causa hujusmodi supradictæ ecclesiæ Argentinensis in præmissis compatiens, nonnullis dominis prælatis atque doctoribus sexdecim in numero, videlicet de quatuor nationibus quatuor deputaverunt, qui causam hujusmodi audiendam & cognoscendam usque ad sententiam diffinitivam exclusive habuerunt potestatem. Qui quidem etiam domini sexdecim commissarii de præsenti interesse deliberaverunt, & concluserunt in hunc modum, videlicet. In primis applicando jura ad ea quæ facta sunt in materia, discussoque prius an super charactere clericali vel ordinis ecclesiastici sacri vel non sa-

g Al. *Zabern*.
h Ms. *Salzbach*, al. *Saltzbach*.
i Ms. *in Elevvangen*, & *Christianum de Erpel*.
k Forte, *pertinet*.

ANNO CHRISTI 1416.

eri electi Argentinensis ex^cipientes in sua exceptione perseverant, sit ante omnia pronunciaodum; & utrum ab hujusmodi exceptionibus excipientes sint rapellendi, diversis considerationibus ad evitandum multa inconvenientia ex consisteteibus in præfata resultantia, ad faciliorem expeditionem causæ sine suspicione, & vitare habeant scandala, & pericula imminentia evitent: avisando deliberarunt primo, quod causa hujusmodi tam pro electo, quam contra eum, capitulum & communitatem Argentinensem, cunt dependentiis, emergentiis, incidentiis, & connexis, committatur aliquibus judicibus per Concilium cum plena potestate in forma juris tractanda in Basilea, vel in alio loco insigni extra Constantiam, & Argentinensem civitates, ex causa, usque ad sententiam exclusive. Et cum ex officio nobili per inquisitionem, quam mercenarie procedendo plenarie processu instructo, & incluso assignata die ipsi electo, & aliis, quibus fuerit, & videbitur assignanda Constantiæ ad comparendum personaliter, vel peremptorie secundum exigentiam casus, vel materiæ coram Concilio audituris relationes, processus, & ipsius exhibitionem. Postmodum judicandum pro ipsius Concilii deliberatione. Item advisando deliberaverunt, quod ante omnia deberent judicem monere, & requirere capitulum & communitatem Argentinensem, ut dictum electum deliberent & relaxent in manibus judicum deputandorum nomine Concilii, & hoc sub pœna excommunicationis in singulares personas, & interdicti in capitulum, & civitatem, & in eorum territoriis, & dominiis, & aliis pœnis tam juris, quam aliis, de quibus videbitur eis, quas ipsi possint, debeant, & teneantur declarare casu quo non fuerit & processus factus contra particulares culpabiles. Item, advisando deliberaverunt, quod electo deliberato, & in eorum manibus reposito, immediate in eodem loco existentes debeant inducere, requirere, & monere, maxime dicti electi consensu interveniente, ut castrum Tzebern & oppidum Boire detinentes debeant relaxare & remittere pure & libere in potestate & custodia dictorum judicum nomine dicti Concilii, & hoc sine stipendiis, aut expensis restitutionis; & hoc per consimiles censuras, & interdicta, aut consimiles declarationes & privationes feudorum, & aliarum pœnarum, de quibus eis videbitur. Item, advisando deliberaverunt, quod castrum & oppidum hujusmodi debeant dari & committi custodia alicui non suspecto, & fideli, habita deliberatione cum ipso electo, & aliis, de quibus videbitur, & quod ultra redditus annuos dictorum castri & oppidi pro custodia expendi non possint, nec debeant, nec etiam tantum, si pro minoribus expensis fieri possit. Et quod pro stipendiis suis, vel expensis, quocumque casu dato fortuito, vel alio, non possit nec debeat differre expeditionem & traditionem castri & oppidi prædictorum, ad decretum & beneplacitum Concilii, vel specialiter ad hoc deputatorum; & de hoc debeant recipi instrumenta, & obligationes & hypothecationes, & aliæ securitates possibiles. Item, advisando deliberaverunt, quod qui castri & oppidi prædictorum custodiam habebunt, debeant & teneantur jurare, & promittere non offendere capitulum, vel communitatem Argentinensem, & eis debeat fieri inhibitio, & similiter illis de capitulo, & communitati Argentinensi sub pœnis formidabilibus, donec per Concilium vel suam auctoritatem aliud super hoc fuerit ordinatum. Et quatenus post prædictam liberationem, & etiam ante, iidem domini sexdecim domini deputati requisiti fuissent, & cum instantia ab eis petitum fuisset, quod indemnitati ecclesiæ prædictæ, maxime circa oppidum prædictum providerent; & si providissent, quod nondum apparuit, prædictos dominos decanum, canonicos, & capitulum de hoc certificarent, cum iidem domini tunc essent, & fuissent parati præfatum Wilhelmum relaxare, præstita per ipsum sola juratoria cautione de stando, & parando juri coram prædictis dominis deputatis, & sacro Concilio, & quod etiam ipsi parator se sæpe obtulerunt. Prædicti etiam domini deputati indemnitati hujusmodi saltem tacite, & pertranseundo se deliberationem, quam facere intendebant circa præmissa fecisse asserebant; dictos tamen appellantes de provisione indemnitatis hujusmodi certificare non curantes; cumque & iidem domini deputati in causa hujusmodi juxta eis per prædictum sacrum Concilium commissa procedere intendissent; aliqui tamen pauci numero partiales prælati a sancto recedentes, ut prædicitur, seque pro rectoribus & magistris magnis inter stantes dominos ibidem in eodem spiritu congregatos, tamquam principales gubernatores reputantes, mittentes falcem in messem alienam, in angulis, & non in publico particulares fecisse dicuntur in causa hujusmodi deliberationes, a jure quasi penitus devias, & exorbitantes: licet super hoc a prædicto sacro Concilio nihil penitus habuissent in mandatis, saltem sic deliberandi: qui etiam omnibus & singulis per prædictos sexdecim deputatos deliberationibus & conclusionibus contradixisse, & contrarium fecisse comprobantur, ut res (proh dolor!) docuit, & hodie docet exitus. Et licet idem Spiritus sanctus per organum prophetæ David locutus fuit, sic inquiens: *Recte judicate, filii hominum*: quod etiam judicium non immerito ipse idem Spiritus sanctus in prædicto sacro Concilio procul dubio fieri semper voluit, atque hodie vult; machinatione, partialitate, exorbitantiis, & particularibus deliberationibus iniquis & injustis personarum quarumcumque non obstantibus quibuscumque: quædam tamen prætensa bulla, sive littera sacri Concilii partialiter, & absque prædictorum sexdecim deputatorum, quin immo præter & absque * militaris quatuor nationum prædicti sacri Concilii scitum, consensum, voluntatem, & mandatum, cameraliter & angulariter contra omnem juris formam & debitum rationis, etiam subjective & subreptitie contra præfator dominos meos, etiam nescitur ad cujus instantiam emanata esse dicitur. In qua de omnibus, & singulis oblationibus, requisitionibus, exhortationibus dicto sacro Concilio per dictos dominos meos factis, nec non de alienationibus, desolationibus, destructionibus, periculis, exterminiis, & aliis suprascriptis dilapidationibus per dictum dominum Wilhelmum venerabili ecclesiæ Argentinensi prædictæ factis, atque præstitis, nulla penitus mentio facta apparet. Quinimmo per eamdem prætensam bullam exorbitationis prædicti domini mei per edictum per modum monitionis requiri dicuntur, quatenus infra duodecim dies post lectionem, publicationem, & affixionem ejusdem prætensæ bullæ in ceteris ecclesiis, & locis ibidem expressis factas, prædictum Wilhelmum assertum electum, necnon cantorem ecclesiæ prædictæ cum eorum familia, absque quolibet contradictionis obstaculo, plenarie in manibus dicti sacri Concilii, seu commissariorum ab eodem sacro Concilio ad hoc libere restituerent, ipsisque ablata restituerent, & restitui facerent; vel de ipsis, si non exstent, satisfacerent, vel satisfieri procurarent competenter; sub excommunicationis, & interdicti, & aliis sententiis, & censuris, & pœnis. Quod si forsan hujusmodi monitionibus, & requisitionibus in dicto termino comparere contempserint, infra alios duodecim dies domini Hugelmannus decanus, Fredericus de Zolre, necnon a Rolinus Bauphitiniock Ulricus Los, & Michael Melbruge personaliter in eorum propriis personis, & alii domini canonici, & capitulum, omnes legitime comparerent Constantiæ in loco sessionis ad videndum & audiendum se declarari in censuras & pœnas tam juris, quam sacri Concilii prædicti incidisse. Certificando nihilominus omnes & singulos dominos supradictos, & eorum quemlibet, quod sive hujusmodi monitionibus & monitioni parere & obedire in præfatis terminis comparere curarent, sive non, ipsa nihilominus sancta Synodus ad omnia & singula præmissa, & alia juris remedia in præmissis opportuna quomodolibet procederet. Quæ utique ab ipsa sancta Synodo processisse misericorditer b creduntur, sed potius temeraliter, partialiter, atque furtive sancta Synodo penitus ignorante extorta præsumuntur: maxime ex eo, & pro eo, quia quod Gaspar de Perusio, qui semper atque frequenter prædictos dominos meos in prædicto sacro Concilio & in nationibus nequiter & mendose tanquam advocatus diffamando prædictam prætensam bullam, prætensatum consensum & voluntatem dicti sacri Concilii, & ipsarum quatuor nationum, non per cancellariam, sed angulariter, & cameraliter expedivisse comprobatur, pecunia, & muneribus corruptus, dictum sacrum Concilium vituperando, & scandalizando. Nam in eodem prætenso monitorio inter cetera continetur, quod dicti domini decanus, & capitulum eidem VVilhelmo debitam obedientiam promiserant, & præ-

a MS. *Rellinus de Barpheniug, Ulricus Goss.* &c.

b Forte, *non creduntur.*

ANNO CHRISTI 1416.

præstiterant, quod omni caret veritate. Quia immo idem VVilhelmue eisdem decano, & capitulo solamne præstitit juramentum de non alienando bona ecclesiæ prædictæ, eoius tamen contrarium fecit, perjurium incorrendo. Etiam non attendens eadem Synodus, quod præfatus cantor fuit & est de jurisdictione dictorum dominorum decani, & capituli: quodque etiam de consuetudine legitime præscripta correctio, & punitio dictorum canonicorum dictæ ecclesiæ Argentinæ dalinquentium, & etiam arrestatio & detentio eorumdem ad eosdem decanum & capitulum spectavit & pertinuit, quodque etiamsi apparere posset eumdem cantorem & canonicum per decanum & capitulum prædictos fuisse captum; quod hujusmodi captura rita & legitime ipsius cantoris & canonici demeritis exigentibus facta fuit & est: præsertim ex eo, & pro eo, quia idem cantor, ut laicus sine habitu & tonsura claricalibus, io armis equitando semper B incessit; quodque etiam juxta juramentum per eum præstitum decano præfato obedire sæpe recusavit, & contra juramentum suum veniendo, capitulum ejusdem ecclesiæ rebus & bonis suis vi & manu armata spoliavit, & sæpiuedebellare & prædari studuit. Eosdem etiam decanum & capitulum ad indebitas exactiones, spreto judicio & foro, atque jurisdictione spirituali, nec justitia in foro ecclesiastico contentari voluit; sed eosdem exauctorare, & deprædari ad suæ libitum voluntatis, & quamplura alia enormia contra juramentum fidelitatis & obedientiæ commisit, & perpetravit: non attendens etiam ipsa sancta Synodus, quod præfatus VVilhelmus prætensus electus non fuit, neque est in aliquo etiam clericaliter, vel minori ordine constitutus; quodque tanquam purus laicus armatus sæpe accessit sine aliqua tonsura, quodque etiam tempore suæ arrestationis sic repertus C fuit, & sic etiam ejusdem correctionem & punitionem ad præfatos dominos magistrum officiorum, rectores, officiales dictæ civitatis Argentinensis *a* non est dubium. Quodque ad dictum sacrum Concilium de excessibus laicorum non spectat agnoscere, & præsertim de axcessibue in dicta civitate Argentinensi, & eius districtu per dictum Wilhelmum de *b* Dusl commissis & perpetratis, inhibendo, mandando, vel alias qualitercumque disponendo. Et licet prædictum prætensum monasterium prætet scitum, consensum, voluntatem, atque mandatum dicti sacri Concilii, & contra juris & styli curiæ Romanæ formam emanasse credatur, eiqua eriam tanquam nullo, & a jure communi exorbitanti; necnon surreptitie, & obreptitie extorto, fides aliqua non fuisset neque esset adhibenda; sibique minime parendum neque obtemperandum per dictos dominos monitos, ut dicitur, atque citatos: D quamvis de facto, & quamvis etiam in prætensa forma dicti prætensi monitorii teneatur expresse, quod dictum prætensum monitorium per edictum foret publice in Romana curia, in partibus circumvicinis affigandum; nihilominus tamen prætensa forma bujusmodi in exsequendo minime servata esse dicitur: maxime cum originalis prætensa bulla hujusmodi reperiatur io aliquo locorum edicti hujusmodi extra Romanaus curiam fuisse in valvis ecclesiarum, ut moris est & juris, affixa. Et licet præfatus dominus Gaspar de Perusio advocatus dictæ partis adversæ auper coram omnibus dominis deputatis quatuor nationum bujus sacri Concilii, in causa hujusmodi pro audientia illustris principis domini comitis de Wirtemberge, necnoa Basiliensis, & Constanriensis civitatum, necnoa *c* Berneg Triercensis, Scaphnensis, Lurarnensis, Werlingensis, Revensporgensis, Revvilensis, E Hudavvinensis, Phulemorsensis, & Silvigensis oppidorum imperialium ambaxiatoribus danda a domo fratrum Minorum Constantiæ congregatis expresse postulassent, & petivissent, quemadmodum etiam sæpe & sæpius pro parte dictorum dominorum decani, canonicorum, & capituli petitum, & postulatum fuit; quatenus ad sacrum generale Concilium indemnitati ecclesiæ Argentinæ prædictæ provideretur: prædictique etiam ambaxiatores coram eisdem dominis deputatis & a sacro Concilio etiam cum instantia postulassent, quatenus reverendissimæ paternitates, & hoc sacrum Concilium intuitu Dei, & etiam propter bonum pacis & concordiæ, ac pro utilitate & statu reipublicæ, & totius patriæ, terminum monitorii prædicti, necnon salvumconductum aisdem dominis decano, canonicis, & capitulo, ac magistro of-

a Deest, *pertinere*.

b Mss. *Drist*.

c Mss. *Bernensis*, *Churecensis*, *Rotwylensis*, *Lindaviensis*, *Pfulendorfensis*, & *Ysnigensis oppidorum*, *Impl. Bernensis*, *Sasfucensis*, *Lucernensis*, *Uberlingensis*, *Ravensburgensis*, *oppidorum*.

A ficiorum, consulibus, & proconsulibus dictæ civitatis Argentinensis per idem Concilium datum & concessum ad modicum temporis, videlicet terminum quindecim dierum proxime futurorum, prorogare dignarentur: attento maxime quod iidem domini ambaxiatores mediante auxilio & consilio ejusdem sacri Concilii sperabant inter partes hujusmodi se taliter interponere, & amicabilitar tractare, quod causa hujusmodi absque magnis periculis concordaretur, & tarminaretur; nihilominus tamen prædictæ reverendissimæ paternitates, seu saltem præfati domini deputati reverendissimorum dominorum S. R. E. cardinalium consensu, nec non votis nationum hujus sacri Concilii, ut creditur, minime super hoc auditis, neque receptis, petitionem prædictam expresse, seu saltem admittere recusaverunt. Et dictæ reverendissimæ paternitates (cum benigna semper supportatione earum re- B verendarum paternitatum loquendo) ut dicitur, de prædictis non ignari, aliasque aliter & de facto in causa hujusmodi procedentes ad exsecutionem prætensi monitorii, nec non pœnarum & censurarum prætensarum declarationem, contra eosdem dominos meos monitos atque citatos procedere aituntur. Quia prædicta omnia, & singula fuerunt, & sunt vera, publica, & notoria: dictique etiam domini, & capitulum, necnon procurator & syndicus, nominibus quibus supra, & hodie sunt probare parati, & se ad probandum prædicta, si necesse fuerit, admitti petunt, & quilibet ipsorum petit, in quantum onus probandi prædicta sibi incumbit, de quo etiam protastatur. Ideo procurator præfatus, nominibus quibus supra, sentiens se, & dominos suos, & jura ipsorum per prædicta omnia, & singula, & eorum quemlibet fore læsos, et læsa; timensque in posterum se ab ais- C dem dominis prælatis et deputatis sacri Concilii tanquam male informatis, et a prædictis particularibue, deliberationibus, et a prætenso prædicto iniquo, nulloque et invalido monitorio, necnon et prætensis pœnis et censuris in eodem contentis, et a singulis membris et capitulis in ipso expressatis, necnon atiam a dicta prætensa iniqua et injusta exsecutione, et etiam a dictorum petitionis, et instantiæ non admissione, et non exauditione, et a prædicta prætenso processu, prædictæque venerabilis ecclesiæ Argentinensis irrecuperabiliter damnificatione, prædictorumque oppidi Trabern, et castri Boir alienatione, et prædicti comitis Bernardi eorumdem occupatoris tali, quali collectione, ipsiusque comitis expulsione, denegatione, et ab omnibus, et singulis aliis gravaminibus, quæ ex præmissis et actis causæ hujusmodi dari possent, et quæ ad appellandum sufficiunt, tam conjunctim, quam divisim, D non tamen a prioribus appellationibus in causa hujusmodi interpositis recedendo, ad sanctam sedem Apostolicam, et ad sacrum generale Concilium Constantiense melius informandum, et ad futurum summum Pontificem, auctore Deo, per ipsum sacrum Concilium eligendum, in iis scriptis dictis nominibus provocat, et appellat, et appellaus petit primo, secundo, at tertio instanter, instantius, et instantissime sibi dari, at exhiberi; subjiciens, et dictos dominos suos, at eorum quemliber, atque jura, et bona ipsorum, eisque adhærentium protectioni et tuitioni sedis Apostolicæ et hujus sacri Concilii. Protestans solemniter, et expresse, quod hujusmodi appellatione pendente, nihil penitus contra dictos dominos suos attentari, seu innovari, quodque etiam hujusmodi appellationem vult, et intendit prosequi, et fine debito tarminare loco et tempore opportunis: et quod etiam E præsentem appellationem possit et valeat corrigere et emendara, atque addere, et diminuere, et alias protestatur, ut fuit at est juris, atque moris, et styli sacri palatii Apostolici causarum curiæ Romanæ: requirens vos dominos notarios publicos infrascriptos ut de præmissis omnibus et singulis conficiatis unum, vel plura, publicum, seu publica, et tot quot necessaria fuerint, instrumentum, seu instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Acta fuerunt hæc in majori ecclesia Constantiensi sub anno, die, et mense, quibus supra: præsentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Ludovico episcopo Bangaransi, et venerabili ac provido viro magistro Joanne de Breda in medicinis licentiato, et Petro *d* Annoti sacri palatii Apostolici testibus ad præmissa vocatis specialiter, et rogatis.

d Mss. *Amilli*.

Joannes Vener notarius ad præmissa.

Tenor vero cujusdam Bullæ canonizationis trium sanctorum in Svvecia sequitur, & est talis.

Sacrosancta, & generalis Synodus Constantiensis, venerabilibus fratribus Asloensi, Abonensi, & Vexionensi episcopis salutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipurensi.

FElix prorsus & ineffabilis est sanctorum gloria, potestas insuperabilis, incomparabilis pulcritudo, & beatitudo perennis. Non delebitur memoria eorum de libro vitæ, sed apud omnes generationes nomen eorum perseverabit, in gloria reverebitur, & celebrabitur omne per ævum. Unde licet militans in terris ecclesia triumphantem in cælestibus ecclesiam filiali & devoto veneraretur affectu, virtutesque sanctorum, ejus laudes & præmia, quantum finit humana fragilitas, dignissimis commendat & attollit præconiorum titulis, & cum devotissimis precibus, & ritu solemni, vota, oblationes, & sacrificia laudis offert ad decus & venerationem civium supernorum: nihil tamen per nostras laudes, nihil per sacrificia, & oblationes eis accrescit novæ perfectionis aut gloriæ, nec eorum plena & perfecta felicitas nostris operibus, vel obsequioso famulatu minui potest, vel augeri; cum per se sufficiens sit status eorum, omnique bonorum aggregatione perfectus. Sed misericors & miserator Dominus per merita, & intercessiones sanctorum, quos celebri devotione adoramus in terris, sua mirabili & clementissima dignatione nostrum imperfectum suppleri providit: ut quod nostris precibus non valemus, eorum suffragantibus meritis assequamur. Quod cum crebrescentibus miraculorum virtutibus nobis per successus temporis variæ fiant dispositionis divinæ revelationes sanctorum, ut in celebri memoria cum summa veneratione perpetuis temporibus habeantur a nobis, non ad eorum, sed ad nostram profecto cedit utilitatem & salutem. *a* Et dum gesta præclara & virtutes eorum recolimus, patrocinia sentiamus: utcumque tenta refrigescerit caritas multorum, & superabundaverit malitia, minusque digni fuerimus Deum precibus alloqui, & in conspectu illius comparere, sanctos habemus mediatores propitios; quorum meritis præclaris valeat Altissimus, ac desideratam nobis suæ propitiationis abundantiam tot multiplicatis intercessoribus dignissimis largiri dignetur. Quapropter ad imitationem & exemplar sanctorum patrum, qui pro salute degentium adhuc in terris dignæ venerationi & legitimæ canonizationi sanctorum dudum summis & devotissimis studiis operam dedisse leguntur; Nos qui pro unione sanctæ matris ecclesiæ, & procurandum promovendumque *b* omnibus prosperitatem religionis Christianæ, & communem omnium mortalium utilitatem & salutem concernere possent & augere, speciali, ut pie credimus, providentia Dei in suo nomine congregati sumus in unum: omnipotenti Deo gratissimum, & toti ecclesiæ saluberrimum esse censemus, ut inter cetera, quæ communi saluti fidelium excogitare, quantum datur ex alto, promoveri conamur; illis etiam vigilanter intendimus religiosis operibus, quibus legitima canonizatione sanctorum, ut ipsi sint in omni cognitione & veneratione solemni, devotionem plebis augere per benevolentiam, & gratiam præveniam sanctorum, & per ipsos divinam clementiam nobis mercari possimus; & iis præsertim diebus necessitatis, & tribulationis ecclesiæ, quibus (proh dolor!) Deus omnia sub peccato conclusisse, & totus orbis in maligno positus esse videtur, omnisque caro, nec jam caro, sed omnis omnem corrupisse viam suam, suam intentionem, suam & operationem. Et cum ad manifestandum populis gloriam sanctorum suorum & dignitatem sublimem, antiqua prodigiorum signa & virtutes miraculorum renovaverit Altissimus, corda simul & mentes moveat fidelium, mundet ab omni contagione peccati, & virtutum gratiarumque donis adornet, ne deinceps patiatur ecclesiam proprio & martyrum sanguine consecratam, beatorumque confessorum & virginum ædificatam meritis, tantis schismatum & errorum periculis subjacere, & tot ubique fœdari spurcitiis & abominationibus vitiorum. Cum igitur pro parte carissimi ecclesiæ filii Errici Svveciæ, Daniæ, Norvegiæ regis illustris, & venerabilium fratrum Upsalensis Lundensis, & Nidrosiensis archiepiscoporum necnon suffraganeorum episcoporum provinciæ Upsalensis, ac quorumdam capitulorum, & conventuum, ecclesiarum, & monasteriorum, necnon procerum, & nobilium, ac communitatum quarumdam civitatum regni Svveciæ, juxta seriem quarumdam litterarum per regem, archiepiscopos, episcopos, capitula, conventus, nobiles, & communitates hujusmodi, Balthassari tunc Joanni Papæ XXIII. ante ejus depositionem a papatu, suis exigentibus demeritis per nos rite factam, super hoc specialiter directarum coram nobis post depositionem eamdem, cum ipsæ litteræ dicto Balthassari, dum adhuc præesset papatui, non fuissent præsentatæ, sit expositum; Quod celebris & recolendæ memoriæ Nicolaus Lincopensis, *c* Brunulphus Scalensis episcopi, & Nigridis monialis monasterii monialium Oleroviagensium ordinis sancti Augustini sub cura & secundum instituta fratrum Prædicatorum viventium Lincopensis diœcesis, dum in hujus ærumnosæ peregrinationis exsilio mortali vita potirentur, non humanis favoribus obsequi, sed puro corde sinceraque mente divinis oculis complacere studuerunt: & per austeritatem jugis pœnitentiæ corpus arctius suo spiritui servire cogentes, lubricas carnis contempserunt illecebras, declinaverunt a voluptatibus, pudicitiæ conjuncti sunt, & spreta fugaci fallacique gloria mundi, per devotæ orationis exercitium & laudabilium virtutum opera, summo judici Deo famulatum impendere, & sibi ipsis & aliis ad æternæ vitæ merita proficere conati sunt indefesse, verbis pariter & factis abundare; quibus re & conversatione se pios, prudentes, & humiles, sobrios, & castos erga Deum summa veneratione, devotos vero erga pauperes & loca pia, caritate non fictis largifluos, constantes in fide sacra, spe plenos, & aliis virtutibus claros esse comprobaverunt, propter quod mirabilis Deus in sanctis suis, & faciens mirabilia magna solus, pro gloria eorumdem Nicolai, *d* Brunulphi, & Nigridis merita, tam ipsius in humanis agentibus, quam etiam post eorum felicem transitum ex hac luce, in variis locis Sweciæ, diversisque temporibus, plurima mirabilia dignatus fuerit operari. Quamobrem pro parte regis & aliorum sic exponentium prædictorum nobis fuit supplicatum, ut aliquibus, ex S.R.E. cardinalibus, & aliis prælatis in hoc sacro Constantiensi Concilio existentibus, de fide, vita, & meritis præfatorum Nicolai, Brunulphi, & Nigridis de hujusmodi miraculis informaretur; & ea quæ per hujusmodi reperirent informationem, nobis referre curarent; ut deinceps sufficientibus & exquisitis meritis ad hoc suffragantibus, ipsi Nicolaus, Brunulphus, & Nigridis aliorum sanctorum catalogo adscribi & aggregari possent, committere dignaremur. Nos ad eorumdem regis, & exponentium, & supplicantium devotam instantiam devotissimis ecclesiæ filiis Petro tituli sancti Grisogoni alias dicto Cameracensi presbytero, & Oddoni tituli sancti Georgii ad velum aureum diacono ejusdem ecclesiæ cardinalibus, ac venerabili fratri Jacobo Laudensi episcopo, necnon dilectis ecclesiæ filiis Joanni de Gersono cancellario ecclesiæ Parisiensis, Lamberto de Gelria, Petro de Pulia, Wilhelmo *e* Khuir, & Joanni Boltvval in sacra theologia professoribus, in dicto Concilio præsentibus, vivæ vocis oraculo commisimus, ut litteris authenticis, necnon libellis, & instrumentis publicis per regem & alios exponentes prædictos super hoc destinatis per eos visis & examinatis, & super præmissis omnibus & singulis se diligenter informarent, & ea quæ per eamdem reperirent informationem, nobis fideliter referre curarent. Qui quidem commissarii procuratoribus regis, & aliorum exponentium præfatorum negotium hujusmodi prosequentibus: eisdem litteris, libellis, & instrumentis publicis per eos diligenter visis & examinatis, nobisque per ea, quæ exinde repererunt, apparebat de vita & meritis, necnon de fama & devotione populi, & miraculis tam in vita quam post mortem eorumdem Nicolai, Brumulphi, & Nigridis, quæ ipse Deus ad ipsorum preces, ut credebatur, operatus fuerat, & in dies operatur, seriosius retulerunt. Nos igitur attendentes, quod de fama prædictorum, ac populi devotione, necnon de vita, & meritis dictorum Nicolai, Brumulphi, & Nigridis, et miraculis supradictis per hujusmodi informationem receptam plene loqui non potest; ac etiam considera-

a Forte, Ut dum .... & mox, usque sentia.

b Forte, omnibus modis, qua prosperitatem.

c Mss. Brunulphus Siarensis.

d Mss. hic & inferius, Brunulphi.

e Mss. Klin.

siderantes, quod ecclesiæ militanti difficillimum redditur agnoscere spiritum clarificantem in ecclesia triumphanti; & quod propterea expediens videtur in talibus ea gravitate procedi, qua ipsa non decipiatur ecclesia militans, & virtutum... justitia non lædatur, sed in re tanta cum abundantiori cautela & majori maturitate procedatur. Quapropter cum pro parte regis, & aliorum exponentium præfatorum nobis cum omni instantia & debita reverentia fuerit supplicatum, ut cum ipsis præmissa probandi incumbat necessitas, & testes ad præsens in humanis agentes, per quorum depositiones probationes ipsæ fieri posse sperantur; seu eorum aliqui, si (quod absit) hujusmodi executionem nimium contingeret protelari, interim de medio possent submoveri, in negotio ipso absque moræ dispendio ad ulteriora procedere dignaremur. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitatibus vestris, de quibus in iis & aliis gerimus in Domino fiduciam specialem, per nostra scripta committimus & mandamus, quatenus ad loca, in quibus præfati Nicolaus, Brunulphus, & Nigridis fuerunt, dum in humanis agerent, conversati, & illa ubi eorum corpora quiescunt, personaliter accedentes, de fama præmissorum, ac devotione populi, vitaque & meritis ante dictis, & miraculorum hujusmodi crebrescentia, veritateque & eorum circumstantiis universis, juxta datam vobis a Deo prudentiam a testibus dein, quantum humana sinit fragilitas, exceptionibus majoribus exactis, diligenter, fideliter, & prudenter, secundum articulos, & interrogatoria, quæ sub bulla nostra vobis mittimus interclusa, inquiratis perpensius veritatem. Super quibus universis & singulis præmissis vestras conscientias oneramus, testesque hujusmodi, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. ac de una & duabus dietatibus in Concilio generali, quam aliis constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscumque; seu si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quidquid autem per hujusmodi inquisitiones inveneritis in præmissis, nobis, vel futuro summo Pontifici per litteras patentes eorum seriem continentes manibus plurimorum tabellionum bonæ famæ conscriptas, vestrisque sigillis munitas quantocitius intimare fideliter curetis; ut hujusmodi vestra informatione instructi, vel idem summus Pontifex instructus, in præmissis consultius procedere valeamus, vel futurus Pontifex valeat antedictis ad Dei & sanctorum ejus gloriam, ædificationem ecclesiæ, & animarum salutem. Datum, &c.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

Sessio publica sine solemnitatibus die 30. Aprilis.

Die Jovis ultima mensis Aprilis, Constantiæ in ecclesia majori, in loco sessionis mane hora tertiarum, deputata fuit per Synodum Constantiensem, tenta, & habita congregatio generalis sine solemnitatibus officiorum & litaniarum fieri consuetis in publicis sessionibus: & hoc propter ambaxiatores regis Arragonum, qui non vocabant Constantiense Concilium apud se, sed congregationem generalem. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, domino Angelo episcopo Prænestino Laudensi vulgariter, Antonio Aquilegiensi, Almanno Pisano, Petro Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi presbyteris, Lucido de comitibus, Francisco Florentino diaconis cardinalibus. In qua quidem congregatione de mandato & voluntate ipsius congregationis Synodum Constantiensem repræsentantis, ascendit ambonem, super quo edicta & decreta publicantur & denunciantur, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Jacobus episcopus Laudensis de ordine fratrum Prædicatorum: & fecit quemdam sermonem de morte sanctissimi principis domini Ferdinandi Arragonum regis, & de assumptione per regni incolas domini Alphonsi ejus filii in regem Arragonum: commemorando claræ memoriæ eumdem dominum Ferdinandum de gestis tempore vitæ suæ per eum erga unionem ecclesiæ Dei habitis, & approbatione capitulorum per dominum Alphonsum nunc susceptum in regem facta initorum per ipsum regem Arragonum ex una, & serenissimum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, & ambaxiatores & nuncios hujus sacri Concilii in Perpiniano, parte ex altera. Qua collatione sic breviter facta, ascendit eumdem locum sive ambonem venerabilis vir Gasper de Perusio advocatus sacri Concilii Constantiensis, & secretarius dicti Concilii Constantiensis: & de simili mandato legebat quamdam litteram missivam Concilio præfato per venerabilem virum dominum Joannem de Opizis decretorum doctorem sacri palatii Apostolici causarum auditorem, nuncium, & ambaxiatorem Concilii Constantiensis missam; in qua continebantur gesta per eum in regno Arragonum. Factis istis, fuit quasi similis littera Concilio per venerabiles & circumspectos viros dominos Ottobonum utriusque juris doctorem, Lambertum de Stipite decretorum doctorem, & Petrum de *a* Willa archidiaconum Albiensem nuncios antedicti Concilii missa per ipsos super gestis eorum in regno Castellæ, ac Fuxi, & Arimniaci comitatibus. Quibus litteris lectis, venerabilis & circumspectus vir dominus Antonius generalis ordinis sanctæ M. de Mercede ambaxiator & nuncius præfati domini regis Ferdinandi, & similiter ut episcopus Laudensis fecit unum sermonem lamentando mortem domini regis sui Ferdinandi prædicti.

Quo completo levaverunt se in medio venerabiles viri domini Henricus de Pito, & Joannes de Scribanis dixit, quod sicut alias petivisset declarari incidisse pœnas in monitorio contentas personas & dominos nominatos, & tunc procurator capituli Argentinensis ab ipso monitorio appellasset. Quapropter petiit parti adversæ, videlicet capitulo dari Apostolos super dicta sua appellatione, & ulterius declarari dictos in monitorio nominatos incidisse pœnas in eo contentas. Henricus vero *b* Bwe procurator capituli ex adverso ibidem præsens, dixit ipsum appellasse a gravamine parti suæ illato: quapropter petiit appellationem suam admitti, & sibi dari Apostolos reverentiales cum omni reverentia, qua potuit, per eamdem Synodum Constantiensem sibi dari, & concedi postulavit; & in casu, quo gravamen fieret, protestatus fuit de nullitate ipsius monitorii, & totius processus. Quibus auditis, surrexit reverendissimus pater dominus patriarcha Antiochenus, & petiit a toto Concilio, sive congregatione, si placeret, quod darentur Apostoli super appellatione prædicta juxta deliberationem deputatorum, quod respondeatur per verbum, *Placet*. Tunc ipsa Synodus respondebat per suos deputatos ad hoc, videlicet Antonium episcopum Concordiensem nomine nationis Italicæ, Joannem episcopum Vaurensem nomine nationis Gallicanæ, Nicolaum episcopum Merseburgensem nomine nationis Germanicæ, Patricium episcopum Cortagensem nomine nationis Anglicanæ, & Angelum Laudensem nomine collegii cardinalium, per verbum, *Placet*. Quibus responsionibus factis, de mandato ipsius Concilii sive congregationis ascendit eumdem ambonem venerabilis & circumspectus vir dominus Joannes Abundi sacræ theologiæ & decretorum doctor, & de simili mandato quamdam schedulam papyream dationis Apostolorum legit. In qua schedula *c* Constancien... ipsi magistro Henrico Bwe procuratori appellationem & Apostolos petenti respondit, quod appellationi suæ tanquam frivolæ, & inani, ac frustratoriis & inanibus caussis interjectæ & interpositæ deferre non vellet, hanc suam responsionem per Apostolos refutatorios dedit atque concessit. Ardecinus vero de Novaria advocatus capituli petiit quod assignaretur terminus parti suæ, in quo comparere debeat ad allegandum caussam, quare non teneatur parere monitorio contra eum decreto. Et tunc dominus Joannes patriarcha Antiochenus, nomine & de mandato ipsius Concilii respondebat ad proxime per ipsum dominum Ardecinum proposita, ipsi Ardecino & parti suæ ad diem sabbati proxime futuram terminum præfixit & assignavit. Deinde & postremo fuit lecta una littera regis Francorum, in qua recommendavit caussam Concilio novem assertionum magistri Joannis Parvi, quod expediretur celeriter per viam juris.

Super

a Mss. *Trillia*.

b Mss. *Kruet*.

c Lege ex ms. *Constantiense Concilium ipsi*, &c.

ANNO CHRISTI 1416.

Super quibus omnibus & ſingulis Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro procuratores, nominibus quibus ſupra, ſibi petierunt a dominis protonotariis & notariis ad hæc deputatis, unum, vel plura, publicum, vel publica fieri inſtrumentum & inſtrumenta ad perpetuam memoriam.

Tenores dictarum ſchedulæ dationis Apoſtolorum, & litteræ miſſivæ regis Francorum.

CUm appellationibus frivolis nec juſtitia deferat, nec ſit a judice deferendum; & conſtat appellationem in cauſa monitorii cujuſdam per ſacroſanctam Synodum Conſtantienſem in cauſa Argentina, & quorumdam aliorum in Inſtrumento publico dictæ appellationis nominatorum interjectam, ſuper cauſis non veris & frivolis fundatam, attenta notorietate injuſtæ detentionis perſonæ venerabilis electi eccleſiæ Argentinenſis, quodque illa vera juſtitia ..... ſic de jure qualificata monitorium prædictum quod non eſt procedendum contra appellantes præfatos, ſi in termino compareant, & rationabilem cauſam, cur parere non debeant, proponant, & juſtificent: ſicque ſemper intellexit præfata Synodus dum dictum monitorium decrevit & expedivit: continetque eadem appellatio multa juri & rationi diſſona, ſicut ex tenore illius evidentius colligitur. Expropter dicta ſancta Synodus præfatam appellationem tanquam frivolam, fruſtratoriam, temerariam, & inanem, in materia & in forma peccantem non advertit, præſentem reſponſionem pro Apoſtolis refutatoriis concedendo, & pœnam temere appellantibus infligendam loco & tempore ſibi reſervando. Mandans, & præcipiens dictis appellantibus, ut ſi aliquam rationabilem cauſam habeant, quod dicto monitorio parere non debeant, teneantur illam in præſentiarum juxta aſſignationem alias eis factam proponant, ut C inde ad ulteriora procedatur, prout fuerit juris & rationis.

Congregatio Nationis Germanicæ in monaſterio Franciſcanorum eodem die Jovis, ult. Apr. An. 1416.

In cauſa Argentinenſi.

Ex MS. Brunſv.

EOdem die Jovis, poſt meridiem, natione Germanica in domo fratrum minorum loco ſuo ſolito congregata, inter alia, quæ ibidem tractata, narrata, aviſata, & deliberata fuerunt, fuit per providum virum Mag. Henricum Kuvvt, in Romana curia procuratorem, ac procuratorem, ut aſſeruit, venerabilium Dominorum virorum, Decani, Capituli, Canonicorum & aliarum perſonarum Eccleſiæ Argentinenſis, ceterorumque civium, in Monitorio, alias per Concilium contra partem ſuam, & ad inſtantiam procuratoris Domini Wilhelmi, Electi D Argentinenſis, decreto, dictum & propoſitum, ſe fuiſſe & eſſe procuratorem, & Syndicum prædictorum Dominorum. Sed ex quo hodie in congregatione generali fuiſſet ſibi illatus metus per Concilium, ex quo gereret & geſſiſſet procuratorem, & onus pro dictis Dominis ſuis: de cetero non vellet ſe intromittere de hujuſmodi procuratione. Idcirco, ut videatur, quod non valit eſſe voluntarius in hoc, ex nunc renunciavit officio, quoad dictam cauſam & conſtitutionem. Et proteſtatus fuit de cetero, ſine novo mandato, procurari, ſeu alicujus officii curam gerere, quoad præfatam cauſam. Et ſuper hoc petiit admiſſionem per nationem Germanicam.

Domini vero de natione dixerunt, eorum non intereſſe, reſpondere ad petita, & præmiſſa. Cum illud tangeret totam Synodum, & omnes nationes ſcire deberent, quid pertineret ad eum in materia hujuſmodi agere. E

Super quibus Mag. Henricus Kuvvt & Henricus de Piro, nomine, quo ſupra, petiit ſibi fieri per me Notarium publicum, ipſiuſque nationis ſcribam, unum vel plura, publicum & publica fieri inſtrumentum & inſtrumenta, ad dictamen ſapientis.

Præſentibus reverendiſſimis Patribus, Dominis Andrea, Archiepiſcopo Colocenſi, Andrea, Electo Poſnanienſi, Jacobo Plocenſi, Joanne Wormatienſi, Abbate Pegavienſe, aliiſque Epiſcopis, Abbatibus, Doctoribus, Ambaxiatoribus Dominorum Regum, Principum, Prælatorum, univerſitatum ſtudiorum, & ſuppoſitis ipſius nationis, in numero copioſo.

Gumpertus Fabri, Notarius.

A *Congregatio generalis in templo Cathedrali, die Sabbati, 2. Maj. An. 1416.*

In cauſa Argentinenſi, & Joannis Parvi, Duciſque Burgundiæ, & Joannis de Gerſono, Cancellarii Academiæ Pariſienſis.

Anno & indictione, quibus ſupra, die vero ſabbati, ſecunda die menſis Maji, fuit facta & tenta generalis congregatio per Synodum Conſtantienſem, in eccleſia majori Conſtantienſi prædicta, mane hora tertiarum, vel quaſi, qua publicæ ſeſſiones ipſius Synodi Conſtantienſis teneri & ſervari ſolent, ſuper reſponſione, Dominis de capitulo eccleſiæ Argentinenſis, & ſuis confodalibus, juxta præfixionem alias die ultima menſis Aprilis factam. Ex eod. MS.

Sed tamen, antequam aliquid in hujuſmodi materia B fieret, levavit ſe in medium reverendiſſimus in Chriſto pater, & Dominus, Dominus Martinus, Epiſcopus Atrebatenſis, Ambaxiator Domini Ducis Burgundiæ & propoſuit: Qualiter per venerabilem virum, Dominum Simonem de Taramo, ſacri Conſiſtorii, Concilii, ac Advocatum virorum, Dominorum Joannis de Gerſono, Cancellarii ſtudii Pariſienſis, & ſuorum ſociorum, quoad cauſam novem aſſertionum in Concilio introductam, fuiſſet ſatis notatus Dominus ſuus Dux, & ſiniſtre informaſſet Concilium & nationes. Et ad illud oſtendendum, nomine dicti Domini Ducis, replicavit contra dictum ipſius Domini Simonis ex Theologia. Sed quoad factum juris petiit Dominum Ardecinum de Novaria, ejuſdem palatii cauſarum Advocatum, ac partis ſuæ, videlicet dicti Ducis Burgundiæ Advocatum, qui certas excuſationes haberet dicere in publico, & jure, coram præſenti Synodo.

Quibus auditis, ſperaret dictum Dominum ſuum Ducem Burgundiæ eſſe innocentem & inſontem de ſibi per partem adverſam impoſitis.

Ex adverſo vero Domini, Joannes de Gerſono, Cancellarius Pariſienſis, una cum collegis ſuis, levarunt ſe, & petiverunt ſimilem audientiam ipſis dandam ſuper proponendis & replicandis contra dictum ipſius Domini Atrebatenſis.

Illis petitionibus hinc inde factis, & partibus clamoroſe inſtantibus, fuit facta una ſibilatio verborum & murmur per ſuppoſita Concilii: Ita, quod non potuit aliquis eorum quicquam proponere.

Et facto ſilentio de mandato Synodi, venerabilis & circumſpectus vir, Dominus Joannes Abundi, de mandato Concilii prorogavit terminum Capitulo Argentinenſi, & alteri parti, ad audiendum voluntatem Dominorum de Concilio ad diem Martis proximum.

Dominus Joannes Abundi, ſacræ Theologiæ & Decretorum doctor, de voluntate Synodi prædictæ aſcendit ambonem, & propoſuit nomine Concilii. Propter certa alia ardua negotia Synodus Conſtantienſis, aut deputati eorum, non potuerunt attendere ad dandam reſponſionem Capitulo Argentinenſi: Quapropter præfata ſancta Synodus dicto capitulo Argentinenſi ad audiendam reſponſionem ſuper eo, ſuper quo ipſis fuit aſſignata dies hodierna, ad diem Martis proxime futuram, quæ erit quinta menſis Maji præſentis, duxit prorogandum, atque prorogavit.

Super quibus Domini Joannes de Scribanis & Henricus de Piro, promotores prædicti, petierunt a Dominis Proto-Notariis & ceteris Notariis ipſius Concilii, unum vel plura fieri inſtrumentum & inſtrumenta.

Præſentibus ibidem reverendiſſimis in Chriſto patribus & Dominis, Joanne Oſtienſi, Angelo Præneſtino, Jordano Albanenſi, Epiſcopis, Antonio Bononienſi, Franciſco Venetiarum, Almanno Piſano, Branda Placentino, Petro Cameracenſi, Guillelmo S. Marci, Petro de Fuxis, presbyteris, Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Franciſco Florentino, Diaconis Cardinalibus, aliiſque Regum, Romanorum, Franciæ, Angliæ, Arragoniæ, Neapolitani, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, Sveciæ ac aliorum Principum, Prælatorum, Univerſitatum ſtudiorum, Ambaxiatoribus, & aliis ceteris Nobilibus, Prælatis, Doctoribus, & magiſtris, ipſam Conſtantienſem Synodum repræſentantibus, in numero copioſo, pro teſtibus rogatis, atque inſcriptis.

Con-

ANNO CHRISTI 1416.

Congr:gatio Deputatorum IV. Nationum in Monasterio Franciscanorum die Dominica, 3. Maji, A. 1416.

De Ernesti Ducis Austriæ studio in Concilium Const.

Ex Mf. Brunsvv. & Goth.

Die Dominica tertia, mensis Maji supradicti, Constantiæ in Refectorio fratrum minorum, in loco solito conventionis nationis Germanicæ, congregati ibidem Domini Præsidentes omnium nationum, videlicet Domini, Nicolaus, Episcopus Spoletanus pro Italica, Episcopus S. Flori pro Gallicam, Andreas Archiepiscopus Colocensis pro Germanica, & Robertus, Episcopus Sarisburiensis pro Anglicana, cum eorum deputatis, pro tempore, in numero xxxii. inter ipsos Archiepiscopos, episcopos & B Doctores ad infrascriptum actum audiendum convocati.

Inter quos levavis se venerabilis vir Dominus Nicolaus Estravv, Licentiatus in jure Canonico, Secretarius illustria Principis Ernesti Ducis Austriæ, recommendans dictum Dominum suum Ducem Constantiensi Concilio, & asserens (offerens) eum ad singula placita & honorem ipsius Concilii, tanquam filium obedientiæ: Et quandam litteram ereditivam, ipsius Ducis Ernesti sigillo munitam. Qua aperta & lecta, de voluntate ipsorum Dominorum Præsidentium, & deputatorum, idem Dominus Nicolaus exposuit, qualiter anno præsenti, idem Dux Ernestus visitans dominia sua, videlicet comitatus, Seyriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Tyrolis, & deveniens ad comitatum postremum Tyrolis, percepit ibidem magno cum dolore, illustrem Dominum Fridericum, Ducem Austriæ, fratrem suum, recessisse illicentiatum de C Concilio, nec non sine licentia & voluntate Serenissimi ac illustrissimi, & magnificorum Dominorum, Sigismundi Romanorum & Ungariæ &c. Regis Ludovici Comitis Palatini Rheni, & Ducis Bavariæ, nec non de Lupsen, & de Nellenberg, Comitum, gubernatorum Concilii, in absentia dicti Serenissimi Domini Romanorum & Ungariæ Regis, de quo non potuisset satis dolere: cum idem Dux Ernestus prædicto suo fratri sæpius per suas litteras scripsisset, quod nullo modo recedere deberet de Constantia illicentiatus, & nisi cum voluntate bona Concilii & Dominorum prædictorum, & si quid promisisset, adimplere debuisset. Qua propter eumdem Dominum Ducem Ernestum dixis moram teahere pro præsenti in Comitatu Tyrolis. Et si quid Concilium sibi mandare voluerit, in magno aut parvo, juxta ejus possibilitatem personæ, dominiorum suorum, offert, eum obedire debere, & velle, in omnibus, & per omnia, ut verus filius obe- D dientiæ Concilii Constantiensis, Regis Romanorum &c. & omnia facere, exercere, & operari, quæ cedant ad placitum, honorem, & commodum prædictorum, Concilii atque Regis, & alterius eorum.

Et supplicavit, quatenus prædicti Domini Præsidentes, & deputati, dignarentur operari, quod Concilium ipsi Duci Ernesto super hoc velit scribere, & sibi ad prædicta respondere.

Et concludendo adjunxit, quod idem Dux Ernestus recepisset per juramentum suum, quod nunquam fuit conscius de recessu fratris sui prædicti.

Et sic Domini Præsidentes nomine Concilii regratiati fuerunt de oblatione & bona intentione Ducis Ernesti prædicti, & quod vellent operari circa Concilium, quod detur sibi celeriter ad sua petita responsum. Et sic recessecuns hinc inde.

Generalis congregatio.

Die vero Martis quinta mensis Maji Constantiæ in ecclesia majori prædicta, mane hore terriarum, vel quasi, in loco sessionis fuit facta & tenta generalis congregatio, præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Ostiensi, Laudensi, Aquilegiensi, Pisano, Venetiarum, Cameracensi, Tricariensi, Placcotino, sancti Marci, Chalanen, de Fuxis presbyteris, de Columna, de Comite & Florentino diaconis cardinalibus, ceterisque, regum, principum, prælatorum, universitatis studiorum, & communitatum ambaxiatoribus, ceterisque A nobilibus, doctoribus, magistris, & suppositis ipsius Concilii in numero copioso. Inter cetera quæ ibidem acta atque gesta, venerabilis & circumspectus vir Joannes *a* Jarsonis cancellarius studii Parisiensis, universitatisque, levavit se in medium replicanda contra dicta alias, & in ultima congregatione per dominum episcopum Atrebatensem prolata atque exposita. Incepit narrare processus causæ hujusmodi: videlicet novem assertionum in hunc modum, videlicet: Quod in causa ventilata in curia Romana, & præsenti Concilio fuisset introducta ex parte regis Francorum, universitatisque Parisiensis, super & occasione novem assertionum adscriptarum quondam magistro Joanni Parvi earum auctori: quas assertiones dixit esse erroneas, piarum aurium offensivas, & alias in fide devias: & ibidem produxis & obtulis quemdam libellum in scriptis, cum quo probavit dictas novem assertiones; ponendo sea conclusiones contra easdem, quas dixit se velle probare ad mandatum Concilii, & ecclesiæ Romanæ: & ostendere clare illas assertiones esse erroneas: & in qua sua petitione petiit, quod darentur judices in causa appellationis in causa hujusmodi interposita, videlicet a commissariis Ursino, Florentino, & Aquilegiensi cardinalibus. His propositis per dictum cancellarium, levavit se in medium reverendus pater dominus Martinus episcopus Atrebatensis: & petiis terminum ad replicandum contra dicta & proposita ipsius domini Joannis de Jarsonis cancellarii: cum vellet replicare, & ostendere ea, quæ dicta essent per ipsum dominum Joannem cancellarium non esse, ut ipse asseruerat. Et taliter ostendere, quod speraret Concilium remanere contentum de relatis contra dominum Burgundiæ ducem. Auditis namque replicationibus C cancellarii, ejusque conclusione, & petitione domini Martini episcopi Atrebatensis, reverendissimus dominus Almannus cardinalis Pisanus surrexit, & resumpsit thema prepositum per dominum cancellarium Parisiensem, quod fuit: *Deus judicium tuum regi da, &c.* Inducens per verba sua, quod si partes hinc inde justitiam & judicium vellent, quod ponerent custodiam ori suo, & silentium tenerent; cum Concilium sanctaque Synodus essent intentionis velle ministrare unicuique judicium & justitiam. Silentioque facto inter partes hinc inde indicta congregatione, statim venerabilis vir magister Joannes de Scribanis promotor, & procurator Synodi Constantiensis proposuit; sicut in proxima sessione fuisset prorogatus terminus ad diem præsentem ad audiendam voluntatem Synodi super tunc petitis & propositis, & ad quos tunc temporis partibus hinc inde fuisset prorogatus, & capituli Argentinensis, & ejus adhærentium contumaciam ac- D cusavit: petensque per Synodum sanctam contentos in monitorio aliasque decanum & capitulum ecclesiæ Argentinensis, & eorum sequares, declarari incidisse in pœnas & sententias in eodem monitorio contentas. Petitione namque facta, levavis se in medium venerabilis, & circumspectus vir dominus Joannes Usk præpositus Quinqueecclesiensis: & de mandato, consensu, ac voluntate Synodi Constantiensis, sive congregationis prælibatæ, ascendit ambonem ipsius Concilii, ostendens quamdam litteram missivam sacræ Synodi per serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, & portatam per quemdam Henricum *b* Lansberg militem Bohemum.

Qua littera ad mandatum Synodi lecta per eumdem dominum præpositum Quinqueecclesiensem, fuit repertum, quod dictus dominus rex Romanorum petiit suspendi declarationem dictorum monitoriorum usque ad ejus E adventum ad civitatem Constantiæ, sive alium locum, ubi Concilium Constantiense forsan foret translatum. Qua littera lecta, de simili mandato idem dominus Joannes præpositus fecit unam proclamationem in hæc verba, vel similia: Si est aliquis nomine capituli atque civium Argentinensium, & aliorum nominatorum in monitorio decreto ad instantiam domini Wilhelmi electi Argentinensis, ad allegandum causas rationabiles, quare moniti prædicti non debeant declarari incidisse pœnas in monitorio contentas; compareat, si quis est, alleget, & audietur. Quam proclamam emisit alta voce tribus vicibus; & nullo comparente idem dominus Joannes de mandato ipsius Synodi sacrosanctæ legebat unam schedulam in qua continebatur, quod Synodus mandavit, quod omnes & sin-

ANNO CHRISTI 1416.

a Mf. *Gerson.*

b Mf *Lezenbeg.*

ANNO CHRISTI 1416.

& singuli, quorum interest, qui sunt apprebensi & contenti in monitorio contre eos decreto & exsecuto, quatenus comparere debeant coram reverendis patribus dominis Martino episcopo Aprutino, ac electo Pennensi, judicibus in dicta schedule per Synodum deputatis, ad jurare videndum & admitti testes in ipsa causa monitorii producendos; necnon ad dandum interrogatoria pro examinatione dictorum testium infra hinc ad diem Jovis proxime futuram, super plena informatione babenda de processu causæ & pro justificatione ejus; & ulterius ad eudiendum voluntatem, & deliberationem ipsius Synodi die sabbati tunc ipsam diem Jovis immediate sequentem. Et dixit, & legit, prout in quadam schedule plenius continetur, & habetur.

Ex MS. Cæsareo.

Tenores vero dictarum schedularum videl. libelli, sive conclusionum, assertionum novem, & schedula deputationis commissariorum in causa Argentinensi sequuntur, & sunt tales.

Libellus novem assertionum Joannis Parvi.

SUbsequuntur novem assertiones magistri Joannis Parvi, ordinis fratrum Minorum, Parisiis condemnatæ, ortæ ex homicidio ducis Aurelianensis, per ducem Burgundiæ facto, quas omnes Mendicantes defendunt, & asserunt.

I. Licitum est unicuique subdito, absque mandato quocumque vel præcepto, secundum leges, naturalem, moralem, & divinam, occidere, vel occidi facere quemlibet tyrannum, qui per cupiditatem, fraudem, C sortilegium, vel malum ingenium machinatur contre salutem naturalem regis supremi domini, pro auferendo sibi summam nobilissimam & altissimam dominationem. Et nedum licitum, sed honorabile et meritorium; maxime quando est tantæ potentiæ, quod justitia non potest bono modo fieri per supremum. *Erronea in fide & moribus, & multipliciter scandalosa.*

II. Leges naturalis, moralis, & divina auctorizant unumquemqua subditum de occidi faciendo dictum tyrannum. *Erronea in fide & moribus; & legibus, naturali, morali, & divinæ, injuriosa.*

III. Licitum est unicuique subdito, honorabile et meritorium, occidere vel occidi facere supra nominatum tyrannum, proditorem et infidelem suo regi et supremo domino, per explorationes et insidias. Et est proprie mors, qua debent mori tyranni et infideles; occidere scilicet eos, Gallice, *vilainement*; per optimas cautelas, explorationes, et insidias. Et est licitum dissimulate et silere voluntatem suam de sic faciendo. *Falsa, erronea, & scandalosa.*

IV. Jus est, ratio, et æqualitas, quibus omnis tyrannus occidetur vilaine, Gallice *vilainement*, per explorationes. Et est propria mors, qua debent mori tyranni infideles: occidere scilicet eos per bonas cautelas, explorationes, et insidias. *Erronea, crudelis, & impia.*

V. Ille qui occidit vel occidi facit tyrannum nominatum modis prædictis, non debet de aliquo reprehendi. Et rex non debet solum esse contentus, sed debet habere factum acceptabile et auctorizare, quantum opus vel necessitas est. *Erronea in fide & moribus, & regis dominationi injuriosa.*

VI. Rex debet præmiare et remunerare illum, qui occidit modo qui dictus est, vel occidi facit tyrannum supra nominatum, in tribus rebus, scilicet opibus, honoribus, et divitiis, exemplo remunciationum factarum sancto Michaeli archangelo pro expulsione Luciferi e regno paradisi, et nobili homini pro occisione ducis Zamri. *Erronea in fide & moribus, ac regiæ dominationi injuriosa.*

VII. Rex debet plus amare, quam prius, illum qui occidit vel occidi facit tyrannum supra nominatum modis supradictis, et debet facere prædicari suam fidem et bonam fidelitatem per regnum suum, et extra regnum facere publicari per litteras in modum epistolæ, et alias. *Erronea in fide & moribus, scandalosa, ac regiæ dominationi injuriosa.*

A VIII. Littera occidit, spiritus autem vivificat, hoc est dicere, quod semper tenere sensum litteralem in sacre scripture, est occidere animam suam. *Expositio distorta & erronea.*

IX. In casu socialitatis, juramenti, promissionis, seu confœderationis, factarum eb uno milite ad alterum, quocumque modo istud fiat aut fieri possit, si contingat quod istud vertatur in præjudicium uni promittentium aut confœderantium, sponsæ suæ, aut suorum liberorum, ipse de nullo tenetur eas observare. Hoc probatur ex ordine caritatis, quo quilibet tenetur plus seipsum diligere, uxorem et liberos, quam alterum. a

Ex collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.

B *Deputantur commissarii in causa Argentina ad recipiendum testes per Concilium.*

SAcrum Concilium reputat contumaces non comparentes, et nihilominus decernit petitam citationem ad diem Jovis proxime venturam ad videndum jurare testes, & ad dandum interrogatoria pro receptione & examinatione dictorum testium, & verificatione, & clarificatione monitorii ad cautelam deputat dominos Aprutinum, & electum Pennensem ad ulterius procedendum, prout juris & rationis fuerit, ad diem sabbati proxime futuram ad horam octavam in loco sessionis.

Die Veneris octave mensis Maji prædicti, Constantiæ in refectorio majori fratrum Minorum, in quo natio Germanica congregari solet, hora tertia vel quasi, in præsentia reverendissimorum in Christo patrum & C dominorum Gullielmi sancti Marci, Brandæ Castillionis Placentini, Antonii de Chalanco, & Francisci Florentini cardinalium, necnon omnium præsidentium quatuor nationum in dicto Concilio Constantiensi, & deputatorum earumdem nationum, vel saltem majoris partis constitutus b . . . . miles dominus Henricus Lanzberg familiaris & servitor, seu nuncius serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Ungariæ, &c. regis: præsentibus similiter reverendis patribus dominis Nicolao archiepiscopo Gnesnensi, & Simone episcopo c Traguntino dominum Henricum militem introducentibus, & sibi tanquam consiliariis ejusdem Regis. Qui dominus Henricus primo in lingua vulgari Bohemicali ambaxiatam sibi per regiam majestatem impositam exposuit. Qua expositione facta, de mandato eorumdem dominorum cardinalium, & præsidentium quatuor nationum, levavit se in medium venerabilis & circum- D spectus vir dominus Joannes Naso utriusque juris doctor sacri palatii Apostolici causarum auditor: & exposuit ambaxiatam ipsius domini Henrici d Lanzeber in Latina lingua: & dixit, qualiter ipse dominus noster rex Romanorum præfatus ipsum dominum Henricum misit ad Concilium Constantiense: intimando eidem, quod ipse rex vult, quod dominus Wilhelmus electus Argentinensis liberetur de captivationibus suis, & præsentetur Concilio præfato, ubi debeat stare juri et omnimodo determinationi ejusdem Concilii, cum confidat bene, quod nihil per ipsum Concilium fiet nisi bene factum, sanctum, et æquum. Et ulterius, quod provideat personæ domini electi, et indemnitati ecclesiæ Argentinensis. Item, secundo dixit sic, quod dominus noster rex sensisset, qualiter aliqui haberent loqui, et murmurere, quod ipse tenderet habere Castrum Boir, et E oppidum Trabern, de quo ipsum excusavit. Cum enim rex dixisset, et injunxisset sibi Concilio expresse dicere, quod nullo modo vellet se impedire de aliquibus terrarum et castrorum dictæ ecclesiæ Argentinensis, salvo tamen jure imperiali, sed quod fiat provisio domino electo, et ecclesiæ Argentinensi. Præsentibus ibidem dominis cardinalibus, archiepiscopo, episcopo, necnon reverendis in Christo patribus dominis Roberto Sarisberiensi, Patriarcha Antiocheno, comite de Luphem, et aliis præsidentibus, et aliis deputatis quatuor nationum in Concilio præfato Constantiensi.

a His nulla censura est in mss.

b Lege ex ms. *Constantius frenauus miles. dominus Henr. Latzenbeg.*

c Ms. *Traguriens.*

d Ms. *Lazenbeg.*

Con-

ANNO CHRISTI 1416.

Congregatio generalis.

Die Sabbati nona mensis Maji prædicti, in ecclesia majori, in qua sessiones publicæ fieri solent, mane hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis in modum sessionis publicæ Synodi Constantiensis prædictæ. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Jordano Albanensi episcopo, Ursino vulgariter, Antonio Aquilegiensi, Almanno Pisano, Petro Veronensi, Branda Placentino, Wilhelmo sancti Marci, Antonio de Chalaneo, Petro de Fuxis, Amedeo Salutiarum, Francisco Florentino, & Ludovico de Comite cardinalibus. Et inter cetera, quæ fuerunt ibidem facta, de mandato ipsius Synodi, sive congregationis generalis, ascenderunt ambonem venerabiles & circumspecti viri domini Joannes patriarcha Con- B stantinopolitanus, Vitalis episcopus Tolonensis, Gaspar abbas sancti Joannis, Heuricus Perusinus, Lambertus de Gelria, & Thomas episcopus Lubecensis, Bernardus vicarius ecclesiæ Burdegalensis in causa fidei mota contra magistrum Hieronymum de Praga, judices & Commissarii deputati pro relatione facienda de meritis causæ hujusmodi, & processus, habiti contra eumdem magistrum Hieronymum: inter quos judices, & commissarios reverendissimus in Christo pater & dominus Joannes patriarcha Constantinopolitanus *a* recitavit .... causæ Concilio, incipiendo a capite ad finem: relationeque facta per eum, ceteri ejus collegæ secum in ambone existentes & supra nominati dixerunt publice & alta voce, ita esse ut relatum est per suprafatum Joannem patriarcham referentem, nihil addendo, nec diminuendo. Super quibus magister Joannes de Scribanis, & Henri- C cus de Piro promotores, nomine ipsius Concilii unum, vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta sibi fieri petierunt.

a MS. *recitavit merita causæ.*

Quibus factis ascendit eumdem ambonem venerabilis vir Petrus de Polonia decretorum doctor, & de mandato Synodi præfatæ quamdam litteram missivam præsentavit ibidem *b* per N. militem dominum Henricum Lanzebeg ambaxiatorem & nuncium Romanorum regis, cujus tenor inferius est insertus. Subsequenter idem dominus Petrus de Polonia de simili mandato legebat quamdam prorogationis schedulam in causa Argentina, in qua prorogabatur terminus capitulo Argentinensi ad agendum ea, quæ pro præsenti die occurrebant, ad diem Lunæ proxime futuram, cujus tenor similiter inferius est insertus. Subsequenter legebat unam aliam schedulam, in qua Concilium revocavit translationes factas de do- D minis Vapincensi & Militensi episcopis, cujus tenor similiter est insertus. Qua lecta ad requisitionem dominorum Henrici de Piro, & Joannis de Scribanis promotorum præfatæ Synodi per deputatos suos, videlicet Antonium episcopum Concordiensem, Nicolaum Mersebergensem, Patritium Corragensem, fuit responsum, *Placet*: licet præsidens nationis Gallicanæ, videlicet Joannes episcopus Vaurensis respondebat quod non placet, cum non fuisset conclusum in natione Gallicana, quoad schedulam translationis; sed quoad alia respondebat, *Placet*. Ultimo idem dominus Petrus legebat duas alias litteras, unam regis Romanorum, & aliam universitatis Parisiensis. Quibus omnibus factis, domini Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro procuratores & promotores petierunt instrumenta. Præsentibus dictis dominis cardinalibus, ambaxiatoribus regum Romanorum, Fran- E ciæ, Angliæ, Arragonum, Navarræ, Neapolitano, Poloniæ, Cypri, Norvegiæ, Daciæ, Sueciæ, *&c.* ceterorumque nobilium, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum nunciis, ambaxiatoribus, testibus, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

b MS. *per strenuum militem Henricum Lazenbeg.*

Tenores vero dictarum litterarum missivarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur.

Cum in Argentinensi *c* pendente coram sacrosancta Synodo Constantiensi contra decanum & capitulum Argentinensis ecclesiæ, consules, proconsules, & alios cives Argentinenses in monitorio dictæ causæ nominatos super restitutione personæ venerabilis electi, & A aliorum in dicto monitorio comprehensorum & expressorum, pendeat ista die terminus ad videndum declarari supranominatos monitos incidisse in pœnas in præfato monitorio contentas & expressas, & alias ad procedendum in eadem causa, ut fuerit juris & rationis, serenissimus dominus Sigismundus Dei gratia Romanorum & Ungariæ rex informatus de meritis hujus causæ, pro parte dictarum partium disposuit, pro scandalis evitandis, dare operam, quod persona dicti venerabilis electi ante omnia deliberetur, & ad manus dictæ sacrosanctæ Synodi pro justitia inde ministranda perducatur; & insuper restitutione bonorum, provisioneque, custodia castrorum & oppidorum ejusdem ecclesiæ pro indemnitate ejusdem ecclesiæ taliter secundum sanctæ Synodi ejusdem deliberationem per viam amicabilem & rationabilem procedatur; provideaturque indemnitati ejusdem ecclesiæ, & partium prædictarum sufficienter procedatur, provideatur: & ad præmissa peragenda præfatus dominus rex Romanorum cum suis litteris me Henricum *d* Lanzenberg militem ad præfatam sanctam Synodum partesque prælibatas destinavit, sumque ego Henricus miles præfatus ex parte dicti domini regis Romanorum paratus adducere dictum dominum electum ad manus ejusdem sacrosanctæ Synodi, & alia præmissa peragere: ita quod non est necesse ad declarationem dictarum pœnarum contra prælibatos monitos procedere, ad quod me offero, & onus in me assumo. Hinc est, quod ego Henricus miles prælibatus pro parte domini regis Romanorum humiliter & devote supplico, quatenus dicta sacrosancta Synodus omnem processum in eadem causa factum, & faciendum suspendere & differre dignetur usque ad viginti dies proximos; & ulterius aliquos prælatos notabiles inde adjungere cum potestate plena ex parte Synodi recipiendi personam dicti electi, & ad manus ejusdem sanctæ Synodi cum omni honestate debita adducendi, & alios captivos liberandi; terminumque præfatum, prout eis videbitur, prorogandum, & alia peragendum, quæ ad præmissa sunt & erunt necessaria & opportuna: salvosconductus tam per dominum Ludovicum ducem Bavariæ comitem Palatinum locumtenentem dicti domini regis Romanorum, quam partes prælibatas, unum videlicet alteri concedendum sub debita forma decernendo.

c Forte deest *causa*.

d MS. *Lazenbeg.*

Sancta Synodus prorogat terminum hujus causæ Argentinensis, qui est hodie, in statu, in quo est, ad diem Lunæ proximum ista hora: & tunc supplicationi domini regis respondabit, prout in schedula continetur, cujus tenor talis est.

Sacrosancta Constantiensis Synodus informata de intentione serenissimi principis Sigismundi, Dei gratia Romanorum, & Ungariæ, &c. regis, per Henricum *e* Lanzeberg militem, ipsius domini regis ambaxiatorem in causa venerabilis electi Argentinensis, certificat partem dicti domini electi, ut persona eiusdem domini electi eidem Synodo absque alterius moræ dispendio præsentabitur. Et similiter Fridericus cantor ecclesiæ prædictæ, ceterique captivi prædicti liberabuntur una cum plenaria restitutione eorum ablatorum, sic tamen quod dictus Wilhelmus electus Argentinensis coram sancta Synodo recipere debeat active & passiva, super iis quæ forum ecclesiasticum concernere videbuntur justitiæ complementum. Idcirco pro nunc declarationi pœnarum alias in monitorio ab ipsa Synodo decreto contentarum pro bono pacis, & concordiæ, & de consensu partis electi viginti quinque dies post datam præsentium proxime futuros supersedere deliberavit. Et ulterius committit venerabilibus, *&c.* Una cum dilecto milite ambaxiatore; ut præfertur, ad civitatem Argentinensem se transferant, ipsos decanum, capitulum, atque cives Argentinenses super relaxatione dicti electi personæ & aliorum supradictorum requirant, & eis dictum electum sic præsentatum recipiant, & cum honestate debita ad præsentiam sanctæ Synodi perducant, captivos præfatos liberari, bonaque eis ablata restitui procurent realiter cum effectu. Insuper eadem sancta Synodus ordinat, & disponit quod dictus electus cautionem juratoriam præstet de stando juri ut præfertur. A qua quidem cautione non relaxetur, donec dictus electus ipsis monitis querelantibus, ac moniti electo prælibato suis querelis coram Synodo, si quas proponere voluerint, hinc inde respondeant, & obe-

e MS. *Lazenbeg.*

ANNO CHRISTI 1416.

obediant, justitia mediante. Quod si dictus electus ceterique supradicti cum restitutione ablatorum, ut præmittitur, non fuerint relaxati in termino præfato, ex tunc dicta Synodus certificat partes hinc Inde, quod absque alterius termini prorogatione ad declarationem hujusmodi supradictam, & alia juris remedia indubie procedet, prout justitia suadebit, & ordo dicta verit rationis.

Congregatio in causa Argentinensi.

Die Lunæ undecima mensis Maji prædicti, Constantiæ in ecclesia majori hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis in modum sessionis, & in loco sessionis ipsius Synodi pro danda responsione domini Wilhelmi electi Argentinensis juxta continuationem termini ipsis ambaxiatoribus in ultima congregationa statuti, & prorogati die sabbati proxime præterita, & antequam venissent in dicta congregatione reverendissimi patres domini S. R. E. cardinales, aliæ omnes nationes Concilii Constantiansis, vel saltam major pars ipsius fuissent ibidem congregatæ, & congragata, pro hujusmodi danda responsione: levavit se in medium reverendissimus pater & dominus Conradus episcopus Metensis, & proposuit quod juxta deliberationem nationum, quæ esset quod justitia fieret in causa Argentina, & quod declareraur moniti incidisse pœnas in monitorio contentas; & quod non remansisset neque ramaneret per alios quam per dominos cardinales, qui hujusmodi deliberationem impedivissent, & hodie impedirent hujusmodi fieri deliberationem, & justitia non habet locum: de quo fuit protestatus, & petiit sibi fieri protonotarios sedis Apostolicæ, aliosque notarius & scribas Concilii Constantiensis unum vel plura, instrumentum & instrumenta. Præsentibus raverendissimis patribus, venerabilibus, nobilibus, & egregiis dominis Romanorum, Ungariæ, Franciæ, atque Angliæ, Arragoniæ, Neapolitanorum, Cypri, & Navarræ regum, aliorumque prælatorum, principum, universitatum studiorum, communitatum ambaxiatoribus taslibus.

Deinde venerunt domini cardinales, videlicet Almanus Pisanus, Guillelmus sancti Marci, Jordanus de Ursinis, Antonius Aquilegiensis, Branda Placentinus, Antonius de Chaianco, Petrus de Fuxis. Oddo de Columna, ac cetari alii prælati in numeto triginta. Quibus ibidem exsistentibus, & in locis suis positis, surrexit magister Joannes de Scribanis procurator & promotor Concilii: nomine procuratotio produxit citationem audientium, & contantorum in esdem, non comparentium, neque aliquam causam, quare declarari incidisse in pœnas in monitorio contentas non dabeant, rationabilem allegare causant, contumaciam accusavit: ipsosque monitos & contentos in eadem citatione incidisse pœnas in eodem monitorio contentas declarari per sanctam Synodum Constantiensem instanter postulavit.

Subsequentar vero venerabilis vir dominus Gaspar de Perusio advocatus domini Wilhelmi electi Argentinensis, dixit qualiter idem dominus electus fuissat injuste detentus contra rationem, & fuisset factum per dominum regem Romanorum, Ungariæ, &c. & totum Concilium Constantiæ laboratum pro deliberatione ipsius domini electi; & Concilium Constantiense misisset suos solemnes ambaxiatores ad finem quod bona concordia fieret inter partes, & civitatem Argentinensem, & quod idem dominus electus ralaxaretur. Quibus ambaxiatoribus reversis, & ralationibus de gestis per eos auditis, & visis postea querelis, deventum fuisset ad decretum monitorii, & processum super notorietate: & nihil restaret aliud nisi quod contenti in monitorio declarentur incidisse in pœnas in monitorio contentas. Et in casu quo foret sibi denegatum illud, protestatus fuit, quod nobiles, videlicet comes *a* de Silveret, & alii qui eumdem dominum electum associassent ad præsens Concilium Constantiæ, non possent plus ibidem perdurare, neque vellent propter diuturnitatem declarationis, & etiam propter pericula, quæ timerent eorum bonis evenire in eorum absentia posse. Et si aliquod scandalum ex hoc contingeret, quod deliberatio non fieret, & quod eidem domino electo justitia non ministraretur, de hoc ipsi domini eum associantes ad dictum Concilium, aliique sibi justitia assistentes vellent esse excusati.

a Lipss. *Salverr.* al. *Salmen.*

Quibus dictis, & auditis per ipsam sacrosanctam Synodum, & per aliam partem, videlicet capituli ecclesiæ Argentinensis levavit se venerabilis vir dominus Augustinus de Pisis sacri consistorii, & dictorum capituli Argentinensis, &c. & dixit, quod Concilium Constantiense foret congregatum ad providendum singulis de jure & justitia, & quod non esset procedendum ad declarationem: & non solum ad hoc, quod electus Argentinensis liberetur captivitate sua, sed etiam quod indemnitati ecclesiæ Argentinensis provideretur. Cum idem dominus electus non esset captivatus, sed arrestatus ne discederet de diœcesi Argentinensi, & vadat ad patriam nativam: cum eumdem dominum electum dixit dilapidasse bona ecclesiæ Argentinensis in maximo, & in tanto, quod quodammodo irrecuperabilia illa bona assent: concludens quod capitulum libenter vellet stare ordinationi regis Romanorum, qui misit suos ambaxiatores pro concordia ad providendum personæ electi, & ecclesiæ Argentinensi: cui concordiæ sive determinationi idem dominus Augustinus tanquam patronus causæ pro parte capituli postulavit per Synodum insisti. Et statius venerabilis vir dominus Henricus *b* Kvvot procurator produxit unum mandatum pro capitulo Argentinensi, in scriptis protestanti, quod propter hujusmodi productionem non vellet recedare ab aliis appellationibus in hujusmodi causa productis, & *c* artibus, &c. & protestatus fuit de gravamine, si contrarium fieret, appellando. Gaspar veto de Perusio advocatus ipsius domini electi contra dicta ipsorum Augustini, & Henrici advocati, & procuratoris, dixit, quod ipse dominus electus asset ignorans de sibi impositis per capitulum prædictum, &c. et exposuit qualiter ipse dominus electus, quando ipse prius venit ad ecclesiam Argentinensem reperiebat intrusum in ea, et nunquam illa intrusus voluit cedere possessionem: oportnle quod cum eodem fieret certa concordia: in qua concordia capitulum Urgentinense contraxisset certa debita, et tandem fuissant illa debite assecurata electo Argentinensi, et ejus * tamen: in quibus contractibus fuissent obligata, et impignorata, pro pecuniis traditis tunc intruso ad finem quod bona * velit dimittere possessionem ecclesiæ, et castrorum, &c. modis et formis cum talibus: videlicet quod fructus castrorum, et tarrarum obligatarum, et pignoratarum cederent et cedere deberent in solutionem pecuniarum tunc racaptarum, et illis qui præstassent suas pecunias, at terras, sive castra tenerent. Et quod idem dominus electus sperabat affluxisse omnem terminum obligationis, sive impignorationis: et facere rationem voluit cum illis, qui tenuerunt terras capituli, et ecclesiæ pignora, ac de levatis, et perceptis, et sic facere volens rationem, et calculum, et propter hoc veniens ad terram Tzabern, et castrum Boin fuit ibidem detentus, captivatus, et carceratus: et non videret remedium aliud, nisi quod justitia fieret per Concilium, in quo ita petitur provideri ecclesiæ, et indamnitati ejus sicut personæ electi.

b Mss. *Kavvut.*

c Verius *actibus.*

Quibus hinc inde partibus propositis revarendissimus pater dominus Almannus cardinalis Pisanus nomine collegii cardinalium exposuit, qualiter domini *d* Simon Irgauriensis, et Henricus Lanzenberg alias expoluerunt intantionem domini regis Romanorum in materia, qua supra, et juxta illam intentionem provideret tam personæ electi, quam etiam indemnitati ecclesiæ. Et ex hoc visum erat dominis cardinalibus, quod dominus Henricus *e* Lanzeberg miles, & ambaxiator domini regis Romanorum iret cum aliis deputandis per Concilium, & quod superfedaretur in declaratione per vigiusi dies proximos: cum relatu ipsius domini Henrici haberetur pro certo, quod persona domini electi poneretur in manibus Concilii, & similiter castra, de quibus fit quæstio per capitulum in manibus eorum, de quibus Concilium contentaretur: & de hoc viderantur partes hinc inde contentæ: petent a Concilio, an placeret illud omnibus. Et domini deputati per nationes ad respondendum & dicendum voluntatem nationis responderunt ut sequitur.

d Mss. *Simon episcopus Traurensis, & Henr. Lanzenbog.*

e Mss. *Lanzenbog.*

Antonius episcopus Concordiensis respondit pro natione Italica per verbum, *Placet*. Joannes præpositus Quinqueecclesiensis pro natione Germanica respondit, *Placet*. Bertrandus episcopus sancti Flori pro natione Gallicana, prout dixit habere a natione sua, nisi in casu, quo parte es-

ANNO CHRISTI 1415.

essent concordes in supersedendo. Patritius episcopus Cortagensis pro natione Anglicana, quod fieret justitia; cum quo concosdavit dominus Robertus Sarisburiensis: episcopus Bothaviensis dixit ibidem publice, quod natio Gallicana non fuisset super hoc convocata neque deliberaverat. Quibus bine inde propositis & responsis, domini prælati & tota Synodus recesserunt, & in nullo fuit conclusum propter varias responsiones ibidem factas. Antequam iidem domini prælati, & Synodus se movissent ad recedendum, magister Joannes de Scribanis procurator & promotor, petiit sibi a protonotariis dicti Concilii, sive Synodi, ceterisque notariis & scribis ejusdem Synodi ad hoc deputatis & alias pronunciatis, unum, vel plura, publicum vel publica, fieri instrumentum & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem prælatis dominis cardinalibus, & aliis testibus ad præmissa vocatis.

Dis varo Veneris decima quinta mensis Maji fuit congregatio generalis in ecclesia majori Constantiensi mane hora tertiarum, vel quasi, in loco sessionis. Præsentibus ibidem dominis cardinalibus, videlicet Joanne Ostiensi, Jordano Albanensi, Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Petro Veronensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxo presbyteris, Oddone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconibus cardinalibus, ceterisque prælatis, dominorum, universitatum studiorum, communitatum ambaxiatoribus: inter quos venerabilis & religiosus vir magister Antonius generalis Ordinis S. M. de Merceda fecit ibidem unum sermonem brevem, & collationem: in quo sermone introduxit de pactis, & finaliter conclusit, & ibidem publice dixit, quod firmitata & robora hujus sacri Concilii Constantiensis, quod claræ memoriæ Ferdinandi ejus generosi inita & facta cum serenissimo & illustriss. principe Sigismundo Romanorum & Ungariæ, &c. rege, & cum ambaxiatoribus sac. Constantiensis Conc. approbavit, & ratificavit medio suo juramento quæ ad consolationem præsentis Conc. Constant. duxit publicanda. Super quibus venerabiles & circumspecti viri domini Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro promotores, nomine promotorio ipsius Concilii, seu procuratorio petierunt sibi fieri unum, vel plura, publicum, vel publica, instrumentum, seu instrumenta ad perpetuam rei memoriam, per reverendos dominos protonotarios sedis Apostolicæ & scribas ceteros ejusdem Concil.

Congregatio in causa Argentinensi.

Die sabbati decima sexta mensis Maii prædicti, Constantiæ in ecclesia majori hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis in loco sessionis prædictæ. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Antonio Aquilegiensi, Almanno Pisano, Antonio Tricariensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro de Fuxo, presbyteris, Francisco Florentino cardinalibus; necnon illustrissimorum principum dominorum Romanorum, Ungariæ, &c. Franciæ, Angliæ, Arragoniæ, Neapolitanorum, Cypri, Daciæ, Norvegiæ, Sveciæ, Poloniæ regum ambaxiatoribus, aliorumque principum, & prælatorum spiritualium & temporalium dominorum, studiorum, & communitatum ambaxiatoribus, & ceteris Christianis in numero copioso, fuit congregatio præfata celebrata. Intar ceteras, & antequam ad alia fuisset processum, retulit ibidem ipsi congregationi, sive Synodo Constantiensi, reverendisque patribus sedis Apostolicæ pronotariis, ipsiusque Synodi scribis, & aliis notariis, & scribis singularum nationum per ipsam Synodum deputatis, providus vir Gerardus Savageri cursor sedis Apostolicæ, hodie de mandato & auctoritate Synodi Constantiensis, & providorum magistrorum Henrici de Piro, & Joannis de Scribanis promotorum, & procuratorum ipsius Synodi peremptorie citasse magistrum Henricum Kovot, & venerabilium virorum decani, capituli, & canonicorum ecclesiæ Argentinensis procuratorem & Syndicum hodie personaliter apprehensum, ad videndum, & audiendum declarare contentos in monitorio dicti electi Argentinensis ex advocato decreto incidisse in pœnas in eodem contentas tunc ad præsentem horam ante dictam Synodum Constantiensem aut per modum sessionis publicæ, aut alias in modum generalis congregationis in ecclesia majori Constantiensi, pro hujusmodi a aut congregatione contingat aut sedere contigarit, prout, & quemadmodum ibidem ab eadem Synodo, ut asseruit, super hoc receperat in mandatis. Qua quidem relatione cursoria facta, de mandato Synodi, sive Congregationis generalis *b* & circumspectus vir dominus Petrus de Lamburga decretorum doctor ascendit ambonem ad hoc deputatum: & legebat quamdam deputationis in hujusmodi causa judicum schedulam, deputando ibidem de singulis nationibus ad causam Argentinensem duos commissarios, & similiter duos de reverendissimis patribus dominis cardinalibus ad audiendum hujusmodi causam ulterius usque ad sententiam exclusive, committens eisdem dominis suis commissariis procedere, ut in dicta schadula per eumdem dominum Petrum de *c* Lamburga alta & intelligibili voce lecta plenius continetur & habetur.

Tenor ejusdem schedulæ sequitur, & est talis.

Deputatio commissariorum in causa Argentina.

Sacrosancta Synodus Constantiensis, dilectis ecclesiæ filiis Angelo Veronensi, & Brandæ Placentino S. R. E. cardinalibus sic vulgariter nuncupatis, nec non *d* Martio episcopo Aprutino, Thomæ de Amelia sacri palatii Apostolici causarum auditori pro Italica, Joanni patriarchæ Constantinopolitano, Joanni episcopo Gebennensi pro Gallicana, Jacopo episcopo *e* Placentino, Nicolao Vordis etiam dicti sacri palatii Apostolici causarum auditori, pro Germanica: Patricio episcopo Cortagensi & Ricardo *f* de Blin sanctæ sedis Apostolicæ notario pro Anglicana nationibus; commisit omnes & singulas, causam & causas, tam civiles, quam criminales, quæ vertitur, vertuntur, seu verti & esse sperantur inter dilectos ecclesiæ filios Wilhelmum Electum Argentinensem ex una parte, & Hugelmannum decanum, & Fredericum *g* de Boke canonicum & capitulum ecclesiæ Argentinensis, & *h* Rolinum Barphenning & Michaelem Melburge magistros civium, & consules, & proconsules, ac communitatem civitatis Argentinensis, & eorum ab utraque complices & adhærentes, conjunctim & divisim partibus ex altera, de & super captivationibus dictorum electi, & cantoris Argentinensium, & suorum familiarum, & sibi adhærentium in hac parte, necnon spoliis, violentiis, injuriis, alienationibus, dilapidationibus, & eorumdem occasione hujusmodi causa pro una parte contra aliam active & passive deductis, & deducendis, juxta tenorem schedulæ alias in sessione publica in præsenti materia lectæ audiendas, cognoscendas, cum omnibus & singulis emergentibus, incidentiis, dependentiis, & connexis usque ad sententiam diffinitivam exclusive. Et cum potestate, quod si omnes judices prædicti interesse non possint, aut noluerint, saltem major pars in aliorum absentia procedere valeat, indemnitati ecclesiæ Argentinensis proviso summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura judicii, feriis non obstantibus, sola facti veritate inspecta, & terminis etiam ex officio cum potestate processus jam decretos, vel in futurum fulminandos contra quoscumque quorum contumacia hoc exegerit, aggravando, reaggravando, & brachium sæculare invocando toties quoties opus fuerit. Et nihilominus decanum, & capitulum, necnon Rolinum, & Michaelem cives supradictos, singularesque personas, tam capitulum Argentinense, quam communitatem ejusdem civitatis a quibuscumque censuris in forma juris absolvendo, & interdictum occasione præmissorum ubicumque positum relaxando vel suspendendo, necnon omnes, & singulos processus in hujusmodi causa decretos & decernendos fulminatos & fulminandos, tam in Concilio Constantiensi quam in partibus per edictum exsequendo, constitutionibus Apostolicis, & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Qua quidam deputatione eorum commissariorum lecta, subsequenter idem dominus Petrus de Lamburga de simili mandato legebat unam aliam papyri schedulam suspensionis declarationis per Synodum fiendæ in causa Argentina, alta & intelligibili voce. Qua quidem schedula declarationis suspensionis lecta, dicta Synodus per suos ad hoc deputatos approbavit, ratificavit omnia & singula præmissa: videlicet per ora dominorum Antonii

a Forte, *sessione aut*.

b *Adde*, venerabilis & circumspectus vir.

c Mss. *Limburga*.

d Mss. *Marino*.

e Mss. *Pircensi*.

f Mss. *Derbin*.

g Mss. *de Salre*.

h Mss. hic, *Roylinum*.

episcopi Concordiensis pro natione Italica, Bertrandi episcopi sancti Flori pro natione Gallicana, Nicolei episcopi Merseburgensis pro natione Germanica, Patricii episcopi Coretagensis pro Anglicana, per verbum, *Placet*. Et demum Franciscus cerdinalis Floreminus nomine collegii cardinalium similiter per verbum, *Placet*.

Super quibus lectis, statutis, & approbatis, vencrabilis vir Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis procuratores & promotores præfati, nominibus dictæ Synodi periarunt, & quilibet ipsorum petiit sibi fieri unum, vel plura, publicum, vel publica, instrumentum seu instrumenta: præsentibus supradictis dominis cardinalibus, ambaxiatoribus, doctoribus, *&c.* pro testibus infrascriptis.

Subsequenter levaverunt se in medium venerabiles viri domini Gaspar de Perusio primo, & deinde Simon de Teramo sacri consistorii advocati: & Gaspar proposuit, qualiter reverandus pater dominus episcopus Vepincensis male fuisset translatus de ecclesia sue ed ecclesiam Placensinam par olim Joannem Papam, & contra constitutionem & ordinationem Concilii Pisani; quia eo non vocato, nec citaro, & totaliter contra ejus voluntatem: & de hoc non fuisse eliam causam, nisi idem olim Joannes Papa habuit & recepit quamplures pecunias ab intruso in dictam ecclesiam Vapincensem, petens super hoc remedium per Synodum sacrosanctam, & cum restitui ad ecclesiam suam Vapincensem. Similirar petiit dominus Simon da Theramo pro domino Astrigio Militensi, prout dictus dominus Gaspat petiit pro domino episcopo Vapincensi. Ex adverso surrexit venerabilis vir dominus Ardecinus ejusdem consistorii advoratus, quoad ecclesiam Vapincensem, & etiam Militensem, bene fuisse processum per olim Papam Joannem in hujusmodi translationibus, & cum maturo Concilio dominorum S. R. E. cerdinalium, ipsesque translationes non fore revocendas, prout juste fecit eas fieri, per sacram Synodum Constantiensem esse canonizandas. Replicantibus nempe prælibatis dominis Gaspara de Perusio, & Simone de Theramo successiva contra dictum dominum Ardacinum Synodus respondit se velle super responsione danda hinc inde partibus deliberare.

Post quæ fuerunt litteræ regis Francorum pro promoto ad ecclesiam Senonensem in partibus Gallicanis. Ex adverso vero Raymundo & domino Ardecino de Novaria se levantibus, & dicentibus eumdem dominum Raymundum esse electum per capitulum Senonense: & supplicarunt Concilio, quod haberet eum tanquam canonice electum promotum ad dictam ecclesiam Senonensem, confirmando electionem ejus. Et nihilominus protastatus fuit, quod non currat sibi tempus diffinitum e sacris canonibus de consecrandis episcopis, & alias prout juris est protestabatur.

In propositis, & petitionibus factis super translatione, & confirmatione dictarum Vepincensis, Militensis, necnon & Senonensis ecclesiarum factis, auditis, & plene per Syodum intellectis; ipsa sacrosancta Synodus Constentiensis par os ravarandi patris domini Joannis patriarchæ Antiocheni raspondit se velle deliberare super responsionibus dandis. Super quibus & singulis præfati viri Henricus de Piro, Joannes de Scribanis, necnon Ardecinus, Gaspar de Perusio, Simon de Theramo edvocati, & dominus Raymundus electus Senonensis, nominibus quibus supre, petieruns sibi per notarios præfatos ipsius Concilii fieri instrumente.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

Congregatio generalis ubi referuntur responsiones Hieronymi Pragensis ad objecta.

Die Sabbati vicesima tertia mensis Maji prædicti Constantiæ hora septima, vel quasi, ante meridiem in ecclesie majori, & in loco consueto fuit congregatio generalis Synodi Constantiensis. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis, dominis Joanne episcopo Ostiensi, Antonio Bononiensi, Antonio Aquilegiansi, Gabriela Senonensi, Almanno Pisano, Anaclo Veronensi, Petro de Fuxis presbyteris, & Francisco Florentino diacono cardinalibus; necnon serenissimorum principum Romanorum, & Ungariæ, Franciæ, Arragoniæ, Angliæ, Neapolitanorum, Cypri, Daciæ, Norvegiæ, Sveciæ, Poloniæ regum ambaxiatoribus, ac principum, eliorumque prælatorum, tem spiritualium, quam temporalium, universitatum studiorum, & communitatum nunciis, ambaxiatoribus, & procuratoribus, elisque dominis doctoribus, magistris, nobilibus & elias Christianis ipsam sanctam Synodum Constantiensem ad audiendum relationem dominorum commisseriorum deputatorum in ceusa fidai per magistrum Hieronymum da Praga. Et ante omnia escenderunt ambonam, super quo statuta & dacreta ipsius Synodi statuuntur & publicantur, venerabilis & reverendus pater dominus Joannes patriarcha Constantinopolitanus, Gaspar abbas Perusinus, Joannes Velles, & Lambertus da Gelria, judices & commissarii une cum reverendissimo patra domino Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, in causa hæresis contra magistrum Hieronymum de Praga. Ipsi domini Joannes Patriercha, abbas, Joannes Valles, & Lambertus de Gelria ascenderunt embonem; referentes qualitar magistar Hieronymus de Praga sæpius desiderasset habera eudientiam publicam in loco sessionis ad proponendum facta sua coram toto populo, & ad respondendum articulis contra eum par procuratorem fiscalem datis, seu alias per promotorem fidai. Quapropter juxta voluntatem ipsius Synodi eidem magistro Hieronymo fuit & est dias hodierna & hora præsens ad respondendum articulis datis in causa fidei contra eum. Ad quos post eorum lecturam poterit respondere affirmative val negativa juxta ejus conscientiam, & juramentum præstandum, prout sibi visum fuerit esse juris, et rationis, atque veritatis.

Et antequam ed aliquem actum ulteriorem fuisset processum, fuit oblatum eidem magistro Hieronymo quod deberet præstare juramentum antequem respondaret ipsis articulis. Ipse namque Hieronymus renuit jurare, & ex eo quia sperabat libere loqui posse toti Concilio, & fuisse declarandam mentem & intentionem suam super & circa sibi in mataria fidei objecta: sed ex quo libere loqui non posset, non vellet aliquo modo jorare. Et casu vero quo fuerit libere permissus loqui primo, postea velit libenter jurere. Ex quo non juravit, fuerunt sibi lecti articuli. Et primus dicebatur probatus per quatuor testes, ad quem nihil respondit.

Item, ad octavum, esse verum quod vidit & studuit libros Joannis Wicleff, sed non quod vellet sequi errorem suum; sed ut libros magni philosophi recipiendo matariam & doctrinam bonam, & dimittere malam.

Item, ad tertium articulum & nonum in ordine nihil respondit: qui par quatuor testes probatur.

Ad quartum & decimum in ordine nihil respondit, nisi communiter, quod studuis libros Joannis Wicleff, non tamen ut hæreticos, & elias ut supra: & ille idem probatur per quatuor testes.

Ad quintum & sextum articulum nihil respondit, nisi dixit quod laudavit Joannem Wicleff tanquam philosophum, non tanquam hæreticum.

Ad septimum, non credit, immo omnino negat.

Ad vicesimum quintum articulum respondet, quod in camera sua fecit depingere doctores philosophorum, inter quos fuit imago Joannis Wicleff, non cum diademata io capite.

Ad vicesimum sextum, nagat articulum.

Ad vicesimum septimum, dicit quod docuit, & legebat tractatus de probationibus propositionum.

Ad trigesimum tertium respondet, quod ipse Hieronymus habuit per prius verba injuriose cum monacho in articulo descripto: & ipse Hieronymus transiens per monasterium, in quo fuit dictus monachus, vidit quod monachus habuit certos complices, & volebat invedere ipsum Hieronymum. Et sic ipse Hieronymus accepit unum cultellum ab uno rustico, & causa defensionis veniebat contra monachum, & eum vicit, & captivevit; non tamen propter fidem sed propter ajus defensionem,

Ad trigesimum articulum dixit esse verum, quia defendit, & hodie defenderet,

Ad trigesimum primum dixit, quod legabat opiniones Vvicleff, prout articulatur, licet non tenuerit eas, sed tenet ut verus Christianus.

Ad trigesimum secundum negavit similiter trigesimum tertium: & dixit, quod non disputavit de sacramento altaris in Bohemico, sed une vice respondebat

ad

ANNO CHRISTI 1416.

ad certam quæstionem philosophicam, quam quæstionem divisit in quatuor partes; & tunc iteravit certas conclusiones in vulgari Bohemico in præsentia multorum laicorum.

Ad trigesimum quartum negat totaliter.

Trigesimum quintum de cantilenis negat totaliter, immo dicit esse confictum.

Ad trigesimum sextum, & trigesimum septimum negat. Et trigesimum octavum super excommunicatione Papæ, & cardinalium, negat; licet quod dixit, quod Papa usurarius socarius sit, tamen ut sacerdos conficit, licet non prosit sibi. Etiam dixit excommunicationem injustam non valere.

Ad quadragesimum negat totaliter.

Subsequenter dixit, ubi fuit interrogatus de indulgentiis prout articulatur, quid & quantum crederet. Respondit indulgentias Papæ & cardinalium esse rite datas, & concessas, & fieri posse; sed indulgentias emptas, prout Papa communiter mittit quæstuarios suos ad partes alienas ad extorquendum denarios sancti Petri; qui communiter quæstionarii emunt primo a Papa ad extorquendum majores summas, & deinde prædicant illas in partibus, in quibus eorum quæstus fieri debet: quod illæ indulgentiæ, non sunt indulgentiæ, sed abusiones indulgentiarum.

Item, fuit interrogatus super materia combustionis bullarum Papalium, omnino negavit.

Item, fuit interrogatus super materia data contra eum, videlicet quod licet prædicare cuicumque laico verbum Dei. Negavit, & dixit, quod nunquam hujusmodi publice prædicavit: tamen *a* dixisset fecisse publice collationem, pro themate suo sumpsit hæc verba, *Quemadmodum ego facio, ita & faciatis*. Et in illa collatione introduxit quod licet laico prædicare verbum Dei, & clericis non ordinatis in sacris. Aliæ materiæ dependent a præmissis, & prout in articulis & in responsionibus continetur, interrogatus fuit, & retulit. Quibus sic peractis & factis, magister Henricus de Piro & Joannes de Scribanis petierunt sibi fieri per dominos protonotarios sedis Apostolicæ & alios notarios, & scribas ab ipsa Synodo ad hoc deputatos super prædictis interrogatoriis, & responsionibus sic factis unum, vel plura, publicum, & publica, instrumentum & instrumenta: præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis cardinalibus, ambaxiatoribus, prælatis, nobilibus, & ceteris suppositis singularum nationum, dictam Constantiensem Synodum constituentibus, testibus.

a Forte, dimis sic.

Congregatio generalis de causa ejusdem Hieronymi Pragensis.

Die Martis vicesima sexta mensis Maji prædicti, Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis prædictæ, mane hora tertiarum, ubi generales sessiones teneri solent, fuit facta & tenta generalis congregatio Synodi, sive Concilii Constantiensis, ad instantiam magistri Hieronymi de Praga ad respondendum ulterius articulis per Concilium contra eum formatis. Et antequam in hujusmodi materia per eumdem magistrum Hieronymum, & Concilium, seu ejus commissarios, aliquid foret factum, surrexit dominus Gaspar de Perusio advocatus consistorialis: & exposuit, qualiter dominus Angelus Corario legatus in Marchia Anconitana olim Gregorius XII. fulminasset certas sententias in dominum comitem de Urbino Eugubiensis diœcesis, sententiando privationem ipsius domini comitis prout in quadam littera missa Conetlio, quam ibidem de mandato, & ex licentia ipsius Concilii legebat, continebatur. Qualiter idem dominus comes de Urbino se recommendavit Concilio Constantiensi quoad ejus personam, territoria, & totum suum dominium, & bona: submittens se totaliter determinationi Concilii de & super omnibus, quæ supra proponuntur. Quapropter petiit sibi per Concilium Constantiense super hoc provideri de remedio opportuno; & fieri litteras ad eumdem dominum Angelum legatum, ut hujusmodi processus revocet, vel saltem suspendat, quousque fuerit visum per Concilium quid juris. Ex adverso vero dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis tanquam legatus in partibus Italiæ, & præsertim in illis partibus, petiit dictam litteram redui in publicum instrumentum & authenticum, cum sua credat interesse, & sibi tradi copiam jam lectam, & subsequenter ea authentica instrumenta. Et similiter petiit fieri dominus Joannes de Montepolitiano ex parte domini Angeli Corario legati prædicti. Quibus sic factis ascenderunt ambonem Synodi præfati reverendi patres & venerabiles viri domini Joannes patriarcha Constantinopolitanus, Gaspar abbas Henrici sanctæ Mariæ de Perusio ordinis sancti Benedicti, Thomas abbas Ebrocensis, Lambertus de Gelria commissarii in causa prædicti magistri Hieronymi de Praga. Joannes ex voluntate collegarum suorum dirigens sermonem, dixit Hieronymo de Praga prædicto: An esset deliberatus respondere articulis contra eum datis per juramentum: ulterius etiam quibus ipse respondisset ultima die, dare responsiones per juramentum suum. Dictus Hieronymus vero respondebat, quod ordo esset sibi perversus: quapropter non vellet ibi præstare juramentum, sed alias continuare responsiones suas, prout inceperat. Et eo quo aliud non poterat haberi ab eo, magistri Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro, tanquam promotores Concilii petierunt a prædictis fieri instrumentum ac instrumenta ad futuram rei memoriam: præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus et dominis Joanne Ostiensi, Jordano Albanensi, et Angelo Prænestino episcopis, et cardinalibus, videlicet Vivariensi, Ursino, & Laudensi, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Antonio Aquilegiensi, Thoma Tricaricensi, Alamanno Pisano, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco presbyteris, Amedeo Salutiarum, Lucido de Comite, Francisco Florentino: necnon Romanorum, & Ungariæ, Fraociæ, Angliæ, Aragoniæ, Neapoleos, Poloniæ, Cypri, Norvegiæ, Daciæ, Sveciæ regum ambaxiatoribus, aliorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum ambaxiatoribus atque nunciis in multitudine copiosa. Quibus sic stantibus, abbas de Perusio, tanquam unus de commissariis continuavit lecturam articulorum, videlicet materiam, in qua dicitur ipsum magistrum Hieronymum dixisse, non esse venerandas sanctorum reliquias.

Ad quam materiam respondit ipse Hieronymus dictum articulum in materia illa esse confictum, & mendaciter.

Abbas vero dixit, illum articulum esse probatum per tres testes.

Item, ad quadragesimum sextum, & quadragesimum septimum articulos de quatuor interfectis, quos ipse Hieronymus venerabatur ut sanctos, & fecit processionem cum societate sua, cantando, *Isti sunt sancti*. Respondit esse falsum, prout ponitur.

Item, ad aliam materiam ad diffamationem hæresum, videlicet quod Hieronymus delatus & articulatus venit Viennam, Pataviensis diœcesis & pro probatione articuli lecta fuit una littera, quam rescripsit officiali Viennensi, qui tenuit eum in carceribus. Ad quem articulum respondebat ipse verum; alias in articulo non credit. Iste articulus probatus per octo notabiles testes.

Deinde fuerunt super excommunicatione lecti alii articuli. Ad quam materiam respondit alias: quapropter fuerunt lectæ responsiones suæ ad eosdem.

Subsequenter lectæ fuerunt conclusiones, quas defendit in diversis universitatibus, cum suis responsionibus.

Subsequenter lectis ipsis articulis, & responsionibus, reverendus pater dominus Joannes patriarcha Constantinopolitanus ex voluntate collegarum suorum resumpsit materias generaliter propositas contra ipsum magistrum Hieronymum quadrupliciter de hæresi convictum; sed ex quo petiisset sæpe sæpius audientiam publicam sibi dari, ideo fuisset generaliter advisatum, & concessum, quod audiri deberet ipse Hieronymus in publico ad convincendum omnem oblocutionem inanem. Quapropter dixit ipsi magistro Hieronymo, si aliquid vellet dicere in præsentia Concilii posset, cum præsens congregatio non propter aliud fuit facta. Et si aliqua vellet dicere, proponere, sive allegare pro defensione juris sui, posset, etiam si vellet revocare errorem suum, Concilium tanquam pium & misericorditer procedens eum vellet recipere ad gremium sanctæ matris ecclesiæ. Cum multi hæretici fuissent in ecclesiæ

ecclesia, qui revocassent eorum errores, & emendarunt eorum vitam, & receperunt pœnitentiam de peccatis, quæ peregerunt. Et in casu quo hujusmodi nollet facere, & talia sperneret, oporteret, quod juxta juris dispositionem procederetur contra eum.

Hieronymus ex adverso amplectens audientiam desideratam incepit loqui, incipiens orare. Et post ejus orationem supplicavit omnibus ibidem præsentibus, quod dignarentur supplicare Deo, beatæ Mariæ virgini ejus matri, totique curiæ supernorum, quod dignarentur illuminare mentem & intellectum suos, *a* ut quidquam loqui posset, quod tenderet, seu verteret in præjudicium animæ suæ, cum constitutus esset inter tot sapientes viros; reducendo ad factum suum multos magnos viros, & sapientissimos per falsos testes in testimonium interemptos. Ulterius dixit, quod licet per Concilium Constantiense sibi fuissent deputati certi judices, quorum examini se submisisset, qui tamen judices nullam causam, ut ipse asseruit, hæreticationis in eo invenissent, ut in actis causæ illud dixit constare. Nunc vero ad instantiam & oppositionem æmulorum suorum fuissent mutati, & alii judices sibi deputati, jam in cathedram existentes, quam cathedram reputavit sibi pestiferam, quorum judicum ulteriori examini nunquam se submisit, neque eos pro judicibus reputare vellet. Quapropter ad eorum requisitionem noluit respondere articulis propriis. Et ulterius continuando collationem suam incepit narrare plures notabiles viros interemptos, & exilio relegatos, & carceribus mancipatos innocenter: & si ipse Hieronymus tanquam creatura similiter condemnaretur, non crederet esse primus, neque ultimus in hoc Mundo: sperans tamen in Deum creatorem suum, qui una vice post hanc vitam habuerit videre Hieronymum, denotando seipsum, eos præcedere, & eos omnes ad judicium vocare. Et quod tunc tenerentur Deo, & sibi respondere, et reddere rationem, si quid injuste contra eum egerunt. Ulterius dixit, quod Socrates, Boetius, Maro, Seneca, Plato, & multi alii illustres viri insignes, injuste fuissent interempti. Item dixit de Hieronymo doctore ecclesiæ, Helia, et Daniele propter hoc, et Susanna, quæ fuit condemnata per falsum testimonium duorum sacerdotum, licet liberata per sapientiam Danielis prophetæ. Item de sancto Stephano protomartyre, qui similiter per falsos testes ductus ad judicium, et incarceratus, et tandem lapidatus. Et sic de multis aliis, ut ipse asseruit, si per æmulos et falsidicos testes igni condemnaretur. Et descendendo ad speciem dixit, quod per neminem condemnaretur, nisi per suos de Bohemia, et Theutonicos, qui odio eum habuerunt. Et allegando causam odii, dixit, incipiendo, qualiter regnum Bohemiæ fuisset constructum, et Bohemi descendissent a Græcis, et quomodo fuisset invidia inter Græcos, et Theutonicos; et tandem devenisset illud regnum Bohemiæ ad manus Imperatoris Caroli quarti; qui Carolus quartus existens rex Bohemiæ, videns Bohemiam terram opulentam victualibus, auro et argento non carens, nisi hominibus litteratis, et quod sui subditi exierant regnum pro capienda doctrina ad alia loca, videlicet Parisios, vel alibi, pro capiendis gradibus magistratus, et doctoratus. Volens ergo ipse dominus Carolus dotare regnum Bohemiæ, et civitatem Pragensem, fundavit, et erexit studium universale ibidem: in quo studio fuerunt plures Theutonici, et in præbendis ecclesiarum, et collegiorum, ita quod Bohemi nihil habebant. Et inde unus Bohemus fuit graduatus in artibus, si alias non habebat vivere, oportuit eum ire per villas, et oppida, et regere scholas particulares, acquirendo cum hoc vitam suam. Et Theutonici gubernabant studium Pragense totaliter, & omnia beneficia *, & tenebant sigillum fundationis studii, & omnia clenodia dicti studii Pragensis. Et habebant in illo studio tres voces, videlicet Bavaricam, Saxonicam, & plusquam medietatem Polonorum, cum *b* dixit Flexitas, qui sunt de natione Polonica, essent omnes Theutonici; ita quod veri Poloni minorem partem haberent. Et quidquid Theutoni facerent, & fecissent in ipso studio, habebatur pro facto, Bohemi vero nihil poterant facere. Similiter dixit esse de laicis, qui omnia in ci-

A vitate Pragensi, & in Concilio civitatis essent ostodecim viri, quorum sexdecim fuissent Theutonici, & duo Bohemi: & quod totum regnum gubernaretur per Theutonicos, & omnia officia sæcularia habebant, & laici Bohemi pro nihilo reputabantur. Ipse vero Hieronymus videns hoc cum magistro Joanne Hus, quem semper tenebat pro valenti, justo, & sancto viro, volentes iis resistere, iverunt ad regem Bohemiæ modernum exponendo sibi talia, cum aliis nobilibus de Bohemia: concludendo, quod talia essent res mali exempli, & tenderent in destructionem linguæ Bohemicalis. Et persuasit magistro Joanni Hus, quod in sermonibus Bohemicalibus deberet inducere populum Bohemicalem, ut talia amplius non sustinerent, quod ita tractarentur per Theutonicos; quem magistrum Joannem

B Hus dixit hominem sanctum, & justum, rectum, & virum devotum, & quod nunquam deviavit a veritate. Et quod tandem ipse Hieronymus, & magister Joannes Hus, deduxerunt materiam illam cum adjutorio Bohemorum nobilium, vel aliorum sic, quod ubi sexdecim Theutonici fuerant in Concilio civitatis Pragensis, fuerunt posui sexdecim Bohemi, & loco duorum Bohemorum fuerunt positi duo Theutonici. Et quod sigillum universitatis studii Pragensis, fundatio, sive privilegia, & libertates ejusdem studii fuerunt sublata Theutonicis, & data Bohemis. Quapropter dixit Theutonicos magistros indignatos contra Bohemos, & recesserunt de civitate Pragensi. Item, dixit quod ipse, & magister Joannes Hus, una die operati fuerant tantum, quod multi Bohemi a Theutonicis fuerunt interfecti.

C Et subsequenter magister Joannes Hus prædicasset contra clerum, & statum ecclesiasticum: introducendo in suis sermonibus, qualiter presbyteri, & clerus ecclesiasticus incederet inhonesto habitu, & non decenti; facerent convivia, expendendo in conviviis bona pauperum & quæ deberent erogari pauperibus, & excessivos actus meretricales, & alios fastus, & pompas illicitas: dicendo quod bona fuissent a Deo instituta, ut pauperes cibarentur, & hospitarentur, & ecclesiæ ædificarentur, fructusque non debere consumi in conviviis, & fornicationibus, & vestitibus, & aliis pompis. Ex quo dixit clerum Pragensem insurrexisse contra eos, & eos persecutos fuisse; & ipse clerus Pragensis ob invidiam quam habuit, & recepit contra doctrinam magistri Joannis Hus, misit Michaelem de Breda Theutonicum,

D quem non dixit esse Bohemum, sed Theutonicum, ad curiam Romanam, ad citandum ipsum Joannem Hus. Et demum dictus magister Joannes Hus fuisset excommunicatus per judicem deputatum in curia Romana. Tamen ipse magister Joannes Hus a dicta excommunicatione appellavit, licet fuerit sibi vigore illius excommunicationis sententiæ interdicta prædicatio ipsi Joanni Hus. Quibus visis per ipsum Joannem Hus, & Hieronymum, suasit ipsi magistro Joanni Hus, ut deberet ire ad Concilium Constantiense, ubi palam & manifeste omnia proponere vellent, & eorum innocentiam coram tantis excusare de ipsis sinistre impositis. Ipse namque magister Joannes Hus veniens ad Concilium Constantiense statim erat positus ad carceres, ut dixit, & proposita sibi materia hæresis. Ipse vero Hieronymus exi-

E stens Pragæ, et sciens detentionem magistri Joannis Hus, juxta promissa, prout asseruit, per eum facta domino Joannis Hus, eum fuit secutus, & venit Constantiæ; ubi ex persuasionibus magnorum, qui consuluerunt sibi, atque persuaserunt ut recederet cite de Constantia, aliter carceribus manciparetur. Et sic ipse Hieronymus recedens de Constantia, prope Constantiam ad unum milliare cum dimidio ad certum oppidum, quod non nominavit in specie, in quo oppido permansit per quinque dies, scribendo litteram regi Romanorum in effectu continentem, quod magna fieret injuria magistro Joanni Hus, ex quo venerat cum salvoconductu: ubi etiam quilibet Judæus, aut Saracenus deberet esse liber in veniendo, stando, morando, proponendo, dicendo, & recedendo juxta libitum suæ voluntatis, & juxta tenorem litteræ regiæ directæ ipsi magistro Joanni Hus. Item dixit, quod plures litteras similes misit ad civitatem Constantiensem, quæ fuerunt conclavatæ portis ecclesiarum, necnon ostiis, & januis dominorum cardinalium: & eo non habito responso verbo,

vel

a Verius, ne quidquam.

b Forte, extra Flexitas

ANNO CHRISTI 1416.

vel in scriptis recessit de eo loco, ubi permanebat, iter suum; & gressum dirigendo versus regnum Bohemiæ: & exeunte ipso in partibus vicinis in territorio Joannis ducis Bavariæ, & comitis Palatini Rheni, ibi ipse fuit captus, & incarceratus per castellanum prælibati domini ducis Joannis: & ex litteris, & scripturis Concilii ad ipsum castrum directis, ipsa castallanus misit ipsum Concilio Constantiæ ligatum. Eo devento, sicque ligato ad civitatem Constantiæ, & præsentato in manibus Concilii, ipse fuit positus ad carceres: ubi sibi fuit objecta materia hæresis ad instantiam suorum æmulorum, & dati sibi judices in dicta materia. In processu namque causæ fuit sibi persuasum per magnos viros, ut reduceret se ad Concilium, & submitteret se legi ipsius, cum sperarent, quod benigne tractaretur per Concilium. Ipse namque Hieronymus tanquam homo timens ignem, cujus intrusionem, & ardorem crudelissimum dixit esse, acquievit persuasionibus, & adjuravit, & scripsit in Bohemiam ejus abjurationem: & consensit in condemnationem librorum Joannis Wicleff, & Joannis Hus, & eorum doctrinæ: adjungens, quod non credit tamen contra conscientiam fecisse, tum doctrina Joannis Hus sancta, & justa erat, & ejus vita, cui vellet inhærere, & tenere eam firmiter. Et ad hoc confirmandum revocavit litteram quam scripsit Pragæ, & in qua revocationem opinionis & doctrinæ Joannis Hus. Ulterius dixit de libris Wicleff, & ejus doctrina, quod nunquam vidit hominem bene & profunda scribere, cui scripturæ similiter vallet inhærere, & male fecisset contradicere, quia illud quod fecit, quoad revocationem opinionis & doctrinæ Joannis Wiclaff, & Joannis Hus, non fecit quod vellet desistere ab eorum doctrine, & opinionibus, sed ex metu ignis. Sed ulterius ubi ipse Joannes Wicleff, & Joannis Hus, quod sacramentum altaris dixerunt contra doctorum ecclesiasticorum opiniones, quoad illam partem non sequitur, neque eam tenet; immo tenet sicut quatuor doctores ecclesiæ, & alii qui hodie tenent per ecclesiam.

Item, dixit vitam papalem, cardinalium quoad collationes, & usum beneficiorum, actus mere carnales; & quod cardinales cauduti incederent, dixit esse abusionem, & nullo modo neque ratione subsistere, & contra scripturam, & statum ecclesiasticum. Et tenet ut Joannes Hus, & Joannes Wicleff tenent, & credit se bene in hoc credere.

Iis auditis sententiam diffinitivam contra eum in hujusmodi causa proferendam ad diem sabbati proxime futuram loca & loco in sessione publica fieri audiendam, & in scriptis promulgandam præfixit, & assignavit. Super quibus honorabilis vir dominus Michael de Breda, Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro promotores prædicti petierunt ipsis nominibus, quibus supra, unum vel plura fieri, publicum vel publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Joanne Ostiensi Vivariensi, Jordano Albanensi Ursino, & Angelo Prænestino Laudensi episcopo cardinalibus; Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriale Senensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Angelo Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricaricensi, & Antonio de Chalanco presbyteris, Amedeo Saluriarum, Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconis cardinalibus; illustrissimorum principum, Romanorum & Ungariæ, Franciæ, Angliæ, Arragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Sveciæ, Daciæ regum, aliorumque principum, ducum, marchionum, comitum, baronum, prælatorum, universitatum studiorum, ambaxiatoribus, & aliis Christianis in multitudine copiosa ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

SESSIO XXI.

Ex prima editione

ANno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, die vero sabbati trigesima & penultima mensis Maji, fuit celebrata sessio generalis in majori ecclesia Constantiensi, præsidente eidem reverendissimo patre domino Joanne episcopo Ostiensi cardinali Vivariensi: in qua quidem sessione dicebatur officium Missæ de Spiritu sancto, cum litaniis & aliis a sessionibus requisitis. Quibus expletis, fiebat sermo ad clerum per A *reverendum patrem Jacobum episcopum Laudensem, qui pro suo themate assumpsit verba hæc, videlicet:* Exprobravit Deus incredulitatem eorum & duritiam cordis. *Et eo finito, magister Hieronymus de Praga in medio existens, ascendens quemdam bancum, replicavit contra præfatum dominum Jacobum & ejus sermonem, & alia diversa dixit & allegavit. Quibus & aliis pluribus auditis, reverendissimus pater dominus patriarcha Constantinopolitanus, unus de commissariis ipsius Synodi, dicto magistro Hieronymo præsente & audiente, sententiam diffinitivam contra eumdem Hieronymum de Praga alta & intelligibili voce in scriptis legit & promulgavit; prout & quemadmodum in quadam schedula papyrea, quam in suis manibus tenebat, tenoris inferius inserti, plenius continetur & habetur. Qua si quidem sententia* B *lecta, & per Synodum universaliter approbata, & per deputatos nationum, Antonium Concordiensem, Vitalem Tolonensem, Nicolaum Mersburgensem, & Patricium Cortagensem, episcopos, ac præfatum dominum Ostiensem, per verbum,* Placet: *idem Hieronymus traditus est potestati sæculari, & combustus fuit.*

a *Forte*, in sessionibus.

ANNO CHRISTI 1416. *Marc.* 16.

Tenor sententiæ definitivæ latæ contra Hieronymum de Praga.

In nomine Domini. Amen.

CHristus Deus & Salvator noster, vitis b *matura, cujus Pater agricola est, discipulos ceterosque fideles suos in illis instituens, inquit:* Si quis in me non C manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. *Cujus summi doctoris & magistri doctrinam sequens, & præcepta exequens hæc sancta Constantiensis Synodus, in causa inquisitionis hæreticæ pravitatis per eamdem sanctam Synodum mota, fama publica referente, & clamosa insinuatione demonstrante, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrum in artibus, laicum, ex cujus causæ actis & processibus constat eumdem Hieronymum tenuisse, asseruisse, dogmatizasse nonnullos articulos hæreticos & erroneos, dudum a sanctis patribus reprobatos: quosdam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piarum aurium offensivos, temerarios & seditiosos, dudum per damnatæ memoriæ viros Joannem Wicleff & Joannem Hus assertos, prædicatos & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opusculis insertos.* D *Quique doctrina & libri prædictorum Joannis Wicleff & Joannis Hus, ac Wicleff memoria, dictique Joannis persona, per eamdem sanctam Synodum & ejus sententiam de hæresi damnati & damnatæ fuerunt. Quamque damnationis sententiam idem Hieronymus postmodum, pendente hujusmodi inquisitionis causa, in eadem sancta Synodo cognoscens & profitens veram, catholicam & Apostolicam fidem approbavit, & eidem consensit: anathematizavitque omnem hæresim, præcipue eam, de qua erat infamatus, & se confitebatur infamatum, & quam præteritis temporibus dogmatizaverunt & tenuerunt Joannes Wicleff & Joannes Hus in suis opusculis, sermonibus & libellis: & propter quam seu quas, cum suis dogmatibus & erroribus ab eadem sancta Synodo damnati fuerunt tanquam hæretici, & eorum doctrina similiter damnata; præmissorumque omnium damnationem professus, & juravit se in hac fidei veritate permansurum. Et si ip-* E *se quidquam contra sentire, vel prædicare præsumpserit, canonum severitati subjacere, & æternæ pœnæ voluit obligari. Nec non suam professionem manu sua conscriptam eidem sanctæ Synodo obtulit atque dedit. Post quas professionem & abjurationem, multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediens, ut virus pestilentissimum quod in suo latitabat pectore, publice evomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem S. Synodo postulavit. Qua sibi concessa, coram eadem Synodo publice congregata asseruit, dixit & professus est in effectu, quod præfatæ sententiæ damnationis dictorum Joannis Wicleff & Joannis Hus iniquæ consenserat, & illam sententiam approbando mentitus fuit. Nec verebatur se confiteri mentitum: quin immo confessionem, approbationem, & professionem suas super illorum damnatione revocabat nunc & in æternum: asserens se in libris Joannis Wicleff & Joannis Hus nullam unquam hæresim vel errorem legisse,*

b *mss.* vera.

Joan. 15.

licet

licet ante fuerit confessus, & probatum sic evidenter, ipsum libros eorum diligenter studuisse, legisse, & dogmatizasse, & in quibus constat plures errores & hæreses contineri. Unde idem Hieronymus de sacramento altaris & transsubstantiatione panis in corpus professus est se tenere & credere, quod ecclesia tenet; dicens, se plus credere Augustino & ceteris ecclesiæ doctoribus, quam Joanni VVicleff & Joanni Hus. Constat insuper ex præmissis, eumdem Hieronymum prædictis VVicleff & Hus damnatis & eorum erroribus adhærere, illorumque fautorem fuisse & esse: propter quæ eadem sancta Synodus eumdem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit: ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat & declarat, atque damnat.

Ex collectione Barberiniana, & tribus Mss. Germanicis.

Die vero Sabbati trigesima & penultima mensis Maji prædicti, Constantiæ mane hora tertiarum, vel quasi, in ecclesia cathedrali in loco sessionis fuit per Synodum sacrosanctam Constantiensem celebrata sessio generalis, reverendissimis in Christo patribus ibidem præsentibus, & dominis dominis Joanne Ostiensi, Angelo Prænestino, & Jordano Albanensi, episcopis; Antonio Aquilegiensi, Gabriele Senensi, Aimanno Pisano, Angelo Veronensi, Branda Placentino, Wilhelmo sancti Marci, Petro de Fuxi, Antonio de Chalanco, & Francisco Florentino cardinalibus vulgariter nuncupatis; necnon illustrissimorum principum Franciæ, Angliæ, Arragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, & Sveciæ regum ambaxiatoribus, diversorumque aliorum principum, ducum, marchionum, comitum, prælatorum, universitatum studiorum nunciis, & ambaxiatoribus in numero copioso. Et pro huiusmodi sessionis complatione fuit divinum officium Missæ de Spiritu sancto cum litania, orationibus, & aliis requisitis ad sessionem ipsam. Quibus cantatis, & dictis, de mandato dictæ Synodi reverendus pater dominus Jacobus episcopus Laudensis ascendit ambonem, super quo sermones dictæ Synodi fiunt, & decreta, ordinationes, & statuta sive sententiæ per ipsam Synodum, & quæ de ejus mandato decernuntur, statuuntur, ordinantur, seu promulgantur, atque statui, decerni, ordinari, & promulgari solent; & fecit sermonem pulcrum, recipiendo de suo themate hæc verba, videlicet, *Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.* Quo sermone quoad magistrum Hieronymum de Praga ibidem præsentem, & ad audiendum sententiam ferri contra eum in causa mota per Concilium super fida, & promulgari, debite peracto, & concluso; idem magister Hieronymus in medio existens super quodam banco levato, ut a cunctis videri & audiri potuerit, surrexit, inclamando dominos cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, doctores, & magistros, singulosque litteratos viros ibidem existentes, in genere dicens, qualiter dominus Jacobus sermocinans quo spiritu locutus fuisset dictus sermocinans pervertisset in sensum alium & perversum, & contra sensum ipsius magistri Hieronymi: obsecrando omnes & singulos per sanguinem Jesu Christi, quo redempti omnes, quod ex verbis dicti domini episcopi sermocinantis concepit ipsum magistrum Hieronymum esse spretorem virorum ecclesiasticorum: de quo reddere se innocentem speraret: quod ea quæ disputasset, dixit in scholis in disputationibus, & alias fecisset propter bonum & utilitatem regni Bohemiæ, tanquam fidelis agricola; & quod æmuli sui interpretati sunt illa ad partem sinistram & perversam, & quod se crederet esse bonum Christianum hominem, & quod talem sermonem falsum & contra Deum quilibet posset confingere. Incipiendo venire ad factum causæ motæ super hæresi, & aliis contra eum, dixit quomodo alias reverendus pater dominus cardinalis Florentinus ibi præsens ipsum magistrum Hieronymum instruxisset moribus bonis, & doctrinis: ita & taliter quod ex ejus instructione ipse revocavit illa, quæ sibi sunt imposita in articulis datis contra eum, & scripsit in Bohemia dictam revocationem, & quod fuissent sibi deputati judices in causa, de quibus bene remansisset contentus, sed illi judices fuissent mutati & ob illam mutationem dedignatus erat respondere articulis per juramentum: sed tamen quod quilibet posset intelligere mentem suam, dixit quod articuli ultimo omnes non fuerunt lecti per illos commissarios ad hoc deputatos; protestans quod illud non diceret ob aliam obstinationem cervicis, sive duritiam: allegans Paulum diversis vicibus super doctrina Christiana quæstionatum fuisse cum Judæis; non mirum si ipsum Hieronymum pro fide & doctrina Christiana pati oportet, profitendo unam sanctam ecclesiam catholicam, quam dixit esse multitudinem salvandorum. Item, ecclesiam triumphantem. Item, militantem in terris. Item, ecclesiam catholicam, videlicet omnium fidem Christi profitentium. Item, ecclesiam catholicam, communionem prælatorum, & rectorum, & illis prælatis & rectoribus sit obediendum etiam dyscolis mandantibus legem Dei, non dyscolis exterius. Item, dixit tenere articulos. Item, dixit cæremonias Missarum, officiorum, jejuniorum super cæremoniis accidentalibus. Item, dixit quod abjiciendum a clero, videlicet pompæ, fastus, ut dum clerus convertit patrimonium Christi in fastus, pompas, quoad pulcros equos, domos, curias, vestes, non ministrando pauperibus illa, quæ clerus tenet ultra necessitatem ejus, & utitur bonis sive patrimonio Christi quoad lasciviam, & alios actus mere carnales. Item, revocavit litteram per eum scriptam Pragæ super ejus revocatione alias facta in publica sessione, quoniam revocavit imposita sibi, & prædicata contra fidem & errorem: cum dixerit quod non vellet esse occasio tanti sceleris, quod consenserat condemnationi Joannis Hus: in quo ita male fuit locutus, sicut unquam fuit locutus, & contra conscientiam: sed dixit quod fecit talem revocationem propter metum ignis, cujus ardorem dixit esse crudelissimum. Et propterea scripsit dictam litteram Pragæ, in qua pessime dixit scripsisse, & false. Quæ littera statim ibidem fuit de mandato Synodi producta per reverendiss. patrem D. Joannem Patriarcham Constantinopolitanum: licet littera non, sed abjuratio, ut supra, fuit lecta, quam idem Hieronymus fecit in sessione publica superius dicta, videlicet die Lunæ vicesima tertia mensis Septembris præcedentis, in medium emisit. Qua adjuratione lecta publice, & alta voce, ejusque subscriptione per manum ipsius magistri Hieronymi visa, idem magister dixit, quod verum erat eumdem se abjurationem scripsisse ob timorem pœnæ ignis: tamen dixit se mentitum fuisse, ut fatuum, quando scripserat & dixerat contenta in abjuratione prædicta: de quibus summe dolet: & præsertim ubi revocavit doctrinam Joannis Hus, & Wicleff, & consentiendo condemnationi Joannis Hus, quem credebat fuisse justum et sanctum hominem, et pessime fecisse.

Quibus auditis, dictis, atque lectis magister Henricus de Piro procurator dictæ Synodi, nomine quo supra, petiit fieri et promulgari in scriptis sententiam diffinitivam contra eumdem magistrum Hieronymum, juxta petitionem & conclusionem articulorum suorum, ut asseruit, datorum, & oblatorum. Tunc reverendus pater dominus patriarcha Constantinopolitanus, unus ex commissariis, de mandato dictæ Synodi Constantiensis, ipso magistro Hieronymo præsente & audiente, sententiam diffinitivam contra ipsum Hieronymum de Praga in scriptis legit alta & intelligibili voce promulgavit, & dixit, atque legit, prout & quemadmodum in quadam papyri schedula, quam ibidem in suis manibus tenebat, de verbo ad verbum publice, alta & intelligibili voce legebat, cujus tenor inferius est insertus.

Paulo ante est edita, in hac ipsa sessione pag. 429.

Qua lecta, ipsa fuit, per universalem Synodum approbata, per deputatos nationum, videlicet Antonium Concordiensem, Nicolaum Merseburgensem, episcopos, per verbum, *Placet*. Per Vitalem Tolonensem, & Patricium Cortagensem: item, per reverendum patrem dominum Joannem Ostiensem pro se, cum non habuerit " a dominis suis cardinalibus, per verbum, *Placet*. Super quibus lectis, & approbatis, sententiatis, & diffinitis, ac protestatis, sive confessatis, magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores, & promotorio nomine præfati Concilii petierunt & quilibet ipsorum petiit instrumentum ad futuram rei memoriam. Quibus sic factis, Concilium sive Synodus Constantiensis requisivit & invocavit brachium sæculare super sententia lata con-

ANNO CHRISTI 1416.

contra dictum magistrum Hieronym. & statim traditus est potestati seculari ibidem præsenti, quæ in ipsum habuit agere. Ipse Hieronymus recommendavit animam suam Deo Altissimo, & incipit alta voce dicere, *Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c.* & postea symbolum decantando, quem cantavit, eundo ligatus per plateas versus locum supplicii in quo combustus fuit: licet prius domini prælati supplicabant potestati sæculari, ut ipsi eum tractarent gratiose; & orando Deum, ut converteret eum de suis peccatis.

Ex collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.

Affixio bullæ convocationis prælatorum.

Die Dominica trigesima prima, & ultima supradicti mensis Maji, & similiter Martis secunda, & Mercurii tertia mensis Junii subsequentibus, fuit affixa quædam convocationis prælatorum & aliorum hujus sacri Concilii bulla, valvis seu portis majoris ecclesiæ sancti Stephani Constantiensis, ac locis aliis publicis ejusdem civitatis: ipsique prælati hinc inde Concilio interesse debentes per eam vocati fuerunt & citati, prout & quemadmodum in dicta bulla, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Tenor vero dictæ bullæ convocationis prælatorum sequitur, & est talis.

SAcrosancta generalis Syn. Constantiensis. Ad futuram rei memoriam. Quantum ecclesia sancta Dei calamitatibus, quamdiu pestifero lacerata schismate laboraverit, cuncti Christifideles non solum notitia, sed malorum experientia didicere. Et insuper quam multi, sed in irritum catholicorum labores ad illud tollendum exstirpandumque, multa præterea sed incassum fuerunt tentata remedia, forte ideo quia irato nobis Deo propter peccata nostra nondum salutis tempus advenisset; nulla hominis sollicitudo, nulla studia suffecere, nulla consilia, quinimmo velut in contrarium versa pejora omnia fieri videbantur. Sed tandem post multos labores misericordis Dei pietas ad ecclesiam suam prospexit; effecitque, quod in ejus spiritu, qui ubicumque vult spirat, in hac civitate Constantiensi sub Apostolica vocatione, & *a* Christiani principis domini Sigismundi Romanorum regis tuitione convenimus: ubi ipso operante Spiritu sancto pro unione & pace ipsius ecclesiæ deinceps meliora nobis omnia quotidie successerunt. Nam post olim domini Joannis Papæ XXIII. sic in sua obedientia nuncupati canonicam depositionem: ipsiusque insuper post sententiam nostram cui acquievit, & expresse consensit, spontaneam papatus cessionem, dominus ille qui in sua obedientia vocabatur Gregorius XII. Papa per procuratorem suum legitimum coram nobis in sessione solemniter congregata, & concedente omni juri, quod prætendebat in papatu, & ipsi papatui sponte cessit; & cum restaret tantum dominus Benedictus sic in sua obedientia nominatus, ut similem faceret cessionem, ad quod præter juramenti religionem, qua adstrictus erat, de jure divino, humanoque tenebatur, ad id sibi suadendum, eumque requirendum præfatus rex Arragoniam accedere disposuit ut in tempore, & loco, sicut jam oratoribus illustrissimi principis domini Ferdinandi regis Arragonum, ac ipsius Benedicti, qui huc ad ipsum Romanorum regem ab eis missi venerunt, præfixerat, cum eisdem rege Arragonum, & Benedicto conveniret. Et nos reverendos patres, & venerabiles viros, archiepiscopos, episcopos, & alios litteratos, & doctos viros ex sacro Concilio oratores nostros ad id peragendum, & ad prosequendum nonnulla alia ad unionem pertinentia cum dicto domino Romanorum rege, sufficienti potestate suffultos destinavimus. Sicque præfatus Romanorum rex pro ecclesia Dei solita pietate sollicitus, postpositis imperii & regnorum suorum urgentissimis, quæ sibi imminebant, negotiis, per longa laboriosaque itinera alienas terras peragere non dubitans, Perpinianum accessit, commeantibus secum oratoribus nostris præfatis; ipse vero rex Arragonum, qui tunc Valentiæ gravissima ægritudine morti proximus tenebatur, contra valetudinem medicorumque consilia, ut ipse juxta promissa tanto Dei & ecclesiæ negotio non deesset, se mari cum magno vitæ periculo committere non expavit. Mira quidem tantorum principum pietas, qui suammet salutem voluerunt pro ecclesiæ salute negligere. Convenientibus autem præfatis regibus, & ipso Benedicto, ac ipsis oratoribus nostris, & præfatum Benedictum requirentibus, ut sicut promiserat, juraverat, & tenebatur, cederet; instantibus pariter requisitioni hujusmodi illustrissimorum regum Franciæ, Castellæ, Siciliæ, atque Navarræ honorabilibus oratoribus, ac magnificis, & potentibus dominis comitibus Foxi, & Armeniaci; necnon aliis nonnullorum principum eorumdem regnorum civitatum procuratoribus, post multa subterfugia, quibus eos idem Benedictus illudere conatus est, suam tandem duritiem patefecit. Non enim illum Dei timor, non religionis vinculum, non honestatis consideratio, non denique tantorum principum auctoritas, nec popularium supplicatio, nec Christianitatis tamdiu per dictum schisma divisæ & laceratæ calamitas mollire potuit, ut ad dandum ecclesiæ pacem inclinaretur: sed in pejori duritia obstinatissimus, omnibus spretis, delusisque a Perpiniano recessit; marique devectus se in Paniscolæ arce, quam ipse sibi diu ante præmunierat, pro perfidiæ suæ cautela recondidit. Regum vero, & principum, ac populorum, qui ibi convenerant, legati, qui antea eidem Benedicto tanquam Papæ obedi verant, tunc pertinacem illum detestantes eum relinquere, & ecclesiæ Dei unioni cohærere sanius proposuerunt; & sub certis, honestis, & æquis modis cum præfato Romanorum rege, & ipsis oratoribus nostris conventionem inierunt, & statuerunt, quod prælati videlicet ipsorum regnorum, ac terrarum, & locorum obedientiæ ipsius Benedicti per certi tenorum litteras a nobis requirendi infra certum temporis spatium in sanctam Synodum Constantiensem convenirent nobiscum, ad procedendum contra ipsum Benedictum, ad ejus, secundum canonicas sanctiones, de papatu, quem prætendit, dejectionem, & damnationem: ut exinde de unico pastore Christi vicario ecclesiæ suæ sanctæ provideretur, & ad alia quæ pro pace & tranquillitate, ac reformatione ipsius ecclesiæ visa fuerint statuenda procederetur. Qui jam, Deo propitio, sinceram suam mentem actionibus prosequentes, ac vocationem nostram magno unionis ecclesiæ zelo prævenientes, eidem Benedicto obedientiam universaliter subtraxerunt. Ex quo, & aliis ipsorum regum & prælatorum diligentiis firmissime speramus, quod habitis litteris nostris, per quas hodie juxta contenta eos duximus requirendos, absque mora aliqua nobiscum in hac civitate Constantiensi in unum corpus, & unum Concilium juxta promissa convenient. Cum autem ipsis venientibus, nihil aliud restet, quam quod contra obstinatam duritiem ipsius Benedicti Synodali auctoritate procedatur, cum jam principes, & prælati, omnis denique Christi fidelium populus in ipsius ecclesiæ unitate consentiat: ne prælati alii jamdudum Apostolica auctoritate vocati, & qui hactenus venire neglexerunt, in ipso articulo & conclusione unionis deficiant; sed omnes ad hoc sanctum opus, Deoque acceptissimum undique concurrant: eos, etiam, licet non sit opus amplius vocare, cum alias fuerint Apostolica auctoritate sufficienter vocati, tamen duximus requirendos. Omnes igitur, & singulos patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, & ceteros ecclesiarum & monasteriorum prælatos, necnon ipsos, & aliquos, licet paucos Romanæ ecclesiæ cardinales ab hac Synodo absentes ex abundanti, & sine præjudicio prioris vocationis, sed potius eam confirmando, hortamur in Domino, eosque requirimus & monemus, ac eis in virtute sanctæ obedientiæ auctoritate sacri Concilii tenore præsentium præcipimus, & mandamus; quatenus personaliter; illustrissimos vero principes, reges, duces, marchiones, & alios, quos hujusmodi Concilio adesse æquum est, vel qui in eo prodesse possunt quoquomodo, per viscera misericordiæ Jesu Christi invitamus, & hortamur; quatenus per se, vel solemnes suos oratores intra trium mensium spatium ipsi Constantiensi Concilio intersint præsentes: ut sic con-

a Editio Germ. *Christianissimi.*

ANNO CHRISTI 1416.

congregata fidalium multitudine copiosa, quæ in eodem Concilio decernenda, disponenda, expediendaque fuerint, adjutore Deo salubrius ordinentur. Indicentes nihilominus omnibus & singulis prælatis, quod per istam vocationem non intendimus desistere a prosecutione unionis ecclesiæ, & aliorum in hac sacra Synodo agendorum: quibus expediendis quotidie insistimus, & speramus plenius insistere, & cum Dei adjutorio perficere, præcipue in adventu prælatorum, & aliorum de obedientia Benedicti prædicti, quos infra breve tempus exspectamus. Sed vos omnes & singuli, cum veneritis, admittemini in eo statu, in quo tunc erit hæc sancta Synodus; cujus potestatem & auctoritatem non intendimus per hanc vocationem in aliquo impediri, vel esse in suspenso. Volentes etiam quod contra hujusmodi nostram vocationem nullæ licentiæ se ab hac Synodo absentandi, vel abessendi vobis, aut vestrum singulis quacumque auctoritate concessa suffragentur; quas etiam in quantum opus sit, expresse revocamus, & irritas & inanes esse decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exhortationis, requisitionis, monitionis, invitationis, voluntatis, revocationis, & constitutionis infringere, vel ei auso temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Constantiæ, undecimo Kalendas Junii anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. Apostolica sede vacante. *a* De Curia, in camera Apostolica. Petrus de Marignaco. Registrata.

a Editio Ger. De Curia,

Ex eadem collectione & tribus mss. Germanicis.

Congregatio in modum sessionis.

ANno & indict. quibus supra, die vero Mercurii tertia mensis Junii Constantiæ, in eccl. cathed prædicta, & loco sessionis deputato, hora octava, vel quasi, seu tertiarum ad tenendum sessionem seu congregationem specialiter deputata, sacrosancta Syn. Constantiensis ibidem universaliter in modum & formam sessionis seu publicæ congreg. congregata pro infrascriptis expediendis. Præsentibus ibidem reverend. patribus dominis Joanne Ostiensi, Jordano Albanensi, & Angelo Prænestino episc. cardinalib. Antonio Bononiensi, Antonio Aquilejensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Guillelmo sancti Marci, Almanno Pisano, presbyteris, & Ottone de Columna, ac Francisco Florentino diaconis cardinalibus, necnon illustrissimorum principum regum Romanorum, & Ungariæ, Franciæ, Angliæ, Arragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, Sveciæ regum, aliorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum ambaxiatoribus, nunciis & procuratoribus, ac quampluribus aliis doctoribus, magistris & suppositis quatuor nationum, sanctam Synodum Constantiensem constituentibus; pro testibus ad infrascripta inscriptis ad hoc rogatis. In qua quidem congregatione de mandato omnium dominorum ipsam congregationem constituentium, venerabilis & circumspectus vir dominus Joannes Usk præpositus Quinqueecclasiensis ambonem prædictum ascendit: & quamdam commissionem super citatione decernenda per sacrosanctam Synodum Constantiensem contra certos prælatos, atque nobiles regni Bohemiæ, & marchionatus Moraviæ, qui dicuntur esse diffamati de hæresi: in qua commissione petebantur judices quatuor, unus de qualibet natione ipsius Synodi, qui se summarie informare debebant super contentis in dicta commissione, & referant ad finem & effectum, quod citatio per Concilium decernatur. Qua commissione lecta, surrexit dominus Gaspar de Perusio advocatus consistorii, tanquam unus de Concilio: & petiit ipsis deputatis judicibus, sive commissariis adjungere unum commissarium de collegio dominorum cardinalium, & sic istis petitis nihil fuit responsum per congregationem sive ejus nomine. Subsequenter venerabilis vir magister Henricus de Piro promotor dictæ congregationis, sive Synodi Constantiensis prædictæ surrexit: & quamdam citationem audientiæ litterarum contradictarum Romanæ curiæ, alias ab auditorio sive audientia sanctæ Synodi Constantiensis emanatam, & de ejus mandato ac voluntate inibi positam & lectam, signetoque ipsius audientiæ signatam, aliasque debitæ exsecutioni demandandam repræsentavit, citatorum in eadem contentorum non comparentium, neque aliquam causam rationabilem, si quam haberent, quare in scriptis declarari incidisse in pœnam in monitorio alias decreto contentam non debeant, allegare, contumaciam accusavit: ipsosque contumaces reputari petens, & in eorum contumaciam eosdem monitos in pœnas in monitorio contentas incidisse per ipsam sanctam Synodum, sive congregationem generalem debita cum instantia postulavit. Tunc dicta Synodus sive congregatio monitos prædictos non comparentes, neque causam, si quam habent rationabilem, quare declarare non deberent, incidisse pœnas in monitorio contentas, allegare seu proponere curantes, licet satis exspectatos, reputavit contumaces; & in eorum contumaciam ipsos monitos in monitorio contentos declaravit incidisse pœnas in monitorio expressas & alias declaravit, prout & quemadmodum in eadem declarationis papyri schedula in ambonem per venerabilem virum dominum Joannem Usk præpositum prædictum de mandato ipsius Synodi Constantiensis sive congregationis de verbo ad verbum publice, alta, & intelligibili voce lecta, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua sententia lecta domini deputati per nationes ad respondendum super approbationibus lectorum & petitorum, qui fuerunt Antonius Concordiensis, Vitalis Tholonensis, Nicolaus Merseburgensis, & Patricius Cartagensis episcopi nomine quatuor nationum, Antonius Concordiensis respondit nomine nationis Italica in hunc modum juxta deliberationem: Cum non constitit de petitione in natione Italica proposita per advocatum super adjunctione unius commissarii de collegio cardinalium vigore commissionis in causa fidei, per Joannem Usk propositam; seclusa illa respondebat ad aliam, *Placet*, reservata tamen deliberatione nationis & Synodi, quod unus de cardinalibus possit adjungi. Patricius vero Cartagensis nomine nationis Anglicanæ respondit ad omnia petita, *Placet*.

Subsequenter ad instantiam & petitionem reverendi patris domini Simonis episcopi Traguriensis ambaxiatoris serenissimi regis Romanorum, fuit lecta una litteræ missiva per dominum regem Romanorum Concilio & Synodo Constantiensi directa, in effectu continens, quod rex desiderabat unionem, & pacem in Concilio, & inter supposita nationum, & Concilium: & intimabat ejus adventum in tempore celeriori, quo posset; alias recommendando se, & facta dominorum ambaxiatorum & procuratorum suorum in eodem Concilio exsistentium, & præsertim quod nihil ardui fiat, seu præjudiciale in ejus absentia. Qua littera lecta venerabilis vir dominus Simon de Theramo sacri consistorii advocatus, & tanquam procurator ejusdem domini regis Romanorum, super iis petiit sibi fieri unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, ad dictamen sapientum, per protonotarios sedis Apostolicæ, & scribas Concilii ad hoc deputatos.

Subsequenter ad petitionem venerabilis viri domini Henrici *b* Vitart ambaxiatoris & procuratoris reverendissimi patris domini archiepiscopi Maguntinensis, fuit lecta per eumdem dominum Joannem de Usk una littera missiva Concilio prædicto per dominum archiepiscopum Moguntinensem: in qua continebatur in summa, qualiter idem reverendus pater dominus Joannes archiepiscopus esset delatus innocenter apud regiam majestatem: excusans se, quod non fecit umquam contra ecclesiam Romanam, neque Concilium, sive regiam majestatem, & jam esset in senio constitutus, desiderans ultra omnem thesaurum pacem, & unionem in ecclesia, & in imperio, & quodammodo in toto orbe terrarum: supplicans Synodo & Concilio Constantiensi cum propter necessitates suæ ecclesiæ Maguntinensis, adesse non possit, commode *c* pro excusato.

b mss. Nitard.

Subsequenter venerabilis vir dominus Dominicus de Ponte præsentavit litteras domini electi Fulginatensis electionis ejusdem & provisionis, seu confirmationis factæ: protestatus fuit, quod non currat dicto electo tempus a canonibus institutum, seu diffinitum, propter carentiam summi Pontificis: cui dictam electionem incontinenti

c Forte, habeat pro.

tinenti post ejus creationem protestatus fuit præsentare per partem suam.

Item, similiter dominus Blasius de S. Agatha advocatus dicti consistorii non recedendo ab aliis protestationibus per eum in Concilio & in nationibus factis, similiter fuit protestatus nomine fratris Hieronymi magistri in sacra Theologia electi ad ecclesiam Ariminensem, prout supra. Super quibus venerabilis vir magister Henricus de Piro promotor Concilii petiit a protonotariis & aliis Concilii scribis unum, vel plure, publicum seu publica, instrumentum vel instrumenta ad dictamen sapientis. Præsentibus dictis testibus superius inscriptis.

Tenor declarationis pœnarum Argentinensium.

In nomine Domini, Amen.

AD compescendos temerarios ausus subditorum in superiores, & prælatos suos, necnon laicorum, quos clericis infestos oppido tradit antiquitas, in personas ecclesiasticas, & præsertim pastorala gerentes officium, tuendo ecclesiasticam libertetem, hæc sancta generalis Synodus Constantiensis dudum ad eam fama publice referente, frequentique, & clamorosa insinuatione rem pœne notoriam demonstrante, quod Hugelmannus decanus, & Fredericus de *a* Zalse canonicus de mandato capituli ecclesiæ atque consensu proconsulum, rectorum, & communitatum civitatis Argentinensis, necnon Michaelis *b* Zalbrug, & Rolini Barphennig dictæ civitatis civium consilio, auxilio, consensu, dilectos filios Wilhelmum electum, necnon Fridericum cantorem dictæ Argentinensis ecclesiæ cum nonnullis eorum bonis & rebus manu armata violenter & temere ceperunt in quodam castro ad ipsam ecclesiam pertinente, atque ad civitatem Argentinensem invitos adduxerunt, carcerique mancipaverunt, dictique Hugelmannus, Fredericus, & alii prænominati, necnon capitulum, consules, proconsules civitatis, & communitatis prædictæ inclusos detinebant, prout adhuc detinent mancipatos: præfatos Hugelmannum decanum, Fredaricum canonicum, nacnon capitulum, consules, proconsules, rectores, & communitates, atque Michaelam, & Rolluum præfatos canonice, & peremptorie monuit; quatenus infra certa temporum spatia tunc futura, nunc autem, & diu elapsa, prædictos Guillelmum alectum, & Fredericum cantorem, sub poenis juris, & sacrorum canonum, necnon axcommunicationis in singulos, interdicti in ecclesiam, atque communitatem, civitatem, necnon in terras, dominia, atque loca ad capitulum & communitates prædictas & prædicta communiter vel divisim pertinentes & pertinentia, eidem sanctæ Synodo redderent, & relaxatent: nisi tamen causam vel causas allegare vellent, quare ad præmissa minime teneantur: ad quam seu quas allegandum coram eadem sancta Synodo certum & peremptorie terminum præfixit, & assignavit, & ad hoc illos peremptorie citavit; alioquin aadem sancta Synodus præfatas sententias & censuras ex tunc in scriptis promulgavit. Et quia præfati nominati hujusmodi monitioni parere, & coram eadem sancta Synodo legitime ad præmissa in assignato & prorogato terminis, & eorum quolibet comparere, causamque vel causas præmissas allegare minime curaverent, immo contumaciter contempserunt, ad hæc tamen diutius exspectari; idcirco eadem sancta Synodus præfatos Hugelmannum decanum, Fredericum canonicum, Michaelem, & Rolinum cives, necnon consules, & proconsules, & singulariter singulos excommunicationis; ecclesiam vero, civitatem & communitatem, necnon terras, dominia, & loca prædictas, & prædicta interdicti sententias & censuras incurrisse, dictasque personas singulariter singulas excommunicationis; ecclesiam vero, civitatem, & communitatem atque terras, dominia, & loca, prædictas & prædicta, ecclesiastico subjacere interdicto pronunciat, & declarat: præmissaque mandat per omnes ecclesiæ subditos, qui fuerint debite super hoc requisiti, publicari, & de præmissis litteras confici opportunas, &c. *c*

a Mss. *Zolre.*

b Mss. *Mr-elburge.*

c In mss. addunt: *Deficiunt litteræ domini Regis, & domini Moguntini, Concilio directæ.*

Congregatio generalis.

DIe Veneris quinta supradicti mensis Junii fuit tenta solemniter Constantiæ in loco solito sessionis in ecclesia majori, hora octava post mediam noctem, hujus sacri Concilii, ut moris ast, congregatio generalis: in qua venerabiles & egregii viri illustrissimi principis domini regis Portugalliæ ambaxiatores ambonem publicationis ordinarorum in Concilio ascenderunt: inter quos unus ex eisdem proposuit solemniter dominum suum recommendandu. Post hoc dominus reverendus episcopus Sarisburiensis surgens verba proponendo *d* confirmando, aumdem dominum regem in Concilio mirifice recommendavit. Deinde dictorum ambaxiatorum procurator, sine mandato fuit locutus. His sic peractis, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Florentinus S. R. E. cardinalis, etiam surgens supradictum regem dominum Portugalliæ, ipsiusque oratores sive ambaxiatores, & dominum episcopum Sarisburiensem eleganter recommendavit. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Joanne episcopo Ostiensi vicecancellario appellato Laudensi, Antonio Aquilegiensi, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Angelo Varonensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Amedeo de Salutiis, Ludovico de Flisco, Ottone de Columna, & Francisco Florentino S. R. E. cardinalibus, embaxiatoribusque pluribus, & Christi fidelibus in multitudine copiosa.

d Forte. *&* *confirmando.*

Die Jovis undecima mensis Junii prædicti, Constantiæ in domo fratrum Minorum, in refectorio majori dictæ domus, in qua natio Germanica pro suis consiliis, tractatibus habendis & advisandis congregari solat, mane hora tertia rum, vel quasi, constitutus magnificus dominus Evathardus comes de Nellemburg, locum tenens gubernatoris & custodis sacrosanctæ Synodi Constantiæ, in absentia illustris principis domini Ludovici comitis Palatini Rheni, & ducis Bavariæ. Præsentibus ibidem revarendissimis, ravarandis, venerabilibus, & circumspectis viris dominis Antonio cardinali Bononiensi, Joanne Constantinopolitano, Joanne Antiocheno patriarchis, Joanne Rigensi, Bartholomæo Mediolanensi archiepiscopis: Vitali Tolonensi, Frederico Augustensi provinciæ Moguntinæ, Amedeo electo Lugdunensi, Simone Traguriensi, Joanne Wurmaciensi, Nicolao Mersebergensi, Gregorio Tridentino, Henrico Feltrensi, Francisco Argtunensi, Ulrico Verdensi, Antonio Concordiensi, Bertrando sancti Flori, Elia Aniciensi episcopis, Nicolao Wordis utriusque, Joanna Abundi theologiæ, & decretorum *e*, abbate in Olnagensi, abbate Camplicensi, aliisque doctoribus in numero ducentorum, vel quasi, præsidentibus quatuor nationum & deputatis ad infrascripta audianda constitutis ad hoc missis, & per os reverendi patris domini Huldrici episcopi Verdensis proposuit ibidam, qualiter idem dominus comes de Nellemburg a domino Conrado fratre carnali canonico ecclesiæ Argentinensis heri recepisset certas litteras, in quibus continetur, quod idem Conradus canonicus per fidem & juramentum suum excusaretur de captione domini Wilhelmi electi Argentinensis: sicque ipse dominus Conradus nec verbo, neque in facto se intromiserat, neque aliquid inde scivisset, & summe dolet de captivatione: & in casu quo aliquæ pœnæ, vel sententiæ censurarum quarumcumque promulgarentur contra capitulum & singulas personas ecclesiæ Argentinensis, supplicaret Concilio quod dignaretur talem provisionem apponere, quod idem dominus Conradus comes de Nellemburg canonicus in illis pœnis & sub comprehendi non possit, cum totaliter innocens esset hujusmodi captivationis: recommendans ipsum dominum Conradum comitem Concilio Constantiensi ad omnia sibi possibilia. Præsentibus dictis dominis pro testibus infrascriptis, necnon magistris Michaele Boiosonis, Wilhelmo Porcellis, Giselero de Boveten notariis, & *f* Goffredo de Dusten corsore sedis & protonotario dicti loci, sive nationis Germanicæ, testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

e Adde ex mss. *Henrico Nithardi, decretorum, doctoribus: Abb. Swaganensi, (Lips. in Elwangen) abbate Remptensi, aliisque, &c.*

f Mss. *Gotfredo de Dursten.*

ANNO CHRISTI 1416.

Congregatio generalis.

Die Sabbati vicesima septima mensis Junii prædicti, Constantiæ in ecclesia majori prædicta, & in loco sessionis, mane hora octava, vel quasi, fuit congregatio generalis omnium prælatorum, doctorum, ambaxiatorum magistrorum, & procuratorum prælatorum, principum, *&c.* Synodum seu Concilium Constantiense constituentium, pro causa Argentina in eadem Synodo super captivatione domini electi Argentinensis ventilata, atque vertente, & pendente. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Joanne episcopo Ostiensi vicecancellario *a* Laudensi, Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricariensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Petro de Fuxi presbyteris, Ottone de Columna, Lu- B eido de Comite, Francisco Florentino, diaconis cardinalibus: necnon illustrissimorum principum Romanorum & Ungariæ, Franciæ, Angliæ, Arragonum, Cypri, Neapolitanorum, Poloniæ, Sveciæ, Norvegiæ, & Daciæ regum, aliorum prælatorum, principum tam ecclesiasticorum, quam sæcularium, universitatum studiorum, & communitatum ambaxiatoribus, ceterisque dominis & suppositis, Synodum præfatum constituentibus, & aliis nobilibus, & clientibus ibidem adstantibus in numero copioso. Et pro concordia celerius habende inter reverendum patrem dominum Wilhelmum electum Argentinensem, & universitatem civitatis Argentinensis, fuit ibidem dictus reverendus pater electus Argentinensis in medium ductus. Quo ibidem existente, surrexit reverendus pater dominus patriarcha Antiochenus, & publicabat in generali causæ Argentina, quare dictus dominus electus C juxta assertionem dominorum de capitulo, fuisset captus: & humiliter narravit quædam capitula per nationes conclusa, modum, & formam, qualiter, & quomodo deberet procedi inter partes, videlicet electum, capitulum, & civitatem Argentinensem continentia; quorum capitulorum tenores inferius sunt inserti, & ibi de verbo ad verbum recitati. Quibus sic recitatis verbaliter, levavit se reverendus pater dominus Robertus episcopus Sarisburiensis nomine Synodi Constantiensis, & fecit certam relationem in qua correxit mala commissa per negligentiam domini electi Argentinensis & suorum: videlicet de collapsione bonorum, terrarum, & rerum ecclesiæ Argentinensis: & e converso, excessus commissos per capitulum, civitatem, & personas singulares, tanquam subditos in superiorem & dominum commissos atque factos. Quo sermone completo juxta capitula superius recitata fuerunt deputati ii, videlicet, D

Branda Placentinus, Angelus Veronensis, cardinales.
Pro natione Germanica, Jacobus Placentinus episcopus Nicolaus Vordis auditor, utriusque juris doctor.
Pro natione Italica, Marinus archiepiscopus Aprutinus. Thomas de Ameleja, auditor palatii causarum.
Pro natione Gallicana, Joannes patriarcha Constantinopol. & Joannes episcopus Gebennensis.
Pro Anglicana, Patricius episcopus Cortagensis, Richardus Derbin protonotarius.

Quibus judicibus & commissariis sic deputatis, levavit se strenuus miles dominus Henricus *b* Lazenborck: & per eos venerabilis viri domini Joannis Usk præpositi Quinqueecclesiensis proposuit, qualiter serenissimus princeps Sigismundus Romanorum rex scripsit Concilio super relaxatione domini Wilhelmi electi Argentinensis, & in persona ipsius domini Henrici, & reverendi patris E domini *c* Swonis episcopi Tragurienfis, & in casu, quo Concilium velit, quod ipse vadat pro aliis captivis, videlicet cantore Argentinensi & familiaribus eorum, videlicet electi & cantoris, captivatis; quod sperat eos adducere, quemadmodum adduxit dictum electum. Quibus sic factis, de mandato Synodi prædicti ad omnia prædicta responderunt: *Placet*; videlicet Antonius Concordiensis, Nicolaus Merseburg. Vitalis Tolonensis, Patricius Cortagensis. Et demum Joannes Ostiensis nomine collegii cardinalium per verbum: *Placet*. Approbatione namque hujusmodi facta per Synodum sive congregationem præfatam, venerabilis magister Henricus de Piro promotor ipsius Concilii petiit sibi fieri unum, vel plu- A ra, publicum vel publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus prædictis testibus.

Sequenter venerabilis vir dominus Dominicus de Ponte advocatus sacri consistorii, præsentavit ibidem certas litteras missivas per regem Francorum super promotione electi....... quarum tenores inferius sunt inserti. Quibus litteris lectis, surrexit venerabilis & circumspectus vir dominus Augustinus de Pisis ejusdem palatii sive consistorii advocatus, & nomine illustris principis Ludovici comitis Palatini ac ducis Bavariæ: & dixit, qualiter alias certæ litteræ fuissent lectæ in nationibus, tangentes statum & personam ipsius Ludovici. Litteræ fuerunt directæ per dominos Joannem archiepiscopum Maguntinensem, duces Wilhelmum & ottonem ipsius domini Ludovici fratres carnales, & marchionem Vadensem: in quibus litteris missivis dixit contineri, qualiter B ipse dominus Ludovicus dux & comes conaretur injuriare dictis suis fratribus quoad successionem bonorum patrimonialium: de quibus contentis in ipsis litteris ipsum dominum Ludovicum comitem, & ducem omnimodæ determinationi Concilii Constantiensis & serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis: quorum determinationi in omnibus & per omnia, plenarie & integraliter usque ad minimum obedire, & in nullo contrafacere, seu venire de jure, vel de facto. Et optavit sive desideravit illud fieri celeriter, ad finem quod toti Mundo manifestaretur ejus justitia. Super quibus fuerunt petita instrumente per reverendos patres dominos sedis Apostolicæ protonotarios, ceterosque notarios, atque scribas ad hoc deputatos, unum, vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta ad dictamen cujuslibet sapientis. Præsentibus supradictis dominis & testibus.

C Tenores vero dictorum capitulorum, ut præfertur, per dominum patriarcham Antiochenum recitatorum, necnon deputationis commissariorum causæ, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Primo, quod persona domini electi Argentinensis offeratur sacro Concilio cras in congregatione generali in loco sessionis facienda ibique per habentem verba dicti Concilii cum honestate & honoribus debitis recipiatur, secundum quod decet, honore sacri Concilii, & ecclesiæ Argentinensis, ac personæ ejusdem domini electi considratis.

Item, quod attendatur, quod dictæ personæ oblatio fiat pure & simpliciter sine conditione & obligatione quacumque; & si forsan aliqua conditio vel obligatio interveniret, in dicta obligatione cassetur ante omnia per dictum Concilium, & pure præfata persona re- D cipiatur ad finem justitiæ inter personas & alias ex officio ministrandæ.

Item, quod dictus electus ibidem offerat & præstet cautionem idoneam de non recedendo e Concilio ante finem causæ; & de stando juri, ac judicio sisti, & de parendo, contemperandoque, & obediendo judicatis super omnibus propositis, & opponendis contra eum, tam ex officio, quam ad instantiam decani, & capituli, ac civium Argentinensium, & maxime super iis quæ concernunt indemnitatem ecclesiæ prædictæ Argentinensis.

Item, quod vice versa decanus, capitulum, ac cives similem cautionem præstent, quoad proposita & proponenda contra eos pro parte dicti electi, & alias ex ne dictum sacrum Concilium in aliquo videatur clau- officio, dicare.

Iste superius scripta non fuerunt lecta, sed solum per E dominum Joannem Patriarcham Antiochenum verbaliter dicta.

Item, quod deputentur per sacrum Concilium de qualibet natione duæ notabiles personæ: ex parte collegii, duo domini cardinales, qui habeant plenam potestatem recipiendi cautiones casu quo in prima congregatione non essent per Concilium receptæ, & circa custodiam personæ medio tempore providendi in dicto casu, & etiam causam & causas ad querelas partium prædictarum, & alias ex officio motas, ac movendas audiendum, & examinandum, & generaliter omnia faciendum, quæ ad plenam discussionem hujusmodi causarum, & querelarum pertinent seu pertinebunt usque ad sententiam diffinitivam exclusive. *d*

Con-

a Lege, appellato Laudensi, ut pag. sup.

b al. *Lazemberg*

c Mss. *Simonis*, ut supra. In mss. etiam German. electi nomen abest,

d In mss. additur, *Littera Regis Francorum in exemplari non habetur.*

Congregatio generalis.

ANno & indictione, quibus supra, die vero sabbati quarta mensis Julii, Constantiæ in ecclesia majori in loco sessionis solitæ, hora decima post mediam noctem fuit more solito congregatio generalis, in qua reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Franciscus cardinalis Florentinus fecit quamdam propositionem sive sermonem pro unione: & accepit illud, quod scribitur Joannis 17. *Pater serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos, &c.* Propositione ista facta venerabilis & circumspectus vir dominus Joannes Abundi, utriusque juris doctor ambonem publicationis sæpefatum ascendens, de mandato sacri Concilii sibi facto, quoddam instrumentum publicum per venerabilem virum dominum Joannem de Opizis sacri palatii Apostolici auditorem causarum, ipsiusque Concilii ambaxiatorem, publice de verbo ad verbum proposuit & perlegit, cujus tenor inferius est insertus: ipsoque instrumento perlecto, idem magister Joannes Abundi nomine dicti Concilii a protonotariis & notariis hujus Concilii fieri petiit super præmissis unum vel plura, publicum seu publica instrumenta.

Subsequenter magister Joannes Abundi quasdam litteras clausas huic sacro Concilio per serenissimum principem dominum dominum regem Arragonum missas, ac instrumentum procurationis publicum reverendo patri domino Antonio Texal generali ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, quorum tenores inferius sunt inserti, de simili mandato hujus sacri Concilii facto publice, alta & intelligibili voce perlegit: quibus omnibus successive lectis, idem magister Antonius generalis & procurator, ambonem præfatum ascendens, brevem, utilem, & bonam sine themate fecit collationem: dominum suum regem prædictum recommendando mirifice, eumque de tardatione missionis embaxiatorum solemnissime excusando: supponitque in eodem quod ipsius ambaxiatores regis sui domini ad unum mensem expectarentur: ac etiam tanquam humilis orator illustrissimorum principum dominorum regum Navarræ & Castellæ, ac serenissimorum virorum Fuxi & Armenieci comitum, huic Concilio supplicavit, quatenus eos de non missione ambaxiatorum suorum excusatos haberet, & ipsorum ambaxiatores similiter per mensem expectare dignarentur. Et super iis per eum propositis & petitis per protonotarios, & notarios hujus sacri Concilii, sibi fieri & confici unum, vel plura publica petiit instrumenta.

Ordinete autem iis peractis, magister Joannes Abundi quamdam responsionis ad præmissa schedulam, cujus tenor inferius est insertus, de mandato Concilii sibi super hoc facto publice perlegit. Hac autem schedula lecta, fuit per nationum præsidentes, & Joannem episcopum Ostiensem & vicecancellarium, nomine collegii cardinalium responsum, *Placet*. Ipsaque responsione sacri Concilii, ut præfertur, lecta, fuit per dictum dominum Antonium generalem & procuratorem tanquam rata & grata accepta. Super quibus omnibus & singulis præmissis idem magister Antonius generalis & hujus sacri Concilii promotor, a protonotariis & notariis ejusdem Concilii sibi fieri unum, vel plura publica petiit instrumenta.

Demum idem magister Abundi quamdam commissionis schedulam pro egregio viro domino Joanne Cornelii decretorum doctore, & simili mandato hujus sacri Concilii de verbo ad verbum publice perlegit, cujus tenor similiter inferius est insertus. Qua schedula sic lecta per omnes nationum præsidentes, & dominum Joannem episcopum Ostiensem & vicecancellarium *a* hujus sacri Concilii concorditer fuit responsum, *Placet*. Præsidentibus ibidem reverendis patribus & dominis Vivariensi, Angelo Laudensi, Jordano de Ursinis, Angelo Bononiensi, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Antonio Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricaricensi, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino S. R. E. cardinalibus, necnon dominorum regum, ducum, principum, comitum, nobilium ac prælatorum ambaxiatoribus, Christi fidelibus in numero copioso.

a Forte, *nomine hujus*.

Tenor vero dictorum instrumentorum publicorum, litterarum missivarum, ac schedularum responsionis, & commissionis unde supra fit mentio sequuntur.

In nomine Domini. Amen.

NOverint universi, quod die Martii circa horam obsequii intitularam, decima septima mensis Martii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. in præsentia mei Arnoldi de Millaris regia auctoritate notarii publici Barchinonensis, ac regentis scribaniam curiæ vicariæ Barchinonæ, pro venerabili Francisco *b* Teireni curiæ Berchinonensis domino utili prædicto scribente, & in præsentia etiam egregii viri Joannis comitis Cardonæ, honorabilis Bernardi de Ponte legum doctoris, *c* Sperain-deo Cordonæ juris periti, Bononati Petri licentiati in decretis, Bernardi *d* Suri, Raymundi de Plano, Galterendi *e* du Sauk, & Petei de Torrentibus, & discreti Bernardi Splugnez *f* notarii, civium Barchinonæ, testium ad hoc vocatorum specialiter & assumptorum, nobilis & spectabilis vir Joannes de Opizis, decretorum doctor, procurator & nuncius sacri Concilii, prout de sua potestate constat per quamdam bullem plumbatam cum cordulis cannabis a Synodo Constantiensi emanatam, datam Constantiæ secundo Nonas Febr. anno prædicto, & dicto nomine, præmissa quadam verbali explicatione de omnibus iis, quæ gesta, & nuper lecta fuerunt per congregatos Constantiæ, vocatum per eum Concilium, juxta conventiones initas inter serenissimos dominos reges Arragonum, Castellæ & Nevarræ, ac comites Armeniaci & Fuxi: & recitando pacem, tranquillitatem maximam, & quietem, quæ erant io dicta civitate Constantiensi, & congregatos ibidem; & maximam devotionem, quam habent, ut hæc obedientia de facto uniatur cum eis pro consequendo sanctissimam unionem; & magnum gaudium de conventionibus & concordia auditis: de & pro quibus festivitatem solemnem cum magna lætitia celebrarunt. Explicando etiam apertum animum dictorum congregatorum, quem habent erga hanc civitatem; cui post Deum, & dominum Arragonum, dictæ conventionis & concordiæ bonum attribuunt; paratos se offerentes eidem civitati in gratiis omnibus complacere, gratis verbis reducendo eamdem, quod virtuosos labores continuatim circa dictum actum sanctissimæ unionis obtulit, & præsentavit honorabili Joanni Aymerici, militi, vicario Barchinonæ, *g* Aquiarum & Valentiæ, Modiliani, & Mediliani, pro serenissimo principe & domino, domino Ferdinando Dei gratia Arregonum rege, ab hujusmodi Barchinonæ civitate pro nunc absente. Præsentibus ibidem honorabilibus Joanne *h* Salvalenum, Arnoldo de Torrente, Gaiterando Carbonæ, & Joanne *i* Brissotti consiliariis hoc anno civitatis Barchinonæ, una cum venerabili Macco Turelli pro nunc absente: & præsentibus etiam pluribus aliis civibus exsistentibus in domo Concilii ipsius civitatis; quamdam chartam, sive instrumentum confirmationis omnium & singulorum capitulorum quinque sigillis appendentibus communitum. Item, sexaginta & unam litteras convocatorias, quamlibet earum quinque sigillis pendentibus roboratam, & viginti pro regno Arragonum, & viginti pro regno Castellæ, & decem pro regno Navarræ, & quinque pro comitatu Fuxi, & alias quinque pro comitatu Armeniaci, prout fuit concordatum in dictis capitulis. Nec non etiam præsentavit præfatus honorabilis nuncius & procurator prænominatus honorabili vicario Bartholomæo decem salvosconductus prædicti Concilii Constantiensis cum bullis plumbeis munitos. Item, novem salvosconductus civitatis Constantiensis cum sigillis pendentibus communitos. Item, sex salvosconductus in papyro scriptos. Ex quibus quidem sexaginta & una litteris convocatoriis causa brevitatis fuit lecta una alta & intelligibili voce coram omnibus ibidem præsentibus. Et ex prædictis salviconductibus fuit lectus unus. Item, præsentavit præfatus honorabilis procurator & nuncius dicto honorabili vicario Barchinonensi sexaginta litteras convocatorias, quas, ut dixit, præfatum Concilium ad cautelam fecit fieri: quæ omnes, ut asseruit, sunt similes, præterquam in tribus verbis super depositione prædicta: vide-

b MSS. *Terreni cive Barchinonæ, domino utili prædictæ scribaniæ.*
c MSS. *Sperantis in Deo Cardonæ.*
d MSS. *Serra*, al. *Sirra*.
e MSS. *du Say*.
f MSS. *notariorum*.
g MSS. *Aqualatis*.
h MSS. *Smalieni*.
i al. *Bassoti*.

videlicet ubi dicit quod dominus Gregorius XII. in sua obedientia dicebatur, sua sponte cessit, sic idem Joannes dictus XXIII. in sua obedientia post ejus legitimam depositionem facere voluit atque fecit. Quibus siquidem litteris convocatoriis, salviconductibus præsentatis, idem honorabilis nuncius & procurator nomine dicti Concilii Constantiensis protestatus fuit per hujusmodi præsentationem, quod non intendebat præjudicare capitulis conventis & concordatis in Narbona. Et in casu quo tacite vel expresse in aliquo præjudicaretur, ex nunc vult habere dictas litteras pro non præsentatis. Necnon etiam protestatus, quod prædictas ultimas litteras convocatorias per ipsum ultimate præsentatas præsentare non attendebat, nec eis uti, nisi si & in quantum præfato domino regi Arragoniæ, & aliis, quorum interest, gratum erit, nec in aliquo recedere a forma concordata. Volens, & requirens de prædictis oblationibus & præsentationibus sibi dicto nomine fieri atque tradi publicum instrumentum seu instrumenta publice per notarios infrascriptos; & ad majorem præmissarum litterarum convocatoriarum clarificationem, & designationem. Tenor tamen ex eisdem in hujusmodi præsentationis instrumento fuit insertus, qui talis est:

Miseratione divina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati, &c. *a*

e Dabitur inferius sessione XXIV. ex prima editione.

Ego Bruantius Dwerg, inter decretorum doctores minimus, ac sedis Apostolicæ notarius, quia præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum infrascriptis dominis meis præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi: ideo præsentes litteras per alium scriptas de mandato dictorum dominorum meorum exinde confeci: & subscripsi, signoque & nomine meis consuetis signavi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium præmissorum.

Et ego Joannes de Trembleyo decretorum doctor sedis Apostolicæ notarius in omnibus prædictis præsens interfui, & una cum dictis collegis meis ea fieri vidi & audivi, & ad prædicta rogatus me subscripsi, & signo meo manuali consueto signavi in testimonium omnium præmissorum.

Et ego Jacobus Rodini de Janua sanctæ sedis Apostolicæ notarius præmissa omnia, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, una cum aliis dominis meis collegis deputatis sic fieri vidi & audivi, ipsisque omnibus interfui, signoque meo consueto signavi, & manu propria me subscripsi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium præmissorum.

Joannes Ostiensis Nationis Italicæ, N. Gallicanæ, N. Germanicæ, Joannes Lange Anglicanæ. Quibus omnibus sic peractis, prænominatus honorabilis vicarius Barchinonæ, de consilio venerabilis Spera-in-Deo Cardona, & Bonanati Petri suorum in iis assidentium seu consiliariorum, retinuit sibi in præmissis & super ipsis deliberationem.

Subsequenter vero die Jovis, quæ fuit decima octava mensis Martii, anno prædicto a Nativitate Domini MCCCCXVI. præsentibus honorabilibus, Bononato Petri in decretis licentiato, & Michaele de Sena civibus Barchinonæ, discretis Matthia Justi scriptore præfati domini regis, & Joanne Bachallarii scriptore, testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis assumptis, præfatus honorabilis vir Joannes Aymerici miles vicarius Barchinonæ, explicando in & super præmissis suam deliberationem, tradidit mihi notario infrascripto quamdam papyri schedulam scriptam, quæ est hujusmodi seriei. Præsentationi & oblationi litterarum, bullarum, & aliarum supradictarum sibi factarum, per nobilem & spectabilem virum dominum Joannem de Opizis decretorum doctorem, & nuncium congregationis, seu per eum vocati Concilii Constantiensis provinciæ Moguntinæ. Respondet Joannes Aymerici miles vicarius civitatis Barchinonæ pro illustrissimo principe domino suo rege Arragonum, & dicit, quod ipse recipit & acceptat litteras convocatoriales, bullas & salvosconductus, seu litteras salvorum conductuum in forma & modo prænotatis, sub & cum conditionibus & protestationibus quæ sequuntur.

Primo, quod per receptionem & acceptationem prædictam non intendit recedere a capitulis dudum conventis, concordatis & firmatis in civitate Narbonæ inter serenissimum principem & dominum, dominum Sigismundum Dei gratia Romanorum regem & Ungariæ semper augustum, & *b* Romanos patres dominos prælatos, & quosdam alios egregios & spectabiles viros nuncios dictæ congregationis Constantiensis parte ex una, & illustrissimos principes dominos regem Arragonum, Castellæ, Navarræ, necnon & potentes dominos comites Armeniaci & Fuxi, seu ambaxiatores & procuratores eorum ex altera, nec deviare in aliquo ab eisdem, nec super eisdem aut contentis in eis aliqualiter innovare.

b Forte, *reverendos*.

Secundo, quod per hujusmodi receptionem & acceptationem, & alia inde secuta nullum fiat præjudicium regi Arragonum jam dicto circa cursum termini trium mensium, qui currere debet a præsentatione dictarum litterarum, & salvorum conductuum, ut in dictis capitulis, ad quæ se refert, continetur; nec ad cursum alicujus temporis, vel termini; quare attento quod dictos omnes salvosconductus non præsentat, & quod sine eis non potest haberi tutus accessus ad Constantiam, dicti tres menses nullatenus currere debent.

Tertio, quod per receptionem & acceptationem quarumdam litterarum aliarum convocatoriarum in civitate Narbonensi concordatarum, quarum series & tenor in prænominatis est insertus, non intendit inde vicarius obligare præfatum dominum regem ad probandum & acceptandum dictas litteras & diversas, & discrepantes a tenore convento, nec ad utendum eis, nisi si & ubi eidem domino regi placuerit; nec intendit istas litteras discendere in aliquo ab ipsis capitulis, & contentis in eisdem. Quod si in dictis litteris convocatoriis, bullis, & aliis rescriptis, aut tenore earum, & eorum aliqua in modo aliquo deficiunt, quod illis, quæ & si quæ, aut si qua forsan deficiant, nullatenus censeatur tacite, & minus expresse renunciatum, immo dicto domino regi remaneat jus plene salvum habendi, & recipiendi eas, & ea, & quæ, si qua, aut quæ * quod tempus trium mensium prælibatum, aut aliud tempus interim non præcurrat; nec alias idem dominus rex, & constituat, aut censeatur esse constitutus in mora, donec omnia, quæ sibi tradi, & præsentari debent, legitimum & debitum in forma, tenore, & modo complementum. Protestatur etiam pro domino rege Arragonum, & pro se de omnibus & singulis, de quibus licet protestari, & salvare jus regis sui, de quibus, *&c.*

Qua quidem papyri schedula tradita prælibatus honorabilis vicarius petiit & requisivit eam in fine præmissorum inseri & contineri, sibique nomine dicti domini regis fieri atque tradi publicum instrumentum, & etiam publica instrumenta per notarios superius & inferius scriptos.

Postmodum vero die sabbati in tertiis, quarta die Aprilis anno prædicto a Nativitate Domini MCCCCXVI. in præsentia Antonii Verii notarii 1 subscripti in curia vicariæ Barchinonæ, & in præsentia etiam Bononati Petri in decretis licentiati, & Joannis 2 Lesavasses civium Barchinonensium, & 3 Marchiani Oliverii archidiaconi Vellipurii in ecclesia 4 Slicensi testium ad hoc vocatorum specialiter & assumptorum, prænominatus notabilis & spectabilis vir Joannes de Opizis procurator & nuncius antedictus pro satisfaciendo conventionibus & capitulis prædictis initis, & conventis, obtulit & præsentavit præfato honorabili Joanni Aymerici militi vicario Barchinonæ, Aqualatensi & Vallensi, Modilian & Modiliani, præsentibus honorabilibus Arnoldo de Torrente, Galterando Darbonæ, & Joanne Bossael consiliariis Barchinonensibus prædictis, existentibus in prædicta domo consilii ipsius civitatis, primo sex salvosconductus in pergameno scriptos serenissimi Ludovici secundi Dei gratia regis Jerusalem, *&c.* cum sigillis pendentibus, & cera vermilia roboratis. Item, alios salvosconductus in pergameno scriptos serenissimi Caroli Dei gratia Francorum regis, delphini Viennensis, cum sigillis pendentibus, & cera vermilia roboratos. Item, alios sex salvosconductus in pergameno scriptos egregii comitis Sabaudiæ principis ducis Chablasii, Augustæ in Italia marchionis, cum

1 Lege ex mss. *scriptorisque jurati*. 2 al. *Lestanasse*. 3 al. *Marbiani*. 4 Mss. *Elnensi*. Lips. *Ellicensi*.

ANNO CHRISTI 1416.

cum sigillis pendentibus & cera vermilia roboratos. Et etiam ultra prædictos salvosconductus repræsentavit, & pro repræsentatis haberi voluit omnia alia & singula concordata Narbonæ, quæ jam die Martis decimaseptima Martii lapsi præsentaverat prælibato honorabili vicario Barchinonensi: & protestationes jam alias factas die prædicta pro repetitis haberi voluit, deprecans ipsum honorabilem vicarium, ut præfata mittere debeat illustrissimo domino regi Arragonum, adeo ut celerius & brevius provideri possit circa expeditionem aliorum quæ facienda sunt pro sancta unione sacrosanctæ universalis ecclesiæ. Quibus quidem salvisconductibus oblatis & præsentatis, præfatus honorabilis vicarius visis prædictis præsentatione & responsione factis per dictum nobilem virum Joannem de Opizis, nomine quo supra, repetendo responsionem per eum supra aliis petitionibus factam, item, de novo facit eamdem responsionem, stando & perseverando in eadem, salvo & 1 protesto, quod præfatus rex Arragonum possit addere & diminuere in eadem responsione, hæc omnia suæ regiæ dispositioni remittendo. Et nihilominus pro majori agendorum expeditione idem honorabilis vicarius deprecatus fuit honorabilem Georgium 2 Ornes consiliarium ipsius domini regis ibidem præsentem, ut prædictos salvosconductus sibi noviter præsenteros ad præfatum dominum regem præsentare debeat fideliter, atque bene, prout portavit omnia alia supradicta per dictum nobilem nuncium, & ambaxiatorem præsentata. Qui quidem honorabilis Georgius 3 Ornes consiliarius prædictus, receptando onus prædictum per dictum honorabilem vicarium sibi commissum, propter reverentiam dicti domini regis, & pro expeditione dicti negotii libenter acceptavit prædictum onus portandi, & præsentandi prædictos salvosconductus prelibato domino regi: & hoc juravit per dominum Deum, & ejus sancta quatuor evangelia manibus suis corporaliter tacta, quod bene & legaliter se habebit in predictis. De quibus omnibus & singulis sic peractis tam prenominatus nobilis Joannes de Opizis nomine quo supra, quam præfatus honorabilis vicarius Barchinone petierunt, & requisierunt eis, & utrique eorum fieri atque tradi tot quot voluerint & petierint publicum, seu etiam publica instrumenta per me notarium supra & infrascriptum. Præsentibus testibus prædictis. Que fuerunt acta Barchinonæ, diebus, horis, mensibus, quibus supra, præsente me notario infrascripto, & testibus suprascriptis.

Signum mei Antonii de Verii, auctoritate regie notarii publici & scriptoris jurati prædicti, qui præmissis per me receptis requisitus præsens interfui, & in testimonium præmissorum hic propria manu me subscripsi.

Signum mei Arnoldi de 4 Milaciis, regia auctoritate notarii publici, ac regentis scribaniam curiæ vicariæ ipsius civitatis pro venerabili Francisco 5 Jorreni cive Barchinonensi domino utili predicte scribanie, qui hic scribi feci, & clausi, & sigillo pendente ipsius curie sigillavi, die Mercurii decimaquinta Aprilis, anno prefato a Nativitate Domini MCCCCXVI. cum litteris supradictis in quinquagesimasexta linea, ubi legitur datum.

Littera missiva Concilio per Joannem Abundi lecta

REverendis in Christo patribus, amicis & devotis nostris miseratione divina episcopis, presbyteris, diaconis; cardinalibus, necnon patriarchis, archiepiscopis, prelatis, & ceteris in Constantia Moguntine provincie congregatis, Alphonsus Dei gratia rex Arragonum, Sicilie, *&c.* salutem & honoris augmentum. Si tener & docilis noster cogitatus circa unionem sancte matris ecclesie curis agitatur continuis, si laboribus una secum importabilibus ment & animus concutiuntur intrisecus, instat nos & admonet, preterquam a Deo & fide orthodoxa onus nobis creditum, illa catholica & ferventior inter Christianos serenissimi domini regis genitoris nostri memorie recolende invisenda intentio, & erga dictam unionem famelicus appetitus nos hortatur, & attrahunt ejus sancta vestigia recentes figure pedum suorum, & pereta semira unitatis, in quam ingressus evaluit 6 supra montem diademati positum cum Abraham primogenitum, labores martyrum, corpus suum, & vite dies hujus Altissimo immolare, quam quod dilationis fugienda vorago, vitandusque sopor desidie illam inasperam sibi subverterunt infructuosi, immo venenosi palmites labruscarum, sed diversis arduis, & satis multis negotiis diffuso stilo recensitis dicti illustrissimi domini regis genitoris nostri cunctis orthodoxis de flendo decessum pereminent.... nostrum firmum propositum paternis monitionibus eruditum plus debito propalarunt: cumque juxta capitula concordiæ inita & firmata inter serenissimum Romanorum regem & ambaxiatores vestros ea una parte, & nos, aliosque reges, principes, prelatos, & ceteros hujus partis ex altera convocari ad generale Concilium pro unione in ecclesia Dei habenda, dictisque negotiis & aliis causis legitimis irretiri, ambaxiatores nostros in numero pleniori, prout de præsenti mittimus, destinare nequivimus usque quo existimemus quod infra terminum jam prefixum ob ipsius proximitatem attingere non posse ad ibidem comparendum. Hoc idem paternitatibus vestris ut excusationi consulere valeamus duximus intimandum. Rogantes ut si dictorum ambaxiatorum adventus tam celer esse non poterit, velint prefatas legitimas causas intuentes cum patientiæ mansuetudine tolerare.

Datum Barchinone sub nostro sigillo secreto, die decima Junii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI.

Rex Alphonsus.

Alia littera.

REverendis & venerabilibus in Christo patribus, amicis & devotis nostris miseratione divina episcopis, presbyteris, diaconis cardinalibus, necnon patriarchis, archiepiscopis, prelatis, & ceteris in Constantia provincie Moguntine congregatis. Alphonsus Dei gratia rex Arragonum, Sicilie, *&c.* Salutem & ad ecclesie Dei pastoris electionem canonicam festinare. Venerabilem & religiosum, nobisque dilectum oratorem fratrem Antonium Texal sacre pagine professorem, magistrum ordinis beate Marie Mercedis, unum de ambaxiatoribus per nos statim inibi pro electione prædicta destinandis ibi missum litteratorie instruximus, super nonnullis, paternitatibus vestris nostri parte ore tenus referendis. Quocirca amicitiam & devotiones vestras affectuosis precamur oraculis, quatenus eidem oratori nostro in suis relatibus valitis adhibere fidem credulam tanquam nostris.

Datum Barchinone sub nostro sigillo secreto, sexta die Junii ut supra. Rex Alphonsus.

Procuratorium per Joannem Abundi lectum.

In Christi nomine. Amen.

PAteat universis, quod nos Alphonsus Dei gratia rex Arragonum, Sicilie, Valentie, Majoricarum, Sardinie & Corsice, comes Barchinone, dux Athenarum & Neopatrie, ac etiam comes Rossilionis, ac etiam Ceritanie. Cum juxta capitula concordie inita & firmata inter serenissimum Romanorum regem, & ambaxiatores congregationis Constantiensis, & nos, aliosque reges, principes, prelatos & ceteros parte ex altera, convocati ad Concilium generale pro unione in ecclesia Dei habenda, diversis arduis, & factis multis negotiis diffuso stilo recensendis illustrissimi domini regis genitoris nostri gloriosæ memorie deflendo decessu, humeris nostris regiminis supervenientis, qui nostrum firmum propositum paternis monitionibus eruditum aliquantulum propalavit, occupati, ambaxiatores in numero pleniori, prout de præsenti mittimus, destinare nequierimus usquam, si tamen in mittendis audiro ultre quam expediret negotio unionis jam dictæ morosi fuimus, ut nostre excusationi legitime consulere valeamus, de vestri venerabilis & religiosi, ac dilecti nostri magistri Antonii Texal generalis magistri ordinis sancte Marie Mercedis fide, cum probitata & morum gravitate conspicua plene confici, nos eumdem magistrum Antonium Texal tenore presentium constituimus, ordinamus, & solemniter deputamus procuratorem seu exsecutorem, & embaxiatorem nostrum indubitatum, irrevocabilem & speciaiam,

1 Forte, *protestando*. 2 MSS. *Ornos*. 3 MSS. *Ornos*. 4 MSS. *Millariis*. 5 MSS. *Torreni* ut supra. 6 Hæc valde intricata.

lem, ad infra scripta tamen generalem, videlicet ad narrandum, explicandum, & denunciandum pro nobis, & in nomine nostro in congregatione prædicta, & personis omnibus ipsius, quorum interfit, omnes & singulas causas dilationis impedimenti prædictorum, & iis petendi confici & firmari faciendi unum vel pluta, publicum seu publica instrumenta, omniaque alie & singule in & circa præmisse agendum & faciendum, quæ pro nostri honoris revelatione necessaria fuerint & eccommoda, etiamsi forent majora expressetia, & mandatum axigerent speciale; quodque nos ipsi facere possemus, si personaliter constitueI; quomodo nos commitendo vobis super iis duntaxat vices nostrea plenarin cum præsenti committimus sub fide nostta regia * in posse secretarii & notarii instascriptorum tanquam publicæ personæ hæc legitime recipiendum & stipulandum gratum, ratum, atqua fimum perpetuo & irrevocabiliter nos habere quidquid per vos procuratarie seu excusatoria nostrum jam dictum, actum, gestum, conventum, sen factum fuerit in præmissis, idque facere dante Domino irrefragabiliter observari, & nullo umquam tempore revocare, aliqua rationn vel causa: sub nostrorum bonorum omnium hypotheca. Quod est detum & ectum in civitate Barchinonæ, decima die Junii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. regnique nostri primo.

Signum Alphonsi Dei gratia regis Artegonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comitis Rossilionis & Ceretaniæ, qui prædicta laudamus & firmamus, huicque publico instrumento sigilium nostrum proprium solitum, cum sigilium regium nondum fuit factum, jussimus apponendum. Rex Alphonsus. Testes fuerunt ad prædicta præsentes Berengarius de Bardozino, Michael de Vavers, & Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria consiliarii domini regis prædicti.

Signum mei Pauli Nicolai, dicti domini regis secretarii, auctoritete regia notarii publici per totam terram & ditionem suam, qui prædictis interfui, eaque sic scribi feci & clausi. Corrigitur autem in prima linea, ac etiam in duodecima.

Responsum Concilii generalis Generalis de Mercede, ambaxiatori regis Arragonum factum.

PRo parte hujus sacri Concilii respondetur, reverendo patri domino magistro Antonio ambaxiatori domini regis Arragonum, quad domini de Concilio credunt, quod prædicti domini, & maxime præfatus dominus rex Artagonum, quantum in iis fuerit, observaverunt, & ita observabunt omnia & singula prædicta capitula in eis contenta, & sic etiam dictum Concilium observabit, dispositum est observare & ex nunc, si ipse dominus ambaxiator, vel aliqui alii, aut aliquis pro parte dictorum dominorum voluerint seu voluerit se cum dicto Concilio unire secundum formam in dictis capitulia concordatam, parati sunt ad hoc, & ita se offerunt, inhærendo semper in dictis capitulis, & contentis in eis, & eorum singulis, de quibus recedere non intendunt. Et quantum ad excusationes prædictas propositas per reverendum patrem dominum Generalem, dicitur pro parte dicti Concilii, quod eas admittit in quantum jure tenetur, non præjudicando dictis capitulis, quibus etiam non dubitat quod idem dominus rex Arragonum, & alii reges & principes, atque dictus dominus Generalis præjudicare non intendunt. Et de prædictis conficiantur publica instrumenta.

Commissio per Joannem Abundi lecta, pro doctore Tolosano.

SAcrosancta generalis Constantiensis Synodus ea quæ injuste & irrevocabiliter facta sunt, in melius reformare desiderans, & præsertim ubi contra partem inauditam, & minime defensam, contra canonicas sanctiones extitit processum, proponit expresse de opportuno remedio providere. Sane accepimus Joann. Pap. XXIII. nunc Balthass. nominatum, ante suam dejectionem dilecto ecclesiæ filio Joanni Corn. decretorum doctori, tunc actu in studio Tolosano legenti, nunc vero ejusdem studii in eorum Concil. ambaxiat. & præsenti in jure sibi quæsito vigore gratiæ expectative, & sententiæ latæ,

A quæ in rem transivit judicatam, in archidiaconatu Ulmensis ecclesię Tolosæ, non vocato, non citato, nec audito, derogere, & quod deterius est, jus acquisitum, ut præfertur, extinxisse & cassasse, sententiamque in favorem dicti Joannis latam revocasse, licet minus juste. Et propter hoc sancta Synodus volens in hujusmodi inordinatis processibus, vel potius iniquitatibus, sicut expedit, obviate, vobis honorabili fratri Joanni episcopo Ostiensi S. R. E. cardinali, & vicecancellerio, committit & mandat, quatenus juxte advisamenta quatuor deputatorum nationum in hac causa, & conclusionem inter eos acceptam, & manibus propriis signatam, maxime cum per eos fuerit audita, dictum Joannem Cornelii restituatis & reponatis, & reponi faciatis in statu, in quo erat tempore revocationis & cassationis prædictarum; cassationem, extinctionem & re-B vocationem prædictas retractando; & perinde procedatis, ac si prædicta omnia jure emanassent: Constitutionibus Apostolicis, regulis cancellariæ, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Per hoc tamen indulto ecclesiæ concesso Tolosanæ post jus quæsitum & adjudicatum eidem Joanni Cornelii obtento occasione hujusmodi, quod pro expresso hic vult haberi, maxime cum in hoc idem Joannes suum præbeat assensum, absque tamen juris sui præjudicio futuris temporibus, quod ad alios non intendit derogare.

Ex quatuor mss. D. a Schelstrate.

Die Martis XIV. Julii, venit unus Nuncius regis & reginæ castellæ, & attulit litteras eorumdem ad congregationem quatuor nationum in Constantia: sic enim C intitulantur litteræ, quæ die Mercurii sequenti lectæ fuerunt apud deputatos: & continebant, quod dicti rex & regina receperant litteras dictæ congregationis exhortatorias veniendi, vel mittendi Constantiam pro unione ecclesiæ, cui rei adhuc vacare non potuerant obstante morte regis Arragonum tutoris regis Castellæ, qui regnum Castellæ & regem gubernabat; sed in proximo tempore mitterent ad Constantiam suos nuncios solemnes super intentione ipsorum regis & reginæ plene instructos. Præfatæ autem litteræ lectæ solum fuerunt apud deputatos, & non in Concilio, neque in nationibus, & collegio cardinalium, quamquam in deputatis fuerunt aliqui cardinales. Fuerunt dictis regi & reginæ rescriptæ responsales litteræ nomine Concilii, & sub bulla, non tamen expeditæ per Concilium.....

Interim per mensem usque ad finem Septembris est actum per aliquos deputatos cum legatis regis Arragonum, D quod vellent se unire cum Concilio, & cetera facere, quæ in capitulis præscriptis concordatis Nerbonæ continentur; quia legati multis rationibus instituerunt, quod expectarentur legati Castellæ, & super hoc inter partes per mensem disceptatum, & nihil conclusum......

Post hæc legati regis Artagonum dixerunt, quod vellent se unire Concilio: non tamen reputare esse generale Concilium, neque agi de rebus Concilii generalis, donec venirent legati Castellæ.

Die Lunæ auditus est in loco sessionis nuncius missus ad Scotiam ad invitandum & exhortandum regem Scotiæ, qui tamen captivus tenebatur a rege Angliæ, (jam XII. vel circa annis detentus:) & ducem Albaniæ gubernatorem regni, ad mittendum ad hoc Concilium, & procurandam unionem ecclesiæ; & erat nuncius de Ordine Prædicatorum Baccalaureus in Theologia, natio-E ne Scotus; & retulit litteras dicti ducis Albaniæ gubernatoris Scotiæ, quibus reverenter, & per verba singularia numeri *a* affectum habere ad unionem ecclesiæ, & se recommendat Concilio, quod vocat congregationem in Constancia; & pollicetur se missurum legatos cum plena potestate ad omnia, quæ ad unionem ecclesiæ pertinebunt. Forma vero litterarum talis est.

a Hic deest aliquid in mss.

Reverendissimi, reverendique Patres, doctores egregii, speciales domini, ceterique devoti viri, pro unione sanctæ matris ecclesiæ in civitate Constantiensi congregati, quorum omnium cor unum & anima una in Domino. Qui igitur, &c.

Ex

ANNO CHRISTI 1415.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

Congregatio, in qua solum de causis particularibus fuit tractatum.

Die sabbati decimaoctava supradicti mensis Julii, Constantiæ provinciæ Moguntinæ, in loco sessionis solito fuit facta de mandato congregatio hujusmodi Concilii generalis, & alias prout in earumdem causarum processibus ad partem confectis plenius continetur. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Joanne Vivariensi vicecancellario, Angelo Laudensi, Thoma Tricariensi, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro Fuxi, Reinardo de Bertrandis, Ludovico de Flisco, Ottone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentino S. B R. E. cardinalibus, aliisque pluribus ambaxiatoribus, & Christifidelibus in numero copioso.

Congregatio generalis in causa fidei.

Anno & indictione, quibus supra, die Veneris quarta mensis Septembris, Constantiæ in ecclesia majori prædicta, in qua sessiones & congregationes publicæ per Synodum Constantiensem fieri solent, mane hora tertiarum pro hujusmodi sessionibus & congregationibus deputata, fuit tenta congregatio generalis per Synodum sacram Constantiensem, præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Joanne Ostiensi vicecancellario, Antonio Bononiensi, Francisco Senensi, Guilielmo sancti Marci, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Almanno Pisano, Thoma Tricaricen- C si, Petro Fuxi, Angelo Veronensi presbyteris, Ludovico de Flisco, Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino, diaconis cardinalibus vulgariter nuncupatis. Qui domini cardinales tarde venerunt pro hujusmodi congregatione habenda: & pro excusatione eorumdem cardinalium surrexit cardinalis Florentinus prædictus nomine dominorum cardinalium, & dixit: quod domini cardinales non fuissent advisati de congregatione præsenti, nec vidissent schedulas, super quibus ipsa congregatio fieri debebat: ergo ipsi tardassent tantum in veniendo, licet dixerit, quod alias vidissent unam schedulam in materia fidei, & jam essent plures dies; & hodie propter labilitatem memoriæ ipsi domini cardinales, cum hodie ipsis fuisset ostensa similis schedula, dubitassent eamdem esse.

Similiter *a* dixit de quadam schedula ostensa eis in D causa Tridentina: quare supplicarunt ipsis dominis de Concilio, ut de cetero tempestive schedulas legendas, & super quibus deberent fieri congregationes sive sessiones ipsis dominis cardinalibus præsentare haberent: ut maturiorem deliberationem in singulis deliberandis & concludendis recipere possent, & ad evitandum scandala inter nationes, & oblocutiones, quæ possent ea de causa fieri, cum ipsi domini cardinales sint dispositi concurrere cum nationibus in omnibus rationabilibus.

Quibus sic propositis, levaverunt se venerabiles viri magistri Joannes de Scribanis & Henricus de Piro promotores prædicti, nomine promotorio, quo supra: & quamdam citationem alias decretam per Concilium contra quosdam nobiles de regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ, una cum duobus publicis instrumentis factis in civitate Ratisbonensi, & oppido Viennensi Pataviensis diœcesis: & accusarunt contumaciam citatorum E in dicta citatione nominatorum non comparentium, neque in causa, & causis contra eos motis, procedere, aut procedi videre curantium, & in eorum contumaciam reproduxit dictam citationem in forma hujus Constantiensis consilii, & instrumenta executionis, & dictos nobiles ad dicendum & opponendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere & opponere voluerint, contra hujusmodi executionis & citationis instrumenta, per eamdem Synodum citari mandare, per audientiam publicam litterarum contradictarum sedis Apostolicæ, ad certum peremptorium terminum ad hoc competentem per eamdem Synodum, debita cum instantia postulaverunt. Et nihilominus exposuerunt quomodo coram tot commissariis quot repræsentat Concilium Constantiense difficulter

A sit litigare: cum propter gravitatem personarum, quam propter difficilem comportationem & congregationem tot suppositorum & dominorum in una causa. Quapropter petiit sibi provideri de remedio opportuno, alteri prælato in Romana curia & de Concilio præfato Constantiensi committere & mandare, ut causam & causas hujusmodi resumat in eo statu, quo remansit coram eodem Concilio; & ulterius audiat cum singulis suis incidentiis & dependentiis, annexis & connexis usque ad conclusionem inclusive, & si concluserit, ipsi Concilio referat merita ipsius causæ, ad finem quod sententia diffinitiva ferri poterit per Concilium præfatum.

Et ulterius iidem promotores petierunt nomine quo supra, eamdem congregationem sive Concilium Constantiense, ut certos judices sive commissarios deputare velit de singulis nationibus, qui habeant videre & exami- B nare executiones factas in partibus contra illustrem principem dominum Fridericum Ducem Austriæ, de & super monitorio in causa ad instantiam reverendi patris domini Gregorii episcopi Tridentini contra suprafatum dominum Fredericum Ducem per Synodum sacrosanctam Constantiensem decreto, tenendum & observandum quoscumque terminos necessarios & opportunos usque ad declarationem exclusive, & ad referendum, aliaque decreta, observationes quæ juris ordinem juxta commissionem in hujusmodi causa præsentatam teneri habeant, atque servari, prout & quemadmodum in duabus papyri schedulis petitiones, quas ibidem produxerunt, quarum tenores inferius sunt inserti, plenius continentur.

Quibus sic factis, venerabilis pater præpositus Quinqueecclesiensis de mandato Synodi Constantiensis ascendit ambonem: & juxta petitiones ipsorum procuratorum Concilii sacrosancti legebat unam schedulam deputationis C commissariorum in causa fidei: in qua schedula ipsa Synodus deputat reverendum patrem dominum Joannem patriarcham Constantinopolitanum ad resumendum causam hujusmodi in eo statu, in quo remansit coram Concilio, & ulterius audiat, decidat cum singulis emergentiis, incidentiis & connexis usque ad conclusionem inclusive, & ulterius ipsi Concilio de meritis ejusdem, prout in eadem schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Qua quidem schedula lecta levavit se in medium reverendus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, & dixit nomine collegii cardinalium & nomine suo proprio, qualiter domini cardinales non fuissent de hujusmodi schedulis omnes advisati; & ex quo tangunt ita nobiles personas, cum primo tangitur regnum Bohemiæ, & alias magnum principem videlicet D Fredericum Ducem Austriæ, contra quas & quem summo opere & maturitate esset procedendum, & ex quo majores, & major pars dominorum de Concilio ipsas schedulas examinaverunt, & videntur justæ, idcirco vellens eas approbare & concordare cum nationibus, quod non crederent nisi bonas & justas esse.

Quo consensu adhibito & approbatione facta, prælibatus dominus pater præpositus Quinqueecclesiensis legebat schedulam commissariorum in causa Tridentina de verbo ad verbum, cujus tenor inferius est insertus. Qua lecta, præfata Synodus dictas schedulas per dictos dominum Antonium Concordiensem, dominum patriarcham Constantinopolitanum, Nicolaum Merseburgensem, & Patricium Cortagensem episcopos, nomine quatuor nationum, & reverendum patrem dominum Joannem episcopum Ostiensem cardinalem Vivariensem nomine col- E legii cardinalium per verbum, *Placet*, approbavit. Super quibus iidem promotores, nominibus quibus supra, petierunt sibi fieri unum, & plura, per dominos protonotarios sedis Apostolicæ, ceterosque scribas ipsius Concilii publicum & publica, instrumentum & instrumenta, ad futuram rei memoriam, præsentibus supradictis dominis pro testibus infrascriptis.

Quibus omnibus factis surrexit venerabilis & circumspectus vir dominus Justinus de Juvenacio sacri consistorii advocatus & exposuit qualiter ecclesia Tranensis in regno Neapolitano, quæ metropolitana existeret, fuisset viduata pastore, & ad eamdem fuisset electus reverendus pater dominus *b* .... per capitulum dictæ ecclesiæ, & ipsi legitime provisum per dictam electionem, supplicando Concilio ecclesiæ Tranensi succurratur per confirmationem in

a al. *dixerunt.*

b In mss. *dominus N. per &c.*

in personam ipsius domini alecti: & in casu, quo ipsum Concilium nollet se impedire de confirmationibus ecclesiarum, & præsertim metropolitanarum, sad potius axspectare summum futurum Pontificem, in eo casu protestatus fuit nomine alecti, & eligentium prædictorum, quod ipsi electo seu eligentibus non currat tempus de consecrandis episcopis aut confirmarionibus fiendis; & alias protestatus fuit omnia & fingule quæ ipsi domino electo, & eligentibus in rardationibus confirmationis fiendæ nocera quomodolibet possent, vel obesse. Similitas fuit protestatus de ecclesiis, de quibus asset provisum *a* per electiones R. P. D. de.... ecclesiis, & protestando in omnibus, per omnis sicut protestatus fuit de ecclesia Tranensi, super quibus petiit nomine procuratorio unum vel piura, publicum seu publica fiari instrumentum & instrumenta per dominos protonotarios sedis Apostolicæ, & scribas ad hoc deputatos ad dictamen sapientis. Præsentibus dictir dominis pro tastibus infrascriptis.

a Mss. *per electores reverendis patribus de ecclesiis.*

Tenores vero peritionum, citationum, instrumentorum exsecutionis, necnon deputationis commissariorum in causa fidei & episcopatus Tridentini, de quibus supra fit mentio, sequuntur tales.

Petitio in causa Tridentina super deputatione commissariorum.

REverendissimi patres & domini, ego Joannes da Scribanis de Placentis procuraros in Romana curia, ac procuratorio nomine reverendi in Cristo patrir & domini, domini Georgii episcopi Tridentini nomina procuratorio ajusdem peto, & eisdem vestris severendissimis paternitatibus supplieo, quatenus in dicta causa dignemini deputare aliquos prælatos & commissarios, qui se informent summarie simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura judicii, an monitorium alias per hoc sacrum Concilium Constanriensa contra illustrissimum principem dominum Fredesicum ducem Austriæ, & quoscumque alios occupatores & detentores ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, necnon oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, & aliorum jurium ad dictam ecclesiam Tridantinam spectantium decretum, fit debita exsecurum; cum potestata per dictum in valvis cathedralis ecclesiæ sancti Stephani Constantiensir præfaros dominos ducem, & alios occupatores & detentores, ad dicendum & opponendum quidquid voluarint contra exsecutionem ejusdem monitorii; & subsequenter ad videndum & audiendum se propter non paritionem declarari incidisse pœnas & sententias in dicto monitorio contentas, prout vidabitur aisdem vestris paternitatibus.

Petitio per Henricum de Piro data contra fautores Wicleffistarum.

REverendissimi patres & domini. In causa fidei nos procuratores & promotores hujus sacri Concilii repræsentamus coram aisdem vestris paternitatibus reverendissimis citationem alias per dictum sacrum Concilium decreram contra nonnullos nobiles & barones regni Bohemiæ, & marchionatus Moraviæ, & ejus exsecutionem, & accusamus contumaciam dictorum citatorum non comparentium, & petimus eos reputari contumaces. Et cum sit difficila, immo quasi impossibile, pro quolibet termino servando congregare tot prælatos, seu facere fieri sessionem; supplicamus, quatenus dictam causam dignemini committare alicui præfato, de quo videbitur aisdem vestris paternitatibus resumendam in eo statu, quo ultimo remansit, ulterius audiandum, & fine debito terminandum, saltem usque ad conclusionem.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis constituit, & deputat commissarios ad infrascripta, videlicet reverendissimos parres dominos Guillalmum tituli sancti Marci presbyterum, & Franciscum tituli sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum S. R. E. cardinales, & 1 Marcum episcopum Apr-urinum, & Gasparem ebbatem de Perusio pro natione Italica: Marinum episcopum Atrebatensem, Stephanum episcopum Dolensem pro natione Gallicana: Nicolaum episcopum Marseburgensem, Joannem de Abundis pro natione Germanica: Patritium episcopum Corragensam, & Bernardum de Planca Vicarium ecclesiæ Burdegalensis pro natione Anglicana, alias, 2 per certum dominum cardinalem, & singulas nationes in causa Tridaotini episcopatur deputatos; ut se informent simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, an monitorium elias pes dictam Synodum contra nobilem virum ducem Austriæ, & elios quoscumque occupatores & detentores ecclasiæ & civitaris Tridentinæ; necnon oppidorum, castrorum, terrarum, bonorum, locorum & jurium ed dictam ecclesiam Trideutinam pertinentium decretum, sit debite exsecutum: & cum potastate citandi dominum Fredericum ducem, & alios quoscumque detentores, & occupatores supradictos, etiem per edictum publicum in Romana curia in valvis ecclesiarum, majoris, & sancti Stephani Constantiensium affigendum, ed dicendum & opponendum quidquid verbo val in scriptis dicere val opponera voluerint contra dicti monitorii exsecutionem in dicta curia, & in parribus factam: ac atiam prupter non paritionem hujusmodi monitorio; ad videndum & audiendum sa deciarari per dictam sanctam Synodum in pœnas in dicto monitorio contentas incidisse, necnon etiam ad omnia alia & singula dicta sancta Synodus præfatis commissariis committit agenda, facienda, & exsequenda, & exercenda, quæ pro declaratione præmissorum necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna.

Dia Veneris decima quarta Augusti fuit lecta in natione Gallicana, & placuit, si placer aliis nationibus, M. Bolosonis notarius. Placet nationi Angliæ, si placet aliis nationibus: Willalmus Sylk, notarius.

Die Dominica decima sexta mensir Augusti, placuit narioni Germanicæ, quod procedatur, ur petitur. 3 Supradictus Febri notarius nationis Germanicæ de mandato nationis.

Die sabbati decima quinta mensis Augusti, nona indictione, placuit nationi Italicæ retroscripta schedula, prout in ea & per omnia continetur. Cynus da Lombardis notarius.

Commissio in causa fidei.

HÆc sacrosancta Synodus Constantiensis pro celeri extirpatione hæresum, & ecclesiæ reformatione sacrosanctæ, omnes & singulas causas hæresum & errorum & perversæ doctrinæ damnatæ memoriæ Joannis Hus hæretici in regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ axorras sapientes, atiam eriminales ex eis & eorum occasione quosdam 4 Scheulionem da Wassel, alias de 5 Vertemberg supremum burgravium Pragensem, 6 Laczlionem de Cirtwata capitaneum marchionatus Moraviæ, 7 Rolezkonem seniorem de Hunstar, alias da Podyebrad, Willelmum de 8 Wuztux, Joannem seniorem da Novadomo, Henricum Wortenberg burgravium 9 da Gretz, Reyne Milichonem de Potensceyn, alias da Zampach, Henricum Scopek da Duba, Ulricum de Nova domo, Joannem juniorem 10 de Opczna, Scribonem de Stremberg, Huckonem Kensinam da Licheenburg, Rocakonem juniorem da Kounstat, alias de Peydevaad baronem de Potenstem, Joannem Kurka de Hunstar, Joannem de Lonzuyt, Miloetam de 11 Craborez, Hermannum de 12 Lancstey, Joannem de Rozmital, Pocam da Crascolo, Wira Zdislauni da Zwrerzetia, Arnestum de Richenburg, Joannem de Wlassym, Joannem de Lantstey, Zdemconem Medeta de Tinetz, Zdeuchonem de Roenacal, Nicolaum Walsteyn, Petrum de Janovirz, alias de Clumetz, Joannem de Miligni, alias de Boscolecz, Joannem de Cossenberg, Nicolaum de Nimachon, alias da Rota Dialowita, Nicolaum seniorem de Ledeta, Nicolaum

1 Mss *Marinum*. 2 Mss. *per cœtum dominorum cardinalium*. 3 Lege ex mss. *Gumpertus Fabri*. 4 Mss *Czenkonem*, al. *Sthenkonem*. 5 al. *Vortenbeg*. 6 Mss. *Laskonem de Kravvaiz*. 7 Mss. *Raikonem ... de Kunstat, alias de Podybard*. 8 Mss. *Zvvierzecius*. 9 Mss. *de Grasz Regina, Mikussonem de Patestein*. 10 Mss. *de Opozna, Smykonem de Sternberg, Hynconem Kersma Luchten burg, ... de Kunstad, alias de Podiebrad, Baronem de Bodenstein, (al. Potenschen.)* 11 Mss. *Cravvarz*. 12 Mss. *Lansteyn*.

ANNO CHRISTI 1416.

Sic nomina cetera in mss. varie sunt deformata.

colaum juniorem de Ledetz, Sigismundum de Nullossovuz, VVencelaum de Ostrovv, Ronslaum de Kosse, Joannem de Onstovv, Theodoricum de Studeni, Joannem de Studeni, Alssiconem de Martinuutz, Mladotam de Crovvada, Milotam de Rochdantze, Miskonam de Huorka, Utiliazonem des Genissovvica, VVenselaum de Svvlissavvicz, ‡ Crasmum de Ocroch, Leonardum de Huyeryovvicz, Bohukonem de Barmez, Boleconem de Dalavvitz, VVichouein de Zhou, Mluckonem de Semipanovv, VVillelmum de Suiticz, Mathiam de Suitcz, Odolemum de Stupna, Yrasmum de Besstz, Dnuseum de Perteleng, Laurentium de Brochdancze, Joannem de Prosfetz, Petrum Cucozonem de Ostrovv, Barticonem de Ostrovv, Joannem de Thtsmochod, Petrum de Lussel, Albertum de VVelchou, Theodoricum de Hotizicz, Proviziend Korum de Speczit, Onssonem de Lavenitz, Henricum de Lessena, VVencelaum Crovvicovv, Merskonem de Skala, Raporczeum de Ovrulicz, VVrchonem de Zehuauk, Joannem de Simam, Bohunkonem de Prossetz, Levvam Pizćthonem de Znam, Morquardum de Cacovvitz, VVenceslaum de Polna, Joannem de Lessovvitz, Martinardum de Hoticz, Henricum de Caathivvitz, Mikazain de Petrivvitz, Maissikonem de Alberovitz, Pesliokonem de Alberovitz, Elmain de Cosstetitz Petrum de Militin, Slaukonem de Komorovvitz, Nicolaum de Gretzitz, Joannem de Bristoin, Nicolaum de Tyziebelitz, Joannem de Polna, Benesium de VVlatzich, Petrum de VVlitzap, Stephanum de VVitzap, Otumskonnem Byescuma, Joannem de Ostroana, Hervvitonem de Suaczia, Martinum de Darsitz; Thauvalconem de Hostnvvz, Ratzkonem de Vidavv, Idberum de Hurek de Semiltistz, Joannem de Suchochesk, Proskonem de Choyzovv, Albertum de Sebastravvitz, Joannem de Jevantize, Ulricum de Bronicovv, Idthonem de Lotha, Mathiam de Castovvitz, VVillelmum de Ostoin, Joannem de Brissevvoci, Joannem VVilka, Joskonem de Thozie, Brunonem de Brela, Bartholomæum de Bravado, Idenkonem de Pisimlevvnz, Martinum de Idestavvitz, Zalbissinum de Zdeslau, Petrum de Urholz, Zedislaum de Dobravvada, Thnara de Paulovv, Pyredborum de Hontitz, Hunsonem Paulavv, Henricum de Brovvico, Petrum de Malovvitz, Joannem Sigismundum de Malovvitz, Petrum de Patzou, Joannem de Trassclovv, Petrum de Dissavitz, Joannem de Sorbrovitz, VVlasconem Piezezye, VVillelmum de Maldrevvitz, Huchonem de Brazovv, Stribetium de VVestre, Nicolaum de Dyabro Militz, Philippum de Zeltz, Petrum Buskonem de VVzdietovv, Petrum de Duo, Henricum de Bruhodo, VVillelmum Niessuntz, Joannem de VVilernonitz, Jodocum de Zileze, Nicolaum de VVilmovviz, Pessikonem de VVzdietovv, Petrum de Duo, Joannem de Bzavvelgo, VVicham de Slayvvut, Nicolaum de Pelantra, Lonipoldum de Metaveze, Joannem de Stitup, Benessumroch de Dyeram, Leonardum de Muyth, Nicolaum de Muyth, Thralonem de Zdar, Joannem de Svvilkou, Rynartinum de VVrsiesna, Christinum de Nicovvitz, Jodocum de Peana, Hedonum de Boyzthitovv, Jaroslaum de VVoychovv, Joannem de Scopietz, Petrum de Scopietz, Piligrinum de Scopietz, Petrum de Dvvoyatz, Tztibrum de Hinbure, Bohuslaum de Menusse, Joannem de Radienym, Joannem de Thoytz, Henonem de Comitz, VVillelmum de Jozuz, Stephanum de Ezestitz, VVenceslaum de Thodeni, Joannem de Pize Dalavvitz, VVillelmum Zelezovvich, Petrum de Tissaha, Protmam de Udymbo, Petrum VVostze, Rochonem de Mislkvvity, Mrazchonem de Radymonitz, Ulricum de Dibronumzien, Renesium de Tresetz, Behessium de Scholovv, VVoytiechum de Scolkovv, Leonem de Zoluzic, Meozkonem de Sculetz, Procopium de Thatzm, Nicolaum de Scracossitz, Sigismundum de Dobronalitz, Bohunkonem de Dyetrezy Thaluitz, Petrum de Jablana, Joannem de Vicotit, Pizibikonem de Dretzezy Thavvitz, Petrum de Jablana, Henricum de Scropintz, Joannem de Ratiboraitz, Petrum de Ratiborziz, Lievvinum de Pruditz, VVenceslaum des Nilkovv, Maschonem de Petrovvitz, Henricum de Bulrovitz, Cirodinum de Resmestroniz, Joannem de Diasossitz, Svvaskonem de Podele, Ulricum de Moysch, Crussonem de Trecobuz, Duskonem de Tedelau, Matthiam de Plasna, Pizibkonem de Blasivva, Joannem de Brudislay, VVenceslaum de Mesne, Joannem Ullosin, Joannem dictum VVahaach de VVlkovv, Haskonem de Hombitz, Nicolaum de Holoditz, Joannem de Pitziepich, Martinum de Sintzivv, VVenceslaum de Hostovvit, Stephanum de VVchatzomitz, Joannem de Ostrezna, Georgium de Tilrizitz, Joannem de Popovetz, Joannem Ribik de Holtzm, Massikonem de Nulska Lovvich, Joannem de Kolodich, Joannem de Pize de Vorsitz, Joannem de Hysectin, Joannem de Ydanuz, Georgium de Hoka, VVenceslaum de Sobiezitz, Bersonem de Podishuz, Nicholaum de Barchou, alias Dazitz, Habordum de Lommitz, alias de Moravat, VVillelmum de Cossamberg, alias de Thun, Matthiam dictum Heletz de Nemelitz de Ruyssynovv, Hlavatzonem de Komoravv, Joannem Heletz de Nemesitz, Dnusium de Cosniberg alias de Chlun, VVenceslaum de Slavvicovv, Albertum de Byecona, Ulricum de Hohsovvitz, Benesium dictum Nibilz de Smzonam, Laurentium de Mutitz, Procopium de Sonykono, Benesium dictum Bnizda de Domanitz, Bernardum Giesciezobezie, Joachin de Lukavvitz, Annesium de Simezal, Joannem de Paaitz, Benesium de Rekiss, Nicolaum de Kisvva, Meptonem de Pole, Joannem dictum Thiechlovvetz de Dobiskovv, Petrum de Brasadavsubz, Petrum de Habron, Rohmiconem de Hollissonitz, Joannem de Marquart, Boshonem de Meslezitz, Joannem de Rossitz, Thematam de Sudenetz, Crussum de Tizibizich, Joannem Delrpha, Bohunkonem Patztpel, Stlborium de Genissovvnz, Procopium de Hozynyevves, Zdonkonem de Radyn, Morlcum de Dolaty, Pauhkonem de Hortovvit, Martinum, de Jurvv, Joannem da Bnanvitz, Mauricium de Blacno, Joannem de Sezevetz, VVillelmum de Herment, Joannem de Hoscovitz, Philippum de Senesau, VVillelmum de Holissovvitz, Henricum de Palcoberd, Nicolaum de Seslavet, Joannem dictum Ribik de Symzem, VVenceslaum de Tiaenssitz, Petrum Nabochaz, Joannem de VVleznovv, Nicolaum de Podreuss, alias de Slupne, Joannem juniorem de Lukovvitz, Latzkonem du Gravvar marchionatus Moraviæ capitaneum, VVillelmum de Prerenstan, Joaonem de Lonitz supremum camerarium Czudæ Brunensem, Petrum de Cruvar alias de Stanitz camerarium Zudolonitam, Hamussium Tolipa supremum marescallum regni Bohemiæ, VVankonem de Baskovvitz, alias Emsvvabora, Joannem de Beyetolvv, Altonem de Constat, alias de Ratiz, Paroslaum de Sternberg, alias de VVesta, VVokonem de Holsteym, Herardum juniorem, Puskam de Constat, Sigismundum de Milo, Cham fratres de Kisnavv, Petrum de Silvinetz, Crimikonem de Drabotus, Stephanum de Varinoberg, Dossobrium de Cinbourg, Milotam de Tuarkon, Henricum de VValestaym, Joannem Czorde Bertovvitz, Henricum de Lipa, Arclebum de VVerterzovv, Simitreum de Brauka de Dubravvitz, Tzeukonem & Sbnikonem de Strab, Miliskonem de Malevvonitz, Ulricum do Varantz, Tzemkonem de Scarou, Marcardum de Lizam, Nicolaum de Pinzenoczkonitz, Henssonem de Stetzelez, Dick de Kobrerzoti, Onssonem de Linpnia, Potrum Helch de Tovrontiz, Nicolaum de Hersuz, Franchonem de Peluzirim, Benesium de Opitovvitz, Marquardum de Malovv, Joannem Suir, Dovvitz, VVonikonem de Otzni, Suzamam de Tussovv, Nicolaum de Ala, Simylonem de Henanitz, Sbrulionem Pulgranium de Janodraditz, VVlizkonem de Obartzevays de Tassova, Sabarchet Zovv, Benessium Sardik Jaulecha, Sitrich de Branssud, Sigismundum Branssud, Michaelem de Trechalim, VVankonem de Opatovva, Dobesum de Opatovva, Bohussium de VVyvvyna, Joannem Spale, Joannem Mizinitz, Georgium de Karientiz, Seblonem de Russevvano, Benessium de Trabenitz, Dislaum de Harkli, Ulricum de Racodau, Bounkonem de VVatissau, Rynardum de Tremtz, VVolfardum Paullovvuz, Seakonem de Hald, Teschonem de Drasdou, Racodavv Dylham Sysna, Jan de Tessovvitz, Ratzkonem de VViskou, Ydembonem de VVyeysek,

‡ Forte, *Erasmum*.

-sek, Parczizolonem de Manyeff, Joannem de Peter Sival Zubiluch, de Ulezan, Vvenceslaum de Ledovvlta, Stenikonem de Mareffovv, Petrum dictum Hyenfel de Zaaczovvitz, Raackkonem de Convvalı, Henricum de Zera Novvich, Venceslaum de Cubonicz, Henricum de Hyn, Jeffionem de Geftizebie, Erafinum Vvyolevetcz, Vvlicum de Raco, Venceslaum de Flatinis, Joannem Chizevv, Jan Donat de Polomis, Milskonem Donat de Polomie, Jan de Croannefvia, Jan de Vvicchana, Mikoslas de Stadembra, Petrum Niger de Stitovvicz, Mabeskam de Vvibletz, Joannem de Linutaqdor, Barffonem dictum Hlalek de Zaurk, Joannem Dum de Salkonitz, Stihas de Hinchdorff, Dratzkonem de Stradek, Doneffium de Tiffa, Joannem de Enuffim, Ruffonem de Dolo Plaff, Delikonem de Riella, Vvilokonem de Svuinznic, Joannem de Rithemberg, Joannem de Zinola, Pardum de Suntravvovvicz, Jesconem de Seicovicz, Joannem de Reynas, Ulricum de Delhota, Alfonem Vahat, de VVifkonicz, *a* Pafos, barones, milites & militares regni Bohemiæ, ac marchionatus Moraviæ, per hanc Synodum alias citatos ad comparendum perfonaliter in propriis eorum perfonis coram nobis Constantiæ, quinquagefima die ab executione dictæ citationis computanda modis & forma in dicta nostra citatione expreffis, facta in loco feffionis publicæ: ad refpondendum in ea de certis articulis, & præfertim articulis per præfatum Joannem Hus dogmatizatis, ac etiam per nos condemnatis eamdem fidem concernentibus * eis oftendendum reverendo patri domino patriarchæ Constantinopolitano committit refumendum in eo ftatu, in quo coram nobis indecifæ remanferunt: ulterius audiendas per audientiam contradictarum, & valvis ecclefiarum, * procedendum, decidendum, cognofcendum, & fine debito terminandum cum omnibus fuis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis, & cum poteftate in eifdem ex officio fummarie inquirendi, & procedendi, ufque ad diffinitivam fententiam inclufive. Non obftante quod eadem Synodus dicto patriarchæ caufam & caufas contra quofcumque hærefum VViclefiftarum & Huffitarum faventes, &c. etiam fi fuerint criminales ubicumque, five in quibufcumque diœcefibus fuerint conftituti, cujufcumque ftatus, gradus, ordinis, præeminentiæ exiftant, &c. ftatum caufarum hujufmodi, ac tenores hujufmodi commiffionum factarum; necnon obftante quod alias præfata Synodus certis judicibus generalem quarumcumque hærefum, five errorum caufas commiferit audiendas ufque ad conclufionem exclufive, & aliis judicibus inclufive, coram quibus aliquæ dictarum caufarum pendent indecifæ, ftatum omnium caufarum hujufmodi, ac tenores commiffionum factarum, necnon quorumcumque nomina & cognomina judicium, & perfonarum citatarum, & citandarum hujufmodi, ac omnium aliorum habentium, præfentibus profufficienter expreffis, conftitutionibus Apoftolicis, ftylo palatii premiffis, & aliis in contrarium facientibus non obftantibus quibufcumque.

a Ex MSS. lege ... *barones*.

Die Lunæ decima Augufti notæ indictionis placuit nationi Italiæ, prout fupra continetur; dummodo aliæ nationes cenfeant. Cynus de Lombardia.

Die Martis vigefima dicti menfis Augufti placuit nationi Germanicæ, ut fupra continetur.

Vincentius del Rivo dictæ natione notarius.

Die Mercurii duodecima dicti menfis Augufti fuit lecta in natione Gallicana, & placuit, ut fupra petitur. M. Bolofonis.

Ex eodem collectione Barberiniana, & duobus mff. Germanicis.

Citatio contra fautores Huffitarum.

SAcrofancta generalis Synodus Conftantienfis, univerfis & fingulis, & præfertim Alminiæ & Bohemiæ nationum, Chrifti fidelibus, auxilium fidei in benedictiono cœlefti. Quia ftructura militantis ecclefiæ pro fundamento innititur orthodoxæ fidei ceterarumque virtutum collegio, veluti ædificio, legibus vero & moribus velut ornamentis utitur, cujus excuas zelus fortitudinis, tanquam miles fingulariter ftrenuiffimus obfevat follicite, ne quofvis ftructura ipfa patiatur incurfus. Et quia fatanas a primævo huic ftructuræ invidere dignofcitur, quia ipfa de triumphantis ecclefiæ ftructura confurgit, de qua ipfe projectus lo divinis eloquiis effe teftatur; ideo per quofdam ipfius militanti ftructuræ perverfos filios, ut eam vertat & deftruat, innumera machinata pefte, continuata experientia procurare non ceffat. Quamobrem ingens nobis fpeculatoris officia complectentibus infidet neceffitas, & exquirit auctoritas, ut illius infidiis procellofo præfenti tempore, quo hujufmodi fundamenta cum fuis ædificiis *b* per inimicos ecclefiæ fatagit evertere, ferventius falutaribus in Domino remediis obviemus. Sane ex retroactis tam in præcedentibus, quam in præfenti Conftantienfi generalibus Conciliis, non dubitamus per Mundi climata auribus percrebuiffe fidelium, *c* quatenus fatanas ipfe quofdam hærefiarchas fuæ damnationis miniftros, & ecclefiæ fanctæ dictæ privignos, & maxime novis temporibus fofcitaverit, contra ftructuram totius ecclefiaftici edificii molientes evertere fidem Catholicam cum legibus & ecclefiafticis moribus a fanctis *d* patriarchis traditis, & hactenus per viros catholicos tenaciter obfervatis, fcilicet quondam Joannem VVicleff, & Joannem Hus hærefiarchas, ficut patet clare ex eorum fcripturis, & opufculis; qui minus caute appetentes magifterium, & apud plebejos legislatores novelli & rabbi vocari, fanæ quoque doctrinæ ftudiis, & contradictionibus ipforum patrum contemptis, ad infanias falfas converfi, feu ufque ad fummum damnationis erroribus implicarunt; adeo ut patris eorum prædicti fatanæ fectando veftigia, qui fuper omne quod colitur etiam in cœlo fe machinabatur extollere, a fummo cœlo ad inferni profunda dejectus eft, quique fecum quamplures in damnationis laqueos, & devia traxit, & trahere non quiefcit. Sic & ifti fuper hierarchiam militantis ecclefiæ fe fuafque traditiones laborantes extollere, fibi quamplures adunarunt, etiam facerdotali dignitate circumfultos, exemplo *e* Theodæ Galilæi, qui fe aliquos magnos novarum fectarum legislatores fore prætendentes multitudinem ad fe pertraxerunt in devium, ficut ex Apoftolorum Actibus colligitur evidenter. Et quod jam amplius *f* ftupendius eft, prænominatorum hærefiarcharum currentibus temporibus iftis adeo excrevit perverfitas & multitudo, prout ad noftrum multorum relatione & fama publica referente, (proh dolor!) pervenit auditum, præfertim in regno Bohemiæ, & marchionatu Moraviæ, quod nonnulli, qui etiam nobilitatis fecundum carnem titulo præeminentiæ cenfentur, confpriantes infimul ad tenendos & defendendos tam Joannem Hus hærefiarcham præfatum, quam fuos errores, fe impietatis vinculo adftrinxerunt: quique noviffime apponentes iniquitatem fuper iniquitatem detractionibus & fuperftitiofis fabulationibus eorum non contenti, etiam libellos famofos falfos calumnii injuriifque refertos, ut afferitur, & copia infuper figillorum diverforum appendentium munitos, & in quibus eumdem Joannem Hus, jufto tamen Dei judicio, noftro quoque tam rite, tam fancte promulgatæ prævio fententiæ calculo, ignis voragine confumptum, *g* ad juftificationem & laudem præconii extollere fatagunt? fic quoque publice hærefum exfecrandarum ejufdem, & fuorum fectatorum, & fuarum hærefum prædicationibus ufque ad effufionem fanguinis defenfores effe volunt, & publice profitenter, ut de fe monftruofum extremi deliramenti præberent fpectaculum, pariter & exemplum, confurgere nullatenus trepidaverunt, prout hæc & alia in eis venenofis & calumniofis litteris in congregatione noftra folemniter exhibitis continentur.

Licet itaque miferandam tot taliumque filiorum perditionem & fafcinationem diabolicam noftra materna pietatis vifcera abfque amariffimo compunctionis dolore non poffint neque debeant fuftinere; unde in reducendis eifdem perverfis obftinatis fatellitibus diaboli pro eorum fananda infania noftra follicitudo materna de contingentibus nihil omifit; nam docendo, fcribendo, legatos mittendo, diffimulando, blandiendo, etiam ultra quam expediens forfan exftitit, expectando, follicite fideliter quæ impendimus mifericordiæ officia univerfa. Sed proh dolor! apud eos ut pote converfos in arcum pravum, falubria perniciem operantur? inobedientiam enim fpernunt, falutares doctrinas aufcultare contemnunt, & pru-

b al. *per privignos ecclesiæ*.

c MSS. *qualiter*.

d MSS. *patribus*.

e MSS. *Theuda & Juda Galilæi*.

f Ita Lips. mss. in alio *stupendum*.

g MSS. *justificationem & laudem*.

ANNO CHRISTI 1416.

& prudentum pacem & veritatem evangelizantium sermonibus & consiliis sanis acquiescere nolunt; sed toti ecclesiæ orthodoxæ se infestos reddere, & repugnare usque ad defensionem tam grandis peccati, ut etiam asseritur, damnabiliter, & injuste præsumunt.

Cum autem ex præmissis clare constet, omnes & singulos in dictis litteris sive sigillis descriptos fuisse, & esse laudatores, sectatores, & fautores prænominati Joannis Hus, & ejus damnatæ & perversæ doctrinæ: ideo nos tales ex iis non immerito habentes de fide suspectos, contra eos in virtute sanctæ Trinitatis insurgere & murum pro ecclesia Dei opponere nos oportet: ne tanquam dissimulatores tantorum malorum, indignationem Altissimi, cujus res agitur, incurramus, pœnam ejus condignam præstolando, exemplo illius summi sacerdotis Heli, qui licet in se bonus exsisteret, quia tamen filiorum excessus corrigere non curavit, in se pariter & in ipsis divinæ vindictam finaliter animadversionis accepit, dum filiis ejus in bello peremptis, ipse de sella corruens, fractis cervicibus exspiravit.

Qua propter via regia contra præfatos oberrantes procedere cupientes, & summaria informatione præmissa, & fide dignorum testimonio depositionibus cognovimus Czenkonem de VVessele, alias de VVartemberg supremum burgravium Pragensem, Latzkonem de *a* Crarvvar capitaneum marchionatus, *b* & ceteros in duobus foliis proxime præcedentibus descriptos in præmissis fuisse & esse publice diffamatos, ac etiam de fide suspectos; ipsorumque & aliorum in dictis litteris & eorum singuli monitoriis loca & domicilia tute adiri non posse: Idcirco per hoc publicum edictum in audientia publica litterarum contradictarum legendarum, ac in valvis seu portis sancti Stephani Constantiensis, nacnon Pataviensis, Ratisponensis, & sancti Stephani in Vienna Pataviensis diœcesis ecclesiarum affigendum, supra nominatos Czenkonem, Latzkonem, Boczkonem, VVillelmum, Joannem, Henricum, Miskonem, Henricum, Ulricum, Joannem, *c* Smilonem, Henkonem, Batzkonem, Baldvvotum, & alios suprafatos peremptorie citamus: quatenus ipsi & quilibet eorum personaliter in propriis eorum personis coram nobis, Constantiæ, vel alibi, ubi nos residere tunc contigerit, quinquagesima die ab exsecutione præsentium nobis in forma prædictis facta, in loco sessionis publico, si ipsa die sessionem publicam celebrare contigerit, alioquin in proxima tunc sessione publica immediate sequenti compareant, & quilibet ipsorum compareat, ad respondum in causa fidei certis articulis, præsertim articulis per præfatum Joannem Hus dogmatizatis, & per nos damnatis eamdem fidem concernentibus eis offerendis; & ad videndum contra eos ad omnia, & singula prout necessarium fuerit expedire contra ipsos, utpote de fide suspectos; necnon ad videndum infigi ipsis, & eorum cuilibet pœnas, sententias & censuras contra tales ab homine vel a jure promulgatas, & alias procedi usque ad diffinitivam sententiam inclusive, prout justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis: vel ad dicendum & allegandum causas rationabiles, si quas habeant, quare præmissa fieri non debeant, vel non possint. Certificantes nihilominus citatos ipsos, ac ipsorum singulos, quod si comparere neglexerint in citationis termino supradicto, nihilominus contra ipsos, prout justum fuerit, ulterius usque ad eamdem sententiam diffinitivam procedetur, eorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante.

Loca vero audientiæ, & valvarum prædictarum, tanquam publica & idonea ad hujusmodi nostram citationem publicandam ad instar publicorum edictorum, quæ olim *d* in alto prætorio duximus eligenda, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præcono & patulo judicio publicabunt: in quibus præsentes nostras litteras decrevimus publicandas: ne ipsi prænominati citandi de præmissis, quod ad eorum notitiam non pervenerint, aliqualem ignorantiam prætendere valeant, aut allegare. Et volumus & decernimus, quod ipsæ litteræ nostræ citatoriæ post eamdem citationem, ut præfertur, faciendam, quemlibet dictorum citatorum perinde arceant & adstringant, ac si ipsis & eorum cuilibet in propria ejus persona intimatæ & sufficienter insinuatæ fuissent. Cum non sit verisimile cuiquam eorum fore incognitum, quod tam patenter & solemniter, & præsertim in loco generalis Concilii exstitit omnibus publicatum.

Datum Constantiæ, sexto Kalendas Martii, anno Domini MCCCCXVI. Apostolica sede vacante.

Exsecutio citationis prædictæ in audientia facta.

In nomine Domini, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die vero quinta mensis Maii, sede Apostolica vacante, in mei notarii publici, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir magister Ambrosius, fidelis audientiæ publicæ litterarum contradictarum pro tunc lector, Constantiæ, in eadem audientia contradictarum, mane ipsius hora consueta, hanc rescriptam bullam ab alio latere tantum, & contenta in ea publicee & intelligibili voce legit & publicavit, ad instantiam honorabilis viri Michaelis de Broda Zontunitak promotoris & instigatoris officii hæreticæ pravitatis; qui sibi nomine procuratorio dicti officii de hujusmodi publicatione & lectura petiit per me notarium publicum instrumentum fieri publicum. Præsentibus ibidem discretis viris Nicolao *e* VVart, Conrado Balavvim, Joanne Castiniani, & Joanne Carpentarii in dicta audientia contradictarum procuratoribus testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Paulo post ego Fredericus notarius infrascriptus hanc præsentem bullam valvis seu portis ecclesiæ sancti Stephani Constantiæ pro audientia causarum Apostolica specialiter deputata affixi, & extensam ibidem dimisi, rogatus & requisitus, ut de hujusmodi affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris magistris Reyniero de Deuhen litterarum Apostolicarum scriptore, ac dictæ audientiæ pro tunc lectore, Henrico Heugnel, Petro *f* Brop, & Henrico Hutnate in supradicta audientia contradictarum procuratoribus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Deinde vero hora tertiarum dictæ diei, vel quasi, Fredericus notarius infrascriptus hanc præsentem bullam de prædictis valvis seu portis ecclesiæ beatæ Mariæ majoris, & cathedralis Constantiensis affixi, & extensam ibidem dimisi. Et deinde hora tertiarum, vel quasi, ipsam retroscriptam bullam de proximis dictis removi, & mecum apportavi, rogatus & requisitus, ut de hujusmodi remotione & affixione publicum facerem instrumentum. Præsentibus ibidem honorabilibus viris Henrico *g* Bvvt alias Bol, Guillelmo Bulheti in Romana curia procuratoribus, Joanne *h* Mynardi, & Joanne Bust litterarum Apostolicarum scriptoribus, & Petro *i* Vannii sacri palatii causarum Apostolici notario, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Et ego Fredericus *k* de Auhen clericus Goloniensi diœcesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ litterarum contradictarum scriba, qui prædictis lecturæ, affixionibus & remotionibus una cum prænominatis testibus præsens interfui, ideo hoc præsens publicum instrumentum ab hujusmodi latere totum manu aliena fideliter scriptum in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, requisitus & rogatus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Exsecutio in partibus facta.

In nomine Domini. Amen.

ANno a Nativitate ejusdem MCCCCXVI. indictione nona, die Dominica, quæ fuit tertia dies mensis Maii, hora tertiarum, vel quasi, Apostolica sede vacante. Ego Fredericus Juvenis clericus Bambergensis diœcesis, notarius publicus infrascriptus, habens & tenens in manibus meis quamdam bullam sacri Concilii Constantiensis, ac ejus vera bulla plumbea cum cordula cannabis pendente more Romanæ curiæ bullatam, sanam & integram, ac omni prorsus vitio carentem, ad instantiam honorabilis viri domini Michaelis de Broda Zentunitak * & plebano sancti Adelberti sua *l* Sdedras Pragensi, insti-

a MS. Crawar.
b MS. addit, Moraviæ.
c MS. Smylonem.
d MS. In albo prætorio scribebantur, duximus, &c.
e In MS. Vart.... Boleni.... Christiani.
f al. Krop.
g MS. Kavvt, alias Bel, Guillelmo Britto...
h MS. Genardi, & Joanne Kust.
i MS. Vanni.
k MS. de Arnheim.
l al. Sdera.

ANNO CHRISTI 1416.

instigatoris & promotoris officii citationis personalis contra & adversus quosdam, Czenkonem de Vessel-le, alias de VVattenberg, supremum burgravium Pragensem, Lazkonem de Cravvar capitaneum marchionatus Moraviæ *a* Macxonem seniorem de Cunstad, alias de Podjevvard, VVillelmum de Zvvyerzecitz, Joannem seniorem de Nova domo, Henricum de VVertenbertz burgravium de Cretz reginæ, ac multis aliis nobilibus, & clientibus, militibus & militaribus, per sacrum Concilium citatos, & defensores & adhærentes damnatæ memoriæ Joannis Hus hæresiarchæ & ipsius doctrinæ damnatæ. Quam quidem bullam ego Fredericus notarius infrascriptus animo exsequendi, notificandi & publicandi, & ad universorum Christi fidelium notitiam deducendi, eamdem bullam valvis seu portis majoris ecclesiæ Pataviensis affixi & extendi, & ibidem coram multitudine hominum utriusque sexus ultra duas horas horologii infra Missarum officia & solemnia, & præsertim infra publicum officium quod tunc in eadem ecclesia celebrabatur, stare permisi, quam multi canonici, presbyteri, & alii clerici legerunt. Tandem vero ego Fridericus infrascriptus hujusmodi bullam ab eisdem valvis & portis, finitis & peractis dictis Missarum & officiorum solemniis, debita cum protestatione removi & deposui. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris dominis magistro Georgio VVispek, magistro Matthia *b* Engelstab, magistro Joanne *c* Peligno rectore scholarum, & aliis quampluribus circa præmissa testibus fide dignis.

Item, anno & indictione quibus supra, die Dominica, quæ fuit decima dies Maii suprascripti, hora tertiarum, vel quasi, ego Fredericus notarius infrascriptus prædictam bullam in valvis & portis ecclesiæ sancti Stephani, alias omnium sanctorum Viennensis, Pataviensis diœcesis, affixi, & extendi, & ibidem coram magna multitudine hominum ultra duas horas horologii infra Missarum solemnia, & præsertim infra publicum officium, quod tunc in eadem ecclesia celebrabatur, stare permisi, quam multi canonici, magistri, presbyteri, & alii legerunt. Tandem vero ego Fredericus notarius hujusmodi bullam ab eisdem valvis seu portis, finitis & peractis divinis Missarum & officiorum solemniis debita cum protestatione removi, & deposui, Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris dominis Bartholomæo altarista Missæ perpetuæ fundatæ in altari omnium sanctorum in dicta ecclesia sancti Stephani, alias omnium sanctorum, Joanne *d* Bzpel de Laynace notario publico, & Joanne Ulrici de Odenburg presbytero baccalaureo in artibus, clerico Pataviensis, Aquilegensis, & Januensis diœcesum testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenor, sive principium bullæ talis est.

SAcrosancta generalis Synodus Constantiensis, universis & singulis & præsertim Almaniæ, & Bohemiæ nationum Christi fidelibus, auxilium fidei in benedictione cœlesti. Quia structura militantis ecclesiæ pro fundamento innititur orthodoxæ fidei, ceterarumque virtutum collegio veluti ædificium, legibus vero, ac moribus veluti ornamentis utitur, *&c.* Finis vero erat talis. Cum non sit verisimile cuiquam eorum fore incognitum, quod tam patenter, & solemniter, & præsertim in loco generalis Concilii exstiterit omnibus publicatum. Datum Constantiæ sexto Kal. Martii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. Apostolicæ sede vacante.

Et ego Fredericus Juvenis, clericus Bambergensis diœcesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia dictarum bullarum sacrosanctæ Synodi Constantiensis, de quibus supra fit mentio, in supradictis locis, sive portis ecclesiarum affixionibus successive factis, earumque depositionibus, omnibusque & aliis præmissis singulis, dum sic: ut præfertur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; ideoque hoc præsens publicum instrumentum exinde confeci, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi requisitus & rogatus, in fidem & testimonium omnium præmissorum.

Alia exsecutio in partibus facta.

In nomine Domini. Amen.

ANno a Nativitate ejusdem MCCCCXVI. indictione nona, die vero Jovis, in festo Corporis Christi, quæ fuit decimaquarta mensis Junii, hora secunda diei, vel quasi, sede Apostolica vacante & summo Pontifice carente, in ecclesia cathedrali Ratisponensi, in mei notarii publici, & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus discretus vir Caspar *e* Sustennedier clericus Pataviensis diœcesis, quasdam litteras citatorias a sacrosancto generali Concilio Constantiensi emanatas contra & adversus Czenkonem de VVartemberg, Laczkonem de Cravvar, Bazkonem de Podiebrad barones, necnon & certos ipsorum complices in litteris citationum descriptos & nominatos, in numero quadringentos & quinquaginta duo, qui se sententiæ contra dictum Joannem Hus hæresiarcham per dictum sacrum Concilium canonice latæ opposuerunt, & ipsum sacrum Concilium Constantiense per suas prætensas litteras diffamaverunt, & dicto Joanni Hus adhæserunt, & alia fecerant prout in præfatis litteris prælibati sacri Concilii vera bulla plumbea cum cordula cannabis more Romanæ curiæ impendente bullatas continetur: de mandato & voluntate venerabilis & circumspecti viri domini Frederici de *f* Papager in decretis licentiati, scholastici, & canonici ecclesiæ Ratisponensis domini sui, infra pulsum primarum Missarum dum in eadem ecclesia solemniter peragebantur, valvis præfatæ cathedralis ecclesiæ ubi communiter affixio bullarum fieri consuevit, clavis ferreis affixit, & publice extendit; dictosque citandos sic, ut præfertur, citavit, quatenus quinquagesima die in prædicto sacro Concilio Constantiensi tanquam suspecti de fide personaliter compareant, & ad respondendum certis articulis fidem catholicam concernentibus; & alia fecit quæ in talibus fuerunt necessaria & opportuna: præfatasque litteras originales bullatas sic, ut præfertur, affixas & publice extensas coram Christi fidelium multitudine copiosa ad eamdem ecclesiam ad divina officia audienda congregatorum stare continue permisit ultra tres horas: & deinde dictas litteras tanquam sufficienter insinuatas & publicatas coram me notario publico, & testibus infrascriptis deposuit & removit. Quarum quidem litterarum citatoriarium principium & finis inferius describuntur. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfatus Caspar nomine domini sui supradicti petiit sibi fieri per me notarium infrascriptum unum vel plura, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta, Præsentibus ibidem honorabilibus viris Nicolao *g* Statuer rectore parochialis ecclesiæ sancti Adelberti Ratisponensis, Nicolao VVindunna, Conrado Pethier, Joanne Zohentum, Joanne Kavver Visario Chori dictæ ecclesiæ Ratisponensis, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Deinde die Dominica infra octavam supradicti festi Corporis Christi, quæ fuit vigesima prima dicti mensis Junii, hora secunda diei, similiter infra pulsum primarum Missarum, prænominatus Caspar Surstennecher de mandato domini sui supradicti præfatas litteras originales bullatas in præsentia mei notarii & testium infrascriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum, valvis præfatæ ecclesiæ cathedralis Ratisponensis ut prius clavis ferreis affixit, & affixas ibidem publice coram multitudine fidelium iterum per duas horas & ultra continue stare permisit, & demum removit, & sibi instrumentum, ut supra, per me notarium fieri postulavit. Præsentibus ibidem discretis viris dominis Henrico Huchuel, Conrado Kek vicario, Conrado *h* VVrni subdiacono dictæ ecclesiæ Ratisponensis, & Joanne *i* Svvabenberg clerico Sergensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Postremo in die Nativitatis sancti Joannis Baptistæ, quæ fuit vigesima quarta ejusdem mensis Junii, similiter secunda hora diei, vel quasi, sæpedictus Caspar *k* Surstennecker nomine, & ad mandatum dicti domini sui supradicti, ex superabundanti supradictas litteras citatorias originales infra pulsum primarum Missarum ut

a al. Bezhonem.
b MS. Engelschal.
c MS. Peligrano.
d MS. Spepeck de Laynace, al. Oxepel de Laynaco.
e al. Sustennedier, al. Sustennecker.
f MS. Pansenberg.
g MS. Schonauer . . . Vindman . . . Petiner . . . Zahenner . . . Havvar.
h MS. Varin.
i al. Schvvanenberg.
k MS. ut supra.

ut prius, valvis præfatæ ecclesiæ cathedralis, ut supra, clavis ferreis iterato ibidem publice affixit coram Christi fidelibus, tunc ad dicta officia audienda congregatis; per duas horas stare continue dimisit & demum de ibi semovit, & secum portavit: requirans me notarium infrascriptum nomine quo supra, super præmissis unum, vel plura, & tot quot fuerint necessaria fieri instrumenta. Acta fuerunt hæc anno, indictione, diebus, horis, mensa, & loco, & sede vacante quibus supra. Præsentibus ibidem discretis viris dominis Conrado sancti Blasii, & Nicolao a Widinna sancti Thomæ vicario, seu altarista, Joanne Rust diacono chori præfatæ ecclesiæ Maguntinæ, & Joanne Cappellano cappellæ sancti Sebaldi in civitate Ratisponensi, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

a Ms. Widemas.

Tenor vero dictarum litterarum affixarum, cujus principium sequitur in hæc verba:

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis universis & singulis, præsertim Almaniæ & Bohemiæ nationum Christi fidelibus, auxilium fidei in benedictione cælesti. Quia structura militantis ecclesiæ pro fundamentu innititur orthodoxæ fidei ceterarumque virtutum collegio, veluti ædificio, legibus vero eu moribus veluti ornamentis virtutum, &c. Finis autem ipsarum litterarum talis erat: Datum Constantiæ, sexto Kalendes Martii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. Apostolica sede vacante.

Et ego Henricus Hak, clericus Bambergensis diœcesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia prædictarum litterarum citatoriarum sic, ut præfertur, affixioni, remotioni, omnibusque aliis præmissis, dum sic, ut præfertur, fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus personaliter interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; idcirco hoc præsens publicum instrumentum mano mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, in fidem & testimonium omnium præmissorum rogatus & requisitus.

Congregatio generalis.

Die Jovis decima Septembris supradicti, Constantiæ in ecclesia cathedrali, mane hora tertiarum, vel quasi, fuit congregatio generalis omnium nationum in modum sessionis, licet sine solemnitatibus requisitis ad sessiones publicas, & hoc propter ambaxiatores regis Arragonum, & regnorum suorum, qui habebant ibidem certa proponere nomine dicti regis & regnorum suorum: præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Joanne episcopo Ostiensi, Angelo Prænestino, Jordano Albanensi episcopis cardinalibus, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Joanne Ragusino, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricaricensi, Antonio Aquilegiensi, Almanno Pisano, Branda Placentino, Antoniu de Chalenco, Petro Fuxi presbyteris, Raynaldo de Biricanciis, Amedeo Saluciarum, Lucido de Comitibus diaconis cardinalibus, necnon illustrissimorum principum Romanorum, Francorum, Angliæ, Arragonum, Neapolitanorum, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ & Siciliæ ambaxiatoribus, aliisque ambaxiatoribus, nunciis & procuratoribus diversorum principum, & dominorum ac universitatum studiorum, & communitatum in numero copioso. In qua quidem congregatione magnificus, strenuus, ac venerabiles & circumspecti viri domini Raymundus Floh comes Cardonæ R. miles, Antonius generalis sanctæ Mariæ de Mercede, Gundisalvus de sancta Marie, Spera-in-deo Cardona, & Michael Navers ambaxiatores & nuncii serenissimi principis Alphonsi Arragonum regis, ascenderunt locum, in quo ambaxiatores regum & principum proponunt. Qui quidem domini ambaxiatores per organum venerabilis & circumspecti viri domini Sperantis-in-Deo collegæ ipsorum exposuerunt, quibus de causis illustrissimus dominus Alphonsus rex Arragonum misisset ad congregationem præsentem, nominando sacrum generale Constantiense Concilium congregationem: videlicet primo pro exstirpatione schismatis & hæresium, & pro unione ecclesiæ Dei, & reformatione status ecclesiastici in capite, & in membris, ac electione unici summi Pontificis. Quo completo, regratiatus fuit Concilio in modum congregationis de exspectatione & tolerantia ipsorum ambaxiatorum adventus. Item, de benigna tractatione & susceptione eorum, & fratris Antonii Generalis ad honorem impensum ipsis dominis ambaxiatoribus per Concilium in susceptione eorum. Offerentes se paratos post eorum unionem & incorporationem ipsius Concilii ad omnia implenda, omnia firmanda, & conclusa in capitulis inter serenissimos principes Romanorum & Ungariæ, ac ambaxiatores Concilii Constantiensis ex una, & Arragonum regis ex altera parte, & ad faciendum ulteriora, quæ fuerint necessarie ad unionem ecclesiæ, exstirpationem hæresium, reformationem & electionem futuri Romani Pontificis prædicta, juxta exigentiam & potestatem ipsis traditam per ipsorum dominum; cujus potestatis & auctoritatis ibidem produxerunt publicum instrumentum infrascripti tenoris, quod ibidem de mandato Concilii per venerabilem virum dominum Petrum de Lamberga de Cracovia, manuque ipsius domini regis novelli Arragoniæ subscriptum de verbo ad verbum ibidem publice alta & intelligibili voce legebat. Qua siquidem ambaxiata exposita & oblatione facta, levavit se in medium reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis nomine totius Concilii sive congregationis, ad modum dictorum ambaxiatorum, & pro facienda responsione: & fecit collationem pulcram & ornatam: pro cujus prosecutione distinxit terminum manus, sive dictionem manus tripliciter: in prima enim sui distinctione commendavit regem modernum Arragoniæ, ejusque patrem Ferdinandum, avum, ac reginam & matrem ipsius regis Alphonsi de eorum bonis intentionibus, labore, oblatione, & prosecutione testamenti conditi per regem Ferdinandum claræ memoriæ patrem & genitorem ipsius regis Alphonsi. In secunda vero distinctione manus reprehendit vitam Petri de Luna, adducens plures promissiones factas per eum de renunciatione per ipsum fienda, videlicet promissionem in Avenione, in Marsilia, & Januæ per ipsum Petrum de renunciatione & unione ecclesiæ sanctæ Dei factas; contra quas omnes & singulas idem Petrus dixit venisse, & nihil de iis promissis adimplevisse. In tertia parte vero manus recommendavit ambaxiatores ipsius domini regis Arragonum quoad personam, statum & benevolentiam, offerens ipsis dominis ambaxiatoribus totum Concilium Constantiense esse pro nunc paratum ad faciendum cum ipsis ambaxiatoribus, in omnibus & singulis concurrentibus rationabilibus, licitis & honestis. Qua collatione sic, ut præfertur, per reverendum patrem dominum Joannem Ostiensem facta, surrexit reverendus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus. & per brevem collationem sive exhortationem nomine Concilii præfati fuit exhortatus eosdem ambaxiatores, ut dignarentur tandem ad bonum universalis ecclesiæ & reipublicæ statum concurrere cum dominis de Concilio, quos reperirent paratos atque benevolos ad omnia & singula quæ concernunt viam præfatam, quoad unionem ecclesiæ, statum & tranquillitatem. Quibus sic factis, venerabilis & circumspectus vir dominus Sperans-in-deo præfatus nomine ipsorum dominorum ambaxiatorum respondit ad verba & proposita per dominos cardinales præfatos: dicens quod ob hanc causam venissent, & dominus eos ad eam misisset, ut ecclesia Dei uniri possit; offerentes se ad vacandum circa ea cum dominis de Concilio omni voce, prius habitis tamen visitationibus dominorum cardinalium, quos oportet per prius visitare. His factis, dictis, propositis & replicatis, una pars alteri, & altera alteri, fuit regratiata, de beneficiis & oblationibus sinceris. Super quibus omnibus & singulis propositis, dictis, gestis & factis nomine procuratorio petiit sibi unum & plura, publicum & publica fieri instrumentum & instrumenta ad dictamen sapientum. Præsentibus ibidem præfatis reverendissimis patribus S. R. E. cardinalibus, ambaxiatoribus, procuratoribus, nunciis, & aliis, pro testibus infrascriptis ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Tenor vero dicti procuratorii publici instrumenti de quo supra fit mentio, talis est:

PAteat universis, quod nos Alphonsus Dei gratia rex Arragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, comes Barchinonæ, Dux Athenarum

ANNO CHRISTI 1416.

rum & Neopatriæ, ac etiam comes Russilionis & Ceritaniæ. Quia ex his, quæ circa ecclesiæ sacrosanctæ negotium infrascriptum huc usque nutu divino sunt acta, quodammodo præsagium exoriri videmus, quod ineffabilis divinæ providentiæ celsitudo oculo suæ pietatis salvificæ prospiciens ab excelso, Petri sancti naviculam, imperitorum seu potius impiorum nautarum ductu pestifero naufragio proximam, & ruinosis scopulis jam propinquam, saluti animarum Christicolarum, quas sui aspersione sanguinis rubricavit in cruce, miseratione deifica providendo per alios nautas industrios & providos ad ipsius Dei ecclesiam zelum habentes fervidum atque rectum, ipsam amodo regi & gubernari, fugato proinde navigio acephalato, ut firmiter speramus, faciet & disponet, ut ipsa Petri navicula unico & vero ductore ad portum salutis in ejus laudem & totius Christianitatis exaltationem & gloriam quietissime deducetur: ut etiam sit unus solus ibidem patronus & nauta, qui fugatis procellosis schismaticorum erroribus, ipsam sacrosanctam Dei ecclesiam regat & gubernat in ejus nomine, qui Spiritus sancti gratia, *a* detruso nunc busto perpetuo schismatica bestia, suis morriferis dentibus unam sanctam Dei ecclesiam catholicam devastante, vestis divinæ jam morsibus lacerare, proh dolor! *b* valet & faciet initu suæ divinitatis mirifice resarciri, & uniri scissuram. Scientes & accurata meditatione pensantes, dudum in civitate Narbonæ inter excellentissimum principem Sigismundum Romanorum regem, & ambaxiatores & procuratores congregationis civitatis Constantiensis ex una parte; & dilectos, devotos & fideles nostros Philippum de Medulia sacræ paginæ professorem, Sperantem-in-Deo Cardona jurisperitum, & Bonnatum Petri decretorum doctorem, ambaxiatores & procuratores illustrissimi & Christianissimi principis domini *c* Ferdinandi de Quynnones, illustrissimi regis Castellæ consobrini nostri carissimi, ambaxiatores & procuratores, ac Didacum Ferdinandi *d* de Vadreto, milites, consiliarios prædicti domini genitoris nostri ex altera, quædam fuisse super facto unionis acta & concordata capitula, quæ tam per dictum dominum genitorem nostrum, quam per nos in villa Perpiniani laudata, approbata, auctorizata, promissa & jurata fuerunt, sigillisque utriusque nostrum postmodum roborata, ut in instrumento publico inde confecto plenius continetur.

a Ms. *detrusa nunc, utinam busto perpetuo.*
b Ms. *valet & faciet nutu sua, &c.*
c Lege ex Ms. *Ferdinandi regis Arragonum, genitoris nostro gloriosæ memoriæ, ac Didacum Ferdinandi, &c.*
d Ms. *de Vadreva.*

Cum juxta continentiam in capitulis concordiæ antedictæ per prælatos & ceteros viros ecclesiasticos in civitate Constantiensi congregatos, per certi tenoris litteras in capitulis præfatis insertas, convocatio fieri debuerit de regibus, principibus, cardinalibus & prælatis & aliis de obedientia domini Benedicti, qui ad generale Concilium sunt assueti vocari, quod certa die in eadem civitate Constantiensi compareant ob schisma sedandum, unionem ecclesiæ procurandam, reformationem etiam ipsius ecclesiæ tam in capite, quam in membris complendam, & ejectionem ipsius Benedicti effectualiter faciendam & ad electionem unionis Romani Pontificis futuri procedendum, prout in litteris ipsius convocationis ad nos per præfatos prælatos & alios in dicta civitate Constantiensi congregatos nuper directas latius continetur. Et viceversa præfati reges & principes obedientiæ præfati domini Benedicti facere teneantur literas convocatorias ad prænominatos prælatos, ceterosque de dicta Constantiensi congregatione similes litteras convocatorias, quæ ab ipsis de dicta congregatione emanarunt, vel per suos ambaxiatores & procuratores mittendos sufficienti potestate suffultos ibidem Constantiæ congregatos convocabunt.

Cum etiam super omnia cordi geramus, quod omnia per præfatum dominum genitorem nostrum, & nos, ut præmittitur, concordata, debitum sortiantur effectum; tenore præsentium, confidentes ad plenum de fide, industria, scientia, & probitate laudandi, & longa rerum experientia approbati viri nobilis Ammirati nostrorum marium; Joannis Reymundi Floch comitis Cardonæ, venerabilis & religiosi viri fratris Antonii Texal magistri in sacra pagina, Generalis beatæ Mariæ de Mercede, Raymundi Xatioar militis, ac venerabilis doctoris Sperantis-in-Deo Cardonæ jurisperiti, Philippi de *e* Medulia sacræ paginæ professoris, Gundisalvi Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michaelis de Navers juris utriusque doctorum consiliariorum nostrorum dilectorum, atque fidelium, facimus, constituimus & ordinamus vos omnes & majorem partem ex vobis in solidum procuratores, actores, factores ac certos & speciales nuncios & ambaxiatores nostros, omnibus illis viis & modis & formis, quibus de jure melius valere possit, ad accedendum ad dictam congregationem præfatæ civitatis Constantiensis, & convocandum prælatos & ceteros in ipsa congregatione exsistentes, juxta modum & formam in præfatis capitulis contentam; sic quod *f* præfati de obedientia dicti domini Benedicti venientes ad dictam civitatem Constantiensem statim fiat unio vestrum, & eorumdem ad dictam congregationem pro faciendo unum universale Concilium, ac in eodem Concilio vice nostre, postquam formatum fuerit, interessendum duntaxat pro sedatione schismatis, ac unione ecclesiæ modo prædicto, ac etiam alias procuranda, & pro causa ejectionis dicti domini Benedicti & electione futuri summi Romani Pontificis, & reformatione ecclesiæ in capita & in membris, & causa hæresis cum dependentiis, emergentiis & connexis, prout in dictis capitulis concordiæ continetur: necnon ad petendum & requirendum quod omnia & singula in ipsis capitulis concordiæ contenta tam per dictum Concilium, postquam formatum fuerit, quam per quoscumque alios, ad quos quomodolibet pertinebat ante formationem dicti Concilii, seu post prout facienda fuerint, deducantur debite ad affectum; omniaque alia & singula supradictos casus tangentia, cum dependentiis, emergentiis & connexis ex eisdem, tam in dicto Concilio postquam formatum fuerit, quam ante ipsius formationem, petendum, instandum, requirendum & protestandum, seu impugnandum, approbandum & laudandum, quæ nosmet in propria persona petere, requirere, instare, protestari, impugnare, approbare possemus, etiamsi talia sint, quæ mandatum exigant magis speciale. Concedentes vobis dictis procuratoribus, auctoribus, factoribus, nunciis, ambaxiatoribus nostris, & majori parti ex vobis plenam & liberam potestatem exercendi præmissa omnia, & singula alias supradictos casus tangentia, quæ per nos quomodolibet, aut procuratores seu ambaxiatores nostros venirent exercenda. Et generaliter omnia alia & singula, quæ dicta sedatione schismatis, & unione sanctæ matris ecclesiæ per nos fieri aut exerceri valerent. Volentesque quod quidquid per vos, vel majorem partem ex vobis dictis procuratoribus, factoribus, actoribus, nunciis & ambaxiatoribus nostris nostro nomine actum, seu emanatum fuerit proinde obtineat firmitatem, ac si ab omnibus acta exsisterent, seu etiam emanata, etiamsi aliquem vel aliquos ex vobis contingat abesse, aut fore præsentes, qui in agendo seu exercendo per majorem partem minime consentirent.

e al. *Medula.*
f Ms. *præfatis . . . . . venientibus.*

Nos enim vobis promittimus in nostre bona fide regia, & juramus per Dominum Deum, & ejus sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta, in *g* posse notarii secretarii infrascripti pro omnibus illis, quorum interest, & interesse potest, & poterit, hæc a nobis legitime postulanda, & recipienda & paciscenda, nos semper habere ratum, gratum & firmum quidquid per vos dictos procuratores, factores, actores nostros & ambaxiatores, vel majorem partem vestrum, nostro nomine in præmissis vel aliquo eorumdem actum, gestum, tractatum, laudatum, firmatum, approbatum, & conclusum fuerit, in nullo tempore revocare, sub bonorum nostrorum omnium hypotheca. Quod est datum & actum Barchinonæ, decima die Julii anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. regnique nostri primo.

g Lege, *præsentia.*

Signum Alphonsi

Dei gratia regis Arragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, &c. Comitis Barchinonensis, ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam comitis Russilionis & Ceritaniæ, qui prædicta laudamus, concedimus & confirmamus, & etiam juramus; huicque publico instrumento sigillum nostrum communo, quo utebamur dum principatus Gerundæ fungebamur honore, cum nostre sigilla regia nondum sint facta, jussimus apponendum.

Rex Alphonsus.

Testes sunt, qui ad prædicta fuerunt præsentes; Giraldus Almannus de Cerbasone Cathaloniæ, *h* Olsus de Procida regni Majoricarum gubernatores, milites, & Berengarius de Bradoxino consiliarii domini regis.

h Ms. *Olphus de Prexda, & mox de Bardoxino.*

Signum

Signum mei Pauli Nicolai, dicti domini regis secretarii, auctoritate regia notarii publici per totam terram & ditionem suam, qui prædictis interfui, eaque de ipsius mandato scribi feci & clausi. Corrigitur autem in lineis, decimasexta, *Sperantis-in-Deo Cardona jurisperiti*, *Philippi de Medulia sacra pagina professoris*, vicesima *per quoscumque*, & vicesimasexta *alios*.

Congregatio generalis,

Die Mercurii decimasexta mensis Septembris prædicti, Constantia in ecclesia majori prædicta, hora tertiarum, vel quasi, pro publicis sessionibus & congregationibus generalibus deputata, fuit tenta per Concilium generale Constantiense congregatio generalis pro infrascriptis fiendis. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus dominis Joanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Jordano Albanensi episcopis & cardinalibus, & Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Joanne Ragusino, Antonio Aquilegiensi, Gabriele Senensi, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, & Petro Funi presbyteris; Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconibus cardinalibus. Et antequam ad aliquem actum publicum nomine ipsius Concilii Constantiensis fuisset processum, levavit se venerabilis & circumspectus vir dominus Augustinus de Pisis sacri consistorii advocatus, & tanquam procurator, sive nuncius illustris principis domini Ludovici comitis Palatini, & ducis Bavariæ, gubernatoris & locum tenentis pro Concilio Constantiensi illustrissimi principis Sigismundi Romanorum & Ungariæ regis: & nomine ipsorum dominorum regis Romanorum, ac Ludovici comitis dixit, qualiter foret deventum ad aures ipsius domini comitis tanquam gubernatoris, qualiter ambassiatores regis Jacobi de Neapoli, & dominæ Joannæ ejus uxoris reginæ hic præsentes haberent certa proponere, & litteras præsentare ipsi Concilio, & quod prætenderent nominare dictum Jacobum regem Siciliæ, Ungariæ, &c. quod videretur tendere in detrimentum & in præjudicium Romanorum regis, quoad regna sua, videlicet Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Petens ergo per Concilium provideri, taliter quod hujusmodi præjudicia hic in Concilio generali non fiant, subsequenter reverendus pater dominus Guillelmus cardinalis sancti Marci tanquam procurator & nuncius illustrissimi principis Ludovici Jerusalem & Siciliæ regis similem protestationem & petitionem, quoad regna Jerusalem & Siciliæ, eum idem dominus suus Ludovicus sit investitus de eisdem regnis per Romanam ecclesiam, & non noscat alium regem in illis regnis quam dominum suum Ludovicum prædictum.

Quibus propositis & protestatis factis, de mandato ipsius Concilii ascendit ambonem, super quo adicta, statuta & ordinationes, diffinitiones & decreta, & finem dicti Concilii publicantur, & legi solent, venerabilis vir dominus Petrus de *a* Guafardis secretarius Concilii, & legebat quamdam ordinationem in quadam papyri schedula, in qua continebatur quod per denominationem titulorum nulli aliquid juris acquireretur, & alias prout in eadem schedula continebatur, cujus tenor inferius est insertus. Et statim quia apparuit dictam schedulam non esse concordatam per omnes de nationibus, ideo idem magister Petrus de simili mandato legebat unam aliam schedulam concordatam per omnes nationes, ut dixit, super hujusmodi donationibus alta, & intelligibili voce, cujus tenor inferius est insertus. Qua lecta, statim de mandato dictæ sanctæ Synodi fuit approbata per reverendum patrem dominum Joannem patriarcham Constantinopolitanum, Nicolaum episcopum Meseburgensem, Patricium Cortagensem episcopum, nomine trium nationum: & Joannes episcopus Ostiensis nomine collegii Cardinalium approbavit secundam schedulam per verbum, *Placet*: refutando primam quam non approbavit, tanquam non concordatam per nationes. Iis factis, ascenderunt ambonem ambassiatores regis Jacobi asserti Neapolitani, & præsentarunt litteras credentiæ ipsorum: quæ de mandato Concilii fuerunt lectæ per dictum Petrum de *b* Gualfardis secretarium Concilii prædicti: quarum litterarum titulis intellectis per supposita Concilii, secundario levavit se dominus Augustinus de Pisis nomine dicti serenissimi principis Romanorum regis, protestando, quod nullum præjudicium ipsi Romanorum, & Ungariæ regi quoad titulos, quos adscribit sibi dominus Jacobus quoad regna Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & alias protestatus fuit, ut supra proxime protestatus fuit; nihilominus diffitendo & reclamando dictam subscriptionem ipsarum litterarum, missarum & præsentatarum statim per ipsos dominos ambassiatores, in quibus titulis abscribit sibi titulos in dictis regnis. Similiter protestatus fuit prælibatus reverendus pater dominus Guillelmus cardinalis sancti Marci, tanquam ambassiator, procurator, & nuncius illustrissimi principis regis Ludovici, quoad titulos regnorum Jerusalem & Siciliæ, quos dixit fore abscribendos domino suo regi Ludovico, qui est investitus per Romanam ecclesiam, & non in ipse rex Jacobus; nec sciret aliquem investitum de eisdem, nisi præfatum dominum suum. Super quibus protestationibus prædicti domini Augustinus cardinalis, & episcopus Aniciensis petierunt a notariis sedis Apostolicæ, & aliis scribis Concilii unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam,

Quibus sic factis levavit se similiter venerabilis & circumspectus vir dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus, nomine ipsorum ambassiatorum domini Jacobi regis exponens, qualiter satis ammiraretur de hujusmodi protestationibus factis in præsenti congregatione quoad titulos regnorum ipsorum regis Jacobi, & Joannæ reginæ, *c* quomodo ambassiatores ipsorum non essent missi ad litigandum pro titulis, sed venerunt ad præsens Concilium, tanquam vocati per Papam, tunc & *d* Concilium postea, & etiam per regem Romanorum, pro unione sanctæ matris ecclesiæ, & aliorum, pro quibus præsens Concilium extitit convocatum; petens provideri per Concilium, quod ipsis regi & reginæ, ac ambassiatoribus nominibus ipsorum nullum generetur præjudicium per hujusmodi protestationes sic, ut præfertur, contra eorum titulos factas: ad quod nondum responso, venerabilis magister Laurentius de Neapoli ordinis Eremitarum sancti Augustini, unus de eisdem ambassiatoribus incepit facere quemdam sermonem, & recommendationem, pro cujus introductione accepit pro themate: *Gaudete quoniam merces vestra copiosa*: distinguens in duas partes: In prima parte recommendavit Concilium Constantiense: in secunda parte regem Jacobum & reginam Joannam Concilio, & ecclesiæ Romanæ: offerens ipsos ad beneplacita cum totis regnis ipsorum, terris & dominiis ipsorum, ac personis atque bonis ad obedientiam sanctæ matris ecclesiæ, & augmentum unionis ecclesiæ sanctæ Dei. Quo sermone pulchro introducto, & completo pro eorum ambassiatorum, & dominorum suorum recommendatione, levavit se in medium reverendus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus, & fecit pulcram recommendationem: recommendando regem & reginam, ac ambassiatores, regratiando ipsis nomine Concilii Constantiensis de bonis oblationibus & voluntate, quam habere dicuntur erga præsens Constantiense Concilium. Qua quidem recommendatione per dominum cardinalem Florentinum facta, idem magister Laurentius nomine collegarum suorum, & suo proprio præsentavit procuratoriam, quod fuit ibidem lectum per dominum Petrum de Gualfardis de mandato Concilii, cujus tenor inferius est insertus. Quod procuratorio lecto venerabilis vir dominus Dominicus de Ponte petiit confirmari quamdam electionem cujusdam abbatis Stephani ad monasterium: & in casu quo non, protestatur quod non incurrat sibi tempus a jure statutum de benedicendis abbatibus. Ex adverso surrexit Ardecinus de Novaria advocatus, dixit hujusmodi abbatem non fore electum, sed intrusum, quapropter non debet confirmari, sed potius expelli, &c. Super quibus petierunt instrumenta a dominis protonotariis, & notariis prædictis.

Subsequenter fuerunt lectæ litteræ regis Poloniæ per dominum Petrum de Polonia de mandato Concilii in eodem loco. Et ex adverso pro parte eorumdem Theutonicorum. Item una alia littera ex parte universitatis studii Cracoviensi, quorum tenores sequuntur. Super quibus omnibus & singulis Joannes de Scribanis & Henricus de Piro promotores petierunt & quilibet eorum

a MS. Gualferdinis.

b MS. Gualferdinis.

c Forte, gaudendo.

d Forte, per Concilium.

ANNO CHRISTI 1416.

petiit sibi nomine procuratorio unum vel plura fieri publicum, & publica, instrumentum & instrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

Tenores vero dictarum schedulæ decreti, ac litterarum, & instrumenti procuratorii, per ipsos ambassiatores præsentatorum, sequuntur tales,

Sacrosancta Synodus Constantiensis declarat, statuit & decernit, quod per quoscumque actus nominationis, intitulationis, honoris exhibitionis tam in sede, quam in aliis quibuscumque dictis & factis, dicendis & fiendis in hoc sacro Concilio, per quoscumque prælatos; vel eorum, aut regum, principum, ac universitatum quorumcumque nuncios, vel legatos, seu ipsis, aut de ipsis: vel eorum altero in eodem sacro Concilio, nullum jus, seu possessum de novo acquiratur, nulliusque præjudicium generetur, nulliusque jus quodcumque in proprietate, vel possessione lædatur, & per præmissa, vel hujusmodi legatorum admissionem, jus vel titulum alicujus approbare minime intendit.

Littera regis Poloniæ.

SAcrosancto generali Constantiensi Concilio in Spiritu sancto congregato Uladislaus Dei gratia rex Poloniæ, Lituaniæ princeps, & hæres Russiæ, ea quæ ad pacem sunt, & de felicibus universalis ecclesiæ successibus licet in Domino gloriari. Si mundialis machinæ conditor, regum rex & dominus, vetusta, novaque legis traditione bonum pacis adeo censuit commendandum, ut eatenus filius suus princeps pacis, justo nominis noncuparetur vocabulo, qui tandem sedibus supernis postergatis, ad vallem nostræ fragilitatis descendens benigniter pacem protoplastis transgressoris dolenter amissam reduceret: qua pax circa suæ saluberrimæ nativitatis exordia concinentibus choris Angelicis de cœlis in terram hominibus bonæ voluntatis misericorditer exstitit destinata. Hanc demum ipse auctor pacis, amator caritatis, verbo prædicans exemplo docuit; dum de hoc Mundo ad Patrem, unde venerat, transiturus, pacem suam, tanquam pignus optimum, fratribus legitur reliquisse, in suo testamento, in quo etiam pacificos filiis Dei æquiparans beatificat & commendat. Nos propterea illo auspice, qui nos de tenebris in admirabile lumen fidei vocavit catholicæ, sceptraque regni Poloniæ contulit mirifice, sacris dietim edocemur elogiis, pacem quantum in nobis est, habere cum hominibus, signanter cum fidei domesticis, quos in domo Domini sicut fratres in unum jucunde habitantes, de uno pane & calice participare nos decet *a* expresse; quanto magis illos, qui turbis rerum sæcularium pessumdatis, se sua sponte rogare ea, quæ ad pacem, legati sunt, convenit cum omnibus principibus catholicis in pacis dulcedine conversari. Inde est ut satore zizaniorum diabolo jam diu inter nos, nostrosque adhærentes, & ordinem B. Mariæ domus Theutonicorum de Prussia occasione certarum terrarum, jurium & munimentorum, atrocium multiplici discordiarum lolio seminato, paceque pulsa in exsilium, non modica ex armorum guerrarumque fremitu, ac bellorum dura frequentia emersere dispendia; quæ princeps Christianissimus pacis propagator & custos Sigismundus Dei gratia rex Romanorum & Ungariæ frater noster carissimus ad pacis compendium satagens reducere, nosque cum parte adversa per treugas amicabiles ad pacem perpetuo duraturam cupiens ex animo comportare: De fraterna igitur, & indubia, quam ad nos gerit fiducia sancto sibi principe præclarissimo Carolo rege Francorum, & fratre etiam nostro multum caro, certas treugas conceperit, de quibus vestra sancta paternitas prius exstitit informata; ad quas suscipiendas servandasque vestra concio veneranda una cum eodem invictissimo fratre nostro reges Romanorum, &c. nos scriptis & nunciis hortabatur, quæ quidem hortamenta præcepta nobis putabamus: Verum, patres recolendi, etsi Christus Patri æterno pro pace fidelium factus obediens non dubitavit mortis diræ pati supplicium. Quis nisi mentis inops hoc autumat, ut nos a vestris, qui sedetis super thronos judicantes orbem, salutaribus monitis aurem avertere, & bonum pacis, quo nihil inter mortalia nobilibus, aufugere quovis modo debeamus? Qui etiam non tantum treugas hujusmodi, verum quidem pacem nobis, ac regno nostro perpetuam irrefragabilem viscerosis flagitantes affectibus ipsas treugas pacis, sicuti conceptæ & prorogatæ sunt, non obstantibus quibuscumque nostris dispendiis, suscepimus fide inconcussa observandas. Nusquam enim credimus contra pacis quæcumque fœdera cuiquam hominum irrogasse injuriam, sicut nec de præsenti intendimus, nec volumus integritati fidei nostræ in aliquo derogare.

Ceterum, Patres præstantissimi, fidei vestræ constantiæ Mundo annunciatur universo: ex eo, quia a vinea Domini palmites pestiferos, sectas scilicet hæreticas scripturarum sarculo frequenter præcidentes in ignem mittitis. Veruntamen nos, qui decorem *b* Domini non tantum diligere, sed etiam contra hostes fidei consuevimus audacius militare, quantum nobis congruit, & fidei expedit catholicæ, pervigilem commisimus fieri custodiam, ne clam, vel palam, regnum nostrum, ceteraque dominia nostra lupi rapaces sub ovina diploide subintrantes, tanquam serpentes, pestiferi, callide caudis ad invicem colligati, virus effundant mortiferum, oves quoque dominicas pseudodogmatibus inficientes mortificent. Et licet portæ regni nostri talibus sint vetitæ, nihilominus si quempiam talium ad dogmatizandum aliqua contra fidem orthodoxam, & sanctorum Patrum decreta intrare fecerit importuna præsumptio, tales * per eamdem viam, sed nec per aliam in suam revertentur regionem.

Gaudeamus præterea in Domino, quod sicut *fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi*, sic & vos gentes, quæ Deum ignorant, filios scilicet Samogitarum ad puri gurgitis lavacra fideliter convocatis. Datur enim nobis intelligi, & scribitur, *c* quomodo gentes dictam multitudinem verbis divinis allectam ad sanctæ sinum matris ecclesiæ aggregandam, quemdam reverendissimum patrem de gremio dominorum S. R. E. cardinalium illuc Christo duce debere proficisci, junctis sibi reverendis patribus Leopoliensi archiepiscopo & *d* Bilvensi: qui reductis ad fidem dictis fidelibus, tot quot forent necesse, tam cathedrales quam parochiales ecclesias, ac loca religiosa in nomine Domini, & sacri generalis Constantiensis auctoritate Concilii erigant, erecta ædificari, plantarique faciant, plantata sacrarum scripturarum doctrinis irrigent, & usque ad salutis ac virtutum incrementa perducant. Ad quos nos una cum inclyto principe fratre nostro Alexandro, alias *e* Vicalao magno duce Lituaniæ, tanquam ad optimam orthodoxæ fidei propaginem, quantum nobis desursum a Patre luminum largitum fuerit, in iis quæ ad fidem & exaltationem sanctæ matris ecclesiæ dictarum gremium, & aliorum qualiumcumque sedi Apostolicæ rebellium, quandocumque fuerint sibi necessaria aut quomodolibet opportuna, non segniter concurremus. Nisi enim tot guerrarum impediti fuissemus anfractibus, jam duæ dictæ gentes, & aliæ de ritu Græcorum ad sinum sanctæ Romanæ ecclesiæ numerosa multitudine convolassent.

Mittite ergo, precamur humiliter, quos missuri estis in agrum Domini operarios, ubi messis multa, operarii vero pauci: qui post messem colligatos fide, spe, & caritate exsultantes reportent manipulos qui tandem dimissa mortalitatis palea, ad cœlestem regni aream colligantur. Et hæc ad illius gloriam & honorem, qui suam illibatam sponsam sanctam matrem Ecclesiam, *f* tanquam in vastitate hostili positam, tot annorum lustris, proh dolor! constitutam, scissuramque vestris assiduis laboribus vult, ut speramus & oramus, iis diebus ad decus pristinum, integritatemque reducere, sibique unice unicum, indubitatum, & utinam, ut Aaron, vocatum & electum pastorem, & animarum nostrarum episcopum desponsare; quem non sine ingenti mentis jubilo exspectamus, recommittentes *g* vestro dignissimo, ac futuro summo Pontifici nos, regnum, terras, ceteraque nostra dominia, & signanter cathedralium, conventaliumque ecclesiarum prælatos & clericos; supplicantes humiliter, quatenus ipsorum absentiam ob longa discrimina, ac alia quamplurima incommoda velitis nostra contemplatione pro hac vice habere excusatam; & signanter reverendum patrem dominum Albertum episcopum Cracoviensem, cujus præsentia propter ardua regni nostri negotia commode carere non possumus. Licet & aliis prælatis regni nostri: qui vobiscum degunt, non sine aliquali dispendio tanto tempore caruimus: sed * tantum pro causa celebri & necess-

a MS. ex præcepto.

b Forte, domus Domini.

* Forte, per per.

c MS. ad gentis dicta multitudinem nutu divino adductam, Lipsiectam.

d Lege, Vilnensi.

e MS. Vitoldo.

f MS. tanquam vastitatem in Cru.

g MS. vestro cœtui dignissimo.

* Forte, tamen.

ANNO CHRISTI 1416.

cessario opere universalis ecclesiæ patientissimi ipsorum absentiam sustinemus. De aliis vero nostris negotiis lator præsentium vir circumspectus Petrus de *a* VVolfam licentiatus in decretis, cantor ecclesiæ sanctæ Mariæ *b* VVilicensis nobis dilectus vestras reverendas paternitates suo tempore informabit.

a Ms. Vuolfram. *b* Ms. Vuislicensis.

Datum in castro nostro *c* Chavennii, die secunda Augusti, anno Domini MCCCCXVI.

c Ms. Chavgnmi.

Eadem die fuit lecta littera sequens, missa Concilio per Magistrum generalem ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum, cujus superscriptio est:

Reverendissimis in Christo patribus sacrosanctum Constantiense Concilium agentibus dominis, & patribus meis metuendissimis.

REverendissimi patres & domini metuendissimi, humillima semper recommendatione præmissa, cum filialis obedientiæ promptitudine ad singula vestra arbitria & mandata. Dum nuper nobis reverendissimarum paternitatum vestrarum litteræ fuissent præsentatæ, quas cum ea, qua decuit, reverentia suscepimus, magnæ revera consolationis spiritum concepimus, cum ex earum intellectu clara luce deprehendimus, quanto zelo Pater futuri sæculi, princeps pacis, sui spiritus præclaro instinctu, cordium vestrorum aciem, extinguendo flammas litium, ut in cordibus suorum fidelium reaccendi possit ille fervor caritatis, qui pacem tribuit, concordiam nutrit, unitatem fovet, & quæque dispensationem disturbia in perfectæ tranquillitatis quietudinem solus commutare didicit, misericorditer aspiravit; profecto nihil jucundius audire potuimus, quam tantam ex vobis, & nobis adesse Dei pietatem, ex qua semotis guerrarum fremitibus, quibus æmuli pacis procurante versuris, in humanis, proh dolor! cladibus hæc misera corruit Christianitas; non immerito nunc sperare possumus indubie nos adepturos perenniter cum fidei vestræ domesticis prædulce bonum pacis, quod votis omnibus semper optavimus, quod laboriosis sudoribus, & anxiis cum suspiriis & singultibus ubique terrarum quæsivimus, nec invenire potuimus usque modo: ex eo potissime quod tantorum mediatorum & orthodoxorum patrum interventu authentico ad omnia nobis cernimus providentia procurari. Cum igitur, patres præclarissimi, cordium nostrorum, sic nos beatitudo vestræ obedientiæ censeat filios, quod exhortationum vestrarum paterna caritas parendi nobis singulis vestris monitis præceptum ingerat, nulliusque hæsitationis vento circumferamur; quando in observatione treugarum inter serenissimum principem dominum regem Poloniæ, & sibi adhærentes, nosque & nostrum ordinem nunc pendentium, usque ad tempus prorogationis earumdem, cum singulis nostris subditis auctore Domino accurata solicitudine, ut tenemur, faciemus quod præcipitis, exsequemur firmiter quod mandatis; dominationes vestras ex intimis nostris præcordiis simpliciter exhortanter, quatenus una cum summo Pontifice & gloriosissimo principe, & domino Sigismundo Romanorum rege, domino nostro gratiosissimo, tempore medio ad perficiendum inter præfatum dominum regem Poloniæ & nostrum ordinem tantum pacis bonum, ut pro tuitione fidelium commissam nobis militiam contra fidei inimicos valeamus exercere, liberius illius vigilantiæ curas adhibere dignemini, quas paternitatum vestrarum benignitas nobis in præfatis vestris litteris gratiosius repromittit. Hæc namque faciendo memoriam vestram per cuncta sæcula ea benedictione fundabitis, quæ Deo, & suis fidelibus, quorum protectores adeo nos dilectos efficiet, quod merito perinde spectare poteritis, post fluxum hujus vitæ momentaneæ, pacem & requiem beatorum.

Datum in castro Marienberg, decima die mensis Julii, anno Domini MCCCCXVI.

Vestrarum reverendissimarum dominationum humiles & devoti Michael *d* Cachinester Magister generalis, conventus fratrum Ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum.

d Ms. Cochinister.

Littera universitatis Cracoviensis sacrosanctæ generali Constantiensi Synodo ecclesiam militantem repræsentanti.

Sacrosanctæ generali Constantiensi Synodo, patribus scilicet orthodoxis, ecclesiam repræsentanti militantem, sua humilis devotaque magistrorum, doctorum, ceterorumque scholarium Cracoviensis in regno Poloniæ universitas.

INceptum feliciter opus in agro Domini perfectius consummare præceptis salutaribus excitamur, divinaque sacrorum canonum institutione attentius imbuimur, ut tuis veracissimis litterarum apicibus, tuis etiam, cœtus sacratissime, jugiter recolendis sanctionibus non impar cultus, nec alia a quatuor evangeliorum voluminibus debeatur devotio: nec minus tuorum decretorum, quam decalogi præceptorum mucro legis percellit transgressores. Hinc est, quod nuper de throno vestrarum sedium certæ veneratu dignæ processerunt epistolæ ad serenissimum principem & dominum VVladislaum regem Poloniæ, ceterarumque terrarum quamplurimarum hæredem & dominum, ad amplectendum, tenendum treugas pacis alias per principes invictissimos Sigismundum Romanorum *&c.* & Carolum Franciæ reges, conceptas, adhortantes. Quæ cum quanta qualique devotione per ipsum dominum regem susceptæ fuere, testis idoneus lator ipsarum præsentium vir circumspectus dominus Petrus de *e* VValfram licentiatus in decretis, cantor ecclesiæ sanctæ Mariæ VVislicensis, ac prædictæ nostræ universitatis membrum notabile, vestras poterit paternitates reverendissimas clarius informare. Qui quidem serenissimus Dominus noster tanquam princeps pacis, verusque miles orthodoxæ fidei, & athleta, obedientiam victimis quibuscumque anteponens, sedis Apostolicæ hortamenta quam plerisque gravia fuissent, non rebbellanter transiliit, quinimmo patienter, reverenterque suscepit: quanto plus vestra, qui nedum Apostolicæ, verum quidem catholicæ justitiæ designatis ecclesiam, paratus, & non turbatus custodire mandata, & per omnis & in omnibus vestris obsecundare hortatibus, quos in vim præcepti se suscepisse existimat, prout hoc ex suarum liquere poterit serie litterarum. Nempe si ipse dominus rex per treugas prædictas tantillo tempore duraturas grato animo complectitur; quanto gratius fervidiusque pacem sibi, & regno perpetuam per hoc evidentissime dignoscitur affectare? Revera non affectans ut pacem in diebus suis dumtaxat habeat, sed ut regno suo ad jura, statumque reducto, pacatoque, pacem quæ omnem sensum exsuperat, felicius nanciscatur. Nos præterea, ex experientia rerum magistra luce clarius cognoscimus, legimusque, quod nonnisi pacis tempore perfecte colitur pacis auctor: quodque guerrarum, bellisque frementibus mens disciplinis scholaribus dedicata non parumper a studio exsulans elongat. Qua de re ea quæ ad pacem sunt non tantum regis & regni jam dictorum, sub quorum aliis in umbra degimus, militamus quoque hilariter; verum etiam ad tranquillitatis universalis ecclesiæ lustris sex jam peractis, proh dolor! perditam accuratius flagitamus; videntes ipsam sponsam Christi Jesu unicam & virginem cupidis pollutisque contendentium de ea manibus attrectari, ac ipsam ad instar Tripolis atrociter dispertitam. Quam tamen illo auspice, cujus res agitur, manuum vestrarum consilio, sollicitudineque pervigili speramus de proximo resarciri: quæ denique tanquam Petri navicula, in qua Judas, pæne nautæ destituta patrocinii, ventis admodum turbata contrariis, & adeo ut nonnunquam in oculis hominum naufraga putaretur, hanc *f* sub parentis almi præsidio, vobis constanter remigantibus, juxta portum salutis appulsam lætantes audivimus, ubi ancora fidei profundata, scripturarumque divinarum viminibus alligata, confractam, laceramque sevestris doctissimis exibet ingeniis, nedum solerter, sed etiam necessario reformandam.

e Ms. Vuolfram.

f Ms. sub parentis almi.

Sane, patres conscripti, quamquam circa reformationem tot rerum difformium, sicut putamus altissima ob inenarrabilem malorum status utriusque congeriem perplexitas; nihilominus, Deo auctore, non indiscreta hujus reformationis jam apparent indicia; dum a capite enormiter vulnerato tam ardua pernecessaris quæ incepit correctio, quæ ratione præambula ad mem-

ANNO CHRISTI 1416.

membra consequenter livida, plenaque diversorum vitiorum ulceribus dirigitur, dum scilicet de vinea Domini ficu fatua, & arbore malos fructus *a* producente projecta, ad sustentandos hæreseos palmites, & nequam propagines Joannis VVicleff, Hus, & Hieronymi damnatorum, justissime securis posita est ad radicem: ceteri vero eorumdem surculi, seu sectatores, qui doctrinis ipsorum peregrinis & falsis usque modo abducuntur, si fines inclyti regni Poloniæ tanquam vulpeculæ vineam Domini demolituræ subintrare satagerent, non segnius apud nos, nec aliter, sicut & auctores ipsarum apud vos, facibus flammeis vestiri suis dogmatibus ignitas exciperent aureolas; & præfati domini regis ac nostrorum cordium intima fervet devotio, ut destructis istis erroribus, & aliis adversitatibus universis, ecclesia Dei secura jugique gaudeat libertate. Eatenus, patres egregii, qui in virtute sanctæ Trinitatis vivificæ, cujus opera sunt indivisa, triplicem funiculum, contendentium scilicet de papatu, feliciter resolvistis; dissipate, precamur, de cetero colligationem impietatis, quibus tanquam funibus peccatorum circumplexa existit ecclesia. Solvite fasciculos deprimentes & opprimentes sponsam Christi, ac ipsius libertatem auferte ab ea opprobrium & contemptum, quam tot annorum curriculis tam a clericis, quam laicis, deprehenditis, lacessitam; & qui ad horreum Domini *b* divinitus concurristis, discernite & cribrate lolium a tritico, semen scilicet pessimum simoniæ, quo ad agrum Domini per inimicum hominem usque quaque conspersum palpatis. Expurgate demum vetus fermentum horrendæ ambitionis in clericis, qui olim ad curiam Romanam *c* ad capessendum ecclesiasticum passim non tardius, quam negotiatores ad nundinas confluentes, pro eisdem durius, quam pro bravio contendebant. Nec hactenus forsitan in præsentia vestra verentur desistere a tumultu. Fiat etiam, obsecramus, nova conspersio in viris religiose se vivere putantibus: quorum diversitas munita canonibus, & numerositas quorumdam torpens otio a regularibus sanctorum Patrum disciplinis non parum degenerans, faciem sponsæ Christi devenustat. Evellite de agro Domini spinas avaritiæ & cupiditates, quæ clericos, nec minus laicos exoculant & *d* emercant. Succidite vepres lasciviæ, & germina acidiæ, quæ hortum ecclesiæ negligenter condensatum dedecorant. Eradicate prorsus urticas superbiæ, sustusque ac tribulos ingiustitiæ in viris ecclesiasticis: sed per prius in principibus sacerdotum: ut tandem purgato agro Domini, ac quantum desuper pro nunc concessum fuerit, expedito, arbores de novo fructiferæ, viri scilicet scientiarum floribus redimiti, morum virtutumque suavitate redolentes replantentur; qui fructus honoris & honestatis, tanquam vites fructiferæ *e* in lateribus ecclesiæ fructificent. Circumdate præterea sepibus fortissimis vineam ecclesiæ sacrarum scripturarum irrefragabilibus sententiis, quas *f* nulli piorum fas sic de cetero transilire. Reficite postremo turrim fortitudinis, fidei scilicet Christianæ, quam a facie inimici collapsam respicitis; ipsam muro inexpugnabili sacrorum canonum vallantes, armis fulcite justitiæ. Custodes, speculatoresque, magistros idoneos, ceterosque viros pervigiles in ipsa extollite, qui sicut lucerna super candelabrum ingredientes lucere queant verbo pariter & exemplo. Hi sunt nempe, qui plerumque pastores dormitantes, torpidosque, in somno desidiæ tubis scripturarum resuscitant, & ut ipsis, ceterisque quietem mentis & hilaritatem præparent, noctium frequentant excubias, seipsos conturbantes.

Quaprotet, patres optimi, opus non tam dignum, quam necessarium in Dei ecclesia cognoscitur, ut defectus *g* scholarum generalium ad status competentiam reducentes, viros doctos, & alios pauperes non immeritos velitis in visceribus attollere caritatis. Liquet enim, patres eximii, universitates studiorum in ecclesia Dei genitas esse fæcundissimas ac mysticas; quæ filios hujus sæculi in filios lucis vicissim transformare non cessant. Hæ sunt quippe Marthæ matres sollicitæ, quæ circa frequens fidei ministerium satagentes turbantur erga plurima: quæ quidem singulos vestrum lacte scientiarum *h* obducatos erigentes de pulvere, cum principibus, immo quosdam super capita principum collocarunt. Dignum eatenus justumque, ac ex præcepto decalogi institutum convincitur, *i* in ipsos tanquam parentes, quibus non redditur æquivalens, multipliciter honorem, ac pietatis compendia rependere, ne in filiorum opprobrium mendicare compellantur. *k* Præterea Cracoviensem, quæ in sua novitate sicut novellæ olivarum in campo fidei audacter militans fructificat, velitis paternis complecti visceribus, ipsamque cum suis suppositis in agendis suo tempore gratiosius commendatam habere.

Postremo, patres & domini plurimum recolendi, qui tanquam cives & domestici Dei dare pacem gentibus, & liberare populum a diversis orbis climatibus feliciter his diebus ad venistis, expedit, ut quantum Deo placuerit reunita, reformata, ut sponsa viro suo adornata sancta Dei ecclesia, quæ unius *l* viri, quæ jam diu destituta pastore, ipsam uni viro, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo natus sit, in virtute sancti Spiritus concorditer desponsetis. Pro quo suppliciter intercedendum, orandumque putamus, ut sit pastor & Pontifex ex hominibus assumptus, & pro hominibus constitutus: qui sit pudicus, pius, humilis, prudens, sobrius, castus & quietus, legi subjectus, *m* serenissimus, non dubius, arduus, rectus, egregiusque, plenus spiritu & sapientia, sacrarum scripturarum gnarus, & expertus; largus, non avarus, simoniam hæreticamque fœditatem exhorrens; qui prava in directa, & aspera in vias planas faciens, in unico ovili unus pastor gregem suum custodiat, pastoris boni Jesu Christi scilicet sectando vestigia, ovesque pascua sua ad futuram, quam quærimus, perducat Jerusalem: vosque pro tantis laboribus indefessis abundanter remuneret in futura patria beatorum.

Datum Cracoviæ, in Collegio illustrissimi principis regis VVladislai, XII. die mensis Augusti, anno Domini MCCCCXVI.

a MS. *parturiente.*
b MS. *addunt, ad triturum & ad vindemiam, in vineam Domini directus.*
c MS. *pro capessendis ecclesiasticis.*
d MS. *emercant.*
e MS. *addunt, crescentes.*
f MS. *nulli piam.*
g MS. *scholarum.*
h MS. *abducatos.*
i MS. *ipsos in multiplici ter . . . are.*
k MS. *nostram gratiosius.*
l MS. *virique.*
m MS. *strenuus.*

Procuratorium regis, & reginæ Neapolis.

In nomine Domini. Amen.

ANno a Nativitate ipsius MCCCCXVI. die vigesima mensis Aprilis, nona indictione, Apostolica sede vacante. Pateat universis præsens procuratorium, & scriptum publicum tam præsentibus, quam futuris, quod dicta die accersito me Pascale Regii de Camplo, Apostolica auctoritate notario, & testibus infra nominatis ad præsentiam inclytorum & serenissimorum principum domini Jacobi Dei gratia Ungariæ, Jerusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, *n* Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Bulgariæque regis, marchiæ *o* Carstiensis, Provinciæ, & Folquequerii, ac Pedemontii comitis, ac Joannæ eadem gratia præfatorum regnorum reginæ inclytæ, conjugum, in castro novo Neapolis, & in quadam ipsius castri camera superiori serenissimorum *p* dominorum; præfati domini rex Jacobus, & regina Joanna secunda; confisi, ut asseruerunt, ab experto, de fide, prudentia, sollicitudine, & legalitate infrascriptorum, videlicet reverendi in Christo patris fratris Laurentii ordinis sancti Augustini in sacra theologia magistri electi Aversani, & magnificorum virorum Joannis de sancto Pergeto domini *q* de Dapineto, alias marscalli militis, Christiani Caraculi de Neapoli sancti Clerici, domini Berterami de sancto Amico Galici, & Andreæ *r* Martiæ de CalabriaSelliæ domini, juris civilis professoris, ipsarum majestatum consiliariorum; eosdem electum Aversanum, Joannem, Christianum, Berteramum, & Andream pari voto, consensu & unanimi voluntate coram me prædicto notario, & testibus infrascriptis, elegerunt, ordinaverunt, & constituerunt ipsorum constituentium veros & legitimos procuratores, oratores, actores, factores, subscriptorum negotiorum gestores, ad certos & indubitatos nuncios speciales, & quocumque alio nomine melius de jure censeri & nuncupari possunt & debent, præsentes, & onus præsentis procurationis in se sponte suscipientes: ita quod major pars ex eis libere exsequi valeat omnia infrascripta, ac se pro ipsorum constituentium domini regis & reginæ nomine, & pro parte personaliter *s* conferentium ad præsentiam sacrosanctæ & orthodoxæ Synodi, seu sacrosancti Concilii Constantiensis, seu sanctissimi in Christo patris & domini domini futuri summi Pontificis, & collegii reverendissimorum patrum dominorum cardinalium ad civitatem Constantiensem, & alio quocumque ubi eos contigerit commorari, ac fuerit opportunum, & eidem sacro Concilio, seu dicto sanctissimo domino summo Pontifici, & collegio dominorum cardina-

n MS. *Rasciæ.*
o MS. *Cassirensis.*
p MS. *eorumdem principum.*
q MS. *de Arpineto, al. ac marescalli.*
r MS. *Marra, al. Marthiæ.*
s MS. *conferendum.*

ANNO CHRISTI 1416.

nalium, ipſos dominos regem Jacobum & reginam Joannam tanquam humiles & reverentes filios, & vaſſallos ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ devote & humilitec recommendandum, & recommiſſos faciendum, optimamque intentionem, & ſinceram diſpoſitionem, ac voluntatem, quas habent erga præfatam ſacroſanctam Romaoam matrem eccleſiam, dictumque ſacroſanctum Concilium, & præfatum ſanctiſſimum dominum ſummum Pontificem circa ejus ſtatum, fidelitatem, obedientiam, gloriam & honorem, necnon erga præfatum collegium dominorum cardinalium, & eorum ſtatum, narrandum, & pariter declarandum, & liberalem & promptiſſimum offerendum eos dominos regem, & reginam ad omnia & ſingula quæcumque concernentia fidelitatem, & ſtatum, exaltationem, gloriam, & honorem dictæ ſanctæ matris eccleſiæ, & futuri ſummi Pontificis, præſatique ſacri Concilii, & collegii dominorum cardinalium prædictorum; & generalitec & ſpe- B cialiter omnia & ſingula io præmiſſis ac quolibet præmiſſorum, ac dependentium, emergentium, incidentium, & connexorum ex eiſdem, agendum, gerendum, & procurandum, faciendumque quæ quilibet veri & indubitati procuratores, oratores, actores, negotiorum geſtores, ac certi nuncii ſpeciales, omni ad prædicta poteſtate ſuffulti facere poſſunt & debent, prout ipſi conſtituentes facerent, & facere deberent & poſſet, ſi præmiſſis omnibus perſonaliter intereſſent, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale. Dantes, & concedentes, & expreſſius committentes conſtituentes præfati, eiſdem procuratoribus, & oratoribus, & dictæ majori parti ipſorum coram me notario, & teſtibus infraſcriptis, in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, & dependentibus, emergentibus & connexis ex eiſdem totaliter & plenarie vices ſuas. Promittentes nihilominus præfati conſtituentes coram me prædicto C notario & præfatis iofraſcriptis nominatis teſtibus, & ſub verbo, & fide regalium firmiter pollicentes, habere ratum, gratum, & firmum, ac obſervare, & obſervari facere mandata totaliter, & cum effectu, omne, totum, & quidquid per eoſdem procuratores & oratores prædictor ſeu dictam majorem partem ipſorum in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum pro parte conſtituentium eorumdem, actum, geſtum, procuratum, & factum fuerit, ac etiam procuratum ſub hypotheca, obligatione omnium bonorum ſuorum feudalium, & burgenſaticorum, & aliorum quorumcumque eorumdem conſtituentium. Actum in dicta civitate Neapoli, anno, die, indictione prædictis, præſentibus reverendo in Chriſto patre domino Mello archiepiſcopo *a* Conſanſiano, & magnificis dominis, nobilibuſque viris dominis Jordano *b* Fermerii cancellario regni Siciliæ: domino Franciſco *c* Zvulo comite Montiſauri, logotheta & protonotario dicti regni, domino Frederico *d* D de Broſortis, Vigiliarum; domino Gregorio de Almania, Pultini comitibus; domino Chriſtiano de Claramonte, Gallico; domino Franciſco de Richardis, de Orthona *e* milite, & notario *f* Angelico de Capua, regio & reginali ſecretario, aliiſque quampluribus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

a MSS. Conſcanenſi. b MSS. Fermeni. al. Formenii. c al. Zmulo, comite Montiſſano. d MSS. de Branfortis. e MSS. militibus. f MSS. Angelella.

Et ego ſupradictus Paſchalis publicus, ut ſupra, auctoritate Apoſtolica notarius, qui hujuſmodi ordinationi, & conſtitutioni, ceteriſque præmiſſis, dum ſic agerentur & fierent, pro notario publico rogatus interſui, eaque omnia ſicur præmittitur, una cum prænominatis teſtibus fieri vidi & audivi, idcirco præſens publicum inſtrumentum ad requiſitionem dictorum conſtituentium, pro certitudine & cautela quorumcumque intereſt & poterit intereſſe, manu mea propria ſcripſi, ac ſigno meo conſueto ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

Jacobus, & Joanna ſeconda, Dei gratia Ungariæ Jeruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, *g* Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Commanæ, Bulgariæque rex, & regina, marchiæ Caſtrenſis, atque Provinciæ, & Folquaquerii, ac Pedemontis comites: univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis; notum facimus per eaſdem, quod nos confiſi de fide, prudentia, circumſpectione, ſollicitudine, & legalitate prudentis & circumſpecti viri Rodulphi de Vereto Gallici, ſecretarii familiaris, & fidelis noſtri dilecti præſentialiter Conſtantiæ commorantis, in rebus magnis, & arduis comprobati, per experientiam rerum magiſtram, eumdem Rodulphum numero & conſortio infraſcriptorum oratorum noſtrorum per nos Conſtantiam tranſmiſſorum, videlicet reverendi in Chriſto patris Laurentii de Neapoli ordinis ſancti Auguſtini ſacræ theologiæ magiſtri electi Averſani, & magnificorum ac nobilium virorum Joannis de ſancto Prageto Gallici militis domini de *h* Spinaco alias mareſcalli, Chriſtiani Carazuli de Neapoli domino ſancti *i* Cleri, Bertrandi de ſancto Amico Gallici, & Andreæ Mathiæ de Calabria, Sylliæ domini, juris civilis profeſſoris, noſtrorum conſiliariorum, & fidelium dilectorum, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia adjungimus, & etiam aggregamus, ad agendum, exſequendum, exponendum, & faciendum una cum eiſdem oratoribus noſtris, ea quæ eiſdem oratoribus noſtris commiſimus; habiturus vocem & poteſtatem in prædictis tanquam unus ex numero oratorum ipſorum B per nos eis, ut prædicitur, aggregatus: Mandantes præterea præfatis noſtris oratoribus, quatenus eumdem Rodulphum ad dictum Oratoriæ officium, in eorum conſortio recipere & admittere debeant atque velint. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri, & magno noſtro pendenre ſigillo juſſimus communiri. Datum in caſtro oovo Neapolis per virum magnificum Jordanum Formerii de Lemoniano, dominum de Villeta, juris civilis profeſſorem, cancellarium regoi noſtri Siciliæ, collateralem, conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum: anno Domini MCCCCXVI. die decima tertia menſis Julii, oona indictione, regnorum noſtrorum prædictorum regis anno primo, noſtræ vero reginæ anoo ſecundo.

De mandato regis, & reginæ: Angelicus.

g MSS. Ravia. h MSS. de Arpinaco. i MSS. Clerici.

Littera credentiæ regis & reginæ Neapoleos.

C SAcroſanctæ Synodo generali Conſtantienſi poſt debitam recommendationem. Certa commiſimus reverendo in Chriſto patri fratri Laurentio de Neapoli ordinis ſancti Auguſtini, ſacræ theologiæ magiſtro, electo Averſano, ac magoificis & nobilibus viris Petro de ſancto *k* Piereto domino de Apniaco alias mariſcallo, Gallico, militi; Chriſtiano Carazulo de Neapoli domino ſancti *l* Cleri, Bertrando de ſancto Antonio Gallico, & Andreæ Mathiæ de Calabria *m* Callis, juris civilis profeſſori, conſiliario, & fidelibus noſtris dilectis per eos *n* S. V. R. ore tenus referenda: *o* qoibus relatibus tanquam noſtris propriis fidem indubiam dignemini adhibere. Altiſſimus ad perfectam coosummationem ſacroſanctæ univerſalis eccleſiæ ab omoibus veris Chriſticolis tamdiu exoptatæ, ad quam tanto tempore indeſinenter vero animo vacaſtis, *p* vos pervenire dignetur. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis ſub noſtro annulo ſecreto, die quarta menſis Aprilis, nona indictione.

D Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis eccleſiæ humiles & reverentes filii Jacobus, & Joanna ſecunda, Dei gratia rex, & regina Ungariæ.

k al. Prageto. l MSS. Clerici. m MSS. Colliæ domino. n al. mſ. Paternitatibus Veſtris Reverendis. o MSS. quorum relatibus. p MSS. miſericorditer vos.

Congregatio generalis.

DIe ſabbati decima nona menſis Septembris prædicti, Conſtantiæ in eccleſia majori prædicta mane hora tertiarum, vel quaſi, in loco ſeſſionis fuit facta congregatio generalis totius Concilii pro danda audientia venerabili viro domino Lamberto de Stipite decretorum doctori, Priori prioratus monaſterii de *q* Bertrexa, ordinis Cluniacenſis, diœceſis Leodienſis, & Petro de Trillia archidiacono Albienſi, ambaſſiatoribus & nunciis ipſius Concilii verſus Arragonum, Hiſpaniæ, Navarræ regnorum, necnon Armeniaci, & Fuxi comitatuum partes deſtinatis. Præſentibus ibidem revendis in Chriſto patribus & dominis, dominis Joanne Oſtienſi, Angelo E Prænestino, epiſcopis & cardinalibus, Antonio Bononienſi, Franciſco Venetiarum, Antonio Aquilegienſi, Joanne Raguſino, Gabriele Senenſi, Almano Piſano, Angelo Veronenſi, Petro Cameracenſi, Thoma Tricaricenſi, Branda Placentino, Guillelmo ſancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxi, Amedeo Saluttiarum, Reynaudo de Brancaciis, Lucido de Comite, & Franciſco Florentino diaconis S. R. E. cardinalibus. Idem dominus Lambertus de Stipite, & Petrus de Trillia nuncii prædicti aſcenderunt ambonem, ſuper quo relationes hujuſmodi fieri ſolent: & per os ipſius Lamberti retulerunt geſta & facta per eos nomine Concilii ſacroſancti

q MSS. Bertrya.

Con-

Constantiensis in Arragoniæ, Hispaniæ, & Navarræ regnis: & antequam fecerint relationem, venientes ad punctum sive introitum eorum regni Navarræ, produxerunt instrumentum subtractionis factæ per regem & regnicolas regni Navarræ Petro de Luna.

Item, instrumentum confirmationis concordatorum in Narbona per eumdem regem Navarræ, sigillatum, & subscriptum per eumdem regem.

Item, præsentaverunt litteras credentiæ ejusdem regis directas Concilio, quæ fuerunt ibidem alta & intelligibili voce lectæ, quarum tenore inferius continetur. Quibus lectis *a* commutavit processum, & narravit singula proposita regi, & reginæ, *b* & reginalibus qui erant de consilio regis prædicti, & responsa reportata ab eis; concludendo quod idem rex Navarræ cum suo regno obtulit se ad omnem viam æquam & justam, volens adhærere Concilio Constantiensi.

Subsequenter retulerunt, quod venerunt ad regem Castellæ, & reginam, ubi steterunt per quatuor dies antequam potuerint habere audientiam; & quarta die habita exposuerunt ambassiatam eorum dictis regi, & reginæ. Qua ambassiata exposita, retulerunt responsum tunc ab eis obtentum, & pro confirmatione prædictorum præsentaverunt ibidem litteras; videlicet instrumentorum præsentationis litterarum convocatoriarum Concilii Constantiensis: quæ litteræ convocatoriæ, ut retulerunt, fuerunt ipsi regi Castellæ præsentatæ per unum nuntium regis Arragonum. Quibus litteris lectis, fuerunt lectæ litteræ regis Castellæ: Item, littera convocatoria comitis Fuxi, quas dixit similis tenoris esse cum rege Navarræ, Item, fuit lecta littera una prioris Vallisoleti missa Concilio Constantiensi. Quarum litterarum, sicut præmittitur, missarum, & instrumentorum de quibus supra fit mentio, tenores sequuntur: quarum tenores aliqui in prioribus descripti apud registrum præsentis Constantiensis Concilii ponuntur.

Postremo his factis & completis, ascendit eumdem ambonem venerabilis vir dominus Joannes Usk præpositus Quinqueecclesiensis, & legebat unum statutum, sive commissionem alias, ut asseruit, concordatam per singulas nationes, continentem declarationem factam per Concilium super processibus excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententiarum *c* in dominis Henrici & Guesti fratrum ducum Brunsvicensium, & Ludovici Langraviorum Hassiæ. Quæ schedula lecta fuit per reverendum patrem dominum episcopum Firmanum, patriarcham Constantinopolitanum, Nicolaum Merseburgensem, & Patricium Cortagensem, nomine quatuor nationum ipsum Concilium repræsentantium approbata: Super quibus, relationibus, litterarum exhibitionibus, electionibus & approbationibus, venerabilis & circumspectus vir dominus Augustinus de *d* Lantis de Pisis, nomine ducum Bavariæ, & Brunsvicensis, ac Langraviorum Hassiæ, Joannes vero de Scribanis promotor Concilii petierunt, & quilibet eorum petiit pro parte sua unum, vel plura, publicum & publica, de præmissis sibi fieri instrumentum & instrumenta, ad dictamen cujuslibet sapientis. Præsentibus ibidem prælibatis reverendissimis patribus, dominis S. R. E. cardinalibus, ac Romanorum, Francorum, Ungariæ, Angliæ, Cypri, Neapolitanorum, Poloniæ, Norvegiæ, Siciliæ, & Daciæ regum, ac diversorum principum, ducum, baronum, marchionum, archiepiscoporum, abbatum, & communitatum, ac universitatum studiorum ambassiatoribus, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Tenores vero dictorum prædictorum & lectorum, quorum tenores in aliis sessionibus non sunt inserti, sequuntur tales.

a MS. continuavit.
b MS. & re- gnicolis.
c MS. in dominis dominorum, Ludovici, Stephani, Ottonis, Joannis, fratrum, ducum Bavariæ, ac Henrici, & Ernesti, fratrum, ducum Brunsvicensium, ac Henmanni & Ludovici, &c.
d MS. Lanc.

Subtractio regis Arragonum obedientiæ facta Petro de Luna.

NOs Ferdinandus Dei gratia rex Arragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, comes Barchinonæ, dux Athenarum, & Neopatriæ, ac comes Russilionis, & Ceretaniæ. Per terrenum regnum sæpe cœleste proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra pacem agunt ecclesiæ, rigore principum terreantur. Hinc est; quod actæ pacis ecclesiasticæ, aut solutæ, nec immerito a sæculi regibus ille rationem exigit, qui eorum putavit ipsam credendam ecclesiam pietati. Illud quippe felix imperium cujus divisa in parte ecclesia legibus redit in unum, & licet ab adolescentia naturaliter nobis ad pacem sanctæ matris ecclesiæ insitus fuit amor, postquam apicem regiæ dignitatis, Altissimo disponente, attigimus, tanto ad illam ferventius nostra crevit affectio, quanto nos divinis humanisque legibus ad Christiani populi procurandam concordiam dignitate jam dicta reputamus adstrictos; Nec fuit nostrum desiderium hujusmodi solius voluntatis contentum finibus, quinimmo non cessavit in actum indefessis laboribus prosilire. Et ut multa sileamus, quibus pro desiderato fine consequendo secretis operam sollicitam quam dedimus, & nonnulla etiam alia publica taceamus, illud tamen quamvis notissimum silentio nunc tradere nolumus, quod pro celebrandis gestis inter sanctissimum dominum Papam, &c. ut supra, sessione 20. pag. 331.

Subtractio obedientiæ regis Navarræ Petro de Luna.

CArolus Dei gratia rex Navarræ, duxque Nemorensis. Universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam futuris. Notum facimus universis per præsentes, quod nos benigno, pio, filialique animo ecclesiæ sacrosanctæ *e* hic nimium desolatæ scire causam cogitamus, ut noster hic labor animo tam sincero suscipiatur, quam integra mente *f* compertus est. Cumque vigilantissimo mentis intuitu pestem hanc schismaticam in Dei ecclesia firmissimis, (proh dolor!) radicibus crescere cerneremus, justissimo mœrore, acerbissimoque dolore vehementer ac diutius angebamur: ita ut nos ferventissima caritate flagrantes, impulsi simus eidem manus præbere libentius adjutrices, salubri consultationi cleri acquiescendo, viamque opportunam *g* provenire cupientes, qua sequeretur unio desideratissima, sublato funditus schismate, inventaque practica electissima *h* fore per omnes videlicet contendentes in papatu huic verbo *cedo*, *i* beatissimi darent locum, cum domino Benedicto super hoc multifarie, multisque modis pro viribus laboravimus; ut inde, teste Deo, pax tranquilla, & unio suæ universali ecclesiæ redderetur, primo ad sacrum Concilium Constantiense oratores nostros, & demum solemnem & majorem ambassiatam nostram ad eumdem dominum Benedictum destinando. Qui quidem in villa Perpiniani, & alibi cum illustrissimis, carissimisque consanguineis nostris regibus Romanorum, & Ungariæ, &c. & Arragonum, & certis dominis prælatis ab his, qui congregati fuerant in præfato sacro Concilio destinatis, & quampluribus ambassiatoribus regum Franciæ, Angliæ, ac ceterorum aliorum Christianitatis principum, ex parte nostra per publicas schedulas eamdem dominum Benedictum humiliter requiesierunt; ut attento quod dominus Angelus * Gregorius, & dominus Balthassar alias Joannes in eorum obedientiis nuncupati, post ipsius Joannis condignam suis demeritis dejectionem, pure & simpliciter cesserunt omni juri, si quod eis forsan competebat in papatu: eratque ideo impium suspicari quod præfatus dominus Benedictus si se tot promissionibus, juramentis, & pollicitationibus ad prosequendum unionem sanctæ matris ecclesiæ per viam resignationis, illam omnibus aliis præferendo adstrinxerat, prout universo fere notum est orbi. Qui quidem dominus Benedictus, ut sæpius asseruit, adversarium suum, ut convenirent in unum ad mancipandum *k* effective quæ de cessione facienda promiserant, toties agitavit, quod per eum non stabat, quominus veniretur ad actum; aliter mente gereret, quam humanis auribus ejus verba sonarent: & ut omnis tolleretur dissentiendi materia, prout tenebatur, & tenetur de necessitate salutis, jure divino pariter & humano, vellet cedere papatui. Et ipso minime concedente, immo verius ab eadem cessione * multiplici fugiente, seu nullo congruo dato responso desertoque totaliter dictæ sanctæ unionis negotio, a præfata villa Perpiniani recessit: & post recessum ejus dicti oratores nostri requisierunt, eorum supplicatione pluries iterata, quatenus pro tam bono optato ad eorum, totiusque Christianitatis vocem dictæ cessioni daret operam effectivam;

e MS. hoc nomine, ut infra, in subtractione Comitis Fuxi, quæ est omnino eadem.
f MS. deprompsit.
g al. invenire.
h MS. fore per omnes, videlicet ad contend.
i MS. beatissimum.
* Lege, alias Gregorius.
k MS. effectu.
* Forte, multipliciter.

ANNO CHRISTI 1416.

vam; & juri suo, si quod prætenderet habere in papatu, renunciare pure & libere dignaretur, prout tenebatur & debebat, ut suo consensu tam desiderata pax ecclesiæ haberetur. Quibus quidem supplicationibus & requisitionibus supradictis aures suas nullatenus voluit aperire: videntesque veram spem, laboresque nostros, necnon totius universitatis fidelium sua pertinacia frustrari, invocato Christi nomine, salubri super iis prædictorum regum, aliorumque ambassiatorum *a* justo consilio: attento quod in Concilio Constantiensi totus fere populus Christianus, qui sub obedientiis memoratorum Joannis & Gregorii præsens erat, tam per principes & eorum ambassiatores solemnes quam etiam per prælatos, & alios quamplures nobiles viros congregatus exsistit, cum sincera, & singulari affectione obediendi summo Pontifici, quem universalis ecclesia sibi canonice præficiendum decreverit: prælibati nostri ambassiatores deliberaverunt una cum rege Arragonum, & aliis nunciis, seu oratoribus regum & principum obedientiæ dicti domini Benedicti, & etiam omnes prælati, & alii ecclesiastici viri, qui ad Concilium generale consueverunt vocari, ad jam dictam civitatem Constantiensem ire intra certum terminum tenerentur, ad tractandum una cum ibidem congregatis, & congregandis super electione unici atque indubitati pastoris ecclesiæ orthodoxæ facienda, divina gratia providente, prout in certis super hoc capitulis inter serenissimum regem Romanorum consanguineum nostrum prædilectum, & ambassiatores memorati Concilii, & diversos alios prælatos cum eis ex parte una, & præfatos nostros ambassiatores, & oratores, necnon alios reges, & principes supradictos obedientiæ dicti domini Benedicti, seu eorum ambassiatores ex altera, concordatis, & firmatis dignoscitur contineri. Considerantes *b* prædicta tam facta, & tam eitius catholicæ fidei intentio observanda, ad optatum non possit pervenire effectum, nisi reges & principes & eorum subditi obedientiam subtrahant dicto domino Benedicto: Ea propter nos Deum tantummodo præ oculis habentes, ac ecclesiæ suæ integrationem debitam efficacius procurare volentes, ac conservare sinceram voluntatem quam semper gessimus devote erga ecclesiam catholicam sacrosanctam, ejus incommodis, scandalis, & periculis obviando, & ad prædictam unionem eitius valeamus; & facilius pervenire; habito super hoc deliberato consilio, & maturo cum tribus statibus nostri regni, ob hanc causam de mandato nostro & in nostra præsenti villa Sillensi convocatis, & personaliter congregatis; attendentes fore sanius atque salubrius ab obedientia prædicta recedere, quam prosequi, de consilio, assensu, & consensu prædictorum statuum, videlicet prælatorum, comitum, vicecomitum, baronum, procerum, militum, civium, aliorumque subditorum nostrorum, de præsenti eidem domino Benedicto pro regno subditisque nostris in ditione nostra ubilibet constitutis subtractionem obedientiæ, quam nos longe pro nostra persona fecimus, *c* fieri fecimus per præsentes dictam subtractionem per totum regnum nostrum populis nostræ ditioni subjectis publicari mandantes, & plenius observari: præcipientesque eisdem, & inhibentes ne de cetero dicto domino Benedicto tanquam Papæ obedire, aut in aliquo parere audeant, seu præsumant, nec ejus bullas, aut alias quascumque litteras suas, seu officialium suorum ordinariorum aut delegatorum, collectorum, seu subcollectorum, intra ditionem nostram præsentatas, aut collectoribus seu subcollectoribus prædictis, seu quibusvis aliis personis de fructibus, redditibus, seu proventibus ad cameram Apostolicam quomodocumque spectantibus respondere, præterquam *d* illos, quos nos ad hoc duximus deputandos; cum nostræ intentionis existat, illos, iis dumtaxat exceptis, quos in prosecutione unionis ecclesiæ expendere oportebit, unico, & ab universali ecclesia recepto summo Pontifici, per fideles personas integraliter reservare. Injungentes nihilominus & etiam ordinantes, quod omnes, & singuli qui beneficia ecclesiastica in regno, aut terris ditioni, aut dominio nostro subjectis obtinent, cujuscumque conditioni, aut status exsistant, etiamsi cardinalatus, aut Pontificali dignitate refulgeant, in suis ecclesiis aut beneficiis resideant: nullusque eorum præfatum dominum Benedictum, aut ejus curiam sequi *e* præsumat quovis modo commorari; alioquin per illos, quos ad colligendus fructus cameræ Apostolicæ duximus, ut præfertur, deputandos, omnes & singulos redditus beneficiorum quæ obtinent, præcipimus arrestari, donec super hoc aliud duxerimus ordinandum. Etiam districtius inhibentes universis & singulis subditis nostris tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, etiamsi pontificali præfulgeant dignitate, vel nomine censeantur, nihil contra tenorem præsentium aliquid attentare, seu in aliquo contravenire præsumant, si pœnas graves cupiunt evadere. Mandamusque demum omnibus & singulis meriniis, submeriniis, justiciis juratis, ballivis, & aliis officialibus nostris; quatenus servato tenore hujusmodi, prout ad eorum quemlibet pertinebit, quoscumque deprehenderint, aut noverint aliquatenus contravenire, sub competenti custodia teneri faciant, nosque super iis consultare non differant, facturi, deinde prout a nobis receperint in mandatis. In quorum omnium, & singulorum præmissorum testimonium sigillum impendi jussimus præsentibus apponendum, & per notarium publicum infra scriptum transcribendum & signandum. Acta fuerunt hæc *f* Stellæ, die decima sexta mensis Julii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. præsentibus notabilibus viris & dominis Gaufredo de Navarra comite Cortensi, domino Joanne de Carus vicecomite de Vaygium, domino Petro de Glano, & domino Bertrando de la Tarra proceribus: domino Joanne de Liedena legum doctore, & pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Sancius de Croinde prædicti domini nostri regis secretarius in ejus majori curia & toto regno Navarræ auctoritate regia notarius publicus, & juratus, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, per dominum nostrum regem agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri, dici, mandari, & prohiberi vidi, & audivi, & in notam recepi: & exinde de mandato præfati domini regis præsens publicum instrumentum cum quodam interlineo, quod est supra vigesimam quintam lineam, ubi legitur, pro nostra persona, fideliter confeci, manuque propria scripsi, signoque meo solito signavi in testimonium præmissorum.

Subtractio comitis Fuxi.

JOannes Dei gratia Comes Fuxi. Universis Christi fidelibus tam præsentibus, quam futuris, notum facimus per præsentes, quod nos benigno, *g* filialique animo, ecclesiæ sacrosanctæ, heu! nimium desolatæ, scire causam cogitavimus, prout & nunc diligentius cogitamus, ut noster hic labor animo tam sincero suscipiatur, quam integra mente promptus est; cum vigilantissimo mentis intuitu pestem hanc schismaticam in Dei ecclesia firmissimis proh dolor! radicibus crescere cerneremus, justissimo mœrore, acerbissimoque dolore vehementer & diutius angebamur; ita ut nos ferventissima caritate flagrantes impulsi fuimus eidem manus præbere adjutrices, salubri consultationi cleri acquiescendo, viamque opportunam invenire cupientes, qua sequeretur unio desideratissima, sublato funditus schismate, inventaque practica electissima fere per omnes, videlicet ut contendentes in papatu huic verbo, *Cedo*, beatissimum darent locum, cum domino Benedicto super hoc multifarie multisque modis pro viribus laborantes, ut inde, teste Deo, pax tranquilla, & unio suæ universali ecclesiæ redderetur: primo ad sacrum Concilium Constantiense oratores nostros, & demum nos in propria persona, & postea solemnem & majorem ambassiatam nostram ad eumdem dominum Benedictum destinando. Qui quidem in villa Perpiniani, & alibi una cum illustrissimis principibus, & meritissimis dominis regibus Romanorum & Arragonum, & ceteris dominis prælatis ab his, qui congregati fuerant in præfato sacro Concilio destinatis, & quamplurimis ambassiatoribus regum Franciæ & Angliæ, ac ceterorum aliorum Christianitatis principum, ex parte nostra per publicas schedulas eumdem dominum Benedictum humiliter requisiverunt; ut attento quod dominus Angelus, alias Gregorius,

a MS. inito consilio,
b MS. quod prædicta tam facta & tam totius catholicæ, &c.
c MS. mandavimus fieri, & fecimus per.
d MS. illis.
e MS. seu eo præsumat.
f MS. Ostella. al. Stella, Forte, Salla, vel Stella.
g MS. benigno, pio, & filialique.

rius, & dominus Baltasar, alias Joannes, &c. *prout in supradicta regis Navarre.*

In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium sigillum nostrum impendens jussimus præsentibus apponendum, & per notarium publicum infrascriptum conscribendum, & signandum. Acta fuerunt *a* Orthesii, die tertia Augusti, anno Domini MCCCCXVI. Præsentibus magnificis & potentibus viris dominis Arcambaldo de Fuxo, domino de Novaliis, & Matthæo de Fuxo germanis militibus: Arnaldo de Albano canonico *b* Oloranensi, bacallaurio in decretis, consiliario, & Joanne de Garsio, secretariis nostris.

Et ego *c* Menenaldus de Nosio, clericus diœcesis Constantiensis secretarius prædicti domini Comitis, notariusque publicus generalis in omnibus terris, & ditionibus ejusdem domini Comitis, ad mandatum ejusdem domini Comitis, me hic subscripsi, & signum meum apposui.

a Ms. Orthesii. *b* Ms. Olorensi. *c* Ms. Menaudus De Nosio,

Sequitur decretum suspensionis sententiarum, & processuum in diversis obedientiis.

SAcrosancta Synodus Constantiensis, *&c.* Ut terræque olim dominorum *d* obedientiæ per gratiam Dei simul *e* ac unitæ in pace concordari, & sincera caritate, sine cujus radice fructus bonus non surgit vivere valeant, & confoveri, omnes & singulos processus, sententias, & censuras ecclesiasticas per quoscumque judices, commissarios, executores ab olim dicto Joanne, & aliis quibuscumque deputatis ad quorumcumque instantiam contra quoscumque, qui auctoritate dicti olim Gregorii mediate, vel immediate, quæcumque, seu qualiacumque beneficia ecclesiastica, in & sub illustrium principum dilectorum ecclesiæ filiorum dominorum Ludovici comitis Palatioi Rheni, *&c.* ac Joannis, Stephani, & Othonis Germanorum suorum Bavariæ ducum & Henrici & VVilhelmi ducum Brunsvicensium & Luneburgensium, ac Hermanni, & Ludovici Langraviorum Hassiæ dominiis assecuti sunt, occasione hujusmodi beneficiorum emissas, latas, & fulminatas, & eorum effectum, & omnia & singula ex eis secuta tamdiu, donec per eamdem Synodum, vel futurum summum Pontificem, ubi quando, & in quibus locis realis obedientiæ dicti olim Gregorii dici fuisse debeat, declarari contigerit, suspendit & relaxat: ac quascumque causas inter quoscumque super hujusmodi beneficiis coram quibuscumque, & in quocumque statu pendentes usque ad dictam declarationem etiam simili modo suspendit realiter, & cum effectu. Inhibens omnibus & singulis, etiam quacumque præfulgeant dignitate, ne contra suspensionem, & relaxationem hujusmodi aliquid attentare præsumant. Ac decernens ex nunc irritum, & inane, si quid contra præmissa a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignotanter contigerit attentari.

d Ms. adduum, Gregorii & Joannis. *e* Ms. adunitæ in pace, concordia, & sincera.

Quid fuerit realis obedientia Gregorii XII. Papæ? Circa hoc tempus in Concilio explicata Quæstio, in superiori decreto denuo memorata.

Ex Ms. Cæsareo Vindobonensi Dorr.

DUm quæritur, Quid, quando, & ubi sit vel dici debeat realis obedientia olim Domini Gregorii Papæ XII. in sua obedientia nuncupati? Ut ad responsionem deveniatur, est advertendum quod ista quæstio videtur suborta propter unum Capitulum, a sacrosancta Synodo Constantiensi, anno Domini MCCCCXV. quarta die Julii in sessione publica, quando duæ obedientiæ, videlicet dicti olim Domini Gregorii & olim Domini Joannis XXIII. in sua obedientia nuncupati, conjunctæ fuerunt & unitæ. Fuitque cessio dicti Domini Gregorii subsecuta. Inter cetera promulgatum, quo cavetur, quod dicta Synodus Constantiensis omnia & singula, per illum Dominum, qui dicebatur Gregorius XII. in sua reali obedientia, apostolica auctoritate, mediate vel immediate, alias canonice vel rationabiliter usque tunc gesta, facta, dispensata, ordinata, concessa & indulta, ex certa scientia ratificavit, & ex superabundanti cautela ad certitudinem boni approbavit atque firmavit, statuens & ordinans, quod ex causa vel occasione schismatis, seu cujuscumque maculæ aut inhabilitatis ex eo provenientis, non valeat infringi vel contra ea excipi, aut in dubium revocari, non obstantibus dispositionibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Aliis enim volentibus dicta verba, in sua reali obedientia, intelligere vel interpretari sit, aliis sic: Prout unumquemque sua ratio vel discretio, aut quandoque forsan affectio ducit vel trahit ad late vel ad stricte intelligendum eadem: Dubium est exortum.

Ad quod taliter potest responderi, quod, ut locus sit dicto Capitulo, & quantum ad eum intellectum sufficit, realis obedientia dici aut censeri potest fuisse obedientiæ respectu rei habita seu recepta, & exhibita aut præstita actualiter seu habitualiter, suumque effectum sortita.

Dico, habita seu recepta: Quia capitulum loquitur de sua obedientia, scilicet superioris. Dico exhibita &c. Quia obedientia est relativa ab inferiori ad superiorem. Dico respectu rei, ad differentiam personarum, præsertim singularium seu privatarum, non publicarum. Rem autem intelligo rempublicam spiritualem, seu ecclesiam, prout ecclesia particularis dicitur congregatio fidelium alicujus particularis districtus, vel loci, civitatis, castri, oppidi, villæ, aut parochiæ. Cujus videlicet præsidentes ibidem rempublicam seu ecclesiam repræsentantes, & incolæ communiter, olim Domino Gregorio Papæ obediebant. Etiam posito, quod aliqua particularis vel singularis aut privata persona aut plures eidem non obedivissent.

Vel potest dici brevius, dum quæritur, quæ sit obedientia realis? Respondetur, quod est obedientia effectualis aut universalis alicujus loci, districtus, civitatis &c. Nam obedientia singularis aut particularis vel privatæ personæ vel plurium, nullius aut modici est effectus in aliqua universitate, quamdiu manet in terris suis &c.

Quando autem & ubi debeat illa realis obedientia censeri vel dici fuisse, de quo forsan magis contenditur: Potest responderi, quod tunc & ibi fuit realis obedientia olim Domini Gregorii, quando & ubi dictus Dominus Gregorius fuit in possessione, vel quasi, jurisdictionis Papalis, sive in aliquo districtu vel loco aut civitate, sive in oppido, castro, villa aut parochia.

Vel clarius: Quando & ubi dictus Dominus Gregorius publice & communiter pro Romano Pontifice venerabatur, & ejus legatorum, nunciorum aut Commissariorum mandata tanquam apostolica recipiebantur, timebantur, & eis parebatur, alterius quoque pro Papa se gerentis mandata spernebantur & non curabantur ibi, & tunc realis censetur obedientia fuisse.

Hoc autem apparere potuit ex communi fama, ac ex dispensationibus, & aliis gratiis apostolicis, ibidem publice admissis vel recusatis. Et præsertim ex nominationibus publice factis in die Parasceves, in orationibus, & in vigilia Paschæ in hymno: Exultet nunc &c. & similibus, nec non in sermonibus quotidianis, in quibus nominatim pro Papa orare populus exhortabatur, ac etiam in citationibus, monitionibus & aliis mandatis sive censuris ecclesiasticis, appostolica auctoritate fulminatis, vel emissis, admissis vel expulsis.

Verum, ut opiniones seu phantasiæ aliquorum clarius declarentur, dici potest, quod ista obedientia realis potuit esse vel fuisse magna, major vel maxima, aut parva, minor vel minima. Et in qualibet illarum pro sua qualitate idem juris censetur ex paritate rationis quoad effectum dicti capituli consequendum.

Potuit itaque esse vel fuisse magna, ut in una civitate, & diœcesi per totum: Major, in aliqua parte, provincia tota: Maxima, ut in Christianitate tota: Parva, ut in civitate sola: Minor, ut in castro, oppido vel villa: Minima, ut in una sola parochia.

Et in quocumque illorum fuerint, sortiri debet effectum capitulum memoratum.

Hæc creditur & præsumenda est fuisse intentio deputatorum, dictum capitulum concipientium, imo totius sacri Concilii statuentis.

Quod

ANNO CHRISTI 1416.

Quod autem hoc sit verum, probatur aliquibus rationibus, facti, & juris, quæ inferius subsequuntur.

Et primo, in facto, notorium est, quod nedum provinciæ aut civitates vel diœceses fuerunt in schismate primævo ab invicem divisæ quoad obedientias quondam domini Urbani Papæ VI. & Clementis VII. hinc inde nominatorum: Sed etiam inter se in pluribus locis, castris a castro, villa a villa, parochia a prochia, in eadem diœcesi, & quandoque in eadem civitate, vel in eodem castro, oppido aut villa, fuerunt parochiæ divisæ, prout fuit in provinciis Moguntina, Coloniensi, Trevirensi, Remensi & Bisuntinensi, atque in diœcesibus Coloniensibus quoad dominium seu territorium communitatis Clevensis, Trevirensis quoad partem Comitatus Luxelburgensis & ducatus Lotharingiæ, Constantiensis, Lausanensis, Curiensis & Basileensis, quoad dominium Ducis Austriæ, atque Comitis Sabaudiæ, Tornacensis, quoad partem Flandriæ, & Cameracensis, quoad partem Brabantiæ, atque Leodiensis, secundum alterationes ini factas diversimode successive. Et verisimile est, quod in confinibus dominorum Regum Franciæ & Angliæ citra mare, aliorumque Regum & Principum seu magnatum diversarum obedientiarum in plerisque locis similis divisio habebatur. Et hoc non solum obedientiarum diversarum ab invicem, sed etiam in aliquibus locis neutralitate vel subtractione ab utraque obedientia divisarum. Hæc autem non dicitur, habito respectu ad personas, sed ad loca, civitates, territoria, vel etiam parochias, quarum respectu realitas seu effectualitas attendi potest. Licet enim Parisiis fuerit realis obedientia quondam Clementis VII. multæ tamen fuerunt ibi particulares personæ studentes & alii de obedientia quondam domini Urbani. Et sic alibi fuit in multis civitatibus, villis, castris, oppidis & parochiis & e contra. Et quamvis tunc non esset usitatum vocabulum illud realis quoad obedientiam nominandam, prout patet ex supradictis: tamen habebatur respectus ad rem, & non personas, etiam in simplici obedientia nominanda.

Nec ab aliquo in consideratione diversarum obedientiarum crederetur habitas fuisse respectus ad personas singulares, vel ultra, aut extra tempus, res aut loca, videlicet civitates, castra &c. ubi & quando dictorum contendentium aliquis fuerat in possessione vel quasi jurisdictionis spiritualis; idcirco etiam in Concilio Pisano, dum aliqua facta duorum tunc contendentium ratificarentur & approbarentur, fuerunt inter cetera posita ista verba, videlicet: Temporibus & locis, in quibus eisdem realiter & libere obedientia præstabatur, prout in capitulis statutorum dicti Concilii reperitur. Non est autem verisimile, quod mens illius Concilii fuerit tunc solum providere provinciis & civitatibus ab invicem divisis, prout opus erat. Alioquin infinita de hujusmodi restarent in obedientia olim domini Joannis, vel saltem usque ad præsens Concilium restassent providenda, quibus tamen Pisanum Concilium crediderat providisse. Sed certum est, quod ita in præfatis provinciis & diœcesibus dicto Pisano adhærentibus suis a tempore Pisani Concilii & antea, quandocumque & ubicumque de una obedientia in aliam fuit transvolutum, prout pluries & in multis locis dignoscitur contigisse, irrefragabiliter observatum, quod etiam in minimis plebiculis gesta alias rationabiliter fuerunt confirmata seu approbata. Minime ergo sunt mutanda, quæ certam interpretationem tanto tempore habuerunt, &c.

Item, tempore conceptionis dictorum capitulorum in Concilio Constantiensi, dum de prædicto capitulo collatio fieret inter deputatos, fuit clare dictum, quod in civitatibus Coloniensi & Moguntinensi fuissent & essent plures particulares personæ de obedientia olim domini Gregorii. Et talis particularis obedientia fuit reputata personalis. Quia præsidentes illis civitatibus & communiter incolæ earum fuerunt de alia obedientia. Unde, ne impetrationes talium personarum particularium possent præjudicare aliquibus aliis in civitatibus illis, & in aliis similibus casibus, quin potius ut dicta ratificatio seu approbatio haberet respectum ad rem, videlicet civitatem vel castrum &c. Et ut illustribus dominis, Ludovico, Comiti Palatino, & fratribus ejus, Ducibus Bavariæ, nec non Henrico & Bernhardo, Brunsvicensium Ducibus, & Landgraviis Hassiæ, atque magnifico Carolo de Malatestis, & eorum subditis, provideretur: De quibus fuit tunc clare dictum & manifestatum, quod multa habuerunt castra, villas & territoria in diversis provinciis, & diœcesibus, Moguntinensi & aliis, tunc inter se nominatis, quarum tum Præsules ac etiam Metropoles sive civitates essent de aliis obedientiis extra territoria eorum: Et ne etiam gratiæ illis vel aliis a domino Gregorio concessæ se extenderent ultra territoria, aut forte essent concessa extra territoria suæ obedientiæ: Ideo dicta verba habebant, in illis aliqualiter simile factum esse, & ad instar illius voluerunt omnibus sinceris mentibus rationabiliter providere. Fuit etiam tunc dictum, quod quamvis per hujusmodi ratificationem adeo & tam multis singularibus personis præjudicaretur in privatis juribus suis, propter hoc tamen non esset tantum bonum, obque illa pax & unio publica omittenda. De quibus & aliis suprascriptis credendum, reverendissimos dominos, Patriarcham nunc Vice-Camerarium, Turonensem, qui multum rationabiliter loquebatur, Mediolanensem, Viennensem, Rigensem & Gneanensem Archiepiscopos, Bathoniensem, Sarisburiensem, Gebenensem, Dolensem, Concordiensem & Tholonensem Episcopos, qui ut plurimum cum aliis ad hoc fuerunt deputati, verosimiliter recordari.

Posset etiam dici, quod consideratio communi modo loquendi, de obedientia, quæ a tempore schismatis inolevit, verbum realis in nullo restringit, vel qualificat verbum obedientia, vel ejus significatum, sed est potius expressivum ejus, quod alias per verbum obedientia debet intelligi juris interpretatione, in casu nostro, quia verba sunt cum effectu intelligenda. Et ita videtur practicatum esse, prout ex supra & infra scriptis elicitur satis clare. Et sic addere verbum realis, est modus loquendi juri conformis. Sicut dicitur quis esse in reali possessione, vel facere realem possessionem, vel traditionem aut solutionem, vel mutuum reale &c. Et tamen in istis & similibus realitas nihil aut modicum superaddit, sed quandoque solum excludit fictionem. Præterea si licuit, & subventum est tribus civitatibus de provincia Trevirensi, videlicet Metensi, Verdunensi & Tullensi, & parti ipsius diœceseos Trevirensis, quod non sequebantur suum Metropolitanum cum clero suo, & similiter in multis partibus aliarum diœcesium, quæ tam hinc quam inde non sunt secutæ Metropolitanum, imo nec Episcopos, ut superius est deductum: Cur non licuerit, ut subventum sit similiter in casu isto, maxime, ubi duæ obedientiæ sunt ad paria & non ad imparia per Concilium judicatæ, prout ex multis verbis capitulorum clare apparet, videlicet, dum dicitur per Concilium, ut istæ duæ obedientiæ, una alteri, & altera alteri conjungantur: Et alibi: salvo honore utriusque obedientiæ, quæ verba & similia pluries reperiuntur.

Ex quibus & similibus apparet, quod cum illis de obedientia domini olim Gregorii, non tanquam cum reductis vel conjunctis, ut aliqui moliuntur, sed potius tanquam cum pacis & unionis zelatoribus, & quantum in eis fuit, factoribus, vel ad minus cum ceteris paci passu ambulantibus, piissime est agendum. Suntque verba in tam favorabili materia, præsertim consideratis finibus litium, præteritarum displicentiarum sedationibus, & linguarum mordentium justis sincopationibus & refrenationibus, ac super omnia publica utilitate, latissime interpretanda & amplianda, nec ullatenus restringenda, maxime, quia per latam interpretationem scrupulus tollitur, & conscientiæ magis tranquillantur, quam per strictam. Et sacri Concilii decus & honor magis versatur in lata interpretatione, ut pactis satisfiat, quam in stricta, per quam pactis & conventionibus Concilii derogatur.

ANNO CHRISTI 1416.

Quod eetem dicta interpretatio fit etiam juri conformis, imo de jure taliter & non aliter faciendo, faris potere poreft cuilliber inteiligensi, tam ju obligationibus, quam in uctionibue & in exceprionibus, fervituribus, muneribus, privilegiis, & aliis, quæ in urroqun jure teperiuntur, per reale & perionale diflincta, nec nou inserdictis ecelefiallicis, quæ licer non ita clare per bujulmodi diftinguantur, tamen confideruta doctrina inrer fpecisle fau locale interdictum & generale, aliquuliter prædictis affimiluntur. Hæc enim omnia ideo ibi ieu tunc dicunrur realia, quia ubi & quandu effectum fuum furtiuntur, habito relpectu plus ud rem, feu ad locum, quam ed perfonam. Et quemvis torlan non adeo tiare repetianrurubedientiu perionslis & realis dillincte in jure fcripto; tamen confideratis juribus & Doctorem notis, de ucquirenda, retinendu & recuperendu poffsflione jurium, five terum incorporslium, præfertim jurisdictionir & fimillum, iequentibus, ista doctrina iaris jeridica, maxime io caiu, qui u Juris Doctoribns nun eft clare comprehenfus, led eft rurus & fere inauditus, finiftris affectionibus ceifantibus seperletur.

Item, cum in obedientis gradus effignent e fuperioribus ad inferiores, & in omni inferiorum obedienris præfupponi debeat communio & gracia Sedis upoftolicæ, mirum eli, quod eliqui volunr, quod in obedientiu Papæ exhibenda ud Archiepifcopum len Metropolitanum relpectus principaliter fis babendus, nt lecundum eos ibl & tunc folum dicatur fuifle reulis obedientia, ubl & quando Archiepifcupus obedivis. Quafi non liteas lubdito jufto Papæ lecundum fusm confcientiam rutionabilirer obedire, nifi quatenus Archiepifcopus dictaverit faciendum. Si enim realitas illa obedientiæ penes uliqnam perfonam Papæ inferiorem ponderari deberet, hæc porius effet Epifcopi vel Præfulis immediati in fua diœcefi, quam Archiepifcopi in provinciu reputsndu. Confiderato quod Archiepifcopi non nifi in certis cafibus jurifdictionem habent in fubditos Epifcoporum, Epifcopi vero femper. Quodque Epifcopi u centum annis & ultre femper fuerunt immediate Papæ obligati per confirmationem sb eo receptsm, & jurameutum præftitum ficut Archiepifcopi. Et nlrra hoc certum eft, quod jam diu ceffarnnt Concilie provincilulia in mulris partibua, præierrim Alemaoniæ, confirmationes & vifitationes Archiepifcoporum, & eliæ antiquæ obfervanriæ non frequenrantur, edeo, quod paucus vui nnllius ud Archiepifcopos, nifi in fuis diœcefibus, & fatis raro, in uppellarionum caufis, jam multo tempore habitus eft relpectus.

Confiderandum eriam eft, qnod papalis jurifdictio, tam conrentiofe quam voiuntarie, e centum ennis & pluribus circiter, fuerit in fubdisos Epifcoporum & Archiepifcoporum, nedum in civitatibus, led etiam in caftris, oppidis & villis, imo frequenter in minimis parochiis magis, exercitu actualiter, quam temporibus antiquis. Nec ergo mirum, fi etiam quandoque in parvis parochiis præter Epifcopum, vel ad minus Archiepifcopum, ad Papam habeatur relpectus. Dico vel ed minus Arcbiepifcopum, qua fateor decere, & juris effe, quod in novitatibus circa hujufmodi acceptandis vel inchoandis, falrem confulatur Epifcopus, vel requiratur, fibique deferutur, in quantum jufto Papæ voluerit rationabilirer obedire. Sed valde fecus eft in calu noftro. Num dominus olim Gregorius potius remenfit in poffeffione, continuando eandem & resinendo in dominiis Principum præfatorem, quam ipfi Principes, vel eorum fubditi aliqui circe papatum innoveverunt. Remanferunt namque in terminis prioribus, eb Urbano VI. imo e Gregorio XI. e tempore unionis inchoando, & per fucceffores veniendo ufque ad tempora Concilii nunc inftansis in civitate Conftanilienfi, &c.

Quod fi forte prærendant uliqui, fubditos fequi debuifle Archiepifcopos, vel etiam Epifcopos adhærentes Concilio Pifano, cum jam fecundum eos res fuerit judicate &c. Advertant ifti, quod quie poft Pifanum Concilium nondum erant omnea prolixitates tam juria quam facti enodatæ, imu nonnullæ forfan majores prioribus furrexesunt: Idcirco Deo operante facrum Concilium Conftantienie ad viam ceffionis, non obftantibus geftis Pifenis, iterato voluit devenire. Quam quia olim Joannes XXIII. nominatus pro fe noluit acceptare, fed de facto fugiendo refutavis, licet alia concurrerens, tamen ideo maxime de cathedra ejectus fuis. Etiam talia, ut præmirsitur, prætendentes, reincidunt in difpetationem jam fopitam, voleoses videlicet plus unam obedientiam juftificare quam alteram. Cum tamen, ut præfcribitur, iftæ duæ obedientiæ ad parie fint judicatæ.

Denique videtur bene capirule conjunctionis obedientiarum olim Domini Joannis, & olim domini Gregorii ex una, & olim domini Benedicti, parte eu alteru, & ex illis indubie per practicam seperietur effectualis inserpretatio verborum, de quibus eft quæftio, & prælertim in 3. 4. & 5. capitulis Narbonæ conclufis confideratis limitibus Regum & Comitatuum obedientiæ olim Benedicti, qui etiam fuerunt quandoque in eadem diœcefi divifi. Confiderato etiam, quod cum illu obedientia clare per Concilium eft coaventum quod nullus habeatur refpectus ad proceffus Pifenos, feu aliquu gefta ibidem. Cur ergo Gregoriane obedientiu, quæ præceffit, quantum in ea fuis, dando pacem Ecclefiæ, imu quafi eb initio Conftantienfis Concilii femper fe eidem fubmifit, & in omnibus confirmavis, ftrictiores & præjudicialiores interpretationes fortiri deberet, quam alii, quoad hoc non prohibiti; & ultimo venientes. Non enim cenfandum foret, aut murmurandum Gregorianis, fi poftremo venientes tantundem reciperent, quam qui venerant ante. Sed fi poftremi in uno eodemque calu & relpectu præponuntur & honorantor, & Gregoriani, quod abfit, vituperantur & perftringuntur, etqne præjudicium patiuntur, tunc non prohibet evangelium murmurare, &c.

Ultimo, fi liceres ponere os in cœlum, & utcumque fpiritualia dijudicare, quid mirum, quod Epifcopi aut alii Prælati inferiores, vel etiam Principes, aut poreftates fæculares, Deo devoti & religiofi, videntes, aliquos Archiepifcopos aut alios Præfules, ut cum pace multorum Deo emulbilium Prælatorum fermo fiat, quæ fua funt, & non quæ Jefu Chrifti, quærere, fæcularibus negotiis fe die noctuque impiicare, fpiritualia abjicere, Sedem apoftolicam nihil aut modicum revereri, imu ut Sedes ipfa & ejus jurifdictio fuper eos deprimatur intendere, & de commiffa fibi provincie vel diœcefi non nifi temporale lucrum vel commodum procurare, fibi cogitent & fuis fubditis per aliam viam falubriter providere. Maxime, ubi de fchifmate agitur, in cujus calu etiam inferiores Prælati & fæculares Principes, tempore noviffimi fchifmatis nondum ed plenum fedati, Reges & Printipes ac poreftates fæculares, in qualibet srium obedientiarum, majora & plura effectualiter conftat operatos effe, quam Archiepifcopos, Primates, aut Prælatos alius fpirituales. Utinam per hos, vel illos aut alios quofcumque femel largiretur Altiffimus dare pacem Ecclefiæ in diebus noftris, & propter gloriam fui nominis Chrifti fideles ab infinitis calamitatibus & ærumnis mifericorditer liberare, Amen.

SESSIO XXII.

En prime editione.

De unione Ambaxiatorum Regis Arragonum.

Dis Jovis decimaquinta menfis Octobris, anno a Nativitate Domini millefimo quadringentefimo decimofexto, indictione nona, fuit celebrata feffio generalis in majori Ecclefia Conftantienfi, ad hoc fpecialiter deputata; & reverendiffimus pater dominus Bartholomæus Archiepifcopus Mediolanenfis fchedulam tenoris fubfequentis legit & publicavit.

Decre-

Decretum locationis Ambaxiatorum Regis Arragonum.

Sacrosancta Synodus Constantiensis considerans, quod ad suam & suorum ad hoc deputatorum instantiam, oratores carissimorum Ecclesiæ filiorum Jacobi & Joannæ, Regis & reginæ Jerusalem & Siciliæ illustrium, requisiti fuerunt, ac quoniam expectantur oratores carissimi Ecclesiæ filii regis Castellæ & Legionis illustris huc ad Synodum venturi, ad perficiendum cum ipsa Synodo Ecclesiæ unionem; placeret eisdem oratoribus dictorum Regis & Reginæ, dimittere locum, quem in loco sessionis nunc tenent, tanquam qui eisdem Oratoribus dicti Regis Castellæ venientibus debebitur: & durante præsenti concilio, vadant ad partem sinistram immediate post Ambassiatores etiam carissimi filii Regis Angliæ illustris. Idco eadem synodus decernit & statuit, quod ob hoc, sive veniant, sive non veniant dicti Oratores Regis Castellæ, non præjudicetur eisdem Regis & Reginæ & eorum Regnis, nec dictis Oratoribus juri eorum nomine, aut aliis quibuscumque, quoad locum & honorem, qui sibi in hac synodo debeatur, tam in sessionibus, quam in processionibus & in aliis quibuscumque. Et si contingat, quod medio tempore ante adventum Oratorum dicti Regis Castellæ, aliquis vel aliqui Oratores alterius Regis sederent in loco prædicto, ambasiatoribus dictorum Regis Jacobi & Joannæ Reginæ dimisso; declarat eadem sancta synodus, quod hoc erat de tolerantia, permissione & gratia, & pro hac vice dumtaxat; & quod per hoc illi vel illis nullum jus acquiratur in sessione prædicta, nec præjudicetur dictis ambaxiatoribus Regis & Reginæ prædictorum, & regnis, ac processionibus, vel aliis actibus, qui concurrerent in hac synodo.

Post hoc autem reverendus dominus magister Antonius Tanal generalis ordinis beatæ Mariæ de Mercede, in dicto ambone existens, legit schedulam tenoris subsequentis.

Schedula lecta per ambaxiatores Regis Arragonum.

Nos Joannes Raimundi Floch comes Cardonæ, frater Antonius Tanal sacræ paginæ magister, generalis ordinis beatæ Mariæ de mercede, Raimundus & Xaimar miles, Sperans in Deo Cardonæ jurisperitus, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decre- a infra Zav-rio.
torum, & Michael de Navers utriusque juris, doctores, oratores & Procuratores illustrissimi principis & domini nostri domini Alphonsi Regis Arragonum, &c. volentes & intendentes adimplere conventionem Narbonæ initam inter serenissimum principem & dominum, dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ regem, & procuratores, nuncios & legatos præsentis congregationis Constantiensis ex una, & etiam Oratores & Procuratores ac nuncios dominorum regum Castellæ, Arragonum & Navarræ, necnon illustrium principum dominorum Fuxi & Armeniaci comitum ex alia partibus; præsentavimus nos in hoc loco coram paternitatibus vestris, offerentes nos ad exsequendam dictam conventionem, & omnia, & singula contenta in ea. Et sic nunc attendentes, quod in primo capitulo dictæ conventionis continetur, quod convocatio fiat per prælatos ceterosque viros ecclesiasticos hujus congregationis, per litteras quæ dirigantur ad dominos principes & alios de obedientia domini Benedicti Papæ decimitertii quondam nominati, & vice versa, quod præfati domini Reges & principes de obedientia dicti domini Benedicti faciant per litteras convocatorias ad vos prænominatos prælatos, ceterosque dominos de congregatione præsenti, vel per suos ambaxiatores vel Procuratores mittendos, vos hic in Constantia congregatos convocabunt: & attento etiam quod convocatoriæ litteræ pro parte vestra dicto domino regi Arragonum præsentatæ fuerunt, volumus & nos satisfacere dicto capitulo, cujus tenor, quantum ad litteras convocatorias quæ in eo
A *continentur, talis, est: Miseratione divina episcopi, &c. Post lecturam vero præfatus dominus Archiepiscopus Mediolanensis prædictas litteras convocatorias legit alta voce, in dicta ambone existens.*

Literæ convocatoriæ.

Miseratione divina Episcopi, Presbyteri, diaconi, Cardinales: patriarchæ, Archiepiscopi, prælati, & ceteri in Constantia Provinciæ Moguntinensis in Christi nomine congregati; illustri Principi Ferdinando Dei gratia Arragonum & Siciliæ Regi, salutem & ecclesiasticam unionem feliciter intueri.

Quamquam misericordiæ Domini neque mensuram ponere, neque ejusdem tempora definire possumus; in dies attamen, quos diligit, castigans, B compertum habemus, quod flagellat; ut in tentatione proventum faciat, & probatos ampliori retributione prosequatur. Ipso siquidem permittente, a triginta octo annis & amplius populus ejusdem peculiaris, qui Christiano nomine gloriamur, afflicti sumus pestifera & exsecrabili schismate prosecuti, cujus occasione omnium pene vivendi modorum status confractus est. Ut cessaret angelus percutiens, Altissimum exoravimus, & indefesse ad id sudores nostros & animos aptavimus: propitietur populo suo misericors Dominus, deprecamur, & secundum altitudinem cæli a terra corroboret misericordiam suam super timentes se. Unde quamquam varios perpessi fuimus pro pace Ecclesiæ consequenda labores, & C per anni circulum & ultra circa hoc vacaverimus, nondum venit dies Domini, in qua pace frui optabamus, verum appropinquat: speramus in ejus auctore, quia verbum ipsius reperimus. Nam dominus, qui Gregorius duodecimus in sua obedientia dicebatur, sua sponte cessit: sic & dominus, qui Joannes XXIII, dicebatur, facere voluit, atque fecit. Ut autem hoc idem faceret dominus Petrus de Luna, qui Benedictus decimustertius in sua obedientia nominatur, legatos & nuncios nostros ad serenitatem vestram, & ipsum cum serenissimo Romanorum rege venerabiles & reverendos patres, & doctissimos viros archiepiscopum Turonensem, & alios collegas destinaveramus. Qui quidem dominus Petrus admonitus, rogatus, exortatus & requisitus humiliter, apte, debite & juridice, cessio- D *nem per ipsum jure divino pariter & humano & alias multipliciter debitam facere noluit; sed hucusque distulit atque differt in totius Ecclesiæ scandalum, ac populi Christiani jacturam & animæ suæ detrimentum. Quam quidem cessionem ut faceret, per vos fuit dictus dominus Petrus de Luna requisitus pluries per principes & comites notabiles obedientiæ suæ. Idcirco ut filii pii matri suæ compatientes, nitimur, & quantum in nobis est nisi fuimus pacem prædictam obtinere, & animos virtuosorum virorum ad hoc allicere: quatenus in illa, qui est verus Ecclesiæ sponsus, congregati in unum simul, matrem Ecclesiam divisam uniamus; & indecentia quælibet quæ dicti schismatis occasione pullularunt, tollamus, & de medio auferamus. Hinc serenitatem vestram obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, & per aspersionem sui pretiosissimi sanguinis, & per pretium redemptionis nostræ exo-* E *ramus, requirimus & monemus, quatenus ob Dei nostri reverentiam ad tractandum una nobiscum super infra scriptis veniatis, & subditos vestros, qui possint & debeant conciliis generalibus interesse, quos una vobiscum præsentibus convocamus, moneatis, inducatis, & eosdem auctoritate a Deo vobis tradita, quam potestatis culmine intra Ecclesiam principatus proprio decore tenetis, & de eadem reddituri estis rationem, juxta dispositionis vobis traditæ modum convocetis, ut infra tres menses immediate sequentes, præsentationem Perpiniani aut Barcinone de præsentibus faciendam, concordatam in capitulis die decimatertia Decembris proxime lapsi Narbonæ super materia unionis firmatis; (de qua quidem præsentatione certificabimini in Constantia:) compareatis ad schisma sedandum, unionem Ecclesiæ procurandam, reformationem etiam ipsius Ecclesiæ tam in capite quam*

ANNO CHRISTI 1416.

in membris complendum, & dejectionem dicti Benedicti effectualiter faciendam, & ad electionem futuri Romani Pontificis procedendum, ac pro aliis causis & rationibus, quæ ad generale Concilium de iure pertinent & spectant. Per hoc enim populum quem Christus suo sanguine pretioso acquisivit, in unum ovile ad gloriam æternam consequendam, apta mente, ac debitum Deo & Ecclesiæ matri nostræ reddituri, æternæque retributionis præmia consequi poteritis.

Datum & actum Constantiæ in Ecclesia Cathedrali dicti loci, in qua pro præmissis fueramus congregati secunda Nonas Februarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, Apostolica Sede vacante.

Postquam autem præfatus Archiepiscopus suam lecturam complevisset, Ambaxiatores dicti Regis Arragonum volentes satisfacere dicto capitulo, dixerunt per organum præfati Magistri Antonii Taxal, ut sequitur:

Nos oratores & procuratores illustrissimi principis domini Alphonsi, domini nostri Regis Arragonum, &c. convocamus vos omnes prælatos, & ceteros dominos de hac congregatione, juxta tenorem dicti capituli.

Deinde prælati, & ceteri in ipsa congregatione existentes, per organum dicti Archiepiscopi Mediolanensis responderunt in hunc modum:

Nos miseratione divina Episcopi, Presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, prælati, & ceteri hic congregati, dictam convocationem acceptamus, & offerimus nos paratos sine dilatione quacumque ad procedendum ad ulteriora. Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem tertii capituli conventionis prædictæ, quod incipit: Tertio, quod præfatis de obedientia domini Benedicti, &c. Oratores vero Regis Arragonum responderunt per organum dicti domini Antonii Taxal, dicentes: Nos oratores & procuratores prædicti, dicto nomine unimus nos vobis juxta tenorem capituli antedicti. Mox domini prælati & ceteri dixerunt, & responderunt per organum domini Bartholomæi Archiepiscopi Mediolanensis, ut sequitur:

Nos miseratione divina Episcopi, Presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Prælati, & ceteri hic congregati, supradictam unionem vestram acceptamus, & e converso nos vobis procuratoribus prædictis dicto nomine juxta tenorem dicti capituli unimus. Et sic tam prælati, quam Ambaxiatores prædicti dixerunt submissa voce: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Et super præmissis petierunt instrumentum & instrumenta hinc inde. Et præsidentes pro nationibus, ac Cardinalis Ostiensis pro collegio Cardinalium, responderunt,* Placet.

Quibus sic peractis, præfati domini Ambaxiatores Regis Arragonum descenderunt ambonem, & iverunt in scamno, in quo sedebant Ambaxiatores Regis Franciæ. Et interpositi fuerunt inter eosdem in hunc modum. Primo enim in primo loco sedebat egregius vir Joannes de Gersono cancellarius Ecclesiæ Parisiensis, sacræ Theologiæ professor, Ambaxiator Francorum Regis. Et post eum sedebat dominus Joannes Raimundus Floch comes Cardonæ, Ambaxiator Arragonum Regis, & sic de singulis.

Quibus sic ordinatis, & in bona concordia completis, reverendissimi domini Cardinales ac ceteri domini ac prælati pluvialibus se induerunt, mitras capitibus imponentes: & reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in eadem sessione præsidens existens, assumptis secum diacono & subdiacono, & aliis, ut est moris; diaconus dixit alta voce cantando. Orate. *Et hoc dicto, omnes genibus flexis per aliquod temporis intervallum oraverunt, &c. omnibusque cærimoniis completis solemniter, prout est de more aliarum sessionum, lectione Evangelio,* Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, *Archiepiscopus Mediolanensis legit decreta & capitula sequentia.*

Ex concessio vocum Ambaxiatorum Regis Arragonum.

Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata, ex certa scientia & etiam certis ex causis animos dictæ Synodi specialiter moventibus, pro bono pacis & unionis redintegrandæ in Ecclesia sancta Dei, statuit & decernit, ac salva semper protestatione infrascripta, quam in omnibus infrascriptis capitulis, & in singulis eorum partibus voluit habere pro repetita, liberaliter concedit dilectis Ecclesiæ filiis, nobilibus, religiosis & egregiis viris Joanni Raymundo Floch Cardonæ Comiti, fratri Antonio Taxal sacræ paginæ Magistro, Generali ordinis beatæ Mariæ de Mercede, & Raimundo de Xamtu militi, Speranti-in-Deo Cardonæ jurisperito, Gundisalvo Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michaeli de Navers utriusque juris, Doctoribus, oratoribus, procuratoribus, Ambaxiatoribus & consiliariis clarissimi ipsius Ecclesiæ filii Alphonsi Regis Arragonum illustris; & pro majori robore & firmitate cum eisdem oratoribus præsentibus conveniat ac paciscitur, quod oratores præfati
B *præsentes, & alii venturi oratores ejusdem Regis, hic durante Concilio, & pro hac vice tantum, tantam habeant vocem, tantæ virtutis & auctoritatis, quantæ essent voces omnium prælatorum, ecclesiasticarumque personarum, regnorum & terrarum ipsius Regis, quæ possidet citra & ultra mare, quæ ad Generale Concilium sunt assuetæ vocari; & hoc in hac natione Hispanica in qua erunt: quodque per hoc Concilium expediantur negotia per nationes, juxta modum qui in præsenti Concilio hactenus observatus est.*

Item, quod a clarissimi Ecclesiæ filii, Reges Castellæ, Portugalliæ, & Navarræ illustres, habeant eamdem gratiam, quæ etiam ex nunc intelligitur concessa, inquantum ipsi vel procuratores eorum habere eam voluerint; ipsis tamen Regibus Castellæ & Navarræ observantibus capitula in civitate Narbonensi
C *inter b clarissimum Ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ Regem illustrem, & dilectos etiam ipsius Ecclesiæ filios, procuratores & nuncios dictæ Synodi ex una; & procuratores & oratores prædictorum Regum Castellæ, Arragonum & Navarræ, & dilectorum Ecclesiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera, concordata.*

a Ms. carissimi.

b Ms. carissimum.

Item, quod prædicta concessio valeat pro prælatis & personis Ecclesiasticis prædictis, tunc a Concilio absentibus. Item solemniter protestatur, quod prædicta concessio atque statuta, decreta, convitationes, & pacta hujusmodi omnino intelligantur facta sine aliquo præjudicio capitulorum prædictorum, in dicta civitate Narbonensi concordatorum: quibus capitulis concordatis ac concordiæ dicta sancta Synodus omnino stare intendit, nec ab eis in toto vel in parte recedere; & ita in præsentia oratorum prædictorum
D *solemniter protestatur.*

Subsequenter idem Archiepiscopus legit in ambone quæ sequuntur.

Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, viso & considerato capitulo secundo ex capitulis Narbonensibus, inter clarissimum Ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ, &c. Regem illustrem, & dilectos etiam ecclesiæ filios, procuratores & nuncios dictæ Synodi ex una; & procuratores & oratores clarissimorum dictæ Ecclesiæ filiorum, Castellæ, Arragonum & Navarræ Regum illustrium, & dilectorum Ecclesiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera, concordatis, quod incipit: Secundo, quod dictæ convocationes fiendæ, *&c. Deinde*
E *facto dicta capitulo legebat hæc verba: videlicet*

Volens in omnibus observare dictum capitulum, promittit, ratum habet, securat, & specialiter confirmat ac noviter firmat, ac statuit & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Viso etiam quarto capitulo dictorum capitulorum, quod incipit: Quarto, quod prædictum uniendum Concilium, *&c. abolet, tollit, annullat eadem sancta Synodus quoscumque processus, sententias, ordinationes, statuta & pœnas, ut in dicto capitulo quarto supra descripto continetur, usque ibi:* Et quod statuatur, *&c.*

Item, statuit eadem sancta Synodus, quod nunquam de cetero ratione vel occasione dicti schismatis aut adhæsionis dicti domini Benedicti, & sui prædecessoris domini Clementis, possit contra dictos Reges,

ANNO CHRISTI 1416.

ges, principes, & alios de obedientia dicti Benedicti quomodolibet procedi in judicio vel extra, ut in fine dicti capituli quarti supra descripti continetur. Viso etiam quinto capitulo, quod incipit: Quinto, quod per dictum formandum capitulum & Concilium, *&c. eadem sancta Synodus approbat, laudat, confirmat, & meliori modo quo fieri potest, plenissime firmat omnes & singula dispensationes, gratias & concessiones factas per dominum Benedictum prædictum quibusvis personis suæ obedientiæ, de quibusvis dignitatibus, ut in dicto quinto capitulo continetur; usque in diem primæ requisitionis factæ eidem domino Benedicto per Reges & principes suæ obedientiæ, ut in ipso capitulo continetur. Viso etiam undecimo capitulo, quod incipit:* Undecimo, quod dictus dominus Rex, *&c. Et attento quod dicitur in dicto undecimo capitulo ibi: Et quod in prima sessione dicta Sancta Synodus, &c. facit, concedit, statuit & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto undecimo capitulo continetur.*

Omnia præmissa tum prælati, ceterique notabiles viri sessioni interessentes, quam oratores sæpe fati, expresse juraverunt. Juramenta autem prædicta nomine Concilii & aliorum quorum intererat, de ipsius Concilii mandato requisiverunt & receperunt, & reverendi patres domini Jacobus Rhodini a parte dextera, in qua sedent Episcopi & Presbyteri Cardinales, & Thomas Polton sanctæ Sedis Apostolicæ protonotarius a parte sinistra, in qua sedent diaconi Cardinales & ceteri.

Quibus præstitis præfatus dominus Mediolanensis legit schedulam tenoris sequentis: Et prædicta omnia & singula intelligantur, & locum habeant, semper attento tenore omnium & singulorum capitulorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum cuilibet dicta sancta Synodus stare intendit, nec ab eis, vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere. Ad quam ex parte nationum & dominorum Cardinalium fuit responsum, Placet. *Deinde dominus Antonius Taual legit quamdam schedulam tenoris subsequentis:*

Schedola acceptationis, per Ambaxiatores Regis Arragonum lecta.

NOS Joannes Raimundus Floc comes Cardonæ, frater Antonius Taual sacræ paginæ magister, Generalis ordinis beatæ Mariæ de Mercede, Raimundus Zatmar miles, Sperans in Deo Cardonæ jurisperitus, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michael de Navers, utriusque juris Doctores, oratores, procuratores, Ambaxiatores & consiliarii illustrissimi principis & domini nostri Alphonsi Regis Arragonum, &c. dictis nominibus & quolibet ipsorum nominum, omnibusque aliis melioribus modo, via, jure, forma, causa & nominibus, quibus validius & efficacius possumus & valemus, omnia & singula decreta, statuta & protestationes, necnon conventiones ac pacta per sacrosanctum generalem Synodum Constantiensem nobiscum dictis nominibus facta & edita, & quæ nunc sunt seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis, & solemniter repetitis, vice & nomine domini nostri Regis præfati, ac omnium regnorum & terrarum suarum, acceptamus, assentimus, approbamus, & solemniter confirmamus: & similiter sicut ipsa Synodus protestata est, quod non intendit recedere a capitulis in prædicta civitate Narbonensi concordatis, de quibus in decreto præsentis Concilii nunc de proximo edito, quod hic volumus habere pro expresso & specifice declarato, facta exstitit mentio specialis, ita & nos dictis nominibus & quolibet eorum solemniter protestamur. Et super omnibus superius descriptis, promotores Concilii petierunt instrumenta. Et similiter Ambaxiatores Regis Arragonum per organum Antonii Taual hoc idem petierunt.

Prædictis peractis, Antonius Taual fecit collationem ad commendationem Regis & Reginæ Arragonum, assumens pro themate, Rex tuus venit, *Matth. 21. Qua collatione facta, reverendissimus pater dominus Franciscus tituli sanctorum Cosmæ & Damiani Cardinalis, nomine Synodi respondendo Antonio Taual, fecit brevem collationem, dicens:* Exsultemus omnes in Domino. *Post hujus collationem cœperunt omnes cantare hymnum,* Te Deum laudamus, *&c. Et oratione dicta, fuit cantata Missa de Spiritu Sancto per reverendissimum patrem Cardinalem Aquilejensem vulgariter nuncupatum. Acta fuerunt hæc anno, indictione, mense & loco quibus supra, &c.*

A *Collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.*

Sessio de unione Ambaxiatorum Arragonum.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Noverint universi, & singuli, tam præsentes, quam futuri, quod anno a Nativitate Domini *MCCCCXVI.* Indictione nona, die vero Jovis quinta decima mensis Octobris, hora sexta post mediam noctem in Ecclesia majori Constantiensi provinciæ Moguntinæ fuit sessio sacrosanctæ Synodi solemniter & devote tenta, & celebrata pro unione sanctæ matris Ecclesiæ, & pro extirpatione horrendi pestiferique schismatis inveterati, & aliorum peragendorum pro unione & concordia totius populi Christiani. In qua sessione acta fuerunt quæ sequuntur.

In primis egregii & honorabiles viri domini Ægidius Martini, & Valascus Petri legum famosi Doctores,
B Ambaxiatores & nuncii serenissimi principis domini Regis Portugaliæ & Algarbii quasdam protestationes fecerunt, & de facto protestati fuerunt, prout in quadam papyri schedula, quam unus de præfatis Ambaxiatoribus præfati domini Portugalliæ Regis de verbo ad verbum alta & intelligibili voce perlegit, plenius continetur, cujus quidem schedulæ tenor de verbo ad verbum sequitur talis:

Protestatio Portugallensium.

QUia licet potestas sæcularis subjiciatur, & succumbat spirituali & Ecclesiasticæ causaliter; regulariter tamen una distincta est ab alia; nec altera illarum, quod spectat ad aliam usurpare habet, nec suam falcem mittere; quia utraque a Deo omnium creatore, & singulorum directore constituta est, una, ut spiritualibus, & spiritualiter, alia
C vero ut corporalibus rebus & temporaliter præsit. Et propterea distincta suos *a* omnia per Reges & Regna, quæ per Christianos a Deo dominatore totius universi cognoscuntur: & cuilibet Regi commisit gladium executionis ad vindictam malorum, & protectionem bonorum: in quo includitur protectio catholicorum, & Ecclesiæ sanctæ Dei. Et inde scripsit Apostolus, quod obediendum est Regi tanquam præcellenti & a Deo misso, propter quod honor cuilibet Regi debetur a toto universo, qui sibi exsolvendus est juxta auctoritatem sacram dicentem, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Ex quibus apparet, quod honos debitus cuilibet Regi est pars suæ coronæ, suique dominii, & regiminis, sive administrationis, quam remittere non potest sine injuria, & honorificentiæ diminutione aliorum Regum, regnique sui, & regnicolarum suorum. Descendendo igitur ad speciem appellativam ad prædicta; dudum ema-
D naverunt litteræ Apostolicæ a Papa tunc in Sede Petri sedente, quarum tenore convocabatur, & convocatum fuit generale Concilium ad civitatem Constantiensem Moguntinæ provinciæ: ad quod fuerunt convocati & invitati omnes Reges, prælati, & principes, ac quicumque alii ad generale Concilium convocari & invitari consuevi; & specialiter ad tria in eisdem litteris expressa, videlicet ad exstirpationem schismatis, & Ecclesiæ unionem, hæresumque extirpationem, reformationem status ecclesiastici in capite, & in membris; ratione quarum materiarum non solum expressi in eisdem litteris intelliguntur convocati, sed etiam omnes catholici & fideles Christiani, propter materias & causas convocationis, quæ omnes & singulos fideles Christianos, & catholicos tangunt, & ab eis veniunt approbandæ determinatione, aut consensu. Deducto igitur ad notitiam
E serenissimi principis Regis Portugalliæ & Algarbii, quod mandatum Apostolicum hujusmodi emanasset, & propterea vocatus & invitatus ad veniendum, aut mittendum ad generale Concilium, juxta formam dicti mandati, licet justa & rationabili causa potuisset se excusare, cum *b* vocavit in exercitu & congressu contra inimicos fidei, contra quos dextera Dei sibi assistente, prævaluit, & civitatem *c* Cepta nuncupatam in eorum territoriis obtinuerit, qui est portus ad suscipiendum Catholicos, cum declinaverint ibi ad invadendum inimicos Crucifixi; tamen cupiens, & desiderans esse particeps tanti boni, sicut illa tela, propter quæ convocatum est generale Concilium; per hoc declarando mentem suam, quod suffragium, auxilium, & favorem, in quibus Ecclesiæ sanctæ Dei,

a MS. dominia.

b MS. vocabat.

c devota ad firmandum cultum in Africa.

ANNO CHRISTI 1416.

a MSS. denegare.

b MSS. & invitati.

c al. exorati.

d MSS. faciendo.

ctæ Dei, totique populo Christiano babet suffragari, consiliari, & auxilium dare, non vult, non intendit *a* derogare, hujusmodi justis, & rationabilibus excusationibus noluit, nec vult uti: quin immo suos Ambaxiatores, duos barones, & milites, & duos Doctores ad ipsum Concilium misit, & destinavit cum sufficienti mandato ad consentiendum & peragendum juxta materias subjectas & incumbentes. Qui in generali congregatione proposuerunt, admissique fuerunt & informati, quod Concilium distinctum esset per nationes, & quod concludenda in Concilio, primo in nationibus deliberarentur; quia nulli erant de natione Hispanica, qui adhuc incepissent se congregare per modum nationis ad deliberanda, concludenda, & decernenda per Concilium, & in sessione publica: *b* etiam invitati per quamplures & diversos, oriundos de Regnis & natione Hispanica, voluerunt incipere nationem juxta modum & formam aliarum nationum, prout, & quemadmodum de jure & ratione ad ipsos spectabat. Sed requisiti, & *c* exhortati pro parte nationum aliarum, videlicet Italicæ, Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, & per deputatos earumdem, ut dissimulare vellent, & supersedere, causa deferendi gratiose & amicabiliter Ambaxiatoribus serenissimi Regis Arragoniæ de proximo tunc venturorum, & ut per hoc allicerentur ad se uniendum cum aliis nationibus, & cum eis facerent Concilium generale ad bonum unionis Ecclesiæ universalis; & non percipientes aliquem dolum latere in his, sicut nec forte latebat, annuerunt libenter propter tantum bonum quod affectat, & appetit Rex serenissimus Portugalliæ dominus eorum, qui eos ad hoc misit, & etiam destinavit. Sed postquam applicuerunt Constantiam Ambaxiatores prædicti, & serenissimi Regis Arragonum propter aliud, quod gratiose annuerunt antedicti Ambaxiatores Regis Portugalliæ serenissimi, incœpit eis esse onerosum, & diminutivum juris & honoris Regalis celsitudinis Regis Portugaliiæ: & inde secutum est, quod Ambaxiatores serenissimi Regis Arragonum, qui juxta capitula concordata in Narbona inter Rumanorum Regem invictissimum, & Ambaxiatores, sive nuncios missos per generale Concilium Constantiense ex una, & serenissimum Regem Arragonum partibus ex altera: statim, quod denotat remotionem temporis intervalli, debuisset obedientia sua venire cum obedientia *d* faciendo generale Concilium, & cum ea unum generale & universale Concilium fecisse, & deinde procedere ad ulteriora juxta tenorem dictorum capitulorum in Narbona concordatorum: Tamen intervenientibus quibusdam plus sapere volentibus, quam expediebat, & ad alios fines, quam sint illi, propter quod fuerit generale Concilium convocatum, prout satis intellexerunt & intelligunt præfati Ambaxiatores serenissimi Regis Portugalliæ, & per media exquisita, loco & tempore specificanda per eosdem Ambaxiatores, distulerunt hoc facere fere per mensem cum dimidio. Et medio tempore tractatum est quod peterent, antequam unirentur, sibi concedi, quod ipsi Ambaxiatores præfati serenissimi Regis Arragonum, qui in numero sunt sex, quorum tres sunt Ecclesiasti, alii vero sæculares, & laici, utrique viri maximæ nobilitatis, prudentiæque, litteraturæ, & gravitatis, a Concilio, & per Concilium, ut in natione Hispanica constituenda voces eorum essent tantæ virtutis, & auctoritatis, quantæ essent voces omnium prælatorum & singulorum de clero vocari consuetorum ad generale Concilium, regnorum, terrarum, & dominiorum, quæ habet, & possidet ipse Rex Arragonum serenissimus citra mare & ultra mare, sive insulis, qui hoc petierunt, & per nationes certas obtinuerunt deputari etiam nomine collegii dominorum Cardinalium etiam per modum pacti: & se faciunt audiri, quod per consensum nationum, & dicti collegii in sessione publica, & generali Concilio obtinebunt hæc sibi concedi, & auctorizari. In quibus, & per quæ quamplurimum præfatus Rex Portugalliæ serenissimus, suique suæ coronæ, suique Regni atque honor læditur, & justitia offenditur & etiam opprimitur, & non solum ipse, sed etiam Rex, & Regnum Castellæ, & etiam Navarræ. Sed dicitur quod cum illis dictis Ambaxiatoribus dicti Regis Arragonum serenissimi bene se concordabunt, & sic tota læsio retorqueretur, remanetque, & residet in injuriam & detrimentum dicti Regis Portugalliæ serenissimi, regnique sui, ac suorum; ex eo quod præsupposita concordia inter prædictos dominos Reges serenissimos, & Ambaxiatores eorum, videlicet Castellæ, & Navarræ, & dicti Regis Arragonum, sane non erit, & est in potestate, & beneplacito Ambaxiatorum præfati Regis Arragonum serenissimi concludere, & facere concludi secundum præfatam conclusionem, quod placebit eis in natione Hispanica, secundum morem hactenus observatum in nationibus prædictis, in quibus concluditur super positis in deliberatione, a pluralitate votorum; per hoc intervertendo observantiam antiquam generalium Conciliorum, in quibus processum est, & semper per capita, & voces: & sic pro nihilo habebantur, & habentur serenissimus Rex Portugalliæ prædictus, Regnumque suum, & prælati, ac illi de clero regnorum, & dominiorum suorum, & Ambaxiatores sui in hoc sacro Concilio. Et per hoc subjici

B videretur tacite & per quamdam consequentiam Rex ipse, regnumque suum, & regnicolæ, clerusque, & populus ac dominia sua Regi Arragonum; qui tamen Rex Portugalliæ tenet regna sua, terras & dominia sua libere, & libera sine recognoscendo a quocumque alio vivente in terris, nisi a Deo solo rectore suo maxime in temporalibus, quemadmodum & ceteri Reges Hispaniarum, prout dicunt, & recitant historiæ, *e* gloriosique Doctores: Quorum regum Hispaniarum ipse est unus; qui non potest, nec etiam debet facere, & qui nunquam fecit novitatem, nec fieri permisit in Regnis suis, nec dominiis; Domuique suæ Portugalliæ admisit Ecclesiæ Romanæ & Sedis Apostolicæ provisionem, de qua *f* grandi non immerito fecit mentionem: quam alii Reges, & Principes dicuntur eam facere non potuisse, nec per consequens hoc sacrum Concilium, in quo præsunt, dominantur, & concludunt prælati & personæ ecclesiasticæ, nec detrahere,

C nec diminuere in tantum honori suo, & juri Regnorum suorum. Et quia altra prædicta absorbentur totaliter voces, & vota prælatorum & aliorum de clero Regnorum & dominiorum suorum Catholicorum, & qui in obedientia Ecclesiæ Romanæ semper persliterunt, per fictas voces illorum, de quibus scitur, quod non venirent ad hoc sacrum Concilium generale, sed in schismate perseverarent, ne opinioni Ambaxiatorum dicti domini Regis Arragonum adhæreant: Opprimiturque justitia & veritas, quia prælati, & illi de clero Regnorum Trinacriæ, Corsicæ, &c. qui sunt in dominio Regis Arragonum, & aliorum dominiorum suorum in insulis positorum, qui veraciter sunt alterius nationis, includuntur in dicta confessione, ut inde possit in dicta Hispanica natione residuum superare, & ad beneplacitum & voluntatem dictorum Ambaxiatorum

D concludere, quod aliter non possit. Unde Spiritus Sanctus suo sancto dictamine per tales fictiones aut fallacias non influit gratiam suam, nec videtur adesse, sed potius abesse; nec talia dictare, quæ tamen sine tanto turbine offensaque justitiæ, & veritatis poterant melius fieri, & ordinari, prout petierunt dicti Ambaxiatores; videlicet quod ipsi cum dominiis suis, & serenissimo Rege Navarræ ac dominiis suis facerent unam nationem. Idcirco nos Ægidius Martini, & Valascus Petri legum Doctores, Ambaxiatores & Nuncii serenissimi Regis Portugalliæ, & Algarbii, non valentes hoc sine dissimulatione pertransire, dubitantes non immerito aliter quamplurimum reprehendi, in absentia præfatorum baronum, & militum, quorum sumus collegæ absentium de præsenti causa visitandi invictissimum Regem Romanorum, ad quem iverunt; protestamur in his scriptis, prædictam concessionem vocum

E prælatorum dicti regni Arrag., ac terrarum eidem subjectarum factam prædictis Ambaxiator, esse nullam ipso jure, & minime debere obtinere roboris firmitatem,

Protestamur etiam in his scriptis sæpe, & sæpius, & instanter, ac instantissime, quod quidquid fuerit ordinatum, dispositum, & concordatum deinceps post hujusmodi protestationem per tales voces sit contra jus, & justitiam concessas, sit nullum, irritum, & inane; & etiam quidquid ex hujusmodi vocibus, & aliis quibuscumque hujus Concilii, & aliorum Prælatorum quorumcumque cujuscumque conditionis, status, dignitatis aut præeminentiæ processeris, sit etiam nullum, nullum faciat ex eisdem damnum, detrimentum, seu præjudicium serenissimo domino nostro Regi, nec regnis suis, nec etiam prelatis, & beneficiatis, aut quibuscumque personis, & terris, nec

eidem

ANNO CHRISTI 1416.

e MSS. gloriosique, & doctores.

f MSS. de qua capitulum, Grande.

ANNO CHRISTI 1416.

eidem domino nostro subjectis, quodque nullam habeant, nec habere debeant executionem, nec obedientiam in regnis, terris aut dominiis præfati domini nostri Regis; nisi quatenos, & in quibus dominus noster Rex certificatus & informatus prius de mea præsenti protestatione, voluerit, sibique videbitur, & placuerit; nec etiam faciat præjudicium aliis beneficiatis hic existentibus prædictorum regnorum; cum ad eos spectat de jure, ut supradictum est, habere prædictas voces; & non alios nomine prælatorum absentium, & non consentientium præfato concilio, immo expresse contradicentium.

Et de hac protestatione, ac protestationibus per nos Ambaxiatores prænominatos facta & factis cum tenore hujus schedulæ, petimus a vobis dominis Apostolicæ sedis protonotariis & notariis hic præsentibus, & quolibet vestrum unum, duo, ac plura, & quot expedierint instrumenta, & specialiter B a vobis Martino Luppi notario, ad perpetuam rei memoriam & testimonium præmissorum.

Quibus peractis, ut præfertur, in finem, & effectum, ut omnia, & singula agenda in concilio cum tranquillitate & concordia perpendi possint, de mandato Concilii, & Synodi prædictæ ascenderunt ambonem, in quo litteræ, decreta, & actus dictæ Synodi legi, & publicari solent, reverendissimi in Christo patres & domini, domini Joannes Patriarcha Antiochenus, & Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis; Qui quidem Archiepiscopus legit alta, & intelligibili voce schedulam hujusmodi tenoris.

Sequitur decretum lacationis Ambaxiatorum regis Arragonum: ut supra in hac sessione.

Qua schedula, ut præfertur, lecta, reverendissimi in Christo patres domini Franciscus Aretinensis C Episcopus pro natione Italica, Joannes Patriarcha Constantinopolitanus pro natione Gallicana, Nicolaus Episcopus Merseburgensis, salvis protestationibus alias factis, pro natione Germanica, Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, ac etiam reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis & Vicecancellarius pro sacro Collegio Cardinalium, responderunt, *Placet*.

Post quæ, protestatione facta per egregium legum doctorem dominum Ardecinum de Novaria advocatum consistorialem, cujus protestationis tenor in quadam papyri schedula, quam idem Ardecinus in suis manibus tenebat, describitur, & cujus schedulæ protestationem hujusmodi continentis tenor de verbo ad verbum inferius describitur; præfatique Ambaxiatores serenissimi principis domini Francorum regis surrexerunt: & ad aliam partem, videlicet ad lo- D cum immediate post Ambaxiatores serenissimi Principis domini Regis Angliæ accesserunt, ibidemque sederunt, semper in suis protestationibus persistendo, prout in dicta schedula per dictum Ardecinum tradita, de qua superius fit mentio, continetur; cujus quidem schedulæ tenor sequitur in hæc verba:

Protestatio Ambaxiatorum regis Jacobi, & Joannæ Reginæ.

Reverendissimi patres & domini. Audito & plenius intellecto hoc decreto præsentis sacrosanctæ Synodi Constantiensis in hoc sacro Concilio præsentialiter lecto, & divulgato, cujus tenor per omnia talis est, *Sacrosancta Synodus*, &c. Ambaxiatores prædictorum serenissimorum principum Regis Jacobi & Reginæ Joannæ conjugum, ut retro sedentes in hoc loco immediate post spectabiles Amba- E xiatores serenissimi Regis Francorum, qui locus eisdem competit, nomine & pro parte prædictorum dominorum suorum Regis Jacobi & Reginæ Joannæ, absentibus Ambaxiatoribus serenissimi regis Castellæ, nequeuntes præfato decreto hujus sacri Concilii, in quantum eis forte contrarium est, consensum præstare, cum super hoc a dictis eorum dominis serenissimis Rege & Regina mandatum non habeant, nec eidem decreto valentes contraire, tanquam obedientiæ filii, & pro bono sanctæ unionis, Deo dante perficiendæ, a prædicto eorum loco & sessione secedunt; & vadunt ad secundum locum eis deputatum immediate post prædictos spectabiles Ambaxiatores serenissimi Regis Angliæ juxta seriem decreti prædicti, qui locus eisdem debetur & competit, advenientibus dictis Ambaxiatoribus regis Castellæ: protestatione præmissa quod per hunc discessum a dicto eorum loco, & accessum ad prædictum locum immediate post ipsos dominos Ambaxiatores Regis Angliæ accessionem & moram ibidem finiendam per ipsos dominos Ambaxiatores serenissimi Regis Jacobi, & Reginæ Joannæ, nullum præjudicium generetur prælatis serenissimis Regi, & Reginæ, aut prædicto eorum regno Siciliæ, aut prædictis eorum Ambaxiatoribus, in possessione, seu quasi, dicti loci; nec per eos aut quoscumque alios actus factos, vel fiendos jus aliquod seu possessio alicui, seu aliquibus acquiratur. a Cum enim non differant, vel dimittant animo perdendi ipsius possessionem, seu quasi, b in quo... in corpore & in animo insistunt, & intendunt insistere in futurum, sed ab eo ea vice dumtaxat se transferunt, & ad prædictum alium locum, ut præfertur, deputatum accedant, ex ipsis gratia & tolerantia pro hac vice dumtaxat concessa, de quibus supra fit mentio, pro bono unionis prædictæ, Deo auspice, consequendæ, juxta continentiam decreti prædicti. Quodque etiam nullum præjudicium generetur eisdem Regi & Reginæ, aut prædicto eorum regno, aut dictis eorum Ambaxiatoribus in sessionibus, processionibus, vocibus, loquelis, & aliis actibus quibuscumque factis & fiendis tam in hoc sacro Concilio præsenti, quam futuro, quam etiam in Romana curia, aut in alio loco, vel aliis locis quibuscumque: Et petit instanter & instantissime, tam de præfato decreto, quam de præfatis protestationibus, a vobis dominis Protonotariis & aliis personis publicis in hac sacrosancta Synodo & congregatione præsentibus, & a vestrum quolibet, unum, duo vel tria publica instrumenta, cum interclusione præsentium, eis fieri, & in debita & solemni forma a vallata eis tradi, idem continentia in effectu; & de iis, & maxime de prædicto decreto a præfata sancta Synodo bullas hujus sacri Concilii eis concedi, ad prædictorum serenissimorum dominorum suorum Regis & Reginæ, dictique eorum regni Siciliæ, & ipsorum Ambaxiatorum certitudinem, & cautelam, ad futurorum perpetuam memoriam. De quibus protestationibus, & petitionibus non recedunt per quemcumque actum huic forte contrarium, adversum, vel diversum, nisi expresse renunciarent eisdem.

a MS. Cum enim deferant, nec dimittant.
b MS. in quo, viso, in corpore, &c.
a Forte, bullata.

Postea vero supervenerunt illustrissimus Princeps dominus Reymondus Floch, Comes Cardonæ, magnæ religionis ac scientiæ vir, Fr. Antonius Taual sacræ theologiæ professor, Generalis ordinis sanctæ Mariæ de Merceede, nobilis & potens vir dominus Raymondus Xatinat, miles; nobilis vir Sperans in Deo Cardona juris peritus; ac venerabiles, & egregi viri domini Gundisalvus Garsia de sancta Maria decretorum, & Michael de Navers utriusque juris doctores, oratores, procuratores, Ambaxiatores, & consiliarii illustrissimi principis domini Regis Arragonum: & ascenderunt ambonem prædictum. Et antequam aliquid dicerent, seu proponerent, venerabilis & circumspectus vir magister Joannes Campani, præfati serenissimi Regis Francorum procurator, quasdam protestationes fecit, & realiter protestatus fuit, ut in quadam papyri schedula continetur, quam de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, ut sequitur:

Protestatio pro Rege Francorum.

Cum Legati serenissimi & Christianissimi Francorum Regis, qui ad tollendum difficultatem & contentionem quamdam inter quosdam aliorum serenissimorum Regum Legatos super assignandis sedibus & locis, Legatis serenissimis Regis Arragonum ad hoc sacrum Concilium destinatis, ad uniendum eumdem dominum Regem Arragonum cum eodem Concilio, ne prætextu difficultatis hujusmodi c dicta fienda unio dicti domini Regis Arragonum, quod ipsi una cum prædictis legatis præfati domini Regis Francorum alternate sedeant pro ista vice, & in isto Concilio, & loco Constantiæ dumtaxat: protestantur quod talis concessio, & alternata sessio prædicta, serenissimo Francorum Regi, aut suo juri, suisque Legatis & honori prærogativæ sedis in Conciliis generalibus non præjudicet; nec per hoc præfato domino Regi Arragonum, aut suis Legatis jus ibidem alternate sedendi cum Legatis Regis Franciæ acquiratur; sed reputetur dicta concessio de speciali gratia in favorem unionis, & pro ista vice, ut præfertur, dumtaxat: & hanc prote-

c MS. dicta fiendaunio.

ANNO CHRISTI 1416.

testationem petunt per hoc sacrum Concilium, & per legatos ejusdem domini Arragonum admitti.

Qua schedula proxime descripta, ut præfertur, per magistrum Joannem Campani, egregius & venerandæ circumspectionis vir magister Guilielmus Pulcrinepotis sacræ theologiæ professor, Ambaxiatorque una cum aliis spectabilibus, magnificis, & egregiis viris præfati serenissimi Principis domini Francorum Regis, & Ambaxiatores pro interesse prædicti Francorum Regis, & juris sui, ac suo & dictorum Ambaxiatorum suorum nomine petiit, & instanter requisivit, quod prædicta protestatio per dictum magistrum Joannem Campani procuratorem facta & lecta, ut superius describitur, per sacrosanctam Synodum Constantiensem, ac prædictos dominos Ambaxiatores illustrissimi domini Regis Arragonum supradicti admitatur, eamque admitti per eosdem requisivit.

Qua requisita per prædictum magistrum Guillel- B mum Pulcrinepotis, ut præfertur, facta, prædicti domini Ambaxiatores dicti domini Alphonsi Regis Arragonum libenter admiserunt, & in signum hujusmodi admissionis responderunt, *Protestationem vestram admittimus*. Et etiam dicta sancta Synodus dictam protestationem benigne admisit, & in signum hujusmodi admissionis, supradicti domini, Cardinalis Ostiensis, Patriarcha Constantinopolitanus, Franciscus Aretinus, Nicolaus Merseburgensis, & Patricius Cortagensis Episcopi, nominibus quibus supra, responderunt, *Placet*. De qua quidem protestatione, & ejus admissione idem magister Joannes Campani procurator, & prædictus magister Guilielmus Pulcrinepotis, Ambaxiatores domini Regis Francorum, & suis nominibus, & eorum quilibet petierunt, & instanter requisierunt sibi & cuilibet ipsorum fieri & confici unum & plura, publi- C cum & publica, instrumentum & instrumenta, per reverendos patres dominos sedis Apostolicæ protonotarios, ac sacri Concilii notarios, & eorum quemlibet; & si expediens fuerit, & eis videbitur opportunum, quod de præmissa protestatione & etiam admissione ejus, fiant litteræ opportunæ sub bulla dicti sacri Concilii, sive dictæ sacrosanctæ Synodi, ad æternam rei memoriam. Et similiter protestati fuerunt & requisierunt prædicti domini procuratores, & Ambaxiatores illustriss. d. Alphonsi Regis supradicti.

Postea prædictus reverendissimus magister Antonius Taxal, Generalis ordinis beatæ Mariæ de Mercede, legit in dicto ambone, &c. *ut supra, sub initium sessionis xxii. usque ad ea verba*, In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

Super quibus fuerunt petita per magistrum Henricum de Piro, & Joannem de Scribanis promotores Sy- D nodi unum vel plura, publicum vel publica instrumenta, necnon per eosdem procuratores & oratores regis Arragonum hinc inde ad perpetuam memoriam.

Et nihilominus ad instantiam domini Antonii Generalis, nomine Ambaxiatorum prædictorum, & requisitionem domini Aretinus pro natione Italica, Joannes Patriarcha Constantinopolitanus pro Gallicana, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, Patricius Cortagensis pro Anglicana nationibus responderunt, *Placet*: Necnon Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis Vivariensis pro collegio Cardinalium similiter, *Placet*.

Quibus sic, ut præfertur, peractis, prædicti domini Ambaxiatores illustrissimi Principis domini Alphonsi Regis Arragonum &c. supradicti, descenderunt de ambone, & iverunt in scamno, ubi sedebant domini Ambaxiatores serenissimi domini Regis Franciæ, & interpositi fuerunt inter eosdem in hunc modum. E Primo enim sedebat in primo loco egregius & famosus vir dominus Joannes de Gersono Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis sacræ Theologiæ professor, Ambaxiator prædicti domini Francorum Regis; & post ipsum sedebat illustrissimus princeps dominus Raymundus Floch Comes Cardonæ ambaxiator prædicti Arragonum Regis: Et subsequenter venerabilis & egregius vir dominus Jordanus Martini ejusdem Sacræ Theologiæ professor, Francorum. Subsequenter post ipsum magnæ religionis & auctoritatis vir frater Antonius Taxal Sacræ Theologiæ magister, Generalis beatæ Mariæ de Mercede, Arragonum: & venerabilis & magnæ circumspectionis vir magister Guilielmus Pulcrinepotis Sacræ Theologiæ professor, Francorum. Et post, nobilis vir Raymundus Xatiniar miles, Arragonum: Et A subsequenter magnæ religionis & scientiæ vir dominus Petrus de Vercellis, prior prioratus de Calvo-monte ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diœcesis, Sacræ Theologiæ professor, Francorum. Et post egregius & magnæ circumspectionis, & prudentiæ vir Sperans in Deo Cardona jurisperitus, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum, & Michael de Navers utriusque juris Doctores, Arragonum; Regum Ambaxiatores sedentes ordinate, prout immediate describitur.

Quibus sic ordinate peractis, & in bona concordia & pace completis, reverendissimi, reverendique patres & domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique Prælati, cappas Ecclesiasticas, sive pluvialia induerunt, & mitras capitibus imposuerunt, ut est moris: & reverendissimus in Christo pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis & Vicecancellarius, in eadem sessione præsidens, existens in pluviali, & mitra pretiosa ornatus, ut est moris, associatus diacono & subdiacono & multis aliis in habitibus, ut est fieri consuetum, diaconus dixit alta voce cantando, *Orate*. Et hoc per diaconum dicto, omnes flexis genibus per aliquod intervallum temporis oraverunt. Qua oratione facta, dominus præsidens, & ceteri omnes surrexerunt, & dictus dominus Joannes Cardinalis Ostiensis præsidens dixit cantando, ut est fieri consuetum, orationem sequentem.

Adsumus, Domine Sancte Spiritus, adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter congregati. Veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, & doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante a *tibi complacere valeamus. Esto solus suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & ejus Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summam diligis æquitatem; ne in sinistram nos ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat: sed nos junge tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, & in nullo deviemus a vero: quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus* b *cum moderamine pietatis justitiam, ut hic in nullo a te dissentiat sententia nostra, ut in futuro* c *pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Amen.*

Qua oratione facta, cantores & cappellani inceperunt antiphonam. *Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem, &c. Salvum, &c. Gloria Patri, &c.* Postea diaconus dixit alta voce, *Orate*. Quo dicto omnes flexis genibus orarunt, & post modicam orationem diaconus dixit: *Oremus. Mentibus nostris quæsumus Domine Spiritum Sanctum infunde, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum* d *moderatione pietatis justitiam, ut hic a te in nullo dissentiat voluntas nostra, sed semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, exsequamur in factis. Per Dominum, &c.*

Postea diaconus & subdiaconus supra altare inceperunt litaniam, quam cum adjutorio cantorum, & aliorum adstantium usque ad locum, Ut dominum Apostolicum, &c. Et cum adventum est ad illum locum, dictus dominus præsidens, qui cum aliis flexis genibus stabat, surrexit, & cantando dixit, vertendo se ad congregationem, & dando benedictionem. *Ut hanc sanctam Synodum, & omnes gradus Ecclesiasticos servare digneris.* Et rursum responsum per adstantes qualibet vice, *Te rogamus audi nos*. Et postmodum completa fuit litania. Qua completa, prædictus dominus præsidens e dixit orationem: *Da quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum, &c.*

Et iis completis, diaconus, incensis duobus cereis, dixit supra pulpitum evangelium illud. *In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis, Hoc est præceptum*, &c. Quo evangelio lecto, prædictus dominus Cardinalis præsidens incepit alta voce, *Veni creator Spiritus*: & sibi adstantes compleverunt versus, & alii dixerunt alium, & sic alternis vicibus usque ad complementum hymni. Quo hymno finito, dixerunt duo f adstantes Episcopo domino præsidenti in superpelliciis, *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur*: Responsum per adstantes: *Et renovabis faciem terræ*. Postea prædictus dominus præsidens dixit, *Oremus*, Deus

a MS. tibi, in omnibus.

b MS. cum moderamine pietatis justitiam.

c MS. pro bene gestis.

d MS. moderamine.

e MS. dixit, oremus. Et diaconus dixit, Flectamus genua. Et subdiaconus dixit, Levate. Et deinde præsidens dixit orationem, &c.

f MS. adstantes ipsi domino.

ANNO CHRISTI 1416.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione, &c. Postmodum duo ex adstantibus domino præsidenti, videlicet Diaconus & Subdiaconus dixerunt, *Benedicamus Domino*: Responsum per adstantes, *Deo gratias*.

Quibus solemnitatibus, devotionibus & orationibus finitis ut supra, præfati domini Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis, & Antonius Taxal Generalis beatæ Mariæ de Mercede, Ambasiatores prædicti ascenderunt ambonem: & idem Archiepiscopus Mediolanensis legit & publicavit in dicto ambone de mandato sancti Concilii, alta & intelligibili voce, nonnulla statuta, decreta & capitula sub his verbis. Concessio votorum Ambaxiatoribus regis Arragonum. Sacrosancta &c.

Vid. superius in sessione hac xxxv. ex editione prima, sub hoc titulo *Concessio votorum*, &c. pag. 474.

Et attento quod dicitur in dicto xI. capitulo ibi, Et quod in prædicta sessione dicta sancta Synodus facit, concedit, statuit, & ordinat in omnibus, & per omnia, prout in dicto xI. capitulo continetur. Quibus ut superius, describuntur, tam solemniter lectis & peractis, reverendissimi reverendique in Christo patres & domini, domini S. R. E. cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & alii prælati, doctoresque magistri, ac etiam regum, principum prælatorum, universitatum studiorum, capitulorum, conventuum, communitatum, & aliorum absentium ambaxiatores, nuncii, oratores, & procuratores, ac ceteri nobiles viri, & alii in dicto Concilio, ac sessione prædicta existentes, expresse & specialiter juraverunt, videlicet domini cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi & prælati more prælatorum manum dexteram ad pectus ponendo; & regum ac principum, & universitatum, & diversorum aliorum ambaxiatores, nuncii & procuratores super sancta Dei evangelia eorum manibus corporaliter tacta; multitudo aliorum ibi existentium, com pressura etiam magna propter nimiam multitudinem ibidem interessentium, & quilibet eorum levavit manus, versus altare jurando & promittendo, ut singulares pro se, & etiam pro aliis, tanquam ad hoc sufficienti potestate suffulti, prout in dicto xI. capitulo describitur, & etiam continetur.

Juramenta autem prædicta nomine dicti Concilii, & aliorum a interesse potest & poterit in futurum, de ipsius sacri Concilii mandato requisierunt & receperunt reverendi patres domini Jacobus Rodini a parte dextera, in qua sedent episcopi & presbyteri cardinales, & Thomas Polton sanctæ sedis protonotarius a parte sinistra, in qua sedent diaconi cardinales.

a Adde, quorum.

Quibus juramentis, ut præfertur, præstitis, prædictus dominus archiepiscopus Mediolanensis de mandato ipsius sancti Concilii legit quamdam schedulam tenoris sequentis:

„ Et prædicta omnia, & singula intelligantur, „ & locum habeant semper, attento tenore omnium & singulorum capitulorum in Narbona con„ cordatorum, quibus, & eorum cuilibet dicta Sy„ nodus stare intendit, nec ab eis, vel eorum ali„ quo in toto, vel in parte recedere.

Qua schedula lecta, reverendi in Christo patres domini Franciscus Episcopus Aretinensis pro natione Italica, Joannes patriarcha Constantinopolitanus pro natione Gallicana, Nicolaus Merseburgensis pro Germanica, Patricius Corcagensis pro Anglicana, ac etiam reverendissimus in Christo pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, tunc in dicta Synodo præsidens, pro collegio dominorum cardinalium, responderunt quilibet eorum, *Placet*.

Qua responsione per verbum, *Placet*, per prædictos dominos ut immediate scribitur, facta, venerabilis & magnæ circumspectionis vir dominus Antonius Taxal prædictus ambaxiator ascendit ambonem, & in ipso ambone alta & intelligibili voce respondendo prædictis lectis per dominum archiepiscopum Mediolanensem, legit quamdam schedulam, cujus tenor sequitur de verbo ad verbum talis: Nos Joannes Raymundus Floch, &c.

Vid schedulam acceptationis superius editam, sub finem sessionis hujus ex prima editione, pag. 476.

De quibus omnibus & singulis superius descriptis, & post dictam unionem factam, lectis, approbatis, juratis, responsionibus, & aliis qualitercumque dictis & factis, prædicti venerabiles & circumspecti viri magister Henricus de Piro de Colonia licentiatus in decretis, & Joannes de Scribania de Placentia procuratores & promotores dicti sacri Concilii Constantiensis, petierunt & requisierunt instanter, instantissime, fieri & confici per reverendos patres dominos sanctæ sedis Apostolicæ protonotarios & notarios publicos ad conscribenda acta dicti sacri Concilii deputatos, & ordinatos, & eorum quilibet unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Et prædicti domini ambaxiatores serenissimi principis domini Alphonsi regis Arragonum, &c. Et per organum dicti magistri Antonii Taxal consimiliter petierunt & requisierunt, eis fieri unum & plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta per quos supra, & eorum quemlibet pro prædicti eorum domini, regnorumque & terrarum suarum, ac etiam pro suo, & cujuslibet ipsorum interesse & cautela ad perpetuam rei memoriam.

Quis, ut superius seriatim describuntur, solemniter & devote peractis, prædictus venerabilis, egregiusque vir magister Antonius Taxal multum eleganter cum solemni & officiabili alloquio ad laudem & honorem dicti sacri Concilii, & ad commendationem prædicti regis Alphonsi, nec non reginæ Arragonum matris prædicti regis solemnem collationem fecit, pro cujus assumpto accepit verba sacri evangelii, *Rex tuus venit*, scripta *Matthæi 21. cap.*

Qua collatione, ut præfertur, facta, idem reverendus magister dominus Taxal descendit de dicto ambone, & ivit ad dictum locum suum: & reverendissimus in Christo pater dominus Franciscus sanctorum Cosmæ & Damiani sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ diaconus cardinalis, Florentinus vulgariter nuncupatus, ascendit dictum ambonem: & nomine dicti Concilii respondendo eidem domino Antonio Taxal, fecit unam brevem collationem in alto, claroque & profundo stilo, dicendo: *Exultemus omnes in Domino Deo nostro*: & mirabiliter deduxit exultationem, quam habere debemus, cum pacem ecclesiæ Dei propinquare videamus; pro qua pace subjunxit: *Pax Christi exultet in cordibus nostris, in qua vocati estis nunc in uno corpore. Ad Colocenses 3. capite*: Et cum brevi sermone multum commendasset, verba præassumpta deduxit. Post cujus quidem collationem & deductionem, omnes inceperunt cantare hymnum, *Te Deum laudamus*, cum pulsatione campanarum. Quo hymno totaliter decantato, & dicta oratione per prædictum dominum Joannem Ostiensem, &c. Cantores inceperunt cum nota Missam de Sancto Spiritu, quam solemniter & devote celebravit reverendissimus in Christo pater dominus cardinalis, Aquilegensis vulgariter nuncupatus. Qua celebrata, & per eum solemni benedictione data, omnes secesserunt.

Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, mense, loco & hora, quibus supra, præsentibus ibidem & interessentibus reverendissimis in Christo patribus & dominis dominis Jordano de Ursinis Albanensi, Angelo Laudensi Prænestinensi, & Antonio Portuensi Bononiensi episcopis, Francisco tituli sanctæ Crucis in Jerusalem Venetiarum, Joanne tituli sancti Sixti Ragusini, Almanno tituli sancti Eusebii Pisanensi, Gabriele tituli sancti Clementis Senensi, Antonio tituli sanctæ Susannæ Aquilegensi prædictis: Angelo tituli sanctorum Marcellini & Petri Veronensi, Petro sancti Chrysogoni Cameracensi, Thoma tituli sanctorum Joannis & Pauli Tricaricensi, Branda tituli sancti Clementis Placentino, Guillelmo tituli sancti Marci, Antonio tituli sanctæ Cæciliæ de Chalanco, & Petro de Fuxo presbyteris; Amedeo de Salucius sanctæ Mariæ novæ, Raynaldo de Brancaciis sancti Viti in Macello, Ludovico de Flisco sancti Adriani, Ottone de Columna sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Francisco sanctorum Cosmæ & Damiani Florentino nuncupato, diaconis S. R. E. cardinalibus, Joanne Constantinopolitano, & Joanne Antiocheno patriarchis, necnon dominis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, magistris & doctoribus, ac etiam regum, principum, prælatorum, universitatum studiorum, capitulorum, conventuum nonnullorum absentium ambaxiatoribus, nunciis &

ANNO CHRISTI 1416.

cits & Procuratoribus, nonnullisque notabilibus & egregiis, magnificis & præclaris viris in grandi numero, & multitudine copiosa testibus interessentibus in præmissis,

SESSIO XXIII.

Ex prima editione.

Jovis die quinta mensis Novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, fuit celebrata generalis sessio in majori Ecclesia Constantiæ, præsidente eidem sessioni reverendissimo patre domino Joanne Episcopo Ostiensi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali & Vicecancellario. Fuitque cantatum officium Missæ de Spiritu Sancto per dominum Joannem Patriarcham Antiochenum. Quo expleto, legebantur litaniæ, & alia fiebant quæ in sessionibus fieri solent. Eisdem completis, reverendissimus pater dominus Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis legit & publicavit ordinationem sanctæ Synodi sub tenore sequenti:

Commissio Deputatorum data super informatione summaria facienda ad effectum citationis personalis, & per edictum contra Petrum de Luna.

a Mss. uno Deo Domino Jesu.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, in auctore pacis a uno Deo nostro Jesu Christo, qui sibi sponsam unam sanctam Ecclesiam sui pretiosi sanguinis gratia comparavit: quæ in Christo Jesu summo angulari lapide crevit in templum sanctum in Domino, junctisque simul parietibus fecit utraque unum, ut in pace fierit locus ejus: ad tollendum pacis obstacula, uniendamque scissuram fidelium, in qua ille b Christi adversarius, caput ecclesiæ malignantium, dolens satis & erubescens, hominem constantem ex lutea materia, caritatem in terra tenere, quam in cælo nequiverat habere; ipsius sponsæ Christi per schisma pestiferum, proh dolor! ingens, & tam diuturnis, utpote triginta octo annorum, c temporibus jam peractis, caritatem vulneravit, rescidit unitatem. Quæ licet in magna parte Spiritus Sancti gratia in præsenti sacratissima generali Synodo ad hoc præcipue inter cetera congregata cooperante, d conjuncta sit per ejectionem & renunciationem domini Baltassaris olim Joannis vigesimi tertii, & renunciationem Angeli de Corario, Gregorii duodecimi in sua obedientia nuncupati, qui inter se cum domino Petro de Luna, Benedicto decimotertio in sua obedientia nuncupato, de papatu contendebant; quorum Joannis & Gregorii Dei gratia in eadem sancta Synodo obedientiæ sunt unitæ: adhuc tamen hostis ille unitatis & pacis, in reliqua parte, videlicet in sua obedientia dicti domini Petri, Benedicti decimitertii nuncupati, seu ejus parte, per ejusdem domini Petri duritiam, pertinaciam & contumaciam, in grave & maximum scandalum universalis Ecclesiæ & Christiani populi, atque periculum fidei catholicæ & ruinæ fidelium animarum, scissam detinet, & lacrymabiliter vulneratam: idcirco eadem sancta Synodus inter cetera ad ipsum schisma & hæreses alias extirpandum, procurandamque ipsius ecclesiæ unionem, præcipue congregata; considerans quod præmissis attentis, totum hujus reliqui schismatis pondus in persona dicti domini Benedicti consistit, & quod in eo solo stat, quo minus ipsum schisma radicitus exstirpetur, & per consequens resultet præfata unio ecclesiæ sanctæ Dei: & attendens quod in tam diuturnis temporibus, quibus hoc schisma pestiferum e pertractum est, multorum doctissimorum virorum Christi fidelium ingenia, etiam cum summis studiis & laboribus, attentis maxime difficultatibus ejusdem schismatis, nullam viam possibilem & securam sine fidelium scandalo ad præfatum schisma exstirpandum reperire potuerunt, præter cessionem de papatu omnium contendentium: quam viam idem dominus Benedictus vocatus a suis, velut multorum Christi fidelium vox testatur, ante suam electionem a suis in Papam, pro pace danda ecclesiæ laudaverat & approbaverat, atque in ipso conclavi quando fuit electus, promisit & juravit prosequi unionem Ecclesiæ per omnes vias accommodas, usque ad cessionem de papatu inclusive, si ipsum in Papam eligi contingeret, ut Cardinalibus qui tunc erant, vel eorum majori parti expedire videretur, atque post suam electionem idem promisit & juravit; dictaque conditio postmodum etiam purificata exstitit: & deinde pro pace danda ecclesiæ promiserit & juraverit, papatui suo prætenso cedere, altero videlicet, Joanne & Gregorio cum eo contendente, cedente, mortuo vel ejecto: quæ etiam conditio in ambobus, videlicet Joanne & Gregorio prædictis, solemniter impleta est, ut præfertur. Attendens igitur quod idem dominus, dictus a suis Benedictus, jam viginti duobus annis completis, papatum secundum se tenuit, quibus temporibus multifarie multisque modis ex parte regum, principum, prælatorum & aliorum Christianorum, tam suæ, quam alterius obedientiæ, etiam post purificationem conditionum prædictarum, fuit cum magnis & iteratis instantiis seriose, solemniter, humiliter & devote requisitus, quatenus pro tollendo hujusmodi schismate, & pro unione Ecclesiæ sanctæ Dei vellet suo prætenso papatui cedere, prout secundum omnium fidelium, seu majoris partis illorum judicium tenebatur jure divino pariter & humano: quod facere ipse semper animo pertinaci atque effrænata, superbiæ ac tumoris spiritu correptus, recusavit, & subterfugia quædam adhibens, ad excusandum excusationes in peccatis, Ecclesiam ipsam in hujusmodi schismate, quod ipse tollere potuit, relinquens, nullam debitam curam aut diligentiam sufficientem & effectualem adhibuit ad ipsum schisma tollendum, & Ecclesiæ unionem consequendam; sed ad unum terrarum angulum in castro munitissimo Paniscolæ in litore maris, ubi ad eum non esset tutus accessus, se recepit, ubi omni suo posse præfatum inveteratum schisma nutrit & fovet, & impedimenta quæcumque potest, præstat & procurat, ne ad dictam unionem perveniri possit: quæ omnia secundum sanctorum decreta hæresim inferunt manifestam. Quapropter super præmissis & aliis declarandis in processu, & latius exprimendis, volens eadem sancta Synodus evacuare quod ex parte est, ut sequatur perfectum, & ad ipsum schisma penitus submovendum procedere: licet præmissa omnia, notoria & vera communiter habeantur & reputentur, & super illis tota fidelium clamet multitudo, sibi ipsi satagens providere, quasi pro quodam hujusmodi provisionis remedii fundamento, committit devotissimis ecclesiæ filiis Guillermo tituli S. Marci, & Francisco tituli sanctorum Cosmæ & Damiani, dicto Florentino, sanctæ Romanæ, Ecclesiæ Cardinalibus, Joanni electo Patriarchæ Constantinopolitano, ac venerabilibus fratribus Stephano Dolensi, Roberto Saresburiensi, Episcopis, ac dilectis Ecclesiæ filiis Jacobo electo Parmensi, Guillermo Pulcrinepotis, fratri Antonio Taxal Generali ordinis beatæ Mariæ de Mercede, fratri Mauricio de Praga, sacræ paginæ professoribus, Michaeli de Naveri, Nicolao Werdis juris utriusque, & Joanni Bolles decretorum, doctoribus, & eorum majori parti, quatenus super præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis, dependentibus & connexis, ac aliis ad ea quomodolibet facientibus, illorumque notorietate, fama & clamore, ac etiam quæ loca insigna consistant viciniora dicto castro Paniscolæ, ad quæ sit tutus accessus, summarie & diligenter inquirant; testes & alia probationum genera recipiant & examinent; eorumque dicta & attestationes, & alia quæcumque invenerint, in scriptis & forma publica redigant, seu redigi faciant, & ea etiam sacræ Synodo repræsentent & fideliter referant: ut exinde ipsa Synodus procedat, decernat & statuat, prout ad pacem & salutem Ecclesiæ & fidelium, exstirpationem schismatis & unionem ipsius Ecclesiæ secundum justitiam videbitur expedire. Datque eisdem Commissariis & majori ipsorum parti, testes per censuram ecclesiasticam compellendi veritati testimonium perhibere, & alios quoscumque præstantes ad prædicta impedimenta coercendi, & alia faciendi circa præmissa necessaria & etiam opportuna, plenam & liberam potestatem. Lecta autem dicta ordinatione, dictus Patriarcha Antiochenus pro omnibus dictæ Synodi nationibus, & de ipsarum consensu respondit per verbum, Placet. *Et præfatus dominus*

Ephes. 2.

b Mss. pacis adversarius.

c Mss. jam protractum temporibus.

d Mss. reunita sit.

e Mss. protractum.

minus Ostiensis nomine collegii Cardinalium similiter respondit: Placet.

ANNO CHRISTI 1416.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

ANno, Indictione, & loco supradictis, die vero Jovis quinta mensis Novembris, hora octava post mediam noctem fuit sessio sacrosanctæ Synodi solemniter & devote tenta, & celebrata pro unione sanctæ matris ecclesiæ, & exstirpatione horrendi pestiferique schismatis inveterati, & aliorum peragendorum pro unione & concordia totius populi Christiani: in qua sessione acta fuerunt quæ sequuntur.

In primis reverendus in Christo pater dominus Joannes patriarcha Antiochenus celebravit solemniter & devote Missam de sancto Spiritu: post cujus celebrationem reverendissimi reverendique in B Christo patres & domini domini sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ceterique prælati cappas ecclesiasticas, sive pluvialia induerunt, & mitras in capitibus posuerunt, ut est moris. Et reverendissimus in Christo pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, prælatæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis, Vicecancellarius in eadem synodo præsidens, ornatus pluviali & mitra pretiosa, diacono & subdiacono, & multis aliis in superpelliciis, ut est moris, præfatus diaconus dixit alta voce, *Orate*. Et facta oratione, & aliis solemnitatibus atque litania, diaconus incœpit evangelium, alta voce cantando, dicens: *Dominus vobiscum*. Responsum, *Et cum spiritu tuo*. *Sequentia sancti evangelii secundum Matthæum*. Responsum, *Gloria tibi Domine*. *In illo tempore, Respiciens Jesus in discipulos suos dixit Simoni Petro*, &c.

Quo evangelio lecto, & aliis solemnitatibus & devotionibus finitis atque dictis, reverendus in Christo pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, & egregius & famatus vir dominus Ardecinus de Novaria sacri Concilii Constantiensis & consistorialis advocatus, ascenderunt ambonem, in quo actus, litteræ, & negotia sacrosanctæ synodi proponi, legi & publicari solent; & idem dominus Ardecinus de mandato præfatæ synodi verbo tenus proposuit, & pro assumpto dixit. *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei*, &c. dirigens in persona ecclesiæ verba sua ad sacrum Concilium & per multas suasiones, & multa notabilia dicta, dixit in effectu quod a xxxviii. annis citra fuerant multi de papatu contendentes, qui proh dolor! ecclesiam Dei D & populum Christianum tenuerant in divisione, de quibus contendentibus Petrus de Luna, qui Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatur, fuit unus, & nunc ipse solus adhuc, quantum potest, nititur ipsam Dei ecclesiam sacrosanctam tenere divisam, & de facto scissam detinet, & lacrymabiliter vulneratam, schisma nefandum in ea posse tenus nutriendo, & velut alter satan [1] variis suis modis fallacibus & versutiis exquisitis lacerando: propter quod clamat ipsa mater ecclesia ad dominos in Spiritu sancto in præsenti Concilio in unum congregatos, tanquam ad fidelissimos ejus amicos, quod ipsi misereantur eidem, ut ipsam aridam sua privatam lumine & decore suscipiant, & ad pristinum unionis statum perducatur.

Recitavit etiam promissiones & juramenta ipsius Petri de Luna, de dando pacem ipsi ecclesiæ per E viam suæ cessionis, & etiam [a] requisitos sibi factos per S. R. E. cardinales & reges, principes & prælatos, & alios quamplures Christi fideles, pro danda pace ipsi ecclesiæ, ac universo populo Christiano: de quibus omnibus non curavit, nec aliquid de juratis & promissis adimplere curavit; immo omnia pertinaciter recusavit, & recusat incessanter: Propter quæ concludendo requirebat idem dominus advocatus, & instanter requisivit, quatenus contra ipsum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, ie sua malitia & protervia pertinacem, & pertinaciter schisma notorie nutrientem, & a fide & unione deviam, procedatur, prout sacro præsenti Concilio pro unione ecclesiæ sanctæ Dei & tranquillitate totius populi Christiani visum fuerit expedire. Et etiam incontinenti propositione & requisitione per ipsum dominum advocatum factis, magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, sacri Concilii Constantiensis promotores & procuratores petierent, & instanter requisierant procedi contra ipsum Petrum de Luna, prout præfatus dominus advocatus requisierat. Post quæ de præcepto atque ordinatione, & voluntate dicti sacri Concilii præfatus dominus Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis respondendo eidem domino Ardecino legit, & publicavit ordinationem, & decretum sacrosanctæ Synodi sub his verbis:

ANNO CHRISTI 1416.

[3] Commissio Deputatorum, &c.

Post quam quidem lecturam, reverendissimus in Christo pater dominus Joannes Patriarcha Antiochenus existens in ambone, pro omnibus nationibus, & de consensu earumdem nationum respondit, *Placet*.

Subsequenter venerabilis & circumspectus vir dominus Sperans-in-Deo Cardona jurisperitus, unus de ambaxiatoribus Regis Arragonum nomine dicti Regis, & collegarum suorum ejusdem domini Regis, ibidem una cum eis in medio assurgentium dixit, qualiter alias fecissent certas protestationes coram deputatis nationum, tangendo Anglicanam: videlicet quod per eorum convocationem cum aliis nationibus in procedendo, sedendo, sigillando, incedendo, non intenderent, sive intelligerent, aut C tenerent Anglicanam nationem pro natione in sacro Concilio Constantiensi. Quam quidem protestationem ex nunc repeterent, & eam pro repetita habere vellent, eidemque protestationi jure, via, & modo quibus tunc facta fuisset ipsa protestatio, modo protestarentur, & etiam pro repetita haberi vellent.

Ex adverso vero reverendi patres, Londoniensis, Batoniensis, Sarisberiensis, Lichfeldensis, Norvicensis Episcopi, aliique ambaxiatores illustrissimi principis Regis Angliæ, ceterique de natione Anglicana se levaverunt; & per os venerabilis & circumspecti viri domini Augustini de Pisis, sacri consistorii advocati, volentes, ut asseruerunt, similem protestationem facere. Et quadam sibilatione, vel saltem tumultuatione verbali facta per supposita Concilii, prælibati domini ambaxiatores domini Regis Arragonum recesserunt de congregatione. D Quibus ambaxiatoribus Regis Arragonum recedentibus, & silentio in Concilio facto, iidem domini Episcopi de Anglia ambaxiatores, ceterique domini protonotarii & procuratores dominorum prælatorum absentium nationis Anglicanæ, & supposita ipsius nationis, e converso se levaverunt: & per os præfati Augustini de Pisis repetierunt nominibus eorum propriis & procuratoriis, & [a] protestationem, decreta facta in aliis sessionibus, [b] faciendo pro ipso rege Angliæ, & toto regno, & natione Anglicana, illisque protestationibus & decretis firmiter inhærere prætenderunt.

[a] MS. protestationes & decreta.
[b] MS. facientes.

Quibus protestationibus factis, fuit versum in dubium, an propter strepitum factum, sive sibilationem in Concilio, quod vox domini Patriarchæ Antiocheni non fuisset bene per omnia supposita intellecta, per quam prius respondebat loco omni- E um nationum ad propositum, *Placet*. Et pro habendo clariorem intellectum placuit congregationi, quod dominus Patriarcha iterato ascenderet ambonem, & de novo ad idem responderet. Qui quidem dominus Patriarcha Antiochenus ascendit ambonem de novo ad mandatum Concilii sive nationum Concilium representantium ad supradicta tunc proposita, & etiam respondit, *Placet*. Similiter reverendiss. pater dominus Joannes Ostiensis S. R. E. cardinalis Vivariensis, nomine Collegii Cardinalium, *Placet*.

Quibus protestationibus, responsionibus, & aliis factis, incontinenti providus vir magister Joannes

1 MS. *perpetuare suis &c.*
a MS. *requisitiones sibi factas.*
3 *Est ea supertas, in hac ipsa sessione tracta. in prima editione, pag. 482.*

nes de Scribanis de Placentia, & promotor & procurator dicti Concilii Constantiensis, nomine proprio quo supra, de prædictis omnibus & singulis sibi fieri petiit unum, vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus & dominis S. R. E. cardinalibus, & illustrissimo principe domino Ludovico comite palatini Rheni, duceque Bavariæ, & gubernatore in absentia sereuissimi principis domini Sigismundi Romanorum regis; ac Franciæ, Angliæ, Aragoniæ, Neapolitanorum, Poloniæ, Norvvegiæ, Cypri, regum, ducumque, aliorumque principum & prælatorum, universitatum studiorum ambaxiatoribus, ceterisque notabilibus prælatis, doctoribus atque magistris, & aliis Christianis in numero copioso, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

Processus in causa hæresis & schismatis contra Petrum de Luna, Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, coram sancta Synodo Constantiensi, & ejus commissariis habitus.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die vero Jovis quinta mensis Novembris, hora horologii octava post mediam noctem, sessio sacrosanctæ Synodi Constantiensis pro unione, &c. *ut supra in sessione XXIII. pag. 486. Et post schedulam ordinationis commissariorum, sequitur.*

Post cujus quidem sessionis celebrationem domini commissarii supradicti in loco sessionis supradictæ adhuc existentes, onus hujusmodi commissionis eis, ut præmittitur, factæ, sponte & libere acceptantes, mandaverunt & commiserunt nobis Cyno de Lombardis, Michaeli Bolulonis, Gumberto Fabri, Petro Margol, Vicentio de Rivo, Conrado de Velden, & Joanni Azel, publicis Apostolica & imperiali auctoritatibus notariis, ut tam ipsam commissionis schedulam, quam omnia quæ ejus occasione & vigore conscribenda occurrent, in actis nostris publicis, & hujusmodi causæ registro conscriberemus & registraremus; seu per alium scribi & registrari faceremus, & cum expediens foret in publica redigeremus documenta: partibusque copiam petentibus, dum ipsis per ipsos commissarios decreta fuerit, fideliter traderemus ex eisdem, necnon egregium virum dominum Ardecinum de Novarria prædictum advocatum hujusmodi causæ, ac Henricum de Piro, Oliverium *a* Guenec, Joannem de Scribanis, prædictos procuratores & promotores ejusdem causæ, omnesque & singulos Romanæ curiæ cursores ad faciendum citationem, relationem, & affixionem, ac alia eorum officio incumbentia, & eorum quemlibet in solidum absentes, tanquam præsentes, nomine dictæ sacræ Synodi, & ex commissione eis factæ, omnibus melioribus, modo, via, jure & forma, quibus melius potuerunt & debuerunt, ordinaverunt & deputaverunt palatium episcopale Constantiense pro eorum jurisdictione, & commissione exercenda, & actus judiciarios hujusmodi causæ faciendos de inceps assignando. Præsentibus ibidem honorabilibus viris magistro Jacobo Cerretani, Jacobo de Elculo litterarum Apostolicarum scriptoribus, E testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

a Mss. Guenner,

Hac itaque ordinatione advocati, promotorum, notariorum, cursorum, & loci jurisdictione, ut præmittitur, facta; comparentes coram dominis commissariis prædictis in loco sessionis prædicto magister Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores, instigatores & procuratores supradicti, nonnullas positiones, & articulos pro summaria informatione facto & resister in scriptis infrascripti tenoris obtulerunt, requirentes eosdem commissarios, ut eis certos dies & horas assignarent, quibus testes super ipsis articulis producere & jurare facere possent & valerent. Et tunc domini commissarii supradicti dixerunt, se omnibus diebus & horis esse paratos in loco assignato superius in hujusmodi A causa procedere, testesque & alia probationis genera recipere juxta commissionem eis attributam. Præsentibus Jacobo Cerretani, & Jacobo de Elculo litterarum Apostolicarum scriptoribus testibus supradictis.

Tenor vero dictarum positionum & articulorum, de quibus supra fit mentio, sequitur, & est talis.

ARticuli ad testes examinandos pro informatione summaria & præparatoria ad processum inquisitionis contra dominum Petrum de Luna dictum a suis Benedictum XIII. in causa schismatis & hæresis, ad finem suæ ejectionis a papatu per eum prætenso, per Concilium generale Constantiense; quos articulos dictum Concilium probare intendit.

Primo quod istud schisma pestiferum duravit triginta octo annis.

B 2. Item quod ex illis annis Petrus de Luna papatum secundum se in sua obedientia tenuit viginti duobus annis completis. Et hoc est verum & notorium.

3. Item ponit, quod inter sapientes & zelatores pacis & unionis ecclesiæ in diversis regionibus fuerit sæpe tractatum de viis & modis tollendi schismatis; finaliter tamen a multis jam temporibus, etiam ante viginti, quindecim, duodecim, aut saltem decem annos fuit visum, deliberatum & conclusum per sapientes & zelatores unionis ecclesiæ, præsertim per cardinales utriusque obedientiæ, per reges, principes, prælatos, doctores & magistros universitatum studiorum generalium, attentis difficultatibus in facto, & in jure præsentis schismatis, & divisione regnorum & provinciarum in magnas partes, via cessionis utriusque contendentium de papatu erat & est facilior, brevior & C utilior, & maxime pacifica cura conscientiarum Christi fidelium; immo nulla alia via fuit ab aliqua partium reperta possibilis ad tollendum schisma prædictum. Et hoc est notorium.

4. Item quod idem dominus Petrus de Luna existens cardinalis in obedientia domini Clementis in Avenione illam viam duxit esse meliorem, & illam approbavit, laudavit & dixit, fecitque publice coram eo in præsentia prælatorum, cleri, & populi multitudine prædicari: saltem fuit coram eo per unum magistrum in Theologia sibi familiarem publice prædicata. Et hoc est, & fuit notorium Parisius: & fama publica elibi.

5. Item quod ipse existens cardinalis post obitum domini Clementis in Avenione, imminente electione summi futuri Pontificis in conclavi juravit solemniter tactis evangeliis super altari, & super D ligno sanctæ crucis in præsentia aliorum cardinalium congregatorum in conclavi, ceterique cardinales similiter juraverunt, illum ex illis, qui in summum Pontificem eligeretur, si quem ex eis eligi contingeret, prosequi unionem ecclesiæ secundum formam schedulæ, cujus tenor sequitur, & est talis:

„ Nos omnes & singuli sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales congregati pro electione futura in „ conclavi ante altare, in quo Missa communis celebrari consuevit, pro Dei servitio, unitate ecclesiæ suæ sanctæ, & salute animarum fidelium omnium promittimus, & juramus ad sancta Dei evangelia corporaliter per nos tacta, quod absque dolo, „ fraude, & machinatione quibuscumque, ad unionem ecclesiæ, & finem imponendum schismati „ (proh dolor!) nunc in ecclesia Dei vigenti, quantum in nobis erit, laborabimus fideliter, & diligenter, & per nos, quantum ad nos pertinet, seu „ etiam pertinebit, dabimus patri nostro & gregis „ Dominici, ac vicario Christi domino nostro futuro, qui erit pro tempore, auxilium, consilium „ & factorum; nec ad impediendum, vel differendum præmissa dabimus consilium, vel favorem, „ directe vel indirecte, publice vel occulte. Et „ ista omnia, & singula, & alias etiam ultra præmissa omnino vias utiles & accomodas ad utilitatem „ ecclesiæ, & unionem prædictam ejusdem, sane & „ veraciter sine machinatione, seu excusatione, vel „ dilatione quacumque servabit & procurabit quilibet „ nostrum, etiamsi assumptus fuerit ad Apostolatum, „ etiam usque ad cessione inclusive per ipsum de papatu faciendam; si dominis cardinalibus, qui nunc „ sunt, vel erunt in futurum de iis, qui nunc sunt, „ vel

„ vel majori parti eorumdem hoc pro bono pacis & unitatis prædictæ videatur expedire. Et ita fuit, & erat notorium inter ipsos dominos Cardinales, qui erant viginti unus numero: & de hoc est fama „ communis.

6. Item, quod idem Dominus Petrus in illo Conclavi electus in Papam, extra Conclave juravit præsentibus Cardinalibus simile juramentum: & hoc fuit, & est notorium apud Cardinales præfatos.

7. Item, quod postea idem dominus Petrus ex parte Regis Franciæ, ac universitatis Parisiensis, per duces Bituricensem, & Burgundiæ patruos, & Aurelianensem fratrem Regis, Prælatos, & Doctores plures, necnon Cardinales suos flexis genibus humiliter & devote exstitit requisitus, qualiter vellet prosequi unionem Ecclesiæ per viam mutuæ cessionis de papatu, videlicet per eum, & contendentem cum eo de papatu, & illam viam offerre, quam si offerre vellet, intendebant iterum prosequi apud alium contendentem in *a* Romana. Et declaraverant dicti Cardinales, vel eorum major pars, quod eis videbatur Ecclesiæ expedire prosequi per illam viam unionem Ecclesiæ; & quod ipse hoc expresse denegavit; Et hoc fuit, & est notorium: & de hoc est publica fama.

8. Item, quod postmodum idem Dominus Petrus fuit requisitus solemniter, & publice ex parte Regis Franciæ, Angliæ, Castellæ, similiter per dictorum Principum Legatos solemnes, quatenus unionem Ecclesiæ vellet prosequi per dictam viam cessionis utriusque contendentium de papatu, & illam viam offerre, quam etiam ipsi Legati apud alium cum eo contendentem de papatu prosequi intendebant. Ipse autem hoc facere publice recusavit; quinimmo illam viam fecit publice coram se, & dictis Legatis reprobari, & dici, quod si illam viam prosequeretur, & cederet, peccaret mortaliter. Et hæc fuerunt notoria & vera: & super hoc fuit, & est fama communis.

9. Item, quod postmodum fuit ex parte Regis Romanorum tunc atque Bohemiæ per suos solemnes legatos, quorum principalis erat Dominus Petrus Episcopus Cameracensis, nunc Cardinalis, iterum humiliter & publice requisitus, quatenus unionem Ecclesiæ, & extinctionem Schismatis vellet prosequi per dictam viam mutuæ cessionis amborum contendentium, illamque viam offerre; quod ipse etiam publice recusavit: illamque viam publice, videlicet in Consistorio Generali vel publico fecit per advocatum publice reprobari, & dici, immo ipse dixit in propria *b*, quod si illam viam prosequeretur, & cederet, crederet se peccare mortaliter. Et hæc fuerunt, & sunt notoria, atque vera, & super hoc fuit, & est fama.

10. Item consequenter Rex Arragonum Martinus, de cujus Regno idem dominus Petrus oriundus est, in propria persona ad eum accessit, illique humiliter supplicavit, quatenus unionem Ecclesiæ vellet prosequi per dictam viam cessionis utriusque contendentium de papatu. Quod idem Petrus etiam recusavit expresse. Et hæc fuerunt & sunt notoria: & super iis fuit, & est fama.

11. Item, quod postmodum ipso in palatio Avenionensi existente, ad instantiam Ducis Aurelianensis defuncti coram publicis Notariis, & testibus juravit & vovit solemniter cedere papatui suo, altero contendente cum eo cedente, mortuo, vel ejecto. Et hæc sunt vera: & super iis fuit, & est fama.

12. Item quod simile juramentum, & votum præstitit ad instantiam communitatis Januæ, antequam converteretur ad suam obedientiam. Et hoc fuit, & est notorium: & *c* semper fuit, & est fama.

13. Item, quod simile juramentum, & votum præstitit coram Cardinalibus in loco Pontis-Sorgiæ. Et hoc fuit, & est notorium: *d* fuit, & est fama.

14. Item, quod post illa juramenta obiit Dominus Innocentius sic dictus alter contendens in Roma, nec idem Dominus Petrus cessit, nec aliquam super hoc diligentiam fecit.

15. Item, quod postmodum fuit electus in Roma dominus Gregorius sic dictus, & obtulit dictam viam mutuæ cessionis eidem Domino Petro dicto Benedicto, & misit super hoc litteras, & Nuncios; & ipse dominus Petrus dictus Benedictus illam viam acceptavit verbo, licet non facto, ut probavit eventus, quia nihil fecit. Et hoc est notorium: & super hoc viget fama.

16. Item, quod facta dicta oblatione per dictum dominum Gregorium, Rex Franciæ misit solemnes Legatos, Patriarcham Alexandrinum, nunc Cardinalem, plures Episcopos & Doctores; & cum illis misit etiam Universitas Parisiensis Legatos ad prosequendum istam viam cessionis mutuæ apud ambos contendentes, qui hoc prosecuti sunt apud ambos diligenter. Et hoc est notorium, & verum: & super his fuit & est fama communis.

17. Item, quod non obstantibus præmissis juramentis, votis, & requisitionibus, ipse Petrus per fraudes, dolos, & machinationes, & per diversas ambaxiatas missas ad dictum dominum Gregorium, procuravit quod dicta cessio non fieret: illamque per diversa media, & difficultates ad conveniendum in unum per eum repertas evasit, neque umquam veraciter, diligenter, neque efficaciter illam viam prosecutus est, sed effugit, ut potuit. Et hoc fuit, & est notorium, & verum: & super hoc fuit, & est fama communis.

18. Item, quod post hæc accessit ad Perpinianum, ibique convocavit Concilium Generale suæ obedientiæ, in quo post multa tractata fuit deliberatum & conclusum per idem suum Concilium Generale suæ obedientiæ, quod ipse prosequeretur unionem Ecclesiæ per dictam viam mutuæ cessionis, & in publico in dicto Concilio juravit, & vovit cedere suo papatui, altero contendente similiter cedente, mortuo, vel ejecto. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

19. Item, quod cum alias instaretur apud eumdem via cessionis, ipse respondit, quod si amplius insisteretur de illa, ipse poneret Ecclesiam in tali statu, quod non repararetur. Et de hoc est fama communis.

20. Item, quod postmodum Dominus tunc Joannes XXIII. fuit a papatu suo ejectus in Generali Concilio Constantiensi, & ex abundanti ratam habuit ejectionem, & renunciavit omni juri, quod umquam habuerat in papatu. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

21. Item quod postmodum dictus dominus Gregorius alter contendens de papatu in dicto Constantiensi Concilio per suum procuratorem legitimum pro pace Ecclesiæ suo renunciavit papatui publice & libere. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

22. Item quod post dictas ejectionem, & renunciationes nullus remansit prætendens se jus habere in papatu, neque in illo contendens, aut illum occupans, nisi solus dictus dominus Petrus de Luna dictus Benedictus: & si ille cessisset, vel cederet, cessaret ex toto schisma pestiferum. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

23. Item post ejectionem, & renunciationes prædictas duæ obedientiæ illorum duorum, quæ sunt multo major pars Christianorum, immo totum præter Hispanias, & Scotiam, & partem Comitatuum Arminiaci & Fuxi, fuerunt simul unitæ; & in Generali Concilio Constantiensi, quod illas repræsentat, unionem Ecclesiæ prosecutæ sunt, & prosequuntur. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

24. Item quod post prædictas ejectionem, cessiones, & unionem dictarum duarum obedientiarum, fuit idem Dominus Petrus dictus Benedictus, per dominum Regem Romanorum, qui personaliter ad eum propter hoc accessit, ad Regnum Arragoniæ in Perpiniano, & per dictum Regem Arragonum, Comites Arminiaci, & Fuxi personaliter, necnon per Legatos Concilii Generalis Constantiensis, quod repræsentat totam Christianitatem, & in quo unita erat, & est, præter Hispanias, & alias modicas partes Præfatas. Necnon Regum Franciæ, Angliæ, Castellæ, Navarræ, & aliquorum Comitatuum Arragoniæ, præcipue Barcinonensis, quatenus vellet tollere schisma præsens, & dare pacem Ecclesiæ sic per suam cessionem per eum dudum laudatam & approbatam, & pluries juratam, & votam, & cum repetitis instantiis cum magna humilitate & devotione; quod facere pertinaciter recusavit. Et hoc fuit, & est notorium, atque verum.

25. Item quod post hæc transtulit se ad castrum munitissimum in litore maris dictum Paniscola, ubi ad eum non est tutus accessus, relicta Ecclesia sancta in tanto schismatis discrimine: nullumque remedium dedit ad pacem & unionem Ecclesiæ & tollendum schisma prædictum, ad hoc nunquam diligentiam aut studium visus est adhibere. Et hæc sunt notoria, atque vera: & super hoc viget publica vox, & fama.

26. Item

a Forte, Roma.
b Forte deest, persona.
c MS. super hoc.
d MS. & super hoc fuit.

ANNO CHRISTI 1416.

26. Item, quod ex præmissis, & maxime in isto schismate, & ex eo quod idem dominus Petrus non dat, neque dare voluit pacem Ecclesiæ, neque per quamcumque viam dedit, neque viam cessionis prosequi voluit, neque post aliorum cessionem cedere, notorie scandalizatur Ecclesia, & populus Christianus, multa mala in Ecclesia Dei proveniunt, & animarum atque fidei pericula; quæ omnino cessarent per suam cessionem.

27. Item, quod ex præmissis idem Petrus dictus Benedictus, a Christi fidelibus, & præcipue a majori parte populi Christiani, immo a toto, præter partem Hispaniarum, & alias paucas, reputatus fautor, nutritor & defensor schismatis, atque schismaticus inveteratus & hæreticus. Et de hoc est contra eum publica vox & fama.

Cetera suppleant dominorum commissariorum immensæ prudentiæ & discretiones.

Cursor retulit, hodie citasse duos testes ad jurandum ad instantiam Henrici de Piro, Joannis de Scribanis, & Oliveri *a* Guenet promotorum hodie ad horam tertiam post meridiem.

a Al. Guenoer.

Die vero Veneris sexta mensis Novembris, discretus vir Fredericus Reju Sedis Apostolicæ cursor retulit in judicio dominis commissariis præfatis Constantiæ, in palatio Episcopali pro audientia hujusmodi causæ specialiter deputato, hora tertia post meridiem ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, & nobis notariis præsentis causæ, atque scribis præfatis, se, de ipsorum dominorum commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradictorum magistrorum Henrici de Piro, Olliverii *b* Guenet & Joannis de Scribanis promotorum & procuratorum instantiam, hodie mane peremptorie citasse reverendissimos in Christo patres & dominos, dominos Joannem Episcopum Ostiensem, & Vicecancellarium, Joannem Patriarcham Antiochenum, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis pro summaria informatione superius datis, ad horam tertiam prædictam præsentis diei, prout, & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter in mandatis.

b MS. Guenoer.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis comissariis præfatis, adhuc prout ibi supra ad jura reddendum in loco suo solito pro tribunali sedenti & deputato, ac electo, magister Joannes de Scribanis unus de procuratoribus prædictis nomine procuratorio, quo supra: & supradictos testes præsentes, & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super positionibus & articulis in hujusmodi causa pro summaria informatione datis exhibuit & produxit: quos recipi, & ad jurandum admitti per dominos commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati supræfatos testes præsentes, & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super articulis prædictis admittendos duxerunt & admisserunt: Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum commissariorum, tactis per eos pectoralibus propriis suis ad sancta Dei evangelia juraverunt, & quilibet eorum juravit se velle dicere, & deponere puram, meram, & omnimodam quam sciverint, & quilibet eorum sciverit veritatem, prece, pretio, ira, odio, amore, favore, & omni mala machinatione in præmissis postpositis penitus & semotis.

Die vero sabbati septima supradicti mensis Novembris, retulerunt dominis commissariis præfatis Constantiæ in palatio Episcopali pro exercenda eorum jurisdictione specialiter electo, ad jura reddendum in loco suo solito pro tribunali sedentibus, & nobis notariis præsentis causæ, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum comissariorum mandato sibi super hoc; ut asseruerunt, facto, & ad supradictorum magistrorum Joannis de Scribanis, Henrici de Piro, & Olivarii *c* Guenet procuratorum instantiam, hodie mane discretus vir Joannes Sueper reverendissimos reverendosque in Christo patres & dominos Franciscum Venetiarum, Antonium de Chalanco, Petrum Cameracensem S. R. E. Cardinales, Joannem Vaurensem, & Vitalem Tolonensem Episcopos; Stephanum vero Ruffi, Jacobum *d* Aduensem, Franciscum Aretinum, Blasium *e* Chesinum, Petrum Olorensem, & Simonem Tragorensem Episcopos: ac venerabiles viros Matthæum Rodyer in sacra pagina, Joannem di Opiois, decretorum Doctores; Gerardus autem *f* Sonageri, Sedis Apostolicæ cursor; fratrem Lucam Generalem ordinis sanctæ Brigittæ, Michaelem de Pisis litterarum Apostolicarum scriptorem, Hugonem *g* Habeoich, Sperantem-in-Deo jurisperitum, Guillelmum abbatem de Fuao, Petrum *h* Canthoniensem vicedominum Remensem, Nicolaum de *i* Wolania cameræ Apostolicæ clericum, Galterum *k* Garsii priorem conventus Rhodi, ordinis sancti Joannis Hierosolymitani; Lambertum de Stipite, priorem prioratus de Prareja, Leodiensem; Guidonem *l* de Bosso, magistrum Capellæ, Canonicum Rotomagensem; Joannem *m* de Bosso bacalaureum in decretis, Joannem de Prato, Joannem Ferdinandi, Raymundum de Seysserea militem de Cathalonia, Bertrandum *n* Carrerii utriusque juris, Joannem de Fabrica Legum Doctores, Ludovicum *o* de Maximis licentiatum in decretis, & Conradum de Susato, licet in Theologiæ professorem, peremptorie citasse, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super articulis supradictis ad horam tertiam præsentem, prout & quemadmodum iidem cursores, & eorum quilibet habuerunt & habuit, ut asseruerunt, ab eisdem dominis commissariis in mandatis.

c Al. Guenoer.

d MS. Adraensem.

e MS. Classinum.

f Al. Saganeca. Al. Sanageri.

g MS. Chasquoic.

h MS. Halsonen.

i MS. Volanola.

k MS. Gratii.

l MS. de Bossebo.

m MS. de Bussebo.

n MS. Carraterii.

o MS. de Maurinis.

p Post quam quidem cursorum reculationem, & relationem (ut præfertur) factas, comparuit in judicio coram dominis judicibus, & Commissariis prædictis, adhuc prout ubi supra ad jura reddendum in loco solito pro tribunali sedentibus, Magister Joannes de Scribanis procurator prædictus nomine procuratorio, quo supra: & supradictos testes præsentes & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hac causa super articulis præfatis exhibuit & produxit: quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos commissarios prælatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini Commissarii præfati dictos testes præsentes, & comparentes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hac causa super articulis prædictis admiserunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum Commissariorum, ipsi Prælati tactis pectoralibus propriis, & non Prælati sacrosanctis Evangeliis juraverunt, & quilibet juravit, se velle dicere, & deponere puram, meram & omnimodam, quam sciverint, & quilibet eorum sciverit, veritatem, prece, pretio, ira, odio, amore, timore, rancore, ac omni mala machinatione in præmissis postpositis penitus, & semotis.

p MS. Post quorum ... relationem & relationes.

SESSIO XXIV.

Pro citatione decernenda contra Petrum de Luna.

En prima editione.

DIE sabbati vigesimaoctava dicti mensis Novembris fuit sessio generalis per Synodum Constantiensem mane hora tertiarum, in Ecclesia majori prædicta Constantiensi solemniter celebrata; in qua reverendissimus pater dominus Patriarcha Antiochenus officium Missæ celebravit. Quo finito, more aliarum sessionum legebatur litania. Præsidebat autem eidem sessioni dominus Joannes Episcopus Ostiensis. Reverendissimus autem pater dominus Stephanus Episcopus Dolensis, de mandato & ordinatione sanctæ Synodi & ordinatione ipsorum Commissariorum, legebat citationem decretam contra Petrum de Luna; cujus citationis tenor sequitur, & est talis:

Tenor citationis contra Petrum de Luna.

Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, universis & singulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ac dilectis Ecclesiæ filiis abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, Archidiaconis, tam Cathedralium, quam collegiatarum Canonicis, parochialium & conventuum ac regularium Ecclesiarum rectoribus, ceterisque viris

Eccle-

ecclesiasticis, necnon notariis & tabellionibus publicis quibuscumque, ac aliis Christi fidelibus ubilibet constitutis, & cuilibet eorum in solidum, ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, salutem & omnipotentis Dei benedictionem, ac mandatis nostris & ecclesiæ diligenter obedire.

Clamat sancta fidelium mater Ecclesia sponsa Christi, clamat Christiani populi multitudo, clamaverunt jam in multis annis ad Dominum, cum per hoc [a] tam urgens diuturnis temporibus schisma pestiferum tribularentur, & tribulantur, nec in totum adhuc exaudivit eos. Attendunt enim, quanta per hoc infaustum pestiferumque schisma & divisionis vulnus nefandissimum est universalis ecclesiæ calamitas, quam inveterata scissura, quantaque letalis infirmitas; quamque postremo graves & prope casum ruinæ jam, proh dolor, in vita & moribus, in statu & honestate cleri, tam in libertatibus suis, & quod gravius est, in cultura Dei & officiis ecclesiasticis, quodque gravissimum est, in religione & fide Christiana, ipsa deformatur Ecclesia, insurrexerant & pullulant in diversis regionibus horrendæ hæreses a tempore hujus perniciosissimi schismatis: & nisi eidem Ecclesiæ de unico summo pastore & indubitato Christi vicario provideatur celeriter, per cujus providentiam cum Dei auxilio præfatis occurratur periculis, & tam gravibus universalis ecclesiæ morbis competens adhibeatur medela: pertimescendum est, ne labatur, prout jam [b] sæpe lapsa est omnis decor ejus, deturque universis gentibus in contemptum; & status ejus sic, ut jam esse incœpit, in approbrium & conculcationem, ex quibus Ecclesia Dei & fidelis populus Christianus grave scandalum patiuntur. Et quod licet dominus Benedictus Papa decimus tertius, a viginti duobus annis citra sic in sua obedientia nuncupatus, præ ceteris illud schisma, quod ante ejusdem domini Benedicti electionem jam [c] sexdecim annis ipso exsistente Cardinali duraverat, totis viribus tollere etiam usque ad exponendum animam pro grege Dominico teneretur & teneatur: licet etiam eidem Benedicto Ecclesiæ prædictæ calamitates, scissuræ & alia pericula & scandala præmissa incognita non fuerint, nec sint, sed eidem & toti populo Christiano notoria; ipseque prædictis calamitatibus & scissuris, periculis & scandalis obviare, ac totum prædictum schisma tollere potuerit, & adhuc possit; attento maxime quod Joannes Papa vigesimus tertius, sic in sua obedientia nuncupatus, a suo papatu tam per illius canonicam ejectionem, quam per suam renunciationem amotus sit: & Gregorius duodecimus, sic in sua obedientia nuncupatus, sponte renunciaverit, solo ipso Benedicto pro Papa postmodum se gerente; [d] super quem & in quo principaliter totum pondus dicti pestiferi schismatis & facultas illud submovendi, & a quo præmissa omnia mala & pericula provenerunt & perdurant, exstat & consistit adhuc; licet insuper idem dominus Benedictus existens Cardinalis, ante ipsius electionem, ad tollendum dictum schisma viam renunciationis mutuæ contendentium de papatu laudaverit, approbaverit, & dixerit esse utiliorem & faciliorem, & juraverit solemniter cum aliis Cardinalibus ipsius obedientiæ imminente electione summi Pontificis Romani, in sua obedientia per eos fienda, quod si ipsum in Papam contingeret assumi, prout fuit assumptus, ipse unionem Ecclesiæ sine excusatione, dilatione & machinatione quibuscumque diligenter prosequeretur per omnes vias accommodas, etiam usque ad cessionem papatus inclusive, si præfatis Cardinalibus qui tunc erant, vel eorum majori parti videretur expedire: ipseque in Papam assumptus idem juraverat, & postea dictis cardinalibus vel eorum majori parti, immo omnibus præter unum, visum fuit expedire, quod ipse unionem Ecclesiæ prosequeretur per viam mutuæ cessionis, & quod illam offerret. Et hoc idem eidem Benedicto per eos in Papam assumpto exstitit postmodum declaratum, & dicta purificata conditio. Fuitque deinde ex parte carissimi Ecclesiæ filii Caroli Francorum regis per suos solemnes legatos claræ memoriæ duces Bituricensem & Burgundiæ, patruos, & Aurelianensem fratrem dicti Regis, & alios plures ad eum propter hoc destinatos, necnon zelatores pacis Ecclesiæ Cardinales præfati Benedicti in sua obedientia nominati, & postmodum ex parte dicti Regis Franciæ, necnon carissimorum ecclesiæ filiorum Angliæ & Castellæ Regum, per suos solemnes Ambaxiatores; & deinde specialiter & singulariter ex parte ejusdem Ecclesiæ filii carissimi Venceslai Bohemiæ, &c. nunc Romanorum Regis; & consequenter per alios plures cum magna devotione & humilitate supplicatum, & etiam in vim præstiti juramenti per eum requisitus, quatenus vellet prosequi unionem Ecclesiæ per viam mutuæ cessionis suæ & alterius contendentis cum eo de papatu, apud quem similiter prosequi habebant in mandatis, & intendebant. Quæ via fuerat, fuit & est ab omnibus Christi fidelibus, maxime a Principibus & Prælatis ac universitatibus generalium studiorum, atque doctoribus & prudentibus viris diversarum obedientiarum prædictarum, ac a majori parte earumdem approbata: & in tam diuturnis temporibus nulla alia accommoda, secura, efficax & facilis ad tollendum schisma præsens, attentis difficultatibus in jure & in facto, potuit reperiri: reputatumque fuit, & est a doctissimis viris & peritis divini & humani juris, quod idem Benedictus pro unione ipsius Ecclesiæ, ac tollendo Ecclesiæ scandalo & schismate, suo papatui cedere & tenebatur & tenetur. Licet insuper idem Benedictus aliquorum devictus instantia, Deo & Ecclesiæ promiserit, juraverit & voverit, pro unione Ecclesiæ cedere papatui; altero de papatu cum eo contendente, cedente, mortuo vel ejecto; & Joannes XXIII. ejectus fuerit & cesserit, ac Gregorius præfatus cesserit, ut præfertur; fuitque idem Benedictus post hæc omnia, nullo pro Papa se gerente, nisi ipso, ex parte principum suæ obedientiæ, necnon universorum fere fidelium solemniter per carissimum Ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum, qui propter hoc ad eum personaliter accessit, & claræ memoriæ Ferdinandum Arragonum, reges, atque nonnullos alios principes & domines suæ obedientiæ apud eum propter hoc personaliter accedentes, necnon legatos Franciæ, Angliæ & Castellæ prædictorum, necnon carissimi Ecclesiæ filii Caroli Navarræ regum, atque generalis Concilii Constantiensis provinciæ Moguntinensis, sic per obedientias dicti Joannis & Gregorii sanc nuncupati, cum magna devotione, humilitate & instantia sæpe requisitus, quatenus præmissis attentis, cum non esset humanitus possibile dictas alias obedientias ad suam obedientiam reduci, & in eo principaliter consistebat pondus schismatis & facultas illud tollendi; vellet dare pacem Ecclesiæ, & schisma tollere per suam de suo papatu renunciationem, ad quod tenebatur de jure divino pariter & humano: præsertim cum nulla alia via sedandi schismatis prædicti per tot prudentium ingenia & labores tam diuturnis temporibus potuerit ad hoc accommoda (ut præmittitur) reperiri.

Idem tamen Benedictus, tantorum Regum ac Principum, quia immo quasi totius Ecclesiæ, hujusmodi toties iteratis precibus, requisitionibus & admonitionibus contra propria juramenta recusatis & spretis ac minime exauditis, præfatisque ipsius Ecclesiæ calamitatibus, scandalis atque periculis non compatiens nec providens, de loco Perpiniani, ad quem præfati Reges & Principes legati pro præmissis convenerant, cum armata manu recessit, & ad Collliberium portum maris, ubi suas galeas armatas habebat, se transtulit. In quo loco exsistens, fuit adhuc de præmissis requisitus, pro parte Oratorum Regum Castellæ, Arragonum & Navarræ, ac Principum prædictorum. Quam requisitionem tunc non exaudivit, sed in longum protraxit; nec etiam postea exaudivit; & de dicto loco recedens, in munitissimo castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis, ubi ad eum non est tutus accessus, se reclusit. Ubi ex parte præfati Regis Arragonum de præmissa cessione fienda pro pace ecclesiæ fuit iterum & tertio requisitus, & iterum recusavit, & suo posse præfatum jam inveteratum schisma nutrit & fovet; & impedimenta quæcumque potest, præstitit & præstat, procuravit & procurat, ne ad prædictam unionem perveniri possit: quæ omnia schisma & hæresim inferunt, seu inferre censentur, per quæ etiam turbatur & scandalizatur, læditur & periclitatur status universalis Ecclesiæ prædictæ, diuque fuit turbatus,

scan-

a Ms. vigens tam diuturnis.

b Ms. jam totum pene lapsus.

c Al. ms. quo decimo.

d Al. ms. super quo & ipso quem.

ANNO CHRISTI 1416.

scandalizatus, & læsus. Quod etiam scandalum tantum, quod attento universalis Ecclesiæ statu, nulla ratione potest de congregatione fidelium removeri, nisi ipso cedente, mortuo vel ejecto, etiamsi haberet verum jus in papatu. Ex quibus idem Benedictus apparuit fuisse & esse fautor ac nutritor inveterati schismatis prædicti, atque schismaticus & hæreticus esse censendus. Et super his omnibus fuit & est publice & diutius diffamatus, taliter quod sine scandalo Ecclesiæ dissimulari non potest, nec sine periculo tolerari. Super quibus clamore valide clamat & conqueritur populus Christianus, & præmissa quæ in facto consistunt, notoria reputat atque vera.

Convenientes igitur in unum more solito canonice convocati, ac repræsentantes universalem Ecclesiam, confidentes in Domino, qui cœpit in nobis bonum opus, duobus jam ipsius auxiliante gratia remotis impedimentis, & ipse perficiet, & exurgens miserebitur Sion, quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus: (Ps. cap. 24.) contra tertium, videlicet dominum Benedictum diu exspectatum, sed ad cor adhuc minime reversum, decrevimus super præmissis omnibus & singulis fore summarie & de plano per nos procedendum. Propter quæ super fama & notorietate præmissorum, summarie & simpliciter mandavimus per nonnullos venerabiles viros fratres, & dilectos Ecclesiæ filios, Cardinales S. Romanæ Ecclesiæ, & alios Prælatos, & alios tam a Sacræ (a Ms. sacræ.) paginæ quam utriusque juris professores, Commissarios nostros ad hoc specialiter deputatos, inquiri, informationemque recipi: quam Legitime receptam, referri jussimus in publica sessione nostra tertius Sacrosanctæ Constantiensis Synodi. Qua plene audita & discussa, maturo decrevimus atque digesto consilio, in & super præmissis, saltem quantum ad officium præsentis judicii pertinet, procedendum fore, ut in notoriis contra præfatum Benedictum: & si forsan attenta natura præfati processus notorii, citandus minime juris rigore servato veniret, citandum fore ad cautelam, in hoc duntaxat citationis articulo rigorem juris indulgendo; non intendentes super hoc quovis modo formam notorii processus, seu ejus ordinem obmittere seu relaxare, & judicialis seu ordinarii processus eligere seu exquirere formam. Et quia eumdem Benedictum fecisse & facere, quo minus ad personam suam potest tutus accessus, super his recepta summaria & Legitima informatione reperimus; nos specialiter & ex certa scientia eumdem Benedictum citari decrevimus per edictum publicum, ad instar edictorum in albo prætoris positorum, citationemque in audientia publica ejusdem sacri Concilii, quam vicem & effectum Apostolicæ curiæ & audientiæ Apostolicæ litterarum decernimus & decrevimus obtinere, publice faciendam. Vobisque omnibus & singulis, & cuilibet vestrum qui super his exsequendis publice fueritis requisiti, & fuerit requisitus, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, quatenus vigore litterarum nostrarum præsentium per vos & alium, seu alios, citetis publice præfatum Benedictum, quem etiam nos earumdem litterarum tenore citamus. Ipsasque litteras nostras publice legatis, vel legi faciatis in audientia litterarum prædictarum, ac valvis majoris Ecclesiæ Constantiensis affigatis, seu affigi faciatis. Insuperque & ex superabundanti, ut nihil in hac re sine diligenti vigilantia videatur absolutum, ad personam ejusdem Benedicti, si ad ipsum vobis, vel alicui vestrum, requisitis vel requisito, tutus forsan fuerit accessus: sin autem, ad portas dicti castri, villæ, seu loci Paniscolæ, si etiam illuc vobis vel vestrum alicui (ut præmittitur) fuerit tutus accessus: altoquin in Ecclesia Dertusensi, & in valvis Ecclesiarum majoris villæ Sancti Matthæi, aut villæ aut castri b Certariæ (b Al. Certariæ.) ejusdem Dertusensis diœcesis, aut in aliis locis circumvicinis, quæ ad hoc idonea decernimus, in ipsorum locorum Ecclesiis inter ipsarum Missarum solemnia easdem nostras litteras alta & intelligibili voce publice legatis, & legi faciatis per vos vel alium: eumdemque Benedictum citetis peremptorie, ac uno edicto peremptorie pro omnibus, quem etiam eodem nostro nunc per easdem præsentes litteras citamus, ad comparendum personaliter in Ecclesia Cathedrali Constantiensi, & in loco sessionis nostræ ad diem centesimum, videlicet a die lectionis earumdem litterarum nostrarum in audientia publica prædicta, vel ad diem septuagesimum a die citationis factæ, ad personam suam, vel ad valvas domicilii sui; si (ut præmittitur) ita fieri contingat, alioquin a die citationis factæ & publicatæ in Ecclesia Dertusensi prædicta. Quem terminum pro primo, secundo, tertio & peremptorio termino assignamus, ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maxime super crimine hæresis & schismatis prædictorum, tanquam super notoriis, & alias procedi ad omnes & singulos actus & articulos judicii seu causæ hujusmodi, usque ad definitivam sententiam inclusive; ipsamque sententiam videndum proferri & audiendum, prout juris fuerit, & prout utilitati prædictæ universalis Ecclesiæ visum fuerit expedire: intimando nihilominus eidem publice, prout etiam nos per easdem litteras intimamus, quod sive venerit, sive non, nos etiam ipsius absentia divina repleta præsentia, contra eum super præmissis omnibus & singulis usque ad definitivam sententiam inclusive procedemus, prout ad utilitatem ipsius universalis Ecclesiæ, mediante justitia, videbitur faciendum.

Volumus autem & mandamus, quatenus easdem nostras litteras, quas duplicandas & triplicandas, & etiam quoties opus fuerit, multiplicandas mandamus & decernimus, in valvis majoris Ecclesiæ Dertusensis prædictæ affigatis, vel affigi faciatis, & affixas dimittatis per duas horas. Et deinde loco ipsarum nostrarum litterarum sic affixarum, copiam illarum sub signo alicujus Notarii, eisdem litteris originalibus receptis, affigatis, vel affigi faciatis, & affixam dimittatis: quatenus totiens & in tot locis facta earumdem litterarum & citationis publicatio, omnis ignorantiæ & tergiversationis locum excludat. Decernentes, quod citatione hujusmodi facta in audientia publica litterarum, necnon in Ecclesia Dertusensi præfata, cum affixionibus ad valvas Ecclesiarum prædictarum (ut præmittitur) & alterius ipsorum, & qualibet earumdem citationum sic valeat, & illum arctet, post lapsum terminorum citationum ipsarum & cujuslibet earumdem, ac si ad proprium ipsius personam citatus exstitisset, & eidem personaliter nostræ prædictæ litteræ lectæ & præsentatæ exstitissent. Omnes & singulos Reges, Principes ac dominos temporales, & præcipue carissimum Ecclesiæ filium Alphonsum Regem Arragonum, omnesque sæcularem ac temporalem exercentes jurisdictionem, quocumque nomine sive titulo nuncupentur, requirimus in fide Christi & Dei, vosque nihilominus ex parte nostra requiratis, quatenus vobis aut vestrum cuilibet in exsequendis præmissis præbeant auxilium, consilium & favorem, vosque & vestrum quemlibet ab omni impedimento vel impedimentis contra præmissa omnia & singula, quantum in eis erit, protegant & defendant, mandantes vobis & vestrum singulis, prout ad quemlibet pertinebit, quatenus nobis in nostra generali sessione de gestis per vos & responsis fideliter sub publicis instrumentis infra terminos citationum ipsarum relationem faciatis, & debite præsentetis.

Datum Constantiæ, quarto Kalendas Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, in nostra publica sessione. Qua quidem citatione sic lecta, reverendus pater dominus Antonius Concordiensis, Alanus Leonensis, Episcopi, Gundisalvus Garsiæ de sancta Maria decretorum doctor, Patricius Corcagensis, & Nicolaus Mersburgensis Episcopi, nomine nationum hujus Sanctæ Synodi, ac Joannes Episcopus Ostiensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Vicecancellarius, nomine Sacri Collegii dominorum Cardinalium responderunt, & quilibet eorum respondit, Placet.

Ex eadem collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.

Die sabbati XXVIII. mensis Novembris prædicti fuit sessio generalis per Synodum Constantiensem mane hora tertiarum in Ecclesia majori prædicta Constantiensi pro citatione decernenda contra Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum tenta. In qua reverendissimus pater dominus Patriarcha Antiochenus fecit officium Missæ: quo finito, more sessionum aliarum fuerunt lectæ litaniæ cum introitu. *Exaudi nos Domine*: & evangelio:

casta

ANNO CHRISTI 1416.

Facta est contentio inter discipulos, quis videretur esse major, &c. Quod Evangelium ea de causa fuit dictum, quia nationes aliquæ discrepabant inter se de prioritate quod locum sessionis nationum, & incedendi in Concilio Generali Constantiensi. Litaniis finitis cum Evangelio, hymno, *Veni creator Spiritus, &c.* orationibus & collectis finitis, dicta sancta Synodus volens procedere ad ulteriora, sive decreta, juxta deliberationem nationum; de mandato ejus, reverendissimi, reverendique, ac venerabiles viri domini, sancti Marci Presbyter, & Franciscus Florentinus diaconus, Cardinales: Joannes Patriarcha Constantinopolitanus de Italia, Jacobus electus Pennensis, Stephanus Episcopus Dolensis, Guillelmus Pulcrinepotis sacræ Theologiæ professor, Antonius Generalis sanctæ Mariæ de Mercede, & Michael de Navers, Robertus Sarburiensis Episcopus, Joannes Weilis decretorum Doctor, Magister Mauricius de Praga sacræ Theologiæ professor, deficiente ibidem venerabili viro Nicolao Wordis utriusque juris Doctore propter ejus infirmitatem, commissarii alias deputati ad ordinandum processum contra Petrum de Luna, quoad citationem contra eum decernendam, quam ad totum processum habendum contra ipsum, tanquam contra schismaticum, hæreticum notorium, scandalizantem statum universalis Ecclesiæ, & totius fidei Orthodoxæ, & populi Christiani totius, &c. ascenderunt ambonem, super quo statuta, decreta, edicta, ordinata, & sententiæ ipsius Synodi leguntur, statuuntur, decernuntur, ordinantur, & approbantur, &c.

Et tanquam deliberati, de voluntate ipsorum dominorum Commissariorum, reverendissimus pater dominus Franciscus Cardinalis Florentinus faciendo relationem ipsi Concilio incœpit cum quodam themate incipiente: *Deus non vult, &c.* introducendo materiam, qualiter Ecclesia Dei fuisset a longis temporibus citra propter pertinaciam prælatorum afflicta, & superbiam & fastum, & maxime per illos, qui ipsi præesse prætendebant. Ex quo jam non restares unio populi Christiani, & restitutio Ecclesiæ Dei per alium, quam per Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum: qui toties per Reges, principes, universitates, nobiles, & prælatos populi Christiani requisitus fuisset, ut dares pacem Ecclesiæ, & toti populo Christiano, per ejus cessionem de papatu suo prætento, juxta præmissa per eum facta, publicata & prædicata, tamen eo semper in sua malitia permanente. Quapropter Sancta Synodus ipsos Commissarios deputasset ad ordinandum processum contra eum, ad finem quod pax dari Ecclesiæ Dei, & unicus pastor eligi, per quem Ecclesia reformari, & hæreses jam per Mundum seminatæ exstirpari possent. Quapropter iidem Commissarii juxta mandatum & commissionem processissent ad nonnullos actus, videlicet formando articulos, super quibus testes examinassent, quoad citationem decernendam, & alias pro processu totali, dictisque testibus examinatis; repererunt ipsum Petrum de Luna fore citandum per edictum publicum in civitate Constantiensi, & partibus Hispaniensibus affigendum, & præsertim in locis circumvicinis, ubi dictus Petrus moram traheret, ut ad ejus notitiam devenire posset; ac alias personaliter & legitime, si ejus persona commode haberi posset, ad comparendum coram dicta Synodo Constantiensi, & in civitate Constantiæ, ad procedendum, & procedi videndum usque ad sententiam diffinitivam in causis contra eum per ipsum Concilium mota, cum incidentiis, dependentiis & connexis. Quapropter per dictum Concilium ad ulteriora procedi debere, & ipsam citationem, ut præfertur, decerni fore duxerunt, ut ipsi Concilio retulerent.

Et subsequenter juxta relationem prælibati domini Cardinalis commissarii, venerabiles viri domini Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores ipsius Concilii procuratoriis nominibus & synodicatoriis petierunt per dictum Concilium citationem prælibatam decerni; & concedi instantia suprema. Quibus petitionibus per dictos promotores factis, sacrosancta Synodus Constantiensis, auditis relationibus commissariorum per eam deputatorum, causisque justis & rationabilibus compertis, citationem perpetuam decrevit: & quoad decretum citationis hujusmodi respondebat per suos deputatos ad hoc, videlicet Antonium Episcopum Concordiensem, Joannem Vaurensem, Gundisalvum de Sancta Maria, Petrum Corsagensem, & Nicolaum Merseburgensem Episcopos, necnon Joannem Cardinalem Vivariensem nomine collegii, per verbum, *Placet*.

Quo responso facto, statim de mandato ejusdem Synodi reverendus pater dominus Stephanus Episcopus Dolensis, juxta *a* ordinem ipsorum Commissariorum legebat citationem decretam contra ipsum Petrum de Luna de verbo ad verbum, loco quo supra. Qua lecta & audita, præfata Synodus per dictos deputatos ad respondendum nomine ejus, videlicet Concordiensem, Vaurensem, & Gundisalvum de Sancta Maria decretorum Doctorem, Patricium Cortagensem, & Nicolaum Merseburgensem Episcopos, & Joannem Vivariensem Cardinalem, ex parte collegii, responderunt, *Placet*. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus dominis Joanne Ostiensi, Angelo Prænestinensi Episcopis, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Antonio Aquilegensi, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Petro Cameracensi, Thoma Tricariensi, Guillelmo Sancti Marci, Petro Puxi, Antonio de Chalanco, Almanno Pisano, Branda Placentino, Amedæo Saluciarem, Reynaldo de Brancaciis, Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino diaconibus Cardinalibus: necnon illustrissimo principe Ludovico comite palatino Rheni, gubernatore dicti Concilii, cum suis nobilibus, ceterisque Ambaxiatoribus Regum, Principum, Prælatorum, universitatum studiorum & communitatum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

a MS. ordinationem.

Ex collectione Barberiniana, & duabus Mss. Germanicis.

Tenor vero dictæ citationis, &c.

QUA quidem citatione sic lecta & audita, reverendus pater dominus Antonius Concordiensis, Alanus Leonensis Episcopi, Guillelmus de Sancta Maria decretorum Doctor, Patricius Cortagensis, & Nicolaus Merseburgensis Episcopi, nomine nationum hujus sanctæ Synodi, ac Joannes Episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopus Cardinalis, & Vicecancellarius, nomine sacri collegii dominorum Cardinalium, responderunt, & quilibet eorum respondit, *Placet*.

Super quibus omnibus & singulis superius scriptis, & in præsenti sessione habitis, factis, lectis & publicatis, Magister Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro procuratores & promotores prædicti, nomine quo supra, a reverendis patribus dominis protonotariis, necnon notariis & scribis hujus sacræ Synodi prædictæ sibi fieri petierunt unum, vel plura, ac tot, quot fuerint necessaria publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis S. R. E. Cardinalibus, ac illustri principe domino Ludovico Bavariæ duce & comite palatino Rheni dictæ Sanctæ Synodi in absentia illustrissimi principis domini Sigismundi Romanorum Regis gubernatore, necnon nonnullorum Regum, Prælatorum, universitatum studiorum, communitatum, capitulorum, conventuum, & aliorum absentium Nunciis, procuratoribus & Ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex eadem collectione & tribus MS. German.

Subsequenter statim & incontinenti dicta sessione sic peracta, honorabilis vir Magister Michael Bolosonis prædictæ Sanctæ Synodi notarius & sessionarius de mandato ipsius Synodi prædictam citationem ad se recipiens, eamque una cum nobis notariis & scribis præsentis causæ prædictis, ad audientiam publicam litterarum contradictoriarum, videlicet ad Ecclesiam sancti Stephani Constantiensis, ubi dicta audientia solet & solita est teneri, & tunc tenebatur, ibidem pro tribunali sedente reverendo in Christo patre & domino, domino Jacobo de Campio ipsius audientiæ auditore, honorabili viro Ambrosio, fideli ejusdem audientiæ lectori legendam tradidit & præsentavit. Qui quidem magister

ANNO CHRISTI 1416.

gillar Ambrosius lector post quarumdam aliorum litterarum de justitia lecturam ibidem factam, ipse citationem alta & intelligibili voce legens, ut moris est, ipsomdicratis viris Magistris Frederico de Arnhen & Gilezero Bovantan, dictæ audientiæ notariis, ulteriori exlecutioni tradidit, ut fieri solitum est, demandandam. Super quibus omnibus & singulis sic factis idem magister Michael Bolosonis sessionarius a nobis notariis præsentis causæ, & scribis præfatis sibi nomine dictæ Sanctæ Synodi unum, vel plura, publicum & publica fieri petiit instrumenta. Præsentibus ibidem providis viris magistris Nicolao Wurd, Henrico Hutnatal, Conrado Balduini, Everhardo a Bidanelt, Joanne Scalla, & Hermonno Boten, dictæ audientiæ procuratoribus, aliisque procuratoribus ejusdem audientiæ quampluribus testibus ad præmissa vocatis spe- B cialiter, & rogatis.

a MSS. Bilevelt.

SESSIO XXV.

In prima editione.

ANno Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, die vero Lunæ decimaquarta mensis Decembris, fuit sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi solemniter celebrata pro unione oratorum & procuratorum magnifici domini comitis de Fuxo, & trium statuum dominiorum suorum, ipsius & suorum illorum nominibus. Fuerunt autem dicti Ambaxiatores reverendissimus dominus Petrus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Fuxo, ac reverendi patres Sancius Olorensis, & Bernardus Adurensis, Episcopi. Fuitque ibidem modus & ordo servatus in hac sessione, sicut in unione Ambaxiatorum Regis Arragonum, prout in ses- C sione vicesima secunda supra continetur. Postquam vero facta fuit unio & incorporatio ad sacram Concilium dictorum oratorum & procuratorum præfati magnifici comitis de Fuxo, triumque statuum dominiorum suorum, reverendissimus in Christo pater dominus Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis legebat schedulam tenoris subsequentis.

Decretum concessionis Olomucensis Ecclesiæ in commendam.

SAcrosancta Constantiensis Synodus concedit & committit custodiam, curam, regimen & administrationem Ecclesiæ Olomucensis in spiritualibus & temporalibus in regno Bohemiæ & marchionatu Moraviæ vacantis pro præsenti & legitima administratione ca- D rentis per obitum bonæ memoriæ Venceslai Patriarchæ Antiocheni, qui auctoritate Apostolica quoad viveret, eam habebat in commendam, in favorem fidei, & ut necessitati & utilitati ipsius Ecclesiæ occurratur, venerabili fratri Joanni Episcopo Lutomissensi, usque ad electionem futuri summi Pontificis Romani, Et expost ad tres menses immediate sequentes, mandans & committens venerabili fratri Joanni Episcopo Ostiensi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali & vicecancellario, litteras super hoc opportunas in forma debita & gratis, de mandato, expedire.

Et post hæc de mandato Concilii prædicti fuit responsum per dominos ad hoc deputatos, videlicet reverendos patres dominos Antonium Episcopum Concordiensem pro Italica, Joannem protonotarium de Trombloio pro Gallicana, Gundisalvum de Sancta E Maria pro Hispanica, Patricium Episcopum Certagensem pro Anglicana, Nicolaum Episcopum Mersburgensem pro Germanica, nationibus, & Joannem Episcopum Ostiensem Cardinalem Vivariensem nomine Cardinalium, per verbum, Placet.

Ex collectione Barberiniana, & duobus MSS. Germanicis.

ANno, indictione, &c. quibus supra, die Lunæ *xiv.* mensis Decembris supradicti, fuit sessio Generalis in Ecclesia majori Constantiensi hora tertiarum, super unione fienda Ambasiatorum comitis Fuxi & ejus comitatus, ac trium statuum dominiorum suorum. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis A Joanne Episcopo Ostiensi, Angelo Prænestinensi Episcopo, Francisco Venetiarum, Gabriele Senensi, Antonio Bononiensi, Almanno Pisano, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Branda Placentino, Guilelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxi presbyteris, Reynaldo de Brancaciis, Amedæo Saluciarum, Ottone de Columna, Lucido de Comita, & Francisco Florentino Cardinalibus diaconibus: ac illustrissimo principe Ludovico comite palatino Rheni: necnon Romanorum, Ungariæ, &c. Arragonum, Angliæ, Neapolitanorum, Poloniæ, Cypri, Daciæ, Norvvagiæ, & Svaciæ regum Ambaxiatoribus, ceterorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum & communitatum Ambaxiatoribus & nunciis in magno numero; Synodum seu Concilium generale Constan- B tiense repræsentantibus.

Et antequam fuisset ad aliquod divinum officium processum, reverendi in Christo patres & domini, domini Xantius Olorensis, Bernardus Adurensis Episcopi præfati domini comitis de Fuxo, necnon trium statuum dominiorum suorum procuratores & nuncii speciales, ad præsens Constantiense Concilium missi super unione & incorporatione ipsorum comitis de Fuxo, & prælatorum, nobilium, & popularium trium statuum fienda cum ipso Concilio, & ipsam unionem & incorporationem principiando, ascenderunt una cum venerabili viro Petro de Cremona, decretorum Doctore, ambonem, super quo negotia, sententiæ, decreta publicantur & decernuntur: & produxerunt unam litteram credentiæ in papyro sigillatam sigillo impresso ipsius comitis; qua C littera per supradictum dominum Petrum de Cremona de mandato Concilii lecta, statim iidem domini Episcopi Ambaxiatores produxerunt successive duo instrumenta procurationis, & eorum auctoritate sigillata sigillis impendentibus ejusdem domini comitis de Fuxo. Instrumenta procurationum similiter successive per eumdem dominum Petrum de Cremona fuerunt lecta ibidem, quorum instrumentorum, necnon litteræ credentiæ, de quibus supra fit mentio, inferius describuntur hujusmodi sub tenore:

Littera credentiæ Comitis Fuxi.

Reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Prælatis, & aliis in D Constantia congregatis.

REverendissimi in Christo patres & domini. Notum facio vestris reverendissimis paternitatibus per præsentes, quod super exstirpatione schismatis & unione Ecclesiæ orthodoxæ, mitto ad vos dominos meos Constantiæ congregatos, reverendos in Christo patres dominos Xanctium Olorensem, & Bernardum Adurensem Episcopos, in sacra pagina professores, juxta tenorem capitulorum Narbonæ concordatorum, de nostra intentione plene informatos: vobis humiliter supplicans quatenus eorum relationibus, tanquam meis, velitis fidem indubiam adhibere.

Datum Orthesii, *XXIII.* mensis Julii, anno a nativitate Domini *MCCCCXVI.*

E Joannes Comes Fuxi.

Instrumentum procurationis domini Comitis Fuxi, & trium statuum dominiorum suorum.

In nomine Domini, Amen.

NOverint universi, quod coram illustri & magnifico principe potentique domino, domino Joanne Dei gratia Comite Fuxi constitutis personaliter gentibus trium statuum sui vicecomitatus Bearni, adjunctis etiam aliquibus de vicecomitatu Morsani ad infrascripta de mandato & ordinatione præfati domini comitis more solito congregatis, in quadam congregatione præsentes erant de statu Ecclesiastico reverendi in Christo patres frater Bernardus Adurensis, frater 1 Xancius Olorensis

1 Al. *Xantius.*

ANNO CHRISTI 1416.

tensis Episcopi, vonerabilis vir dominns Arnoldus de Grataluppo licenciatus in decretis, canonicus & archidiaconus Valiis veteris in Ecclasia Lascurensi, vicarinique Reverendissimi in Christo patris & domini, domini Petri miseratione divina S. R. Ecclesiæ Cardinalis de Fuxo vulgariter nuncupati, administramrisque perpetul præfatæ Ecclesiæ Lalcurensit, necnon reverendi in Christo patres, frater Petrus monasterii de Luca, ordinis sancti Benedicti Olorensis diœcesis; frater Lubacus, monasterii santi Joannis de Castella, ordinis Præmonstratensis; frater Petrus monasterii de Ponceallen, ordinis S. Bernardi, Adurensis diœcesis, abbates ac Procuratores abbatum de Sylvalata, & de Reuls, Lalcorensis diœcesit.

Et de statu Baronum, sive nobilium aderant ibi nobiles viri dominus 1 Arclanaudus de Fuxo, D. de Novaillit, Raimundus dominus Dandaulis, Fortanerius duminut de 2 Lultiano, Raimundut Arnoldi dominus 3 de Byrals, Gitardus dominus de Ganciteano, Raymundus dominus de 4 Goyossa barones; necnon domini Joannes 5 de Dondulis, dominus Fortanerius 6 de Lucon, dominus Petrus Arnoldi de Bearno, dominus Raymundus Arnoldi, dominus de Valentine milites, Arnoldus dominus de 7 Boro, 8 Fortunaterius domioos Dossos, & Arnoldus Guillelmi dominus de Dorgurio, scutiferi.

Erant insuper præsentes de statn communitatum Joannes 9 de Iriculus, & Arnoldut de Varden pro burgo sive villa de Marlans, Petrus de Nadeos, & magister Raymundus Garsiæ 10 de Huntz, pro burgo sive villa de Orthesio, Arnoldus Goillelmi de Leduxio, & Petrus de Goez, pro burgo sive villa de Oloro, 11 Bertrandus de Dinas, & Joannes de Gote, pro villa sive burgo de 12 Salvateria; Arnoldus dominus de Vero pro Montanea Desian; Bertrandus 13 Ditiert, & Raymundus de la Sala, pro Montanea de Aspa; Genforetus de Abbatia, & Joannes Dontraxo, pro Montanea de Barotos: Petrus Arnodi de Fabrica, & Bertrandus Duprat pro villa 14 de Benavuviet; Manaldus de la Barjona, & Guillelmus Arnoldi de Abbatia, pro villa de Salmis: Arnoldus 15 de Montlaut, & Bernardut 16 De iis augas pro villa de 17 Monembro; necnon plures alii viri ecclesiastici homines de Paratico, & de communitatibut dictarum terrarum in multitudine copiola.

Præfatus dominus comes per organum supradicti domini Arnoldi de Grataluppo, denunciari & declarari effectualiter fecit, & mandavit capitula per Ambaxiatores sive Procuratores serenissimorum dominorum regum & principum olim obedientiæ Benedicti Pap. XIII. ex una parte cum serenissimo principe domino Sigismundo Dei Gratia Romanorum, Ungariæ, Dalmatiæ, &c. rege semper Augusto, & reverendissimis in Christo patribus dominis Archiepiscopis, Episcopis, aliisque honorabilibus viris legatis, nunciis, & procuratoribus congregationis Constantiensis in civitate Narbonensi die XIII. mensis Decembris, anno a Nativitate Domini MCCCCXV, pro exstirpatione dolendi schismatis, ac unione sanctæ matris Ecclesiæ inita, firmata & concordata: & qualiter in vim præmissorum litteræ convocatoriæ ab eadem congregatione Constantiensi emanaverint, atque ad ipsum dominum comitem, aliosque reges, principes, prælatos, & alias personas dictæ olim obedientiæ domini Benedicti Papæ, quæ & debent, & possunt in conciliis Generalibus interesse, pervenerint: continentes in effecto obsecrationum, exhortationem, requisitionem, convocationem, & monitionem, quod ob reverentiam Dei accederent Constantiam ad una cum congregatione prædicta schismata sedanda, ad unionem Ecclesiæ procurandam, ad reformationem ipsius Ecclesiæ tam in capite, quam in membris complendam, ad ejectionem dicti domini Benedicti Papæ effectualiter faciendam, ad electionem unici futuri Romani Pontificis procedendum, ac pro aliis causis & rationibus, quæ ad Generale Concilium pertinent & spectant. Attendo post denunciationem & declarationem prædictorum utile, expendiens, salutiferum, atque necessarium fore pro ipsis & prædictis trium statuum hujusmodi gentes transmittere, ad prosecutionem prædictor. fore procedendum.

Hinc est, quod super iis habita matura deliberatione, tractatu & consilio, præfatus dominus Comes, gentesque trium statuum prædictorum superius nominatorum, nomine ipsorum, & absentium, omnes simul, & quilibet ipsorum in solidum, melioribus modo & forma, quibus potuerunt & debuerunt, fecerunt, creaverunt, constituerunt, & etiam ordinaverunt suos veros legitimos & indubitatos ambaxiatores, procuratores, & negotiorum suorum gestores supra nominatos reverendissimum in Christo patrem dominum Petrum de Fuxo absentem, reverendos in Christo patres Xancium Olorensem, & Bernardos Adurensium Episcopos presentes, & quemlibet ipsorum in solidum: ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod per unum inceptum fuerit, per alium prosequi valeat & fieri, specialiter & expresse ad comparendum nomine ipsius domini Comitis, & aliorum prædictarum gentium hujusmodi trium statuum in civitate Constantiensi, & alibi, ubi expediens fuerit, & una cum præfatis dominis regibus & principibus, prælatis, & aliis olim obedientiæ dicti domini Benedicti, olim Joannis, olim Gregorii, ita ut ex omnibus unum Generale ovile totius Christianitatis fiat; necnon ad sedandum & exstirpandum schisma & hæreses, ad unionem Ecclesiæ procurandam, ad reformationem ipsius Ecclesiæ, tam in capite, quam in membris faciendam, ad electionem unici Romani Pontificis procedendum, ad petendum ab eodem unico Romano Pontifice gratias, confirmationes, habilitationes, absolutiones a censuris Ecclesiasticis, indulgentias, dispensationes matrimoniales, & alias tam proprio domino comite, & aliis personis supradictis, & tam nomine ipsius domini comitis, quam ipsorum, dum tamen unicus eligatur Romanus Pontifex, & ad illas causas, & negotia quæ ad generale Concilium pertinent & spectant, tractandum & exercendum; necnon ad exequendum, complendum, faciendum, fineque debito terminandum, ponendum omnia & singula contenta in capitulis, & litteris convocatoriis superius nominatis, cum dependentibus, emergentibus & connexis; Dantes & concedentes eisdem dominorum Ambaxiatoribus & procuratoribus, & cuilibet eorum in solidum plenam & liberam potestatem super præmissis omnibus, & singulis & ea tangentibus cum præfatis dominis regibus, principibus, prælatis & aliis personis obedientiæ olim domini Benedicti, necnon cum supranominato domino Romanorum rege, aliisque regibus, principibus, prælatis, ceterisque personis obedientiæ olim Joannis, & Gregorii nuncupatorum, seu eorum Ambaxiatoribus & procuratoribus conveniendum in unum & generale Concilium Ecclesiæ convocandum, faciendum, uniendum, congregandum, tractandum firmandum, interessendum, jurandum, & concludendum, unum, duo, vel plures procuratores substituendum, & ipsos, & ipsorum quemlibet revocandum, & singula ac omnia alia faciendum, expediendum, quæ in præmissis & circa præmissa fuerint necessaria, seu etiam opportuna, etiamsi talia fuerint, quæ mandatum exigant magis speciale; promittendo se habere perpetuo ratum, firmum, atque gratum quidquid per eorum dictos Procuratores aut substitutos hujusmodi, aut eorum alterum in præmissis, & causa præmissa, cum dependentiis, emergentiis & connexis actum fuerit, sive gestum sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum, præsentium & futurorum. De quibus omnibus & singulis

1 *Mss.* Archannadas. *Infra.* Archabordut, *pag.* 129. 2 *Mss.* Dandulis, *&* mox de Lascinio. 3 *Mss.* de Crarasa; *&* mox de Gonticano. 4 *Mss.* Gaysca. 5 *Mss.* Dandalis. 6 *Mss.* de Lucini. 7 *Al.* Bero. 8 *Mss.* Fortenerius 9 *Mss.* de Joeculas. 10 *Mss.* de Lunea. 11 *Mss.* Gernardos. 12 *Mss.* Salvatena. 13 *Mss.* Divert. 14 *Mss.* de Navarenox. 15 *Mss.* de Mancalet. 16 *Mss.* Days Angare. 17 *Mss.* Monenchio.

ANNO CHRISTI 1416.

lia supranominatis dicti domini Comes, gentesque A trium statuum supranominatorum requisierunt me notarium publicum infrascriptum, quod de iis quæ dicta sunt, & eorum quolibet, unum aut plura conficerem publica Instrumenta. Quæ fuerunt facta in refectorio conventus Prædicatorum Orrhesii. Præsentibus nobilibus viris dominis Gratiano de Acrimonte domino *a* Das, Archabundo de Campena domino *b* Dalnjo militibus & venerabilibus viris dominis Arnaldo de Abbatia, Bertrando de Domonove canonicis Ecclesiæ Oloronensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et me Bernardo de Platea clerico Lascurensis diœcesis Apostolica auctoritate, ac generali in omnibus terris & dominationibus dicti domini Comitis Fuxi, notario, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens fui, B eaque recepi, scripsi & publicavi, signumque meum solitum, facta prius diligenti collatione, manu mea propria apposui requisitus & rogatus, in fidem & testimonium singulorum præmissorum.

Procuratorium trium statuum dominiorum Comitis Fuxi.

In nomine Christi. Amen.

NOverint universi, quod cum de mandato illustris magnifici Principis, & potentis viri domini nostri Dei gratia Comitis Fuxi, Vicecomitis Bearni, Castribani, Marsoni, Guardani, gentes trium statuum dicti comitatus congregatæ exstitissent in capitulo Monasterii de Fuxo ordinis sancti Augustini, Appamiensis diœcesis, in qua C quidem congregatione præsentes erant de statu ecclesiastico magister Guillelmus de *c* Negoeriis licentiatus in artibus, dominus Aidus Pupini, Canonicus & Prior claustralis dicti monasterii, vice & nomine, ac vicarii (ut dixerunt) reverendi in Christo patris & domini Guillelmi Abbatis dicti Monasterii: nobilis Jordanus de Lissato, nomine & vice ejus fratris, reverendi in Christo patris domini Petri Rogerii, Abbatis monasterii Monstrasalensis, Rivensis diœcesis, ad infrascripta potestatem habens, ut asseruit: dominus Jacobus Marges monachus, Vicariusque reverendi in Christo patris & domini Petri Abbatis monasterii de Bakone ordinis Cisterciensis, Mirapicensis diœcesis, frater Raimundus Borcelli Canonicus & Vicarius reverendi in Christo patris & domini domini Jacobi Abbatis monasterii Cobelongo ordinis D Præmonstratensis Conseranensis diœcesis.

Et de statu baronum, sive nobilium aderant ibidem præsentes nobiles viri dominus Joannes de Fuxo, dominus de *d* Pavaca; Almainus de Rupeforti, dominus de Druacho; Bernardus de Villamuro, dominus sancti Pauli de Garco; Joannes de *e* Armunu, dominus de Armana; Bernardus Sequeti, dominus de Calvomonte; Fortanerius de *f* Dribano, dominus de Monteecuto, milites; necnon nobiles Hugo de *g* Dordaco dominus de Casanova; Jordanus de *h* Bissato; Guillelmus de *i* Maglosio dominus de Berveyolio; Ardemarius de Aura dominus de Bria; Bernardus de Lobenchiis, Bosianus de Ruepforti, Petrus de Noalhiia, Bernardus de Gassioti dominus Belleludensis, domicelli.

Erant insuper præsentes de statu communitatum E comitatus, Raimundus Caroli, Bernardus Badonis, Arnoldus de Villacone consules loci de Fuxo, magister Joannes de Laoaonis notarius, nomine & vice consulum de Aquis, Joannes *k* Genibaut consul loci Bor . . . . Cor . . . . Bernardus Majoris consul loci de *l* Vicedellea, Joannes Caprel consul loci de *m* Neronctis, Petrus de Gardua, Arnoldus Favariu consules loci de Vastitatororum; Raimundus Solatii, Armundus de *n* Guillamacho consules loci de *o* Manaosaili, Petrus de Bovuna consul loci de *p* Samarco, Petrus de Maulo consul loci de Vordia, Reimundus *q* Vercerii consul dicti loci de Dalmazano, Stephanus de *r* Pollico consul loci de Bastitapultusplanis: Bernardus de *s* Scapuesvexe, consul de sancto Eparcio; magister Joannes Branden, nomine viceconsulum de Savardono, Blasius Roelli, *t* Joannes Rubei, consul loci de Maueris: Petrus Midio, Joannes Adde *u* consul loci de Montealto, Bernadus Arnauli, Petrus *x* Paticelli, consules loci de Varillis: Joannes de Locania consul loci de Montegalherdo; Vitalis Arnoldi consul loci de *y* Sanaro; Arnoldus de Peyrati consul loci de *z* Camarata; necnon etiam plures alii viri ecclesiastici, nobiles & communitates dicti comitatus in multitudine copiosa, & de mandato ejusdem domini Comitis per organum discreti viri magistri Petri *a* Roberico jurisperiti judicis ordinarii, & majoris dicti comitatus, denuncieta & declarata fuerunt effectualiter capitula per Ambaxiatores & procuratores serenissimorum dominorum Regum & Principum olim obedientiæ dicti domini Benedicti Papæ XIII. ex una parte, & serenissimo Principe domino Sigismundo Dei gratia Romanorum & Ungariæ, &c. Rege semper Augusto, & reverendissimis in Christo patribus dominis Archiepiscopo, &c. aliisque venerabilibus viris Legatis, Nunciis & procuratoribus congregationis Constantiensis in civitate Narbonensi die XIII. Decembris anno proxime ulapso pro exstirpatione dolendi schismatis, & unione sanctæ matris Ecclesiæ, &c. *ut supra in altero, b parum aut nihil mutata.*

C Acta fuerunt hæc in dicto capitulo dicti monasterii de Fuxo die XVIII. mensis Augusti sub anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. Indictione IX. & Sede Apostolica vacante præsentibus discretis viris magistro Petro de *c* Robaureo supradicto judice, Jacobo de *d* Veroni dicti comitatus, & nobili Arnoldo VVillelmi de Lobenchis, domicello, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et me Joanne Sartoris, curiæ Appamiensis publico auctoritate Apostolica & Imperiali notario, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque omnia & singula supradicta recepi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi; sed aliis occupatus negotiis, per alium mihi fidum scribi feci, & facta collatione diligenti, hic me subscripsi, & signo D meo solito, quo utor, auctoritatibus prædictis, signavi requisitus & rogatus in testimonium præmissorum.

Sartoris.

Quibus quidem litteris credentiæ, instrumentis constitutionum procuratorum, de quibus supra mentio habetur, lectis, reverendus pater frater Xanctius Episcopus Oloronensis in ambone adhuc existens pro convocatione & unione hujusmodi benigne facienda incepit facere sermonem ad Synodum prædictam assumens pro themate suo hoc, videlicet, *Congregavit bonos & malos, Matth. 22. cap.* Quo sermone completo, dixit & exposuit:
„ Nos oratores & procuratores magnifici comitis
„ de Fuxo triumque statuum suorum dominiorum,
„ volentes & intendentes adimplere conventionem
„ Narbonæ initam inter serenissimum Principem
E „ & dominum dominum Sigismundum Romanorum
„ & Ungariæ Regem, ac procuratores & Nuntios
„ dominorum Regum Castellæ, Arregonum &
„ Navarræ, necnon illustrissimorum Principum dominorum Fuxi & Armeniaci Comitum partibus
„ ex ultera; & propterea præsentassent se in hoc
„ loco coram congregatione prædicta, offerentes
„ se ad exequendam dictam conventionem, &
„ & omnia & singula contenta in ea, Et sic nunc at-

a Al. *Daas.* *b* Al. *Dunlro.* *c* Mss. *Negueriis.* *d* Mss. *Panata.* *e* Mss. *Arvena.* *f* Mss. *Durbano.* *g* Mss. *Lordato.* *h* Mss. *Lussato.* *i* Mss. *Meglosio dominus de VVavurso.* *k* Mss. *Grembaut consul loci de Simus: Bernardus, &c.* *l* Mss. *Vitodesso.* *m* Mss. *Morenchis.* *n* Mss. *Guilamato.* *o* Mss. *Monstraxillis.* *p* Mss. *Sanarrato.* *q* Mss. *Mercerii.* *r* Mss. *Pelato.* *s* Mss. *Schapsfuerg.* *t* Mss. *consules.* *u* Mss. *consules.* *x* Mss. *Ratoelis.* *y* Mss. *Sanata.* *z* Mss. *Camaraca.* *a* Mss. *de Roberto.* *b* Hoc est, ut in procuratorio comitis Fuxi, superius proxime posito. *c* Mss. ut supra, *Robetaco.* *d* Mss. *Montelliano.* *a* Mss. *Fereol procuratore dicto, &c.*

ANNO CHRISTI 1416.

,, attendentes quod in præfato capitulo dictæ conventionis continetur, quod convocatio fiat per prælatos, ceterosque vires acclesiasticos hejua congregationis per litteras, quæ dirigontar ad dominos Principes, & alios de obedientia domini Benedicti XIII. in soa obedientia sic nuncupati. Et vice versa quod præfati Principes & alii de obedientia domioi Beoedicti faciant littusas convocatorias ad vos dominos, vel pes seos procuratoras, vel Ambaxiatores mittendos, vos hic io Coostantia congregatos convocabunt. Et attento eriam quod convocatoriæ litteræ pro parta vestra magnifico comiti de Fuxo, & eilis de obedieotia domini Benedicti præsentatæ fuerunt, volumus & nos satisfacere dicto capitulo.

Quibus quidem dictis & expositis reverendus pater domines Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis ascendit ambonem, & da mandato & voluntate Concilii incepit legera litteras convocatorias alte & intelligibili voce prædictas, quarum tenor lequitur talis:

,, Miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Decani, Præpositi, Archidiaconi, aliique ecclesiarum, & monasteriorem, &c. ut supra, die quatta mensis Julii *a* enni præteriti.

a MS. anni præsentis. Ita litteræ convocatoriæ sunt in sessione xxii. pag. 974.

Qua littere convocationis lecta usque ad tertiam partem, vel circiter, Synodus præfata habuit eam pro lecta totaliter. Et statim prædicti domini Episcopi, & Ambaxiatores; per organum dicti domini Xanctii respondendo legebant in hunc modum:

,, Nos oratores & procuratores magnifici Comitis de Fuxo triumque statuum suorem dominiorum, cui qoidem capitulo satisfacientes convocamus vos omnes prælatos & ceteros dominos de hac coogregatione juxta tenorem dicti capituli.

Qua lecta schedula, reverendissimes in Christo pater domious Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis pro parte dictæ Synodi, publice, alta & intelligibili voca ouam aliam schedulam infrascripti teooris respondendo legebat:

,, Nos miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati & cæteri hic congregati, acceptamus & offerimus nos paratos sine dilatione quacumque ad procedendum ad ulteriora. Er Insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem tertii capituli coonventionis prædictæ, quæ talis est, ut sequitur:

,, Tertio quod præfati de obedientie dicti domini Benedicti XIII. sic per ejus obedientiam, ut præfertur, nuncupati venientibus ad Constantiam statim fiat unio eoromdem ad dictum Concilium Constantiense, sicqua, &c. pro faciendo universale Concilium, ot supra habetur.

Quibus sic peractis, dominus Xanctius Episcopus Olorensis, nominibus qoibus supra, publice, alta & intelligibili voce, legit schedulam unionis dictorum Ambaxiatorum cum dicta Synodo, hujusmodi sub tenore:

,, Nos oratores & procurstores prædicti dicto nomine unimus nos vobis juxta tenorem capituli antecedentis. ,, Et statim dominus Archiepiscopus Mediolanensis de mandato Synodi præfatæ publice legebat schedulam acceptationis unionis prædictæ sub his verbis.

,, Nos prælati, &c. congregati, ut supra, dictam unionem vestram acceptamus, & vobis oratoribus & procuratoribus præfatis dicto nomine juxta dicti capituli tenorem unimus.

Quibus sic, ut præfertur, factis, de mandato Concilii fuit responsum per domioos ad hoc deputatos, videlicet reverendissimos patres dominos Antonium Episcopom Concordiensem pro Italica, Joannem Protonotariom de Trembelyo per Gallicana, Gundisalvum de sancta Maria pro Hispanica, Patricium Episcopum Cortagensem pro Anglicana, Nicolaum Merleburgensem pro Germanica, & Joannem Episcopum Ostiensem Cardinalem nomine cardinalium, per verbum, *Placet*.

Super quibus lectis & approbatis, ac incorporatione & unione factis & gestis, omnibusqoe aliis & singulis, vencrabiles viri domini Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores, &c. a reverendis dominis sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotariis, ceterisqua ootariis sanctæ Sedis Constantiensis petiarunt oominibus procuratoriis unum vel plura, publicum & publica, iostrumentum & instrumenta.

Tandem reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Franciscus Cardinalis Florentinus pro recommendationa ipiorum Ambaxiatorum, & domini Comitis de Fuxo, & omnium illoram, qui ipsos Ambaxiatores huc ad Concilium Constantiensia miserunt, levavit se io medium, & assumpsit pro ejus themate hæc verba, *Congregationes aquarum appellavit maria*, &c. & fecit pulcram collationem, recommendando Comitem de Fuxo, & domiula soa, & homines quoromcumque statuum, de bona perseverantia & diligentia, & ipsos Ambaxiatores de laboribus, &c. Recommendatione hujusmodi facta, fuit cantatus Psalmus, *Te Deum laudamus*, per omnes de Concilio. Quo cantato, alte voce fuit inceptem officium Missæ de Sancto Spirite per reverendum patrem d. Episcopum Mersebergensem. Et post officium Missæ more aliatum sessionum fuerunt lectæ litanim cum introitu, *Exaudi nos Domine*, &c. hymnus, *Veni creator Spiritus*, &c. & diversis collectis, & Evangelio, *Dixit Simon Petrus ad Jesum*.

Quibus factis, prælibetus reverendus pater dominus Archiepiscopus Mediolanensis reascendit amboeem una cum domino Petro de *b* Braconia, & ibidem exsistentibus dominis Xanctio Olorensi, & Bernardo Adurensi Episcopis Ambaxiatoribus prædictis, idem domious Episcopus Olorensis legebat schedulam confirmationis capitolorum initorum intar ipsos & Concilium Constantiense, hujusmodi sub tenore:

b MS. de Bracovia.

,, Nos Petrus miseratione divina Cardinalis de Fuxo, Xanctios Olorensis, & Bernardus Adurensis Episcopi, procuratores & Ambaxiatores magnifici Comitis de Fuxo, & trium statuum dominiorum, sive comitatuum suoram dictis nominibus, & quolibet ipsum nomine, omnibusque aliis, quibus validius & efficacius possumus & valemus, omnia & singula decreta & statuta, ac protestationes, necnon conventiones, & pacta per sacrosanctam generalem Synodem Constantiensem nobiscum dictis nominibus facta & edita, & nunc sunt seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis, & solemniter repetitis, vice & nomine domini nostri Comitis, ac omnium dominiorum & terrarum suarum acceptemus, assentimus, approbamus, & solemniter confirmamus. Et similiter sicet ipsa Synodus protestata est, quod non intendit recedere e capitulis in civitate Narbonansi concordatis, de quibus in decreto præsentis Synodi nunc de proximo edito, quod hic volemus habere pro expresso, & specifice declarato, facta exstitit mentio specialis. Ita & nos dictis nominibes & quolibet eorum solemnites protestamer.

Qua schedula cum protestatione sua lecta, dicta Synodus Constantiensis ut deputatos suos prædictos, videlicet Concordiensem Episcopum, Joannem protonotarium da Trembleyo, Gundisalvum de sancta Maria, Patriciom Episcopum Cortagensem, Nicolaum Episcopum Merleburgensem, & Joannem Episcopum Ostiensem, Cardinalem Vivasiensem, responderunt, *Placet*.

Super quibus approbationibus, lectionibus, & protestationibus Henricus de Pico, & Joannes de Scribanis procuratores prælibatæ Synodi Constantiensis, nominibus, quibus supra, petierunt sibi per protonotarios, ceterosque scribas ad hoc deputatos unum, vel plura, publicum & publica fieri instrumentem & instrumente.

Subsequenter prælibatus dominus Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis, de mandato dicti Concilii sive Synodi Constantiensis legebat schedu-

ANNO CHRISTI 1416.

dulam concessionis administrationis tam spiritualium, quam temporalium Ecclesiæ Olomucensis reverendo patri domino Joanni Episcopo Luthomislensi usque ad electionem futuri summi Romani Pontificis, & post electionem ejus ad tres menses, prout in schedula sub his verbis continetur.

Decretum concessionis. *a*

a Est in hac ipsa sessione xxv. ex prima editione pag. 501.

Quibus factis, idem dominus Archiepiscopus Mediolanensis legebat unam schedulam deputationis commissariorum in causa Tridentina, nomine nationis Hispanicæ noviter unitæ Concilio Constantiensi: in qua causa de qualibet natione sunt deputati duo, & de collegio Cardinalium similiter duo. Et ad finem & effectum ut processus causæ per totum Concilium & integrum expediatur per sententiam. Deputaverunt similiter duos de natione Hispanica ad eamdem causam per commissarium, ut in quadam schedula per ipsum dominum Archiepiscopum facta plenius continetur, sub his verbis:

Ex collectione Barberiniana, & duobus mss. German.

Deputantur commissarii in causa Tridentina pro natione Hispanica.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis nuper constituit, ordinavit, & deputavit commissarios infrascriptos, videlicet reverendissimos patres Guillelmum tituli sancti Marci Presbyterum, & Franciscum sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconum S. R. E. Cardinales, Marinum Episcopum Aprutinensem, Gasparem Abbatem de Perusio pro Italica natione, Martinum Episcopum Atrebatensem, Stephanum Episcopum Dolensem pro natione Gallicanam, Nicolaum Episcopum Merseburgensem, Jannem Abundi pro natione Germanica, Patricium Cortagensem, & Bernardum de Planca Vicarium Ecclesiæ Burdegalensis pro natione Anglicana, in causa Tridentina vertente inter venerabilem fratrem nostrum Georgium Episcopum Tridentinum ex una parte, & nobilem virum Fredericum Ducem Austriæ parte ex altera; ad videndum & cognoscendum, utrum executio monitorii contra eumdem dominum ducem, & alios quoscumque occupatores & detentores Ecclesiæ & Civitatis Tridentinæ, necnon oppidorum, castrorum, terrarum, villarum, & jurium ad dictam Ecclesiam Tridentinam pertinentium decreti sint debite factæ, prout in dicta constitutione sive deputationa plenius continetur. Qui ad nonnullos actus in eadem causa processerunt, nunc vero propter adventum Ambaxiatorum illustrissimi Principis domini Regis Arragonum aliis nationibus unitorum pro natione Hispanica, deputat, & constituit Gundisalvum Garsiæ de sancta Maria Archidiaconum Birbicensem, & Michaelem de Navers Archidiaconum in Ecclesia de *b* Yberden juris utriusque doctores, in eadem causa, ad cognoscendum & faciendum cum præmissis prius deputatis, quæcumque erunt facienda, cum ea potestate, qua poterant & possunt primi deputati superius adscripti, vel major pars ipsorum.

b Forte, Iverden.

Subsequenter idem dominus Archiepiscopus Mediolanensis legebat & pronunciabat, ut supra, alta & intelligibili voce capitulum approbationis capitulorum super dispositione & ordinatione solutionis censuum pensionalium domorum, lectorum & aliarum rerum receptarum, & recipiendarum per supposita Concilii a civibus Constantiensibus. Quæ capitula fuerunt approbata per Synodum & Concilium Constantiense, ut inferius continetur.

Quibus factis, præfata Synodus per suos deputatos ad respondendum pro ea ad præmissa, videlicet Antonium Concordiensem Episcopum, & Joannem de Trembleyo protonotarium, Gundisalvum de sancta Maria, Patricium Cortagensem, Nicolaum Merseburgensem, ac Joannem Episcopum Ostiensem, Cardinalem Vivariensem & Vicecancellarium prælibatum, respondit per verbum, *Placet*.

Qua approbatione facta Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores petierunt, ut supra, unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta per protonotarios & scribas, *&c.*

His factis, reverendus pater Archiepiscopus legebat quamdam bullam cujusdam indulti pro monasterio montis Cassinensis ordinis sancti Benedicti. Qua lecta, domini deputati de mandato Synodi approbaverunt eamdem bullam per verbum, *Placet*. *c*

c In ms. Uspl. & Brunsw. additur: Qua tamen actenus tradita non fuit.

Super quibus fuerunt petita instrumenta per Protonotarios & scribas Synodi per Henricum de Piro, *&c.* ut supra, ad perpetuam rei memoriam, præsentibus supradictis dominis pro testibus infrascriptis ad hæc specialiter vocatis & rogatis.

Cedula approbationis super victualibus & pensionibus domorum cum civibus Constantiensibus.

„ Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, ad futuram rei memoriam. Pro conservatione ac publica utilitate præsentis generalis Concilii Constantiensis, & suppositorum ejus, ac exstirpatione scandalorum, & indebitorum onerum, ac etiam ex aliis certis rationabilibus causis animos nostros moventibus, omnia & singula capitula, fœdera, necnon conventiones, & pacta super pensionibus domorum ac dependentium, & nonnullis aliis, firmata & conclusa Calendis Aprilis proxime præteriti, inter dilectos Ecclesiæ filios carissimos commissarios nationum nomine dicti Concilii, & collegii venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium ex una; & commissarios dilectorum filiorum universitatis, & singularum personarum civitatis Constantiensis, ejusque comitatus, territorii, & districtus provinciæ Moguntinensis ex altera partibus; Quæ capitula in litteris dilecti ejusdem Ecclesiæ filii nobilis viri Ludovici Comitis Palatini Rheni defensoris, custodis tunc, ad præsens dicti Concilii, *&c.* sub ejus pendente sigillo seriosissime continetur. Et subsequenter etiam commissariorum collegii & nationis hujusmodi super præmissis & dependentiis, cum dilectis ipsius Ecclesiæ filiis commissariis dilectorum etiam dictæ Ecclesiæ filiorum electi, capituli & cleri civitatis & diœcesis Constantiensis prædictæ, firmata & conclusa de mense Maii proxime elapsi die octava mensis Maii, de quibus constat per publica documenta, habentes statum & formam omnium præmissorum, & cujuslibet eorum, ac dependentium per eorum nomina, & qualitates, species, atque modo hic alias pro sufficienter expressis, pro observatione dictorum capitulorum, & contentorum in illis: ea omnia, necnon litteras, instrumenta quæcumque desuper confecta, auctoritate ipsius sacri Concilii, & ex certa scientia, tenore præsentium confirmamus, ratificamus & approbamus: cassantes & pro viribus enervantes omnia & singula pacta, conventiones, & promissiones post editionem dictorum capitulorum per quoscumque locatores, seu conductores, vel alias quovis modo præter seu contra dispositionem dictorum capitulorum, vel alicujus eorum firmata, vel promissa, etiam juramento vallata: quæ juramenta protinus relaxamus, & soluta ultra seu præter exigentiam & formam dictorum capitulorum inter commissarios tam nomine Concilii, quam universitatis Constantiensis, electi, capituli & cleri prædictorum firmatorum restitui, vel de sorte deduci debiti & excomputari pro beneplacito conductorum, vel jus eorum habentium possint & debeant; non obstantibus hujusmodi vel aliis fœderibus, seu absolutionibus forsan in contrarium præter & ultra factis & contentis in illis: Mandantes nihilominus hujusmodi taxam inter ipsos commissarios dicta firmata & contenta in illis posse & debere omnes, & ab omnibus cujuscumque exstiterint, etiam Pontificalis, vel alterius dignitatis, præeminentiæ, seu status ecclesiastici, seu mundani inviolabiliter exsequi & observari: commissariis autem nationum & collegii prædictis tam deputatis quam deputandis, vel majori parti ipsorum contra transgressores, vel turbatores, aut violatores dictorum capitulorum dictis nominibus per ipsos

„ com-

„ commissarios firmatorum, vel alterius eorum, seu contentorum in illis, & litterarum seu documentorum inde confectorum: necnon contradictores quoslibet sive rebelles censuris ecclesiasticis, etiam excommunicationis, ac pœnis alias pecuniariis indictis, indicendis, infligendis, ac mulctando exsequi ac observari mandamus; & faciendo ipsa capitula & in illis contenta, ac per se vel alios compescendo ad alia prout inspexerint oportere, personarum & negotiorum conditionibus & qualitatibus compensatis, etiam auctoritate præfata potestatem & facultatem plenarie earum serie concedentes, ac decernentes super iis etiam litteras expediri sub bulla Concilii ad requisitionem cujuslibet, etiam cum insertione capitulorum, litterarum, seu documentorum prædictorum cum cæteris non obstantiis & clausis opportunis in forma, quatenus fuerit opportunam.

Tenor vero capitulorum, de quibus supra dicitur, sequitur talis:

NOs Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, sacri Imperii Romani archidapifer, & Bavariæ Dux, sacri Constantiensis Concilii pro nunc custos & defensor, vice & nomine excellentissimi & gloriosissimi Principis & domini, domini Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti, ac Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Regis domini mei metuendissimi, pro utilitate publica & conservatione dicti sacri Concilii Constantiensis, & suppositorum ipsius, similiter dominorum prælatorum, mercatorum, curtisanorum, & aliorum causa Concilii prædicti accedentium, præsentium, & supervenientium diversitatem & differentiam, quæ fuit inter reverendissimos patres & dominos dominum Brandam tituli sancti Clementis Placentinum, & dominum Franciscum sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum, Florentinum vulgariter noncupatum, S. R. E. Cardinales deputatos per sacrum collegium dominorum Cardinalium, & reverendos patres & dominos, egregiosque doctores, Franciscum electum Aretinum, Antonium de *a* Gunaldo Italiæ, Stephanum Episcopum Dolensem, Guillelmum Abbatem Amanæ Archidiaconum Turonensem, Gallicanæ; Andream electum Poznaniensem, Conradum Abbatem Pataviensem, Petrum *b* Uretinger, Germanicæ: Richardum Barensem, Thomam Polton sanctæ Sedis Apostolicæ Protonarios, Anglicanæ nationis, per quatuor nationes Concilii ad infrascripta specialiter deputatos vice & nomine totius sacri Concilii & omnium prædictorum communiter, vel divisim, necnon ipsum sacrum Concilium parte ex una; & providos & spectabiles viros Conradum *c* Mangolæ, Henricum Guntilveller magistros civium, Joannem *d* Suarthazath, Henricum Schiiter, Casparum Compost, & Henricum *e* Sevvolim consules; necnon Joannem Henricum Protonotarium civitatis Constantiensis nomine totius communitatis, partibus ex altera: super hospitiis & lectisterniis, ac stabulis equorum pro bono pacis & concordiæ tanquam amicabilis compositor & mediator, habita super hoc deliberatione matura consiliariorum præfati domini Regis, atque nostrorum, quantum & quamdiu nostra se extendit facultas, de consensu & voluntate expressa partium prædictarum concordamus, firmavimus, & conclusimus in modum subscriptum inter partes prælibatas.

a MS. Gimaldo.

b MS. Dertinger.

c MS. Mangolt, & mox Gunterswoner.

d MS. Svvartzeg.

e MS. Senvolin.

In primis, quod hospicia publica communia non occupentur, sed reserventur, ut venientes & recedentes hospitia habere valeant, prout hoc etiam per serenissimum Romanorum Regem prius erat concordatum.

2. Item, quod de quolibet lecto bono, bene falcito, supellectilibus & linteaminibus, cussinis, & aliis linteaminibus necessariis secundum qualitatem personarum congruentibus, qui magnus esse debeat, & capax ad minus duarum notabilium personarum, solvatur de mense quolibet aluali, continuate 30. vel 31. dies, unus florenus. *f*

3. Item quod de stabulo pro equo quolibet solvetur singulis diebus naturalibus *g* tres haben.

f MS. unus florenus Rhenensis.

g MS. tres halleri.

Et in fine cujuslibet mensis pro rata lectorum & equorum conductor absque alia contradictione, vel obstaculo suo locatori de pensione hujusmodi satisfacere debeat & teneatur, nisi de consensu ipsius locatoris dilationem obtinere valeat ampliorem.

4. Item, quod occasione pensionum domorum, aut stabuli, pro supellectilibus domus, cameræ, stuphæ, horti, salæ, mensæ, coquinæ, cellarum aut locis aliis, pro depositione victualium hominum & jumentorum necessariis, aut dependentiis a prædictis nulla alia pensio, seu merces, aut pretium quodvis possit aut debeat peti, aut exigi a quocumque, sed pro omnibus supradictis dumtaxat. Pensio pro lectis etiam, pro domibus, cameris, stuphis, salis & supellectilibus omnibus & singulis præmissis, necnon pensio pro stabulis superius expressis, etiam pro camera vel loco ubi avena, fenum ac palea, ut præfertur, reservantur, & reponuntur, ad dependentia e prædictis aut aliquo præmissorum sufficiant, & de eisdem locatores sint contenti & præmissa in pensionibus prædictis comprehendantur & veniant, & comprehensa intelligantur; quibus solutis locationibus de omnibus supradictis sit plenissime satisfactum; ita quod solventes sint ab omni repetitione & exactione occasione præmissorum perpetuo liberi & soluti.

5. Item, in casu quo de utensilibus, seu lectisterniis per locatorem conductori traditis aliquid perderetur, aliquid frangeretur, aut rumperetur violenter, seu alias præter usum consuetum, de hoc ipse conductor satisfaciat locatori secundum valores per deputandos taxandos.

6. Item, quod semper de quindecim diebus in quindecim dies commutentur linteamina, & dentur alia recentia mundata & lota.

7. Item, quod mappæ, & mensalia, & manutergia commutentur singulis septimanis semel.

8. Item, quod in camera conductoris principalis & domini cujuscumque amplitudinis camera existeret, locari, seu poni non possint contra voluntatem ipsius conductoris principalis, nisi dumtaxat duo lecti, unus pro domino principali, & alius pro familiari seu familiaribus.

9. Item, quod in aliis cameris assignari seu poni possint lecti secundum personarum & locorum qualitatem, pro arbitrio taxatorum ad hoc deputandorum, quacumque consuetudine hactenus observata non obstante.

10. Item, quod ad succidenda scandala atque discordias, quæ inter locatores & conductores domorum, & aliorum prædictorum, aut alios quoscumque oriri verisimiliter possent, sacra Synodus deputabit de qualibet natione unum providum virum & expertum: & totidem deputabuntur per magistratus civium: qui octo, sex, vel duo ex ipsis, tamen quod semper sint tot ex parte sacri Concilii, quot erant ex parte civitatis, & e contra, qui requisiti per locatorem, aut conductorem, aut alterum eorum habeant plenissimam potestatem, videndi, taxandi, declarandi inter locatores & conductores lectos, lectisternia, utensilia, domus, stabula, & omnia supradicta, ut bona & congruentia assignentur, & etiam in aliis contra præmissa emergentibus & dependentibus quibuscumque, discernere aut declarare habeant, prout noverint, visis circumstantiis universis, & attentis qualitatibus eorumdem quomodolibet expedire: quorum declarationi & taxationi per utramque partem irrefragabiliter stetur, omni exceptione remota.

11. Item, quod prædicti deputandi omnes, octo, sex, vel quatuor, aut duo ex ipsis requisiti, ut præfertur, habeant potestatem videndi, & considerandi *h* . . . . & amplitudinem domus, camerarum, stuphæ, salæ, stabulorum, numerum lectorum, & alia supradicta, ut si forse conductor pauciores lectos, aut equos recipere vellet, quam domus, aut stabulis capacitas, seu communis utilitas postularet, vel si forsan locator plures lectos ponere vellet, quam qualitas camerarum, aut personarum, aut conducentium exigeret, vel plures equos locare in stabulo quam loci capacitas, & commoditas flagitaret, in istis & in aliis emergentiis contra præmissa habeant potestatem taxandi,

h MS. dispositionem & amplitudinem.

ANNO CHRISTI 1416.

di, ordinandi, decernendi, & declarandi inter præ- A fatos prout noverint expedire, visis circumstantiis universis, & attentis qualitatibus eorumdem.

12. Item, locator lectorum, domorum, & aliorum prædictorum per se, vel alium, directe vel indirecte, aut quovis quæsito colore non possit nec debeat conductorem, vel secum commorantem licentiare, seu de domo expellere, seu quovis modo molestare, vel vexare, quominus conductori, vel suis habitare placuerit, possit uti & frui domo, lectis, & aliis supradictis pro pensione superius expressa, etiam si locator offerret, seu vellet domum locatam personaliter habitare, seu quovis alio modo.

13. Item, in casu quo aliquis conductor cum locatore conventiones, obligationes, vel pacta præmissa, vel sequentia tempora præterito fecisset, etiamsi super illis litteræ confectæ essent, tales B conventiones, obligationes, litteræ, pacta etiam juramento vallata, omnino sint sublatæ, irritæ & nullæ, sublata, irrita, & nulla, ac nullius momenti. Et si aliquis forsan tempore præterito pro futuro levasset, aut percepisset ab aliquo censum, aut pensionem domorum, lectorum, lectisterniorum, stabulorum, aut aliorum prædictorum ultra taxam supra expressam, quod quilibet talis pro futuro tempore a data præsentium contentus sit taxa superius expressa, & ad restitutionem plenariam illius quod ultra taxam levavit pro futuro dumtaxat tempore a data præsentium teneatur, non obstantibus quibuscumque.

14. Item, in casu, quo contingeret aliquam domum locari sine lectis & stabulis, vel utensilibus, vel sine necessariis & requisitis, & cum defectu, in casibus præmissis, deputati præfati C declarandi, taxandi, & ordinandi circa præmissa habeant facultatem, habita informatione rerum deficientium, & qualitate domus, prout viderint expedire.

15. Item, si contingat lectum conductorum extra domum ex necessitate, vel ex defectu locatorum, de quolibet lecto superius qualificato cum lectisterniis, & aliis ad ipsum requisitis solvatur per mensem, ut supra, medius florenus Rhenanus, Si tamen lectus esset major, præfati deputati habeant potestatem taxandi.

16. Item, si contigerit, quod quis aliquem in domum suam recolligeret cum pauca familia, quæ domus capax esset unius notabilis domini, aut prælati, ad providendum communi utilitati præfati deputandi potestatem habeant disponendi, & providendi, prout secundum bonam æquitatem vide- D rint expedire.

17. Item, si aliquis haberet domum capacem, & non vellet eam locare, præfati etiam habeant potestatem disponendi & providendi, prout secundum communem utilitatem, circumstantiis consideratis, viderint expedire: reservata tamen parte domus, in qua talis cum familia se possit conservare.

18. Item, in casu quo præfati deputati octo, sex, quatuor, duo ex ipsis, ut præfertur, requisiti per locatorem & conductorem aut alterum eorumdem non possent circa præmissa, aut aliquod præmissorum in unam sententiam concordare: Ex nunc nos Ludovicus comes palatinus Rheni prædictus, aut nostras in absentia vices gerens, per locatorem & conductorem aut per deputandos præfatos, aut alterum prædictorum eorumdem requisitus, E potestatem habebimus disponendi, taxandi, concordandi, & declarandi inter partes ipsas infra terminum duorum aut trium dierum, cui declarationi partes ipsæ absque quacumque contradictione seu obstaculo stare teneantur.

19. Item, quod auditor cameræ Apostolicæ, vel alius per sacrum Concilium deputandus, quoad supposita Concilii, & magistratum civium Constantiensium quoad sibi subjectos, ad requisitionem præfatorum deputandorum per locatorem & conductorem, aut alterum eorumdem, aut nos, vel vices nostras gerentem requisiti, in casu discordiæ, ut præfertur, teneantur, & debeant, & potestatem habeant quascumque executiones facere contra quoscumque transgressores, & eosdem pu- A nire prout secundum qualitatem negotiorum & personarum viderint expedire, cujuscumque status, seu conditionis Ecclesiasticæ vel sæcularis fuerint, non obstantibus quibuscumque.

20. Item, quod deputandi præfati jurare habeant, quod requisiti per locatorem & conductorem, aut alterum eorumdem ipsorum, officium legaliter & fideliter sine personarum acceptione, absque odio, & favore, ad communem utilitatem, & commoditatem ipsius sacri Concilii, prout secundum suas conscientias judicaverint, exercebunt; & præfata omnia & singula partes præfatas quibus supra nominibus approbantes se * secundum naturas asserent bona fide. Et nihilominus nos Ludovicus comes palatinus Rheni, supradictis hujusmodi scriptis præfatis dominis per sacrum Concilium in hac parte deputatis, ad præmissorum majus robur pro B dictis civibus & civitate Constantiensi per eosdem firmiter observari. In cujus rei testimonium duas ejusdem tenoris litteras nostro sigillo munitas utriusque partium præfatarum unam duximus consignandam.

Datum Constantiæ provinciæ Moguntinæ, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, mensis Aprilis prima die.

SESSIO XXVI.

Pro unione Ambaxiatorum Regis Navarræ.

Die Jovis vigesimaquarta mensis Decembris fuit sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi solemniter celebrata: in qua fuit facta unio ad sacrum Constantiense Concilium nomine illustrissimi C *Principis domini Caroli regis Navarræ per suos solemnes Ambaxiatores, videlicet Guillelmum Arnaldi Baionensem, & Nicolaum Aquensem, Episcopos,* a *Eximinum Aznar Canonicum & Archidiaconum in Ecclesia Pampilonensi, in sacra pagina magistrum, & Joannem* b *de Letova legum doctorem. Fuit autem in hac unione servatus idem modus & ordo, qui in unione oratorum Regis Arragonum. Antequam vero supra nominati Regis fieret dicta unio & incorporatio, reverendus pater dominus Franciscus Episcopus Aretinus legit quamdam schedulam certorum ordinationis & decreti, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur talis;*

Ex primo editione.

a Mss. Eximinum de Aymar, al. Aymer.
b Mss. de Lothora,

Decretum de non derogando juri alicujus nationis de prioritate votorum.

D *Sacrosancta generalis Constantiensis Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, pro bono ecclesiasticæ unionis, pacis & concordiæ nationum, ex certa scientia declarat, statuit, ordinat & decernit, quod salvis semper honoribus, locis, prærogativis & excellentiis secundum morem laudabilem & consuetudinem Romanæ Ecclesiæ matris omnium Christi fidelium, ab antiquis debitis & consuetis regibus singulis & principibus orthodoxis, & eorum ambaxiatoribus & nunciis, tam in præsentia summi Pontificis, quam alibi, etiam in hoc præsenti, & aliis quibuscumque Conciliis generalibus, ratione ordinis in hoc sacro Concilio observati hactenus, vel in posterum observandi inter nationes, sive in respondendo, sive in scribendo, aut sigillando, vel alias per quascumque scripturas, sigillationes, protestationes, seu collationes, aut aliqua hujusmodi gesta ab* E *ipsis, aut eorum præsidentibus, communiter vel divisim in ipso sacro Concilio, sive alias in congregationibus generalibus, sive specialibus, seu locis aliis quibuscumque & qualitercumque, nihil omnino excellentiæ seu præeminentiæ, aut cujuscumque alterius juris, proprietatis aut possessionis; vel quasi alicui nationi per præmissa, vel aliquod eorum acquiratur: seu acquisitum sit, seu quovis modo accrescat, seu accrevisse censeatur, circa prioritatem vel posterioritatem, aut alias circa præmissa: illaque prohibet in futurum ad præmissa, aut præmissorum aliquod quomodolibet allegari. Et insuper ex superabundanti cautela & ex certa scientia eadem sacrosancta Synodus omnia & singula, & ea quibuscumque, qualitercumque, quomodocumque, & ubicumque in præmissis habita sive gesta aliqua, per quæ pos-*

possit aliqua prioritas velposterioritas inter nationes easdem quomodolibet argui, vel notari, omnino pro infectis habens, quantum ad effectum hujusmodi, nullius efficaciæ, roboris vel momenti esse decernit; reservans ipsis nationibus & cuilibet earum ante præsens Concilium Constantiense alias competentes & competentia, proviso quod per præsentem ordinationem decretis, statutis, ordinationibus & constitutionibus in prædicta sancta Synodo Constantiensi editis & promulgatis, non intendit alias in aliquo derogare, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

Pro unione Ambaxiatorum Regis Navarræ.

DIE Jovis xvii. mensis Decembris prædicti Constantiæ in Ecclesia majori mane hora octava vel quasi, fuit per sacrosanctam Synodem Constantiensem tenta Synodes generalis, pro unione & incorporatione fienda per reverendos patres venerabilesque viros dominos Ambaxiatores illustrissimi principis Caroli Navarræ Regis, præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis Joanne Ostiensi & Cardinale Vivariensi, Antonio Veronensi, Thoma Tricaricensi, Guillelmo sancti Marci, *a* Guilielmo de Fumi Presbyteris: Amedeo Saluciarum, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentino, diaconis Cardinalibus; illustrique principe Ludovico comite Palatino Rheni locumtenente serenissimi principis Sigismundi Romanorum, & Ungariæ Regis, necnon Francorum, Angliæ, Arragoniæ, Jerusalem, Siciliæ, Cypri, Daciæ, Norvvegiæ, Sveciæ, & Poloniæ Regum, diversorumque Principum, Prælatorum, *&c.* Ambaxiatoribus, procuratoribus & nunciis.

a Al. Petro, Al. Antonio.

Et antequam ad aliquam solemnitatem divinorum juxta consuetudinem sessionum, generalium procelsum fores, reverendus in Christo pater dominus Franciscus Episcopus Aretinus de mandato ipsius Synodi sacrosanctæ quamdam papyri schedulam ordinationis & decreti, videlicet quod per nominationem, sigillationem, responsionem, processionem, ordinationem factas & faciendas per quoscumque Ambaxiatores quotumcumque dominorum spiritualium & temporalium nulli valeat in titulis, dominiis aut, prærogativis novum jus acquiri, & alias prout in eadem papyri schedula, cujus tenor inferius inserta habetur, publice, alta & intelligibili voce legit hujusmodi sub tenore: *b*

b Est Decretum in hac ipsa sessione positum ex prima editione, pag. 920.

Qua quidem schedula, ut præfertur, lecta, de mandato totius congregationis, & Synodi sacrosanctæ reverendus pater dominus Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis, nomine totius Concilii & Synodi, juxta ordinationem omnium nationum, quæ ad præsentem sessionem respondit, & approbavit eamdem schedulam per verbum, *Placet*.

Super quibus lectis, & approbatis magister Henricus de Piro & Joannes de Scribanis promotores dictæ Synodi & Concilii, petierunt per protonotarios Sedis Apostolicæ, aliosque scribas & notarios ipsius Synodi unum & plura, publicum & publica confici instrumenta, præsentibus prædictis.

Hisnamque factis reverendi in Christo patres & domini, domini Guillelmus Arnoldi Bajonensis, & Nicolaus Aquensis Episcopi, & honesti viri domini Eximinus de Aymar in sacra pagina magister Archidiaconus mensæ in Ecclesia Pampilonensi, & Joannes de Losena legum Doctor; *c* Arcaldus curiæ majoris regni Navarræ, Ambaxiatores & nuncii, sive procuratores illustrissimi principis Caroli Regis Navarræ: inter quos venerabilis vir dominus Eximinus præfatus exposuit, qualiter idem Rex Navarræ, clerus, nobiles, & homines trium ejusdem regni statuum recommendarent se præsenti Concilio Constantiensi, quorum ipse una cum ipsis collegis esset nuncius & Ambaxiator: ad quod ostendendum produxit ibidem nomine dictorum Regis & nobilium constitutionem procuratorum auctoritatis & potestatis ipsorum Ambaxiatorum & nunciorum per certa publica instrumenta, quorum tenores inferius sunt inserti. Quæ mandata sive instrumenta eorum potestatis fuerunt omnia & singula per ordinem per

c Mss. Arnaldus.

A venerabilem Petrum de Polonia decretorum Doctorem de mandato Concilii Constantiensis alta & intelligibili voce lecta in ambone præfato.

Quibus quidem instrumentis lectis supradictus dominus Eximinus incepit facere sermonem, in quo primo recommendavit dominum suum Regem Navarræ, offerens eumdem ad omnia beneplacita Concilii Constantiensis, quoad unionem sanctæ matris Ecclesiæ ad exstirpationem hæresum, & schismatum, & reformationem, & alios tres status Regni Navarræ, tanquam filiorum obedientiæ in omnibus, & per omnia velle concurrere cum ipso Concilio in præmissis, & aliis, in quibus fuerit necessarium concurrere.

Quo sermone completo, volentes se unire Concilio, idem dominus Eximinus legebat capitulum convocationis in hunc modum.

B Nos Guillelmus Arnoldi Bajonenensis, & Nicolaus Aquensis, *d* Aymar canonicus & Archidiaconus in Ecclesia Pampilonensi in sacra pagina magister, & Joannes de Letona legum professor, *&c.* Oratores & procuratores, Ambaxiatores & consiliarii illustrissimi principis & domini, domini Caroli Regis Navarræ, *&c.* volentes adimplere conventionem Narbonæ initam inter serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum, Ungariæ, *&c.* Regem, *&c. ut in capitulo unionis Arragonum*, Lecta videlicet primo: Miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, abbates, præpositi, decani, archidiaconi, aliique Ecclesiarum & Monasteriorum, *&c. ut supra.*

d Mss. Eximinus Aymar.

In sessione xxxv.

Qua littera convocationis lecta usque ad finem, dominus Guillelmus legebat in hunc modum:

„ Nos oratores & procuratores Regis Navarræ,
C „ aliorumque dominorum præfatorum, huic quidem
„ capitulo satisfacientes convocamus vos omnes
„ prælatos, & ceteros dominos in hac congregatio-
„ ne juxta tenorem dicti capituli.

Qua schedula lecta, præfatus dominus Franciscus Episcopus Aretinus de mandato ipsius Synodi Constantiensis, *&c.* legebat schedulam responsivam infrascripti tenoris:

„ Nos miseratione divina Episcopi, presbyteri,
„ diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi,
„ Episcopi, prælati, & ceteri hic congregati dictam
„ convocationem acceptamus, & offerimus nos pa-
„ ratos sine dilatione quacumque ad procedendum
„ ad ulteriora. Et insuper requirimus vos oratores
„ & procuratores prædicti, quatenus ad unionem
„ faciendam nobiscum procedatis juxta tenorem
„ tertii capituli convocationis prædictæ qui talis
D „ est: Tertio, quod præfatis de obedientia dicti
„ domini Benedicti XIII. Papæ, *&c.* venientibus
„ ad Constantiam statim fiat unio eorumdem ad di-
„ ctum Concilium Constantiense, *&c.* ut supra.

„ Quibus peractis, dicti oratores & procuratores
„ responderunt dicentes: Nos oratores & procura-
„ tores prædicti prædicto nomine unimus nos vo-
„ bis juxta tenorem dicti capituli.

Et statim dictus dominus Franciscus Aretinus Episcopus respondebat dictis procuratoribus nomine Concilii in hunc modum:

„ Nos prælati, & alii congregati, ut supra, ac-
„ ceptamus dictam unionem, & e converso nos
„ vobis oratoribus & procuratoribus præfatis dicto
„ nomine juxta tenorem dicti capituli unimus.

Qua unione sic, ut præfertur, facta, reverendus pater dominus Bartholomæus Archiepiscopus Me-
E diolanensis nomine sacri Concilii Constantiensis prædicti, ad omnia & singula prædicta super approbatione eorum respondit per verbum, *Placet*.

Super quibus omnibus & singulis venerabilis vir magister Henricus de Piro de Colonia promotor & procurator Concilii, nominibus quibus supra, sibi petiit fieri instrumentum & instrumenta, *&c.* Præsentibus dictis dominis, Cardinalibus & aliis pro testibus.

Subsequenter reverendissimus in Christo pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci presbyter Cardinalis, nomine totius Concilii Constantiensis levavit se in medium; & nomine quo supra, respondendo ipsis oratoribus fecit unam pulchram collationem, in qua recommendavit dominum Regem Navarræ, nobiles, clerum & regnicolas omnium statuum, de diligentia & legalitate ipsorum, ac bona in-

tentione, quam habent & gerunt ad unionem sanctæ matris Ecclesiæ: Deinde recommendando ipsius Ambaxiatores, & Oratores de laboribus gestis, &c. Qua collatione conclusa & finita, Synodus incepit psalmum cantare, *Te Deum laudamus*. Quo cantato, fuit inchoatum officium Missæ per reverendissimum patrem dominum Jacobum Episcopum Laudensem cum introitu de sancto Spiritu. Officio Missæ peracto juxta ritum & consuetudinem aliarum sessionum fuerunt lectæ litaniæ cum orationibus ipsius & evangelio, *Hoc est præceptum meum, &c.* & aliis requisitis ad officium divinum in publicis ipsius Concilii sessionibus, factis, dictis, atque cantatis.

Quibus sic peractis pro complemento & conclusione ipsius sessionis & unionis integralis ipsorum oratorum cum Concilio Constantiensi, prælibatus dominus Eximinus archidiaconus & procurator nominibus quibus supra, legebat unum capitulum concludendo totaliter unionem inter ipsos Ambaxiatores, & Concilium Constantiense, in hunc modum.

,, Nos Oratores prædicti nominibus, & quolibet ,, ipsorum nominum, omnibus aliis modo, via, jure, causa, forma & nominibus quibus validius & efficacius possumus & valemus, omnia ,, & singula decreta, statuta, & protestationes, ,, necnon convenientes & pacta per sacrosanctam ,, generalem Synodum Constantiensem nobiscum dictis nominibus facta, & decreta edita, & quæ ,, nunc sunt seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis & solemniter repetitis, vice ,, & nomine dicti Regis præfati, & omnium regnorum & terrarum suarum, ceterorumque quorum nominibus hic sumus, & pro quibus habemus mandatum speciale, acceptamus, assentimus, ,, approbamus, & solemniter confirmamus. Et similiter sicut ipsa Synodus protestata est quod ,, non intendat recedere a capitulis in prædicta civitate Narbonensi concordatis, de quibus in decreto ,, præsentis Synodi nunc de proximo edito, quod hic ,, volumus habere pro expresso & specifice declarato ,, facta extitit mentio specialis; ita & nos dictis nominibus & quolibet eorum solemniter protestamur.

His sic peractis, magister Henricus de Piro procurator, & procuratorio nomine Concilii præfati, petiit sibi fieri de præmissis omnibus & singulis a protonotariis sedis Apostolicæ, ceterisque notariis & scribis ipsius Concilii Constantiensis, unum vel plura, publicum & publica instrumenta.

Procuratorium Regis Caroli Navarræ.

CArolus Dei gratia rex Navarræ, dux Nemosiensis. Universis & singulis præsentes litteras nostras inspecturis salutem, & ad gloriosæ benedictæ unionis complementum quæcumque salubriter operari. Ex providentia judicis æterni, de cujus vultu recta judicia prodeunt, jura prodiisse noscuntur, quæ terram judicent, justitiam diligant, & respiciant æquitatem. Hæc si quidem velut Dei testamentum, quo fœdus generis humani consistit, corde puro, sollicitudine vigili, studio diligenti, & debita sunt stabilitate servanda: nam pacem pariunt, molestiam tolunt, lites perimunt, unicuique quod suum est tribuunt, jurgiorum materias reprimunt, lædi alterum ab altero non permittunt, ac perpetrantibus injuriam subveniunt. Absit ergo quod illi, quorum oportet justitiam in conspectu gentium revelare, juxta illud, *Diligite justitiam, qui judicatis terram*, a juris veritate divertant: *Quia veritas de terra orta est, & justitia de cælo prospexit*. Ipse enim judex æternus, lux, via, veritas, & vita est, qui ex alto prospectans populum, quem ipse creavit, protoplasti, delicti damnationis sententiam metuisse, Regem pacificum unigenitum *a* Dominum Jesum Christum misericorditer pro ipsius redemptione populi destinavit: qui carnem nostræ mortalitatis indutus, populum eumdem ab æternæ cruciatu mortis eripuit, & de suo pretioso sanguine redemit, virginem matrem sanctam Ecclesiam catholicam sibi conjugem formavit; quam post resurrectionem & ascensum ad ipsum, Simoni Joannis Apostolo, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio, successive commisit, cum juridica & plenaria ligandi atque solvendi potestate divina. Nos itaque considerantes cum ingenti cordis nostri amaritudine prædictam sanctam matrem ecclesiam ambitione obstinata, & diffugiis contendentium de papatu adeo concuti & turbari, ut nullus sit, qui ad compassionem ejusdem sanctæ matris Ecclesiæ moveri non teneatur, providereque omni modo possibili: concernentesque, & interna nostræ mentis acie revolventes guerrarum turbines, seditionum scandala, & alia nonnulla corporum & animarum pericula, quæ retroactis temporibus propter hoc detestandum & abhorrendum schisma, & aliorum malorum inveteratum per universum orbem exorta fuere: & cupientes quantum cum Deo possumus eisdem obviare, eaque Deo propitio sedare, & bona dispositione præeunte, penitus adnullare: ad instantiam & requisitionem sacrosanctæ Synodi, quæ pro suffragiis debitis & opportunis unionem præfatam concernentibus majestatem exorare, & deprecari vivacites non cessavit; necnon ad instantiam & requisitionem serenissimi principis Regis Arragonum consanguinei nostri carissimi, recolendæ memoriæ qui nos ad sui conventionem cum excellentissimo Romanorum Rege fratre nostro carissimo fiendam Perpiniani incitavit; In tantæ necessitatis articulo propriis ut mus auctore Domino opportunum consilium adhibere. O utinam desuper datum nobis esset, ut cum honore Dei & Ecclesiæ, & salubri statu fidelium posset commode circa tantum negotium nostra præsentia corporalis exhiberi: quod ubi vigilanter mente exsistimus, ibi præsentialiter proprios explicaremus affectus. Verum quia innumera negotiorum varietate distrahimur, & humana natura non patitur, ut ejusdem essentia corporalis tota simul in diversis locis exhibeat se præsentem, illos in parte nostræ regiæ sollicitudinis nonnumquam assumimus, quibus forte percepimus cælesti dono provisum, ut in altis & arduis negotiis sciant & possint proinde consulere, ac utili consilio providere. Ac propterea confidentes ab experto de fide, prudentia, industria, & legalitate reverendorum in Christo patrum & dominorum Guillelmi & Nicolai Dei gratia Baionensis & Aquensis episcoporum, necnon venerabilium magistrorum Eximini de Aymar archidiaconi mensæ in Ecclesia Pampilonensi, & Martini de *b* Guecontaria sacræ theologiæ professorum, & etiam domini Joannis de *c* Lacens in legibus Doctoris, consiliariorum nostrorum, de certa nostra scientia, consulta & deliberate, dictos dominos Guillelmum & Nicolaum Episcopos, Eximinum & Martinum magistros, ac Joannem in legibus Doctorem, consiliarios nostros, destinamus Ambaxiatores, & nuncios singulares, specialiter & expresse, ad tractandum, consentiendum, concordandum, concludendum & firmandum tam cum dicto Rege quam alio seu aliis personis, corporibus, collegiis, aut congregationibus cujuscumque obedientiæ, vel sine eis, in omnibus & singulis actibus dictam materiam tangentibus & incidentibus, dependentibus & emergentibus ex eadem seu eidem annexis: necnon ad interessendum vice & nomine nostro ac pro nobis in sacrosancto generali Concilio Constantiensi, pro uniendo nos, & faciendo unum generale Concilium cum aliis ibidem congregatis, ob detestandum & horrendum schisma sedandum, extirpandum & resecandum, & bona dispositione præeunte adnullandum, unionem universalis & piæ matris Ecclesiæ procurandum, reformationem etiam ipsius matris Ecclesiæ tam in capite quam in membris complendum, & ad electionem unius Romani Pontificis procedendum, & pro aliis causis, & rationibus quæ ad generale Concilium de jure spectant & pertinent: & generaliter ad faciendum & complendum omnia & singula quæ in articulis tractatis & firmatis in Narbona specificantur, & declarantur, & in nostram animam quodlibet licitum juramentum jurandum firmandumque, & exercendum; prædictos omnes & singulos actus; una cum Ambaxiatoribus illustrissimorum regum Arragonum & Castellæ quos nos facere, & requirere, firmare & exercere possemus in & circa præmissa, & quodlibet eorum si ibi personaliter interessemus: unum vel plures, procuratorem vel procuratores loco sui, qui similem habeant potestatem substituendum & illum revocandum toties quoties, eis, vel eorum alicui

vide-

a MSS. addunt. *Filium suum.*

b MSS. Guecontaria seu. Gueconario.

c MSS. Lacerno.

ANNO CHRISTI 1416.

videbitur expediens. Dantes & concedentes nostris Ambaxiatoribus & nunciis jam dictis & cuilibet eorum in solidum licentiam & liberam potestatem ad omnia & singula supradicta. Et promittimus in verbo regio sub hypotheca & obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, quod nos habebimus ratum, gratum & firmum, quidquid per Ambaxiatores nostros prædictos, aut quemlibet ipsorum, seu substituendum, vel substituendos ab eis, vel eorum aliquo, nomine nostro fuerit tractatum, concordatum, firmatum, actum, dictum, gestumve in præmissis, & quolibet præmissorum. In cujus rei testimonium præsentes nostras hujusmodi litteras sigilli nostri fecimus appensione muniri. Requirentes & mandantes notario publico, infrascripto quatenus de præmissis retinetet & conficeret unum publicum instrumentum, seu publica instrumenta. Acta fuerunt hæc in villa Pontis Reginæ regni Navarræ, in palatio regio, ubi de mandato præfati domini Regis Navarræ curia generali dominorum prælatorum, procerum, baronum, militum, generosorumque, & aliorum populorum ipsius Regni fuit convocata & congregata, die VIII. mensis septembris sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto.

Testes hujus rei sunt nobilis miles dominus Joannes Dezpeleta Regni Angliæ, venerabiles, viri domini *a* Garsias de Rama de Vallis, Guillelmus de *b* Lepis scutifer honoris, & alii quamplurimi, qui ibidem interfuerunt vocati, pariter & rogati.

Et ego Pellegrinus *c* Luni de Lussarera, clericus Pampilonensis diœcesis, publicus Apostolica autoritate notarius, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, per præfatum serenissimum principem & dominum nostrum, dominum regem Navarræ in præfata curia Generali agerentur & fierent de ipsius domini Regi mandatu, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum instrumentum manu propria in forma superius annotata scripsi, hic me subscribens, signumque meum solitum & consuetum una cum appensione sigilli ipsius domini regis appolui rogatus, & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

a MS. Garsias Rams. infra. de Ramsi de vallibus.
b MS. de Eneri infra de Serra.
c MS. Lupi.

Procuratorium status cleri Regni Navarræ.

In nomine Domini Jesu Christi, Amen.

PRæsentis publici instrumenti serie cunctis pareat evidenter, quod de mandato serenissimi & excellentissimi ac domini nostri domini Caroli Dei gratia Regis Navarræ, ducisque Nemosiensis, fuit in villa Pontis Reginæ Regni Navarræ in palatiis regalibus curia generalis tam dominorum Episcoporum, prælatorum, quam multorum nobilium dominorum & procerum, baronum, militum, infantonum, generosorum, burgensium, ac venerabilium hominum, seu virorum civitatum bonarum, villarum, totiusque alterius populi dicti Regni, per speciales nuncios & Procuratores potestatem plenariam ab universitatibus habentes ad infrascripta peragenda, specialiter & ab expresso congregata, ac etiam celebrata: præfatusque dominus noster rex cum ingenti, ut assuevit, cordis sui amaritudine universalem, sanctam, & piam matrem Ecclesiam, ambitione, obstinatione atque diffugiis contendentium de papatu adeo concuti & turbari referavit, ut nullus est, qui ad compassionem ejusdem matris Ecclesiæ moveri non teneatur, providereque omni modo possibili. Ideo ad compatendum & interessendum vice & nomine ipsius in sacrosancto generali Concilio Constantiensi, & ad procurandum unionem sacrosanctæ matris Ecclesiæ, & ad tractandum, & concordandum, ac ad concludendum, faciendumque omnia alia & singula, quæ ad generale Concilium spectant & pertinent ratione hujusmodi unionis, certos Ambaxiatores & nuncios speciales constituisse declaravit. Quapropter reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Lancelotus de Navarra sedis Apostolicæ protonotarius, præfati domini nostri Regis filius, & Ecclesiæ Pampilonensis perpetuus admi-

nistrator; necnon alii domini Episcopi, prælati, ac etiam proceres, barones, infantones, generosi, burgenses, venerabiles homines civitatum, & bonarum villarum, totiusque alterius populi procuratores & nuncii speciales, vestigia & intentionem prærogativam præfati serenissimi domini sui Regis, & unionem ipsius universalis Ecclesiæ assequi cum totis viribus & animis cupientes, confidentes de fide, prudentia, & legalitate reverendorum in Christo patrum dominorum Guillelmi & Nicolai Dei gratia Bajonensis, & Aquensis Episcoporum, necnon venerabilis magistri Eximini de Aymar Archidiaconi mensæ in Ecclesia Pampilonensi, & magistri Martini *d* de Guitana sacræ theologiæ professoris, & domini Joannis de Lacena in legibus doctoris, præfati domini Regis consiliariorum, ex sua certa scientia ac sponte & libere, omnibus
B melioribus modo, via, vice, causa & forma, quo, & quibus melius & efficacius de jure possunt & debent, fecerunt, constituerunt, ordinaverunt & creaverunt suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores suos & nuncios, speciales & singulares, præfatos dominos Episcopos Bajonensem & Aquensem, Eximinum & Martinum in sacra theologia professores, & dominum Joannem de Lacena doctorem, absentes, tanquam præsentes, specialiter & expresse ad omnia & singula, ad quæ præfatus dominus noster seu ipsos destinavit Ambaxiatores & nuntios singulares: videlicet ad tractandum, concludendum & firmandum tam cum illustrissimo Rege Romanorum, quam cum alio seu aliis personis, corporibus, collegiis, aut Congregationibus cujuscumque obedientiæ, vel sine eis, in omnibus & singulis actibus dictam materiam
C tangentibus, ac incidentibus, dependentibus, ac emergentibus ex eadem, seu eidem annexis; necnon ad interessendum vice ac nomine dictorum dominorum constituentium, & pro eis in sacrosancto & generali Concilio Constantiensi pro uniendo & faciendo unum Concilium generale una cum aliis ibidem congregatis, ob detestandum & horrendum schisma sedandum, exstirpandum, resecandum, & bona dispositione præeunte annullandum, unionem universalis sanctæ matris Ecclesiæ procurandum, reformationem etiam ipsius sanctæ matris Ecclesiæ tam in capite quam in membris complendum, & ad electionem unici Romani Pontificis procedendum, & pro aliis causis & rationibus quæ ad generale Concilium de jure spectant & pertinent; & ad faciendum & complendum alia omnia & singula, quæ in articulis tractatis, & firmatis in
D Narbona specificantur & declarantur, & in animas eorum, & *e* cui vult eorum quodlibet licitum juramentum præstandum firmandumque, jurandum & exercendum; prædictos & omnes & singulos alios actus una cum Ambaxiatoribus illustrissimorum regum Arragonum & Castellæ, quos præfati domini constituentes facere, requirere, firmare & exercere possent, in & circa præmissa & quodlibet ipsorum, si sibi personaliter interessent; unum vel plures, Procuratorem seu Procuratores loco sui, qui similem habeant potestatem substituendi, & eum vel eos removendi toties, eis, vel eorum cuilibet videbitur expedire. Et cum unio præfata universalis sanctæ matris Ecclesiæ sortiatur effectum, specialiter & expresse ad impetrandum litteras opportunas cujusvis tenoris a summo Pontifice; pro erigendo, duas, tres, quatuor vel plu-
E res Ecclesias cathedrales & Episcopatus in præfato regno, ad decorandum & augmentandum honorem, & utilitatem memorati domini nostri Regis & regni Navarræ: necnon etiam litteras dispensationum pro ipsius domini Regis filiabus & nepte, ut matrimonium contrahere & nubere possint; non obstante impedimento cujusvis gradus consanguinitatis, vel affinitatis; & hoc propter grande bonum, utilitatem & honorem præfati domini nostri Regis, & regni, & totius populi; & generaliter quascumque litteras rei publicæ augmentationem, honorem & utilitatem concernentes impetrandum, & obtinendum: ac faciendum, dicendum, gerendum & exercendum omnia alia & singula, quæ boni, veri & legitimi Procuratores facere possunt & debent, & quæ in præmissis &

d MS. hic, Gattona.
e Forte, cujuslibet.

ANNO CHRISTI 1416.

circa præmissa, & quodlibet præmissorum dependentium & emergentium en eis necessaria fuerint seu etiam opportuna; & quæ ipsimet domini, constituentes dicerent, facerent, gererent, enercerent, dicere, facere, & enercere possent, si in præmissis omnibus & singulis personaliter interessent; etiam si sint, quæ mandatum a exigant magis speciale, & majora, & graviora assint, a quæ in præsenti procuratorio sint express, ac atiam talis naturæ forent, quod merito præsentiam personæ requirant: Dantes & concedentes præfati dominr constituentes dictis suis procuratoribus, & cuilibet ipsorum in solidum, plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale, omnia & singula supradicta nomine ipsorum dominorum constituentium faciendi & exercendi. Promittentes præfati dominr constituantes mihi notario publico infrascripto, ut publicæ personæ legitima stipulanti & recipienti, vice & nomina omnium & singulorum, quorum intereit, vel intererit, ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros id totum, & quidquid per dictos procuratores suos, & eorum quamlibet, aut substituendum, vel substituendos abeis, vel eorum aliquo, factum, actum, gestum, vel ordinatum fuerit in præmissis, & quolibet præmissorum, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum, ac Ecclesiarum, civiratum, villarum, locorum & universitatum præfatorum, sub omnibus juris & facti renunciationibus ad hæc necessariis, pariter & cautelis. De quibus omnibus & singulis supradicti domini constituentes requisiverunt me antelatum & infrascriptum notarium publicum, quatenus conficerem & retinerem unum, vel plura, publicum instrumentum, seu publica instrumenta,

a Lege, quam quæ.

Acta fuerunt loco Pontis reginæ prædicto, die *XII.* mensis Decembris, sub anno a Nativitate Domini *MCCCCXVI.* præsentibus nobilibus viris dominis Garsia Luppi de Reici de valiis, Willelmo de Serch scutifero honoris, & multis aliis notabilibus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Peregrinus Luppi de Lussarreta clericus Pampilonensis diœcesis auctoritate Apostolica notarius publicus, & juratus, qui præmissis omnibus & singulis, dum sic agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ad instantiam & requisitionem præfatorum reverendissimorum dominorum, ac nobilium, & aliorum dominorum constituentium in notam scripsi; ex qua hoc præsens publicum instrumentum procurationis manu propria scripsi: cui me subscribens signum meum solitum & assuetum, rogatus & requisitus in fidem, & testimonium præmissorum cum interlineo ubi legitur, Et Episcopatus. Datum, & actum, ut supra.

Procuratorium domini Decani beatæ Mariæ de Tutela,

In nomine Domini. Amen,

PRæsentis publici instromenti serie conctis pateat avidenter, quod anno a Nativitate ejusdem Domini *MCCCCXVI.* Indictione nona, die vero *XII.* mensis Octobris reverendus in Christo pater & dominus Xanctius, miseratione divina decanus Ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ de Tutela Tirasonensis diœcesis, in mei notarii publici, & E testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus, proposuit & dixit: Quod cum secundum certa capitula inter Ambasiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi super exstirpatione præsentis pestiferi schismatis, & hæresum, & pro reformatione universalis Ecclesiæ in capite & in membris concordata & firmata fuerint per reverendos in Christo patres dominos prælatos, ceterosque viros Ecclesiasticos in civitate Constantiensi, ut asserunt, ad Concilium generale congregatos, per ipsorum literas convocatorias, ad complendum contenta in dictis capitulis, sic, ut præfertur, in civitate Narbonensi concordatis ad dictam civitatem Constantiensem accederes, Et ipse volans Aquarum posset contenta in dictis articulis, ut præfertur, sic concordatis adimplere; quia pluribus aliis negotiis occupatus personaliter accedere non potest; idcirco ex certa scientia sua constituit, fecit, creavit, & ordinavit suos veros & certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, defensores, & negotiorum suorum gestores, & nuncios speciales & generales, videlicet reverendos in Christo patres & dominos Guillelmum Arnoldi Baionensem, & Nicolaum Aquensem Episcopos, & honestos viros dominos Eniminum de Aymar in sacra pagina magistrum, Archidiaconum mensæ in Ecclesia Pampilonensi; & Joannem de b Lacena legum Doctorem, Alcaldum curiæ majoris regni Navarræ, licet absentes, tanquam præsentes, & quemlibet eorum in solidum, ad comparendum nomine ipsius constituentis & pro eo in dicta civitate B Constantiensi; & ad interessendum pro uniendo in dicto asserto Concilio ad faciendum Concilium generale una cum ibidem congregatis; & ad tractandum, ordinandum, & statuendum una cum dictis dominis de Concilio prædicto illa quæ pro exstirpatione prædicti pestiferi schismatis, & hæresum, pro unione sanctæ Ecclesiæ, pro reformatione universalis Ecclesiæ in capite & in membris, & pro unico eligendo pastore, & pro aliis causis & rationibus, quæ ad generale Concilium de jure spectant & pertinent, fuerint tractanda, statuenda, & ordinanda, cum dependentiis, emergentiis, & connexis: & ad ratificandum, & approbandum omnia & singula in dicto Concilio, tractata, statuta, & ordinata, pœna, vel juramento, prout eis, vel eorum alteri videbitur expedire, faciendum. Et generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum, C gerendum, procurandum, & exercendum, quæ boni, veri, & legitimi, ac idonei, & sufficientes procuratores facere possunt & debent, & quæ in præmissis, & circa præmissa & quolibet præmissorum ac dependentium, & connexorum, incidentium, et emergentium ex eis necessaria fuerint, & etiam opportuna, prænominatis capitulis inviolabiliter observatis; & quæ ipsemet diceret, faceret, gereret, dicere, facere, & exercere posset, si in præmissis omnibus & singulis personaliter interesset; etiam si quæ sint quæ mandatum exigant magis speciale, & majora essent necessaria, quam ea quæ in præsenti procuratorio sunt expressa; ac relevans ex nunc, & relevatos esse volens idem dominus constituens dictos suos procuratores, & eorum quemlibet ab omni onere satisdandi; promittens bona fide mihi notario publico infrascripto præsenti, stipu- D lanti, & stipulationem hujusmodi in me solemniter recipienti, vice & nomine omnium & singulorum bonorum, se gratum, ratum, atque firmum perpetuo habiturum totum illud in toto, vel in parte, per dictos procuratores suos & eorum quemlibet in præmissis, & circa præmissa, & quodlibet præmissorum dictum, factum, & gestum fuerit, seu etiam quomodolibet procuratum. De quibus omnibus & singulis supradictis dictus dominus constituens requisivit me notarium publicum infrascriptum, quatenus retinerem, & conficeram sibi publicum instrumentum, quod suo proprio impendenti c sigillari fecit. Acta fuerunt hæc Oleti, Pampilonensis diœcesis, anno, Indictione, die, & mense, quibus supra, præsentibus discretis viris dominis Joanne d Aetilao Presbytero, & portionario dictæ Ecclesiæ sancti Petri de Oliro; & Joanne de Olito carpentario vicino dictæ villæ de Olito, diœcesis Pampilonensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

b MS. Lotuæ.

c Forte, sigilla sigillare.

d MS. Aerilsano.

Et me Garsia de Senosia clerico Pampilonensis publico auctoritate Apostolica notario, qui præmissis omnibus, & singulis dum sic, ut præfertur, per dictum dominum constituentem agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, & in notam recepi: de qua hoc præsens publicum instrumentum procurationis manu propria scriptum in banc publicam formam redegi, cui me subscripsi, & signo meo consueto cum appensione sigilli dicti domini Decani de Tutela constituentis signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus,

Instru-

ANNO CHRISTI 1416.

Instrumentum procurationis domini abbatis de Oliva Pampilonensis diœcesis.

UNiversis, & singulis præsentes litteras inspecturis notum facimus per præsentes, quod nos Joannes miseratione divina abbas monasterii beatæ Mariæ de Oliva ordinis Cisterciensis, Regni Navarræ, diœcesis Pampilonensis, frater Joannes Felix prior, fratres Petrus de Sangossa subprior, frater Martinus de *a* Cadreta cellerarius, frater Petrus de Estela infirmarius, frater Michael de Gallipensin sacrista, monachi dicti monasterii de Oliva, congregati, ut moris est, ad sonum campanæ in palatio infirmariæ, quæ est entra capellam Jesu Christi in dicto monasterio; quem locum pro capitulo & loco capituli ad infrascripta peragendum elegimus, capitulantes, & conventum dicti monasterii facientes. Cum secundum certa capitula inter Ambaxiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi super exstirpatione præsentis pestiferi schismatis, & hæresium, & pro reformatione universalis Ecclesiæ in capite & in membris concordata & firmata, fuimus per reverendos in Christo patres & dominos, dominos prælatos, ceterosque viros Ecclesiasticos in civitate Constantiensi sic, ut asserunt, ad Concilium generale congregatos, per ipsorum litteras convocati; ut ad implendum contenta in dictis capitulis, sicut præfertur, in civitate Narbonensi concordatis, ad dictam civitatem Constantiensem accederemus; Et nos volentes, quantum possumus, contenta in dictis capitulis, sicut præfertur, concordatis adimplere, quampluribus arduis negotiis dicti nostri monasterii occupati personaliter accedere non possumus. Idcirco ex nostra certa scientia constituimus, creamus, & ordinamus omnes simul & in solidum nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, defensores, & negotiorum nostrorum gestores, ac nuncios speciales & generales, videlicet reverendos in Christo patres & dominos, dominos Guillelmum Arnoldi Bayonensem, & Nicolaum Aquensem Episcopos, & honestos viros dominum Eximinum de Aymar in sacra pagina magistrum, archidiaconum mensæ in Ecclesia Pampilonensi, & Joannem de *b* Lscens legum Doctorem Alcaldum curiæ majoris Regni Navarræ licet absentes, tanquam præsentes, & quemlibet ipsorum in solidum ad comparendum nomine nostro & pro nobis in dicta civitate Constantiensi; & ad interessendum pro uniendo se dicto asserto Concilio, & faciendo Concilium generale una cum aliis ibidem congregatis; & ad tractandum, ordinandum, & statuendum una cum dictis dominis de dicto Concilio, illa quæ pro dicta extirpatione dicti pestiferi schismatis & hæresium, pro sancta unione Ecclesiæ in capite & in membris, & pro unico eligendo pastore, ac pro aliis causis & rationibus, quæ ad generale Concilium de jure pertinent & spectant, juxta & secundum articulos, qui, ut præfertur, Narbone concordati fuerunt, tractandum, faciendum, & ordinandum, cum dependentiis, emergentiis, & connexis; & ad ratificandum & approbandum omnia & singula in dicto Concilio tractata, statuta, & ordinata, pœna, vel juramento, prout eis vel eorum alteri videbitur faciendum. Et generaliter omnia alia universa & singula dicendum, faciendum, procurandum & exercendum, quæ veri procuratores facere possunt & debent, & quæ in præmissis & circa præmissa, & quolibet præmissorum, ac dependentium, connexorum, incidentium & emergentium ex eis necessaria fuerint, ac etiam opportuna, prænominatis capitulis inviolabiliter observatis; & quæ nosmet diceremus, faceremus & exerceremus, dicere, facere, & exercere possemus, si præmissis omnibus & singulis personaliter interessemus; etiamsi quædam sint, quæ mandatum exigant magis speciale, & majora essent, quam ea, quæ in præsenti procuratorio sunt expressa. Et relevantes ex nunc, & relevatos esse volentes dictos procuratores nostros, & eorum quemlibet ab omni onere satisdandi, promittimus bona fide notario infrascripto, stipulanti, & recipienti stipulationis hujusmodi in se recipienti, sub hypotheca omnium & singulorum bonorum dicti nostri monasterii, nos ratum & firmum perpetuo habituros totum id, & quidquid in toto vel in parte per dictos procuratores nostros, & eorum quemlibet in præmissis & circa præmissa dictum, factum, & gestum fuerit, seu etiam quomodolibet procuratum. In cujus rei testimonium præsentes litteras, seu præsens procurationis publicum instrumentum per notarium publicum infrascriptum fieri fecimus, & sigillorum nostrorum abbatis & conventus appensione muniri. Datum & actum in præfato monasterio, *XV.* die mensis Octobris, anno a Nativitate Domini *MCCCCXVI.* præsentibus viris discretis Arnoldo Gatsiæ de *c* Stagma portinario Ecclesiæ parochialis de Caro Castro, & Didaco *d* de Mediano scutifero, testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Joannes Martiol de Cilletis presbyter diœcesis Pampilonensis auctoritate Apostolica notarius præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui: & de mandato dictorum dominorum constituentium hoc præsens publicum procurationis instrumentum mea manu propria scriptum, stipulationemque præfatam vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, solemniter, ut præfertur, recipienti, signoque meo consueto signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus.

Procuratorium abbatis de Tirasona, Tirasonensis diœcesis.

In nomine Domini, Amen.

PEr hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini *MCCCCXVI.* Indictione *IX.* die vero *XXIII.* mensis Julii, subtractione facta in Regno Navarræ, in mei notarii publici infrascripti, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia existentes & constituti personaliter, congregati ad sonum campanæ, prout est fieri consuetum, reverendus in Christo pater frater Michael de Gallipiento abbas, frater Bartholomæus de Tirasona prior, frater Ægidius subprior, frater Michael *e* de Facibuscellerarius, frater Joannes de Araciel monachi, & conventus monasterii de Firero in Regno Navarræ, ordinis Cisterciensis, & Tirasonensis diœcesis, gratis, & ex eorum certa scientia, ac voluntate spontanea, omni eo meliori modo, via, vice, causa & forma, quibus de jure potuerunt & debuerunt, fecerunt, creaverunt, & solemniter ordinaverunt suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, & negotiorum suorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e converso, videlicet multum, honorabiles & magnæ circumspectionis viros dominos Eximinum de Aymar magistrum sacræ paginæ, archidiaconum mensæ in Ecclesia Pampelonensi, nobilem virum Martinum de la Csyra militem, fratrem Martinum de *f* Gantarra magistrum in sacra pagina ordinis Minorum, *g* & Joannem de Rhedana decretorum Doctorem, nuncios sive Ambaxiatores serenissimi principis Regis Navarræ, absentes, tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum similiter, ad consentiendum, approbandum, ratificandum, & omologandum in electione summi Pontificis facienda in Concilio Constantiensi, in præsentia Regis Romanorum, dominorum Cardinalium, dominorum præsidentium quatuor nationum ibidem existentium, vel aliorum quorumcumque ad hoc potestatem habentium; & ad præsentandum supplicationes, articulos, libellum, seu libellos, & qualcumque petitiones, summarias, alias scripturas, quæcumque negotia tangentes, & ad jurandum in animam dictorum consti-

a al. *Cadreyta.*

b MS. *Lucens.*

c MS. *Sebagana.*

d MS. *de Mendrano.*

e MS. *de Falcibus cel. lerarius frater Xandius de Stenero, frater Antonius Tangaes, & frater Joannes, &c.*

f MS. *Gantarra.*

g MS. *& Martinum de Ledana.*

ANNO CHRISTI 1416.

constituentium de stando & parendo mandatis sanctæ matris Ecclesiæ, vel aliud quodcumque licitum juramentum, & demum generaliter omnia alia universa & singula faciendum, dicendum, procurandum & exercendum, quæ in præmissis, & quolibet præmissorum semper personaliter interessent, & quæ causarum & negotiorum merita postulant & requirant, etiamsi talia forent, quæ mandatum aliud exigerent magis speciale. Promiseruntque mihi notario publico infrascripto, ut personæ publicæ, ibidem præsenti, stipulanti, & solemniter recipienti, vice & nomine omnium illorum & singulorum, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, & gratum, & firmum perpetuo habituros totum id, & quidquid per dictos procuratores, seu eorum alterum actum, dictum, factumve fuerit in præmissis, & quodlibet præmissorum, vel alias quomodolibet procuratum. De quibus omnibus & singulis supradictis, dicti domini constituentes voluerunt, consenserunt, petierunt & requisiverunt, sibi & dictis procuratoribus recipi, fieri, atque tradi unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per me notarium publicum infrascriptum. Acta fuerunt hæc in capitulo præfati monasterii anno, indictione, die & mense, quibus supra. Præsentibus venerabilibus & discretis viris Joanne de sancto Martino, & scutifero habitante Turellæ Tirasonensis diœcesis, & Joanne de sancto Petro laico diœcesis Bajonensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Garsias de Carparroso Presbyter Pampilonensis diœcesis, publicus Apostolica auctoritate notarius, præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, & in notam recepi; ex qua hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi, in fidem & testimonium præmissorum.

Procuratorium Abbatis de Irancio Pampilonensis diœcesis.

UNiversis & singulis præsentes litteras inspecturis. Notum facimus per easdem, quod nos Ferdinandus de Vaquedano miseratione divina Abbas monasterii beatæ Mariæ de Yrancio, ordinis Cisterciensis, regni Navarræ diœcesis Pampilonensis, frater Arnaudus de Anarruca prior, frater Michael de Anarruca subprior, frater Xanrius de *a* Ymtira sacrista, frater Joannes de Irmuella, frater Petrus de *b* Rera, monachi in prædicto monasterio beatæ Mariæ de Yrancio congregati, ut moris est, ad sonum campanæ ante altare beatæ Catharinæ in dicto monasterio, quem locum pro capitulo, & loco capituli ad infrascripta peragenda idoneum elegerunt. Quod cum secundum certa capitula inter Ambaxiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi super exstirpatione præsentis schismatis & hæresum, & pro reformatione universalis Ecclesiæ tam in capite quam in membris, concordata & firmata, fuimus per reverendos in Christo patres & dominos prælatos, ceterosque viros ecclesiasticos in civitate Constantiensi, sicut asserunt, ad Concilium generale congregatos per ipsum litteras convocati, & ad complendum contenta in dictis capitulis, sicut præfertur, in dicta civitate Narbonensi concordata, ad dictam civitatem Constantiensem accederemus. Et nos volentes, &c. *ut supra in procuratoria Abbatis de Oliva.* Idcirco ex nostra scientia constituimus, *&c.* Omnes simul, & in solidum nostros veros, legitimos, *&c.* Procuratores, *&c.* reverendos in Christo patres & dominos Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem Episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum Eximium de Aymar, *&c.* necnon, *&c.* dominum Joannem de *c* Lacena legum doctorem egregium, absentes, &c. *ut supra.* In cujus rei testimonium præsentes litteras, *&c.* per notarium publicum infrascriptum fieri fecimus, & sigillorum nostrorum Abbatis & conventus appensione muniri. Datum & actum in dicto nostro monasterio die XIII. mensis Octobris, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. præsentibus discretis viris dominis fratre *d* Joanne Dalbeis, ordinis sancti Augustini conventus Scellensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Michael Sancii de Vidavve Presbyter, auctoritate Apostolica notarius publicus, præmissis omnibus, & singulis dum, sicut præfertur, fierent & agerentur una cum prænominatis testibus præsens interfui personaliter; & de mandato dictorum dominorum constituentium hoc præsens procurationis publicum instrumentum me aliis occupato negotiis per alium scriptum, de nota per me recepta extraxi; stipulationemque hujusmodi, prout supra describitur, immediate vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, vel intererit, recepi: cui me subscribens signo meo consueto signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus, una cum appensione sigillorum dictorum dominorum Abbatis & conventus.

Procuratorium Abbatis de Irachis, Pampilonensis diœcesis.

UNiversis & singulis præsentes litteras inspecturis. Notum facimus per præsentes easdem, quod nos Joannes miseratione divina Abbas monasterii beatæ Mariæ de Irachis, ordinis sancti Benedicti, regni Navarræ, & diœcesis Pampilonensis, Sancius Michaelis de *e* Aregny prior, Joannes *f* Exin Delchauay prior sancti Clementis, Sancius Garsiæ de *g* Minica hospitalarius, & Martinus Remigii de *h* Aurell sacrista, monachi monasterii prædicti beatæ Mariæ de Irachis, congregati ad sonum campanæ, ut moris est, in claustro dicti monasterii, quem locum pro capitulo & loco capitulari ad infrascripta peragenda idoneum elegerunt. Quia cum secundum certa capitula inter Ambaxiatores totius fere Christianitatis ultimo in civitate Narbonensi, super exstirpatione præsentis pestiferi schismatis & hæresum, pro reformatione, *&c.* Idcirco ex nostra certa scientia constituimus, creavimus & ordinavimus, omnes simul & in solidum nostros veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, *&c.* omnes simul & eorum quemlibet in solidum, videlicet reverendos in Christo patres & dominos dominos Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem Episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum dominum Eximium de Aymar Canonicum, *&c.* necnon magnæ litteraturæ dominum Joannem de *i* Lacena legum doctorem, absentes, tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum, ad comparendum nomine nostro & pro nobis in civitate Constantiensi, ubi plures prælati, ceterique viri Ecclesiastici, qui pro sancto Concilio, & pro negotiis expediendis, *&c.* ut supra in alio Abbatis Pampilonensis. In cujus rei testimonium præsentes litteras, *&c.*

Datum & actum in dicto nostro monasterio, die XIV. mensis Octobris, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. præsentis discretis viris dominis Michaele Sancii de Much, & Joanne Martini de Lexat Presbyteris dictæ diœcesis Pampilonensis testibus, *&c.*

Et ego Michael Sancii de Vidavve Presbyter auctoritate Apostolica notarius, præmissis omnibus & singulis, &c. *ut supra in proximo.*

Procuratorium personarum unius Ecclesiæ collegiatæ Tirasonensis diœcesis.

In nomine Domini, Amen.

PEr hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. indictione nona, die vero quarta mensis Augusti, subtractione facta in regno Navarræ, in mei notarii publici infrascripti, testiumque, *&c.* existentes & constituti personaliter, congregati in capitulo ad sonum campanæ, prout est

a MS. de Ymeta. *b* MS. Ayeru.
c MS. Larrena.
d MS. Joanne Dorbayen, & fratre Joanne Dalbeitz.
e MS. Ayegny. *f* MS. Eximini de Schenari. *g* MS. Vibenica. *h* MS. Aprel.
i MS. Lavena.

ANNO CHRISTI 1416.

est fieri consuetum, honorabiles & discreti viri domini magister Joannes Eximini Ocilluedo thesaurarius, Michael de *a* Lacarate scholasticus, Guillelmus de Laoragne, Petrus de Gaspera vicarius, Michael de Salmis, Svetur de Labora, Lupus de Populacon, Michael de Mammia, Joannes de Tassalia, Petrus Fiara, Martinus Lupi de Simbum, Joannes de Fuscinaria, & Leo Colludus canonici collegiatæ Ecclesiæ beatæ Majoris *b* Tutilæ, Tiralonensis diœcesis, gratis, & ex eorum scientia, & voluntate spontanea, omni eo modo, via, jure, causa, quibus melius, citius & efficacius de vice potuerunt & debuerunt, fecerunt & constituerunt, & solemniter ordinaverant suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, & negotiorum suorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e converso; videlicet multum honorabiles & magnæ circumspectionis viros dominos Eximinum de Aymar magistrum in sacra pagina, & archidiaconum, *&c.* nobilem virum Martinum de la Carra militem, fratrem Martinum de Guetaria magistrum sacræ paginæ ordinis Minorum, & Joannem de *c* Lacena decretorum Doctorem, nuncios seu Ambaxiatores serenissimi principis Regis Navarræ absentes, tanquam præsentes, & quemlibet eorum in solidum, scilicet ad comparendum, approbandum, *&c.* electionem summi Pontificis faciendum in Concilio Constantiensis, *&c.* in præsentia domini Imperatoris, dominorum Cardinalium, dominorum præsidentium quatuor nationum ibidem existentium, vel aliorum quorumcumque, *&c. et supra in procuratorio abbatis de Tirasona.* Acta fuerunt hæc in Tutela, in choro præfatæ Ecclesiæ, anno, indictione, die & mense quibus supra. Præsentibus discretis viris dominis Simone de Eslava portinario prædictæ Ecclesiæ, & Martino de Giarra presbytero Pampilonensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Garsias de Carpsrrosio presbyter Pampilonensis diœcesis, publicus Apostolica auctoritate notarius, præmissis omnibus & singulis, *&c.* una cum prænominatis testibus interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, & in notam recepi; ex qua hoc præsens publicum instrumentum per alium fidelem scriptum aliis, *&c.* signoque meo consueto, *&c.* rogatus & requisitus, *ut supra.*

a MS. Lacarreta.
b MS. Tutelæ.
c MS hic, Lacena.

Procuratorium prioris & conventus d Rossi de Vallibus, Pampilonensis diœcesis.

d MS. Roscis.

In nomine Domini, Amen.

PRæsentis publici instrumenti serie cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini *MCCCCXVI.* indictione nona, die vero sexta mensis Octobris, in mei notarii publici, & testium infrascriptorum præsentia constituti personaliter, reverendus in Christo pater & dominus, dominus Xanctius de Moes miseratione divina prior pauperum Christi hospitalis beatæ Mariæ de *e* Rossi de Vallibus, ordinis sancti Augustini regni Navarræ, & diœcesis Pampilonensis, magister, & venerabiles domini religiosi Petrus de Sancto Joanne sacrista, Lupus de *f* Bnigaim cantor, Petrus de Casanova infirmarius, Joannes de *g* Grondinis, Rotarros *h* de Foesnay, Garsias de *i* Octavo, Petrus Othor, Michael de Rossi de Vallibus, in camera nova ipsius hospitalis ad sonum campanæ ad infrascripta peragenda, seu expedienda, & ibi capitulum facientes, seu celebrantes, ut est moris, proposuerunt & dixerunt, quod prout fere toti Christianitati divulgatum extitit, nuper convenientibus in unum apud civitatem Narbonensem serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Ungariæ Reges, & legatis congregationis reverendorum patrum ceterorumque virorum Ecclesiasticorum apud civitatem Constantiensem provinciæ Moguntinæ in dicto sic per eos Concilio congregatorum ex una, & Ambaxiatoribus illustrissimorum dominorum Regum & principum obedientiæ pro tunc domini Benedicti sic in sua obedientia vocati parte ex altera, fuerunt, pro exstirpatione schismatis pestiferi, & pro unione in sancta Dei Ecclesia consequenda, quædam capitula inter eos concordata, ac per eos juramento firmata: in quibus inter cetera cavetur, quod per dictos prælatos, ceterosque viros ecclesiasticos in Constantia per eos vocato Concilio congregatos, fuerit convocatio litteralis de Regibus, ac principibus, & prælatis, & ceteris de regibus, ac principibus, & prælatis, & ceteris de obedientia pro tunc domini Benedicti in ejus obedientia sic vocati, quod certo termino per se, vel suos Ambaxiatores & nuncios, seu procuratores sufficienter comparerent in dicta civitate Constantiensi pro tractanda, & Deo propitio consequenda unione in sancta Dei Ecclesia & alia peragenda quæ inter eos fuerint pro tunc concordata, atque vice versa per prædictos dominos Reges, principes, & prælatos de obedientia pro tunc domini Benedicti, vel per eorum Ambaxiatores & nuncios, seu procuratores ad hoc sufficienti potestate suffultos mittendos, ut præfertur, per eos ad Constantiam ibidem fieret ad prænominatos prælatos, ceterosque dominos de dicto sic per eos Constantiensi consilio similis convocatio litteralis, ut sic utraque obedientia uniretur, & fieret unum generale & universale Concilium totam universalem Ecclesiam repræsentans; tandem per prænominatos reverendos patres, ceterosque dominos de dicto sic per eos Constantiensi Concilio fuerunt ad præmissa peragenda litteratorie convocati. Dicti igitur constituentes, ut asserunt, pacem & unitatem Ecclesiæ orthodoxæ, & quæ ab ea dependet, prosperitatem fidei Catholicæ desiderantes salubriter quærentes & volentes, quæ tunc fuerunt concordata, quantum ipsis possibile est, effectualiter adimplere, cum personaliter nequeant accedere, ex eorum certa scientia, ac sponte & libere omnibus modo, via, jure, causa & forma, quo, & quibus melius & efficacius de jure possunt & debent, fecerunt, constituerunt, ordinaverant & creaverant, faciunt, constituunt, creant & ordinant suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, syndicos, œconomos, actores, factores, defensores, & negotiorum suorum gestores, & nuncios speciales & generales, ita quod specialitas non derogeret generalitati, nec e contra, videlicet reverendos in Christo patres & dominos, dominos Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem Episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum dominum Eximinum de *k* Aymar canonicum & archidiaconum de mensa in Ecclesia Pampilonensi, & consiliarium domini nostri Regis; necnon magnæ litteraturæ & circumspectionis virum dominum Joannem de Lacena legum egregium Doctorem, absentes, tanquam præsentes præsentium exhibitores, & quemlibet eorum in solidum ad comparendum pro eis & eorum nomine in dicta civitate Constantiensi, & dominos, qui ibidem sic in dicto per eos Concilio congregati existunt, ad generale Concilium convocandum, & uniendum se cum eis, pro uno generali & universali Concilio, & ibidem ratificandum, & si opus fuerit, de novo statuendum omnia & singula in prædictis capitulis Narbonensibus concordatis & juratis contenta, antequam ad alios actus procedatur, postquam prædictum generale Concilium fuerit sic unitum, prout tunc fuerit promissum & juratum, & demum in dicto Concilio generali tractandum, audiendum, statuendum, & effectualiter prosequendum quidquid fuerit utile, necessarium & expediens, seu etiam opportunum pro exstirpatione schismatis pestiferi & hæresium, pro sancta unione consequenda, & reformatione universalis Ecclesiæ, tam in capite, quam in membris; & procedendum contra quoscumque hæreticos & schismaticos, & perturbatores unionis sanctæ matris Ecclesiæ, nutritoresque & fautores schismatis, prout casus requiret, atque ad depositionem, vel d. jectionem, vel dejectionis declarationem inclusive, & tandem pro unius universalis Ecclesiæ eligendo pastore, & pro aliis causis, & rationibus ac quibuscumque negotiis; quæ ad generale Concilium, sicut præfertur, unitam in præmissis, & circa præmissa fuerunt tractata, ordinata, & statuta, & peragendam, & adimplendum omnia alia & singula, quæ in capitulis

e MSS. Roscis.
f MSS. Baraguo.
g MSS. Grandinis.
h MSS. de Fresnay.
i MSS. de Octavo, Petrus Ochor de Stella, Michael de Roscis, &c.
k MSS. hic Aymar.

ANNO CHRISTI 1416.

lis supra sæpius nominatis Narbonæ, ut prædicitur, concordatis continentur, eisdem capitulis inviolabiliter observatis, & in aliquo non infractis: & generaliter omnia alia, & singula faciendum, dicendum, gerendum, procurandum & exercendum, quæ veri procuratores facere possunt, & debent, & quæ in præmissis, & circa præmissa, ac quolibet præmissorum, & emergentiis, connexis, incidentibus & dependentibus ex eis necessaria fuerint, seu etiam opportuna; prænominatis capitulis inviolabiliter observatis, & quæ ipsimet constituentes dicentes, facerent & exercerent, seu dicere, facere & exercere possent, si in præmissis omnibus & singulis personaliter interessent; etiamsi talia sint, quæ mandatum exigant magis speciale, & majora essent, quam ea, quæ in præsenti procuratorio sunt expressa. Et relevantes ex nunc, & relevatos esse volentes dictos procuratores suos, & eorum quemlibet ab omni onere B satisdandi, promiserunt bona fide mihi notario publico infrascripto stipulanti, & stipulationem hujusmodi in se recipienti, sponte, vice, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, seu interesse poterit in futurum, se ratum, gratum & firmum perpetuo habituros totum id, & quidquid per dictos procuratores suos, & eorum quemlibet in præmissis, & circa præmissa dictum, factum & gestum fuerit, seu etiam quomodolibet procuratum, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum dicti hospitalis seu monasterii beatæ Mariæ de *a* Rosti de Vallibus. In cujus rei testimonium præsens publicum instrumentum sigillorum dictorum dominorum, prioris, & conventus, & capituli fecerunt appensione muniri. De quibus omnibus & singulis, *&c.* Acta fuerunt hæc in dicto monasterio beatæ Mariæ de *b* Rosti de Vallibus, anno, die & mense prædictis, C præsentibus honestis & discretis viris dominis Viciano rectore parochialis Ecclesiæ de Villanova, & Garsia de *c* Rosti de Vallibus Presbytero Pampilonensi diœcesis pro testibus ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

a MS. Roscil.
b MS. Rosci.
c MS. Rosci.

Et ego Alphonsus Didaci de *d* Arcuda Presbyter Pampilonensis diœcesis publicus Apostolicus notarius præmissis omnibus & singulis, *&c.* una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, & in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum procurationis instrumentum me occupato, *&c.* per alium fidelem, *&c.* hic me subscripsi, signum meum solitum & assuetum, una cum appensione sigillorum dictorum dominorum, *&c.* eidem apposui rogatus & requisitus.

d MS. Arcrida.

Procuratorium administratoris, & capituli Pampilonensis. D

UNiversis & singulis Christi fidelibus. Nos Lancelotus de Navarra Sedis Apostolicæ protonotarius, & administrator perpetuus Ecclesiæ Pampilonensis, Rodericus de *e* Arbeta baccalarius in decretis prior, & Eximinus de *f* Aymar in sacra pagina magister Archidiaconusque de mensa, Martinus de Ayos, Martinus de Brattogium licentiatus in decretis thesaurarius, Michael de Saitu, Lupus Ægidii de Sarussa hospitalarius, Ægidius de Vixiatiet, Lupus de Mues baccalarius in decretis Archidiaconus *g* sanctæ ..... Lupus de Bututain infirmarius, Michael de Aynork licentiatus in decretis, Lupus de Elperca, Martinus de la Carra, Petrus de Aynar, Garsias de Murgandoeta vicarius, Garsias de Xanvvras baccalarius in decretis, cantor, *h* Martinus de Guria baccalarius in decretis Archidiaconus Vallunsellæ, Jacobus de Svvste prior de Vallacu, Martinus de Arnacuta Archidiaconus de E E gniart, Joannes de Retha Archidiaconus sancti Petri de *i* Vituin, Joannes Crusati Archidiaconus baccalarius de Aynar, & Petrus de *k* Orbariis, canonici prædictæ Ecclesiæ Pampilonensis, in capitulo novo dictæ nostræ Ecclesiæ Pampilonensis, ubi capitulum consuevimus celebrare, ut moris est, ad infrascripta peragenda per sonum campanæ ad capitulum congregati, salutem, & veram unionem Ecclesiæ sanctæ Dei, sincerum affectum pariter & effectum. Universitati vestræ notum facimus per præsentes, quod prout fere toti universitati divulgatum exstitit, nuper convenientibus in unum apud civitatem Narbonensem serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Ungariæ Rege, ac legatis congregationis reverendorum patrum Prælatorum, ceterorumque virorum ecclesiasticorum, apud civitatem Constantiæ, &c. *ut supra in proxime præcedenti.* Ex nostra certa scientia, fecimus, constituimus, creavimus, *&c.* nostros veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, *&c.* omnes simul & quemlibet insolidum, scilicet reverendos patres in Christo & dominos, dominum Guillelmum Arnoldi Bajonensem, & Nicolaum Aquensem Episcopos, & reverendum in sacra pagina magistrum Eximinum de *l* Aymar canonicum nostrum & Archidiaconum de mensa in Ecclesia nostra Pampilonensi consiliarium domini nostri Regis, necnon magnæ litteraturæ, *&c.* dominum Joannem de *m* Lactena legum egregium Doctorem, præfatum dominum Archidiaconum præsentem, & onus hujusmodi procurationis in se sponte suscipientem, ceteros vero absentes, tanquam præsentes, præsentium exhibitorem, seu exhibitores, & ad comparendum pro nobis & nomine nostro in dicta civitate Constantiensi, & dominis, qui ibidem in dicto sic per eos Concilio congregati existunt, ad generale Concilium convocandum, *&c.* ut supra in proximo. In cujus rei testimonium præsentes litteras, *&c.* fieri fecimus & sigillorum nostrorum protonotarii, & capituli appensione fecimus communiri. Datum & actum Pampilonæ in dicto capitulo novæ Ecclesiæ Pampilonensis, die *XVI.* mensis Augusti, anno Domini *MCCCCXVI.* præsentibus honorabilibus & circumspectis viris, dominis Sancio de *n* Sebetin decano Ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ de Tutela diœcesis Tirasonensis, & dicti domini nostri Regis Consiliario, & Petro Arnaldi de sancto Stephano præfati domini nostri Regis portionario testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

e MS. Arbeta.
f MS. Aynar.
g MS. sanctæ Gemæ.
h MS. hic additur. Eximinus de Tornour, baccalaureus in decretis, canonicus. Martinus de Guria, &c.
i MS. de Ulsin.
k MS. urbaig.
l MS. Aynar.
m MS. Latenna.
n MS. Sebetica.

Et ego Martinus Michaelis de *o* Sabatecea civis Pampilonensis, publicus Apostolica auctoritate notarius, præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent, *&c.* præsens personaliter interfui: & de mandato dictorum dominorum constituentium hoc præsens procurationis publicum instrumentum, me aliis occupato negotiis per alium scriptum de nota, *&c.* vice & nomine omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus, una cum appensione sigillorum dictorum dominorum protonotarii & capituli, *&c.*

o MS. Sotosaret.

Procuratorium abbatis monasterii de Urdatie, Bajonensis diœcesis.

In nomine Domini, Amen.

PER hoc procurationis publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno Domini *MCCCCXVI.* Indictione nona, die vero *p* ..... mensis Octobris; subtractione facta in regno Navarræ, in mei notarii publici infrascripti, testiumque, *&c.* personaliter constitutus reverendus in Christo pater dominus frater Petrus *q* Snxonnen abbas Monasterii sancti Salvatoris Urdacii, vel ulius de Urdacio, præmonstratensis ordinis, Bajonensis diœcesis, proposuit & dixit, quod cum dictum monasterium de Urdacio fuerit & sit ædificatum & constitutum ac constructum in eremo de loco vastæ solitudinis, ac etiam a locis ac villis insignibus segregatum; canonicique ejusdem monasterii, quia sunt necessarii pro regimine curæ animarum Parochialium, sint & remaneant in rectoriis, grangiis, domibus, Xenodochiis, & locis a dicto monasterio separatis, propter paupertatem monasterii prædicti & tenuitatem, non possint congregari simul in dicto monasterio ad celebrandum capitulum proeorum, & dicti monasterii negotiis expediendis, nisi cum maximis expensis, & labore: nec etiam copia peritorum haberi, seu reperiri possit, nec tabelliones, & personæ publicæ, cum eis necessarium sit, præsertim de præsenti, cum Ambaxiatores illustrissimi & excellentissimi ac potentis principis domini nostri domini Caroli Dei gratia Regis Navarræ, sint festini, & parati pro arripiendo iter ad generale Concilium Constantiense, de & super concordia, seu provisione summi Pontificis fienda. Idcirco dictus frater Petrus pro se, & una cum fratre

p Deest in inst.
q MS. Oxymiam.

Petro

ANNO CHRISTI 1416.

Petro Sancii de Urdaelo canunici memorati manaste-rii, ac vice & nomine reverendorum fratrum Domi-nici de *a* Aynona prioris, Joannis de *b* Calanilana sub-prioris, Joannis de Barda sacristæ, Martini de *c* Ayo-mia provisoris, Michaelis de Banfinar rectoris paro-chialis Ecclesiæ de Guni, Petri Cellarii, Sancii de *d* Anno rectoris parochialis Ecclesiæ de Glicsuda, Mi-chaelis a Dignore, Sancii de sancto Petro, Michaelis de Aroqui, & Joannis de *f* Cuatzur canunicis dicti monasterii de Uidacio, & firmando, si & in quan-tum requiritur necessario, & facere potuit & po-test, sibique licet pro eis, & eorum quolibet, gratis, & ejus certa scientia, quibus de jure po-tuit & debuit, fecit, constituit, creavit, & sole-mniter ordinavit suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, & ne-gotiorum suorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita quod specialitas generalitati non de-roget, nec e contra: videlicet multum honorabi-les & magnæ circumspectionis viros dominos Eximi-num de Aymar magistrom sacræ paginæ, & Joan-nem de *g* Lacena decretorum Doctorem, nuncios sive Ambaxiatores dicti domini nostri Regis Navar-ræ, absentes tanquam præsentes, & eorum quemli-bet in solidum: scilicet ad consentiendum, appro-bandum, ratificandum & emologandum in electio-ne summi Pontificis facienda in generali Concilio Constantiensi in præsentia Regis Romanorum & do-minorum Cardinalium, dominorum præsidentium quatuor nationum ibidem existentium, &c. *ut su-pra in procuratorio abbatis de Tirasçua*. De qui-bus omnibus & singulis suppradictis dictos consti-tuent voluit & concessit, petiitque & requisivit, sibi & dictis procuratoribus suis recipi & fieri at-que tradi unum & plura, *&c.* instrumenta per me, *&c.* una cum appensione sigilli abbatia & capituli prædictorum.

Et me Martino Joannis de Eginerete clerico Pam-pilonensis diœcesis publico Apostolica auctoritate no-tario, qui præmissis omnibus & singulis, *&c.* una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, *&c.* hoc præsens publicum procurationis in-strumentum extraxi, meaque manu propria scripsi, *&c.* signum meum solitum & assuetum feci cum appensio-ne sigillorum dictorum abbatia & capituli, *&c.*

Procuratorium abbatis monasterii sancti Salvatoris Legerensis, Pampilonensis diœcesis.

In nomine Domini, Amen.

PRæsentis publici instrumenti serie tam præsenti-bus, quam futuris cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini *MCCCCXVI.* die vero *XIV.* mensis Octobris in Ecclesia sancti Stephani, Vil-læ, seu loci de Huart prope Pampilonam, reverendo in Christo patre & domino, domino Raymundo de ci-vitate, baccalario in decretis, abbate; & venerabi-li ac dilecto viro domino Joanne Iocui priore mona-sterii sancti Salvatoris Legerensis Pampilonensis diœ-cesis; necnon discretis & religiosis viris dominis Xan-tio de *h* Vizane, & Joanne de Sparxa monachis ejusdem monasterii, ut asserebatur, expresse profes-sis, in mei notarii & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum præsentia personaliter constitutis: Et proposito consequenter ex parte eorum, quod mota & fere inter cunctos Christianos orbis uni-versum Principes, & alios dominos tam sæculares or-thodoxa & catholicæ fidei cultores, quam eccle-siasticos, eorumque omnium subditos, de mundi universi Christum colentibus partibus Constantiam eundi, & pro tollendo horrendo & inveterato schis-mate jam, proh dolor! & Dei Ecclesia reforman-da, & restauranda sancta & tamdiu desiderata unio-ne, in ea congregandi, faciendi, tenendi & cele-brandi ibidem Concilium generale, unde nomen Domini benedictum, prout ad eorum pervenit no-titiam, concordata materia, dictus dominus abbas, quatenus cum dies seu terminus ad dictum Concilium intrandum, tenendum & celebrandum præfixus ap-propinquaret, jamque appropinquasset, essetque ne-cessarium, immo rectissimum, quod tales sicut ipsi & sibi similes haberent interesse, & interessent facto hujus Concilii; & in eo ipse quoque propter hoc, & tale, & tantum, & tam sanctum opus versus ip-sam Constantiensem civitatem & ad eam ire & acce-dere curaret, ex parte dominorum terræ instanter foret & esset requisitus ad proposita ex parte eadem; subsecuta continebat responsio, quod licet tenere-tur ipse dominus abbas, & totum dicti eorum mo-nasterii capitulum fuisset & esset intentionis, quod idem dominus abbas iret & accederet ad dictam Constantiensem civitatem, juxta sibi factam reponsio-nem; hoc tamen ipsi commode facere non poterant: cum ad tollendas itenerum, & alias ad hoc necessarias expensas bona non suppeterent prædicti eorum mo-nasterii: sed audissent quod multum honorabiles, & circumspecti viri dominus Eximinus de Aymar sa-cræ paginæ magister, canonicus & archidiaconus in Ecclesia Pampilonensi, & Joannes de Lacena legum doctor, serenissimi & illustrissimi Principis & do-mini, domini Regis Navarræ negotiorum promo-tores, cum ambaxiata ejusdem domini Regis, & administrores, & pro eis jurando ituri erant & ac-cessuri *i* omnium aliorum monachorum, & capituli ejusdem, cum ibi ad infrascripta peragenda nota-rium publicum commode habere nequissent, & ac-cedentes ad præfatum locum de Huart, tanquam & quia locum ipsum civitati propinquum, ubi ab eadem civitate ad eadem peragenda commode ha-bere intendebant notarium competentem: con-gregatique in dicta Ecclesia & domo sancti Stepha-ni tanquam & quia in loco & monasterio princi-pali subdito & annexo, in modum capituli & ca-pitulantium ad sonum ejusdem Ecclesiæ campanæ, & in fine omnium præmissorum ad eadem infra-scripta peragenda in mei notarii publici & testium, ut præfertur, infrascriptorum præsentia, modo quo supra, & alias prout melius de jure potuerat, constituti & congregati, ne omnino de negligen-tia valeant reprehendi & notari, confidentes non immerito; de sapientia, prudentia, fidelitate & discretione prædictorum dominorum Eximini & Joannis nunciorum seu Ambaxiatorum præfatorum, & cujuscumque eorum; & alias, non vi, nec metu, sed gratis, & ex eorum & cujuslibet eorum cer-ta scientia, & causis præmissis, omnes simul & conjunctim, videlicet dictus dominus abbas cum aliis capitulantibus, & iidem capitulantes cum ipso domino abbate pro se, ac vice & nomine to-tius prædicti & eorum principalis monasterii, ac omnium & singulorum monachorum expresse pro-fessorum ejusdem, & consequenter dictus dominus abbas per se, & pro se, & deinceps quilibet ipsorum per se, & in solidum, prout eos & eorum quemlibet con-junctim & divisim præsens tangebat & tangere poterat quomodolibet in futurum negotium, fa-ciebant, ordinabant, creabant & constituebant, prout de facto fecerunt, ordinaverunt, creaverunt & constituerunt, cum & sub ea, qua decuit, re-verentia, in suos certos, legitimos, veros & in-dubitatos procuratores, & nuncios seu Syndicos speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, eosdem dominos nuncios, seu Ambaxiatores regios absen-tes, tanquam præsentes, & eorum quemlibet in solidum; sic quod occupantis conditio melior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alter valeat prosequi, mediare & finire: videlicet ad intrandum dictum generale Concilium, & ad interessendum ei-dem, & in eo quantum oportuerit, & tractandum in ipso de dicta unione, vice & nomine ac loco eorum-dem constituentium, & cujuslibet ipsorum; nec-non eorum, & pro eis, pro quibus ipsi constitue-bant & constituerunt, una cum aliis dominis in eodem Concilio interessentibus, prout iidem do-mini duxerint, & dixerunt ordinandum & concor-dandum; & deinceps laudandum, approbandum, & ra-tificandum perpetuo, vice & nomine, ac loco ejus-dem, quidquid per dictum generale Concilium, vel ejus saniorem partem pro dicta unione consequenda actum fuerit & ordinatum. Dantes iidem domini constituentes & concedentes dictis suis dominis nunciis & procuratoribus, seu syndicis, & cuili-bet eorum in solidum, modo & forma, quo & quas eos constituerunt, plenam & liberam potestatem, quatenus in eis est, dictum Concilium, & ad ipsum cum & quo-ties oportuerit, & vice & nomine, ac loco quibus su-pra,

ANNO CHRISTI 1417.

a MS. *Aymona*. *b* MS. *Canisava*. *c* MS. *Aymona*. *d* MS. *Aymona*. *e* MS. *de Gouros*. *f* MS. *Guecsega*. *g* MS. *Lydena*. *h* MS. *Busoane*. *i* Deesse videtur, vel ac domini.

ANNO CHRISTI 1417.

pra, intrandi, & in eo ac idem intereffendi, necnon in ipso de dictæ unione tractandi, & quidquid in eodem Concilio ratione & causa dictæ consequendæ unionis ordinatum fuerit & actum laudandi, approbandi & ratificandi; & super omnia & per omnia cum eodem Concilio, vel ejus saniori parte in hujufmodi negotio ftandi vice & nomine ejufdem ftandi & accordandi. Et uteruſque generaliter omnia alia & fingula, quæ ad expeditionem faciunt & facere poffunt in præmiffis, & quæ iidem domini conftituentes & alii pro quibus conftituerunt, circa ea & in eis, fi eidem perfonaliter intereffent, poffent facere & deberent, etiamfi fint majora quam fuperius expreffa, & fine quibus præmiffa expediri non poffent, & etiam talia, quæ de fui natura exigerent & exigant mandatum speciale, vice & nomine & loco prædictis gerendi, cum libera adminiftratione, ac faciendi & exercendi, necnon fi opus fit, feu vifum fuerit eis expedire, quoties fibi placuerit, ad hujufmodi negotium loco fui unum, vel plures cum pari, vel majori poteftate fubftituendi; & hujufmodi fubftitutum vel fubftitutos tacite vel expreffe revocandi; unumque præfentis procurationis in fe & ad fe iterum affumendi quo & quibus fupra; dicti domini conftituentes volentes relevare & relevando facto prædictos dominos fuos procuratores & nuncios, feu Syndicos, & eorum quemlibet circa omnia præmiffa & eorum fingula, necnon fubftitutum & fubftitutos ab eis, vel eorum altero ab omni onere fatifdandi: Promiferuntque mihi notario publico infrafcripto ftipulanti, & hujufmodi ftipulationem vice & nomine quorum intereft, feu futurum effe poterit quomodolibet in futurum recipienti, fe, modo & forma, quibus conftituerunt, necnon & eos omnes, pro quibus ipfi conftituerunt, gratum & ratum ac firmum perpetuo habere quiquid in & fuper præmiffis, & circa eos per prædictos fuos procuratores & nuncios, feu fyndicos, fubftitutum, feu fubftitutos ab eis, vel eorum altero actum fuerit, & quomodolibet procuratum, & judicio fiftere, ac judicatum folvere cum fuis claufulis opportunis univerfis; obligantes ad hæc omnia, & fingula bona dicti eorum monafterii præfentia & futura fub omni juris, & facti renunciatione, & cautela ad hæc neceffaria. Acta fuerunt hæc anno, menfe, die, & loco quibus fupra. Præfentibus venerabilibus & difcretis viris dominis Martino de Monte-Regali, & Sancio de Huart parochialium Ecclefiarum fancti Joannis de Huert, & fanctæ Mariæ de Arleta Pampilonenfis diœcefis Evangeliftis, ad præmiffa vocatis fpecialiter & rogatis.

Et me Ferdinando Joannis de Huart, diœcefis ejufdem clerico auctoritate Apoftolica publico, & jurato notario, qui præmiffis omnibus & eorum fingulis, dum fic, ut præfertur, per dictos dominos conftituentes dicerentur & fierent, una cum prenominatis teftibus præfens interfui perfonaliter eaque fic fieri vidi & audivi, & in notam rogatus & requifitus fumpfi: de qua præfens publicum inftrumentum manu propria fcriptum, fignoque meo folito fignatum, in fidem & teftimonium omnium & fingulorum præmifforum extraxi.

Et ego Raymundus de Civitate, abbas fupradictus fupra dictæ conftitutioni præfens interfui perfonaliter, & procuratores in ea fubftitutos, prout in ea conftitui; pro cujus rei fide, & teftimonio præfentibus manu propria me fubfcripfi, & figillum fecretum in defectum authentici eidem appofui.

Et nos frater Joannes de Ydoqui, Prior; frater Dominicus de *a* Borg, frater Antonius de *b* Alfo, & frater Sancius de *c* Huvani expreffe profeffi fupradicti monafterii fancti Salvatoris Legerenfis, & in eodem monafterio ad fonum campanæ ejufdem, prout eft moris, congregati ad capitulum in eo loco folito, videlicet die fabbati juridica XVIII. menfis Octobris, anno a Nativitate ejufdem Domini MCCCCXVI. fupradicta in procurationis conftitutione & ftipulatione ac obligatione in ea contentis laudavimus & approbavimus, ac etiam ratificavimus. In cujus rei teftimonium præfentibus figillum capituli ejufdem monafterii appendentes & nomina noftra manibus propriis confcribentes.

a MS Vatic. *b* MS Oliv. *c* MS. Huvanes.

Ego frater Joannes de Ydoqui prior, frater Dominicus de Burgo, frater Antonius de Alico, frater Sancius de Vuan, frater Michael de Salvas frater Rodericus de Spinofa.

SESSIO XXVII.

In caufa Tridentina.

ANno a Nativitate Domini millefimo quadringentefimo decimofeptimo, indictione decima, die vero fabbati vigefima menfis Februarii, fuit celebrata feffio generalis in majori Ecclefia Conftantienfi, præfidente in eadem reverendiffimo patre domino Joanne Epifcopo Oftienfi, fanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinali & vicecancellario. Eaque peracto officio Miffæ per reverendiffimum patrem dominum Joannem Patriarcham Antiochenum. Et ipfo B officio Miffæ expleto, legebantur litaniæ & aliæ devotæ orationes more aliarum feffionum. His vero peractis, fuit accufata contumacia Friderici ducis Auftriæ, & aliorum in monitorio nominatorum, non curantium audire relationem fiendam per Epifcopos commiffarios dictæ Synodi fuper executionis valitudine. Et deinde reverendus pater dominus Martinus Epifcopus Aprutinus, unus ex commiffariis in hujufmodi caufa, legit quamdam relationis papyri fchedulam tenoris infrafcripti.

In prima editione.

Relatio lecta per commiffarios in caufa Tridentina fuper executione monitorii.

Sacrofancta generalis Synodus Conftantienfis.

C DEvoti commiffarii noftri in caufa Ecclefiæ Tridentinæ dudum per hanc fanctam Synodum deputati, ut fe informarent fimpliciter & de plano, ac fine figura ac ftrepitu judicii, an monitorium alias per eamdem fanctam Synodum contra illuftrem principem dominum Fridericum ducem Auftriæ, & alios quofcumque occupatores & detentores Ecclefiæ & civitatis Tridentinæ, necnon oppidorum, caftrorum, terrarum & locorum, ac bonorum & jurium ad dictam Ecclefiam Tridentinam pertinentium decretum fit debite executum; & cum poteftate citandi dictum dominum Fridericum ducem & alios quofcumque detentores & occupatores fupradictos per edictum publicum in curia Romana, in valvis Ecclefiarum majoris & fancti Stephani Conftantienfis affigendum, ad dicendum & opponendum quidquid voce vel in fcriptis dicere vel opponere voluerint D contra dicti monitorii executionem, in dicta curia & in partibus factam; ac etiam propter non paritionem hujufmodi monitorii, ad videndum & audiendum fe declarari per dictam fanctam Synodum in pœnas in dicto monitorio contentas incidiffe. Et postea per eamdem fanctam Synodum commiffum extitit, quod præfati commiffarii vel major pars ipforum præmiffa facerent & exfequerentur, & quæ fuper his reperiffent, eidem fanctæ Synodo fideliter referrent. Dicunt & referunt eidem facræ Synodo, quod coram ipfis pro tribunali fedentibus, vocato dicto domino duce, & aliis pro parte dicti domini Epifcopi, inftrumenta & alia probationum genera dictarum executionum monitorii, tam in hac civitate Conftantienfi, quam in partibus in omnibus locis in ipfo monitorio deputatis per edictum publicum, cum conftet de non tuto acceffu, fuerunt producta, & fervatis fervandis per eos fecundum formam eis traditam, auditaque procuratore & defenfore dicti domini ducis ad fingulos actus citato, conftet eifdem ex productis dictas executiones & monitiones fuiffe & effe debite in locis debitis factas & executas fecundum formam prædicti monitorii, non obftantibus exceptionibus pro parte adverfa propofitis; & terminum in dicto monitorio dicto domino duci & occupatoribus prædictis conftitutum, dudum lapfum effe, nec eofdem monitos docuiffe fatisfactum, aut paritum monitioni.

ANNO CHRISTI 1417.

Ex collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.

In causa Tridentina.

ANno a Nativitate Domini *MCCCCXVII.* indictione *X.* die sabbati *XX.* mensis Februarii fuit celebrata Constantiæ in Ecclesia majori mane hora tertiarum ad hoc deputata sessio generalis, & pro ejus introitu more solito fuit celebratum officium Missæ per reverendissimum patrem dominum Joannem Patriarcham Antiochenum: qua celebrata, juxta ritum aliarum sessionum fuit peractum officium litaniarum per reverendissimum patrem dominum Joannem Episcopum Ostiensem vicecancellarium curiæ Romanæ ipsi Synodo præsidentem cum introitu, *Exaudi nos Domine*; litaniis, hymnis, collectis, & orationibus ab hujusmodi officium requisitis; Præsentibus ibidem ultra prædictum dominum Joannem Episcopum Ostiensem & vicecancellarium, reverendissimis patribus dominis Antonio Bononiensi, Gibriele Senensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Petro de Fuxo presbyteris; Amedeo Saluciarum, Raimundo de Brancaciis, Ottone de Columna, Lucido de Comite, & Francisco Florentino, diaconis Cardinalibus; aliisque dominorum Regum, videlicet Romanorum, Ungariæ, *&c.* Franciæ, Angliæ, Aragonum, Navarræ, Norvegiæ, Daciæ, Sveciæ & Poloniæ, necnon Principum, ducum, baronum, Archiepiscoporum, Episcoporum, universitatum studiorum & communitatum Ambaxiatoribus, & aliis in numero copioso. Erat ubi quam tuisset per Synodum, sive Concilium Constantiense ad aliquem actum processum, surrexit venerabilis vir Augustinus de Pisis sacri consistorii advocatus, & proposuit, qualiter reverendus pater dominus Episcopus Ennus sit postulatus concorditer ad Ecclesiam Narniensem, petens dictam postulationem confirmari, sibique munus consecrationis impendi per sacrosanctam Synodum instanter postulavit. Item similiter petiit dominus Dominicus de Ponte ejusdem consistorii advocatus pro electo ad Ecclesiam Cassanensem in Regno Neapolitano, ut ejus electio confirmetur. Item dominus Ardecinus sæpedicti consistorii advocatus pro quadam

In mss. hic est, &c. abbata in Italia videlicet .... petens ejus electionem confirmari, & munus consecrationis impendi mandari; & in casu quo ipsa Synodus non vellet ad præsens se intromittere de provisionibus Ecclesiarum, & monasteriorum, sed expectare futurum eligendum summum Pontificem, ipsi domini Augustinus de Pisis, Dominicus de Ponte, & Ardecinus de Navarria advocati nominibus ipsorum postulati, & electorum, protestabantur publice, quod ipsis non generetur aliquod præjudicium in cursu temporis de consecrandis Episcopis ac abbatibus benedicendis; ac alias protestabantur meliori modo, jure, & forma, quibus de jure potuerunt; & quilibet pro sua parte potuit. Super quibus petierunt, & quilibet petiit a notariis Sedis Apostolicæ, & aliis, *&c.* unum & plura, publicum, *&c.* instrumenta.

Quibus factis, venerabilis vir magister Joannes de Scribanis promotor dictæ Synodi, ac procurator, & procuratorio nomine reverendissimi in Christo patris & domini, domini Gregorii Episcopi Tridentini in causa vertente coram ipsa Synodo inter ipsum dominum Georgium Episcopum ex una, & illustrissimum Principem dominum Fridericum ducem Austriæ, de & super Ecclesia & civitate Tridentina, castris, terris, oppidis, juribus & jurisdictionibus ad civitatem & Ecclesiam Tridentinam spectantibus, ac rebus aliis per ipsum dominum Fridericum ducem Austriæ, seu receptores, & aliis in processu causæ hujusmodi deductis, quamdam citationis pergameni schedulam de mandato commissariorum super visione & examinatione executionis monitorii, per ipsam Synodum decreti in dicta causa, datorum in audientia publica litterarum contradictarum Sedis Apostolicæ, sive curiæ Romanæ lectarum positam signatam, & alias inibi debite executam tenoris infrascripti repræsentavit, citatorumque in eadem citatione contentorum, non comparentium, neque relationem fiendam per ipsos commissarios ipsi Synodo super executionis valitudine audire curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari per eamdem Synodum Constantiensem debite postulabat: petens nihilominus ipsos dominos commissarios audiri in eorum relatione, & ulterius declarare, prout in quadam papyri schedula, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Tunc Synodus dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi diei termino satisfacere curantes, licet satis expectatos, reputavit, prout erant, contumaces, & in eorum contumacia mandavit dictis commissariis, ut relationem de meritis executionis monitorii facere deberent. Qui quidem domini commissarii per os reverendi patris domini Mar-

B tini Episcopi Aprutini unius ex collegis in ambone publico super quo edicta, statuta, ordinationes sententiæ, *&c.* ipsius Synodi leguntur & publicantur, retulerunt, prout & quemadmodum in quadam papyri schedula prius per ipsos dominos commissarios concordata, cujus tenor inferius est insertus, plenius continetur.

Qua relatione alta & intelligibili voce facta per os ipsius domini Martini Episcopi, collegæ sui, videlicet reverendissimi patres domini Guillelmus sancti Marci, Franciscus Florentinus Cardinales, reverendique patres & venerabiles viri Nicolaus Episcopus Maraburgensis, Joannes electus Curiensis, Martinus Atrebatensis, Stephanus Dolensis Episcopi, Gaspar sancti Erasmi Perusiensis abbas, Gundisalvus Garsiæ Doctores, successive approbaverunt ipsam relationem factam, & pronuntiatam per ipsos per os dicti domini Martini Epi-

C scopi Aprutini; & dixerunt eam ita esse concordatam, per eos, & in hoc nemine discrepante. Et ulterius ex quo ipsa Synodus statim ad declarationem pœnarum in monitorio contentarum procedere non volens; idcirco sæpefatus magister Joannes de Scribanis procurator & promotor, nominibus quibus supra, dictos citatos ulterius citare per dictam audientiam litterarum contradictarum, necnon procuratorem ipsius ducis partis sibi adversæ per cursorem ad certum peremptorium terminum competentem per ipsam Synodum debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem eadem Synodus ipsi magistro Joanni de Scribanis procuratori & promotori per quemcumque Sedis Apostolicæ cursorem, qui super hoc fuerit requisitus ad proximam sessionem peremptoriam fieri voluit & mandavit; & hoc per respon-

D sum prælibati domini Joannis Episcopi Ostiensis Cardinalis Vivariensis, qui nomine dictæ Synodi respondit, *Placet*.

Quo responso prædicta Synodus de omnibus prædictis protestatis, relatis & approbatis mandavit fieri instrumentum & instrumenta per notarios Sedis Apostolicæ, & ceteros notarios, & scribas ad instantiam & petitionem magistri Joannis de Scribanis procuratoris & promotoris prædicti.

Tenores vero dictarum citationum, audientiæ contradictarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

MAndant reverendissimi reverendique patres in Christo, ac venerabiles & circumspecti viri domini commissarii, per sacrosanctam Synodum Con-

E stantiensem causæ, & partibus infrascriptis specialiter deputati, citari peremptorie in audientia litterarum contradictarum Romanæ curiæ, & citat, ut moris est, illustrissimum Principem dominum Fredericum ducem Austriæ, & occupatores, & detentores civitatis, castrorum, terrarum, jurium, & rerum Ecclesiæ Tridentinæ, & alias in monitorio, de quo inferius fit mentio, contentos, omnesque alios & singulos sua communiter, vel divisim interesse putantes, & eorum procuratores, si qui in Romana curia & civitate Constantiensi fuerint pro eisdem; quatenus die crastina, quæ erit die sabbati vigesima mensis Februarii, comparant coram sancta Synodo Constantiensi, & ipsis deputatis in Ecclesia majori Constantiensi mane hora octava, qua sessio publica teneri solet, si ipsa die ce-

ANNO CHRISTI 1417.

disse in pœnas contentas in monitorio, prout in schedula quam manibus tenebat & legebat de verbo ad verbum, cujus tenor est inferius insertus, continetur. Et veniendo in eadem schedula ad insertionem monitorii, propter prolixitatem & laborem dominus Petrus de Lomburga, alias de Polonia, legebat monitorium, alias decretum. Et eo finito, dominus Niccolaus Episcopus præfatus continuavit sententiam declarationis usque ad finem.

Declaratio in causa Tridentina.

Sacrosancta Generalis Constantiensis Synodus Ecclesiam catholicam repræsentans, in Spiritu Sancto legitime congregata, ad futuram rei memoriam.

DEcet sanctam matrem Ecclesiam, eos qui salutis monita obstinata elatione contemnunt, non dimittere incorrectos, neque impiorum protervitam sine digna castigatione præterire. Sane cum dudum de anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, & mense Augusto, gravis querela venerabilis fratris Georgii Episcopi Tridentini ad nos pervenisset, quod nobilis Fridericus dux Austriæ ipsum in canonica possessione Ecclesiæ civitatis Tridentinæ, ac oppidorum, castrorum, terrarum, villarum, locorum, jurium, & aliorum bonorum ad eamdem Ecclesiam pertinentium, alias sex decim annis pacifice existentem, temere & de facto spoliasset, ac eamdem per novem annos detinuisset ac detineret indebite occupatam, ac ipsum cepisset, & in carceribus mancipatum pluribus gravibus violentiis affecisset; litterasque quasdam promissionis & juramenta metu & impressionibus extorsisset contra suam & ecclesiasticam libertatem ab eodem; quodque idem Fridericus a clarissimo Ecclesiæ filio Sigismundo Romanorum Regi semper Augusto, cui super hoc per ipsum Georgium Episcopum fuerat delata querela, vinculo juramenti se adstrinxisset, ejusdem serenissimi Regi super his stare præceptis, dictoque Rege per sententiam declarante & præcipiente Ecclesiam & bona spoliata ac præfata occupata eidem Georgio per ipsum ducem restituenda fore; facere prætermisit, notam perjurii manifeste incurrens. Quapropter hæc sancta Synodus, vocato dicto duce, qui tunc in dicta civitate Constantiensi aderat, auditisque suis defensionibus per suos advocatos & procuratores, tam in sessionibus publicis, quam aliis congregationibus, statutis & deputatis ad eamdem causam, quæ jura & munimenta partium receperunt hinc inde producta, cum instaret dictus Georgius Episcopus per litteras monitorias præfatum Fridericum ducem & alios occupatores & detentores, necnon vassallos, nobiles, capitaneos, officiales & subditos Ecclesiæ Tridentinæ & civitatis, & aliorum bonorum prædictorum, sub pœnis, sententiis & constitutionibus divæ memoriæ Caroli quarti contra tales facinorosos & sacrilegos editis, & aliis gravioribus, requiri & moneri pro restitutione dictæ Ecclesiæ, & bonorum prædictorum, ac plenaria satisfactione, & alias sibi de opportuno remedio provideri. Quapropter eadem sacrosancta Synodus super notorietate & aliis servatis servandis in causa hujusmodi certiorata ad plenum, eamdem notorietatem & facti evidentiam, & alia in ipsa causa agitata attendens; volens indemnitati Ecclesiæ providere, nec minus animarum saluti dicti ducis & aliorum occupatorum & detentorum, necnon vassallorum, nobilium, capitaneorum, officiariorum & subditorum prædictorum consulere, præhabita deliberatione matura, undecimo Kalendas Decembris sequentis ejusdem anni monitorium decrevit, cujus tenor sic incipit:

Decretum monitorii.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, universis & singulis Christi fidelibus, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

GRavemque querelam venerabilis fratris nostri Episcopi Tridentini, &c. & sic finit. Litteras monitoriales contra dictum Fridericum ducem & occupatores & detentores hujusmodi, partibus ad hoc A legitime citatis, decrevimus fore concedendas, decernimus & concedimus in forma quæ sequitur, quæ quidem forma sic incipit:

Monitorium decretum in forma.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, universos & singulos venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, &c.. sic finit. Quibus & cuilibet vestrum in præmissis dabimus plenam fidem. Datum Constantiæ undecimo Kalendas Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, Apostolica sede vacante. Supra sess. 40.

Post hæc de anno Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, cum jam dictus Fridericus dux per antea de hac civitate Constantiensi recessisset, ipsa B Synodo inconsulta, præfatumque monitorium in ejus præsentia & suorum advocatorum & Procuratorum præsentia decretum propter quemdam tractatum concordiæ, quem sperabat in actis causa plene constare, in ejus personam legitimam non potuerit habere executionem, per edictum secundum formam monitorii antedicti. Et quia per eamdem sanctam Synodum constituti fuerunt commissarii tam de sacro collegio reverendissimorum patrum dominorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, quam de nationibus singulis, ad cognoscendum, videndum & examinandum, antedictum monitorium esse debite executum: dictisque commissariis referentibus, ex productis constare, dictum monitorium fuisse debite & in locis deputatis executum; constetque notorie dictum Fridericum ducem & alios occupatores & detentores, necnon vassallos, nobiles, capitaneos, officia- C rios & subditos supradictos nullatenus præceptis in dicto monitorio contentis paruisse; sed eumdem Fridericum ducem & alios occupatores & detentores supradictos dictam Ecclesiam Tridentinam, civitatem, terras, oppida, castra, villas & alia jura & bona prædicta tenere indebite & contumaciter occupatas & occupata, contra sententiam & præceptum serenissimi Regis Romanorum, cui jure jurando stare promisit: de quo & ejus obligatione constat publicis documentis: ideo volens præfata Synodus tantam inobedientiam & rebellionem notoriam ulcisci cum Apostolo, ne tanti mali perversitas transeat præsumptoribus in exemplum, per hanc sententiam, quam fert in his scriptis, pronunciat, decernit & declarat, dictum Fridericum ducem Austriæ anathematis & sacrilegii vinculis innodatum, perjuriique reum; necnon pœnas privationis & inhabi- D litationis in constitutione Carolina prædicta contentas, eumdemque Fridericum ducem & alios occupatores & detentores, tam Ecclesiasticos, quam sæculares vassallos, nobiles, capitaneos, officiarios & subditos inobedientes & rebelles Ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, ac oppidorum, castrorum, terrarum villarum & locorum, necnon jurium & bonorum dictæ Ecclesiæ, cujuscumque status, gradus, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ, etiam si ducalis fuerint, in pœnas, sententias & censuras alias in dicto monitorio comprehensas & expressas incidisse; ipsiusque Friderici ducis Austriæ & aliorum occupatorum, detentorum, necnon vassallorum, nobilium, capitaneorum, officiariorum & subditorum prædictorum civitates, oppida, castra, terras, & alia loca quæcumque ecclesiastico supposita interdicto. Unde eadem sacrosancta Synodus diversos & sin- E gulos venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ac dilectos Ecclesiæ filios abbates, priores, præpositos, decanos, archidiaconos, scholasticos, cantores, thesaurarios & canonicos, tam cathedralium quam collegiatarum, parochialiumque Ecclesiarum rectores & locatenentes earumdem, cæterosque plebanos, curatos, clericos, notarios & tabelliones publicos per Italiam & Alemanniam constitutos, & alios ubilibet, eorum quemlibet in solidum, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, tenore præsentium requirit, atque monet primo, secundo, tertio & peremptorie terminis, communiter & divisim, eisque & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna latæ sententiæ districte præcipiendo mandat, quatenus statim visis præsentibus

dictum

ANNO CHRISTI 1417.

ANNO CHRISTI 1417.

dictum Fridericum ducem Austriæ anathematis & sacrilegii vinculis innodatum, perjurumque reum, nec non pœnas privationis & inhabilitationis prædictas, a ac eorumdem & occupatores ac detentores, vassallos, nobiles, capitaneos, officiarios & subditos inobedientes & rebelles, in prædictas pœnas, censuras & sententias in dicto monitorio contentas incidisse, singulis diebus Dominicis & festivis in eorum Ecclesiis, monasteriis & capellis infra Missarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad divina audiendum, aut alias congregata fuerit, etiam aliis ubi & quando & quoties expediens fuerit. Et postquam vigore præsentium ipsi, seu aliquis eorum, requisiti fuerint, seu fuerit requisitus, pulsatis campanis, candelis accensis, & demum extinctis & in terram projectis, publice denuncient & evitent. & ab aliis publice, quantum in eis erit, denunciari & evitari ab omnibus Christi fidelibus faciant & permittant. Et præsentem nostram declarationem seu sententiam, & omnia & singula in eis contenta publicent, insinuent, & ad intellectum Christi fidelium adstantium exponant, & plenarie exsequantur, donec & quousque super præmissis absolutionis beneficium meruerint obtinere, & a prædictis rebellionibus destiterint, & debite satisfecerint, aut aliud a dicta sacrosancta Synodo, vel futuro summo Pontifice habuerint in mandatis.

a Mſ. ac eumdem ducem. & occupatores, &c.

Et quia idem Fridericus dux Austriæ, Pharaonis imitatus duritiem, more aspidis surdæ obturavit aures suas, hujus sancti Synodi preces & monita, suorumque amicorum & præfati Regis sententiam & jusjurandum despiciens, tanta exigente duritia, cogitur hæc sancta Synodus de finali remedio providere: cum nihil prosit sententias ferre, nisi sit qui eas debitæ exsecutioni demandet. Committit ergo præfata sancta Synodus præfato b clarissimo filio Ecclesiæ defensori & advocato Sigismundo Regi Romanorum semper Augusto, cujus specialiter interest, ad requisitionem Ecclesiæ contritas & oppressas Ecclesias restaurare, ecclesiasticas personas a violentiis & injuriis defensare, & eamdem sententiam exsecutioni demandare; & ceteris principibus ac Christi fidelibus, ut ad restitutionem dictæ Ecclesiæ & civitatis Tridentinæ, & omnium bonorum & jurium ipsius, & eins integram libertatem & indemnitatem servandam, contra dictum Fridericum Austriæ ducem. & alios occupatores & detentores præfatos, ut nostrum præfatum monitorium realem exsecutionem obtineat, brachium impendant, favorem & auxilium gladii & potentiæ omnimodæ sæcularis.

b Forte, carissimo.

Decrevit insuper hæc sancta Synodus ad pleniorem exsecutionem habendam, processum contra omnes intrusos & intrudendos in dicta Ecclesia & civitate Tridentina, ac castris, oppidis, terris, villis, locis, possessionibus, juribus & bonis ejusdem, & contra adhærentes eidem duci Friderico & occupatoribus & detentoribus, ac intrusis & intrudendis, ac contra dantes auxilium, consilium aut favorem. Quem quidem processum, etiam omnes & singulos processus necessarios & opportunos committit venerabili Patri Episcopo Stragoriensi, cum potestate subdelegandi, & aliis clausulis in forma debita & consueta, supplens quoque eadem Synodus omnem solemnitatis defectum, si quis forsan fuerit in præmissis. Lectis autem his, reverendissimus dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis Vivariensis, juxta consensum & voluntatem omnium nationum, & aliis propter discordiam nationum quoad ordinem, respondit pro vice præsenti per verbum, Placet.

Ex collectione Barberiniana.

In causa Tridentina.

ANno, Indictione, quibus supra, die vero Mercurii tertia mensis Martii, fuit celebrata sessio generalis loco & hora, quibus supra, dominis Cardinalibus nondum supervenientibus, fuit inceptum & cantatum officium Missæ cum introitu, *Domine adjutor meus fuere*, &c. & Evangelio: *Si quis diligit me*, &c. Quod officium Missæ fuit celebratum per reverendissimum dominum Joannem Patriarcham Antiochenum. Quo celebrato, supervenit ibi serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Ungariæ, &c. Rex, suisque nobilibus, videlicet Friderico Burgravio Nurembergensi, Magno comite de Hungariæ, Bernone de Scale, & aliis nobilibus, comitibus, baronibus, militibus, in numero copioso. Quibus existentibus, intraverunt locum sessionis reverendissimi patres domini Joannes Ostiensis Cardinalis Vivariensis, Jordanus Albanensis de Ursinis, & Angelus Prænestinus Laudensis, Episcopi, Antonius Bononiensis, Franciscus Venetiarum, Joannes Ragusinus, Gabriel Senarum, Almannus Pisanus, Antonius Aquilejensis, Angelus Veronensis, Branda Placentinus, Petrus Cameracensis, Guillelmus sancti Marci, Thomas Tricaricensis, Antonius de Chalanco, & Petrus de Fuxo, presbyteri: Amedeus Saluciarum, Raynaldus de Brancaciis, Ludovicus de Flisco, Otto de Columna, Lucidus de Comite, & Franciscus Florentinus; diaconi Cardinales, quibus præsentibus, & aliis prædictis, fuit inceptum officium litaniarum cum introitu, *Exaudi nos Domine*: Evangelio, *Hoc est præceptum meum*, hymno, *Veni creator Spiritus*, & aliis collectis, & orationibus ad hoc requisitis. Quibus officio Missæ & litaniarum perfectis, levavit se in medium venerabilis vir dominus Simon de Teramo sacri consistorii advocatus, ac reverendi in Christo patris & domini Georgii Episcopi Tridentini, in causa vertente inter ipsum dominum Episcopum, & illustrissimum principem Fridericum ducem Austriæ, de & super civitate, Ecclesia, terris, locis, jurisdictionibus, villis, &c. ad dictam Ecclesiam Tridentinam spectantibus, & ipsum dominum Georgium Episcopum Tridentinum partibus ex altera, coram Concilio Constantiensi advocatis; ipse vero dominus Simon advocatus ipsius domini Georgii Episcopi proposuit, Qualiter dominus Fridericus dux eumdem dominum suum dictæ Ecclesiæ, civitate, terris, locis, castris, villis, jurisdictionibus, rebus, & bonis ad ipsam civitatem, Episcopatum, & personam dicti Georgii Episcopi Tridentini pertinentibus & spectantibus dudum ante plura tempora spoliasset, & hodie teneret spoliatum: & licet alias per diversos principes, nobiles, & alios fuisset tractatum de restitutione facienda, atque super ea requisitus, nunquam tamen effectum super hujusmodi restitutione foret consecutus. Quapropter ad querelam domini Episcopi prædicti Concilium præsens Constantiense eumdem dominum Fridericum ducem, & officiales ejus, necnon occupatores, detentores dictorum civitatis, castrorum, terrarum, jurisdictionum, & rerum, atque bonorum prædictorum monuisset, & moneri mandavit, ut Ecclesiam, civitatem, terras, castra, bona, res, & jurisdictiones prædictas infra certum terminum tunc in ipsis litteris monitoriis contentum & expressum, nunc vero per elapsum restituere deberent, per edictum publicum, prout & quemadmodum in ipsis litteris monitoriis debite executis, & productis coram commissariis ad hoc deputatis, alias deputandis super valore executionis monitorii in publica sessione; & jam constaret, quod præfatus dominus dux de omnibus his non curaret. Quapropter idem dominus Simon advocatus, & nomine domini sui Episcopi Tridentini actoris, petiit per præfatum Concilium ulterius fore procedere, & procedi debere; ipsumque dominum ducem, & alios prænominatos juxta vim, & effectum monitorii in pœnas in eodem monitorio contentas declarari incidisse, debitamque instantia postulavit, auxiliumque sæcularis brachii invocandum. Qua quidem petitione facta providus vir magister Joannes de Scribanis prædictus, nomine procuratorio ipsius Episcopi, quo supra, quam quidem citationem in pergameni schedula in audientia litterarum contradictarum Sedis Apostolicæ positam, atque lectam, signoque ipsius audientiæ signatam, & sigillatam, atque inibi debite executam, cujus tenor inferius est insertus, repræsentavit: citatorumque in eadem contentorum non comparentium, nec aliquam causam rationabilem, quare in pœnas contentas in monitorio non incidisset, si quam haberent allegandam, contumaciam accusavit: eosque in pœnas prædictas juxta tenorem suæ petitionis, ut præfertur, obitas incidisse declarari, instanter postulavit.

Dictum namque Concilium prælibatos ducem Fride-

Dictum namque Concilium prælibatos Ducem Fridericus & alios monitos non comparentes, neque in hujusmodi termino in aliquo satisfacere curantes, licet sufficiens exspectatos, reputavit contumaces: & in eorum contumaciam, de mandato ipsius Concilii, ascendit ambonem, super quo edicta, sive statuta, & ordinationes Concilii publicari, legi, & pronunciari solent, reverendus prædictus Nicolaus Episcopus Merseburgensis: & in contumaciam, ut præfertur, ipsorum citatorum, pronunciavit dictos monitos incidisse in pœnas contentas in monitorio, prout in schedula, quam legebat de verbo ad verbum, cujus tenor inferius est insertus; Et veniendo in eadem schedula declarationis ad insertionem monitorii, & propter prolixitatem & laborem, venerabilis vir dominus Petrus de *a* Lamburga, alias de Polonia, legebat monitorium alias decretum. Quo monitorio lecto ad finem, præfatus dominus Nicolaus Episcopus Merseburgensis continuavit lecturam declarationis usque ad finem: in qua quidem schedula continebatur in fine executio brachii sæcularis serenissimo Principi Sigismundo Romanorum, Ungariæ, &c. Regi. Qua quidem schedula declarationis lecta, & quia in fine ipsius schedulæ fuerant posita verba hæc, Sede Apostolica vacante; surrexit venerabilis & circumspectus vir dominus Guillelmus de Ludena unus de Ambaxiatoribus Arragonum regis, & protestabatur nomine domini Regis, & regnorum, quod in illam particulam (Sede vacante) non consentiret; cum non teneretur hodie, Apostolicam sedem vacare; sed in singula alia bene consentiret in eadem schedula expressa, & lecta per verbum, *Placet*. Dominus vero Ostiensis Vivariensis Cardinalis, tanquam præsidens, juxta consensum & voluntatem omnium nationum, & alias propter discordiam nationum quoad ordinem ad lecta respondendo, respondit pro vice præsenti ad omnia supra lecta, & protestata per verbum, *Placet*. His quidem lectis, diffinitis, atque protestatis, levaverunt se venerabiles viri domini Augustinus de *b* Lante de Pisis, nomine Regis Romanorum præsentis, & Simon de Theramo sacri consistorii advocatus, & ipse Augustinus nomine domini Regis Romanorum: Simon vero, nomine Georgii Episcopi Tridentini, petierunt, & quilibet eorum nominibus quibus supra, petiit fieri unum, vel duo, aut plura, publicum seu publice, instrumentum & instrumenta.

a MS. Lymburga.

b MS. Lance.

Quibus quidem instrumentis petitis, surrexerant Ambaxiatores, ut dicitur, Francorum Regis: & per os magistri Joannis Campani procuratoris asserti ipsius Regis Francorum, legerunt certas protestationes in scriptis: & post aliquam lecturam, fuit factus unus sibilus in Concilio per suppositas Concilii, & talis tumultus, sive pulsatio propter verba contumeliosa, quæ, ut dicitur, fuerunt lata per dictos assertos Ambaxiatores & Procuratores, versus supposita singularia Concilii, cum apparuerint multis inhonesta eorum protestata; ita quod prædictus magister Joannes præ nimio tumultu lecturam suam finire non potuit. Videns idem Joannes Campani lecturam suam sive protestationem finire non posse, protestatus verbaliter, ut in dicta schedula continetur, cujus tenor sequitur inferius, & petiit sibi fieri tot quot necessaria fuerint publica instrumenta per notarios ibidem præsentes, tam Concilii, quam alios notarios publicos.

Protestatione namque facta, serenissimus Princeps Romanorum, Ungariæ, *&c.* Rex, primo per os venerabilis viri domini Augustini de *c* Lantis de Pisis advocati consistorialis præfati, & subsequenter ore proprio protestatus fuit de hujusmodi *d* lectura per nationes, & Concilium, tendente & vergente in magnam dedecus Concilii, & in dissolutionem ejusdem. Et sicut alias sæpius conclusum & statutum sit, quod nullus aliquid proponat in publicis sessionibus, quod vergat in præjudicium Concilii: & supplicavit omnibus, primo Concilio, & deinde singulis nationibus de his providere, quod non fiant de cetero, & præsertim talia, quæ sunt impeditiva unionis Ecclesiæ Dei, sicut protestatio jam per dictum Joannem Campani lecta. Nihilominus petiit consilium a Concilio, quid ipse dominus Rex, tanquam advocatus Concilii Constantiensis, & Ecclesiæ sanctæ Dei similibus actibus etiam præsenti factus sit, ad finem & effectum, quod similes violentiæ de cetero non fiant; cum idem rex non velit, ut debet, quidquam facere, nisi de mandato & ordinatione ipsius Concilii: ad cujus mandatum ipse dominus rex semper obtulit se esse paratum, & præsertim in concernentibus unionem Ecclesiæ Dei. Super quibus ipse dominus Rex pro se, Augustinum tanquam advocatus & procurator Regis, Henricus vero de Piro, & Joannes de Scribanis, ut promotores & procuratores Concilii præfati, petierunt, & quilibet eorum petiit sibi fieri unum vel plura, publicum, *&c.* instrumenta. Præsentibus ibidem supradictis dominis Cardinalibus, nobilibus, & aliis B pro testibus infrascriptis.

c MS. Lantis.

d MS. lectura inansfacta per nationes, &c.

Tenores vero dictarum citationis pergameni, necnon declarationis, & protestationis, de quibus supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales:

MAndat sacrosancta generalis Synodus Constantiensis citari peremptorie in audientia litterarum contradictarum Romanæ curiæ, & citat, ut moris est, illustrissimum Principem Ducem Austriæ, & occupatores, & detentores, necnon vassallos, nobiles, capitaneos, officiarios, & subditos, etiamsi ducalis, aut alterius cujuscumque status, gradus, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, civitatum, castrorum, terrarum, jurium, & rerum Ecclesiæ Tridentinæ, & alios in monitorio contentos, omnesque alios, & singulos sua com- C muniter vel divisim interesse putantes, & eorum procuratores, si qui in Romana curia, & civitate Constantiensis fuerint pro eisdem: quatenus in proxima sessione, sive congregatione generali compareant coram ipsa sancta Synodo Constantiensi, in Ecclesia majori Constantiensi, in qua sessiones, sive congregationes, fieri & teneri solent, mane hora sessionum publicarum, sive congregationum generalium, ad jura reddendum in eadem Ecclesia Constantiensi congregata, & audiendum & videndum ferri sententiam, seu declarari incidisse pœnas in monitorio alias per ipsam Synodum Constantiensem decreto contentas, in causa & causis vertentibus, & quæ verti, & etiam sperantur inter dictos citatos, ex una, & reverendum patrem dominum Georgium Episcopum Tridentinum, spoliationeque ipsius Episcopi, & bonorum, castro- D rum, terrarum, jurium, jurisdictionum, & rerum earumdem; & aliis in hujusmodi causa deductis, & eorum occasione, partibus ex altera. Alioquin in causa & causis hujusmodi per ipsam Synodum Constantiensem ad prælata & ulteriora procedetur, dictorum citatorum absentia seu contumacia non obstantibus.

Datum Constantiæ, die vigesima prima mensis Februarii, anno Domini MCCCCXVII. Indictione decima, Sede Apostolica vacante.

Gumpertus Fabri notarius.

Sequitur declaratio, sive decretum monitorii, jam superius editum, in sessione XX.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

E *Protestatio Ambaxiatorum Regis Franciæ pro justitia ejusdem Regis elucidanda.*

AD invincibilem veritatem, & justitiam, atque honorem Christianissimæ Regiæ majestatis Franciæ ostendendum, damnumque & interesse Ecclesiæ Romanæ, immo universalis, ac totius Christianitatis demonstrandum, oratores, & Ambaxiatores Christianissimi regis Francorum dicunt & proponunt in hoc sacro Concilio Constantiensi, & totius Ecclesiæ facie, quæ sequuntur.

In primis, quod cum Christianissimus Francorum Rex præ cunctis regibus Christianis specialiter laboraverit pro unione antedictæ Ecclesiæ, Ambaxiatores nihil umquam dixerunt, scripserunt, aut prosecuti sunt animo impediendi sacram unionem Ec-

ANNO CHRISTI 1417.

Ecclesiæ, aut turbaedi præsens Concilium, fee ipsum impediendi a rebus in eo getendis, circa ea, pro quibus principaliter est congregarum, ficut faile eis impositum est ab æmulis: eec animo injuriandi cuicemqae, & specialiter fereelfimo Regi Angliæ, aut regno ejus, vel Ambaaiatoribus suis, led lolum pro tuitione juris Romanæ ac universalis Ecelesiæ, & honoris cerrorum Regum Christianitatis, & præcipue dicti domini Regis Francorum, & regei sui interesse diversis respectibus.

Item, quod eunquam fuit ietentio eorem dicete, quod dictus Rex Angliæ, & segnum luum non faciant leu nne repræseetent unam nationem, ficat quodlibet regnam lacere posset; aut quod non habeaot vocem magnæ nobilitatis, & auctoritatis, cum hoc etiam coucedant de qunlibet aliu Rege, immo etiam de quibuidam particularibus natinuibus non habentibus regem appropriatum; sed fuit eorum ietentie, quod de jure non habent, nec habere debent, vel possunt talem eatinnem, quæ habeat vocem, leu auctoritatem repræseotarivam quartæ aut quietæ partis Christianitatis, sea totius obedientiæ Romani Pontificis; & quæ dabeat, aut possit de jare æquiparari voci, seu auctoritati totius Italiæ, vel toties Galliæ, fee Hispaniæ, vel toties Germaniæ, quæ quatuor nationes principales multa tegea, & nationes particulases contieeot, quæ particularia regna dicto regno Angliæ merito possuet æquiparari, & qaod ista fuit eorum intentio, maeifeste patet ex supplicatione super hoc matetia primn exhibita in natione Gallicana, cujus tenor fequitar;

Supplicatur tribus inclytis natinnibus, Itellæ, Galliæ, & Germaniæ, qaatenus pro debito hajus sacri Concilii ordiee disponendo, dignentur attente providere, atque prævidere super iis quæ lequuntur.

Benedictus XIII. in extravaganti, *Vas electionis*, ubi ordinat super procuratoribus Prælatnrum, & taxationibus eorumdem, ac etiam de lubsidin, distinguit obedientiam papalem ie quatunr generales partea, seu nationes. Prima pars in Fraecia, Navarra, & Majoricarum regnis, ac terris, partibus, & provinciis adjacentibus, & in vicinis ejuldem; necnon in Delphinata, & Burgundiæ, Sabaudiæ, Provinciæ, Foulcaqueris comitatibus. Secunda pars in Alemaniæ, Angliæ, Ungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Sveciæ regnis, ac terris, partibus, & provinciis eisdem adjacentibus. Tertia pars in Castellæ, Legionis, Arragoniæ, & Portugalliæ, ac partibus adjacentibus, & vicinis eisdem, excepto Corsicæ & Sardiniæ regnis. Quarta pars ie Apuliæ, Calabriæ, Terra Laboris, Siciliæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & terris aliis Italiæ partibus; necnon *a* Salimoniæ, Achajæ, Cypri, & terris, regeis, insulis, aliis provinciis, ac partibus omnibus ultramarinis, & transmarinis. Et quo jure patet, quod si hoc generale Concilium Constaetiense ratioeabiliter debeat dividi per eationas, coeveeieetius dividitur per quatuor, quam per plures: quia talis distinctio seu divisio est juri & rationi conformis.

a al. Rege Salomonis, ex ms.

Secundo fequitur de eodem, qeod adveeiente natione Hispaeica ad hoc generale Concilium, eatio Anglicana debeat reduci ad natioeem Alemaniæ, cujus ipsa est pars, & ei immediate conjangitur, ut patet ex jure prædicto. Unde quod hæc natin Angliæ hucuique divisa fuit a natinee Alemaniæ, fuit permissum, et sic essent in hoc Concilio quatunr eatinnes: & hoc ex certa & speciali causa, quæ maeime cessabit, adveeiente natione Hispanica: sicut potest faciliter declarari ex iis, quæ alias scriptæ sunt, quando in prieeipiu hujus Concilii actum fuit de distinctione nationum.

Tertin fequitur, quod si adveniente natioee Hispanica, natio Anglicana maneat quinta, eadem & fortiori ratione aliæ tres natinnes prædictæ debebunt proportinnaliter distingui in plures nationis æquales. Verbi gratia regnum Franciæ quod est notabilius, debebit facere eationem: & reliqua portio natineis Gallicaeæ, quæ non subest regnn Franciæ, eebebit facere enam nationem. Nam hæ duæ portiones nationis Gallicanæ multo majores & nntabiliores sunt qaam natio Anglicaea: & maxime regnum Franciæ quam Angliæ: eum in Francia multo plures & notabiliores sint pruvinciæ quam in Anglia, multo plures Ecclesiæ Episcopales, multo plures & notabiliores universitates studioram. Quæ omnia attendenda sunt in distinctione eationum, at in eis sit æqualitas & proportionalitas conveeiees, & ut decenter fundetur auctoritas Concilii generalis, deturque in futurum Conciliis forma & exemplum imitationis ex iis, quæ in præsenti fiunt Concilio: & qaod hic exempli gratia dictum est de natione Gallicaea, multo magis dicendum est de aliis nationibus, ut infra patebit.

Quarto adveniente natione Hispanica juxta unum ex capitulis tractatis in Narbona, statim fiat enio eorum ad nos pro faciendo aeum universale Concilium: & per consequens hoc facto, sicut illud eric quasi novum Concilium, & noviter ex eis & nobis integratum? sic ad illius nationis honorem debebit fieri novus ordo, sea ordioari novus procedendi modus, immo veries renovari mos antiquus in distinctione eationum nbservatus, et præfertur, juri & rationi conformis.

Pro declaratione vero, & confirmatione præmissorum facit, quod idem dominas Benedictus XII. qui Burdegalensis fuit natinnis, & per consequens favens Regi & regno Angliæ, cum de terra ei subdita esset, volens tamen distinguere terras & provincias subditas obedientiæ Romani Pontificis pro capitulis monachorum nigrorum provincialibus celebrandis, in prima tabrica sui operis in fine ejusdem distinxit præstas terras, & regna in trigiata sex „ provincias, ita dicens: Ut igitur de provinciis „ in qaibus fuerint bujusmodi capitula celebran„ da, distincta limitatio habeatur, ne de ipsis in „ posterum hæsitetur, quamlibet provinciam, pro„ ut sequitur, deputavimus. Et consequenter in regno Franciæ, & partibus adjacentibus ponit sex provincias, videlicet primo Remensem, & Senonensem pro una: secundo Rotomagensem & Turonensem pro alia. Tertio Bituricensem, & Burdegalensem cum Episcopatu Aniciensi pro alia. Quarto Narbonensem, Tolosanam, Oecitanam pro alia: Deinde vero ponit Lugdunensem, Bisuntinam, & Tarantasiensem pro alia; & consequenter Viennensem, Arelatensem, Aquensem, & Ebredunensem pro alia: in regno vero Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem pro una provincia.

Ex quibus patet, quod nec juri nec rationi consonum est æquare seu æquiparare regnum Angliæ regno Fraeciæ in Concilio generali, vel eationem Gallicanam generali sumptam nationi Anglicanæ. Et multo minus nationem Italicam, Germanicam, vel Hispanicam. Quare nimis absurdum esset dictam Anglicanam nationem fieri quintam partem seu nationem hujus sacri Concilii, cum ipsa secundum juris dispositionem sit trigesimasexta pars sive provincia totius obedientiæ Romani Pontificis.

Præmissis itaque consideratis, supplicatur & requiritur, quod in hac materia provideatur altero triom modorum. Primo quod adveniente natione Hispanica, cesset dicta eatio Anglicana, & fiat pars eationis Alemaeiæ, ut præmittitur. Secundo si hoc non placet, sed omnino velit dicta natio Anglicana a dicta natione Alemaniæ divisa esse, consequens videtur, quod dictæ tres aliæ natinnes distinguantur singulæ in plures nationes particulares dictæ nationi Anglicanæ proportionales: alioquin non esset justa æqualitas, neque æqua partitio nationem in hoc sacro Concilio; & videretur fieri injuria & gravamen Christianissimo Regi Franciæ, & regno suo, ac toti nationi Gallicanæ; & multo magis nationi Hispanicæ, vel Germanicæ, & insuper nationi Italicæ; cum quælibet alia plura regna, & plures provincias contineat non minus notabiles, quam regnum Angliæ, ut patet ex præallegatis. Tertio si dictæ nationes non vellent condescendere ad talem subdistinctionem, & multiplicationem, sicut nec apparet expediens, videretur esse providendum, quod rediretur ad jus commune, & antiquum modum procedendi, & concedendi in Conciliis generalibus, in quibus non legitur facta fuisse talis distinctio nationum. Super præmissis igitur sup-

ANNO CHRISTI 1417.

supplicatur & requiritur hujus sacri Concilii declaratio & determinatio.

Item dicunt & proponunt dicti Ambaxiatores Regis Franciæ Christianissimi, quod cum dicta supplicatio peteret daclarationem Concilii super una disjunctiva seu alternativa trium membrorum, non excludendo simplicitar, quod dicti Anglici non debe-rent habere nationem, sed moderandum, ut prædictum est; tamen ipsi hanc materiam impatienter audierint, & ita sibi reputaverint injuriotam, ut inde ex parte ipsorum, quædam locuta fuerunt scandala, loco & tempore plenius explicanda.

Item, dicti Ambaxiatores Regis Franciæ occasione præmissorum & pro tuitione juris Ecclesiæ, ac domini Regis Franciæ, proposuerunt facere certas protestationes, a quibus multum & sæpe fuerunt impediti.

Quia adveniente inclyta natione Hispanica ad hoc sacrum Concilium, & eum eo unita, dictum Concilium habet quatuor partes, in quas secundum observantias sanctorum patrum tota Ecclesia dividitur: videlicet in nationem Italicam, Gallicanam, Hispanicam, & Garmanicam, ut patet in extravagante Benedicti XII. quæ incipit, *Vas electionis*. Et quia tali unione facta, domini Ambaxiatores serenissimi Regis Angliæ nolunt reduci ad nationem Germanicam, *a* cum membrum & portio fuerit secundum antiquam observantiam sanctorum patrum, quia propter absentiam nationis Hispanicæ in Concilio sub obedientia Joannis olim Papæ XXIII. congregato fuit eis ex certa causa *b* dissimulata, permissum quartam partem Concilii facere; sed iterum nunc ubi advenit natio Hispanica, & cessante evidenter & notorie causa, tamen voluerunt nationem facere, & quintam partem Christianitatis repræsentare, nedum in isto, sed in quibusque aliis futuris Conciliis ex hoc novum jus acquirere; quod perpenditur ex hoc, quod cum natione Hispanica contendunt, immo eam præcedere voluerunt, vel nationem Germanicam, quod nulli juri consonum videtur: videlicet quod unum regnum, sicut est Anglia, in Concilio Christianitatis æquiparetur uni nationi majorem partem cleri & populi incomparabiliter continenti; & insuper in magnum præjudicium & gravamen totius Ecclesiæ militantis, ceterorumque Regum & Principum Christianitatis: quorum aliqui habent dominia & regna excedentia regnum Angliæ in multitudine Ecclesiarum archiepiscopalium, & episcopalium, cleri, & universitatum: & præcipue in magnum præjudicium Christianissimi Regis Francorum domini nostri; & amplius esse posset in futurum diversimode ac diversis respectibus, prout aliqua etiam sequuntur, maxime cum regnum ejus & dominium contineat undecim provincias centum & unius Ecclesiarum cathedralium, & ultra: & regnum Angliæ solum duas contineat provincias: & adhuc securius esset loquendum secundum divisionem dicti Benedicti XII. qui distinxit certam obedientiam Romani Pontificis in *c* viginti seu provincias. Quare absurdum videretur quod in Concilio generali una istarum provinciarum, inter quas Anglia solum pro una computatur, faceret quintam partem Ecclesiæ respectu viginti seu aliarum provinciarum.

Quapropter nos antedicti Ambaxiatores Christianissimi Regis Francorum, hæc inconvenientia & præjudicia, & quædam alia suis locis exprimenda considerantes, insuper quod hæc auctoritas nulli regum Christianitatis conceditur, videlicet quod suum regimen habeat quintam vocem Christianitatis in generali Concilio, nec etiam Regi Romanorum, immo nec sacro collegio Cardinalium Romanam Ecclesiam repræsentanti volunt permittere quod faciant sextam vocem; neque de hac potestate dominis Anglicis concedenda quicquam per sacrum Concilium generale decretum est, neque expediens videretur decerni, immo periculosissimum esset, nisi consentientibus ceteris Regibus Christianitatis, quorum interest: maxime etiam daretur occasio, quod idipsum ceteri Reges æquales vel majores facere vellent, aut possent; cum non subsit ratio, quare minus illis, quam Regi Angliæ debeatur: quod si fieret ita, non parum unioni ecclesiasticæ pateret impedimentum clare & evidenter.

Idcirco nos Ambaxiatores prædicti, protestamur dicti domini nostri Regis nomine, & pro eo, & etiam regno suo, ac eis adhærere volentibus, quod ipsi domini Anglici addendum vocem in gerendis per hoc sacrum Concilium tanquam natio quinta, seu faciens quartam aut quintam partem generalis Concilii ab aliis distinctam minime admittantur.

Protestamur etiam in his scriptis sæpe sæpius instanter, & instantissime, quod cum illis gesta, disposita, aut ordinata tanquam cum quinta parte hujus Concilii, quatenus concernerent, aut concernere possent statum regni nostri, aut Ecclesiæ ejus quovis modo, nulla sint, & irrita; nisi quatenus, & in quibus dominus noster Rex, certificatus, & prius informatus de præsenti nostra protestatione voluerit, sibique videbitur expedire.

Protestamur denique, quod si contra præmissam dictam quintam vocem de facto occuparent sine speciali deliberatione & concessione hujus sacri Concilii, & decreto, quod nec de præsenti in futurum jus aliquod vel possessio juris acquiratur, aut quovis modo acquisitum in futuris Conciliis aliis, ex nunc prout ex tunc, & præmissis, & renitentibus ex eis, & quolibet eorum, quod ad hoc sufficiat quo supra nomine, & quorumlibet adhærentium, & adhærere volentium in his scriptis ad sacrum generale Concilium, & Romani Pontificis præsidentiam canonice in eo, appellamus: & Apostolos, si quis est, qui eos dare teneatur, debeat, & dare velit, petimus sæpe sæpius, & instanter cum suis clausulis, & capitulis opportunis: cum protestatione quod hanc suam appellationem, provocationem, seu protestationem, & contenta in ea conjunctim, & divisim ipsi Ambaxiatores, seu procuratores, quo supra nomine, adhærentiumque, & adhærere volentium in hoc sacro Concilio aliquatenus derogare, *d* & de .... conjunctim & divisim prosequi possint, & valeant per viam simplicis querelæ, appellationem seu provocationem ad causam attentaterum, possessorum, injuriarum, & omni alio meliori modo, jure, & forma, quibus libebit, & potuerit, & tempore opportuno, & quoad audientiam secundum materiam adjacentem habere valebunt, seu quilibet ipsorum habere poterit, & valebit, & cum protestationum addendi, diminuendi, & alias prout de jure.

Et insuper protestamur, quod per præmissa non intendimus actis in hoc sacro Concilio aliquatenus derogare. Et de omnibus præmissis per nos Ambaxiatores prædictos hic *e* expressos, petimus a vobis notariis publicis, ac quolibet vestrum, unum, vel plura instrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

Item, omnia & singula protestamur, & volumus habere pro repetitis sine nova protestatione in omnibus & singulis actibus, in quibus dicti domini Anglici, aut eis adhærentes seu favorem dantes, vellent facere quintam partem seu vocem hujus sacri Concilii.

Item, dicunt, & proponunt, quod occasione dictarum protestationum ab æmulis ac inimicis curiose hoc *f* provocantibus, in præsenti Concilio fuerunt multipliciter lacerati, *g* & vocati, quasi essent impeditores unionis Ecclesiæ, aut turbatores hujus sacri Concilii, in grave præjudicium & dedecus Christianissimi Regis Francorum, cujus in hoc sacro Concilio præsentiam repræsentant. Ideo post regressum domini Imperatoris suæ regiæ majestati exhibuerunt schedulam, cujus tenor sequitur:

„ Ad finem, quod sacrum Concilium cum domi-
„ no Imperatore melius intendere valeat ad illa
„ tria, propter quæ principaliter est congrega-
„ tum, videlicet ad exstirpationem errorum, ad fi-
„ nem unionis, & reformationem Ecclesiæ, expe-
„ dire videntur, quæ sequuntur.

„ Primo, quod contentiones, & discordiæ in di-
„ cto Concilio exortæ amicabiliter sopiantur, ne
„ præstent impedimentum ad præmissa.

„ Item, quod hujusmodi contentiones, quantum
„ ad personales injurias, quæ in ecclesiasticorum
„ animis minime debent permanere, penitus ob-
„ mittantur, & fiat omnium unanimis pax & con-
„ cordia ad instantiam domini Imperatoris, exem-
„ plo sui prædecessoris Constantini.

„ Item, quod contentiones seu querelæ super ho-
„ noribus, dignitatibus, privilegiis vel auctoritatibus
„ regum & principum ac nationum, seu numero ac

a Forte, ejus.
b Al. eis dissimulanter.
c Lege ex MS. ut superius viginti seu.
d MS. & de cetero conjunctim, &c.
e Al. expresso patinato.
f MS. procurantibus.
g MS. & notatos.

ANNO CHRISTI 1417.

„ ordine eorumdem, quas pro nunc per viam discussionis terminare longum esset, & patere posset occasionem scandalorum, quas etiam Ambaxiatores dictorum Principum dissimulare cum sua fidelitate nequeunt; videretur statuendum esse, quod hujusmodi Ambaxiatores jura sua & allegationes suas tradant in scriptis, & exhibeant in una sessione, & remaneant in manu Concilii sub sigillo, reserventurque summo futuro Pontifici discutienda; ita tamen quod per acta, seu gesta, agenda, seu gerenda in hoc sacro Concilio nullum jus, seu possessio in præjudicium talium causarum alteri parti acquiratur, non derogando aliis actis & decretis in hoc sacro Concilio, immo potius confirmando.

„ Item quod sedatis hujusmodi discordiis, intendatur diligenter ad ea, quæ jam advisata per dominos deputatos super reformatione Ecclesiæ; & omittantur particularie, usque quo de generali reformatione fuerit tractatum; ne ex particularibus causis novæ discordiæ & contentiones oriantur.

„ Ratio hujus ultimi articuli est, quia non minus utile videtur dictas causas particulares pro quiete, & pace hujus Concilii relinquere discussioni summi Pontificis, quam præmissas contentiones seu querelas.

Item, dicunt & proponunt dicti Ambaxiatores Regis Franciæ quod quanto humilius in præmissis exhibuerunt se, tanto quorumdam adversariorum suorum superbia ascendit semper, prout parati fuerunt in testione publica declarare; & ad hoc instanter sæpe sæpius petierunt audientiam, quam obtinere non quiverunt.

Ideo ego Joannes Campani dicti Christianissimi Francorum Regis procurator, & procuratorio nomine dico, propono, & protestor cum dictis Ambaxiatoribus, ut supra, provocoque, & appello prout infra continetur: Nonnunquam evenit, ut quæ pro publica utilitate facta creduntur, experientia monstrante, tendere reperiuntur ad noxia; sic evenit in hoc sacro Concilio Constantiensi in ejus initio, cum ad illius dissolutionem per quosdam diversis modis tendebatur, unde spes unionis & reformationis Ecclesiæ extitisset penitus evacuata; Zelatot unionis & reformationis Ecclesiæ, prælati, & alii, personæque in eo existentes ex certis causis tunc utilibus, & existentibus, nunc cessantibus, ad obviandum præmissæ dissolutioni per nationes, & separatim de rebus in Concilio gerendis deliberaverunt per nationem; itaque illi de Italia seorium, illi de Gallia seorium pro se, illi de Germania seorium pro se congregati acceperunt nomina nationum, nullo decreto tamen Concilii, nullaque ordinatione interveniente, qua res in tantum paulatim irrepsit, ut domini de natione Anglicana prætenderunt facere quartam partem ejusdem Concilii generalis, & nunc post adventum dominorum de natione Hispanica prætendant facere quintam partem. Unde ego, Joannes Campani, magister in legibus, & licentiatus in decretis, procurator, & nomine procuratorio Christianissimi principis & domini Caroli Francorum Regis, necnon nomine omnium Regum, & Principum, nationum, prælatorum, universitatum, ac omnium, & singulorum mihi in sequentibus adhærere volentium, & hoc ratum habere volentium, ad honorem, utque justitiam, & utilitatem universalis Ecclesiæ, & hujus sacri Concilii; necnon specialiter pro jure, honore, interesse dicti christianissimi Francorum Regis, & sui regni, dico, & propono, & protestor coram hoc sacro Concilio, & totius Ecclesiæ conspectu & præsentia, quod licet tres nationes, videlicet Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, & qualibet illarum sint amplissimæ nationes, ac multas illarum quælibet regiones contineat; natio vero Angliæ, in qua non sunt nisi duæ Ecclesiæ provinciales, multoque, & sine comparatione minor, quam aliqua ex ceteris nationibus, cum in illa sint solum duæ provinciæ, ut est dictum, Eboracensis, quæ tres solum habet sufraganeos Archiepiscopo Ebracensi, saltem Regi Angliæ obedientes; reliqui sunt de regno Scotiæ non subditi serenissimo Regi Angliæ, neque sibi obedientes, & qui non sunt, neque esse vellent de natione Anglicana; & provincia Cantuariensi, cujus magna pars est Vallia, quæ etiem dicto Regi Angliæ non obedit, neque prælati, & clerus illorum partium suns, neque volunt esse de natione Anglicana, ut apparet in hoc sacro Concilio.

Natio autem Germanica habet primo regnum Alemaniæ, & provincias in Germania constitutas in quadruplo majores quam regnum Angliæ, ut notorium est. Habet enim provincias quindecim; & provinciæ ultra numerum centum viginti octo Ecclesies, atque monasteria in maximo numero. Habet ultra præmissas provincias, Liteaniam, cujus legati fuerunt hic. Item Russiam, & alias provincias plures septentrionales, in quibus creduntur esse triginta diœceses: ita quod illa natio, sicut in præsenti Concilio congregatur, habet longe sine comparatione decies in gremio Ecclesiæ plusquam regnum Angliæ.

Italia vero, & natio Italiæ, adhuc juncto regno Angliæ nationi Germaniæ, sicut est pars illius, in magnificentia regnorum, & pluralitate dominorum magnorum, & provinciarum ecclesiasticarum, & diœcesium, ac ecclesiasticorum locorum, adhuc longe excedit nationem Germanicam, prout certum est. Et breviter, apud nationem Italicam residet caput orbis urbs Romana, & sine Græcia habet provincias viginti septem, & diœceses trecentas & tredecim. Habet insuper insulas magnas plures habentes Ecclesias, & loca Ecclesiastica.

De natione vero Gallicana, cujus portio regnum Franciæ est potior, & principalis, [a] in quo plures comitatus sunt quatuor, vel quinque comitatus spatiosiores in retratum latitudine, civitatibus, castris, & villis clausis, & qui libet ipsorum, regno Angliæ sive aliis. Habet undecim provincias, & centum & unam diœceses latas & spatiosas: Tota vero Anglia non habet nisi duas provincias, & viginti quinque diœceses, ut est dictum. Eam extollere amplius non intendo, quia res ipsa seipsam diversimode magnificet, & extollat. Et extra regnum Franciæ habet provinciam Provinciæ, in qua sunt duæ provinciæ, Ecclesiasticæ, & septemdecim Ecclesiæ cathedrales, & totidem diœceses. Habet comitatum Sabaudiæ, in quo sunt provincia una, & decem diœceses. Habet Dalphinatum, in quo sunt duæ provinciæ Ecclesiasticæ, & quatuor diœceses. Habet totam Lotharingiam, in qua sunt tres magnæ diœceses. Et breviter, a mari Oceano usque ad mare Mediterraneum, & Hispanicum, a montibus Pyrenæis usque ad Alpes, & usque ad regnum Galliæ limitantur, quot, & quantæ civitates, clerus, & populus in illo sitoentur spatio, scitur, quod ultra decies regnum Angliæ excedit in spatiositate civitatum, & diœcesium numero, & aliis quibuscumque.

Natio autem Hispanica, quæ quatuor, immo quinque habet regna, computando regnum Majoricarum, immo octo, computando Legionem, Valentiam, & Alguarbiam, de quibus duo, aut majora, aut saltem non minora toto regno Angliæ, in qua natione sunt provinciæ ecclesiasticæ sex, & diœceses quinquaginta sex. Est insuper Sclavonia habens unam amplissimam provinciam, & undecim diœceses [b] Est insuper Hibernia, quæ habet quadraginta octo diœceses, quarum duæ tantum obediunt Regi Angliæ, sine aliis terris, & dominiis, quæ hic non scribuntur, obedientiam Ecclesiæ Romanæ habentes diœceses ultra numerum viginti.

Est insuper in præsenti sacro Concilio dominorum Cardinalium collegium, in quo sunt viginti duo Cardinales, qui Romanam [c] præsentant, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & qui merito debent in Concilio generali vocem & auctoritatem habere: de quibus sunt quatuor Episcopi, duodecim presbiteri, & sex diaconi, omnes magni prælati, & pro majori parte una cum dignitate, solemnes Doctores; quos aliqui domini Anglici nisi sunt ab auctoritate in Concilio repellere; & seipsos, qui non fuerunt, nec sunt tot nec dignitate, nec numero, nec merito, constituere quartam aut quintam partem Concilii generalis.

Quibus omnibus simul collectis, apparet quod in obedientia Romanæ Ecclesiæ sunt septingenti & triginta quinque Episcopi, & Cardinales hodie viginti duo, qui bene æquivalent viginti duobus Episcopis, de quibus in Anglia non sunt nisi viginti quinque,

[a] Lege ex MS. in quo ultra plures ducatus sunt quatuor vel quinque comitatus, &c.

[b] Adde ex MS. Est insuper Scotia, quæ habet novem diœceses. Est insuper, &c.

[c] Adde, Ecclesiam.

ANNO CHRISTI 1417.

que, præter provincias, de quibus notitiam non habeo. Ex quibus apparet manifeste, quod regnum Angliæ, & maxime quantum ad statum ecclesiasticum, nec alias facit trigesimam partem Christianitatis, & Ecclesiæ universalis, sicut in obedientia Romanæ Ecclesiæ exsistens; neque facit quartam partem regni Franciæ. Et licet præmissa notoria, & vera, cum tamen isto sacro Concilio per distinctas nationes expressum ast, ut præfertur, prælati & alii viri ecclesiastici de regno Angliæ prædicto, & qui pauci in numero erant, & in personis in Concilio generali vocem habentes, numerum duodecim non excedebant, nec forte de præsenti numerum viginti quatuor non excedunt; sed pro se, & seorsum ab aliisquibuscumque se separaverunt, & constituerunt sibi nationem unam, & vocaverunt se, & vocari fecerunt, & faciunt nationem Angliæ. Et licet usque ad adventum dominorum de Hispanica natione totum Concilium, præter Anglicos, esset in tres partes, & tres nationes, Italicam, Gallicam, & Germanicam, distinctum, quæ tanta, & tam ampla sunt, ut præfertur: dicti tamen domini de regno Angliæ de facto se constituerant quartam nationem; & nisi sunt, & nituntur gerere vocem & auctoritatem quartæ, & post adventum nationis Hispaniræ quintam partem hujus sacri Concilii universalis Ecclesiæ, quæ in hoc sacro Concilio repræsentatur; & non solum facere nationem, sed se in natione Angliæ æquiparare, & æquare nationibus aliis, scilicet Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Hispaniæ, & quod *a* nunquam absurdum, & contra rerum naturam est, versitur in magnum præjudicium diminutionis juris, & honoris nationum, segnorum, ducatuum, provinciarum, & aliarum partium prædictarum, immo totius universalis Ecclesiæ, vergitque in grave præjudicium, damnum, & diminutionem juris, & honoris Christianissimi regni amplissimis, & Regis Francorum, atque Ecclesiarum, locorum, & personarum ecclesiasticarum, & ecclesiasticorum Principum, nobilium, & populorum regni sui; estque diversis respectibus magnum interesse, loco & tempore opportunis latius declarandum, & specificandum. Cum enim minor majori comparatur, ut ait Hieronymus, minoris comparatio majori injuria est, neque paret justitiæ: ratio non suscipit, intellectus non capit, quod ita exigua terrarum portio Christianitatis, & universalis Ecclesia, quale est regnum Angliæ, exiguam dico in comparatione aliarum nationum in Conciliis generalibus, & rebus Ecclesiæ gerendis & moderandis, alicui nationum prædictarum, quæ, ut dictum est, tantum excedunt, comparetur; nullus profecto sanæ mentis hoc dicere, quinimmo esset injustissimum quisque luculentissime cognosceret, & judicaret.

Præterea cum sancti patres nostri, & summi Pontifices aliqua statuerunt, in quibus opus fuit distinguere nationes, & omnes terras sub obedientia Romanæ Ecclesiæ existentes dividere, totam Ecclesiam Romanam diviserunt in quatuor partes, regnum Angliæ nulla est illarum partium, sed solum est pars unius illarum quatuor partium, & ponitur cum Germania constituta, ut apparet in extravagante Benedicti Papæ XII. quæ incipit, *Vas electionis*. Idemque summus Pontifex in statutis suis pro reformatione ordinum regularium tractans de generalibus capitulis illorum ordinum celebrandis, quæ materia exactiorem divisionem provinciarum exigebat, totam Romanæ Ecclesiæ obedientiam divisit in triginta sex partes, quas vocavit provincias, ex quibus triginta sex provinciis, Angliam totam & Scotiam, unam constituis. Ex quibus evidenter apparet regnum Angliæ nedum non facere, neque dicere, aut posse facere quartam partem universalis Ecclesiæ & Concilii generalis, sed neque trigesimam sextam, immo nec quadragesimam: cum illa duo regna Angliæ, & Scotiæ non faciam nisi unam partem de triginta sex partibus; immo & adhuc de Anglia abest tota VValia, quæ magna ejus pars est; nec in Hibernia, quæ non est pars insulæ Angliæ, quæ non tenet nisi duas diœceses, nec residuum cognoscit eum ut dominum.

Ne igitur tanta difformitas, tamque iniqua absurditas in Dei Ecclesia, & in generalibus Conciliis introducatur, & invalescat; & ne per hoc ceteris nationibus, regnisque, & Regibus, & maxime Christianissimo Regi Francorum, & regno suo prædictis, pro quibus specialiter ago, tantum gravamen, præjudicium, damnum, & injuria inferatur, ego procurator prædictus tam vigore mandati regii, quam etiam de mandato legatorum & nunciorum serenissimi Regis Franciæ in hoc eodem sacro Concilio pro eodem domino rege præsentium, communicato etiam consilio cum quibusdam aliis notabilibus prælatis fidelibus & benevolis ejusdem Regis, & regni, protestor, & dico regnum Angliæ, neque prælatos, aut personas quascumque illius regni sive pro serenissimo Rege ejusdem, sicut alias in eodem præsenti sacro Concilio, neque in aliis futuris sacris Conciliis nullo modo posse, nec debere, aut licere, illisque jus non esse, neque debuisse, potuisse, licuisse, jusque non fuisse facere, seu gerere inter nunc dictas nationes Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & Hispaniæ ad instar illarum, aut alterius earumdem, quartam, neque quintam nationem, immo neque trigesimam partem sacri Concilii præsentis, vel alterius futuri Concilii generalis, neque gerere, vel habere vocem, vel auctoritatem quartæ, aut quintæ, immo neque trigesimæ partis Concilii generalis, vel universalis Ecclesiæ in Concilio generali repræsentatæ, neque ipsos ad hoc debuisse, neque debere admitti. Dicens etiam, & protestans, quod si regnum Angliæ faceret aliquam quotam partem Concilii generalis, regnum Franciæ deberet, & posset facere, & repræsentare, & ad hoc admitti sex, immo plures tales quotas, & portiones, quales regnum Angliæ faceret, aut repræsentaret; attentis numero, & quantitate provinciarum, diœcesium, monasteriorum, & locorum ecclesiasticorum, qui & quæ sunt in utroque regno; attentis nobilitate & excellentia dicti regni Franciæ, ac diuturnitate temporum quando recepit fidem Christi, a qua nunquam deviavit, in comparatione regni Angliæ.

Dico insuper & protestor, quod cum omnes prælati regni Angliæ, qui sunt in præsenti Concilio, maxime dicant, & dicunt se Ambaxiatores seu legatos serenissimi Regis Angliæ, & pro talibus gerant se in omnibus locis, & sedibus, tam in generali sessione, quam in omnibus congregationibus, quæ fiunt propter agenda in Concilio generali, non debens habere vocem, neque auctoritatem, nisi nomina dictis Regis. Quodque absurdum & inconveniens est, legatos & Ambaxiatores ejusdem Regis repræsentare quartam vel quintam partem Concilii, & universalis Ecclesiæ. Quam protestor, & dico illis non esse jus, neque licere talem partem Concilii repræsentare, nec illos ad hoc debuisse, neque debere admitti; præmissaque notoria sunt, & vera, nullaque possunt tergiversatione celari; quod ita fieri peto, & requiro, & alias super hoc de juris remedio provideri. Et quia præfati, & aliæ personæ regni Angliæ, præsentes, & qui fuerunt in isto Concilio, nisi sunt, & nituntur fecisse, & facere, ac repræsentare unam nationem, quam voluns, & voluerunt dici, & dixerunt quartam, & post adventum dominorum de natione Hispanica dixerunt, & dicunt quintam nationem Concilii generalis, & universalis Ecclesiæ; atque insistunt, & nituntur facere, & repræsentare quartam, & post adventum istorum Hispanorum quintam partem Concilii generalis, & Ecclesiæ universalis; atque talis quartæ, & postea quintæ partis vicem & auctoritatem habere, & illa uti conantur, ac se jactaverunt, omnia & singula præmissa, in quantum eis trahere in consequentiam vellent in futurum, quod eadem noscitur in præjudicium ac dedecus generalis Concilii & præsentis, & futurorum, ac universalis Ecclesiæ, necnon omnium, & singularum nationum, & aliorum regum, regnorum, & provinciarum, & præsertim in gravamen, damnum, & præjudicium, atque injuriam serenissimi Regis Francorum, atque sui regni, & Ecclesiarum ejusdem.

Idcirco ego procurator prædictus pro & nomine dicti Francorum Regis, & sui regni, atque omnium prædictorum mihi in iis adhærentium, & adhærere volentium, prædictos omnes, & singulos prælatos, & alios de regno Angliæ in præsenti Concilio exsistentes, & futuros, & qui se pro natione Angliæ gerunt super præmissis ad judicium hujus sacri Concilii,

a Forte, pro quam.

ANNO CHRISTI 1417.

illis tamen exclusis, seu summi Pontificis una cum Concilio, aut ejusdem summi Pontificis pro tempore, & Sedis Apostolicæ communiter, vel divisim, ad causam provoco & appello, & quatenus opus est, Apostolos instanter, instantius, instantissime peto ab iis, ad quos pertinet, mihi dari. Et protestor, quod hanc nostram provocationem, & appellationem ad causam possim pro dicto domino Francorum Rege, ac sibi adhærere volentibus, & mihi liceat prosequi, & agere in præsenti Concilio, vel coram futuro summo Pontifice, aut futuris summis Pontificibus, vel apud Sedem Apostolicam conjunctim, vel divisim, ubi & quando mihi, aut dicto serenissimo Francorum Regi, vel suis melius videbitur expedire. Protestor tamen quod per hanc protestationem, provocationem, seu appellationem non intendo aliquatenus gestis in hoc sacro Concilio derogare. Protestor insuper de addendo, diminuendo, declarando, corrigendo & interpretando, ac emendando in omnibus & singulis præmissorum; & de probando de præmissis, quæ mihi ad intentum sufficient, ad probationem superfluam nullatenus me astringens.

Et de omnibus istis a reverendis patribus dominis sanctæ Sedis Apostolicæ protonotariis, ac omnibus aliis notariis publicis peto mihi fieri instrumentum & instrumenta, publicum & publica, ad futuram rei memoriam.

SESSIO XXIX.

Ex prima editione.

Anno & indictione quibus supra, die vero Lunæ octava mensis Martii, fuit celebrata sessio generalis in Ecclesia Constantiensi, pro accusatione contumaciæ domini Petri de Luna, Benedicti decimitertii in sua obedientia nuncupati: in qua reverendus pater dominus Nicolaus Episcopus Aquensis Missam de Spiritu Sancto celebravit: & reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius, præsedit. Litaniis autem, aliisque orationibus cum evangelio, Dixit Jesus Petro, Si peccaverit in te frater tuus, *completis, fuit servatus ille ordo: Prima fuit lecta per dominum Stephanum Episcopum Dolensem schedula, cujus tenor sequitur in hunc modum;*

Matth. 18. Luc. 17.

Deputatio procuratorum & notariorum in causa contra Petrum de Luna.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis Synodus constituit & deputat dilectos Ecclesiæ filios, magistros Joannem de Scribanis & Henricum de Piro, & eorum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, promotores, prosecutores & ministros causæ & processus inquisitionis contra dominum Benedictum decimumtertium a sibi obedientibus nominatum: & insuper omnes & singulos Sedis Apostolicæ, & alios nationum in eadem sancta Synodo existentium notarios, & eorum quemlibet in solidum, notarios atque scribas in causa & processu prædictis. Qua lecta, dominus Cardinalis præsidens respondit pro toto Concilio, Placet. Quo facto, advocatus consistorialis, instantibus dominis prosecutoribus & ministris, proposuit decretum citationis per edictum, & illius executionem ad diem centesimum, qui illa die incidebat: & produxit bullam decreti citatio is & instrumentum executionis, asserens signa notariorum in instrumento posita, esse signa illorum, quorum esse inscribuntur in illis. Et accusavit contumaciam dicti domini Petri, & petiit illum alta voce vocari ad valvas Ecclesiæ, & ad hoc deputari duos ultimos Cardinales diaconos, videlicet de Comitibus & Florentinum, duos Sedis Apostolicæ, & alios Concilii notarios: & respondit præsidens pro toto Concilio, Placet. Tunc dicti Cardinales & notarii iverunt ad valvas Ecclesiæ: & reversi, retulerunt per Cardinalem Florentinum, illum vocasse trina vice alta voce, & neminem comparuisse. Et advocatus consistorialis facta relatione, petiit iterum dominum Petrum reputari contumacem. Tunc Cardinalis præsidens mandavit legi per Episcopum Dolensem schedulam infrascripti tenoris.

Ordinatio lecta super contumacia domini Petri de Luna.

Hæc sacrosancta Synodus præmissa proposita & petita per advocatum consistorialem admittit, si & in quantum sint admittenda de jure: & mandat notariis ejusdem Synodi & causæ præsentis, proposita, petita & producta hujusmodi, atque vocationem & relationem præmissas. Et quod idem dominus benedictus sic vocatus & sufficienter expectatus, minime comparuit, nec comparet, redigi inter acta. Et de præmissis fieri publica instrumenta, quotquot fuerint opportuna, ut eadem Synodus super præmissis deliberet, judicet & decernat, prout de jure fuerit faciendum: quam deliberationem dicta Synodus sibi retinet faciendam, quando sibi visum fuerit opportunum.

Qua lecta, idem dominus præsidens pro toto Concilio respondit, Placet. *Et quod vox præsidentis sit vox totius Concilii, quando primo de consensu omnium nationum constiterit. Namque propter discordiam nationum Hispanicæ & Anglicanæ, quæ prius responderat pro toto Concilio, Placet: & de aliis prærogativis fuit per nationes & Cardinales ordinatum, quod præsidens responderet pro toto Concilio,* Placet. *Et ad hoc super quolibet actu fiendo haberet consensum Cardinalium, & schedulam illius actus signatam per notarios nationum, & conferret cum lectura quæ fieret.*

Ex collectione Barberinina.

Anno, & indictione quibus supra, die vero Lunæ octava mensis Martii, hora octava, vel quasi, post mediam noctem, Constantiæ in loco sessionis solitæ fuit tenta, & solemniter, ut moris est, celebrata sessio generalis sacrosanctæ Synodi Constantiensis in qua sessione omnia acta & ordinata in processu inquisitionis contra Petrum de Luna Benedictum XIII. a nonnullis nuncupatum, plenius continentur, & hic ideo inserti sunt propter brevitatem omissa.

Ex collectione Barberinina, & tribus mss. Germanicis.

Fuit sessio celebrata cum Missa, & aliis solemnitatibus, ut moris est.

Anno a Nativitate Domini *MCCCCXVII.* Indictione decima, die vero Lunæ octava mensis Martii, hora octava post mediam noctem, Constantiæ in loco sessionis solitæ, sessio generalis dictæ sanctæ Synodi facta, tenta fuit, & solemniter, ut moris est, celebrata. In qua quidem sessione reverendus pater dominus Nicolaus Episcopus Aquensis Missam de Sancto Spiritu celebravit. Qua Missa finita, reverendissimi, reverendique patres domini S. R. E. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique ad quos pertinuit, & præsentes mitras capitibus imponendo, cappas pluviales more solito induerunt: reverendissimusque pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis & vicecancellarius hujusmodi sessioni præsedit; consequenter orationibus, & aliis solemnitatibus consuetis factis, litania, & evangelio isto, scilicet; *In illo tempore, Dixit Jesus Simoni Petro, Si peccaverit in te frater tuus &c.* & cum collectis & attinentiis devote lectis & peractis, reverendus in Christo pater & dominus dominus Stephanus Episcopus Dolensis ambonem publicationis decretorum & negotiorum hujus sanctæ Synodi sæpefactum ascendens, quamdam deputationem procuratorum & promotorum, ac notariorum hujus processus, sive causæ contra Petrum de Luna fiendæ, de mandato ipsius sanctæ Synodi sibi super hoc facto, publica, alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum prælegit & publicavit in hunc qui sequitur modum:

Sacrosancta Constantiensis Synodus, *&c. ut supra in hac sessione XXIX. pag. 562.*

Ex

ANNO CHRISTI 1417.

Ex collectiona Barberiniana.

Deinde venerabilis vir dominus Ardecinus de Novaria advocatus, *&c.* quamquam citationis bullam, *&c.* una cum instrumento executionis ejusdem, *&c.* repraesentavit & produxit.

Citatio reprodacta per Ardecinam advocatum.

Sacrosancta & generalis Synodus Constantiensis universis & singulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, *&c.* ut *supra sess.* XXIV.

Instrumentum executionis lectum & productum.

In nomine Domini, Amen.

PEr hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, die vero vigesima octava mensis Novembris, Apostolica Sede vacante, hora ad hoc specialiter deputata, in nostrorum notariorum publicorum, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, praesentia, venerabilis vir magister Michael Bolonis, sacrosanctae generalis Synodi Constantiensis sessionarius, habens & tenens in manibus suis quasdam litteras citatorias vera bulla plumbea ipsius sanctae Synodi in cordula canabis more Romanae curiae impendente bullatas, sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes, contra & adversus dominum Benedictum Papam XIII. in sua obedientia nuncupatum a dicta sancta Synodo emissas, reverendo patri & domino domino Jacobo electo Penen. auditori audientiae publicae litterarum contradictarum locum tenenti ex parte dictae sanctae Synodi ad legendum, publicandum, exequendum in audientia publica litterarum contradictarum antedicta, tradit, atque praesentavit. Quarum quidem litterarum citatoriarum tenor *sic incipit*: Sacrosancta & generalis Synodus, *&c.* & *sic finit*: Datum Constantiae, IV. Kalendas Decembris, anno a Nativitate Domini MCCCCXVI. in nostra publica sessione. Quas quidem litteras citatorias idem dominus Jacobus electus, & locumtenens, de manibus ipsius Michaelis Bolonis sessionarii cum ea, qua decuit, reverentia recepit; easque incontinenti in Ecclesia sancti Stephani Constantiensi, in qua audientia litterarum contradictarum praedicta teneri solet, & pro nunc tenebatur, honorabili viro magistro Ambrosio Fideli litterarum Apostolicarum scriptori, & pro tunc dictae audientiae publicae litterarum contradictarum lectori, ad legendum, publicandum, & executioni debita demandandum tradidit, atque dedit.

(Sunt ea litterae in Sess. XXIV.)

Qui quidem magister Ambrosius lector mox dictas litteras citatorias alta & intelligibili voce de verbo ad verbum legit & publicavit. De quibus lectura & publicatione venerabiles viri magister Joannes de Scribanis & Henricus de Piro, promotores & procuratores causarum & negotiorum dictae sanctae Synodi sibi per nos notarios publicos infrascriptos unum vel plura, publicum seu publica fieri petierunt instrumentum seu instrumenta. Praesentibus ibidem discretis viris magistris Joanne Trich, Gerardo de Verdena, Petro Ortemberg, Nicolao *a* VVynut, Henrico Hengil, Conrado Baldoini; & Joanne Carpentarii, in Romana curia, & in dicta audientia contradictarum procuratoribus, & quampluribus aliis testibus fide dignis ad praemissas vocatis specialiter, & rogatis.

(a MS. Voart.)

Paulo post hora undecima dictae diei, vel quasi, Nos *b* Rodericus & Gileseros notarii infrascripti dictas litteras citatorias ad valvas dictae Ecclesiae sancti Stephani pro audientia causarum Apostolicarum specialiter deputatas affiximus, & ibidem per spatium unius horae dimisimus extensas; rogati & requisiti per dictos magistros Joannem de Scribanis, & Henricum de Piro promotores & procuratores nomine quo supra, ut de hujusmodi affixione unum vel plura, publicum seu publica conficeremus instrumentum vel instrumenta. Praesentibus ibidem discretis viris Joanne *c* Gajardi litterarum Apostolicarum scriptore, & dictae Synodi notario, Henrico Huvale, Colino Robini, Joanne Siquel, Henrico, VVilkini, Nicolao *d* Tylonit, & Petro a Rat*e*, in supradicta audientia contradictarum procuratoribus testibus ad praemissa vocatis specialiter, & rogatis.

(b MS. Fridericus, ut infra.)
(c MS. Gerardi.)
(d MS. Tilonis.)
(e MS. Rat.)

Deinde vero hora duodecima ejusdem diei, vel quasi, Nos Fredericus & Gileserus notarii infrascripti praedictas litteras citatorias de praedictis valvis removimus, & statim postea valvis seu portis Ecclesiae cathedralis Constantiensis affiximus, & extensas etiam ibidem dimisimus. Et deinde hora vesperarum, vel quasi, ejusdem diei, de proximo dictis valvis removimus, & nobiscum portavimus; Et rogati & requisiti a dictis magistris Joanne de Scribanis & Henrico de Piro promotoribus & procuratoribus, ut de hujusmodi remotione & affixione unum vel plura, publicum seu publica conficeremus instrumentum seu instrumenta. Praesentibus ibidem honorabilibus, & discretis viris magistro Ludolpho Robring camerae Apostolicae, Joanne de Aael sacri palatii Apostolici causarum notariis, Cosmo Laverii, & Jacobo Stemberg, clericis Virdunensis & Caminensis dioecesis, Frederico Rese, *f* Nicobaldo Joannis, & Francisco da Mediolano Sedis Apostolicae custoribus, & pluribus testibus aliis fide dignis ad praemissa vocatis specialiter, & rogatis.

(f MS. Theobaldo.)

Ego Fredericus de *g* Arhnea, clericus Coloniensis dioecesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, ac dictae audientiae publicae litterarum contradictarum scriba, quia praedictis lecturae & publicationi, affixionibus & remotionibus, una cum praenominatis testibus praesens interfui; ideo hoc praesens publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum, in hanc publicam formam redactum, & manu propria una cum notario infrascripto me subscribens, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium praemissorum.

(g MS. Arnheim.)

Ego Giselerus de Boventem, clericus Moguntinae dioecesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, dictaeque audientiae contradictarum ac sacrosanctae & generalis Synodi Constantiensis pro natione Germanica scriba specialiter deputatus: quia praedictarum litterarum contradictarum lecturae & publicationi, affixionibus & remotionibus, una cum supradictis magistro Frederico notario requisito, & testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; idcirco hoc praesens publicum instrumentum per alium fidelem scriptum exinde confectum una cum eodem notario manu propria subscripsi, signoque & nomine meis solitis & consuetis, in fidem & testimonium praemissorum, & rogatus & requisitus roboravi, &c.

Quibus quidem citationis bulla, & ejus executionis instrumento sic, ut praefertur, oblatis, dominus Ardecinus advocatus praedictus adhuc in ambone publicationis existens, asserens signa & manus notariorum instrumento supradicto apposita esse illorum, quorum esse dicuntur, domini Petri de Luna Benedicti XIII. in sua obedientia nuncupati non comparentis, neque hujusmodi termino satisfacere curantis contumaciam accusavit. Necnon eumdem Petrum alta voce ad valvas dictae Ecclesiae majoris Constantiensis per duos reverendissimos patres S. R. E. Diaconos Cardinales ultimos, scilicet Lucidum de Comitibus, Franciscum dictum Florentinum, ac duos reverendissimos patres dominos Episcopos videlicet *h* Ultrensem & Merseburgensem, duosque protonotarios, una cum notariis, & hujusmodi causae scribis, accursore, uno praecone juxta mores antiquos vocari instanter requisivit. Super qua requisitione per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Joannem Ostiensem S. R. E. Cardinalem & vicecancellarium, nomine hujus totius sanctae Synodi per verbum, *Placet*, fuit responsum.

(h MS. Verdensem.)

Subsequenter reverendissimi, reverendique patres

ANNO CHRISTI 1417.

tres & domini, domini Cardinales S. R. E. ac Episcopi deputati prædicti, necnon Jacobus Rodini, & Thomas Polten Sedis Apostolicæ protonotarii, Gambertus Feabel, Ritelerus Boventen, Cynusde Lombardie, Joannes Azel, Bartholomæus de Ernastie, Joannes a Guillelmus de Pascellis, Antonius de Casadanalis, dictæ sanctæ Synodi & hujus causæ notarii & scribæ, unacum discreto viro Francisco de Mediolano Sedis Appostolicæ cursore & præcone, locum sessionis exeunte ad valvas principales hujus majoris Ecclesiæ Constantiensis ivetunt & accesserunt; ubi Franciscus de Mediolano cursor & præco præfatus, alta & intelligibili voce trina voce proclamavit, & dixit hæc verba, vel „ saltem eis similia in effectu: Et hic dominus „ Benedictus XIII. sic in sua obedientia nuncupa- „ tus, aut aliquis pro eo, qui velit comparere „ coram hoc sacro Concilio in causa schismatis & „ hæresis contra eum mota? Super qua vocationa trina, ut dicitur, facta, præfati domini, Ardecinus advocatus, Joannes de Scribanis, & Henricus de Piso, promotores & procuratores nomine quo supra, a nobis hujusmodi causæ notariis & scribis prædictis petierunt ad futuram rei memoriam unum vel plura, publicum & publica confici instrumenta. Præsentibus ibidem venerabilibus & honestis viris dominis, Petro de b Lamburga decretorum doctore, Raphaele de Bessis, ac Joanne Cordurerii litterarum Apostolicarum scriptoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

a Mss. Girardi...... Risa ...... Porcellis ... Casadavalis.

b Mss. Lymburga.

Deinde dominis Cardinalibus, Episcopis, protonotariis, & notariis, aliisque prædictis ad sua redeuntibus, reverendissimus pater dominus Franciscus Cardinalis Florentinus retulit huic sanctæ Synodo, præfatum dominum Petrum de Luna per cursorem & præconem trina vice alta voce, ut præmittitur, fore vocatum: sed nec ipse, nec alius pro eo ibidem comparuit, nec respondit. Super quibus vocationibus & relatione prælibatus dominus Ardecinus advocatus, a protonotariis & notariis hujus sanctæ Synodi fieri petit unum vel plura, publicum, seu publica instrumenta. Insuper omnia & singula præmissa per præsentes causæ notarios atque scribas prædictos, apud acta hujus causæ & præfatæ Synodi scribi & registrari: necnon dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum contumacem reputari per sanctam Synodum præfatam instanter requisivit. Quibus sic factis, reverendissimus pater dominus Episcopus Dolensis ambone publicationis sæpefatum ascendens, de mandato sanctæ Synodi sibi super hoc expresse factu, quamdam schedulam papyri publice & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor sequitur, & est talis.

Hæc sacrosancta Synodus *&c.* c

c Ut in hac sessione superius positum est ex editione prima pag. 560.

S E S S I O XXX.

In qua Concilium approbat subtractionem obedientiæ factam per Regem Arragonum ipsi Petro de Luna.

Ex prima editione.

D*Ie Mercurii decima supradicti mensis Martii fuit sessio Generalis in majori Ecclesia Constantiensi solemniter celebrata. In qua quidem sessione reverendus pater dominus* d *Stephanus Episcopus Cephaludensis officium Missæ de Spiritu Sancto decantavit: & reverendissimus in Christo pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsedit. Interfuit etiam serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ Rex, cum multis sibi adstantibus principibus. Et lectis litaniis, ac aliis devotis orationibus cum evangelio:* Dixit Jesus discipulis suis, Quoniam oportet semper orare, & non deficere, &c. *nuncii & oratores Concilii, qui fuerant per Concilium ad hoc destinati, fecerunt relationem per organum domini Bernardi de* e *Planca decretorum doctoris, quomodo in castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis, cum favore & auxilio illustrissimi principis domini Alphonsi Regis Arragonum fuerant, & Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in sua obedientia, nuncupatum, in propria persona apprehendetant; ac quod ipsum citaverat juxta formam & tenorem citatorii ab ipso Concilio decreti. Ipseque Petrus de Luna responsionem dederat, prout hæc & alia in ipsis instrumentis per dictum dominum Bernardum exhibitis, ac de verbo ad verbum perlectis, plenius continetur. Promotores vero Concilii petierunt apud acta registrari. Post hæc autem venerabilis vir dominus Petrus de Lompurga in decretis licentiatus quamdam decreti schedulam perlegit tenoris subsequentis.*

d Antonius

e al. Planchea.

Concilium approbat subtractionem obedientiæ factam per Regem Arragonum.

Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata.

B Q*Uoniam inter alia virtuosa & laude digna, quæ piæ memoriæ quondam Ferdinandus Rex Arragonum & Siciliæ pro exstirpatione exsecrandi schismatis, quod ab octo fere lustris citra non permisit, Ecclesiam catholicam sub unico gubernari pastore, dignoscitur peregisse; ordinationem quamdam adversus idem schisma & pro unione Ecclesiæ catholicæ felicius consequenda eum promulgasse cognovimus: eadem sacrosancta Synodus Constantiensis, causis & motivis in præfata ordinatione expressis plene inspectis & diligenter examinatis, de quorum veritate facta exstitit eidem Synodo plena fides; & attento præcipue tunc atque nunc universalis Ecclesiæ statu, & quod sine regia provisione præfata perpetuandi schismatis imminebat & immineret periculum, ac præstabatur & præstaretur sacro præfato Concilio, & consequenter unioni Ecclesiæ periculum* C *manifestum; eo præsertim, quod idem dominus Benedictus sic in sua obedientia nominatus, conabatur per sibi adhibitam obedientiam jam dictum princ Concilium multipliciter impedire, & impedivisset de facto, si mandatis ejus obtemperatum fuisset. Quod inter alia ex eo satis apparet, quod etiam* f *cum obedientia sibi subtracta fuerat, per litteras suas prælatis & capitulis, ne ad dictum sacrum Concilium accederent, inhibere præsumpsit. Ideo eadem sacrosancta Synodus ex certa scientia, & causa debite cognita, ad perpetuam rei memoriam, & ut cunctis clareat rei veritas bene gesta declarat ordinationem prædictam a prædicto Ferdinando quondam Rege juste & legitime etiam & promulgatam fuisse, & per eum ac illustrem principem dominum Alphonsum, ejusdem domini Ferdinandi primogenitum & Regem modernum servatam. Ipsamque præ-* D *senti decreto dictis ex causis approbat & confirmat: decernitque illam per omnia debuisse & debere ab omnibus fidelibus observari, juxta ipsius seriem ac tenorem.*

f Mss. ubi obedientia.

Concilium revocat quamdam constitutionem Petri de Luna, quæ incipit, *Ad futuram*.

E*Adem quoque sancta Synodus Constantiensis quamdam constitutionem dudum (ut dicitur) a dicto domino Benedicto sic in sua obedientia nuncupato editam, quæ incipit,* Ad futuram rei memoriam in dierum successu crescente malitia sic videmus Mundum, *&c. & finit,* Datum Massiliæ apud sanctum Victorem, decimoquarto Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno decimotertio: *declarat nullatenus comprehendere casum regiæ ordinationis prædictæ, consequenter Reges ipsos dictam ordina-* E *tionem condendo, promulgando, observando, vel observari faciendo, etiam alios observatores ejusdem contra dictam constitutionem in aliquo non venisse: ipsamque, si & in quantum regiæ ordinationi præfatæ in casu præmisso factæ, aut promulgatæ, aut observatoribus ejus quomodolibet obviaret, tanquam impeditivam in hac parte unionis Ecclesiæ, inveteratique schismatis nutritivam, omniaque inde secuta decernit & pronunciat nullius fuisse aut esse roboris, efficacio vel momenti.*

Et infra in sessione xxxv. in appendice, quæ italico charactere editur.

Ad quæ decreta, statuta, ac etiam g *declaratas reverendissimus dominus præsidens Cardinalis Vivariensis nomine totius hujus sacri Concilii, ut procurator & promotor ejusdem: ac etiam reverendus in sacra pagina Philippus de* h *Axdallia magister pro serenissimo Arragonum Rege, sua & vice alio-*

g Lips. mss. ordinata.

h Ms. Lips. Medalia.

rum ejusdem domini Regis coambaxiatorum ibidem præsentium, petierunt a singulis sanctæ Sedis Apostolicæ protonotariis, & aliis notariis singularum nationum hujus sacri Concilii, sibi retineri publica instrumenta ad futuram rei memoriam. Post prædicta dictus reverendissimus dominus Cardinalis vicecancellarius nomine totius Synodi, respondit, Placet.

Ex mss. Surii, & Lipsiensi.

Super quibus omnibus & singulis præmissis magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, ac etiam egregius in sacra pagina magister Philippus de Ardallia pro serenissimo domino Rege Arragonum, a protonotariis & notariis dictæ Synodi sibi fieri petierunt unum vel plura instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus reverendissimis in Christo patribus dominis Joanne Ostiensi, de Ursinis, Bononiensi, Venetiarum, Ragusino, Aquilejensi, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricasicensi, Placentino, sancti Marci, de Chelanco, de Fuxi, Salutiarum, de Branckasiis, de Flisco, de Columna, de Comitibus, & Florentino, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac regum, principum, dominorum, Prælatorum, communitatum, universitatum, collegiorum & studiorum Ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex collectione Barberiniana, & tribus mss. Germanicis.

DIE Mercurii decima supradicti mensis Martii, hora octava post mediam noctem in Ecclesia majori Constantiensi, in loco sessionis ad hoc deputato, fuit generalis sacrosanctæ Synodi Constantiensis prædictæ sessio solemniter celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Cephaludensis Missam de Sancto Spiritu devote celebravit. Qua decantata, reverendissimi patres & domini sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, *&c.* mitras capitibus imponentes, reverendissimus in Christo pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, *&c.* hujusmodi sessioni præsedit. Deinde ante, & in principio officii devotione solita, serenissimus princeps & dominus, dominus Sigismundus Romanorum, *&c.* Rex, multis sibi adstantibus principibus, & secum introeuntibus, deinde locum sessionis solitum intravit. Subsequenter solemnitatibus, orationibus, litania & Evangelio isto, scilicet, *In illo tempore, Dixit Jesus Discipulis suis: Quomodo oportet semper orare, ut non deficiant, &c.* devote factis, lectis & perfectis; Venerabiles ac magnæ prudentiæ & scientiæ viri domini Lambertus de Stipite, Bernardus de Planche decretorum Doctores, *a* Eynuncius de Archis, Jacobus de *b* Sarrerainis, ad exsequendum citatorium per ipsam sanctam Synodum contra Petrum de Luna decretum per idem sacrum Concilium oratores, & nuncii destinati jam reversi, ambonem publicationis solitum prædictum ascenderunt: dominus Bernardus de Plancha prædictus de consensu suorum cooperatorum, assumpto sibi themate illo: *Et nunc reges intelligite, erudimini qui judicatis terram, &c. c* multum gratam & fructuosam fecit propositionem. Qua facta, fecit relationem, quomodo citatorium contra Petrum de Luna exsequendum a dicta Synodo receperant, iterque arripuerant; & quomodo ipsi cum favore & auxilio illustrissimi principis domini Alphonsi Arragonum Regis idem citatorium executi exstiterant; demumque Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum in propria persona apprehenderant & citaverant juxta formam & tenorem citatorii superius decreti, ab ipsoque Petro de Luna responsum petierant. Quod ipse dominus Petrus responderat eis; prout hæc, & alia in quibusdam publicis instrumentis, tunc ibidem factis; & in scriptis per eumdem dominum Bernardum productis & exhibitis, ac de verbo ad verbum perlectis plenius continetur. Quorum quidem executionis & responsionis publicorum instrumentorum tenor sequitur, & est talis:

Instrumentum responsionis per Petrum de Luna factæ, productæ, & lectæ.

In nomine Domini, Amen.

UNiversis & singulis publicum instrumentum visuris & audituris, pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, die vero vigesima prima mensis Januarii, hora tertiarum, vel quasi, in præsentia mei Raymundi Bajuli serenissimi domini Arragonum, & Siciliæ regis secretarii, regiaque auctoritate notarii publici per totam terram & ditionem ejusdem, ac etiam testium subscriptorum, ante præsentiam sanctissimi & reverendissimi in Christo patris & domini, domini Benedicti divina providentia Papæ XIII. in quadam aula castri Peniscolæ Dertusensis diœcesis, in ipsius Apostolica Sede more summi Pontificis audientiam publicam præbentis, sedentis, & personaliter existentis, ubi etiam erant præsentes cum eo reverendissimi patres & domini, domini Carolus, *&c.* sancti Georgii ad velum aureum, Alphonsus sancti Eustachii, & Petrus, *&c.* sancti Angeli miseratione divina sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardinales, necnon reverendi patres & domini *d* Guigo Flandini protonotarius, Guillelmus Vasionensis, Didacus Carthaginensis, Rodericus Giennensis Episcopi: Petrus *e* Camoil .... subdiaconus, Franciscus Rovire secretarius dicti sanctissimi domini Benedicti, frater Petrus de Podiolo monachus, Franciscus de Randa donatus monasterii Portecili, ordinis Cartusiensis, frater Rodericus de Luna commendator *f* Montissoni, ordinis Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, Exemenus *g* Dale auditor, *h* Jordeus Garsia, Julianus de Loba clericus cameræ Apostolicæ, Simon Salvatoris decretorum Doctor, familiares dicti sanctissimi domini Benedicti, & plures alii in multitudine copiosa: Constituti personaliter multum honesti religiosi, ac magnæ circumspectionis viri domini Lambertus de Stipite Prior conventualis de Betreya, ordinis Cluniacensis, Leodiensis diœcesis; ac Bernardus de Planchee sacrista sanctæ Crucis Burdegalensis, ordinis sancti Benedicti, decretorum Doctores; jam dictus dominus Lambertus, præmissis nonnullis verbis Latinis alta & intelligibili voce per eum prolatis, continentibus in effectu, quod de mandato sacrosanctæ Synodi Constantiensis venerat cum dicto venerabili viro domino Bernardo ad præsentiam dicti sanctissimi domini Benedicti, ad faciendum & exequendum ea, quæ inferius continentur; & legit publice & alta voce, taliter quod ad auditum dicti sanctissimi domini Benedicti, & omnium in aula prædicta existentium poterat sive potuit verisimiliter pervenire, quasdam litteras pergameneas quadam bulla plumbea in cordulis canabis impendentibus munitas in una parte, cujus quidem bullæ demonstrabantur figuræ capitum beatorum Petri & Pauli; in parte vero altera duæ claves. Quarum quidem litterarum tenor sequitur in hunc modum:

„ Sacrosancta & generalis Synodus Constantiensis universis & singulis venerabilibus fratribus „ Patriarchis, Archiepiscopis, *&c.* salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Clamat sancta fidelium mater Ecclesia sponsa Christi. Clamat „ Christiani populi multitudo. Clamaverunt etiam „ multis annis ad Dominum, cum per hoc vigens „ infaustum pestiferumque schisma, *&c. ut supra* „ *sess. XXIV.*

„ Legit nihilominus idem dominus Lambertus, „ & publicavit incontinenti post lectionem & pu„ blicationem præfatarum litterarum, quamdam „ papyri schedulam scriptam tenoris sequentis.

„ Et idcirco ego Lambertus de Stipite Prior con„ ventualis de Bertreys ordinis Cluniacensis, Leo„ diensis diœcesis, decretorum Doctor, mandatis „ ipsius sacrosanctæ Synodi obedire volens, Vos „ dominum Benedictum Papam XIII. sic in obe„ dientia vestra nuncupatum, post lectam coram „ vobis præsentem citationem alta & intelligibili „ voce, publice, cito, peremptorie, ac uno edi-

„ cto

a Mss. Emerpetus.
b Mss. Cerpetanis.
c Mss. multis &c. fecit sermones propositionem.
d Mss. Ouide.
e Mss. Comelius.
f Mss. Montissonis.
g Mss. Dube.
h Mss. Teredoni.

ANNO CHRISTI 1417.

„ cto peremptorio pro omnibus ad comparundom personaliter in Ecclesia Cathedrali Constantiensi in loro sessionis ipsius sacræ Synodi, ad diem videlicet septeagesimam a die citationis præsentis quam nunc facio, quem terminem vobis pro primo, secundo, & tertio peremptorio termino assignamus, ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maxime super crimine schismatis & hæresis prædictorum, tanquam super notoriis, aut alias, procedi per eamdem sacrosanctam Synodum ad omnes & singulos actus & articulos judicii sen causæ hujusmodi, eique ad diffinitivam sententiam inclusive; ipsamque sententiam proferri videndum & audiendum, prout joris fuerit, & prout utilitati prædictę universalis Ecclesiæ visum fuerit expediru; intimando vobis & publice, prout etiam per easdem litteras intimatur, quod sive veneritis, sive non, per eamdem sacrosanctam Synodum vestra absentia divina repleta præsentia, contra vos super omnibus & singulis præmissis usque ad sententiam diffinitivam inclusive proeederet, prout ad utilitatem ipsius universalis Ecclesię, mediante justitia, videbitur, faciendum, & hęc in supradicta nunc vobis lecta citatione latius continentur. Et insuper requiro & rogo omnes & singulos protonotarios, notarios & tabelliones hic adstantes, quatenus de prędictis omnibus & singulis conficiant unem vel plura, & tot, quot fuerint opportena, instrumentum vel instrumenta, conjunctim, vel divisim.

Qeibus quidem litteris, & schedula per prędictum Lambertum sic (ut pręfertur) lectis & publicatis, immediatę dictus dominus Bernardus de Planca incepit legere quasdam alias litteras pergamenas simili bulla plumbea designatis superius impensentibus munitas, similes omnino litteris pręinsertis, & ejusdem seriei atqee tenoris. Et cum sanctissimus domines Benedictus audiret, & certificatus fuisset, quod dictę litterę, quas dictus dominus Bernardus legere inceperat, erant similes litteris, qeas legerat dictus duminus Lambertus pręinsertus, ac unius ejusdemque seriei, atque tenoris, dixit, quod habeat eas pro lectis, & proptesea dictus Bernardus dimissa lectura dictarum litterarum, quas legere inceperat (ut pręfertur) processit ad legendum, & de facto legit & publicavit alta & intelligibili voce quamdam papyri schedulam scriptam hujusmodi seriei:

„ Et idcirco ego Bernardus de Planca sacrista, sanctæ Crucis Burdegalensis ordinis sancti Benedicti, decretorum Doctor, mandati ipsius sacrosanctæ Synodi obedire volens, Vos dominum Benedictom papam XIII. sic in vestra ubedientia nuncupatum, prius lecta coram vobis præsenti citatione alta & intelligibili vore, publice, cito, peremptoriu, ac uno edicto peremptorio pro omnibus ad comparendum personaliter in Ecclesia Cathedrali Constantiensi in loco sessionis ipsius sacrosanctæ Synodi, ad diem videlicet septuagesimam a die citationis præsentis, quam nunc facio, quem terminum pro primo, secundo, & tertio peremptoriis terminis assigno, ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maxime super crimine schismatis & hæresis prædictorum, tanquam super notoriis, aut alias, procedi per eamdem sacrosanctam Synodum, & omnes actus, & singulos articulos judicii, seu causæ hujusmodi usque ad diffinitivam sententiam inclusive; ipsamque sententiam proferri videndum & audiendum prout juris fuerit, & prout utilitati prædictę universalis Ecclesiæ visum fuerit expedire: intimando vobis, & publice, prout etiam per easdem litteras intimatur, quod sive veneritis, sive non, per eamdem sacrosanctam Synodum, vestra absentia divina repleta præsentia, contra vos super omnibus, & singulis præmissis per eamdem sacrosanctam Synodum usque ad sententiam diffinitivam inclusive proredetur, prout ad utilitatem ipsius universalis Ecclesiæ mediante justitia videbitur faciendum, & hæc in supradicta nunc lecta vobis citatione latius continentur. Et insuper requiro, & rogo vos omnes, & singulos protonotarios, notarios & tabelliones hic adstantes, quatenus de prædictis omnibus & singulis conficiatis unum, vel plura, publicum see publica, & tot, quot fuerint opportuna, instrumentum, & instrumenta, conjunctim, vel divisim.

Legit insuper confestim post præmissa dictus dominus Bernardus quamdam aliam papyri schedulam scriptam tenoris sequentis:

Molt reverent paire. Justa causa es, que los qui son appellats per testimonio fieri certificaro del fayt, sobre lo qual han testificat *a* con aci hara cavelliers, que ventura non iorendere lo latine, los quales su dever ne per testimonio, majorment *b* cou si an aci tremos per le met clar seynor rey d'Aragon, *c* de ttestrestine & una sancta, & molt haute columna de la enion de sancta mayre yglesia, al qual han referri nostre elequution: pero ee senga matere a la lor intelligibilu enrende, & tetonnar vi a executione. Yu Barnart de la Planca sectetari de sancte Cros *d* de Bordeuvvel ordre de sant Vencsit, Doctor en decret, per virtut de la bolla præsent, *e* nel sant Concily general de Constanca: vos, mos reverent paire oostre sant paire Benesit Papa XIII. appellar en vostra obedienca, citir & peremptoriament, & una citation peremptoria per totas autras citacions, que vous *f* compariscaes personalment en la yglesia Caredral de Constanca, en lo loch de la session del sant Concily, a settanta jorn de quest jor present, lo qeal terme pour lo prime, segont, tert terme peremptori vos *g* assihul, sobtes les causes contegnudes eo la dicta bulla, & majorment sobra lo crimi de lo schisma, & de herergia, & a veser, & ausir procedere aisi come sobre lo notori, & plus a veser, & ausir proceder a toutes, & singlos actes, & articulos del juciament, *h* en croy a la sentencia, diffinitiva; & veser, & ausir donar la dia a sentencia, sego que sera vist sa sedor de droyt, & a utilitat de la yglesia universal, denoucia *i* a vobis, sobredit molt reveren paire, que si vos aveis, *k* & coristantes, & noyanaes, oon contrastant vestra absenria, sara procudit contra vos per lo sant Concily sobre las causas totas *l* deseo dixas, & a donar sentenca diffinitiva, *m* aisy causa sara util a la universal yglesia, meransan justitia. Et de toutes aquestas causas, & castume du lor vos protonotarios, notarios assy *n* patens, & quascun de vous tequiri fara en & dos instrumens, o tant como sera necessario, & contra aultres personas de qualque dignitat o condicion que sian, requiri per testimonis tanc como setan necessari.

Quibus omnibus sic, ut præfertur, per ordinem Diubiecuris dictus sanctissimus dominus, dominus Benedictus, verbo in effectu dixit quod requirebat protonotarios, & notarios quoscumque, quod instrumentum requisitum fieri de præmissis non clauderent absque ejus responsione quam infra paucos dies facere intendebat in scriptis.

Est tamen verum, quod dictus sanctissimus dominus Benedictus, cum litteræ & schedulæ præinsertæ legebantur per prænominatos dominos Lambertum & Bernardum, & erant in illis partibus, ubi fit mentio de crimine schismatis & hæresis, dicebat; Non est verum.

Dixit etiam alia plura verba idem sanctissimus dominus Benedictus; quæ cum per me dictum & infrascriptum notarium retineri commode nequivissent, & idem sanctissimus dominus Benedictus in scriptis dare obtulisset, hic inseri omittuntur.

Dicti autem domini Lambertus de Stipite, & Bernardus du Planda dixerunt verbo in effectu, quod in requisitione facta per jam dictum dominum Benedictum non consentiebant, immo dissentiebant eidem expresse, præsertim cum verba prædicta, videlicet, infra paucos dies, incertum & indeterminatum *o* designarent. Et dictus sanctissimus dominus Benedictus dixit se in dicta sua requisitione persistere & perseverare, & dicti domini Lambertus & Bernardus dixerunt se omnino dissentire. Et immediate post præmissa, ego jam dictus & infrascriptus notarius petente & requirente dicto sanctissimo domino Benedicto copiam præinsertarum litterarum, & schedularum correctam & comprobatam per me cum eorum originalibus eidem sanctissimo domino Benedicto obtuli & tradidi, sive dedi.

De

a MS. emo assi aya cavalhers.
b MS. com sam assivianmes per lo molt clar.
c MS. er preservatan.
d Lege ex MS. de Bordeu, del orde.
e MS. del sant.
f MS. comparissas.
g MS. assegni.
h MS. entro a la.
i MS. a vos.
k MS. a confianece, o ney anats.
l MS. desus dittas.
m MS. ainsi com sera.
n MS. presentes.
o MS. terminum designaret.

ANNO CHRISTI 1417.

De quibus omnibus & singulis jam dicti domini Lambertus & Bernardus petierunt, & requisierunt eis & eorum cuilibet fieri & tradi unum & plura, publicum & publica instrumenta, per me jam dictum & infrascriptum. Et præsentibus multum honorabilibus viris dominis Raymundo Xatinar, & Ludovico de a Pencoibus, militibus: Guillelmo Raymundo b Cait, & Berengario de Villacone, domicellis: & Joanne Lamberti cive Barcinonensi ad hæc pro testibus convocatis, & specialiter assumptis.

a MS. Pontiis.
b MS. Cell.

Deinde autem die Dominica intitulata, vigesimaquarta die dicti mensis Januarii anno prædicto MCCCCXVII. dicto sanctissimo domino Benedicto Papa XIII. in quadam camera dicti castri Paniscolæ personaliter existente, in ejus præsentia & testium subscriptorum, honorabilis & circumspectus vir dominus Franciscus Rumea, secretarius dicti sanctissimi domini Benedicti, tradidit mihi Raymundo Bajuli secretario & notario prædicto, & infrascripto, nomine & pro parte dicti sanctissimi domini Benedicti, quamdam scripturam in diversis foliis papyri contentam, quam esse dixit responsionem dicti sanctissimi domini Benedicti ad præmissa. Quique dein sanctissimus dominus Benedictus interrogatus per me dictum & infrascriptum notarium, si ipse faciebat aut dabat pro responsione ad præmissa dictam scripturam, dixit quod sic; requirens verbo in pede præmissorum omnium dictam scripturam inseri & continuari, & inde de omnibus sibi fieri & tradi unum & plura, publicum & publica instrumenta. Tenor dictæ scripturæ talis est:

Sanctissimus & beatissimus dominus noster Papa Benedictus XIII. cuidam prætensæ citationi sibi in castro Paniscolæ Dertusensis diœcesis, die vigesima prima mensis Januarii, anno a Nativitate Domini MCCCCXVII. Pontificatus sui anno vigesimo tertio, per discretos viros Lambertum de Stipite, priorem prioratus conventualis de Bertreya, ordinis Cluniacensis, Leodiensis diœcesis: & Bernardum de Planca, sacrista sanctæ crucis Burdegalensis, ordinis sancti Benedicti, prætensos, & decretorum Doctores, asserentes se nuncios congregationis Constantiensis, quam generalem vocant Synodum, præsentatæ, respondet per modum qui sequitur; Protestando tamen quod per quæcumque, seu qualiacumque facta, vel facienda, dicta seu dicenda sub quacumque forma, non intendit dictam congregationem, aut ejus prætensam citationem approbare, nec citationem ipsam quomodolibet exaudire, aut ei quemcumque, seu qualemcumque vigorem, tanquam a notario nullam potestatem habente emanatam, quoquo modo tribuere seu præstare; immo ipsam, & alia quæcumque, facta, seu facienda, ordinata seu ordinanda contra ipsum & Romanam Ecclesiam, cum sint de facto præsumpta, pro eo pronunciavit & decrevit, & declaravit, pronunciat & decernit, & declarat cassa, irrita & nulla ipso jure, & de iis est etiam solemniter protestatus. Et primo enim dicitur in prætensa citatione, quod *clamat sancta mater Ecclesia, clamatque populi Christiani multitudo, &c.* Idem dominus noster Papa respondet, quod nedum clamat vera, quæ apud ipsum est, sed etiam ingemiscit Ecclesia; dum a nonnullis, capitis assistentia, velut membra præcisa a corpore, destituta, c sub clipea veste multitudinis, sacrosanctæ & generalis Synodi nomine rapitur, & plurimis turbationum fluctibus agitatur; cum ut a sanctis & Apostolis est diffinitum, generalis Synodus absque auctoritate Romani Pontificis non valeat congregari: maxime cum prædictus dominus noster Papa a portu Veneris citra convocaverit generale Concilium, quod in Perpiniano celebrari incepit.

c MS. sub clipea vesta multitudinis.

Deinde ad id quod in dicta narratione asseritur, videlicet quod ipse *totum d schisma tollere potuit & adhuc posset; & quod super ipsum, & in ipso totum pondus dicti schismatis, & facultas illud submovendi consistit*; respondet dominus noster Papa, quod diligenter attentis viis & practicis, utique rationabilibus atque justis, per ipsum a tempore suæ assumptionis apertis & oblatis ad unionem Ecclesiæ consequendam potuisset ipsa divina mediante gratia, atque posset dictum schisma tolli, si dictæ viæ, seu practicæ acceptatæ, & non impeditæ fuissent; sed injusta denegatio dictarum viarum & practicarum, & impedimenta sibi præstita ipsum impediverunt, & perturbaverunt dare pacem, & unionem Ecclesiæ, & sedare schisma prælatum, prout etiam nunc impedit & perturbat. Quibus consideratis, liquidum est videre quod super dictum dominum nostrum & in ipso non consistit totum pondus dicti schismatis, neque illud submovendi facultas.

d MS. schisma præsens tollere.

Super eo vero quod dicitur, quod *idem dominus noster Papa existens Cardinalis, ante ipsius electionem ad tollendum dictum schisma viam renunciationis mutuæ contendentium de papatu laudaverit, approbaverit, & dixerit esse utiliorem & faciliorem, &c.* Idem dominus noster Papa respondit, quod viam renunciationis ipse nec ante suam electionem, nec post umquam reprobavit, seu refutavit; sed nec eam utiliorem & faciliorem dixit, vel reputavit aliis viis ordinariis & aliis a sanctis patribus in Ecclesia practicatis.

Cum autem subjungitur de *schedula per eum cum aliis Cardinalibus in conclavi jurata*, respondet, se juramentum prædictum non violasse, immo potius observasse a principio suæ assumptionis citra, offerendo, & pro viribus prosequendo modos, vias & practicas, justos & justas, & rationabiles, viam renunciationis, etiam includentes, & constat authenticis documentis. Consequenter ad id quod *de requisitione dudum facta ex parte Regis Francorum, & etiam Castellæ, & Angliæ ac Bohemiæ serenissimorum Regum, dicitur*, idem dominus noster Papa respondet, quod Rex Bohemiæ eumdem dominum nostrum super prædicta via nullatenus requisivit, immo viam ipsam renunciationis domino nostro Papæ, ut constat per suas litteras, & alias, dissuasit: cui dissuasioni idem dominus noster nullatenus acquiescens, ceteris dominis regibus supradictis, aut aliis quibusvis principibus, sive personis nec viam renunciationis mutuæ denegavit, nec ad illam solam aliis omnibus exclusis, sicut ab aliquibus petebatur, simpliciter se adstrinxit, sed dum omnes vias rationabiles & accommodas obtulit, prædictam viam renunciationis etiam nunc exclusit, sed inclusit.

Amplius vero cum dicitur, quod *idem dominus noster Papa promisit, juravit, & vovit pro unione Ecclesiæ cedere papatui, cum eo contendente cedente, mortuo vel ejecto*; Respondet, quod ipse numquam de ista materia vovit aliquid, nec credit: quod postquam in Papa fuit assumptus, juravit. Est tamen verum, quod ad effectum & finem unionis Ecclesiæ consequendæ obtulit, seu promisit se renunciaturum papatui, altero eum eo de papatu, ut prædicitur, contendente cedente, mortuo vel ejecto; quæ semper servare voluit, & servasset, manentibus terminis, sicut fuit concordatum, nisi per longam suæ personæ detentionem in palatio Avenionensi, & per graves innovationes contra prædictæ oblationis, & pactionis concordiam, & optatum finem veræ unionis Ecclesiæ factas, precipue in congregatione Pisana, impeditus fuisset. Prædicta etiam asserentes attendant, quod dicta oblatio seu promissio non adstringit, neque obligat dictum dominum Papam ad cedendum papatui, etiamsi alii secum contendentes cessarint aut fuerint dejecti, ubi verisimiliter ex cessione, quæ per ipsum fieret, vera unio non sequeretur Ecclesiæ: hunc enim sensum importat & infert sane intelligentibus forma oblationis, seu e promissionis prædictæ.

e Al. ms. renunciationis.

Rursus autem ad illud quod subsequitur, quod *ex parte principum suæ obedientiæ, & universorum fere fidelium, necnon per dominum Sigismundum, qui se nominat Regem Romanorum, qui ad ipsum personaliter accessit, & claræ memoriæ Ferdinandum Arragonum Regem, ac nonnullos alios principes, & dominos suæ obedientiæ, legatosque Franciæ, Castellæ, & Angliæ prædictorum, & Caroli Navarræ Regum fuerit requisitus de dicta renunciatione facienda, &c. & quod eorum precibus condescendere, ut asseritur, noluit, sed a Perpiniano manu armata ad Caucoliberum recedens in castro de Paniscola se reclusit, in quo etiam, ut dicitur, fuit de præmissa renunciatione facienda iterum, ac tertio requisitus*: Idem dominus noster Papa respondet, quod in dicto loco

ANNO CHRISTI 1417.

Perpiniani, ubi convenerunt dicti Reges & Principes, idem dominus noster Papa zelo unionis Ecclesiæ consequendæ ad instantiam dicti domini Sigismundi, eidem domino nostro Papæ, ut aperiret vias & practicas pro habenda dicta unione Ecclesiæ requirentis duas vias aperuit, justitiæ videlicet & cessionis cum suis practicis, prout hæc, & alia in oblationibus satis notoriis inde factis latius continentur. Quæ quidem viæ & practicæ non indigebant, prout nec indigent longo discussu temporis; non timebant, prout nec timent, infectionis periculum, aut multitudinis, seu congregationis tumultuosæ discrimen; neque errorem, seu impressionem potentis principis, seu alterius formidabant, prout nec etiam formidant; & quæ, seu eorum aliqua, si acceptatæ fuissent, secutus jam foret unionis effectus.

Ambaxiatores insuper prædictæ congregationis Constantiensis; & alios per dictum dominum Sigismun- B dum destinatos rogavit, hortatus est, & monuit, & instantius requisivit, quatenus practicas, vel alteram earum acceptarent, vel causas dicerent, vel dubia moverent, cur acceptandæ non essent; nam paratum se exhibebat, & promptum dictis eorum satisfacere, & dubia declarare: Et si aliqua essent in dictis practicis rationabiliter corrigenda, emendanda, addenda, vel mutanda, illa volebat & se offerebat corrigere, emendare, vel mutare; aut quod ipsi aliam viam, seu practicam rationabilem aperirent, quam idem dominus noster Papa acceptaturum se obtulit, dum tamen per ipsam pax & unio Ecclesiæ sequeretur. Qui quidem prætensi tam nuncii dictæ congregationis, quam missi per dictum dominum Sigismundum nihil de suis, vel dominorum eos mittentium intentionibus seu conceptis super dictis practicis, vel materia unionis Ecclesiæ, dicere C se vel aperire volentes, reiteratis sibi pro parte ipsius domini nostri Papæ monitionibus, rogationibus, exhortationibus, & requisitionibus antedictis ab ejus præsentia recesserunt.

Ex quibus clare liquet quod idem dominus noster Papa in promissis, nec oblatis per eum non defecit; & per consequens inveteratum schisma non nutrit, nec fovet, nec impedimenta præstitit aut præstat, nec procuravit aut procurat contra Ecclesiæ unionem: & propterea nec schismaticus, nec hæreticus, ut ipsi asserunt, est censendus. Sed impedimenta unionis, schismatumque ac subschismatum nutrimenta illis debent rationabiliter imputari, qui viam justitiæ & unitatis, nec alias utiles & accommodas, & in similibus casibus a sanctis patribus practicatas abjecerunt, & objiciunt, & viam oblatæ cessionis multipliciter impedierunt, & D impediunt, non acceptantes dictas practicas; vel alteram earum per eum apertas, nec aliam rationabilem aperientes, per quam, vel per quas potuerit Christianitas desiderata pace gaudere.

Subsequenter super recessu Perpiniani, & ad Paniscolæ castrum accessu prætactis, idem dominus noster Papa respondet, quod cum dictus dominus Sigismundus & alii qui erant ibi pro congregatione Constantiensi de Perpiniano ruptis tractatibus recessissent: videns idem dominus noster Papa, quod non poterat ibidem in agendo proficere, & ex certis aliis causis, quas omittit dicere de præsenti; tutius quo valuit, a se in Ecclesiam Dei posuit in securo, ut melius & liberius quid inde super negotiis Ecclesiæ deberet agere, provideret.

a Forte, se & Ecclesiam.

Et cum dicitur, quod *ad prædictum castrum Paniscolæ non est tutus accessus*; Respondet quod contrarium magistra rerum experientia demonstrat; cum nec per eum, nec per suos steterit, aut stet, quin quicumque volentes pacifice tute possint ad dictum castrum venire. Hi enim qui prætensæ citationis litteras præsentarunt, fuerunt benigne accepti; in magna libertate & securitate patienter auditi; & cum voluerunt, secesserunt libere & secure. Ceterum cum dicatur, quod *scandalum tantum est, quod attento ipsius Ecclesiæ universalis statu præsenti, nulla ratione potest de congregatione fidelium removeri, nisi prædicto domino Papa cedente, mortuo, vel ejecto, etiamsi haberet verum jus in papatu*: Respondet idem dominus noster Papa, quod licet prædicta careant subsistentia veritatis, nihilominus tamen ipse, ut verus pastor Ecclesiæ turbationi compatiens fuit, & est paratus viam renunciationis prosequi, præcedentibus practicis per eum, ut prædicitur, datis, vel earum altera, aut aliqua alia rationabili ad dictam unionem Ecclesiæ consequendam.

ANNO CHRISTI 1417.

Item, ad id quod asseritur, *dominum nostrum esse diffamatum de crimine schismatis, seu fautoriæ ejusdem*: Respondet, quod apud bonos & graves non fuit, nec est de prædictis criminibus diffamatus: licet æmuli, & inimici sui, & Ecclesiæ schismatici, vel hæretici, quorum multi per eum reputant se offensos, vel quia eorum excessus represserit, vel quia suis inordinatis ambitionibus non satisfecit, conati fuerunt, & conantur contra Deum & veritatem sibi detrahere, & ipsum pro viribus.

Postremo cum in prætensa citatione contineatur, quod *convenientes in unam canonice convocati, & repræsentantes ipsam universalem Ecclesiam decreverunt, &c.* Respondet idem dominus Papa, quod prædicti congregati in Constantia non sunt generalis Synodus, nec universalem Ecclesiam repræsentant; cum sint excommunicati, ac omnibus Ecclesiasticis dignitatibus, gradibus, auctoritate, & jurisdictione privati, & per consequens nullas partes judicii potuerunt assumere, neque possunt, sicut nec etiam jurisdictionem aliquam exercere; præcipue cum minor in majorem, & maxime in Papam, quem nec juris auctoritas, nec rationis debitum, nec alicujus obligationis necessitas ad hoc arctant, actum imperiosum exercere non possit. Quod bene claruit Theoderici Regis temporibus; dum patres e principe pro Concilio convocati eidem catholice suggesserunt, Papam, & non alium, etiam cum de sua causa agitur, etsi accusaretur de hæresi, debere Synodum convocare. Et in sacro Chalcedonensi Concilio, dum in condemnatione Dioscori Patriarchæ Alexandrini propter hoc, quod Papam judicare præsumpserat, prioris sceleris maculas, videlicet fautoriam hæresis iniquitatem, Dioscorus ipse dicitur transcendisse.

Insuper constat manifeste, quod actu præsidentes in dicta congregatione sunt suspecti eidem domino nostro Papæ: plures enim ipsorum fuerunt & sunt in schismate felicis recordationis domini Clementis VII. ejus prædecessoris ac sui in Dei Ecclesia adversarii, obedientes intrusis; & multi alii se ab ejus obedientia subtrahentes ipsum in Avenione in suo palatio obsessum & captum diutius tenuerunt; & deinde adversus eum, & prædictam Ecclesiam conspirantes in congregatione Pisana enormiter excesserunt: quorum plures hodie existunt prædictæ congregationis Constantiensis principales.

Et posito quod pro unione matris Ecclesiæ vel alias idem dominus noster Papa deberet in loco aliquo convenire, notum est quod in civitate Constantiensi, quæ est sub dominio & potentia domini Sigismundi dicti, domino nostro Papæ ex notoriis causis suspecti; non posset stare secure, nec ad ipsam tute accedere; cum ad eam non valeret, nisi per terras & loca principum alterius partis, vel ab ejusdem domini nostri Papæ obedientia subtractarum, accessus haberi; nec in tam brevi termino, grandi distantia civitatis Constantiensis prædictæ, statu ipsius domini nostri Papæ, ac personæ magna antiquitate pensatis.

Demum quia dicta Constantiensis congregatio nititur, quantum in se est, licet falso, eidem domino nostro Papæ crimina schismatis & hæresis imponere, ac ipsum de fautoria schismatis & hæresis diffamare, cujus contrarium in veritate consistit; quod utique faciunt, ut ex iis factis occasionibus contra eum in Romanam Ecclesiam insurgant; ipse vero, qui sub illius nomine præsidet Ecclesiæ, cujus fidei nullam umquam hæresim fovit, contra prædictorum morsus venenatos seipsum in Romanam Ecclesiam numerando dixit, & etiam profitetur, quod in veritate fidei, & veritate Ecclesiæ Catholicæ semper fuit, & est, semperque se fuisse & permansisse firmiter credit, nec ab aliis umquam modo aliquo deviavit, sicut nec deviare intendit; nec favorem schismati & hæresi aliquo modo dedit, sicut nec dare intendit; immo semper tenuit, & tenet, firmiterque credidit &

credit

credie quod faucta Romana Ecclesia Catholica tenuit, & tenet, profitetur & doces, nec allud quod a prædictis deviet, dicere, facere, scribere, docere, tenere, seu credere intendit in posterum gratia divina eidem assistente; nihilque pertinaciter, seu incorrigibiliter dixisse, seu dicere voluit, nec intendit; sed omnia præterita, præsentia & futura quæcumque dicta, & dicenda, facta & fienda, scripta & scribenda, credita, & credenda, docta & docenda subjicit, & subjecta esse voluit correctioni, & determinationi Catholicæ Ecclesiæ sanctæ. Et si contra præmissa, vel aliquid præmissorum dixerit, scripserit quovis modo, quod non credit, paratus est semper stare correctioni dictæ sanctæ matris Ecclesiæ, in cujus unitate vivere intendit, atque mori, sicut Catholicus & fidelis, & facere, & complere ea, ad quæ adstringitur in præmissis & quolibet præmissorum. B

Cumque dominus noster Papa obtulerit, & nunc etiam se offerat vias, & practicas insetendas insensos, per quas exstirpato schismate radicitus, vera, perfecta & indubitata unio in Dei Ecclesia breviter sequi poterat, atque potest; sic per eum non steterit, nec stas, nec stabit, duce Domino, quin Christianitas veræ pacis & unionis consequatur optatum; immo per illos qui eum impediunt, & perturbant, ne viæ ipsæ, seu earum aliqua cum practicis per eum datis suum effectum debitum sortiantur; contra prædictos impeditores & æmulos, de fautoria schismatis & hæresis, de juribus & prærogativis, præeminentiis & privilegiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ præservandis, & contra usurpantes & infringentes eamdem, & eorum quemlibet, eisdem dantes auxilium, consilium, vel favorem de pœnis in jure statutis, & C per eum in prædecessores suos fulminatis, attensius contra tales solemniter protestatus est, & etiam protestatur.

Practicæ per Petrum de Luna datæ ad sedandum schisma.

Tenor vero viarum, & practicarum per eumdem dominum nostrum Papam oblatarum, & quas offert etiam de præsenti, de quibus supra fit mentio, est iste qui sequitur:

In eadem collectione, & ms. Colbert.

CUM per serenissimum dominum Sigismundum Regem Romanorum fuerit supplicatum domino nostro Papæ Benedicto XIII. quod ipse, qui propter antiquitatem, & scientiam, & negotiorum experientiam debeat præ ceteris ista scire, velit D viam, vel vias aperire, per quam, vel quas possit in Dei Ecclesia breviter unio haberi; prædictus dominus Papa respondet, quod ad providendum saluti animarum, & ad obviandum erroribus, & schismatibus, qui sunt, & oriri possunt, via securior & salubrior est via justitiæ, quam ipse semper obtulit, & offert, & quæ faciliter videri potest. Si tamen præfatus dominus Rex, & alii ad præfatam viam condescendere nolunt, sed in via renunciationis persistunt, dominus noster respondet, quod amoto obstaculo Pisano, sicut continetur in schedula tradita per Episcopum Zamorensem, prout alias obtulit, nullam aliam viam excludendo, paratus est propter Dei servitium, & ipsius Ecclesiæ unionem renunciare papatui; proviso tamen sufficienter, quod reges, & principes Christianitatis assumendo, vel eligendo in posterum ad *a* Papam, tanquam E vero Christi vicario obediant; & quod futura electio fiat canonice & in loco securo statim post ejus renunciationem. Super quorum practica & executione placet domino nostro aliquas personas assignare, quæ simul cum aliquibus per dictum dominum Regem Romanorum assignandis præmissa breviter videant, & concordent.

a MS. Papatum.

Tenor vero dictæ schedulæ per dictum Episcopum Zamorensem traditæ talis est.

NOs tales, & tales, &c. Ambaxiatores & nuncii missi per Concilium nunc residens Constantiæ provinciæ Moguntinæ, habentes potestatem ad infrascripta, prout constat de eadem per publicum

A Instrumentum tenoris sequentis: (Inseratur) Anhelantes ad unionem pervenire, reducentesque ad memoriam processus, acta, enunciamenta, sententias, & pronunciationes dudum Pisis contra dominum Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nominatum per Cardinales, principes, & alios sibi obedientes factos, & facta, & latas, anno a Nativitate Domini *MCCCCIX.* & inter cetera sententiam, seu pronunciationem anno prædicto *b* die . . . mensis . . . promulgatam tenoris & continentiæ sequentis (inseratur) nomine supradicto dicimus, recognoscimus, annunciamus, & declaramus prædictos processus, acta, enunciamenta, sententias, pronunciationes nullos, & nulla fuisse, & esse, & ad majorem cautelam, si & in quantum indigeant, cassamus & annullamus, & pro cassis & nullis haberi volumus & habemus.

b sic in ms.

Prima practica.

Sequitur practica super via renunciationis aperta per dominum nostrum Papam Benedictum, ad instantiam illustrissimi principis domini Sigismundi Romanorum Regis: cum protestatione tamen, quam semper fecit idem dominus noster Papa, quod nullam aliam viam, vel practicam intendit excludere, per quam possit schisma tolli, & Ecclesia debite uniri. Quod dominus noster Papa Benedictus eligat, cessione per ipsum facta, hac vice Romanum Pontificem; quæ quidem via rationem habere videtur. Nam totum fundamentum, quod prætenditur ad justificandum viam cessionis, *c* & propter dubietatem, quæ esse dicitur super jure papatus: *d* & ex dubietate, si dubietas est, ex C consequenti insurgit dubietas papatus: & ex hac dubietate, si dubietas est, ex consequente insurgit dubietas circa jus, &c. eligendi Papam: videlicet, quæ sint illæ personæ, ad quas cessione per dictum dominum nostrum facta, pertineat potestas eligendi summum Pontificem. Nunc est, sic quod penes dominum nostrum videtur esse jus certum eligendi summum Pontificem. Quæ quidem juris certitudo non redditur dubia ex dubia exceptione adversarii, vel quod exceptio alicujus alias certa redditur dubia ex dubia replicatione adversarii.

c MS. est. *d* MS. & ex hac dubitate.

Quod autem apud dominum nostrum cessione facta resideat certum jus eligendi Papam, probatur: quia jus Cardinalatus indubii, quod habuit tempore indubii Papæ secundum adversariorum opinionem, apud ipsum residere videtur post dictam cessionem papatus; & hoc, sive dicamus quod Cardinalis asD sumptus in Papam non amittit ipso jure jus Cardinalatus, cum ipsum non *e* poterunt ligare aliqua jura positiva facientia vacare priora beneficia per consecrationem Pontificis; sive dicamus quod posito quod ipso jure vacasset Cardinalatus, per quem tamen propter prætensum dubium papatus petitur via cessionis, post cessionem factam papatus recuperat dignitatem pristinam Cardinalatus. Et prædicta multum sunt juri & rationi consona, ut patet per jura & opiniones Doctorum, quæ si audire placuerit, poterunt explicari, & ad propositum applicari. Et ista videtur brevis, & utilis ad consequendam veram unionem Ecclesiæ, & per quam tolluntur multa dubia, & pericula, quæ in aliis practicis oriri possunt.

e MS. futuro sunt.

Alia practica. Si tamen practica supradicta non placet, dominus noster ad ostendendum *f* summarium E affectum quem semper gessit, & gerit ad pacem Ecclesiæ consequendam, aperit cum protestationibus supradictis practicam sequentem. Quod de consensu præfati domini nostri Papæ domini Cardinales compromittant de electione futura, quæ post cessionem immineret fienda in certos compromissarios in numero, de quo concordabitur. Qui quidem compromissarii potestatem habeant faciendi omnes, vel eorum major pars dictam electionem: & consimiliter alii domini, qui in alia obedientia se Cardinales faciunt nominari in personas alias compromittant, dantes eis consimilem potestatem cum approbatione congregationis Constantiensis. Qui quidem compromissarii tam isti, quam illi, ponantur in loco securo, & sub tuta, & fideli custodia, de quo fuerunt concordatum: inclusi quilibet ad partem suam dil-

f MS. summarum.

Vvv 2 po-

ANNO CHRISTI 1417.

posito; quod deliberatio utrorumque compromissariorum concertat ad unam & eamdem personam assumendam ad papatum. Postea vero dicti commissarii, videlicet utrique ad partem seam, & per se, ante actum electionis faciant scribi in instrumentis authenticis deliberationem per se habitam de eligenda illa persona. In qua quidem deliberatione concorrant vota omnium, vel majoris partis compromissariorum cujuslibet prædictarum duarum partium; & per aliquas medias personas utrique parti notificari instrumenta dictarum deliberationum. Quibus quidem notificationibus factis, commissarii alterius partis eligant personam concordatam, antequam fiat cessio, & postea fiat cessio: Qua cessione facta, statim eligant compromissarii prædictorum Cardinalium domini nostri Papæ dictam personam concordatam; & statim post hæc eodem tempore fiat præsentatio utriusque electionis separatim ipsi electo. Qui quidem electus acceptet papatum, & exinde pro vero Romano Pontifice habeatur. Et ad hoc ut dicti compromissarii non possint negotium dilatare, servetur restrictio contenta in cap. *Ubi majus periculum. §. Verum de elect. lib. 6.* hoc addito, quod cum ipsi electores juxta tenorem dicti §. pervenerunt ad victum panis, vini, & aquæ tantum, ut in dicto cap. continetur, & sic perseveraverunt per decem dies, quod non *a* eligant Papam, ex tunc vero ministretur eis, nisi panis & aqua.

a MS. *elegerint Papam, ut tunc non ministretur*, &c.

Additio facta ad practicam supra proximam. Et pro breviori expeditione dicti negotii ad Dei servitium & animarum salutem, placet eidem domino nostro designando numerum compromissariorum, de quibus fit mentio in practica per ipsum oblata, ad hoc condescendere: videlicet, quod compromissarii de seo consensu per dominos Cardinales eligendi sint sex: per illos autem dominos, qui in alia obedientia se Cardinales faciunt nominari, si de totidem pars alia non contentatur, sint octo, vel decem, aut si voluerint, duodecim. Præterea volens idem dominus noster ad designationem loci venire, de quo secundum dictam practicam est concordandum, offert locum & loca idonea infra suam obedientiam assignare, cum sufficientibus securitatibus; quæ loca si pars alia acceptare noluerit, licet multis attentis ea non debeat refutare; nihilominus placet tamen eidem domino nostro condescendere ad acceptandum Massiliam cum sancto Victore, Niciam cum Villa franca, vel Saonam; non obstante quod sint in alia obedientia constitutæ, dum tamen de sufficientibus securitatibus sit provisum.

Alia practica concessa in Paniscola per dominum nostrum Papam, cujus tenor in sui forma talis est.

Ubi aliqua ex dictis practicis per eos nullatenus acceptetur, ad magis exonerandum conscientiam nostram, & ut Deus & mundus cognoscat, quod non stetit nec stat per nos, quin unio vera in Dei Ecclesia habeatur, & Deus in extremo judicio requirat de manibus illorum, qui turbarunt, seu impedierunt & turbant, seu impediunt pacem Ecclesiæ, parati sumus renunciare juri nostro verissimo, quod in papatu habemus, si illi, qui in parte alia se dicunt Cardinales, & alii de congregatione Constantiensi, sublato per ipsos impedimento prius juxta formam præmissæ schedulæ, de mandato domini Sigismundi per supradictum dominum Episcopum Zamorensem nobis traditæ acceptaverint practicam sequentem, videlicet:

Quod per nos, cum consensu venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & etiam approbante sacro Concilio, quod continuatur, ubicumque nos fuerimus, eligantur certæ personæ; & per illos qui in alia parte se dicunt Cardinales, cum consensu dictæ congregationis, eligantur totidem personæ, vel plures, si plures voluerint; quæ omnes personæ sic electæ habeant convenire in uno loco securo, & intrare conclave sub tuta, & fideli custodia: quas personas nos de plenitudine potestatis, tollendo processus, & sententias, quantum ad actum electionis requiratur, habilitabimus meliori modo & forma quibus poterimus, in quantum claves Ecclesiæ se extendunt. Quibus omnibus per nos cum consensu dictorum S. R. E. Cardinalium, & approbatione nostri sacri Concilii, dabitur potestas eligendi summum Pontificem, post cessionem nostram; sic quod illud, quod omnes, vel major pars personarum cujuslibet partis faciat, sit firmum & validum. Et si personæ electæ per illos vocatos Cardinales, & alios partis adversæ acceptaverint simpliciter potestatem per nos eis, ut supra continetur, concessam, procedant omnes simul, facta cessione nostra quæ fieri habeat, & *b* non ante, quando dictæ personæ omnes esse clausæ in conclavi sub tuta, & sufficienti custodia: & juraverint, & alias se obligaverint, procedere fideliter cum effectu in negotio, prout fuerit concordatum. Si autem dictæ personæ alterius partis acceptaverint potestatem per se, & in quantum, quod tunc personæ ipsius partis protestentur publice, vel secrete, quod in quantum personæ alterius partis innituntur potestati catholicæ, in tantum cum ipsis intendant procedere, & simul eligere; in quantum autem committuntur potestati non veræ, non intendunt cum ipsis eligere, sed tantum soli veræ potestati inniti, & secundum illam procedere, & eligere verum Papam.

b MS. *non antequam dictæ personæ omnes sint clausæ*, &c.

Et ut negotium acceleretur, si detur ad illos, ad quos spectabit, modus, quod secure possint ire, stare, & redire; dabimus plenam potestatem certis personis Deum timentibus, quæ accedant statim, habitis securitatibus, ad dictam congregationem Constantiensem vel ad alium locum, si in alio loco fuerint personæ habentes potestatem a dictis assertis Cardinalibus, & a dicta congregatione; quæ personæ per nos mittendæ, vel major earum pars possint concordare de Massilia cum monasterio sancti Victoris, aut de Nicia cum portu de Villafranca, seu de loco de Monacho cum alio loco propinquo, vel de Saona, aut de Pisis cum Liburnio, seu de Civitate Verula cum aliquo loco propinquo, pro aliqua expeditione prædictorum; & de securitatibus, & custodia fideli conclavis, & de numero personarum quæ eligere habeant, & de modo conclavis, & de tempore conventionis; necnon de securitatibus sufficientibus pro nobis, & nostris, si personaliter vellemus in dicto loco esse; & si nollemus, aut essemus infirmitate corporali impediti, pro nostro vel nostris procuratoribus. Quæ omnia per dictas personas concordata, & obligata, quantum ad nos spectabit, promittimus auxiliante Domino adimplere. Nulli ergo, &c.

Ad prosequendum autem negotium unionis Ecclesiæ dominus noster Papa jam ante præsentationem prætensæ citationis prædictæ, non obstantibus persecutionibus, ac injuriis (proh dolor) sibi, & Ecclesiæ illatis, & quæ continue inferuntur, deliberavit suos Apostolicos nuncios in brevi mittere ad congregatos Constantiæ, ut in ultimo dn supra insertis practicis continetur. Super quorum expeditione continuam & pervigilem adhibet curam, taliter ut hinc iter assumant celeriter, de intentione sua super dicto negotio plenius informati, ac sufficienti potestate muniti; ut apud Deum, cui de sua Ecclesia est redditurus rationem, a quavis culpa & negligentia super dicto nefando schismate immunis habeatur & liber, & agnoscantque Christi fideles, quod per dictum dominum nostrum Papam non stetit nec stat, quominus Dei Ecclesia consequatur desideratissimam unionem.

Quæ fuerunt acta locis diebus, mense, & anno prædictis, præsentibus reverendissimis in Christo patribus, & dominis, dominis Carolo sancti Georgii ad Velum aureum, Alphonso sancti Eustachii, & Petro sancti Angeli, S. R. E. Cardinalibus supradictis; necnon dominis Guigione Flandini protonotario, Francisco Romeo secretario, Petro Cornolis subdiacono dicti sanctissimi domini Benedicti, Francisco Daranda, Exhemeno *c* Dale auditore & Simone Salvatoris, *d* Jorolvo Garsim, & Juliano de Sola superius nominatis, ad hæc pro testibus vocatis specialiter, & rogatis; ac me Raymundo Bajuli notario infrascripto.

c MS. *Dabe*
d MS. *Torello*.

Subscriptio notarii.

Signum mei Raymundi Bajuli, serenissimi domini Aragonum & Siciliæ Regis secretarii, regiaque auctoritate notarii per totam terram & ditionem ejusdem, qui præmissis omnibus & singalis

galis

ANNO CHRISTI 1417.

gulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens feci, eaque sic fieri vidi, & audivi, & in notam recepi, postea que in mundum *a* rediens, per alium scribi feci in duobus pergamenis cum quadam membrana pergamena junctis. In quorum primo sunt centum & septem lineæ dumtaxat, & non plures; quarum ultima incipit (*Eam cum aliis*) & finit (*rationabilem viam.*) In secundo vero dictorum pergamenorum sunt nonaginta tres lineæ tantum, quarum prima incipit (*Renanciatsoais*) & finit, *quod Rex*. Et de rivo clausi cum rasuris & correctis. In primo pergameno in lineis 44. *exquirere*, & 45. *Apostolicæ curiæ*, & 46. *literarum nostrarum*, & 75. *utilitatem ipsius*, & 74. *tamen verum*, & 76. linea secundi pergameni, *exonerandum*, &c.

a MS. *redigens*.

Instrumentum exsecutionis in personam factæ.

In nomine Domini, Amen.

Ex eadem collectione, & duobus mss. Germ.

PEr hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, indictione decima, die vero Jovis vigesima prima mensis Januarii, de mane ante meridiem, intra octavam & undecimam horas, venerabilibus & circumspectis viris dominis Lamberto de Stipite, priore conventuali prioratus de Bertreya ordinis Cluniacensis, Leodiensis diœcesis, & Bernardo de Plancha sacrista monasterii sanctæ Crucis Burdegalensis, ordinis sancti Benedicti decretorum doctoribus; a sacrosancta & generali Synodo Constantiensi ad infrascripta faciendum nunciis, una cum aliis venerabilibus, & circumspectis viris dominis Emerico de Arcis priore sancti Benigni, Augustensis, licentiato in decretis; & Jacobo de Cerretanis cantore Taurinensi jurisperito in Dertusa: ex ordinatione illustrissimi principis domini Alphonsi Arragonum & Siciliæ Regis, ad cautelam & securitatem remanentibus specialiter deputatis, in castro, seu loco de Paniscola Dertusensis diœcesis, coram domino Benedicto Papa XIII. sic in sua obedientia nuncupato, pro tunc in quadam aula dicti castri in quadam sede ad dandam publicam audientiam sedente; ubi tunc cum eo fuerunt præsentes & adstantes sui inter alios; videlicet Carolus sancti Georgii ad Velum Aureum, Alphonsus sancti Eustachii, & Petrus sancti Angeli diaconi Cardinales, ac Guigo Flandini protonotarius, Guillelmus Vasionensis, Didacus Carthaginensis, Rodericus Giennensis, Episcopi: Petrus Cornolis subdiaconus, Franciscus Romea secretarius, frater Petrus de *b* Padiola monachus, Franciscus de Randa donatus monasterii Porteceli, ordinis Cartusiensis; frater Rodericus de Luna, commendator Montissoni, ordinis sancti Joannis Hierosolymitani; *c* Gyemerus Dabu auditor, *d* Carolus Carsiæ, Julianus de Sola, clericus cameræ dicti Benedicti, & Simon Salvatoris decretorum doctor, familiares ejusdem Benedicti, aliaque copiosa & magna populi multitudo; in nostrorumque publicorum notariorum, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constituti iidem domini Lambertus & Bernardus communiter & divisim, animo & intentione exsequendi, nomine & pro parte ipsius sacrosanctæ Synodi litteras citatorias, veris plumbeis bullis ejusdem sacrosanctæ Synodi bullatas, sanas, & integras non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, ut prima facie apparabat, per ipsam sacrosanctam Synodum contra dictum dominum Benedictum decretas, & fulminatas, in eorum manibus tenentes & habentes, ac uterque eorum habens, & tenens, ipse dominus Lambertus *e* præmissa talia verba in effectu: Reverendissime pater, anno Domini MCCCCXVI. quinta die mensis „ Decembris, in civitate Constantiæ Moguntinæ „ provinciæ, in domo fratrum Minorum, per re„ verendos patres dominos præsidentes omnium na„ tionum sacrosancti generalis Concilii Constan„ tiensis, in præsentia deputatorum, & notario„ rum, hoc præsens mandatum fuit exhibitum „ cum præcepto, & mandato, ut facerem sequen„ tia. Primo hoc præsens citatoriam vobis lege„ rem. Secundo ut illum exsequerer.

b MS. *Podiolo*.

c MS. *Exemeno*.

d MS. *bic*, *Carsbius*.

e MS. *præmisit*.

Quantum ad primum incepit legere dictas litteras citatorias, quas publice, alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum continuavit, taliter quod lecto hujusmodi ad auditum dicti Benedicti & aliorum in dicta aula existentium, & circa lecturam hujusmodi diligenter advertentium poterat verisimiliter pervenire. Quarum quidem litterarum tenor sequitur, & est talis:

Sacrosancta, & generalis Synodus Constantiensis universalem, &c. *ut supra*. Dumque, ipsius citationis lectura fieret, ut præfertur, & fieret mentio de hæresi & schismate prædicti Benedicti, ipse movendo caput semper respondebat, *Non est verum*, vel *falsum est*; & semel respondebat, *mentiuntur*. Præfatisque litteris citatoriis, sicut præfertur, lectis, dictus dominus Lambertus ad exsecutionem earumdem litterarum procedens, quamdam papyri schedulam etiam alta & intelligibili „ voce legit hujusmodi sub tenore: Et idcirco ego „ Lambertus de Stipite, prior conventualis de Ber„ treya, ordinis Cluniacensis Leodiensis diœcesis, „ decretorum doctor, mandatis ipsius sacrosanctæ „ Synodi obedire volens, Vos dominum Benedi„ ctum Papam XIII. sic in vestra obedientia nun„ cupatum, prius lecta coram vobis præsenti ci„ tatione alta & intelligibili voce, publice, ci„ to, peremptorie, ac uno dicto peremptorio pro „ omnibus, ad comparendam personaliter in Ec„ clesia cathedrali Constantiensi, in loco sessionis „ ipsius sacrosanctæ Synodi, ad diem videlicet se„ ptuagesimam a die præsentis citationis, quam „ nunc facio quem terminum pro primo, secun„ do, & tertio peremptoriis terminis assigno ad „ videndum, & audiendum super præmissis om„ nibus & singulis, & maxime super crimine schi„ smatis & hæresis prædictorum, tanquam super „ notoriis, aut alias procedi per eamdem sacrosan„ ctam Synodum ad omnes & singulos actus & ar„ ticulos judicii seu causæ hujusmodi, usque ad „ diffinitivam sententiam inclusive; ipsamque „ sententiam proferri videndum, & audiendum, „ prout juris fuerit, & prout utilitati prædictæ „ universalis Ecclesiæ visum fuerit expedire. In„ timando vobis, & publice, prout etiam per eas„ dem litteras intimatur, quod sive veneritis, si„ ve non, per eamdem sacrosanctam Synodum, „ vestra absentia divina repleta præsentia, contra „ vos super omnibus & singulis præmissis per eam„ dem sacrosanctam Synodum usque ad sententiam „ diffinitivam inclusive procedetur; prout ad uti„ litatem ipsius universalis Ecclesiæ, mediante „ justitia, videbitur faciendum, ut hic in supra„ dicta nunc vobis lecta citatione latius contine„ tur. Et insuper requiro & rogo omnes & singu„ los protonotarios, notarios, ac tabelliones hic ad„ stantes, quod de prædictis omnibus & singulis „ conficiant unum, vel plura, & tot quot fuerint „ opportuna instrumentum, vel instrumenta, con„ junctim, aut divisim.

Ut in sessione xxiv.

Quibus sic peractis, præfatus dominus Bernardus ad similem exsecutionem intendens, & præmittens verba infrascripta, videlicet: Reverendissime Pater, par commissio huic recitatæ per dominum & collegam meum exstitit mihi facta: quapropter ut filius obedientiæ parere volens mandatis sacrosanctæ Synodi, intendo procedere ad eadem, seu similia, ad quæ dictus collega meus per ordinem processit.

Hujusmodi litteras citatorias similes præfatis litteris per eumdem dominum Lambertum, ut præfertur lectis, aperiens, easque publice legere volens, præfatus Benedictus interrogavit, an litteræ ipsæ essent ejusdem tenoris cum litteris ante lectis; cui per eumdem dominum Bernardum responsum fuit, quod sic; illeque Benedictum tunc respondit, quod sic habebat eas pro lectis. Tuncque incontinenti idem dominus Bernardus duas, unam in Latino, & aliam in suo vulgari, ut domini milites & armigeri plures non litterati adstantes, & pro testibus eorum aliqui inferius descriptis seriosius singula intelligere possent, alte & intelligibiliter in-

ANNO CHRISTI 1417.

legit. Quarum schedularum tenores subscribuntur, A
„ & primæ schedulæ in latino descriptæ tenor ta-
„ lis est: Et idcirco ego Bernardus de Planca sa-
„ crista sanctæ Crucis Burdegalensis ordinis sancti
„ Benedicti decretorum doctor, mandatis ipsius sa-
„ crosanctæ Synodi obedire volens, Vos dominum
„ Benedictum Papam XIII. sic in vestra obedientia
„ nuncupatum, prius lecta coram vobis præsenti
„ citatione, alta & intelligibili voce publice cito,
„ & peremptorie, ac uno edicto peremptorio pro
„ omnibus ad comparendum personaliter in Eccle-
„ sia cathedrali Constantiensi in loco sessionis ip-
„ sius sacrosanctæ Synodi ad diem videlicet se-
„ ptuagesimam a die præsentis citationis, &c. *ut*
„ *supra in alia.*

Alterius vero schedulæ in vulgari descriptæ seque-
tur tenor in hunc modum:

Jam hæc schedula superius edita est, cum hac conferenda.

Molt reverent paire. Justa causa es, que los que son appellats per testimonis, sian certificat, cum assi sya cavaliers, que per ventura non entende la Latine, los quales se deven parnire pour testimonis, majoremen con sian assi trames, per lo molt clar segnour Roy d'Arragon e tres Crestien, & une sancte & molt aulte columna de la unione de sancta maire glesia, el qual ae teseri nostra execurion per lo in lang maternal a lor intelligibile imenda a retournar ma enetution, Yo Barnart de Planca sacrellain de sancte Cros de Bordeux, de l'ordie de sains Benesit, doctor en decret, per virtut de la bulle present del saut Concilli general de Constanca, vos molt reverent paire messer Benesit Papa XIII. appellat en votra obediencia citi, & petentoriament, e una citacion C peremtoria per totas autras citations, que vos comparissa personalmente en la glesia catedral de Constances, en lo loch de la session de san Concelli, a septanta jorn de quest jorn present: lo qual terme pour le prime, segon, tres terme peremptori vous assigni, sobre lessans contegnades en la dicta bulla, & majorement sobre le criml de scisms, e de hyregia: & a vesir, & ausir procedir aussi con sobre notorii; & plus a vesir procedir a totos & singlos actos & articlos de intimament, entro y a la senrencia diffinitiva: e vesir, e ausir donar la dita sententia segond que sera vista sazedoe de drit, e a utilitat de la gleyia universal: denunciando a vos molt reverent paire, que si vos ansits a Constanca, o no y anaits, non contrestant vestra absenca, sera procedit contra vos per lo sant concelli sobre la causas contas de so- D bre dictes, e e donar sentencia diffinitiva, ays com sara util a la universal gleyia meranlan justicia. Et de totas a questa causas, e qualcunne de lor vos protonorarios, notarios, a sy presenta, & quasaim de vos requiri far uno, o dos instrumens, o tant e serant necessari & totas utras persouas de qualque dignitat, o condicion que sian requiri per testimonis tant com saran necessari.

Quibus quidem litteris & schedulis per prædictos Lambertum & Bernardum, sicut præfertur, lectis & publicatis, dictus Benedictus ante receptionem copiarum litterarum citatoriarum, & schedularum prædictarum sibi per honorabilem virum dominum Raymundum Bajuli præfati illustrissimi domini Regis Atragonum secretarium, ac per dictiones & tertas ejusdem domini Regis notarium, in præsentia nostrorum notariorum subscriptorum E realiter exhibitorum, respondit per talia verba,
„ vel eis in effectu similia: Quia in dicta præten-
„ sa citatione multa continentur magna & ardua
„ quæ indigent magna deliberatione, ad præsens
„ non possumus plene respondere. Nihilominus
„ tamen habita deliberatione cum fratribus nostris
„ Cardinalibus respondebimus infra breve tempus.
„ Et etiam requirimus omnes protonotarios, sed
„ non est hic nisi unus, ac notarios præsentes,
„ quatenus nullus eorum super lectis & petitis per
„ istos dominos, nisi per nos plene responsum fue-
„ rit, claudat instrumentum.

Et subsequenter idem Benedictus quamdam aliam longam materiam intravit, verba sua in longum protraendo, & in effectu se excusando, qualiter non esset, neque fuisset hæreticus, neque schismaticus, & quod semper libenter vidisset unionem in Dei Ecclesia, mediantibus practicis suis.

ANNO CHRISTI 1417.

Quibus sic per dominum Benedictum dictis, præfatus dominus Bernardus dixit, quod suam requisitionem de clausura instrumentorum non admittebat, immo contradicebat: præsertim cum responsam dicti Benedicti incertitudinem temporis propter verbum, breve contineret: & requirebat, ut supra.

Tuncque dictus dominus Lambertus, requisitionibus & rogationibus de instrumentis fiendis super prædictis in dictis schedulis contentis nihilominus requisivit, & rogavit, ut supra: fuitque protestatus, quod cum responsum dicti Benedicti sic, ut præfertur, datum, esset incertum, ipsum præstolari non intendebant, sed post prandium recedere. Et super his, & omnibus aliis præmissis iterato, B ut supra, petiit instrumenta. Tuncque continenti, ipse Benedictus dixit, se præmissa per eum prolata non dedisse pro responso, sed infra paucos dies vellet dare responsum sufficiens. Super quibus omnibus & singulis prædicti domini Lambertus & Bernardus, conjuncti & divisim, petierunt, & uterque eorum petiit sibi fieri a nobis notariis subscriptis, & quolibet nostrum, unum vel plura publica instrumenta, tot, quot fuerint opportuna. Et sic præfati domini Lambertus & Bernardus, inclinatis capitibus abinde recesserunt, proferente domino Lamberto hæc verba; Dominus sit vobiscum; quia dominus nobiscum est.

Acta fuerunt hæc anno, indictione, die, mense, hora, & loco quibus supra. Præsentibus ibidem strenuis dominis Raymundo Xatinar, & Ludovico de *a* Pontonibus militibus, ac honorabilibus C & honestis viris Guillelmo Raymundi Call, & Berengario de Villa Leonis, domicellis: Joanne Leopart cive Barchinonæ, necnon magistro Meynardo de Crukenberg litterarum Apostolicarum scriptore, & Joanne *b* Freraces, clerico Leodiensis diœcesis, & aliis quampluribus testibus fide dignis, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

a MS. Pono-nianos.

b MS. Fre-rate.

Et ego Theodericus Bartenioen litterarum Apostolicarum scriptor, clericus Leodiensis diœcesis, publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, quia præmissis omnibus, & singulis, dum sicut præmittitur, agerentur, & fierent, una cum dominis Joanne & Meynardo notariis infrascriptis ac testibus, & aliis superius nominatis interfui; ideo hoc præsens publicum instrumentum per eosdem notarios & me in notam receptum exinde confecimus: quod manu mea propria scripsi, signo- D que & nomine meis consuetis signavi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et me Joanne de Tempore, clerico Meldensis diœcesis, publico Apostolica & Imperiali auctoritatibus notario, qui de præmissis per me una cum honorabili magistro Theodorico notario præscripto in notam sumptis præsens publicum instrumentum inde confectum signo, quo actibus instrumentatis una cum nomine, & subscriptione meis uti consuevi, signavi in finem & in testimonium veritatis præmissorum requisitus.

Et ego Meynhardus Crakenberg litterarum Apostolicarum scriptor, clericus Mindensis diœcesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia præmissis omnibus & singulis, dum, sicut præfertur, fierent & agerentur, una cum honestis magistris E Theodorico & Joanne notariis præscriptis testibusque, & aliis superius nominatis interfuit: ideoque hoc præsens publicum instrumentum per eosdem notarios & me in notam receptum exinde confecimus, quod signo & nomine meis consuetis signavi, rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Post quorum quidem instrumentorum lectionem, & relationem, ut præmittitur, factas; magistri Henricus de Pito, & Joannes de Scribanis promotores & procuratores hujus sanctæ Synodi, de præmissa relatione, & lectione, ac omnibus aliis & singulis, nomine quo supra, sibi fieri petierunt a dominis protonotariis, & notariis hujus sacræ Synodi, publicum & publica instrumenta, præmissaque instrumenta, et ipsam relationem apud acta

re-

ANNO CHRISTI 1417.

regillari. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis S. R. E. Cardinalibus, illustrissimo ac serenissimo principe domino, domino Sigismundo Romanorum & Ungariæ Rege, necnon principibus, ac regum, ducum, comitum, nobilium, prælatorum, universitatum studiorum, communitatum Ambaxiatoribus, & aliis Christi fidelibus in numero copioso.

SESSIO XXXI.

In prima editione,

Die Mercurii ultima supradicti mensis Martii, in Ecclesia maiori Constantiensi fuit sessio generalis celebrata; & in eadem sessione fuit dictum officium Missæ de Spiritu Sancto per reverendissimum patrem dominum Martinum Episcopum Aprutinensem: reverendissimus vero pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, hujusmodi sessioni præsidebat. Litaniis autem & aliis orationibus expletis per dictum dominum præsidentem, more solito pontificalibus indutum, legebantur per dominum Antonium Episcopum Concordiensem, & Petrum de Polonia, successive ea quæ sequuntur.

Monitorium contra Comitem Virtutum.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Dudum, cum ad audientiam nostram pervenisset, fama publica referente, quod nobilis vir Philippus comes Virtutum, nonnullique alii in hac parte commissarii & officiales sui ipsius de mandato & assensu, ac ratum & gratum habendo, contra venerabilem fratrem Albertum Episcopum Astensem, patrem & pastorem animarum suarum, cui obedientiam & reverentiam debitas facere tenebantur, & qui una nobiscum in hoc sacrosancto Concilio generali onera humiliter supportavit; ac de speciali licentia nostra ad suam se transtulit Astensem Ecclesiam, nulla sumpta occasione justa, temerarie & injuste in dictum dominum Episcopum vi armata, ausu sacrilego, manus injicientes violentas eumdem ignominiose ad castrum, quod Vetus dicitur, dictæ civitatis Astensis perduxerunt, ibique carceribus mancipaverunt & detinuerunt, prout detinent etiam incarceratum de præsenti; sacrilegium & excommunicationem, aliasque censuras Ecclesiasticas & pœnas juris & constitutionis provinciæ Mediolanensis Ecclesiæ, cujus dicta Astensis Ecclesia suffraganea existit, circa hoc editas & prolatas, & in partibus per ordinarios declaratas, damnabiliter incurrendo: Nos de tantis tamque gravibus excessibus (ut supra fertur) nobis relatis, qui inter cetera ad universalis Ecclesiæ reformationem sumus hic congregati, ad quos super quibuscumque quæstionibus, si quas intentare volebat contra Episcopum præfatum, habere poterat recursum, non immerito dolentes: volentes super his inquirere veritatem, ipso Comite, ut dicebatur, procurante per suos nuntios, venerabilibus fratribus Papiensi & Novariensi Episcopis dari concessimus in mandatis, ut super objectis per ipsum Comitem adversus ipsum Episcopum diligenter inquirerent veritatem: & vocatis præfato Philippo comite, & qui forent evocandi, de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circumstantiis universis, simpliciter & de plano sine strepitu & figura judicii se diligentius informarent. Et si dictum Episcopum in aliquo culpabilem reperirent, ipsum sub fida custodia retinerent, ac retineri facerent, donec aliud a nobis, seu Romano futuro Pontifice haberent in mandatis; necnon informationem hujusmodi in scriptis fideliter redactam, sub eorum a clausis sigillis, ad nostram præsentiam transmitterent, ut inde super hoc consultius agere valeremus. Si vero per informationem eamdem dictum Episcopum minime culpabilem reperirent, ipsum facerent plena libertate gaudere. Cujus quidem concessionis mandati tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso. Verum postmodum nonnullorum fide dignorum relatione percepimus, quod litteræ

o MS. clausam.

nostræ super hujusmodi concessionis mandato confectæ non fuerunt, dictique Episcopi propterea super præmissis procedere minime valuerunt. Nos igitur super præmissis prius summaria informatione auctoritate nostra facta, attendentes quod subditi in eorum prælatos, & laici in clericos nullam habent jurisdictionem & potestatem, & quod præmissa in libertatis ecclesiasticæ & pastoralis dignitatis vilipendium non modicum & scandalum plurimorum redundare dignoscuntur; nolentes hujusmodi offensam (sicut nec debemus) sub dissimulatione transire; & licet contra prædictos comitem, ejusque commissarios & officiales, in præmissis possemus juris severitatem exercere, tamen ad eos magis convincendos mitius agere volentes, committimus infrascriptis fratribus nostris, vel eorum alteri, quod si per summariam informationem, quod ad ipsum comitem, ejusque commissarios & officiales tutus non pateat accessus, constiterit; ne propterea tanti tamque graves excessus nostri conniventibus oculis remaneant impuniti, per hoc præsens publicum edictum legendum & publicandum, ac in valvis majoris Papiensis & Novariensis & Astensis Ecclesiarum Cathedralium affigendum, dictum Philippum comitem, ejusque commissarios, officiales, & quoscumque alios, qui culpabiles fuerint in præmissis, in eos & eorum quemlibet sub excommunicationis & interdicti, & in eisdem Ecclesiis, civitate Astensi, ac ceteris terris & locis dictæ civitati & eidem comiti subjectis quocumque titulo, pœnis quas ferimus in his scriptis, (si monitioni hujusmodi non paruerint cum effectu) primo, secundo, tertio requiratis & moneatis, quem & quos tenore præsentium requirimus & monemus, quatenus infra duodecim dies post lectionem, publicationem & affixionem præsentium, ut supra faciendas, immediate sequentes, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione prædicta, Philippo comiti, ejusque commissariis & officialibus hujusmodi præfigimus & assignamus; præfatum Episcopum absque qualibet contradictionis obstaculo intra tres menses a die relaxationis ipsius coram nobis personaliter accessurum, & ibidem juri pariturum, libertati suæ pristinæ restituat, cum familia universisque bonis suis absque diminutione aliqua, realiter & cum effectu; offerentes dicto comiti & cuilibet poscenti bonum & breve justitiæ complementum de persona præfati Episcopi ministrare. Quod si forsan hujusmodi nostris monitioni & requisitioni in dicto termino parere contempserint, ne propter viarum discrimina dicti Episcopi Astensis differatur libertas, & ut parcatur laboribus & expensis; præfatis venerabilibus fratribus Papiensi & Novariensi Episcopis, stantibus prope dictam civitatem Astensem ad duas diætas, secundum consuetudinem patriæ committimus & mandamus; quatenus simul, aut ipsorum alter qui primo fuerit requisitus, post ejusdem termini lapsum auctoritate nostra eamdem civitatem Astensem, & terras dominio & loca ad dictam civitatem spectantia & pertinentia, interdicti sententias incurrisse; dictumque comitem, ejusque commissarios, officiales, & ipsius personam excommunicationis sententiam eadem auctoritate incidisse declarent: Ecclesiam vero, ac etiam civitatem & communitatem ac terras, dominia & loca, prænominata & prædicta, ecclesiastico subjacere interdicto, juxta constitutionem Viennensis Concilii, quæ incipit, Si qui suadente, vocatis evocandis; in eorumque Papiensi & Novariensi, & aliis quibuscumque Ecclesiis, tam cathedralibus quam collegiatis universis, intra Missarum solemnia, aliisque Ecclesiis, populo ibidem ad divina audiendum congregato publice per se vel alios denuncient & evitent, & ab aliis ita denunciari & evitari faciant & permittant tamdiu, donec a nobis, vel futuro Romano Pontifice aliud desuper habuerint in mandatis. Et si, quod absit, prædictas pœnas interdicti & excommunicationis dictus Philippus comes ac commissarii & officiales prædicti animis sustinuerint induratis; ad omnes alias pœnas spirituales & temporales auctoritate præsentium procedere valeant, quibuscumque aliis pœnis eis a jure vel ab homine occasione prædicta ibidem illatis & inferendis, in suo robore permansuris; nec ab aliqua absolutionis be-

ANNO CHRISTI 1417.

beneficium, nisi a futuro Romano Pontifice, vel a nobis, præterquam in mortis articulo, valeant obtinere. Volentes nihilominus, & hac sacra Synodali auctoritate decernentes, quod hujusmodi litteræ nostræ modo & forma præmissis executæ, dictos sic requisitos & monitos, & quemlibet eorum arceant taliter & adstringant, ac perinde valeant, plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si eisdem & eorum cuilibet in propria persona lectæ & insinuatæ fuerint, ac præsentialiter publicatæ: non obstante quod eidem Philippo comiti, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; contradictores censura simili, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus etiam constitutionibus, seu aliis editis in contrarium quibuscumque.

Datum Constantiæ, secundo Kalendas Aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, Apostolica Sede vacante.

Decretum super redintegratione Ecclesiæ Bajonensis.

Sacrosancta Generalis Constantiensis Synodus, &c. Attendens ad reformationem & redintegrationem universalis, ac etiam omnium cathedralium Ecclesiarum, quæ schismate præsenti durante habebant vel habent Episcopos diversarum obedientiarum, per quos ipsæ cathedrales Ecclesiæ monstruose in capite & in membris videbantur & videntur gubernari; statuit & ordinat, quod Ecclesia Bajonensis, quæ etiam duos simul per plures annos habuit Episcopos, & inter alios bonæ memoriæ Petrum, qui fuit de obedientia Baltassaris, tunc Joannis Papæ vigesimi tertii a sua obedientia nuncupati, noviter defunctum, & superstitem venerabilem fratrem Guillermum hic præsentem, qui fuit creatus per Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum, deinceps per Guillermum Episcopum regatur; ac verus Episcopus ipsius Ecclesiæ, necnon Episcopatus Bajonensis unicus censeatur, & illi clerus & populus civitatis & diœcesis Bajonensis in omnibus consuetis, licitis & honestis, ut eorum vero Episcopo & pastori obediant, & ipse eos benigne vice versa pertractet, prout ad ejus Pontificale officium pertinet de consuetudine, vel de jure. Inhibentes nihilominus venerabili capitulo ipsius Ecclesiæ, ne ad electionem alicujus loco ipsius defuncti Episcopi hactenus procedat, sed in illa supersedeant. prout etiam juxta quædam capitula dudum per oratores nostros ex una, & quosdam alios tunc de prædicta obedientia præfati Petri existentis in regno Arragoniæ fuit definitum & conclusum, quæ quidem capitula per nos solemniter approbata fuerunt. Quodque etiam venerabilis frater Archiepiscopus Auxitanus, cui prædicta Ecclesia metropolitano jure subest, ad confirmationem alicujus electionis forsitan factæ, vel fiendæ, ad provisionem alicujus in Episcopum Ecclesiæ prædictæ non procedat. Et quia etiam prædictus Petrus, seu Clemens septimus etiam in eadem obedientia nominatus; ejus prædecessor, quatuor aliis de quatuor canonicatibus & præbendis ejusdem Ecclesiæ, licet in dicta Ecclesia propter obedientiam dicti Baltassaris numerus canonicorum ab antiquo institutus completus fuisset, prout de præsenti, providit; quibus quidem domino Guillermo Episcopo & canonicis quatuor assignavit, quædam bona immobilia, necnon jura, fructus, redditus, proventus & emolumenta ad capitularem mensam dictæ Ecclesiæ pertinentia, in Castellæ & Navarræ regnis existentia; & illa etiam ad jus & proprietatem ipsius mensæ reducimus: ita quod ipsi quatuor canonici deinceps possint apud eamdem Ecclesiam personaliter residere, ac horis consuetis & divinis officiis interesse, ac stallum in choro & locum in capitulo cum ipsis aliis canonicis dictis habere, ac in omnibus fructibus, redditibus, &c. prædictæ mensæ, ut veri canonici ipsius Ecclesiæ participare, dicto canonicorum numero non obstante; quodque nullus in locum alicujus decedentis, aut aliter canonicatus & præbendas suas ipsius Ecclesiæ quomodolibet, præterquam per spontaneam cessionem dimittentium, ipsius Ecclesiæ canonici Apostolica vel ordinaria auctoritate admittantur, quousque ad dictum numerum sit deventum: ac decrevit dicta sancta Synodus irritum & inane, si secus super his factum fuerit, aut fieret in futurum.

ANNO CHRISTI 1417.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

Die Mercurii ultima supradicti mensis Martii, in Ecclesia Constantiensi, & in loco sessionis, mane hora tertiarum, vel quasi, fuit per Synodum Constantiensem tenta & celebrata sessio publica. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis miseratione divina Joanne Ostiensi vulgariter Vivariensi, Angelo Prænestinensi Episcopis, Laudensi, Antonio Bononiensi, Gabriele Senensi, Angelo Veronensi, Thoma Tricaricensi, Guillelmo sancti Marci, Antonio de Chalanco, Simone Remensi presbyteris, Amedeo Saluciarum, Ludovico de Flisco, & Lucido de Comite, Diaconis Cardinalibus; necnon serenissimorum, illustriumque principum Franciæ, Arragoniæ, Angliæ, Siciliæ, Cypri, Daciæ, Sueciæ, Norvegiæ, & Poloniæ Regum, ac Navarræ, Comitum Fuxi, Clivensis, universitatumque studiorum, & communitatum Ambaxiatoribus. Pro cujus sessionis introitu fuit celebratum officium Missæ per reverendum in Christo patrem dominum Martinum Episcopum Aprutinum de Sancto Spiritu. Quo officio Missæ finito, antequam fuerit processum ad ulteriora, levavit se in medium venerabilis & circumspectus vir dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus; & proposuit qualiter ad præsens vacarent decanatus Ecclesiæ Lugdunensis immediate Ecclesiæ Romanæ subjectus, necnon abbatia N. in civitate Neapolitana similiter ipsi Romanæ Ecclesiæ subjecta immediate: Et ex quo ipsum Concilium, sive Synodus usque modo non voluit se intromittere de provisionibus Ecclesiarum, & beneficiorum quorumcumque Ecclesiæ Romanæ subjectorum; quapropter protestatus fuit nomine dictarum Ecclesiarum, quod non currat tempus contra hujusmodi provisiones fiendas. Qua quidem protestatione facta, & instrumentis petitis per eumdem dominum Ardecinum, fuit inchoatum officium litaniarum more solito, & perfectum per reverendissimum patrem dominum Joannem Episcopum Ostiensem Cardinalem Vivariensem tanquam seniorem de collegio Cardinalium, cum hymnis, Evangeliis, antiphonis requisitis ad hujusmodi officium. Quo officio litaniarum completo, de mandato & voluntate ipsius Synodi ascenderunt ambonem prædictum reverendi patres domini Thomas Polton protonotarius de Anglia, tanquam Ambaxiator Regis Angliæ, & nomine ipsius, & ejus procurator, & Antonius Episcopus Concordiensis nomine ipsius Synodi. Præfatus dominus Thomas protonotarius, ut procurator Regis Angliæ, & nomine ipsius, ac sui & omnium aliorum Ambaxiatorum ipsius Regis procuratorum protestatus fuit, ut in quodam quaterno papyreo, quem ibi produxit, qui propter ejus prolixitatem non fuit lectus, & cujus tenor inferius est insertus.

Qua protestatione facta, memoratus Antonius Episcopus Concordiensis quoddam monitorium decernendum per ipsam Synodum contra Illustrissimum Principem dominum Philippum comitem Virtutum, & suos officiarios, in favorem reverendi patris domini Alberti Episcopi Astensis in Lombardia detenti & incarcerati, ut dicitur, per ipsum dominum Philippum comitem Virtutum, prout in dicto monitorio, cujus minuta ibidem fuit lecta, cujus tenor inferius est insertus. Quo monitorio, sive ejus minuta lecta, ad instantiam procuratoris & promotoris, videlicet Joannis de Scribanis, & Henrici de Piro, fuit responsum per dominum Episcopum Ostiensem nomine totius Concilii, *Placet*. Deinde de simili mandato venerabilis vir dominus Petrus de Polonia decretorum doctor legebat unam schedulam missivam dicti domini comitis

tis

ANNO CHRISTI 1417.

tis Virtutum. Que lacta, dominus Augustinus *a* advocatus consistorii palatii Apostolici, petiit per Concilium mandari ipsi comiti Virtutum, seu ejus officialibus, quod dominum Albartum Episcopum Astensem ramittant, & aum sibi tanquam suo Metropolitano prӕsentent, & pӕsantari faciant: & in calu, quo non, protestatur de injuria sibi illata, quod suus suffraganeus per talam modum incarcerari debeat.

a Ms. addit, de Pisis.

Qua requisitione, sive protaflatione facta, levavit se in madium honorabilis vir dominus Georgius, &c. frater Carnalis, ut asseruit, domini Episcopi Astansis, narrando causam detentionis domini Episcopi Astansis fratris carnalis sui. Dixit aumdem dominum captum, incaraeratum aa ao quod cum ipse Episcopus raverius ast ad patriam de Concilio Constantianfi, gubernator civitatis Astansis, nomine comitis Virtutum petiit duo millia ducaturum, & duo castra, quӕ B non exprimebat; & quod daberet diffidare castos nobiles; & quoniam ilia recusavit facere, fuisset captus & incarceratus, & omni vice quando illa faceret, esset liberatus. Ita quod ipse comes Virtutum propter denaria sua non mandavit captivari; sed ad finem & effectum, ut possent ab eo extorqueri dicta summa florenorum, castra, & diffidatio nobilium.

Expositione hujusmodi facta, dominus Patrus de Polonia de mandato Synodi pronunciabat quoddam decretum, infligens pœnam illis qui affigarent libellos famosos; & insignum quod libelli famosi rumpi & lacerari deharent, laceravit quamdam litteram, quam tenebat in manibus suis.

Deinde legebat unum aliud daeretum saper provisiona Ecclesiӕ Bajonansis, in quo continabatur, qualiter Ecclesia Bajonensi vacanta, fuit provisum par Parum de Luna, & similitar per Joannem XXIII. C Quare mandaret in ipso deareto, quod nullus recipiatur par capitulum in Episcopum, quousque talis provisio non fuerit discussa per Concilium, aut futurum summum Pontificem.

Itam, dominus Nicolaus Episcopus Gneanansis produxit unam litteram missivam Regis Poloniӕ, quam petiit legi: & domino Ardecino de Novaria advocato ordinis sanctӕ Mariӕ Theutonicorum allegante, quod non daberet lagi, juxta constitutionem, quod nihil legi debeat, nisi concordatum in nationibus: & sic Synodus mandavit supersederi in lactura dictӕ litterӕ missivӕ. Subsequanter idem Petrus de Polonia legebat decretum perinda directum ad *b* Camnensem, Zvveanianfam & Rasaburganiam diœcelas, ut nullus conveniatur pro dabito pecuniario laicus. Subsequanter idam Petrus da Polonia legebat decretum mandandum ad provinciam Marchiӕ Anconi- D tanӕ, ut subditi Marchiӕ Anconitanӕ, ac prӕsidatus Fasiensis, obediant reverando patri domino Angelo legato, ut eorum vero legato, juxta bullas suӕ legationis sibi desuper concessas. Et minuta decrati prӕtati fuit ibidam bullatoribus tradita ad bolandum, de mandato totius Concilii.

b Ms. Caminensem, Zwerinensem, &c.

Insuper idem dominus Petros da Polonia legebat aliud decretum, in quo subrogabantur domini Jacobus Plocansis nationis Germanicӕ, Petras Oloransis nationis Anglicanӕ, & Thomas Emonensis Episcopi nationis Italiӕ, loco dominorum Ulrici Verdanils, Patricii Corragansis, & Lazari a Cenensis Episcoporum in causa fidei da regno Bohemiӕ. Qua deputatione, siva subrogatione facta, fuit deputatus sive subrogatus in una alia causa fidei de regno Bohemiӕ revarendus patar dominus Hiaronymus alactus Ariminansis, loco bonӕ memoriӕ do- E mini Bartholomӕi Episcopi Alexandrini in Lombardia. Quarum protestationum, decretorum, & litterarum, de quibus supra fit mentio, tenorea inferius sunt descripti. Ad quorum probationem reverendus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis nomine totius Synodi pro hac vice potestatem habens, respondebat, *Placet*.

c Ms. Xegiomensis.

Super quibus venerabiles viri magister Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, petierunt sibi fieri unam vel plura publica instrumenta a dominis protonotariis & aliis notariis, sive scribis ad hoc deputatis. Prӕsentibus dictis dominis pro testibus infrascriptis.

Quibus omnibus factis, de licentia ipsius Synodi sӕpe dictus Petrus de Polonia legebat certam

Alitteram missivam directam Concilio Constantiansi par Regem Poloniӕ, & ducem VVitoldum, in qua littera aaculabant sa de pace non facta inter aos, & ordinem Theutonicum, ut in eadem littera, &c.

ANNO CHRISTI 1417.

Tenores varo dictarum protastationum Anglicorum, monitorii contra comitem Virtutum, decreti Ecclesiӕ Bajunensis, dacreti perinde decreti ad Marchiam Anconitanam, daereti subrogationis judicum in causa fidai, decreti deputationis Ariminensis in causa fidai, & litterӕ missivӕ Regis Poloniӕ sequuntur & sunt talas.

Protestationes Anglicanorum.

UT insuperabilis veritas & justitia eo validius, & securius probatӕ persistant, quo fervent-B tius adversantium insultus lactionibus prӕsertim inimicorum prӕsidiis rationum instantium de victoria impugnatӕ fuerint, nos Ambasiatores & oratores seranissimi principis Hanrici Dei gratia Regis Angliӕ, ad honoram & profectum hujus sacri Concilii generalis, elucidationemque veritatis oreuliatӕ & dissimulatӕ dantius, ac impeditӕ, per quoldam adversarios objecta diaimur & proponimus in hac sacra Synodo Constantiensi, & totius Ecclesiӕ conspectu quӕ sequuntur.

Ex eadem collectione & ms. Lips.

In primis protestamur publice in his scriptis, quod non fuit, est, nec erit intentionis nostrӕ quidquam dicere, seu proponere in prӕjudicium determinatorum in hac sacra Synodo, sicuti nec fecit jus, aut faciemus in futurum. Nec dicimus aut proponimus infrascripta animo vel intentione litem contestatam subeundi, seu quomodolibet fir-C mandi, ingradiendi, vel cognoscendi judicium, aut jus serenissimi dicti domini nostri Regis, sive nationis inclytӕ Anglicanӕ, alias Britannicӕ, in forum contentiosum, aut litem dadocere ullatenus intendimus; sed contradicimus & reclamamus publica, & axpresse ex causis ad hoc nos moventibus infrascriptis, & aliis pro tampore declarandis; & prӕsertim na ex hoc jus hujus inclytӕ nationis, quod est tam super titulo, quam super possessione, vel quasi notoria toti Mundo, & prӕsertim universali Ecclesiӕ in hoc sacro Concilio reprӕsentative congragatӕ, revocetur in dubium; & maxime ad instantiam quorumdam, qui nullum quomodolibet aaquisitum possunt prӕtendare interessa; sed solum dumtaxat pro ostentatione veritatis, juris & justitiӕ universalis Ecclesiӕ, & caterorum regum, ragnorum, ac nationum, & prӕsertim di-D cti seranissimi Angliӕ Regis, nationisque inclytӕ Anglicanӕ, alias Britannicӕ, ut scribantibus ea adverso satisfiat; ne tot ac tantis flatibus veritas ipsa valata daclinat, tamque ac tam injusta mataria intacta remaneat; neve responsionis penuria silere credamur, & exinde in auditorum seu lectorum animis quisquam cradulitatis scrupulus relinquatur, aliquid saltam in hac parte dicere necessitas jam impellit.

Certissimum enim est, quod licet nonnulli Ambasiatoras, oratores advarsarii Franciӕ Regis se dicenter, & prӕsertim *d* unus aa eis cum suis adhӕrentibus pluras dissensionum, divisionumque materias Concilio generali noxias & turbativas nationibus in plena concordia aasistentibus in eodam, & prӕtertim contra indubitatam nationam inclytam Anglicanam, alias Britannicam, inter catera per suum E tractatum da Ecclesiӕ potestate intitalatum in prӕsenti Synodo suscitarunt: Nos taman Ambaxiatores & oratores dicti saranissimi Angliӕ Reg s, quamquam axprӕmissis & aorum quolibat nostrum Regem antedictum & regnum suum Angliӕ, cataraque nonnulla sua dominia, ac nos eorum nomine, necnon inclytam nationem Anglicanam prӕdictam, alias Britannicam, non modicum injuriatam senserimus, ac gravatam: nihilominus pro bono unionis in proximis, dante Domino, consequendo, has & aliss multiplicatas injurias sustinuimus patienter; hue usque sperantes, quod cum ad cor reversi fuissent, licet non nostri, unionis tamen universalis Ecclesiӕ intuitu destitissent ab inceptis. Sed jam ea cumulatis gravaminibus novis *e* & conviciis dicimos ab experto, quod absque gravi Dai offensa, ac universalis

d Petrus de Aliaco, Card. Cameracensis.

e Ms. & injuriis.

Ecclesiæ, unionisque periculo, præmissa tam gravissima Deo ac toti mundo notorie contraria sub silentio dissimulare prolixius, seu præterire non possumus, quin sub debita reverentia hujus sacri Concilii Generalis veritatem pro ostensione justitiæ dicere cogamur, ne consentire videamur errantibus, dum ad resecandum, quæ corrigi debent, non occurrimus; quia error, cui non resistitur, approbatur; & veritas opprimitur, cum minime defendatur.

Quamquam enim divinitus sancitum sit, ne sacerdotes Domini in sacra Synodo indiscretis verbis perstrepere audeant, aut quibuslibet tumultibus perturbare, obstinativeve disceptationibus tumultuosas voces effundere, & ut ait Apostolus; *Qui se putat religiosum esse, & non refrenat linguam suam, sed seducit cor suum, hujus vana est religio*: cultum enim suum justitiæ perdit, quando silentia judicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta, *Erit cultus justitiæ silentium*. Quodque licet pro bono unionis & honore Concilii deliberatum fuerat in nationibus, & *a* concursum, & observatum in Concilio pro lege diutius, quod in sessionibus sacræ Synodi nihil penitus proponeretur, aut diceretur, nisi prius in nationibus fuerit concordatum, dicti tamen prætensi Ambaxiatores adversarii, his non obstantibus, sed præter & contra præmissa in Concilio, tertia die mensis Martii jam instantis, nisi sunt proponere & publicare quasdam materias, de quibus supra & infra fit mentio, & prout in eisdem per ipsos propositis liquet evidenter. Inter cetera vero dicitur, quod licet Rex Angliæ & regnum suum unam nationem repræsentare valeat, sicut quædam nationes particulares, etiam Regem appropriatum non habentes, attamen de jure non habent, nec habere debent, vel possunt Rex Angliæ & regnum suum repræsentare vocem seu auctoritatem repræsentativam quartæ aut quintæ partis Christianitatis, seu totius obedientiæ Romani Pontificis, quæ debeat aut possit de jure æquiparari in Conciliis generalibus voci seu auctoritati totius Italiæ, vel totius Galliæ, vel totius Hispaniæ, totius Germaniæ, quæ sunt quatuor nationes principales; & ad præmissa fundandum inter cetera tres causas *b* immo verius allegant principales.

Jac. 1. 26.

Is. 32. 17.

a Mf. cum consensu.

b Mf. immo & ut creatores allegant, &c.

Primo, quod Benedictus XII. in Extravagante *Vas electionis*, ubi ordinat super procurationibus prælatorum, *&c.* distinguit obedientiam papalem in quatuor generales partes, sive nationes, videlicet in Franciam, Alemaniam, Castellam, Italiam; & in secunda parte sub natione Alemaniæ Anglia posita est: & sic Anglia non est natio, sed rem quartam aut quintam partem obedientiæ Romani Pontificis repræsentans, cum sit pars Germaniæ, *&c.*

Secundo dicunt & allegant, quod pro declaratione & confirmatione præmissorum facit, quod idem Benedictus XII. qui Burdegalensis nationis fuit, & per consequens favens Regi & regno Angliæ, cum de terra ei subdita oriundus esset, volens distinguere terras, & provincias subjectas obedientiæ Romani Pontificis, pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis, in prima rubrica sui operis distinxit in fine præfatas terras & regna in triginta sex provincias, ubi in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem pro una provincia: & sic cum sit trigesima sexta pars obedientiæ papalis, ut dicunt, & non tota, non debet natio Anglicana quartam vel quintam partem facere in Concilio generali.

Tertio vero dicunt, quod nec juri nec rationi consonum, est, æquare seu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in Concilio generali, vel nationem Gallicanam generaliter sumptam nationi Angliæ, attentis numero & æqualitate provinciarum, diœcesium, monasteriorum & locorum Ecclesiasticorum regni Franciæ; cum habeat undecim provincias, centum & unam diœceses latas & spatiosas; & Anglia habeat tantum duas provincias.

Attentis etiam nobilitate & excellentia dicti regni Franciæ, ac diuturnitate temporis, a quo recepit fidem Christi, a qua non deviavit in comparatione regni Angliæ: Attento etiam quod in regno Franciæ plures ducatus sunt, & quatuor comitatus spatiosiores in terrarum latitudine, civitatibus, castris, ac villis clausis, & quolibet ipsorum, regno Angliæ; ideo absurdum est & irrationabile, ut dicunt, quod natio Anglicana repræsentaret quartam vel quintam partem Concilii generalis; regnum Franciæ deberet repræsentare sex, immo plures tales quotas & portiones, quales regnum Angliæ faceret, aut repræsentaret, attentis supradictis. Ideo ex parte eorum supplicata & requisita fuerunt in scriptis infrascripta.

Primo, quod adveniente natione Hispanica, cessaret dicta quinta natio Anglicana, & fieret pars nationis Alemaniæ, sicut est, & ei immediate conjuncta, ut patet ex jure prædictæ extravagantis, *Vas electionis*. Unde quod hæc natio Angliæ hucusque divisa fuerit a natione Alemaniæ, permissum fuit, & hoc ex certa & speciali causa dissimulata, quæ cessavit adveniente natione Hispanica.

Secundo, si hoc non placet, sed vult divisa remanere ab Alemania, consequens videtur, quod aliæ nationes distinguantur in plures nationes nationi Anglicanæ proportionales; alioquin non esset justa æqualitas; & videretur fieri injuria & gravamen Regi Franciæ & regno suo, & toti nationi Gallicanæ, & multo magis aliis nationibus, ut patet ex præallegatis.

Tertio, si dictæ nationes nollent condescendere ad talem multiplicationem nationum, sicut nec apparet expediens; videretur esse providendum, quod rediretur ad jus commune & antiquum modum procedendi in Conciliis generalibus, in quibus non legitur fuisse, ut asserunt, talis distinctio nationum. Circa quæ minus bene proposita, jurique, rationi & veritati contraria, diversas fecerunt protestationes, supplicationes, requisitiones & appellationes frivolas & ineptas, prout in infra dicendis declarabitur manifeste.

Ad primum vero (semper salva, & hic repetita protestatione præmissa) respondetur, quod, eorum sic scribentium gratia semper salva, mirandum est qua fronte, quo spiritu, in facie universalis Ecclesiæ tam literati viri, & sacerdotes præsertim, præsumere audeant tam manifeste & erronee ad sensum distortum dictam Extravagantem reducere, cum in nihilo ad finem faciat, quem intendunt per ipsius recitatum. Quod clare liquet ex ipsius Extravagantis causa triplici, materiali, formali videlicet, & finali. Causa materialis illius est, quod visitantes jure ordinario in Franciæ, Navarræ, & Majoricarum regnis, ac terris, provinciis, & partibus adjacentibus, & vicinis eidem tantum nomine procurationum recipiant. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Ungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Scotiæ, Daciæ, & Sveciæ regnis, ac terris, provinciis, & partibus eis adjacentibus *c* tantum recipiant plus, quam in regno Franciæ visitantes. In Castellæ quoque, Legionis, Arragoniæ & Portugalliæ, & partibus adjacentibus, & vicinis tantum recipiant. In Apuliæ vero, Calabriæ, Terræ Laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, *d* & ceteris regnis, insulis, aliis provinciis, & partibus omnibus ultramarinis tantum recipiant. Ex qua causa materiali patet, quod Papa non intendebat in illa Extravagante distinguere nationes, quia ponit primo, sive in prima parte regnum Navarræ & Majoricarum, comitatumque Rossilionis, & alias terras, quæ notorie fuerunt & sunt in & de alma natione Hispanica, & nullatenus in nec de natione Gallicana; licet in prima parte dictæ Extravagantis post regnum Franciæ immediate dicta regna Navarræ & Majoricarum, & cetera ponantur pari modo; sic in secunda parte dictæ Extravagantis, licet regnum Angliæ scriptum sit immediate post Alemaniam, tamen in, de, aut sub natione Alemaniæ per dictam Extravagantem, ejusve causam materialem legislator non inclusit, sicut minime intendebat, quod patet aperte in Extravagante Benedicti prædicti, quæ incipit, *Statuimus* inferius allegata; ubi ponuntur duæ provinciæ Angliæ, Cantuariensis scilicet, & Eboracensis inter provincias linguæ Occitanæ & provincias Hispanorum; & sex aliæ provinciæ ejusdem nationis Anglicanæ inter provincias alias, & nullatenus inter, ante, nec immediate post provincias in regno Alemaniæ existentes. Et sic patet ex materia illius Extravagantis, quod natio Anglicana, in, de, & sub natione Alemaniæ non dicitur quovis modo.

c Mf. tantum recipiant plus nomen, quam &c.

d Mf. & ceteris regnis, & aliis Italiæ partibus, nec non Sclavonia, Achaja, Cypri, & ceteris regnis, insulis, &c.

Item,

ANNO CHRISTI 1417.

Item, hoc patet ex causa formali ejusdem, quæ dictam Extravagantem pro nationibus, seu ordinandis in Concilio generali ipsa non concepit. Nam forma ordinis nationes ponendi est, ipsas ponere secundum suas antiquitates & dignitates; quia si nationes in dicta Extravagante ordinasset, antiquiorem in fide priorem & digniorem, Ecclesiæ Romanæ ac imperii causa, nationem videlicet Italiæ præposuisset Franciæ regno, & deinde alias nationes in suo ordine posuisset: quod non fecit, qui Franciam præposuit etiam *a* non secundam, & Italiam in cauda conscripsit. Hoc etiam patet in multis aliis locis dictæ Extravagantis.

Item, hoc patet ex causa finali dictæ Extravagantis, quæ est, quia non obstantibus juribus in hac parte editis, prælati in procurationibus sic se onerosos reddiderunt, ut subditi oppressi onera nequiverunt supportare. Ideo cupientes certum modum visitantibus, & stabilem visitatis in præmissis fore observandum; statuit, ut prædicitur: & sic principaliter & finaliter intendebat per illam Extravagantem visitantibus & visitatis certum modum dare in procurationibus solvendum & recipiendum. Ad alios ergo casus non extendenda; quia leges, & præsertim casus speciales ad alios casus extendere de jure non debemus. In jure enim obedientia papalis in duas partes dividitur, in ultra, & citra montanas; ergo duæ tantum sunt nationes: non sequitur.

Præterea scribunt, quod Benedictus prædictus in dicta Extravagante, *Vas electionis*, in secunda parte sub natione Germanica ponit Alemaniam, Angliam, Hungariam, & plura alia regna.

Ad quos respondetur, quod in loco prællegato dictæ Extravagantis, sic dicitur: In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, *&c.* regnis ac terris, provinciis, & partibus eisdem adjacentibus, Archiepiscopi & Episcopi visitantes tantum recipiant, *&c.* Ex qua lectura liquet, quod dicta Extravagans nihil loquitur de natione Germanica, nec de aliqua alia natione facit mentionem. Ex dictis enim dictorum sic scribentium, quod cum omnes reges per seriem scribuntur in libro cærimoniarum, & aliis libris unus post alium, quod Rex in secundo loco scriptus priori subjiceretur, ut illius foret ditionis; sic Rex Franciæ foret in, de, & sub imperio Græcorum; & sic de aliis regibus: quod fatuum esset dicere.

Ad secundum autem (salva semper, & hic repetita protestatione antemissa) respondetur, Quod licet Benedictus prædictus Burdegalensis fuerit nationis, id est, nativitate; postea tamen nutritus & beneficiatus fuit in & sub ditione Regis Francorum, & ad prælaturam assumptus, & sicut Gallicus fuerat regno Franciæ nimis favens, Extravagantem prout fecit, promulgando, sicut ex tenore & ordine Extravagantis suæ clare constat: ubi regnum Franciæ, etiam non secundandum, primo conscripsit, & regnum principalius, & Francia multo nobilius, videlicet Italiam, ultimo collocavit. Præterea Extravagans Benedicti, quæ incipit, *Statuimus*, in prima rubrica sui operis ad confirmationem prædictorum scriptorum per eos non facit, quod in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem provincias pro una; ergo natio Anglicana, sive Britannica unicam habet provinciam in Concilio generali. Pessima est argumentatio; nam in pluribus eorum scriptis de solo regno Angliæ concludunt totam nationem Anglicanam, & sic inordinate scribunt antedicti. Distinxit enim Benedictus XII. in dicta Extravagante, *Statuimus*, provincias pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis: ergo pro aliis capitolis, actibus, negotiis, Conciliis generalibus provinciæ remanent in limitatione antiqua: quia quod de uno dicitur, de alio denegatur. Quod probatur clare ex textu procemii dictæ Extravagantis, *Statuimus*, versiculo *Per editionem*, ubi sic dicitur: *Per editionem* nempe statutorum, & ordinationum prædictarum, *non intendimus aliis juribus aliquatenus derogare, sed illa potius comprobare*.

Item, probatur, quod dicta limitatio provinciarum ad alia non extenditur per textum dictæ Extravagantis in principio, dum dicitur, *Statuimus, quod*

B

in ordine monachorum nigrorum in singulis provinciis per nos inferius deputatis, fiat de triennio in triennium, salvo jure antecessorum nostrorum, commune ipsa provinciarum capitulum abbatum & priorum, &c. Ex quo textu aperte patet de errore dictorum scribentium, dictam Extravagantem minus bene reducentium, cum ad celebranda capitula monachorum nigrorum dumtaxat extendatur.

Præterea notorie patet, quod illa Extravagans, *Statuimus*, non facit in aliquo, quod natio Anglicana esset pars immediate conjuncta nationi Alemaniæ, nec ad illam reduci deberet, ut ad propriam nationem, prout prædicti domini minus bene scribunt. Clarum enim est, quod in dicta Extravagante, *Statuimus*, provinciæ Cantuariensis & Eboracensis pro una provincia pro capitulis monachorum celebrandis, non inter immediate post, nec ante provinciam, seu provincias regni Alemaniæ scribuntur, sed inter provincias Narbonensem, Tolosanam & Auxitanensem ex parte præ, & Compostellanensem & Hispalensem e parte post. Sed si ipse voluisset ipsam dictam nationem Anglicanam partem esse nationis Alemaniæ, illas duas provincias Angliæ inter provincias linguæ Auxitanæ & Hispanorum minime posuisset.

Item, liquet, quod non fuit legislator, & si posuisset se proposito nationem Anglicanam partem nationis Alemaniæ facere, *b* nec limitare: quia in eadem Extravagante, *Statuimus*, quinque provincias in, de, & sub natione Anglicana notorie existentes, videlicet *c* Vmachinensem, Dublinensem, Casallensem & *d* Cumanensem in Hybernia; & provinciam regni Scotiæ non inter immediata post, nec ante provinciam, seu provincias regni Alemaniæ; sed inter provincias Strigoniensem, *e* Olocensem & Gneanensem e parte præ; & provincias Bohemiæ, Daciæ, Norvegiæ, Sveciæ, Sardiniæ, Corsicæ & Cypri posuit a parte post. Si vero dicti ipsius intentionis fuisset, seu propositi nationem Anglicanam unam esse cum natione Alemaniæ, *f* duas provincias una cum provinciis Vasconiæ, & aliorum locorum nationis Anglicanæ notoria existentes non divisim cum provinciis aliarum nationum, sed cum provinciis regni Alemaniæ posuisset, prout ex dicta Extravagante, *Statuimus*, clare constat. Nec sequitur per dictam Extravagantem, *Vas electionis*, quod natio Anglicana de natione esset Alemaniæ: quia scribitur immediate post regnum Alemaniæ, ergo esset de natione Alemaniæ; pessima est argumentatio.

Præterea illa Extravagans, *Statuimus*, ad confirmationem illorum sic scribentium non facit: videlicet quod natio Anglicana unam dumtaxat habeat provinciam in Concilio generali, sed ad expressam reprobationem suorum dictorum, notorium est toti Mundo, quod licet in, de, & sub inclyta natione Anglicana regna fuerunt plura antiquitus, & sunt, quodlibet per se longe commodius & solemnius, quam regnum Franciæ per se; attamen substantialiter, præter ducatus, terras, insulas, ac dominia, in numero copioso, sunt regna octo, videlicet Anglia, Scotia, VVallia, quæ tria majorem integrant Britanniam; regnum etiam de mari, *g* & de Hibernia juxta Angliam quatuor regna & notabilis, videlicet Catholicouense, Calense, Moraniæ & *h* Meeechatelniæ, velut in Catalogo Christianorum regum registra Romanæ curiæ, una cum aliis expresse & sigillatim commemorant; principatusque notabilis Joannis principis insularum Orcadum, & aliarum numero circa sexaginta; quæ etiam insulæ sunt æquales, seu majores dicto regno Franciæ. Dicta Extravagans, *Statuimus*, octo provincias in, de, & sub natione Anglicana, sive Britannica notoriæ existentes pro capitolis monachorum nigrorum celebrandis in quatuor limitat provincias, in Hiberniam pro una; Cantuariensem & Eboracensem pro alia; regnum Scotiæ pro tertia; & Burdegalensem, pro quarta.

C

D

E

Ex qua Extravagante probatur clare, quod male, immo (eorum gratia semper salva) minus bene scribunt, sic fundando intentionem scripturæ suæ super illam Extravagantem, *Statuimus*, nationem Anglicanam unam habere provinciam, juxta limitationem dictæ Extravagantis, *i* vigesimam sextam par-

a Ms. non secundandam, & Italiam in cauda ultimo conscripsit.

b Ms. & limitare.

c Ms. Armachanam.

d Ms. Tuamensem.

e Lege, Colocensem.

f Ms. dictas provincias.

g Ms. & in Hibernia.

h Ms. Meeechatesne.

i Ms. trigesimam.

partem dictæ obedientiæ papalis esse; cum in numero sunt decem provinciæ in ea: de quibus sunt obedientiæ nationis Anglicanæ octo superius limitatæ, & de illis in temporalibus septem Rex Angliæ possidet plena pace, & in brevi Dei gratia ceteras possidebit. Habet etiam dicta natio Anglicana centum & decem diœceses, ut inferius recitatur.

In quantum enim scribunt, quod *VVallia Angliæ Regi non obedit, neque prælati & clerus illarum partium esse volunt de natione Anglicana, ut apparet in præsenti Concilio*: Salva protestatione præmissa, respondetur, Quod erubescere possunt tam notoriæ veritati contrarium scribentes: quia tota VVallia Archiepiscopo Cantuariensi in suo primatu in spiritualibus, & serenissimo Regi in temporibus obedit pacifice, & quiete, prout in partibus patet, & in hoc Concilio; cum in inclyta natione Anglicana plures venerabiles Doctores, & ceteri **B** graduati, & clerici de VVallia hic exsistunt. Conformiter etiam patentes minus bene dicunt de Hibernia, quæ quatuor provincias, & sexaginta diœceses spatiosas, & amplas in se continet; quæ provinciæ & diœceses de natione Anglicana indubie & notorie exsistere dignoscuntur.

In quantum enim insuper ponunt, quod suffraganei de regno Scotiæ non sunt, nec esse volunt de natione Anglicana, protestatione præmissa semper salva respondetur, quod de natione Anglicana, alias Britannica notorie sunt, & esse debent; cum nullo modo negare possunt, quin Scotia sit pars Britanniæ, licet non tanta, sicut Anglia, prout notum est toti Orbi, & etiam cum Anglicis eamdem lingam habent. Mirabile etiam est tales litteratos sic scribere velle, Hiberniam, VVallìam, aut etiam Scotiam de natione Anglicana non **C** esse, quia Regi Angliæ non obediunt. Hoc dato, & non concesso, nihil facit ad propositum, quia notorium est, quod nihil refert, an natio quævis uni dumtaxat principi obediat, vel diversis. Nonne in natione Hispanica plus sunt regna, quæ Regi Castellæ principali Hispanorum non obediunt; & tamen non sequitur, quod de natione Hispanica non sunt? Nonne provinciæ Delphinatus, Sabaudia, Burgundia, Lotharingia, & aliæ terræ plures, quæ nihil habent agere cum adversario Franciæ, & tamen in natione Franciæ continentur?

Ad tertium etiam (salva semper, & hic repetita protestatione prius dicta) respondetur, Verum est, quod nec juri, nec rationi consonum est, aliquam comparationem facere inter regna, cum odiosæ sint, & a principe tenebrarum primitus ad- **D** inventæ. In quantum vero sic intelligunt scribentes ex adverso de superioritate & nobilitate regni Franciæ ad regnum Angliæ, sine tamen injuria, seu comparatione cujuiquam loquendo, ut ex adverso scribentibus satisfiat; non minoris antiquitatis, auctoritatisve, quin verius antiquioris & majoris fidei, dignitatis & honoris, seu saltem æqualis in omnibus, regalis etiam potentiæ, clerique & populi multitudine, ac opulentiæ rerum, gloriosum regnum Angliæ divinis favoribus, quam dictum regnum Franciæ dignoscitur prædotatum. A tempore vero secundæ ætatis Mundi illa domus præcellens regalis Angliæ crevit, quæ hucusque continuata realiter exstitit. Domus insuper illa regalis Angliæ inter plures sanctos palmites, quos produxit, qui de facili narrari non poterunt, sanctam Helenam cum suo filio Constantino Magno Imperatore nato in urbe regia Eboracensi educere **E** comperta est. Qui Infidelium terras plures, ac crucem Domini de manibus Infidelium ad Christianorum manus & fidem reduxerunt. Gloriosissimus insuper vir ille primus licentiam dedit per universum orbem suo degentibus imperio, non solum fieri Christianos, sed & fabricandi Ecclesias: & prædia constituit illis tribuenda, dona immensa contulit, & fabricam templi primæ Sedis beati Petri instituit: adeo quod Sedem Imperialem relinqueret, & beato Petro, suisque successoribus pro futuro concederet. Hic etiam ad destructionem hæresum & schismatum primus licentiam dedit Christianis generalia Concilia libere congregare. Hic insuper tantum honoravit Ecclesiam, quod ipsius clericos deos appellavit. Illa domus insuper poten-

A tissimæ regalis Angliæ ab obedientia Romanæ Ecclesiæ nunquam discessit, sed sub ea huc usque christianissime militavit. In ceteris vero prærogativis & donis Dei illius domus gloriosæ ad speciem describenda membranæ plurimæ non sufficerent.

In quantum enim prædicti domini regnum Franciæ exaltare nituntur ad sydera, nolentes illud regno Angliæ in aliquo comparara, propter multiplicationem provinciarum, & diœcesum ejusdem regni Franciæ, scribentes undecim provincias, centum & unam diœceses latas & spatiosas regnum Franciæ continere; Respondetur, quod in re dubia, vel incerta si domini, ut videtur, incredibilia penata dicerent, cum in re tam aperta, & nota toti Mundo tam notorie a vero deviare constes. Constat enim quod regnum Franciæ duas provincias Remensem & Senonensem, & viginti diœ- **B** ceses tantum continet, & regnum solum Angliæ duas provincias latissimas, videlicet Cantuariensem & Eboracensem, & viginti quinque etiam secundum eos diœceses continet. In ditione autem adversarii Franciæ sunt circa sexaginta diœceses, & in ditione Regis Angliæ centum & decem satis. Ecclesia insuper regni Franciæ vix uno legato nato a lege a latere decoratur: sed Ecclesia regni Angliæ duobus legatis natis vices domini Papæ in provinciis sibi decretis degentibus perenniter insignitur. In regno etiam Franciæ quamquam adversarii quatuor Comitatus existere affirmant, quorum quilibet major est regno Angliæ, cujus contrarium verum est; in regno tamen Angliæ præter ducatus, & baronias, plures triginta duobus comitatus satis spatiosi reperti sunt, de quibus quatuor, aut quinque pro toto regno Franciæ; præterquam in hujusmodi verbis su- [Ita etiam MS.] **C** perfluis ad omnia nutu Dei gerenda sufficiunt. Britannia vero prædicta tam ampla & spatiosa est, quod ipsius spatium a parte septentrionali usque ad partes meridianas ejusdem etiam directe incedendo ad octingenta milliaria, quæ quadraginta dictis legalis continent, se extendit, dubium non exsistit; & sic non regnum Franciæ, ut communiter dicitur. In regno etiam Angliæ, præter Cathedrales & collegiatas Ecclesias, monasteria & prioratus, hospitalia, xenodochia & alia pia loca in numero copioso, sunt Ecclesiæ Parochiales honorabiles multum numero ultra quinquaginta duorum millium dotatæ insigniter.

Unde ergo processit hæc opinio dicere illud gratiolum regnum Angliæ Franciæ regno non posse comparari? Si enim diligenter attenderent sic scribentes consideranda in omnibus, potius faterent de **D** regno Angliæ plura regna respectu Franciæ, & de natione Anglicana plures nationes respectu nationi Gallicanæ: salvo tamen in omnibus honore illius inclytæ nationis Gallicanæ.

In scripturis insuper, & aliis documentis pluribus reperitur, quod septem sunt Ecclesiæ Christianitatis principales; quarum prima est Romana Ecclesia, secunda Constantinopolis, tertia Gallicana, quarta Anglicana, quinta Hispanica, sexta Pannonica, & septima Germanica: Certissimum enim est, quod si ad honorem Ecclesiæ Anglicanæ, & dignitatis Pontificalis tenderent, tot diœceses, & provincias limitare & erigere, prout in Francia, & in nonnullis certis partibus per ipsos descriptis eriguntur, & ipsas consimiliter dotare, prout dotantur provinciæ, Episcopatus, & diœceses partium prædictarum; circumstantiis omnibus pensatis, re- **E** gnum Franciæ incomparabiliter non posset tot provincias, & diœceses erigere, decenterque fovere, sicut regnum per se poterit Anglicanum. In quo regno, præter & citra Hiberniam & Scotiam, principatus & insulas plures *a* quadraginta, & ultra ad nationem Anglicanam pertinentes, sunt Parochiales Ecclesiæ, ut prædicitur, numero quinquaginta duorum millium, de quibus ad minus mille Episcopatus omni comparatione & consideratione habita, adeo magni boni, & fertiles & honorifici erigi poterunt, æquales seu majores, quam in regno Franciæ communiter erecti sunt. [*a* MS. *sexaginta & ultra.*]

Item, quantum vero nimis exaltare regnum Franciæ nituntur super regnum Angliæ dicendo, quod attentis nobilitate & excellentia regni Franciæ, & diuturnitate temporis, a quo recepit fidem Christi,

Respon-

ANNO CHRISTI 1417.

Respondetur primo & quando regnum Franciæ, & qualiter in regno Angliæ fides Christi continue stetit hucusque: quamquam temporum intervallis infidelium sævientium grandinosa tempestas ipsum regnum sic impleverit, quod fidem Christi ibidem pro parte extinguere conata est, non utique sic scripsissent. Statim enim cum post passionem, Joseph ab Arimathia nobilis decurio, qui Christum de cruce deposuit, cum duodecim sociis vineam Domini de mane colendam, Angliam videlicet ingressus est, & populos ad fidem convertit. Quibus Rex duodecim hidas terræ *a* in diœcesi Bachonensi pro victu assignavit; qui in monasterio Blaiconiensi Bachoniensis diœcesis, ut scribitur, famulantur. Super quibus duodecim hidis prædictis dictum monasterium antiquitus dotatum dignoscitur. Sed regnum Franciæ tempore sancti Dionysii, & ejus ministerio fidem Christi recepit. Regnum insuper Angliæ (laudetur Altissimus) ab obedientia Romanæ Ecclesiæ nunquam discessit, nec tunicam Domini inconsutilem scindere, nec umquam Romani Pontificis illudere obedientiam conatum est.

a MS. *&* *diœcesi Co-bonensem*.

Satis etiam constat secundum Albertum magnum, & Bartholomæum de proprietatibus rerum, quod toto Mundo in tres partes diviso, videlicet Asiam, Africam & Europam, Europa in quatuor dividitur regna. Primum videlicet Romanum, secundum Constantinopolitanum, tertium regnum Hiberniæ, quod jam translatum est in Anglicos, & quartum regnum Hispaniæ. Ex quo patet quod Rex Angliæ, & regnum suum sunt de eminentioribus, antiquioribus regibus & regnis totius Europæ: quam prærogativam regnum Franciæ non fertur obtinere. Unde ergo processit hæc inæqualitas regni Franciæ ad regnum Angliæ comparati? Unde audent domini sic scribentes scribere regnum Franciæ sex, & plures quotas portiones fatera ad regnum Angliæ? Æstimatur enim, quod sicut nonnulli eisdem faventes pro singulari gloria in mappa-mundi civitatem Parisiensem plus occupare de loco, quam totum regnum Angliæ, sicut videtur, præsumere vellent scribentes inæqualitatem inter regna prædicta in terræ continentia, & certis qualitatibus; cujus contrarium verum est, ut supra dictum est.

Ad hoc etiam quod scribere non verentur, quod nec juri, nec rationi consonum est, æquiparare nationem Gallicanam generaliter sumptam nationi Anglicanæ, attentis per ipsos pluribus sæpius recitatis; Dicimus (salva protestatione præmissa) non modicum mirandum, quod ii nationem inclytam sic abhorrent Anglicanam, nolentes Gallicæ comparari. Nonne has duas nationes æquiparant jura, rationes, & scripta plura? Omnia enim necessaria ad esse nationis auctorizabilis quartam aut quintam partem obedientiæ papalis, sicut natio Anglicana, sive sumatur natio ut gens secundum cognationem & collectionem ab alia distincta, sive secundum diversitatem linguarum, quæ maximam & verissimam probant nationem, & ipsius essentiam, jure divino pariter & humano, ut infra dicetur; sive etiam sumatur natio pro provincia æquali, etiam nationi Gallicanæ, sicut sumi deberet; una est de quatuor, sive de quinque nationibus, ex quibus obedientia papalis exsistit, natio inclyta Anglicana, alias Britannica; & tanti vigoris, & auctoritatis est (absque tamen comparatione, vel injuria cujusquam loquendo) id est, natio Anglicana, provinciæ, id est, nationi Franciæ, sive Gallicanæ comparatur. Ordinatur enim in jura, quod in Romana curia, Parisiensi, Oxoniensi, *b* Panoniensi & Salmanticensi studiis scholæ erunt sub tribus generibus linguarum. Ubi dicit Glossa, quod ordo ista descriptus in textu procedit non ordinem studiorum, sed ex gratificatione provinciarum, id est, nationum, *c* secundum Joan. & alios. Ex quibus textu & Glossa, & aliis liquet, quod Italia ponitur pro una provincia, id est, natione: Francia pro alia; Anglia &c. pro alia; & regnum Hispaniæ pro alia. Ex qua gratificatione & ordine Concilii generalis, Anglicanæ, alias Britannicæ pro unica, id est, natione, jus semper, & ab antiquo debitum & approbatum, & continuatum exsistit. Consor-

b MS. *Bononiensi*.

c MS. *secundum Joannem Andreæ & alios*.

Similiter scribit *d* Cadonnensis Episcopus Caroli Regis Francorum, in tractatu suo sedando schismate, parte septima, sic dicens: *Jam claret lata Christi hæreditas; plurimos fideles filios habet per Italiam, Alemanniam, Franciam, Angliam, & Hispaniam, & breviter in omnem terram unitas cognoscitur.* Ex quo patet quod obedientia Romanæ Ecclesiæ in iis quinque provinciis, id est, nationibus exsistere dignoscitur. Item sanctus Bernardus in Epistola 254. Hildeberto Turonensi Archiepiscopo scribit, circa medium dicens: *Numquid non omnes Principes cognoverant, quod ipse verus est Dei electus Francorum, Anglorum, & Hispanorum?* Quarum nationum ordinem positio & parificatio essentiam illarum quarumlibet præsupponit; quia rerum non exsistentium ordo dari nequit: & non entis non sunt species, neque differentiæ, sed entis damnaB xat. Ubi enim natio Anglicana habet pro majori parte unam linguam vulgariter intelligibilem, in toto saltem vel in parte nationis omnem per circuitum; natio tamen Anglicana, alias Britannica, in, de, & sub se quinque linguas habet, videlicet nationes, quarum una aliam non intelligit, videlicet Anglicanam, quam Anglici & Scoti conformem habent, VVallicanam & Hybernicam, Vasconicam & *e* Corimbricam: & sic cum omni jure repræsentare potest nationes, quot linguas distinctas habet. Fortissimo *f* enim jure unam nationem principalem, quartam aut quintam partem obedientiæ papalis in Concilio generali & aliis locis repræsentare debet: præsertim cum æqualitatem habeat in quantitate & qualitate, tam in terrarum amplitudine, regnis, ducatibus, comitatibus, baroniis, & aliis dominiis temporalibus, quam C etiam cathedralium, monasteriorum, collegiatorum, & Ecclesiarum parochialium excellentia, & multitudine, & aliis, in seipsa natio Anglicana, alias Britannica, absque injuria loquendo, sicut habet per se natio Gallicana.

d MS. *Condomiensis Episcopus Carolo regi*, &c. *Hujus nomen est Arnaldus Alemandus, in illo ms. tractatu*.

e MS. *Cornubicam*.

f MS. *etiam*

Præterea in, de, & sub natione Anglicana, alias Britannica, sunt octo provinciæ, & centum & decem diœceses, sive Ecclesiæ cathedrales, & ultra, & in tota natione Gallicana sunt vix centum & decem. Comparatione igitur habita de provinciis ad provincias, de diœcesibus ad diœceses unius nationis, & alterius, liquebit satis quod provinciæ & diœceses cum monasteriis, & Cathedralibus Ecclesiis, & Parochialibus, nationis Anglicanæ & Britannicæ, provincias & diœceses nationis Gallicanæ, etsi secundum nos non excedant, salva tamen comparatione, merito adæD quantur.

Prætermittendum non est advertere quomodo ad inæqualitatem nationum laborant ii scribentes, qui cum natione Anglicana, alias Britannica, & Germanica simul conjunctis, æqualem scribunt, & concludunt nationem Gallicanam vocem & auctoritatem in Conciliis generalibus habere. Quæ duæ nationes Anglicana & Germanica dimidiam partem obedientiæ papalis continent in effectu. In quantum etiam nituntur ii scribentes nationem Anglicanam, alias Britannicam, propter sui exiguitatem impugnare; a fortiori ratione inducant nationem Gallicanam propter sui exiguitatem minime posse nationi Italicæ comparari; cum natio Gallicana habeat in se secundum eos solum centum triginta quinque diœceses, & natio Italica trecenta & tredecim diœceses. Ex quo patet, E quod potius natio Gallicana per Italiam, quod Anglicana per Galliam, in Concilio generali privari debeat voce sua.

In quantum etiam ii scribentes, nisi sunt totam obedientiam papalem in quatuor partes sive nationes dividere principales; non utique in iis quatuor, quas ipsi intendunt, videlicet Italicam, Gallicanam, Hispanicam & Germanicam, dividi deberet; sed sicut secundum Albertum magnum Europa dividitur in quatuor partes, sive regna principalia, ut superius dicitur; sic oportet totam obedientiam papalem, quæ in Europa continetur, in quatuor plagas sive nationes dividi principales: videlicet in Orientalem Ecclesiam, Occidentalem, Aquilonarem, & Meridionalem. Orientalis vero plaga, sive Ecclesia Christianitatis obedientiæ pa-

pa-

ANNO CHRISTI 1417.

ralis in Europa est Hungaria, Bohemia, Polonia, & Alemania; Occidentalis etiam pars, sive Ecclesia est Francia, sive Hispania; Aquilonaris, sive septentrionalis pars sive Ecclesia totius Europæ est Anglia, VVallia, Scotia & Hybernia cum earum insulis, Dacia, Svecia, Norvegia; Meridionalis est Italia, & si qui Græci sunt de obedientia nostra, puta Cyprii, & Cretenses in Candia. Sicuti enim dividendo obedientiam papalem prout magis naturale est, Anglia in, de, nec sub natione Alemaniæ est. In has enim quatuor partes sive nationes secundum quid permanens & interminabile dirin nationum permanet, *a* super eadem in Conciliis futuris perpetuo: & ita convenientius est obedientiam papalem per has quatuor partes dividi, quam secundum idiomata, quæ plura sunt quam quatuor; sive regna, vel dominia, quæ plura sunt quam quatuor; vel secundum quid aliud mutabile secundum excellentia regnorum in divitiis & potentia, quæ augeri possunt; vel secundum diversas constellationes & politias diminui totaliter vel extingui. Quia enim denominatio nationum a certis regnis est odiosa aliis regnis, quia præjudicialis & ambitiosa, ut puta, quod illi debeant denominari a Francis, seu Gallicis, qui nec Franci, nec Gallici sunt, neque sub illis existunt, & sic de aliis nationibus; ideoque ad hæc odiosa removendum non est aliquid tam debitum, sicut divisio ista per quatuor plagas Europæ. Itaque si denominaretur natio sive Ecclesia Occidentalis obedientiæ papalis, tunc sine præjudicio alicujus regni, terræ, vel dominii, *b* est divisio permanens semper eadem, immobilis, & tam necessaria, quod Gallici & Hispanici sunt inevitabiliter Occidentales, sive repræsentantes Ecclesiam Occidentalem in Europa, nec possunt esse alibi quam ibi. Conformiter Anglici, VVallidi, Hybernici cum insulis, & Scoti, Daci, Sveci & Norvegi necessario sunt Aquilonares, & Ecclesiam Aquilonarem repræsentantes totius Europæ. Hungari, Bohemi, Poloni & Alemani Orientales, & Orientalem Ecclesiam repræsentantes. Italici, Cyprii, & Cretenses meridionales sunt, & Ecclesiam meridionalem repræsentantes in Europa. Hæc enim divisio secundum quatuor plagas terræ videtur olim servata fuisse in Conciliis prioribus, & aliis locis, prout in multis passibus scripturæ fit mentio de Ecclesia Orientali & Occidentali: & qua ratione admittuntur illæ denominationes, eadem ratione & istæ denominationes, videlicet Ecclesia Aquilonaris & Meridionalis; & sic per istam congruentem omni jure permanentem naturalem & invariabilem divisionem nationum secundum quatuor plagas terræ Europæ, sive quatuor Ecclesias principales ejusdem, naturaliter, inevitabiliter, necessarios & immutabiliter fuit, est, & erit natio Anglicana, alias Britannica, sive Aquilonaris præfata quarta pars, & una de quatuor nationibus principalibus obedientiæ papalis in Europa.

a Ms. *super eadem Ecclesia*;

b Ms. *est hæc divisio*,

Ad hoc vero quod Joannes Campani in provocatione sive appellatione prætensis & frivolis inseruit inter cetera, quod aliqui domini Anglici nisi sunt ab auctoritate in Concilio repellere viginti duos reverendissimos in Christo patres & dominos S. R. E. Cardinales, & ipsos, qui non fuerunt, nec sunt tot, nec dignitate, nec numero, constituere quartam partem, aut quintam Concilii generalis. Ex quibus per ipsum Joannem recitatis apparet manifeste, quod tam pauci in numero Regni Angliæ, videlicet viginti quatuor personæ, constituerunt sibi nationem unam, quam vocarunt & vocari fecerunt & faciunt nationem Angliæ, *&c.* Respondetur quod duo directe veritati contraria scribit iste Joannes. Quantum ad primum verissimum est, quod nunquam fuit, est, nec erit intentionis aliquorum dominorum de natione Anglicana, reverendissimos dominos Cardinales ab auctoritate de jure eis competente in Concilio, vel alibi repellere; sed eos cum omni reverentia, eo honore tractare, sicut hactenus factum. Videtur tamen quod domini Cardinales suis vocibus duntaxat dandis in nationibus suis, quarum sunt suppositi, merito debeant contentari. Quantum ad secundum, sicut jus collegii, vel universitatis in una persona, vel duabus personis residere noscitur; sic A in una, vel duabus personis jus integræ nationis in Concilio generali remanere poterit & debebit, quod non solum suspio, te aliis innumerabiles personas repræsentant. Et quatenus propter nimiam locorum distantiam, viarumque discrimina, natio Anglicana sicut aliæ nationes, quæ in proximis sunt, respectu ad illam, in tanta copia personarum ad Concilium generale venire de facile non poterunt; in hoc tamen Concilio præsentes fuerunt & sunt de natione inclyta Anglicana (laudetur Altissimus) decem Episcopi, duo electi, duo protonotarii, septem abbates, & unus prior solemnis Ecclesiæ cathedralis, in theologia sexdecim magistri, in jure canonico & civili undecim doctores, in theologiæ artibus & utroque jure alii graduati vigintiquinque & citra. Et præter istos sunt Ecclesiasticæ personæ, Procuratores prælatorum, & B capellaniarum Ecclesiarum cathedralium nationis prædictæ sexaginta, & ultra, & alii inferiores literati ultra numerum centum.

ANNO CHRITSI 1417.

Ex quibus & aliis patet evidenter, quod supplicatio & requisitio dictorum Ambaxiatorum oratorum Regis Franciæ tria membra disjunctim continentes superius recitatæ, tanquam frivolæ, frustratoriæ, minus veræ, ac unionis universalis Ecclesiæ turbativæ de medio tollendæ sunt. Prima quia natio Anglicana, adveniente natione Hispanica, cessare non debet; cum non sit pars Alemaniæ, ut superius dicitur, nec dicta natio Anglicana hucusque divisa fuit a natione Alemaniæ, quia numquam una natio fuerunt. Nam sicut privatio habitum, sic omnis divisio unitatem primam in talibus præsupponit; nec permissum fuit ex certa causa dissimulative, ut prætendunt sic scribentes, C quod natio Anglicana esset natio usque ad adventum Hispanorum, saltem permissione alicujus nationis, quia par in parem non habet imperium, nec major in majorem; sed eadem permissione divina, qua aliæ permittuntur fieri & esse nationes, permissum fuit, aut esset natio Anglicana, sicut & alia natio quæcumque existens in Concilio: nec ideo fient distinctiones nationum prout illi requirunt, cum sit via ad schismatis nutrimentum; nec concedenda est requisitio tertia, videlicet quod reditur ad jus commune & antiquum, videlicet ad scrutinium secundum numerum, & capita prælatorum. Ad quod deducendum ad effectum, ut a sapientibus creditur, principaliter laborant. Nam considerata mente jurium antiquorum, utilitateque hominum, & temporis pœnitentis, quibus jura conveniunt, & secundum eorum varietates, variare D debent & jura; exemplo Dei, qui nonnulla, quæ edidit in veteri testamento, mutavit in novo, melius, utilius & rationalibus est Concilia generalia per nationes, quam per scrutinium dirigi. Generalia enim Concilia diversis modis, ut legitur celebrata fuere, nunc uno, nunc alio. In quibusdam vero Conciliis processum licet fuerit per votorum scrutinium, attento quod jura erant justa, rationabilia, communia & possibilia omnibus: his diebus præsertim rationabile non videtur, quod numerositas unius plagæ prælatorum ad modicissimas diœceses & titulos, ut alios superaret in Conciliis, assumptorum, omnes Mundi partes diversos modos videndi & usus habentes, reducerent in Conciliis suæ voluntati. Cujus rei, & aliorum consimilium observantia schisma, prout fertur, Græcorum causavit, Ecclesiamque Dei ad statum stabi- E le in quo resides, jam deduxit, ex quibus legis diffinitio destructa foret, & observantia politiæ. Nihil enim tam firmum est, quam quod omnium consensu statutum est. Aliter leges condere, est fructus in arbore privata radicibus reperire; quia leges instituuntur, cum promulgantur; sed firmantur, cum consensu approbantur utentium. Omnia suis debent concurrere temporibus; quia jura ex causa, loco, tempore & persona consideranda sunt. Quorum modi quando medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli judicando impinguntur; cum ante judicant, quam intelligunt; ante inculpant, quam iterato lecta perquirunt. Ait enim Hieronymus: *Necesse est ut juxta diversitates locorum, temporum, & hominum, quibus scripta sunt, c diversa argumenta, & origines habeant.* Joannes enim

c Ms. *diversas causas, argumenta, &c.*

enim evangelista in Apocalypsi suæ septem scribens Ecclesiis, in una quaque earum vel specialia reprehendit, vel virtutes probat. Ita Doctor egregius gentium per singulas Ecclesias vulneribus medetur illatis, nec instar imperiti medici uno collyrio oculos omnium vult sanare. Nam sic in Ecclesia agendum est, ut mederi possit hoc tempore vulneribus illatis. Procedere ergo per nationes juxta decretum & usum Concilii magis appropriatur, & videtur via Spiritus Sancti, quam procedere per scrutinium; quæ via scrutinii magis est intricabilis, periculosa & anfractibus involuta. Legitur in libro Numerorum, quod quando Dominus præcepit Moysi, ut mitteret viros de singulis tribubus ad considerandum terram Chanaan, quam Dominus daturus fuerat illis; ille de una quaque tribu unum tantum misit ad considerandum terram illam; non obstante quod plura capita erant in una tribu, quam in alia.

Item, jure canonico in præsentatione plurium patronorum, quæ electio nominatur, voces dabantur per stirpes, & non per capita, licet plures fuerint de una stirpe, quam de alia. Item, jure civili successio ex inæqualibus partibus æqualiter transit in hæredes. Item, statutis & usibus universitatum quamplurium & civitatum, in arduis decidendis consideratur numerus facultatum, sive nationum; & non personarum numerus earumdem. Sic conformiter nationes in Concilio æqualiter considerandæ, & æquale jus habet quælibet natio, licet plura sint supposita in una, quam in alia, cum non seipsos tantum, sed alios innumerabiles repræsentent, prout superius est deductum.

Ex præmissis igitur, & aliis quampluribus scripturis authenticis, clare constat, & constare potuit luculenter, quod natio inclyta Anglicana, alias Britannica, tam ratione pluralitatis sedium episcopalium, ecclesiarumque collegiatarum & parochialium, necnon monasteriorum, prioratuum, & aliorum priorum locorum, quam etiam præeminentiæ, dignitatis, honoris, & amplitudinis regnorum, & aliorum dominiorum, multitudinisque numerosæ cleri, & populi existentium in eadem, merito repræsentare debeat, & habere in Concilio generali tantæ auctoritatis vocem, sicut quælibet alia natio: hujusque auctoritatis vocem in quibusdam Conciliis præteritis, in quibus interesset, repræsentavit, prout de jure repræsentare & habere debuerit, atque debet, sive per nationem, sive alio modo processum fuerit in eisdem; sicut etiam repræsentavit, & habuit, repræsentat & habet in hoc sacro Concilio Constantiensi, & singulis actis, sive gerendis in eodem, ac aliis generalibus futuris Conciliis per Dei gratiam repræsentare, & habere intendit; non obstantibus quibuscumque protestationibus, provocationibus, & appellationibus frivolis & ineptis per Ambaxiatores, & procuratores se dicentes adversarios Franciæ, factis, & interpositis. Propter quod omnes & singuli protestantes, provocantes, & appellantes etiam in impedimentum Concilii, ac eorum adhærentes, & fautores, tanquam turbatores sanctæ unionis sanctæ matris Ecclesiæ, juxta præsentis Concilii constitutiones & decreta, ac alias legitimas sanctiones, omnino puniri debeant, & maxime in exemplum aliorum: cum ordinem procedendi in Concilio generali datum & observatum de consensu in eodem existentium tacito, vel expresso, nullus in Mundo princeps, qui interrumpere potesit, vel mutare, absque nota perturbationis, & impeditionis sanctæ Synodi, ac gestorum, & gerendorum in eadem; cum in hoc casu princeps quisquam nullum omnino habeat aut prætendere poterit quomodolibet interesse.

Et quia pro unione in Ecclesia Dei, ipso favente, facienda, exstirpatione hæresum, & errorum, necnon reformatione Ecclesiæ in capite, & in membris per dictum illustrissimum dominum nostrum Regem, & Ecclesiam Anglicanam, alias Britannicam, solummodo, & non pro aliis missi sumus; protestamur, & ex superabundanti palam & publice in his scriptis, quod propter provocationem, & appellationem, seu protestationes adversariorum, quas notorie inanes & frivolas manifeste reputamus, ac aliqua per dicta, vel dicenda, posita vel proponenda de ante super statu nationis Anglicanæ, alias Britannicæ, seu ejus jure, quod Conciliis generalibus habere debet ex juris possessione, vel quasi, quæ omnia, & singula penes nos indubitata habemus, judicium cum quoquam, & præsertim cum præfatis Ambaxiatoribus principalis adversarii Franciæ, qui nullum in hac parte interesse habet, vel de jure habere potest, nullo modo subire intendimus, nec super iis tanquam notoriis, & manifestis aliqualiter disceptare. Protestamur insuper de addendo, diminuendo, declarando, mutando, corrigendo, interpretando, & emendando in omnibus & singulis præmissis, prout opus fuerit, locis & temporibus opportunis.

SESSIO XXXII.

Ex prima editione.

ANno & indictione quibus supra, die vero Jovis prima mensis Aprilis, Constantiæ in Ecclesia majori in loco sessionis solito prælatis existentibus in pluvialibus & cum mitris, fuit generalis hujus sanctæ Synodi Constantiensis sessio celebrata: pro cujus introitu reverendissimus pater dominus Joannes Patriarcha Antiochenus Missam de beata Virgine celebravit. Reverendissimus vero pater dominus Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius, indutus pontificalibus, hujusmodi sessioni præsedit. Ac demum litaniis & orationibus consuetis cum debita solemnitate completis, instantibus promotoribus Concilii, fuit accusata contumacia Petri de Luna per dominum advocatum. Et juxta petitionem ipsius dictus dominus Joannes Episcopus Ostiensis hujusmodi sessioni præsidens, nomine Concilii deputavit reverendissimos patres dominos Odonem de Columna, & Lucidum de Comitibus, diaconos Cardinales tunc in ordine Cardinalium postremos, reverendosque patres Feltrensem & Mersburgensem Episcopos: quibus dedit in mandatis, ut ipsi una cum protonotariis & notariis atque scribis hujus causæ, cum cursore Sedis Apostolicæ, dictum Petrum de Luna ad valvas Ecclesiæ juxta mores antiquos vocarent, & ipsi Synodo vocationem referrent. Qui quidem domini deputati, una cum Jacobo Rhodiut & Thoma Poltoni protonotariis Apostolicæ Sedis & hujusmodi causæ notariis, ac Francisco de Mediolano Apostolicæ Sedis cursore, locum sessionis exeuntes, accesserunt ad valvas ejusdem Ecclesiæ. Et præfatus Franciscus cursor ipsum Petrum de Luna alta voce vocavit sub his verbis: Estne hic dominus Petrus de Luna, Benedictus decimustertius in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo qui compareat, responsurus, coram sacro Concilio in causa schismatis & hæresis contra ipsum mota? Cumque nec ipse, nec aliquis pro eo comparuisset, aut responsum dedisset, dicta vocatione trina vice facta, ipsius Synodi promotores, & una cum eis Benedictus de Guildulotis de Perusio, cameræ Apostolicæ clericus, nomine hujus sanctæ Synodi super hujusmodi vocatione & non comparitione, & non responsione, petierunt instrumentum & instrumenta.

a Ms. de Gundelatis.

Quibus sic peractis, Cardinalis de Columna unus ex deputatis præmissis, commissionem eis factam a dicto Concilio adimplevisse, dictumque Petrum de Luna modo præmisso per cursorem trina vice vocasse, nec ipsum Petrum, vel aliquem pro eo ibidem comparuisse, aut responsum dedisse, dictæ sanctæ Synodo retulit: & deinde Franciscus de Mediolano cursor præfatus de præmissa vocatione fecit relationem. His sic peractis, dominus Ardecinus advocatus prædictus vocationem & relationem hujusmodi petiit inter acta hujusmodi causæ registrari. Et deinceps reproducta bulla citationis, alias contra ipsum Petrum de Luna decreta & executa; dominus Bernardus de Planchea, unus de executoribus dictæ citationis per Concilium deputatis, de his quæ circa sæpe dictæ citationis executionem fecisset, fecit relationem: dicens in effectu, quod ab ipso Concilio receperant ipse & collegæ sui in mandatis, ut Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum citarent juxta formam & tenorem litterarum citatoriarum. Quas quidem litteras citatorias jam de novo factas, & in scriptis reproduxit: adjungens, quod nuper vigore illarum lit-

litterarum ipſe & egregius vir Lambertus de Stipito ſuus collega ad caſtrum Paniſcolæ Dartuſenſis diœceſis acceſſerunt, & eumdem dominum Benedictum decimumtertium, a ſibi obedientibus ſic nominatum, perſonaliter apprehenſum, præſentibus pluribus ſuis Cardinalibus & aliis prælatis, ac omnium multitudine copioſa, ſecundum formam & tenorem litterarum citatoriarum ad perſonam ſuam citarunt, eaſdem de verbo ad verbum in ſua præſentia legerunt, ipſaſque & contenta in eiſdem exſecutioni demandarunt, prout in quodam exſecutionis inſtrumento publico etiam die relationis alias per eum & ſuos collegas factæ exhibito, dixit plenius contineri: quod inſtrumentum iterum facto reproduxit, & de poſt publice idem exſecutionis inſtrumentum fuit lectum, & ſufficienter per teſtes recognitum. Quæ omnia præmiſſa dominus Ardecinus advocatus petiit inter acta regiſtrari, & præfati Petri de Luna ſic (ut præmittitur) citati contumaciam accuſavit. Ipſumque, quoniam nec in primo termino, qui erat octava die Martii, nec etiam in præſenti termino comparuit, contumacem reputari, & in cauſa hujuſmodi ad ulteriora procedi per ipſam Synodum, inſtantiſſime poſtulavit. Iſtis ſucceſſive (ut præmittitur) factis, reverendiſſimus pater dominus Joannes Epiſcopus Oſtienſis hujuſmodi ſeſſionis præſidens fecit legi quoddam decretum per reverendum patrem dominum Stephanum Epiſcopum Dolenſem tenoris ſequentis:

Hæc ſacroſancta Synodus, auditis & conſideratis relatis, propoſitis, productis & petitis, præfatum Benedictum ſic in ſua obedientia nuncupatum, legitime citatum, vocatum & exſpectatum, non comparentem, & qui in octava Martii, ad quam etiam citatus extiterat, non comparuit, pronunciat, reputat & declarat contumacem: decernitque in ejus contumaciam, ejus abſentia Dei repleta præſentia non obſtante, fore in cauſa hujuſmodi ulterius etiam uſque ad definitivam ſententiam incluſive procedendum. Volens autem in eadem cauſa mature & cum ſumma gravitate procedere, committit dilectiſſimis Eccleſiæ filiis Guillelmo tituli ſancti Marci presbytero, & Franciſco tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, atque Joanni electo Patriarchæ Conſtantinopolitano; necnon venerabilibus fratribus Roberto Sareſburienſi, Joanni Lichfeldenſi, & Stephano Dolenſi, Epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filiis Guillelmo Palermopolis, Franciæ; Joanni de a Vodemutis, Generali ordinis Prædicatorum, in obedientia Petri de Luna, Benedicti decimitertii nuncupati in ſua obedientia, magiſtris in ſacra pagina; Michaeli de Navers utriuſque juris, Arragonum; & Joanni de Lodena, Legum, Navarræ regum illuſtrium oratoribus; Jacobo electo Parmenſi, Hermanno de Dwerk, ſedis Apoſtolicæ protonotario, Roberto abbati Cluniacenſi, Nicolao VVerdis utriuſque juris, Petro Nardi, Henrico Flecke, decretorum, Sedis Apoſtolicæ capellanis, & auditoribus cauſarum palatii Apoſtolici, & Joanni VVellis, decretorum doctoribus; quatenus ipſi vel eorum major pars examinent articulos, quos offerri contigerit, coram dicta Synodo, vel coram dictis commiſſariis; & eis examinatis, ſuper illis qui ipſis vel eorum majori parti admittendi videbuntur, de quorum articulorum receptione & eorumdem admiſſione præfata Synodus dictis commiſſariis, vel eorum majori parti, plenam confert & committit poteſtatem. Ipſi autem duo ex eis ad minus ſuper articulis prædictis, & aliis offerendis, & eorum veritate & notorietate teſtes & alia probationum genera recipiant, jurarique faciant, & examinent diligenter: ita quod occupantium conditio melior non exiſtat, neque per aliquorum inchoationem alterum derogetur poteſtati; ſed duobus aut pluribus negotium hujuſmodi examinationis & receptionis teſtium inchoantibus, ceteri & quilibet duo, ſive bini ex illis, etiam ſeorſum & ſeparatim, ac eodem vel diverſis temporibus teſtes & alia probationum genera etiam ſuper articulis & aliis inchoatis recipere, examinare, ac mandatum hujuſmodi valeant exſequi; teſtiumque atteſtationes & probationes alias, velorum effectum eidem ſacræ Synodo fideliter referant; ut exinde eadem ſancta Synodus ſuper præmiſſis procedat, decernat & judicet, prout ſecundum Deum, juſtitiam & æquitatem, fuerit faciendum.

Mandat inſuper & committit eadem ſancta Synodus præfatis commiſſariis, & duobus, ut præmittitur, ex illis, quatenus ad dies, horas & loca opportuna eumdem Benedictum, ſicut præmittitur, nominatum, citent & citari faciant peremptorie publice coram ipſis in locis prædictis, ad videndum etiam recipi, produci, jurare teſtes & alia probationum genera in cauſa hujuſmodi, quatenus opus erit, cum poteſtate citandi & cogendi teſtes præfatos quoſcumque, ſi qui forſan a dicta depoſitione ſe ſubtraxerint.

Proteſtatur etiam eadem ſancta Synodus, quod per quoſcumque actus, ordinem ſeu terminos judiciarios ſervatos vel ſervandos in hac cauſa, formæ proceſſus, quæ de jure ſervanda eſt, aut ſervari ſufficit in notariis, renunciare non intendit, neque ad ſervandum judiciorum ordinem ſe obſervare adſtringit quovis modo. Qua ſchedula lecta, reverendiſſimus pater dominus Oſtienſis præſidens, nomine hujus ſanctæ Synodi ſuper dicta ſchedula & contentis in ea reſpondit per verbum, Placet.

Ex collectione Barberiana, & tribus mſſ. Germanicis.

Fuit celebrata ſeſſio XXXII. cum Miſſa, & ſolemnitatibus conſuetis.

ANno, & indictione quibus ſupra, die vero Jovis prima menſis Aprilis, hora octava poſt mediam noctem, Conſtantiæ in Eccleſia majori in loco ſeſſionis ſolitæ, fuit generalis hujus ſanctæ Synodi ſeſſio debitis ſolemnitatibus adhibitis tenta & celebrata. Pro cujus ſeſſionis introitu reverendiſſimus in Chriſto pater, dominus Joannes Patriarcha Antiochenus Miſſam de beata Virgine devote celebravit. Poſt cujus celebrationem, reverendiſſimi, reverendique patres, domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, &c. mitras capitibus, &c. Reverendiſſimuſque in Chriſto pater, & dominus, dominus Joannes Epiſcopus Oſtienſis, &c. hujuſmodi ſeſſioni præſedit. Deinde orationibus, &c. *ut ſupra*: collationeque per reverendiſſimum patrem dominum Raguſinum dictæ Eccleſiæ cardinalem, facta, & finita, ſæpedictus dominus Ardecinus advocatus, una cum magiſtris Henrico de Piro, & Joanne de Scribanis, promotoribus & procuratoribus inſtantibus, inſtigantibus & requirentibus, dominus Ardecinus advocatus proponens qualiter ipſa ſancta Synodus prædicta alias in cauſa hujuſmodi certam citationem contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in ſua obedientia nuncupatum decreviſſet; qua utique citatione idem dominus Petrus de Luna apprehenſus eſſet, & perſonaliter coram ipſa ſancta Synodo compareret, & alia faceret, prout in dicta bulla citationis latius continetur. Quodque hujuſmodi citationis & comparitionis terminus in præſentem caderet diem, quæ eſt prima menſis Aprilis. Quare hujuſmodi executionis in propria perſona factæ inſtrumentum facto & in ſcriptis, prout ſuperius eſt apud hujuſmodi cauſæ acta regiſtratum, exhibuit, & produxit.

Et nihilominus dicti domini Petri de Luna non comparentis contumaciam accuſavit, ipſumque contumacem reputari, ad duos Cardinales S. R. E. duos Epiſcopos, duoſque Sedis Apoſtolicæ protonotarios ad vocandum dictum Petrum de Luna juxta mores antiquos ad valvas Eccleſiarum, una cum dictæ & hujuſmodi cauſæ notariis, & curſore dictæ ſedis, deputari per ſanctam Synodum præfatam inſtanter poſtulavit.

Qua petitione & requiſitione factis, dominus Joannes Epiſcopus Oſtienſis hujuſmodi ſeſſioni præſidens, nomine dictæ ſanctæ Synodi deputavit reverendiſſimos in Chriſto patres & dominos Odonem de Columna, & Lucidum de Comitibus diaconos Cardinales; tunc in ordine Cardinalium poſtremos, cum dominus Cardinalis Florentinus non eſſet præſens, reverendoſque patres dominos b Feltenſem & Merſburgenſem Epiſcopos: dediſque eis in mandatis, ut ipſi una cum dominis protonotariis, & notariis atque ſcribis hujus cauſæ, & dictæ Synodi, & præcone, ſeu Sedis Apoſtolicæ curſore, dictum do-

a Mſ. Vodemutis.

b Mſ. Febrenſem.

dominum Petrum de Luna ad valvas Ecclesiæ juxta mores antiquos vocarent, & ipsi sanctæ Synodo vocationem referrent.

Qui quidem domini Cardinales & Episcopi una cum reverendis patribus & dominis Jacobo Radini, ac Thoma Polton Sedis Apostolicæ protonotariis, & cum præsentis causa notariis, & scribis, ac Francisco de Mediolano Apostolicæ Sedis cursore, locum sessionis solita exiverunt, ad valvas ejusdem majoris Ecclesiæ accedentes, per organum dicti Francisci cursoris, publice & alta voce trina vice dictum dominum Petrum de Luna vocaverunt, sub his verbis, videlicet: Est hic dominus Petrus de „ Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nominatus vel alius pro eo, qui compareat responsurus coram sacro Concilio in causa schismatis, & „ hæresis contra ipsum mota? Cumque ipse Petrus de Luna, nec aliquis pro eo comparuisset, & verbum responsivum dedisset, magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, procuratores prædicti, egregiusque vir dominus Benedictus de Guldoletis de Perusio cameræ Apostolicæ clericus, nominibus hujus sacræ Synodi, & cameræ Apostolicæ prædictarum, super hujusmodi vocatione trina vice facta, non comparitione, & non responsione, a nobis præsentis causæ notariis atque scribis sibi unum, vel plura, publicum, & publica fieri petierunt instrumenta. Præsentibus ibidem, videntibus, & audientibus honorandis & discretis viris magistro Guillelmo a Haberti artium, & medicinæ magistro, Simone Northovv in decretis baccallario, Norvicensis diœcesis; Bertrando de Stella clerico Convenerum diœcesis, & aliis testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Quibus sic factis, domini Cardinales, Episcopi, & protonotarii una cum notariis & cursore prædictis, locum sessionis prædictæ reversi introjerunt, & ad loca ipsorum solita se posuerunt. Tunc dominus Cardinalis de Columna de consensu suorum collegarum, ut præfertur, deputatorum, commissionem eis a dicto Concilio factam adimplevisse, dictumque Petrum de Luna modo præmisso per cursorem trina vice vocasse, nec ipsum dominum Petrum de Luna, vel aliquem pro eo ibidem comparuisse, aut responsum dedisse huic sacro Concilio duxit referendum. Deinde dictus Franciscus de Mediolano cursor præfatus de præmissa vocatione per eum facta fecit relationem.

His sic peractis, dominus Ardecinus advocatus prædictus illam vocationem & relationem, ut præfertur, factas inter acta hujusmodi causæ & sacri Concilii petiit registrari. Et ad probandum citationem decretam contra dominum Petrum de Luna bullam citationis, sive litteras bullæ plumbeæ ipsius sanctæ Synodi, bullatas, sanas, & integras, ac ad probandum facto & in scriptis repræsentavit, prout superius apud acta hujusmodi causæ est registrata. Ac etiam ad probandum ejusdem citationis executionem egregium virum dominum Bernardum de Plancha, decretorum Doctorem, unum de executoribus dictæ citationis per ipsum Concilium deputatis, similiter exhibuit, & produxit; sibique ut referret, quæ circa hujusmodi citationem executus fuisset, & acta, & facta essent, mandari per dictam sanctam Synodum instanter postulavit. Et tunc dominus Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis, & vicecancellarius, hujusque sessionis præsidens, dicto domino Bernardo de Plancha supradicto, & præsenti, ut de præmissis relationem huic sanctæ Synodo faceret, nomine ejusdem Synodi, mandandum duxit, & mandavit. Si quidem dominus Bernardus de Plancha executor præfatus hujusmodi mandato nomine dictæ sanctæ Synodi in se sponte suscepto, assistentibus sibi honestis viris Emerico de Archils, & Jacobo de b Secretariis connunciis, & coambaniatoribus suis ad exsequendum citationem prædictam, in ambone publicationis sæpe dicto existens, huic retulit sanctæ Synodo in effectu, qualiter dudum ab ipso sacro Concilio receperant ipse & collegæ sui in mandatis, ut dictum dominum Petrum de Luna in sua obedientia Benedictum XIII. nuncupatum citarent juxta formam, & tenorem litterarum citatoriarum, die suæ relationis alias factæ productarum, ubi plenius continetur. Quasquidem litteras jam iterum, & de novo, facto, realiter, & in scriptis exhibuit, & produxit, prout superius sunt apud acta præsentis causæ de verbo ad verbum conscriptæ. Adjungens, quod nuper volens mandatis dictæ sanctæ Synodi libenter, ut tenetur, obedire, vigore illarum litterarum ipse & egregius vir Lambertus de Stipite, suus collega ad castrum Paniscolæ Dertusensis diœcesis, accesserunt; & ibidem dominum Benedictum XIII. a suis obedientibus nominatum, personaliter apprehensum, præsentibus pluribus suis Cardinalibus, & aliis prælatis, clericis, et hominum multitudine copiosa, secundum formam & tenorem dictarum litterarum citatoriarum ad personam suam citaverunt, easque de verbo ad verbum in sua præsentia legerunt; ipsasque & contenta in eisdem executioni demandarunt, prout in quodam executionis instrumento publice etiam die relationis alias per eum & suos collegas factæ exhibito dicitur plenius contineri; Quodque instrumentum iterum facto & in scriptis exhibuit, & produxit, prout similiter superius exstat apud præsentis causæ acta registratum.

Hujusmodi relatione finita, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes Ostiensis Episcopus S. R. E. Cardinalis, & Vicecancellarius, & præsidens præfatus hujusmodi executionis instrumentum de verbo ad verbum per egregium virum dominum Petrum de Lamburga nomine dictæ Synodi jussit legi & publicari. Qui quidem dominus Petrus de Lamburga hujusmodi mandatis acquiescens, ambonem publicationis solitum ascendens, dictum executionis instrumentum de verbo ad verbum, citationem insertam ommittens, cum alias in sessione publica lecta fuisset, publice, alta & intelligibili voce perlegit, & publicavit.

His omnibus sic peractis, præfatus dominus Ardecinus advocatus, instigantibus eum magistris Henrico de Piro & Joanne de Scribanis, procuratoribus & promotoribus prædictis, instrumentum executionis supradictum repetiit: & reproduxit: Et nihilominus super recognitione signorum, & manuum notariorum illius instrumenti discretos viros c Theodericum Bitensem, litterarum Apostolicarum scriptorem, Joannem de Tempore Apostolica & imperiali auctoritatibus notarios, qui dictum instrumentum confecerunt, & subscripserunt; necnon Fredericum de Arnhem super recognitione signorum, & manuum notariorum instrumenti executionis primæ in Constantiæ civitate facti, exhibuit & produxit, quos tanquam testes super eisdem recipi, ad jurandum admitti, necnon interrogari instanter per ipsam sanctam Synodum postulavit.

Qui quidem testes producti, recepti, admissi, jurati, & interrogati recognoverunt, & quilibet recognovit manum & signum suos: Quibus factis, dicto domino Ardecino advocato instante, hujusmodi signa & manus recognitæ fuerunt per ipsum Concilium habitæ pro recognitis. Quæ omnia & singula, scilicet testium productionem, receptionem, & recognitionem idem dominus Ardecinus petiit inter acta registrari.

Et quia idem dominus Petrus de Luna Benedictus XIII. sic in sua obedientia nuncupatus in causa schismatis & hæresis contra ipsum mota prædictus legitime citatus sufficienter & expectatus, nec per se, nec per alium curet comparere; ipsius contumaciam accusavit: ipsumque cum nec in primo termino, scilicet qui erat octava die Martii mensis prædicti, nec etiam in præsenti termino comparuit, contumacem, reputari, in causaque hujusmodi in ejus contumaciam, ejus absentia divina repleta præsentia, ut ipsi sanctæ Synodo videbitur expedire, & universali Ecclesiæ sanctæ Dei necessarium fuerit & utile, ad ulteriora procedi per ipsam sanctam Synodum instantissime postulavit: requirensque dominos protonotarios & notarios hujus sanctæ Synodi, & præsentis causæ, et omnia in hujusmodi causa acta & producta ac ordinata, apud acta Concilii, & hujus causæ registrarent.

Successive istis petitionibus & requisitionibus, sic

a Ms. Haberto.

b Ms. Secretariis.

c Ms. Dideericum Sosrusoto.

ANNO CHRISTI 1417.

ut præfertur, factis, nolleque pro dicto domino Benedicto Petro de Luna comparente, nec respondente, nec per se ibidem præsente, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes miseratione divina Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis & vicecancellarius, & hujus sessionis præsidens præfatus, quamdam schedulam sive quoddam decretum per reverendum patrem dominum Stephanum Episcopum Dolensem nomine dicti Concilii jussit publicari & legi. Qui quidem dominus Stephanus Episcopus Dolensis mandato hujusmodi se libenter obtemperare, dictam schedulam publice alta, & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit in ambone publicationis consueto, & ad publicationem negotiorum Concilii deputato, cujus schedulæ tenor sequitur, & est talis:

Ut in hac ipsa sessione xxxii. ex prima editione, pag. 604.

Sacrosancta Synodus generalis, auditis, &c.

Super quibus omnibus & singulis præmissis a- B ctis, lectis, publicatis, decretis & ordinatis, dominus Ardecinus advocatus præfatus, instigantibus eum magistris Henrico de Piro & Joanne de Scribanis promotoribus & procuratoribus prædictis, a dominis prosonotariis, & dictæ Synodi & præsentis causæ notariis atque scribis sibi fieri & confici unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, & tot quot sunt necessaria & opportuna. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis S. R. E. Cardinalibus; Patriarchis & Episcopis, illustrique principe & domino Friderico Burgravio Nurenbergensi, necnon regum, ducum, principum, Prælatorum, communitatum, universitatum studiorum Ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex eadem collectione, & iisdem mss.

Ex collectione Barberiniana, & mss. duabus Germanicis.

Congregatio generalis, post sessionem XXXII. in qua dabatur audientia Ambaxiatoribus Regis Castellæ.

ANno, & indictione similiter, quibus supra, die vero sabbati tertia mensis Aprilis supradicti, loco, & hora supradictis fuit tenta & solemniter celebrata generalis congregatio; ubi fuit data & concessa per sacrum generale Concilium audientia Ambaxiatoribus illustrissimi principis Regis Castellæ & Legionis in Ecclesia Constantiensi, & in loco sessionis mane, hora tertiarum, vel quasi; & solemnitatibus divinorum, propter adhæsionem, quam fecerunt adhuc Petro de Luna, omissis, Concilio D per suos prælatos & supposita in modum generalis congregationis convocato & coadunato, de voluntate ipsius Synodi generalis, reverendi patres & venerabiles viri domini Didacus Conchensis, & Joannes Placentinus Episcopi, Ferdinandus Petri de Yala, Martinus Ferdinandi de Corduba, Ferdinandus Martini Canonicus Palatinus, Joannes Ferdinandi de Rupeforti, legum Doctores, Petrus Ferdinandi de la Guardia Archidiaconus de Grado *a* in Ecclesia Ovetensi, frater Ludovicus in sacra pagina professor, Ambaxiatores præfati domini Regis Castellæ, ascenderunt ambonem, super quem ambasiatæ, & aliæ publicationes fieri solent. Et antequam processissent ad aliquem actum, produxerunt duas litteras credentiæ Regis & reginæ Castellæ & Legionis. Quibus litteris credentialibus per venerabilem virum dominum Petrum de Lamburga, de mandato Concilii lectis, præ- E libati domini Ambaxiatores per organum reverendi patris domini Didaci Episcopi Conchensis, exposuerunt ambaxiatam eorum per unum sermonem publicum, recommendantes Concilium de diligentia & continuatione Concilii. Deinde recommendantes dominum Regem Castellæ, & ejus matrem, ad honorem & debitum statum Concilii, offerentes se, & eorum regna Concilio prælibato; promittentes insuper eorum producere mandata, dummodo advenerit tempus eorum huic Concilio uniendi. Oblationibus, & sermone factis, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes Episcopus Ostiensis, & Vicecancellarius Romanæ curiæ, de mandato Concilii respondebat ad exposita atque proposita dictorum dominorum Ambaxiatorum, concludendo, Concilium esse dispositum & congregatum ut fieret unio in Ecclesiam Dei, & propter hoc exspectasset Concilium adventum eorum desiderio magno; desiderans, quod ipsi concurrere debeant cum ipso ad dictam unionem, diu in Ecclesia Dei desideratam, plenarie faciendam; acceptando eosdem Ambaxiatores nomine ipsius Concilii, humiliter & benigne offerendo eis omnem viam justam & rationabilem, ut se uniant; & quod ex dicta unione possit sequi unio perfecta in Ecclesia Dei, diuturnis temporibus a cuncto populo Christiano desiderata. Quibus factis, reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis prædictus, nomine totius Concilii, pro hac vice mandavit fieri de prædictis unum, vel plura, publicum, vel publica, instrumenta, ad requisitionem magistri Henrici de Piro promotoris dicti Concilii, per sedis Apostolicæ protonotarios, ac notarios, & scribas Concilii. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus S. R. E. Cardinalibus, exceptis ab eisdem dominis Angelo Episcopo Prænestino, Laudensi, Placentino, & Florentino Cardinalibus, illustrissimorumque principum Romanorum, & Ungariæ, ac Croatiæ, Dalmatiæ, Francorum, Angliæ, Navarræ, Cypri, Neapolitanorum, Arragoniæ, Norvvegiæ, Daciæ, Sveciæ, & Poloniæ regum Ambaxiatoribus, ceterorumque principum, prælatorum, universitatum studiorum nunciis & procuratoribus in numero copioso, testibus ad præmissa vocatis.

a Mss. in Ecclesia Lucensi.

Die Jovis, vigesimasecunda supradicti mensis Aprilis, domini commissarii præfati Constantiæ in Ecclesia majori in loco sessionis solito, hora tertiarum vel quasi, constituti, de communi eorum consensu onus commissionis ipsis factæ per sacrosan- C ctam Synodum præfatam acceptantes pro observatione terminorum in hujusmodi causa necessariorum, & eorum jurisdictione exercenda, locum sessionis, & horam tertiarum immediate supradictam deputaverunt & assignaverunt. Qui quidem deputatione sic facta, comparuit coram dominis judicibus & comissariis præfatis, adhuc prout ubi supra ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, dicta commissionem dominis commissariis factam in hac causa repetiit & reproduxit; & nihilominus dictum Petrum de Luna Benedictum XIII. sic in sua obedientia nuncupatum citari mandari, ad recipiendum & dari videndum nonnullas positiones & articulos in hujusmodi causa per audientiam litterarum contradictarum curiæ Romanæ, D necnon in valvis Ecclesiæ majoris Constantiensis prædictæ per dominos commissarios præfatos; necnon omnes alios sua communiter vel divisim interesse putantes, debita cum instantiam populavit. Quam quidem citationem domini commissarii prædicti dicto magistro Henrico de Piro promotori & procuratori instanti & petenti decreverunt, atque concesserunt; eamque prout petita exstitit, ad diem sabbati proxime futurum, qua eosdem dominos Commissarios vel majorem partem eorum Constantiæ in Ecclesia majori in loco sessionis solito ad hoc deputato mane hora tertiarum ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit, per audientiam publicam litterarum contradictarum curiæ Romanæ; necnon in valvis seu portis dictæ majoris Ecclesiæ peremptorie fieri voluerunt, atque manderunt; volentesque & decernentes quod citationibus in valvis E in hujusmodi causa exsequendis reverendissimi patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci, Cardinalis, & egregii viri domini Michaelis de Navers utriusque juris Doctoris sigillia & aliæ citationes per audientiam prædictam exsequendæ, signeto reverendi patris domini Jacobi electi Pennensis, dictæ audientiæ auditoris & licentiati, & in hac causa cum aliis suis collegis Commissarii, sigillentur & muniantur, ad majorem roboris firmitatem.

Die sabbati vigesimaquarta supradicti mensis Aprilis, discretus vir Jacobus Denono, Sedis Apostolicæ cursor, retulit nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, Constantiæ in majori Ecclesia, in loco sessionis solito, paulo ante horam tertiarum, seu hora septima horologii ante meridiem, se de

de ipsorum commissariorum mandato super hoc sibi A ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam heri de mane infra Missarum solemnia, quamdam citationem in papyro scriptam, sigillisque reverendissimi patris domini Guillelmi tituli sancti Marci Cardinalis, & egregii viri domini Michaelis de Navers prædictorum sigillatam, valvis Ecclesiæ majoris Constantiensis affixisse: eamque ibidem debite, ut moris est, fuisse executam, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se superius habuisse & recepisse in mandatis.

Adveniente vero hora tertiarum, sive horologii septima, pro hora audientiæ præsentis causæ deputata, comparuit in judicio coram dominis commissariis præfatis Constantiæ in Ecclesia majori, & loco sessionis solito ad hoc specialiter deputato prædicto, ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio: & quasdam citationes, unam audientiæ pergameni a dictis dominis judicibus commissariis emanatam, de eorumque voluntate & mandato in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam, & ab intra signatam, sigilloque a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque inibi debite executam: Aliam vero papyri schedulam in valvis majoris Ecclesiæ Constantiensis, ut moris est, debitæ executioni demandatam facto realiter & in scriptis infrascriptorum tenorum repræsentavit, citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque aliquas positiones & articulos dari & recipi videre curantium, contumaciam accusavit: ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam pro validiori processu, & ex abundanti eosdem vo- C cari ad valvas Ecclesiæ, & pro illorum vocatione aliquos de commissariis supradictis deputari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. [a] Et tunc domini commissarii præfati volentes rite & legitime, ac valide procedere, ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris instantiam venerabiles & circumspectos viros dominos Henricum Flechel, & Petrum Nardi decretorum Doctores sacri palatii Apostolici causarum auditores collegas suos ad vocandum supradictos citatos ad valvas dictæ majoris Ecclesiæ una cum magistro Henrico de Piro promotore & nobis notariis supradictis, & discreto viro [b] Ymbaldo Alo Sedis Apostolicæ cursore præsenti, deputaverunt & assignarunt.

a MS. Eo nunc.

b MS. Ymbaldo, ubique.

Qui quidem domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi sacri palatii auditores & commissarii una D cum dicto magistro Henrico de Piro promotore, nobisque dictæ præsentis causæ notariis & scribis, ac Ymbaldo cursore prædictis, ad valvas dictæ majoris Ecclesiæ Constantiensis accesserunt: dictosque citatos per organum dicti Ymbaldi cursoris alta & intelligibili voce trina vice: vocaverunt sub his
„ verbis in effectu: Est hic Petrus de Luna Bene-
„ dictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel
„ aliquis pro eo? Compareat coram dominis com-
„ missariis Synodi Constantiensis, ad recipiendum
„ articulos & capitula ad instantiam ipsius Synodi
„ producendos & producenda, eos & ea sibi expo-
„ ni videndum in causa & causis motis contra eos
„ per dictam Synodum. Qua quidem vocatione sic
trina vice facta, dicti domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi commissarii, & Henricus de Piro promotor, super præmissis vocatione & non respon- E sione a nobis notariis præsentis causæ, atque scribis prædictis, sibi unum vel plura, publicum vel publica fieri petierunt instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem honestis magistris Stephano Piloni sacri palatii Apostolici causarum notario, & Henrico Hucvatel litterarum sacræ pœnitentiariæ procuratore, aliisque notabilibus viris, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

His namque factis, præfati domini Henricus Flechel & Petrus Nardi, sacri palatii Apostolici causarum auditores, & commissarii, ad dominos judices & commissarios revertentes & reversi, una cum nobis supradictis, ipse magister Henricus Flechel nomine suo & nomine collegæ referebat hujusmodi vocationem per organum cursoris supradicti fecisse, nullumque ibi comparuisse, nec respondisse pro præsentibus actu, & termino satisfaciendo. Quo facto, magister Henricus de Piro promotor dictos citatos non comparentes iterum contumaces reputari petiit, & in eorum contumaciam nonnullas positiones & articulos facto realiter & in scriptis infrascripti tenoris obtulit, & produxit. Et nihilominus eosdem positiones & articulos ac capitula ad probandum per partem eosdem producentem in curia & extra admitti per dominos judices & commissarios prædictos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius sufficienter expectatos, reputaverunt, prout erant, quoad actum & terminum hujusmodi exigente justitia, contumaces: & in eo- B rum contumaciam supradictos positiones & articulos ad probandum in civitate Constantiensi, vel alibi, ubi sacrum generale Concilium fuerit, in quantum sint de jure admissibiles, admittendos duxerunt & admiserunt.

Qua quidem admissione sic, ut præfertur, facta, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, eosdem citatos ulterius citari mandari ad videndum & audiendum produci testes super dictis articulis supra admissis, & alia probationis genera produci videndum, ac ad dandum interrogatoria, juxta & secundum quæ supradicti testes producendi interrogari & examinari voluerint, per audientiam publicam litterarum contradictarum Romanæ curiæ, ac ad valvas majoris Ecclesiæ Constantiensis ad certum peremptorium terminum competentem per dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem domini commissarii præfati dicto magistro Henrico de Piro procuratori & promotori instanti & petenti decreverunt & concesserunt; eamque ad produci, recipi & jurare videndum testes ad diem Lunæ proxime futurum, qua eosdem dominos commissarios Constantiæ in Ecclesia majori hora tertiarum ad jura in loco solito pro tribunali sedere contigerit, ac etiam ad dicendum & excipiendum in & contra dictos testes, & eorum dicta ad eamdem diem; necnon dandum interrogatoria ad diem Lunæ & sequentem immediate prædictas, ac pro aliis testibus in posterum producendum & inducendum ad receptionem & aliam immediate sequentem dies, per audientiam publicam litterarum contradictarum Romanæ curiæ, & ad valvas majoris Ecclesiæ supradictas peremptorie fieri voluerunt & mandarunt, decreverunt, ordinarunt, & assignarunt.

Tenores vero dictarum citationum, schedularum, necnon positionum & articulorum unde supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales:

MAndant reverendissimi in Christo patres & domini, domini judices & commissarii, per sacrosanctum generale Constantiense Concilium ad infrascripta specialiter deputati, in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ citari, & citant dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos sua interesse putantes, quatenas die sabbati proxime futura, hora septima mane compareant in Ecclesia Constantiensi, in loco sessionis, qua eosdem, vel majorem partem ex ipsis dominis judicibus pro tribunali sedere contigerit; ad videndum dari, & sibi exponi articulos, sive capitula, super quibus in causa & causis hujusmodi inquisitionis contra eumdem dominum Petrum Benedictum nuncupatum, idem sacrum Concilium procedere intendit, & procedit, juxta & secundum formam citationis desuper decretæ & executæ. Alioquin in causa & causis hujusmodi ad ulteriora procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstante.

Datum Constantiæ, *XXII.* die mensis Aprilis, anno a Nativitate Domini *MCCCCXVII.* indictione decima.

Citatio in valvis ad reproducendum articulos.

NOs judices & commissarii per sacrosanctam generalem Synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati, peremptorie in valvis Ecclesiæ majoris Constantiensis citari mandamus, & tenore præsentium citamus dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus die sabbati proxima futura, qua nos, vel majorem partem ex nobis in Ecclesia Constantiensi prædicta in loco sessionis publicæ, etiam hora septima ante meridiem ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit, compareant in judicio legitime coram nobis ad videndum dari, & sibi exponi articulos, sive capitula, super quibus in causa & causis contra eumdem dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum dicta sancta Synodus procedere intendit, & procedit. Alioquin in causa & causis hujusmodi ulterius prout justum fuerit, procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstante. Hanc vero nostram citationem valvis seu portis dictæ Ecclesiæ duximus affigendam, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt; in quibus nostram citationem modo præmisso decernimus publicandam; ne prænominati sic citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomolibet allegare; Cum non sit verisimile apud sic citatos remanere incognitum, quod tam patenter, & notorie exstitit publicatum. In cujus rei testimonium præsentem citationis schedulam exinde fieri fecimus, sigillorum C qua reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. Cardinalis, & egregii utriusque juris doctoris domini Michaelis de Navers fecimus impressionibus communiri.

Datum Constantiæ, die vigesima secunda mensis Aprilis, anno a Nativitate Domini MCCCCXVII. Indictione decima, Apostolica Sede vacante. Per quemcumque cutiorem,

Gumbertus Fabri notarius.
Ginardi notarius,

Articuli contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum,

AD multiplices, continuasque querelas, & planctus lamentabiles sanctæ fidelium matris Ecclesiæ, sui fastidium scandalosum, scissuramque D pestiferam jam octo pene lustris inenarrabilibus gemitibus deplorantis; ad validum, vehementemque clamorem populi Christiani, magistri Joannes de Scribanis, & Henricus de Piro, ad prosecutionem cujus inquisitionis contra Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum per sanctam generalem Constantiensem Synodum, ministri, & prosecutores præfati deputati, dicunt & proponunt, & probare intendunt, quatenus probatione opus est, contra dictum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnes & singulos articulos infrascriptos, quosdam & offerunt coram eadem sancta Synodo, vel deputatis ab illa in causa inquisitionis, ad quam idem Benedictus, sicut præfertur, nuncupatus, coram eadem sancta Synodo citatus exstitit; quos articulos, & eorum quemlibet, atque omnia & singula E contenta in illis asserunt esse vera & notoria. Protestantur autem de probando ea solum, quæ ad fines intentos sufficiant, & probationem egebunt, ad probationem superfluam se nullatenus astringentes,

De tempore quo duravit schisma.

1. Inprimis dicunt, proponunt, & probare intendunt, ut supra, quod præsens schisma pestiferum, seu scissura Ecclesiæ jam duravit triginta octo annis; & amplius, de quibus annis dominus Petrus de Luna pro Papa se gessit viginti duobus annis ultimis, vocatus in sua obedientia Benedictus XIII. & ante suam assumptionem jam sexdecim annis duraverat, ipso existente Cardinali in obedien-A tia Clementis VII. sic in sua obedientia nuncupati, Urbano VI. & Bonifacio IX. & Innocentio VII. & Gregorio XII. in sua obedientia nuncupatis per dicta tempora successive, & ab alia parte contendentibus in papatu: quibus armis Ecclesia Dei quassat & arat per dictum schisma, seu dictam scissuram Ecclesiæ afflicta, & plurimum fatigata, ipso domino Petro de Luna sciante & vidente: ex quo dictum schisma censetur inveteratum, seu inveterata divisio Ecclesiæ, & scissura. Et hæc notoria sunt atque vera,

Quibus modis potest schisma tolli,

2. Item, quod præfatis temporibus inter Reges & principes, prælatos, doctores, & alios sapientes, etiam in studiis generalibus & in curiis con-B tendentium de papatu sæpe tractatum & consultum fuit, quibus modis posset tolli illud schisma pestiferum, seu Ecclesiæ scissura: & multi per diversos Reges & principes, prælatos & doctores, labores adhibiti, nullaque via plena sedativa schismatis humano ingenio potuit a longis temporibus citra, nec post inveniri de præsenti, per quam posset tolli schisma hujusmodi, & Ecclesia Dei uniri, nisi via cessionis mutuæ, omniumque contendentium de papatu, obstantibus difficultatibus pluribus in facto & in jure consistentibus, imminentibus in aliis viis, atque diversitate & divisione regnorum & provinciarum in maximas partes. Et hoc est verum & notorium,

Conclusio dictorum, quod contendentes de papatu de jure tenentur cedere.

3. Item, quod a dictis temporibus fuit deliberatum, visum, & judicatum, & conclusum per dictos doctores, & in studiis generalibus, præsertim Parisiensi, Bononiensi, & aliis, quod attentis difficultatibus prædictis, & divisione, ac scissura Ecclesiæ in maximas partes, quod dictus dominus Petrus de Luna, Benedictus, ut præfertur, nuncupatus, altero cedente, immo omnes contendentes de papatu, pro unione Ecclesiæ, & tollendo tam periculoso, quam scandaloso schismate, cedere suo papatui jure divino & humano tenebantur. Quæ conclusio exstitit approbata, & maxime per notabiliores & famosiores doctores & theologos, & juristas, in Ecclesia Dei pro tempore existentes,

Quod via cessionis est facilior,

4. Item, quod attentis difficultatibus prædictis in facto & in jure, ac divisione regnorum & provinciarum in diversas obedientias, diuturnitate schismatis, seu scissuræ Ecclesiæ, fuit visum, deliberatum & conclusum ante annos novem, aut decem, etiam per contendentes de papatu, & suos Cardinales & curias, necnon in studiis generalibus, ac per plures congregationes prælatorum & doctorum, comprobantibus etiam regibus & principibus, & per majorem partem cleri & populi Christiani, quod via cessionis mutuæ omnium contendentium de papatu, erat & est facilior, brevior, utilior, & maxime pacificativa conscientiarum Christi fidelium; immo nulla alia reperta, & quæ posset habere executionem ad tollendum plene schisma prædictum, & Dei Ecclesiam uniendum, nisi mu-E tuæ cessionis prædictæ; & hoc fuit, & est verum, atque notorium,

Quod Petrus existens legatus in regno Franciæ viam cessionis approbavit.

5. Item, quod idem Benedictus sic, ut præfertur, nuncupatus, existens Cardinalis in obedientia Clementis VII. sic in sua obedientia nuncupati, circa annum Domini MCCCXCI. per eumdem dominum Clementem sic vocatum fuit missus legatus, seu nuncius, ut ita dicatur, Apostolicus ad serenissimum Regem regni Franciæ, in qua legatione, seu nunciatione stetit fere triennio in civitate Parisiensi, & aliis locis dicti regni: quo tempore durante, cum sæpe coram eo tractaretur de via unio-

ANNO CHRISTI 1417.

unionis Ecclesiæ per ipsum, & plures principes, prælatos, & doctores, & sapientes, ipse viam mutuæ cessionis contendentium de papatu pluries laudavit & approbavit: dixitque quod nulla erat alia via, per quam posset uniri Ecclesia Dei, & schisma tolli, nisi illa. Et hoc fuit, & est verum, atque notorium,

De fama Petri, quod viam cessionis laudavit,

6. Item, quod ex tunc tanta dicti domini Petri de Luna vocati, ut præfertur, Benedicti XIII. fama invaluit, qualiter bonum unionis dirigeret, viam cessionis intrepide laudaret, hancque constanti animo persuaderet, adeo quod multorum mentibus irrepsit, si dictus Petrus de Luna esset Papa, certe quod voce prædicabat, opere adimpleret, Et sic fuit, & est verum,

De juramento facto in conclavi post obitum Clementis.

7. Item, quod ipse tevetfus de dicta legatione, & post obitum dicti Clementis, sicut præfertur, nuncupati, eum in civitate Avenionensi in palatio Apostolico, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimoquarto, in mense Septembris, Cardinales illius obedientiæ essent pro electione futuri papæ in conclavi congregati; ipse Petrus de Luna tunc Cardinalis, ceterique Cardinales omnes & singuli, qui erant numero viginti duo, juravit, & juraverunt solemniter tactis sacrosanctis evangeliis, se, & illum quemlibet ex illis in Papam eligendum, si quem ex eis eligere contigerit, prosequi unionem Ecclesiæ, etiam per viam cessionis de papatu: & alias juravit & promisit, & juraverunt & promiserunt illico coram ipsis omnibus publice & notorie secundum formam & tenorem cujusdam scripturæ; cujus tenor sequitur, & est talis:

„ a Nos autem & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in conclavi, ante altare, in quo Missa communis celebrari consuevit, pro Dei servitio, unitatem Ecclesiæ suæ sanctæ, & salute animarum fidelium omnium, promittimus & juramus ad sancta Dei evangelia per nos corporaliter tacta, quod absque fraude, dolo, & machinatione quibuscumque ad unionem Ecclesiæ & finem imponendum schismati, proh dolor! nunc in Ecclesia vigenti, quantum in nobis erit, laborabimus fideliter & diligenter, & per nos quantum ad nos pertinet, seu etiam pertinebit: & dabimus pastori nostro, & gregis Dominici, ac vicario Christi domino nostro futuro, qui erit pro tempore, auxilium, consilium, & favorem, nec ad impediendum, vel differendum præmissa dabimus consilium, vel favorem directe, vel indirecte, publice, vel occulte. Omnia ista & singula & alias etiam ultra præmissa omnes vias utiles & accommodas ad utilitatem Ecclesiæ, & unionem prædictam ejusdem, sane, veraciter, & sine machinatione, seu excusatione, vel dilatione quacumque servabit & procurabit quilibet nostrum, etiamsi assumptus fuerit in Apostolatum, etiam usque ad cessionem inclusive per ipsum de papatu faciendam; si dominis Cardinalibus qui nunc sunt, vel erunt in futurum de iis qui sunt nunc, vel majori parti eorumdem in hoc bono Ecclesiæ & unitate prædictæ videatur expedire.

a MS. nos omnes & singuli.

De morte Clementis & de electione Petri de Luna, dicti Benedicti.

8. Item, quod supradicto quondam domino Clemente VII. in sua obedientia nuncupato, divina dispositione sublato de medio, reverendissimi Patres domini Cardinales illius obedientiæ in dicto conclavi considerationis intuitum ad persuasiones, assertiones, prædicationem & affectionem saltem dissimulatam dicti domini Petri de Luna tunc Cardinalis, ad unionem sanctæ matris Ecclesiæ, infixerunt; ipsumque hac consideratione, ut vel per viam cessionis schisma tolleret, anno Domini MCCCXCIV. de mense Septembris ejusdem anni, in dicto palatio Avenioni, in eorum Romanum Pontificem elegerunt, Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

9. Item, supradictus Petrus de Luna paulo post hujusmodi electionem, sicut præfertur, factam loco & mense supra proxime specificatis, in præsentia dictorum suorum Cardinalium in palatio papali Avenienfi hujusmodi per ipsum solemne præstitum juramentum secundum formam & tenorem schedulæ antescriptæ solemniter renovavit, realiter jurando iterum & approbavit; sicque, ut prædicitur, fuit, & est verum, publicum & notorium, atque de ipsis fuit, & est publica vox & fama.

10. Item, quod postquam fuit coronatus, ex tunc in ante Petrus de Luna antedictus in tantum cessionis viam refugit & abhorrebat, quod b plerumque ex dominis suis Cardinalibus cessionis viam persuadentibus graves injurias intulit, & terrores; adeo quod aliqui eorum metu justo fugerunt, alii qui in suis libratis seu domibus manentes, palatium visitare non ausi fuerant? Quodque ipse Petrus de Luna quoslibet viam cessionis persuadentes pro integranda Ecclesia, odio habuit, & suos inimicos reputavit, & persecutus est palam & publice: sicque, ut prædicitur, fuit & est dictum, tentum, creditum & reputatum, diciturque, & tenetur, creditur & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

b MS. plerisque.

11. Item, quod serenissimus princeps dominus Carolus Fran orum Rex, anno Domini MCCCXCVII. vel circa illum annum, credens supradictum dominum Petrum de Luna Benedictum, ut præfertur, nominatum ad hujusmodi cessionis viam inclinare, & ut ob reverentiam illustrium principum nunciorum, & alios ob dictam viam cessionis amplectendæ magis adhuc inclinaretur, illustres Principes, dominos Bituriæ, Burgundiæ, & Aurelianensium duces, pluresque prælatos, milites nobiles & doctores ad ipsum Petrum de Luna in Avenione residentem, destinavit palam, publice, & notorie.

12. Item, quod antedicti domini duces, & alii Ambaxiatores solemnes pro parte dicti domini Regis Franciæ, ut præfertur destinati, & ejus nomine, anno & loco proxime dictis, prælato domino Petro de Luna humiliter & devote flexis genibus, & prono in terram, post sinceras & debitas recommendationes cum magna devotione supplicaverunt quatenus per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi dignaretur Ecclesiæ sanctæ Dei, & ejusdem miseriis, & calamitatibus, & ærumnis compati & misereri, atque viam cessionis offerre, casu quo alius contendens cum eo de papatu similiter cederet, & exinde unicus Christi vicarius assumeretur. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

13. Item, quod omnes reverendissimi in Christo patres & domini, qui illum elegerant in papam, Cardinales præter unum, vel saltem eorum major pars, tempore proxime dicto, tantorum principum, nobilium, prælatorum & doctorum devotione compuncti, eidem domino Petro de Luna seriose, & reverenter exposuerunt, quod ipsis & eorum cuilibet pro Ecclesia sancta Dei expedire videbatur: ut ipse dominus Petrus de Luna Benedictus nuncupatus cessionem & renunciationem sui papatus offerret, & unionem Ecclesiæ prosequeretur, per viam cessionis, casu & sub conditione, quibus contendens antedictus suo papatui, quem hinc inde contendentes prætendebant, similiter cedere, & renunciare vellet. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

14. Item, quod antedictus dominus Petrus de Luna supplicationibus, precibus & requisitionibus proxime dictis obauditis, & penitus spretis, illas expresse verbis & factis eaidem temere in grave damnum & Ecclesiæ Dei scandalum recusavit & contradixit, per jurium incurrendo. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est eorum & notorium, publicum & manifestum; atque de præmissis fuit, & est publica voce & fama.

15. Item, quod communis opinio, rumor indubius, reputatio, & publica vox, & fama, fuit, & est,

& est, quod supradicti domini duces, Cardinales, prælati, nobiles atque Doctores, loco & tempore proxime dictis, præfatum dominum Petrum de Luna etiam in vim præstiti per ipsum in antedicto conclavi, & extra, juramenti, post varias devotas supplicationes requisiverunt, ut præfertur; Quodque ipse dominus Petrus expresse tam verbis, quam factis viam cessionis casu prædicto recusaverit & contradixerit. Et sic fuit, & est verum.

16. Item, quod præmissa, omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria, atque de eis & eorum quolibet fuit & est publica vox, & fama.

17. Item, ponunt & probare intendunt promotores antedicti, quod post præmissa illustrissimi principes domini *a* Francorum Rex, necnon Angliæ, & Castellæ Reges sperantes in Deum, quod supradictus dominus Petrus de Luna tantorum principum precibus etiam multiplicatis prompte pacem universali Ecclesiæ largiretur; eidem domino Petro *b* de Luna deinde per suos solemnes legatos, ipsumque rogari, exhortari, & requiri fecerunt, quatenus Ecclesiam sanctam Dei tantis & afflictam miseriis vellet consolari & unire: viamque mutuæ cessionis, & renunciationis acceptare & offerre, cum id faciliter facere poterat, attento etiam quod ad id juramento adstrictus tenebatur. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est dictum, tentum, creditum, & communiter reputatum, diciturque, & tenetur, & communiter reputatur; atque fuit, & est verum, publicum, & notorium, publica vox & fama.

a Mss. Francorum Rex iterato, necnon, &c.

b MSS. de Luna deinde per suos, &c.

18. Item, quod idem dominus Petrus de Luna obstinatus, & induratus nullatenus flecti potuit, & moveri; quinimmo id facere per expressum recusavit; &, quod deterius est, tempore proxime dicto supradictam cessionis viam, quam toties in juramento approbavit, & quæ a Christi fidelibus, maxime principibus, & prælatis, & viris doctis approbata fuit; recusavit expresse, perjurium incurrendo; quin immo illam fecit publice reprobari, dicens se credere peccare mortaliter, si illam viam cessionis offerret, vel faceret. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est tentum, dictum, assertum, creditum & reputatum, diciturque, asseritur, creditur & reputatur, atque fuit, & est verum, publicum & notorium, publica vox & fama.

19. Item, quod serenissimus princeps VVenceslaus tunc Romanorum & Bohemiæ Rex, per suos solemnes legatos, quorum unus erat dominus tunc Episcopus Cameracensis, nunc vero S. R. E. Cardinalis in civitate Avenionensi, & in quodam publico consistorio, quod tunc supradictus Petrus de Luna tenebat, requiri solemniter & instanter fecit, quatenus viam supradictæ cessionis amplecteretur; atque per suæ cessionis modum Ecclesiæ sanctæ Dei pacem restitueret, quemadmodum ad id juramenti vinculo se adstrinxisset, & esset obligatus. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

20. Item, quod supradictus dominus Petrus de Luna per hujusmodi requisitionem multiplicationem magis exstitit induratus, dictisque ejusdem domini Romanorum Regis legatis bina vice, atque ore proprio, loco & tempore proxime specificatis respondit, dictam cessionis viam nullatenus acceptare; eamque publice reprobari fecit: subjungens, quod si renunciaret, ut præferent, crederet se peccare mortaliter. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est verum, publicum & notorium, ac publica vox & fama.

21. Item, quod post hujusmodi, & multas repetitas magnorum principum & Prælatorum humiles & devotas supplicationes, ac etiam requisitiones serioias, & recusationes, & denegationes verbo, & facto a dicto domino Benedicto factas, nonnulli principes eidem vocato Benedicto tunc obedientes, videntes per experientiam dictum dominum Petrum de Luna ambitione dominandi cæcatum, & in propriæ animæ salutis dispendium unionem Ecclesiæ sanctæ Dei fugere, se, & regna sua, & subditos ab obedientia dicti Petri de Luna subtrahere disposuerunt, sicut & postea subtraxerunt, palam, publice, & notorie.

22. Item, & quod post requisitiones & supplicationes principum & Cardinalium, atque declarationes factas per Cardinales & recusationes prædictas, nonnulli principes obedientiæ dicti domini Petri videntes duritiam, & obstinationem suam, & recusationes prosequendi unionem Ecclesiæ per viam cessionis, quam ipse, ut præfertur, approbaverat & juraverat, proponerent, & publice dicerent eidem domino vocato Benedicto obedientiam in suis regnis, & dominiis subtrahere, prout & fecerunt ut prædicitur, domini Cardinales suæ obedientiæ cupientes & desiderantes unionem Ecclesiæ providere, ne dicta subtractio fieret, eidem domino vocato Benedicto præmissa exposuerunt, & eidem supplicaverunt, quatenus pro bono unionis vellet procurare conventionem cum alio contendente cum eo de papatu, & cum eo unionem Ecclesiæ etiam per viam cessionis mutuæ, aut alias vias accommodas, nullam viam excludendo: & hoc se velle facere significaret Regi Franciæ, & aliis principibus, quibus expediens videretur.

23. Item, quod antedictus dominus Petrus de Luna Benedictus, ut præfertur, nuncupatus, omnia, & singula petita & supplicata prædicta expresse & publice denegavit, dicens etiam de quorumcumque subtractione non curare, etiamsi totus Mundus a sua obedientia se subtraheret. Sicque, ut prædicitur, fuit, & est in civitate Avenionensi & toto regno Franciæ, & alibi, ubi ipsius domini Petri notitia habetur, communiter tentum, creditum & reputatum, diciturque, tenetur, creditur & reputatur, palam & publice; atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

24. Item, quod præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria, de eisque omnibus, & singulis fuit & est publica vox & fama.

25. Item, proponunt, & probare intendunt prosecutores & ministri prædicti, quod dudum anno Domini *MCCCCI.* in mense Martii, præfatus Petrus de Luna, Benedictus, ut præfertur, nuncupatus, in palatio Apostolico Avenionensi ad instantiam serenissimi principis domini Caroli Francorum Regis, atque claræ memoriæ domini Ludovici ducis Aurelianensis, illustris fratris ejusdem Regis, qui ad eum Petrum dictum Benedictum pro Papa tunc se gerentem suos legatos, & nuncios propter hoc transmiserunt, promisit coram pluribus personis insignibus atque publicis notariis, quod altero contendente cum eo de papatu cedente, mortuo, vel ejecto, ipse Petrus pro Papa se gerens renunciaret papatui, ad finem quod eligeretur unus verus pastor, & vicarius Jesu Christi; nihilque faceret, vel procurare per quod unio Ecclesia valeat retardari, vel via mutuæ cessionis quomolibet impediri, & renunciavit omnibus protestationibus per eum in contrarium factis.

26. Item, ponunt & probare intendunt, quod postmodum quondam dominus Bonifacius Papa IX. sic in sua obedientia nuncupatus dudum de anno Domini *MCCCIV.* & in mense Octobris ejusdem anni, sicut Domino placuit, fuit in urbe Roma, in qua tunc cum sua curia residebat, vita functus. Et sic fuit, & est verum.

27. Item, quod reverendissimi in Christo patres & domini, domini Cardinales tunc Romæ, & sub obedientiæ dicti domini Bonifacii exsistentes post hoc, videlicet de anno & mense proxime dictis dominum Cosmatum Cardinalem Bononiensem in summum Romanum Pontificem elegerunt: qui deinde de mense Novembris immediate sequentis exstitit Romæ coronatus, & Innocentius VII. a sibi obedientibus nuncupatus: Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

28. Item, quod dictus dominus Innocentius dum Romæ in conclavi exstiterat una cum aliis dominis Cardinalibus juravit, vovit & promisit, quod si in Romanum Pontificem eligeretur, & dominus Petrus de Luna, vel forsitan ejus successor pro bono pacis & unionis Ecclesiæ suo, quem prætendebat, papatui renuntiare vellet, paratus esset similiter juri, quod ipse Innocentius per electionem ad papatum in papatu haberet, vel habiturus esset, cedere cum effectu. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.

29. Item

29. Item, quod hujasmodi Innocentii votum & promissum per totam Christianitatem, etiam usque ad aures Petri de Luna, atqoe principum in sua obedientia exsistentium, devenerunt palsm, publice, & notorie.

30. Item, qaod deinde sapradictus dominus Innocentius antequam hujalmodi mutua cessio de papatu contendentiam adimpleretur, de anno Domini MCCCCVI. & de mense Decembris ejusdem anni in urbe Roma diem vitæ suæ clausit extremum, nec tamen cessit dictus dominus Petrus. Et sic fuit; & est verom & notorium.

31. Item, quod mors supradicti Domini Innocentii de mense Decembris anni MCCCCVI. supradicti ad præfati domini Petri de Luna indubitatam notitiam venit, palam, publice & notorie, nec tamen cessit suo prætenso papatai, ut est notorium.

32. Item, qaod præmissa omnia, & singula fuerunt & sunt vera, publica, & notoria, atque de eis & eorum quolibet fuit, & est publica vox, & fama.

33. Item, quod post quam idem dominus Petras de Luna dictus, ut præfertur, Benedictus, toties de unione Ecclesiæ per viam mutuæ cessionis exstitit reqaisitur, ipse fraudulenter procaravis apad aliquos prælatos, & illis mandavit ad suam excusationem & recusationem illius viæ cessionis, quod scriberent, & sibi mitterent schedulas, per quas dissuaderent sibi viam motuæ cessionis, & ad hoc allegarent nationes quas possent.

34. Item, ponunt & probare intendunt, quod deinde anno Domini MCCCCVI. post vigesimumquartum diem mensis Novembris, & ante vigesimumquartum diem mensis Decembris ejusdem anni, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Angelus tunc Cardinalis fuit in obedientia dicti domini Innocentii in urbe Roma & in conclavi palatii papalis in Romanum Pontificem ejusdem obedientiæ electas, coronatus & inthronizatus, atque Gregorius XII. appellatas, palam, publice, & notorie.

35. Item, quod dictus dominus Angelus, Gregorius XII. appellatus, adhac in conclavi, loco & sempore proxime dictis exstitens, sacro dominorum suorum Cardinalium collegio instante, vovis, juravit, & promisit, quod papatui, si eligeretur, in effectum & finem unionis consequendæ, cederes, prout in instrumento, ad quod se referuns, plenius continetur. Et sic fuit, & est verom, publicum & notorium.

36. Item quod postmodum idem dominus Gregorius electur obsulis dictam viam matuæ cessionis dicto domino Benedicto sic vorato: misitque super hoc eidem domino Benedicto litteras & nuncios: ipseque Benedictus illam viam acceptavis verbo, lices non facto, ut probavit eventas, quia non cessit, & hoc est notorium.

37. Item eum serenissimas Francorum Rex anno Domini MCCCCXVII. mense Junii per suos solemnes legatos, post oblatam renunciationem per dictum Gregorium, unionem Ecclesiæ prosequeretur apud dictum Petrum de Luna dictum Benedictum, & alterum dominum Gregorium; idem Petrus de Luna ad turbandum intentionem dicti domini Regis Franciæ, & ponendum scandalum in suo regno, cum idem dominus *a* dictus Benedictus præsentaret, quod nisi prosequeretur unionem Ecclesiæ per dictam viam cessionis oblatam], fieret sibi in regno Franciæ sobtractio obedientiæ, secit fraudulenter; & in odium dicti Regis qui prosequebatur unionem Ecclesiæ per viam mutuæ cessionis, unam constitutionem, si constitutio dici mereatur, & illam misit ad dictum dominum Regem Franciæ: & eidum præsentari fecit per unam bullam continentem, quod quicumque, etiam reges & principes, aut alii quicumque se, vel regna sua, & dominia ab obedientia seu Romani Pontificis, cujusmodi ipse in dicto regno suo idem dominus Pesrus dictus Benedictas habebatar, subtraherent, excommunicasionis, & anathematis sententiam incurrerent, essentque ipso facto omni dignitate, etiam segali privati; vassallique, & fideles eoram ab omni homagio & juramento fidelitatis tali subtrahenti præstitis vel debitis liberi & immunes, & plura alia continens, cujus tenor sequitur, & est talis:

a Forte, di. B. Bened. [margin note]

Bulla Benedicti XIII.

Benedictus Episcopas servus servoram Dei, ad perpetuam rei memoriam.

„IN dierum successu crescentes malitia, sic videmus Mundum in deteriora jugiter prolabi, sic hominum mense assueta depravari nequitia, malis passim comulum superaddi, ut & boni, qui alias oderunt virtutis amore delinquere, interdum cum perversis admixti eoram inficiantur malitiis, vel errore. Est igitar compescenda præsumptorum audacia, ut saltem pœnæ formidine retrahantur a noxiis; sicque boni sectando virtutem meliori effecti non videantar perire cum illis. Ad nostrum siquidem auditum fama publica notoriante pervenit, quod nonnulli perditionis filii, tam ecclesiastici, quam sæculares, dum altiora se petunt, dum præposteris & turbatis gradibus citius venturis in magnis & mirabilibus supra se ambulare conantur, illius delusi fallaciis, qui se, ut alios decipiat, in lucis Angelum transfigurat, sibi ruinam, inferioribus scandalum, solidioribus autem vexationis materiam paraverunt, pro viribus satagentes catholicam Ecclesiam iteratis subschismatibus noviter lacerando, impedire ejus sacratissimam unionem. Nam licet post assumptionem ad apicem summi Apostolatas, & etiam ante, dum nos minor status haberet, ad exstirpationem hujus horrendi schismatis in Dei Ecclesia a triginta fere annis (proh dolor!) nunc vigentis, & procurandum pacem & unitatem in ipsa Ecclesia tanto accuratius & ardentius, quanto rem ipsam ad nos pecularias spectare cognoscimus, debitam, Deo ac conscientia testibus, operam adhibuimus, & intendimus indefessis studiis adhibere; & post varios sentasosque labores, & incassum, peccatis exigentibus, quandoque deductos, post oblatam per nos Angelo Corrario, in Sede Apostolica intruso, qui ab adhærentibus sibi in hoc pernicioso schismate se facit Gregoriam nominari, viam renunciationis per nos fiendam pure, libere, & simpliciter, prout in litteris nostris Apostolicis datis Marsiliæ, pridie Kalendas Febraarii, pontificatus nostri anno infrascripto, plenius continetur, ad exsecotionem eorum, quæ pro præmissis agenda restant fienda de loco conventionis personalis, nostri scilicet, & dicti Angeli, & tempore & numero personarum ab utraque parte ad conventionem hujusmodi docendarum, & de aliis circumstantiis ad rem hanc pertinentibus inter nos & venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, cum nunciis dicti Angeli, & sui prætensis collegi, illorum scilicet qui apud partem suam Cardinales nuncupantur, sic facta, & conclusa concordia inserta brevi termino, præstante Domino, exsequenda, prout in publicis instrumentis plenius continetor. Tamen præfati iniquitatis filii, nos & dictos fratres nostros nituntur totis conatibus, modisque exquisitis & illicitis, ac quibusdam fraudibus & fucatis coloribus in hac salubri prosecusione & exsecutione dictæ unionis impedire, & sub quodam unionis simulato zelo ecclesiastica vincula contemnentes, non absque temeritatis audacia stabilem, firmamque Christianæ fidei compaginem rescindere moliuntor; ac se a nostra, & Ecclesiæ Romanæ obedientia temere subtrahendo, a nobis, quod de jure non licet, de facto ad defensionem sui erroris appellationes varias interponant. *b* Nos licet aliquamdiu cum patientia tolerando præmissa dissimulaverimus, ut saltem timor Dei, & pœna jam contra tales a nobis, & sacris canonibus inflictæ eos ad pœnitentiam provocarent, & facerent ad sinum piæ matris redire; *c* videmus tamen eos adhuc in majoris præsumptionis audaciam prosilire. Quamobrem zelus fidei, & fervor compassionis animarum meritos nos inducunt, ut contra istorum

„au-

b Mi… eos. [margin note]

c MS. videmus. [margin note]

ANNO CHRISTI 1417.

audaciam quasi publicam pestem per Apostolicæ provisionis remedium occurramus. Idcirco habita super iis deliberatione matura, hac constitutione perpetue duratura in omnes & singulos, qui prædictam Ecclesiæ unionem scienter, seu personam nostram, vel personas venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in executione præmissorum per nos oblatorum & concordatorum cum dicto Angelo, & cum suis nunciis impedierint, aut turbaverint, vel a nobis, seu successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus appellare præsumpserint, seu a nostra vel ipsorum successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium obedientia recesserint, ac se subtraxerint, vel in præmissis subtractione, aut appellatione perseveraverint, seu persliterint; seu eis in præmissis impedimentis, appellationibus, subtractionibus, vel perturbationibus per se, seu alium, vel alios quavis occasione, seu calore quæsito dederint auxilium, consilium, vel favorem, & qui personaliter asseruerint illos qui præmissa committunt, per nostras sententias non ligari, cujuscumque status, gradus, dignitatis vel conditionis existant, etiamsi cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, Episcopali, regali, aut quacumque ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, ex nunc auctoritate Apostolica excommunicationis sententiam promulgamus; a qua nullus, præterquam a Romano Pontifice, nisi dumtaxat in mortis periculo, a dicta sententia absolvi contigerit, volumus, & auctoritate prædicta duximus declarandum, quod taliter absolutus, si quam cito commode poterit, post resumptam convalescentiam se coram Apostolica Sede obmiserit præsentare, mandatum ipsius humiliter recepturus & satisfacturus, prout justitia suadebit, in eamdem excommunicationis sententiam reincidat eo ipso; quam quidem sententiam superius per nos latam si *a* per viginti dies sustinuerint, animo indurato, si laicus quicumque & cujuscumque gradus, status, conditionis, vel dignitatis, etiam de superius nominatis, princeps, vel alia secularis persona fuerit, terras, villas, civitates, & castra, & loca quæcumque, quæ obtineret & obtinebit, ecclesiastico supponimus interdicto. Si vero universitas fuerit, similiter ecclesiastico subjaceat interdicto. Et quia merito beneficia plerumque propter ingratitudinem revocantur, supradictos omnes & singulos, ac ex eis tam clericos, quam laicos, seu ipsis super præmissis quomodolibet adhærentes, aut præstantes auxilium, consilium, aut favorem, ut præfertur, si per viginti dies dictos, viginti immediate sequentes, sententias sustinuerint antedictas, eosdem omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, & libertatibus, & immunitatibus realibus & personalibus, ipsis communiter vel divisim sub quacumque forma vel expressione verborum ab Apostolica Sede concessis; dictosque clericos omnibus beneficiis ecclesiasticis, dignitatibus, personatibus, & officiis, cum cura, vel sine cura, etsi archiepiscopalis, patriarchalis aut cardinalatus, vel quævis alia dignitas forsan extiterit, ex nunc Apostolica auctoritate duximus privandos de plenitudine potestatis ipso facto, & de certa scientia privamus, & privatas esse decernimus, prædictorum omnium tam ecclesiasticorum quam sæcularium, & cujuslibet ipsorum vassallos, & omnes a juramento fidelitatis, & alia quacumque obligatione, quibus eis tenentur, seu tenebuntur quomolibet absolventes; feuda quoque, jura, honores, officia, & alia bona immobilia eorumdem, quæ abilibet a dicta Romana Ecclesia tenentur, confiscamus. Aliis vero juribus, feudis, honoribus & officiis, ac aliis immobilibus bonis, quæ a quibusvis habent & habebunt Ecclesiis, sint ipso jure privati; sicque libere ad easdem revertantur Ecclesias, quod de illis earum rectores pro sua valeant disponere voluntate; nec causæ quæcumque ad eorum, vel alterius ipsorum, aut alias præmissorum audientiam præferant; nec ipsorum valeant sententia, vel processum, etiam instrumenta confecta per illos, & eos qui tabellionatus obtinebunt officia, nullam habeant roboris firmitatem. Et insuper omnes & singuli, qui cum prædictis, vel eorum aliquo, ipsorum contumacia perdurante, confœderationem, societatem, obligationem, seu ligam fecerint, vel ipsos juverint, aut dederint auxilium, consilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice, vel occulte, in rebellione & aliis prædictis, si personæ singulares fuerint, etiam episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Cardinalatu, imperiali, vel regali, seu quavis alia, ut præfertur, fulgeant dignitate ecclesiastica, vel mundana, aut communitas vel collegium fuerit, quibuscumque privilegiis & gratiis a nobis, vel prædecessoribus nostris concessis sint ipso facto privati, & nihilominus ecclesiastici subjaceant interdicti sententiis; a quibus nullus, præterquam ab eodem Romano Pontifice absolutionem, seu relaxationem possit, nisi dumtaxat in eodem mortis articulo ab eadem anathematis, seu excommunicationis sententia, sicut in casibus antedictis exprimitur, obtinere. Prædictas, & quasvis alias confœderationes, colligationes, & ligas, necnon pactiones, conventiones & obligationes quascumque inter prædictos hujusmodi excessuum patratores, & quasvis alias singulares personas quacumque dignitate fulgentes, seu communitates & universitates sub quavis verborum forma factas, & quas in posterum fieri contigerit, etsi fuerint juramentis, promissionibus, & pœnarum adjectionibus, & alia quacumque firmitate vallatæ, annullamus, cassamus, irritamus; & vacuas viribus nunciamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem; pœnis alias contra tales, a nobis & prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis, & concessis quibuscumque, & qualitercumque, & sub quacumque forma verborum, etiamsi de illis & totis eorum tenoribus de verbo ad verbum specialis & expressa esset mentio facienda, & qualemcumque clausulam derogatoriam contineant, quam & quas de certa scientia & plenitudine potestatis tenore præsentium revocamus, in quantum posset prædictorum effectum suspendere, impedire, vel sibi in aliquo derogare. *b* Seu si aliquibus a Sede prædicta sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici nequeant per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto prædicto, ac eorum personis & locis, nominibus propriis, vel ordinibus, seu dignitatibus mentionem, & aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo, *&c.* nostræ promulgationis, privationis, confiscationis, annullationis, cassationis, irritationis, nunciationis, & constitutionis ac voluntatis infringere, *&c.* Datum Massiliæ apud sanctum Victorem, xiv. Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno decimotertio.

Ex qua constitutione execrabili, secundum doctores, aliquos, attentis circumstantiis rerum, & statu Ecclesiæ, ac divisione scandalosa illius, & omnibus circumstantiis & causis seu occasionibus condendæ per eumdem vocatum Benedictum hujusmodi constitutionis, concludi, & referri potest dictam constitutionem esse hæreticalem; illius conditorem Petrum de Luna, deinde Benedictum nuncupatum, fuisse, & esse hæreticum, atque schismaticum.

37. Item, quod facta dicta oblatione per dictum dominum Gregorium, quod Rex Franciæ misit solemnes legatos Patriarcham Alexandrinam, & dominum Cameracensem Episcopum, nunc S. R. E. Cardinales, pluresque alios prælatos, doctores, & cum illis misit etiam universitas Parisiensis legatos ad prosequendum viam cessionis mutuæ apud ambos contendentes, qui hæc fuerunt prosecuti diligenter apud ambos. Et hoc est notorium & verum & super hoc fuit, & est communis vox & fama.

38. Item, quod idem Petrus vocatus Benedictus, ut præfertur, anno Domini MCCCCVI. in Massilia existens iterum solemniter coram pluribus Cardinalibus, & aliis legatis regis Franciæ promisit prosequi unionem Ecclesiæ per viam cessionis præ omnibus aliis viis. Et hoc est verum & notorium.

39.

a In mss. ipsis si per ann.

b Mss. vel si.

ANNO CHRISTI 1417.

39. Item, quod non obstantibus præmissis juramentis, promissionibus & requisitionibus, ipse per fraudes, dolos & machinationes & per diversas ambaxiatas missas ad dictum dominum vocatum Gregorium, sine consensu, & consilio suorum Cardinalium, & per collusiones inter nuncios factas cum dicto vocato Gregorio, fecit, quod ille recessit ad unam partem, & ipse Petrus ad alteram; & ita procuravit, quod dicta cessio non fieret; illamque per diversa, media, & difficultates conveniendi in unum, atque securitatem per eum petitarum evasit; neque umquam veraciter, diligenter, neque efficaciter illam viam prosecutus fuit, sed refugit, ut potuit. Et hoc est verum & notorium; & super hoc est fama communis.

40. Item, dicunt, & probare intendunt dicti promotores, & ministri, quod idem dominus Petrus, vocatus, ut præfertur, Benedictus, postquam dissolutus fuit tractatus conventionis inter ipsum, & dominum Gregorium, convocato, ut prætendebat, generali Concilio in Perpiniano, ad dictum Perpinianum accessit; & convocavit ibidem Concilium quod vocavit generale, in quo pauci Cardinales, prælati & doctores comparuerunt.

41. Item, quod in eodem Concilio idem dominus vocatus, ut præfertur, Benedictus, dicto Concilio *a* sedente exposuit quædam, quæ dicebat se fecisse pro unione Ecclesiæ consequenda: petiitque *b* a dicto quatenus consuleretur & deliberaretur, quid ulterius per eum, aut alias, videretur agendum pro eadem unione efficaciter consequenda.

a MS. sedens.

b MS. a dicto Concilio.

42. Item, & quod tunc per idem Concilium fuerunt deputati certi prælati, videlicet unus Cardinalis, & alii prælati, & doctores usque ad numerum viginti octo, vel circa, ad deliberandum super præmissis expositis, & petitis per eumdem dominum vocatum Benedictum; & tandem ex eis fuerunt electi sexdecim *c* ad illam sententiam specialiter consulendam. Et hoc fecit, & est verum & notorium.

c MS. ad illam materiam specialiter consultandam.

43. Item, quod ex illis sexdecim sic deputatis, quindecim deliberaverunt & concluserunt inter se, quod pro unione Ecclesiæ dictus dominus Petrus, vocatus, ut præfertur, Benedictus, iret, vel mitteret procuratores irrevocabiles cum plena potestate Pisis, ubi aliud Concilium congregabatur pro unione Ecclesiæ ad renunciandum papatui, pure & libere, dicto vocato in sua obedientia Gregorio cedente, mortuo, vel ejecto, aut illius dicti Gregorii successoribus mortuis, vel ejectis. Et de hoc fecerunt unam schedulam, & scripturam præmissa continentem, & eidem domino Benedicto porrigendam, & in Concilio publicandam: in qua schedula quindecim concordarunt, & decimus sextus noluit consentire.

44. Item, quod dicta schedula continens deliberationem prædictam, fuit eidem domino Petro dicto, ut præfertur, Benedicto præsentata, & contenta in illa exposita. Ipse autem respondit, quod contenta in dicta schedula, & deliberationem in dicta schedula non faceret; & quod bene sciebat quod illi deputati sexdecim non erant concordes. Et cum diceretur sibi, quod omnes in hoc erant concordes præter unum, dixit, quod ille melius dicebat & sentiebat quam ceteri. Et finaliter nullo modo voluit illi deliberationi consentire.

45. Item, & quod post præmissa, cum idem dominus Benedictus scivisset, quod reverendissimus in Christo pater dominus Cardinalis de Chalanco fuisset unus de illis quindecim, & timeret, quod illa deliberatio publicaretur in Concilio, prohibuit sibi in virtute obedientiæ, ne in Concilio loqueretur, præsertim de illa materia. Dixit insuper eidem domino Cardinali, *Vos vultis me scandalizare*. Cumque idem dominus Cardinalis responderet, *Non volo vos scandalizare, sed dico quæ mihi videntur in Concilio*; Replicavit idem dominus Petrus, dictus Benedictus, *Ego faciam vos poni in tali loco, quod non videbitis solem forte de vita vestra*. Et hoc fuit, & est verum, & notorium, & super hoc fuit, & est publica vox, & fama.

46. Item, quod idem dominus Petrus, dictus Benedictus, mandavit Archiepiscopo Tarraconensi, quod diceret sex aliis deputatis prædictis, qui erant de illa opinione schedulæ prædictæ, quod omnia tacerent, & nihil de ea loquerentur.

Item, quod præmissa omnia & singula fuerunt & sunt publica, & notoria; atque de eis & eorum quolibet est publica vox, & fama.

ANNO CHRISTI 1417.

47. Item dicunt, & proponunt promotores & ministri prædicti, quod post Pisanum & Perpinianum ita vocata Concilia, idem dominus Petrus, vocatus Benedictus, ut præfertur, fecit aut fieri fecit plures tractatus & scripturas, quos & quas approbavit, & veros & Catholicos reputavit, in quibus continentur plures conclusiones erroneæ, & errores contra fidem, & sacræ scripturæ veritatem, qui, & quæ sequuntur. Primo in tractatu quem fecit, aut fieri fecit, & ab aliis factum approbavit, & ratum habuit, intitulato, *d* De sub schismate, ponit conclusionem sequentem; Et ponitur conclusio sequens: Nulli convenit potestati, ,, nec divinæ, nec humanæ, quod quid sit intra ,, unum locum, & extra eumdem. Dictam conclusionem pertinaciter asseruit & sustinuit, quæ hæretica, & contra sacram scripturam, & divinam potentiam, cum Deus sit intra & extra eumdem locum. Et hoc est notorium.

d MS. de schismate.

48. Item, quod dixit, scripsit, vel scribi fecit idem dominus, vocatus, ut præmittitur, Benedictus, quod si ivisset ad Pisanum Concilium, vel misisset ad illud ad cedendum papatui, ut aliqui sibi consuluerant & consulebant, jam non essent claves in Ecclesia, nisi Deus iterum incarnatus fuisset, & claves de novo dedisset. Et hoc est notorium.

49. Item, quod in tractatu, quem fecit, seu fieri fecit, & factum approbavit, & ratum habuit contra Pisanum Concilium, quod incipit, *Quia nonnulli*, in IV. parte, via tertia, §. *subsequenter*, aut alibi in dicto tractatu, dixit & asseruit, & pertinaciter sustinuit, quod stante dubio hujus schismatis, aliqui, qui non possunt certificari de veritate & justitia alterius contendentis de papatu, primo electo obediendo, Papæ Benedicto XIII. scilicet sibi, quoad Deum in conscientia sunt & essent secuti. Et hoc est notorium.

50. Item dicunt & proponunt dicti promotores & ministri, quod idem Petrus, vocatus, ut præfertur, Benedictus, post præmissum per eum prætensum Perpinianeum Concilium, dixit & asseruit pertinaciter & constanter, quod si totus Mundus diceret sibi, quod cederet papatui, & sibi videretur, quod non sequeretur inde unio Ecclesiæ; aut videretur sibi, quod non deberet cedere; ipse non cederet. Et si totus Mundus diceret sibi, quod non cederet, & sibi videretur, quod deberet cedere, ipse cederet per hoc suum judicium, immo potius errorem, pertinaciter præferendo omni humano, & Ecclesiæ universalis judicio, quod manifeste probat pertinaciam in errore.

51. Item, ponunt & probare intendunt, quod domino Balthassare in Joannem Papam XXIII. subsequenter assumpto, inthronizato, & coronato, & deinde in hac præsenti civitate Constantiensi de anno Domini MCCCCXIV. generali Concilio indicto & congregato, ad nonnullos tractatus, pro unione & reformatione universalis Ecclesiæ extitit processum; & tandem idem dominus Joannes suis demeritis & culpis exigentibus, anno Domini MCCCCXV. & in mense Maii ejusdem anni, ab omni culmine honoris, atque papalis dignitatis, per ipsum generale Concilium, servatis servandis, rite & canonice depositus fuit & ejectus, palam & publice. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

52. Item, quod dictus dominus Balthasar olim Joannes XXIII. in sua obedientia nuncupatus se indignum tantæ dignitatis recognoscens, hujusmodi ejectionem, atque depositionem per dictum sacrum Concilium factas, tanquam justas, sanctas & canonicas laudavit & approbavit, atque in eamdem depositionem factam annuit & consensit. Et nihilominus post hujusmodi depositionem, ad majorem cautelam, etiamsi quid juris sibi remansisset, pure, & simpliciter cessit & renunciavit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

53 Item, quod post depositionem, ejectionem & ad cautelam renunciationem, sicut præfertur, factas, supradictus reverendissimus in Christo pater dominus Angelus Corrario, olim in sua obedientia Gregorius XII. nuncupatus fidei zelo ductus, ac lace-

ANNO CHRISTI 1417.

ratæ Ecclesiæ compatiens, volens, quantum in eo erat, pacem dare Ecclesiæ Dei, nuper anno Domini *MCCCCXV.* supradicto, & in mense Julii ejusdem anni, in præsenti sacro Concilio & in publica sessione per præsens publicum Concilium generale in majori Ecclesia Constantiensi solemniter celebrata, per suus solemnes procuratores, legatos & oratores sufficiens ad id mandatum habentes, papatui suo, quem prætendebat, partemque juri, oneri & honori sibi quomodolibet competentem in eodem, pure & simpliciter cessit solemniter, & renuncinvit. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

54. Item, quod præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria, ac de ipsis & eorum quolibet fuit & est publica vox & fama.

55. Item, ponunt & probare intendunt, quod post præmissa & eodem anno proxime dicto, su-

B pradictum sacrum Concilium generale Constantiense considerans residuam partem impedimentorum unionis perficiendæ in supradicto domino Petro de Lunn consistere, serenissimum & invictissimum principem dominum Sigismundum Romanorum & Ungariæ Regem semper Augustum, una cum nonnullis dominis Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus, doctoribus, & prælatis solemnibus legatis ad dictum dominum Petrum de Luna, atque ad conveniendum rum illustrissimo principe Ferdinando tunc Aragonum Rege, & conventione eorumdem Regum, & ad præmissa sibi intimandum, necnon tractandum, rogandum, exhortandum, requirendum dictum Perrum de Luna, quatenus parem Ecclesiæ dare, atque cedere suo prætenso papatui vellet, misit, & destinavit. Et sic fuit, & est verum, &c.

56. Item, quod supradicti domini Romanorum

C Rex, & Ambaxiatores hujusmodi, legationem & ambaxiatam devote amplectentes, se ad regnum Arragoniæ, & dictum Petrum de Lunn anno proxime dicto cum litteris, munimentis, scripturis authenticis, pro præmissorum certificatione fienda transtulerunt, palam, publice, & notorie.

56. Item, quod serenissimus Romanorum & Ungariæ Rex & Ambaxiatores supradicti, una cum illustrissimo principe domino Ferdinando tunc Rege Arragonum, ac nobilibus principibus Armeniaci, & Fuxi comitibus, atque legatis solemnibus illustrissimorum principum dominorum Franciæ, Angliæ, Castellæ, & Navarræ Regum, anno prædicto, in Perpiniano, cum supradicto domino Petro de Luna convenerunt. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

58. Item, quod supradicti Romanorum Rex &

D Ambaxietores Concilii Constantiensis, atque Regum Franciæ & Angliæ prænominatum dominum Petrum de Lune Benedictum XIII. necnon dominum Regem Arragonum, cæteroque principes & oratores antedictos in Perpiniano, ut præfertur, congregatos de ejectione & depositione, ac ad cautelam renunciatione papatus, quem dictus dominus Balthasar da Cossa, olim Papa Joannes XXIII. necnon per supradictum reverendissimum patrem dominum Angelum Corrario, olim in sua obedientia Gregorium XII. nuncupatum, de cessione sui papatus, quem antea prætendebat, ut præmittitur, facta, per litteras hujusmodi, sub bulla sacri Concilii Constantiensis, nec litteras & scripturas authenticas, atque publica documenta, & munimenta, etiam manibus propriis dictorum dominorum Joannis, & Gregorii, olim de papatu contendentium, subscriptas,

E & subscripta in dicto loco Perpiniani certificatum. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

59. Idem, quod dominus Petrus de Luna antedictus omnia & singula hujusmodi scripturas, instrumenta, & munimenta originalia vidit, & tetigit, palpavit, & examinavit, & post hujusmodi originalium visionem, tactum, palpitationem, & examen, atque ipsorum copiam sub manu authentica habitam, dixit se deliberare, & eisdem dominis gratum responsum dare velle; sicque, ut prædicitur, fuit, & est dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, creditur, & reputatur palam publice atque notorie.

60. Item, quod præfati domini Romanorum Rex, & legati Concilii generalis Constantiensis, atque Regis Franciæ, & Angliæ dictum dominum Benedictum sic, ut præfertur, vocatum cum instantia requisiverunt quatenus attentis præmissis depositione Joannis, ac illius dicti domini Gregorii renunciatione, post quas totum pondus schismatis, seu divisionis Ecclesiæ, & facultas illam uniendi in eo consistebat, vellet dare pacem, & unionem Ecclesiæ per suam cessionem, ad quam præmissis promissionibus, & attentis juramentis suis, & aliis tenebatur jure divino pariter & humano. Et hoc est notorium, & verum.

61. Item, quod cum dictus dominus Petrus de Luna suum responsum super præmissis malitiose & callide differret, atque post multos tractatus cum eodem super cessione fienda habitos cavillasset, & dissimulatione evadere nisus fuisse, ipse Petrus de Luna anno Domini *MCCCCXV.* ante dicto, pluries

B per antedictos Reges, legatos, comites, prælatos, nuncios, & oratores conjunctim & divisim iterum requisitus, interpellatus, sæpius, & iteratis vicibus fuit; quatenus præmissis attentis vellet per suam renunciationem dare pacem Ecclesiæ Dei, jam fere per quadraginta annos afflictæ, lassæ, & divisæ, quemadmodum tam jure divino, & humano, quam suis propriis repetitis promissionibus, & juramentis per ipsum præstitis, & emissis, & per universum Orbem publicatis ad id tenere tur. Sicque, ut prædicitur, est dictum, habitum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, habetur, tenetur, creditur, & reputatur; atque fuit, & est verum, publicum & notorium.

62. Item, quod idem dominus Benedictus, sicut præmittitur, vocatus, dominum Sigismundum Romanorum & Ungariæ Regem, ac legatos hujus sa-

C cri Concilii generalis Constantiensis, Regis Franciæ, & Angliæ ex una parte, necnon dominos Regem Arragonum, comites Armeniaci, & Fuxi personaliter præsentes, atque legatos dominorum Regum Castellæ & Navarræ tenuit in tractatibus per spatium duorum mensium, & amplius, nullo tamen eis utili, & efficaci responso dato super renunciatione prædicta, sed per vias obliquas, & dilatorias procedens, ita illos tædio affecit, quod manifeste perceperunt, quod apud illum ad prædictum finem in vanum laborabant: & ita vacui & infecto negotio prædicto, dicti Rex Romanorum & legati Concilii hujus, atque Regis Franciæ, & Angliæ recedare coacti sunt, & recesserunt. Et hoc fuit, & est verum, atque notorium.

63. Item, quod serenissimus Arragonum Rex Ferdinandus, & illustres comites Armeniaci, &

D Fuxi; necnon legati serenissimorum Regum Castellæ & Navarræ eidem domino Petro dicto Benedicto etiam obedientes diu apud eumdem institissent, quod vellet pro unione Ecclesiæ consequenda renunciare papatui, quod recusavit, & per vias obliquas, & dilatorias, ac nullius efficaciæ avasit. Tandem ex parte dictorum Regum, comitum, & Ambaxiatorum omnium, & singulorum prædictorum, etiam singulariter ex parte singulorum Regum, & comitum eorumdem, fuit publice & solemniter requisitus de cessione & renunciatione prædicta per eum fienda, secundum formam ejusdem schedulæ sibi exhibitæ, & coram eo lectæ, cujus tenor sequitur, & est talis.

„ Beatissime pater. Cum negotium exstirpationis
„ schismatis pestilentis antiquati, & nimium (proh
„ dolor) radicati, & assecutionis sanctæ unionis Ec-
„ clesiæ diutius præstolatæ noviter sit deventum,
E „ seu deductum in statum, quod ille Angelus de
„ Corrario, qui se Gregorium XII. intitulabat, re-
„ nunciavit, pure, & libere papatui, & cuique
„ juri, quod in eo sibi prætendebat competere,
„ & habere, & aliqua alia fecit, quantum in eo
„ fuit, ad facilitatem & dispositionem prænominatæ
„ sacræ unionis habendæ. Etiam ille Balthassar de
„ Cossa Joannes XXIII. in sua obedientia nuncupatus,
„ nihiluminus a prætenso papatu, in quo se jus ha-
„ bere dicebat, realiter fuit ejectus, & etiam re-
„ nunciavit, serenissimusque princeps Sigismundus
„ Romanorum Rex personaliter, necnon quam-
„ plures alii Reges, & principes Christiani, &
„ magna para Christianitatis per suos solemnes
„ oratores & nuncius venerunt ad hanc villam Per-
„ piniani, petentes instantissime a vestra sanctitate;
„ qua-

ANNO CHRISTI 1417.

ANNO CHRISTI 1417.

quatenus dignaremini renanciare papatui, & omni „ juri vobis competenti in eo pro dicta unione habenda, allegantes ad id vestram sanctitatem multipliciter teneri. Et propterea ut sanctitas vestra non ignoret præmissa per spatium duorum mensium, vel circa hic moram trahentes, nihil clarum & efficax ab eadem sanctitate, ut asseritur, obtinere volentes, scandalizati, & vacui recesserunt. Verum, beatissime pater, cum gravissima pericula, & scandala permaxime universalia, non solum temporalia, sed etiam spiritualia, quod deterius est sint mora hujusmodi renunciationis per vestram sanctitatem fiendæ, ut ex præmissis, & aliis deprehenditur manifeste; pro tanto Dei servitio & bono prælibatæ unionis habendæ, necnon pro tantorum evitationa periculorum, & scandalorum supplicat sanctitatem vestram humiliter & devote humilis filius vester Ferdinandus Rex Arragonum, & Siciliæ, *&c.* & nihilominus obsecrat per viscera misericordiæ Jesu Christi, & etiam solemniter & reverenter requirit sanctitas vestra, quatenus dignetur dictam renunciationem facere, pure, & libere sine dilationibus, ad quam præmissis attentis, & aliis attendendis tenemini utroque jure, divino & humano. Et hoc est notorium.

Quæ requisitio pro parte domini Regis Arragonum fuit facta per illustrem Principem dominum Alphonsum primogenitum dicti domini Regis Ferdinandi, & Principem Girundæ, nunc vero Arragonum Regem, & per comites Armeniaci, & Fuxi personaliter, & Ambaxiatores, & legatos aliorum Regum prædictorum. Et hoc fuit, & est notorium.

64. Item quod post præmissas requisitiones idem dominus Petrus dictus Benedictus, indignatus ex hoc recessit de Perpiniano cum armatis, & quasi cum uno exercitu ad locum & portum maris Colliberim, ubi cum aliquamdiu stetisset, præfatus dominus Rex Arragonum Ferdinandus iterum misit ad eum suos oratores & legatos solemnes, & etiam cum illis accesserunt legati & procuratores Regum Castellæ, & Navarræ, ac comites Armeniaci, & Fuxi: & iterum per eosdem oratores fuit requisitus de præmissis, & aliis, prout in schedula infrascripta continetur, quæ fuit sibi præsentata, & lecta, cujus tenor talis est.

„ Beatissime pater. Supplicationi, & requisitioni factis & oblatis die nona præsentis mensis vestræ sanctitati sub hac forma; *Beatissime pater, Cum negotium extirpationis schismatis, &c.* respondit eadem sanctitas, die duodecima dicti mensis sub hac forma: *Ut appareat veritas processus, &c.* Verum, sanctissime pater, urgentibus causis, & motivis in dicta supplicatione & requisitione expressis, via paratur opportunius quam a die orti schismatis usque nunc ad consequendam Ecclesiæ unionem. Nam facta per sanctitatem vestram cessionem, de qua exstitit supplicatum, speratur verisimiliter, quod in Concilio generali universalis Ecclesiæ, quod dante Domino, in brevi congregabitur, providebitur sanctæ matri Ecclesiæ, per eos, ad quos pertineat, de unico & indubitato, ac universali pastore, forte per aliquam de practicis jam apertis, vel per alias, aut aliter; prout in eodem Concilio per eos, ad quos pertinebit, dirigente Spiritu sancto, disponetur, & ordinabitur; cum aliter nequeat in prædictis legitime provideri; exstirparique speratur schisma pestiferum: & sic obviabitur scandalis, & divisionibus ob dictum schisma usque nunc pullulatis, & quæ timentur oriri in posterum, nisi de renunciationis remedio occurratur. Idcirco, beatissime pater, *a* Raymundus de Plano Bononiensis legum, & Petrus Syra, decretorum doctores, Ambaxiatores & procuratores illustrissimi domini Ferdinandi Regis Arragonum, Siciliæ, *&c.* filii vestri devoti cum debita reverentia vestræ sanctitatis videntes per vestram responsionem supplicationi & requisitioni prædictis non fuisse, ut debuit, & congruit necessitati unionis Ecclesiæ, satisfactum, stantes, & perseverantes supplicationi & requisitioni jam factis, cum repetita reverentia, ob Dei servitium & dictum beneficium unionis, & ex causis supradictis, & aliis pluribus vestræ sanctitati notissimis, & etiam toti Mundo; supplicant sanctitati prædictæ, semel, secundo, & tertio, ac sæpe sæpius, ac instanter, & cum geminata instantia, & dictis vicibus, & cum dicta reverentia pariter eamdem sanctitatem obsecrant, & requirunt, quatenus exsequatur, & impleat operis *b* perfectum per se, vel suos procuratores ad id plena & irrevocabili potestate suffultos. Alioquin, beatissime pater, si vestra sanctitas supplicata & requisita, quod non creditur, realiter non exsequatur; dicti supplicantes, & requirentes solum Dei servitio *c* imminentes, cui prius obligati exsistunt, & adunationis sanctæ matris Ecclesiæ, & totius reipublicæ omnium Christianorum, & quieti pacificæ eorumdem, cum ejusdem sanctitatis repetita reverentia protestantur de omni jure universalis Ecclesiæ & ipsorum supplicantium, & alterius cujus interfit, & de recurrendo ad remedia licita, juridica, & honesta. Ceterum, beatissime pater, quamvis possit Concilium generale Ecclesiæ universalis in hoc casu tantæ necessitatis Ecclesiæ congregari, & in eo possint & valeant convenire omnes tam obedientiæ vestræ, quam obedientiæ olim Joannis, & olim Gregorii, qui alias consueverunt ad Concilium congregari: quarum dictarum obedientiarum olim Gregorii, & Joannis magna pars sit in Constantia congregata, & ab aliquibus curiosis in dubium revocetur, quamvis dubitandum non sit, an valeant illi dictarum duarum obedientiarum *d* simul de vestra obedientia in Concilio generali Ecclesiæ universalis congregari, pro exstirpando hoc nefando schismate, & unione jam dicta consequenda, & debite providendo de unico & indubitato summo Pontifice universalis Ecclesiæ: ideo ex superabundanti cautella, & ut tollatur omnis dubitationis scrupulus eidem sanctitati supplicant dicti ambaxiatores, & procuratores, quatenus alicui, vel aliquibus personis, de quibus merito confidere debeant dicti dominus Rex, & alii Reges & principes vestræ obedientiæ, *e* totis conatibus prosequuntur, & prosequi intendunt exstirpationem dicti schismatis, & consecutionem dictæ unionis, committere dignemini vices vestras, & posse plenum dare convocandi dictum Concilium generale, & auctorizandi, approbandi, & confirmandi per ipsum Concilium peragenda, ac tollendi, irritandi, abolendi, atque cassandi omnes, & singulos processus, sententias qualescumque, ac pœnas factas, latas, decretas, & promulgatas in obedientia dictorum Gregorii, & Joannis, & singulares earumdem occasione, vel ex causa dicti schismatis, & contra maculam, sive notam juris, aut facti, exinde contractam in omnes & singulas personas dictarum suarum obedientiarum, habilitandi, & cum eis dispensandi quantum opportunum sit, aut indigebunt, & providendi, & ordinandi, quod non possit excipi de dictis sententiis aut pœnis contra intervenientes in dicto Concilio, aut contra personas deputandas in dicto Concilio, aut contra eligentes Papam, nec eum qui fuerit in Papam electus; ipsasque personas ad dicta omnia, & singula habilitandi, ac omnia alia & singula faciendi, quæ erunt necessaria, expedientia, seu opportuna circa prædicta, & alia dependentia, incidentia, aut emergentia ex eisdem, & mandare dignemini eidem personæ, sive personis fulcitis dicta potestate, quatenus ex quo vestra sanctitas, recessit ab hac villa, ubi tractatur ad præsens de præparatoriis dictæ unionis, resideant in hac villa, & vadant ubi *f* disponatur per Reges, & Principes, & alios de vestra obedientia hic ratione prædicta congregatos. Et poterit facilius per alium, vel alios vestra potestate suffultos expediri, quam, pater sanctissime, per vos personaliter in ætate *g* & gravata personæ vestræ, & statu vestræ eximiæ dignitatis. Verumtamen ubi sanctitas vestra nolit id committere, supplicant eidem sanctitati, ipsamque exhortantur, obsecrant, & reverenter requirunt, qualiter illico revertatur ad villam Perpiniani, ubi de dictis præparatoriis in negotio unionis tractatur. Et prædicta omnia & singula, quæ essent, ut præfertur per dictos commissarios fienda, & exsequenda, faciat, & exsequatur; offerentque se eidem supplicantes, quod per se, & etiam unacum aliis hic ratione prædicta congregatis provide-

a MSS. *Raymundus de Plana, Bonanatus Petri, legum; & Petrus Syra (al. Sagra), &c.*

b MSS. *profectum.*

c MSS. *inhiantes.*

d MSS. *simul cum illis de vostra.*

e MSS. *qui totis.*

f MSS. *deputetur.*

g MSS. *gravis & in dignitate.*

ANNO CHRISTI 1417.

„ videbunt & provideri facient per eos, ad quos pertineat, de salvo conductu, & securitatibus tam vestræ sanctitatis suo casu, quam etiam casu dictæ personæ, sive personarum: Hæc quidem sunt utilia, opportuna, ac etiam accommoda tractari in negotio dictæ unionis & quietativa conscientiarum omnium, signanter quæ sunt de nostra obedientia; & sic etiam facta fuere per commissarios dicti olim vocati Gregorii, habentes ad id posse legitimum, tempore quo procurator ipsius Gregorii nomine ejusdem renunciavit prætenso juri, quod idem Gregorius in paratu se habere dicebat. Et iterum etiam prædicti sic fieri supplicant, obsecrant, & reverenter requirunt. Alias enim protestantur de omni jure universalis Ecclesiæ, & alterius cujusvis. Et hoc fuit & est notorium.

Cui requisitioni, quantum concernit renunciationem, nihil aliud voluit respondere, nisi quod dicebat se in Perpiniano respondisse. Ad alia nihil nisi frivolum respondit, & ineptum. Et hoc fuit, & est verum, & notorium.

65. Item, & quod paulo post præmissam requisitionem idem dominus dictus Benedictus recessit de Caucoliberi; & per mare ad unum terræ angulum ad castrum munitissimum Paniscolæ se recepit cum suis armatis, ubi adhuc dicitur residere. Et hoc est notorium.

Consequenter ex parte dicti Regis Arragoniæ, fuit idem dominus Petrus in castro prædicto Paniscolæ iterum requisitus, secundum formam scripturæ sibi præsentatæ & lectæ, cujus tenor talis est:

„ Sanctissime & beatissime pater. Pro parte non solum serenissimi Regis Arragonum, sed etiam illustrissimorum Regum Castellæ, & Navarræ, & comitum Armeniaci, & Fuxi, fuerunt præsentatæ vestræ sanctitati sub diversis calendariis & partibus in diversis locis, primo in villa Perpiniani, & alie, & secunde Caucoliberi post recessum vestrum a dicta villa Perpiniani duæ supplicationes & reverentiales requisitiones; quarum series, & tenor per ordinem sic se habent, *Sanctissime ac beatissime pater. Cum negotiorum exstirpationis schismatis*, &c. a & ad dictas supplicationes, & requisitiones eadem sanctitas respondit sub diversis calendariis in villa & loco antedictis; quarum responsionum series sequitur prout infra: Primæ. *Ut apparet veritas processus*, &c. secundæ: *Cum per ultimam schedulam*, &c. Verum, beatissime pater. Cum responsiones vestræ sanctitatis tactæ detegant in aperto cuilibet intuenti, quod eadem sanctitas non renunciavit, nec renunciare curavit papatui; nec practicas & formas electionis futuri Pontificis relinquere vult ordinationi & dispositioni Concilii generalis universalis Ecclesiæ b congregandi, ad quod de jure pertinet dicta electio; quod cum Spiritus Sancti adjutorio disponet & ordinabit de practicis nobis aliisque salubribus & brevioribus circa electionem jam dictam: nec alia adimpleverit vestra sanctitas, quæ in dictis requisitionibus continentur, quod etiam aperte detexit recessus subitus sine causa rationabili, cum reverentia loquendo sanctitatis vestræ. Quia ubi præcesserant fides & guidarica dicti serenissimi Regis Arragonum, & etiam sine guidaticis, ubi dicti domini Regis erat præsentia, & in sua obedientia ejusdem sanctitatis, quæ nunc ubique ad tute defensa, & prout voluit, ibidem cum omnimoda libertate permansit, timere non debuit; immo nec de sinistro aliquo dubitare, nec cum fictis coloribus, semper cum reverentia vestræ sanctitatis loquendo, Veritate victrice omnium prædicante contrarium, rem aliter se habere poterit de industria. Ideo Raymundus Xatinar miles, & Petrus Basseti legum Doctor, consiliarius, Ambaxiatores dicti domini Regis Arragonum, vestræ intimant sanctitati, quod ob non factam renunciationem prædictam, quam eadem sanctitas vestra facere debuit jure divino pariter & humano; & eam offerre nudo verbo non fuit sufficiens; & ob non implementum aliorum, quæ supplicata & requisita fuere, dictos reges & principes licet invitos, cum sciant se reddituros rationem pro Ecclesia, quam a Christo tuendam susceperunt; quia sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per dictos principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati Ecclesiam tradidit committendam, urgenteque zelo fidei, & necessitatis opportunitate perveniendi ad unitatem universalis Ecclesiæ, quæ ab initio producti schismatis usque nunc attingi non potuit: oportebit pro defensione juris dictæ universalis Ecclesiæ pro Dei servitio, & exoneratione suæ conscientiæ, & respectibus aliis, tam in iis, quam in aliis supplicationibus & requisitionibus positis, ad debitis remediis licitis & permissis, Et licet amplius supplicare non sit necessarium, ad uberiorem tamen cautelam, non interdicta facultate utendi suo casu dictis remediis, cum dictis Regibus & principibus visum fuerit, sanctitatis vestræ responsione nullatenus exspectata, immo omni facultate retenta, iterum & iterum, ac quantum possunt geminatis vicibus supplicant & requirunt cum debita reverentia sanctitatis ejusdem, quatenus pro Deo principaliter, & pro beneficio celeriori perveniendi ad unionem sanctæ matris Ecclesiæ, & compatiendo tanto animarum discrimini, & infinitis occurrendo scandalis per effectum operis, bis c supplicatus per Ambaxiatores dictorum regum, & principum, seclusa omni mora adimpleat, d Significantes eidem sanctitati, ut illustrissimus Rex Romanorum & aliæ personæ missæ per congregationem Constantiensem sunt, vel tempore suæ missionis erant in Narbona, & continuo per suos Ambaxiatores tractant seu tractabant in dicta villa cum dicto domino Rege Arragonum, & Ambaxiatoribus aliorum Regum, & principum, pro bono juridico, compendioso, & concordi remedio ad exstirpandum schisma pestiferum, & perveniendum ad beneficium unionis; alias dicti Ambaxiatores & procuratores, nominibus supradictis in dictis supplicationibus persistentes, cum debita reverentia ad effectus expressos in dictis prima & secunda supplicationibus, & requisitionibus, & ad omnes & singulos alios e effectus vocatos, seu utiles actus sanctæ unionis jam dictæ, protestantur, quod dicti reges & principes utentur remediis debitis, licitis & præmissis, & turbari naviculam sancti Petri amplius, quantum in eis fuerit, non permittent. Et hoc est notorium.

Cui requisitioni nihil efficax respondit, sed in sua duritia, & pertinacia non cedendi, & cessionem per vias fraudulentas & obliquas semper evadit per quamdam frivolam responsionem sub instrumento publico contentam quod instrumentum volunt prosecutores prædicti sic haberi pro inserto, si & quatenus faciat pro ipsis, & ad probationem præmissorum; & non alias, nec ad alios fines, & effectus. Et hoc est verum, publicum, & notorium.

66. Item, quod præfatus Petrus de Luna potens verbo cessionis Ecclesiam Dei tot annorum curriculis lacessitam unire, id tamen facere renuit, Regum, principum, prælatorum, & legatorum prædictorum monita, exhortationes, & requisitiones contemnens, precibus minime flexus est; quinimmo in præfata sua duritia & pertinacia perseveravit, & perseverat: ipsamque Ecclesiam Dei Christi sponsam vulneribus pestiferi schismatis afflictam deseruit & deserit absque medela, totam universalem Ecclesiam notorie, incorrigibiliter, & pertinaciter scandalizando; sicque, ut prædicitur, fuit & est dictum, tentum, creditum, & reputatum, diciturque, tenetur, & reputatur, & palam, & notorie; & sic fuit & est verum, & notorium.

67. Item, quod post requisitiones, supplicationes, & exhortationes, ut præmittitur, factas eidem Petro de Luna, suamque recusationem, & fraudulentas ac intricatas responsiones, & recessum ad Paniscolam, & iterum requisitionem, & ex parte dicti Regis Arragonum sibi factam, idem Rex Arragonum, qui erat de obedientia dicti Benedicti nuncupati, congregato & habito maturo & magno Concilio prælatorum, procerum, atque doctorum, & sapientum regni sui, decrevit se &

to

a Ex MS. addit: Ex secunda. Beatissime Pater supplicatione & requisitione sanct. & oblatio, &c.

b MS. bene vocor congregandi. 1. Esdr. 4. 41.

c MS. supplicato.

d MS. unus supplicavit.

e MS. unus, effectus necessarios.

ANNO CHRISTI 1417.

regnum suum, atque personas illius quascumque attentis recalatione & recessu, pertinaciæ atque doriria dicti domini Benedicti in non tollendo schisma præsens & Ecclesiam uniendo, quod facere potuisset & poterat per suam liberam cessionem papatus; ab illius dicti Benedicti obediantia recedere & subtrahere, recessitque, & subtraxit; & hoc fecit per totum regnum suum Arragonum, atque Siciliæ, & alia dominia, publicari & observari. Et hoc fuit & est veram, & notorium.

68. Item, quod post præmissam subtractionem obedientiæ eidem Petro, dicto Benedicto in dictis regnis & dominiis factam, serenissimus Rex Arragonum modernus eamdem subtractionem per patrem suum dominum Ferdinandum olim serenissimum Regem, ut præfertur, factam, confirmans & approbans, & observans sa, per suos solemnes legatos & procuratores, ad hoc potestatem habentes, se pro se, ac regnis & dominiis suis cum eadem sancta Constantiensi Synodo univit: & vocatione generali facta ex duabus obedientiis olim Joannis & Gregorii prædictorum, ac Regis Arragonum pro se, & regnis suis, ac dominiis est unum generale Concilium constitutum, & procedi voluerunt contra eumdem dominum Benedictum, ad illius canonicam ejectionam. Et hoc est verum, & notorium.

69. Item, quod pari forma Rex Navarræ convocato magno Concilio regni sui, videlicet Episcoporum, abbatum, capitulorum, procerum, nobilium, & communitatum, tribus videlicet statibus regni sui, *a* & meris in regno in rabus arduis decernendis, ea causis eidem prædictis, se regnum suum, dictique status clari, nobilium, & totius populi, a dicti Benedicti sic vocati obedientia recesserunt, & ab illius obedientia se subtraxerunt. Et est verum, & notorium.

70. Item, quod eadem sancta Synodus post unionem dicti serenissimi Regis Arragonum, etiam vigore conventionum dudum habitarum de anno MCCCCXV, inter serenissimum dominum Sigismundum Romanorum Regem, & legatos hujus sacri Concilii, & legatos serenissimorum Regum Castellæ, Arragonum, & Navarræ, ac comitis Fuxi, ex altera parte, & postea per eosdem dominos Reges Arragonum, & Navarræ, & per dictum comitem Fuxi approbatarum, eadem sancta Synodus unitis legatis dicti domini Regis Arragonum prosequens unionem Ecclesiæ; & considerans quod attento quod idem dominus Petrus de Luna vocatus Benedictus toties & tam pertinaciter recusaverat, & recusabat cedere; & quod nullam aliam viam videbat, per quam Ecclesia posset uniri, quam per dicti Petri vocati Benedicti a suo papatu ejectionem, decrevit contra eumdem Benedictum; & ad illius dejectionem prædictam fore procedendum, & contra illum citationem personalem decrevit, prout inter hujusmodi causæ acta continetur. Et hoc est notorium.

71. Item, similiter illustris Comes Fuxi pro suis terris & dominiis, in quibus eidem Benedicto obediebatur, a sua obedientia propter causas dictas recessit, & se ab eadem obedientia subtraxit. Et hoc est notorium.

72. Item, quod consequenter serenissimus Rex Navarræ & illustris Comes Fuxi, clerusque, proceres, & nobiles dicti regni, comitatus, & dominiorum, ac per suos solemnes legatos & procuratores ad hoc specialem potestatem habentes secum eodem Concilio unierunt, & cum aliis qui prius adhærebant unum generale Concilium constituerunt: & e converso, Concilium univit se ipsis: & sic procedi voluerunt contra eumdem dictum Benedictum ad illius canonicam ejectionem. Et hoc est notorium.

73. Item, quod *b* in præmissis unione eidem sacræ Synodo factas, dicta citatio ad personam ejusdem domini dicti Benedicti, etiam post unionem dictorum Regum Navarræ, & comitis Fuxi, cleriqua, & nobilium, ac populi prædictorum, fuit legitime executa, prout etiam ex productis & relatis coram eodem sacro Concilio constat & apparet. Et hoc est notorium.

74. Item, dicunt, & probare intendunt dicti procuratores, prosecutores, & ministri, quod idem Petrus vocatus Benedictus, ut præfertur, citatione hujusmodi intellecta, & audita, ac contra eum executa, & in sua pertinacia & duritia fovendi schismatis, & contra unionem Ecclesiæ sanctæ Dei perseverans, & intendere eidem unioni Ecclesiæ manifeste recusans; dixit, & asseruit, tam verbo publice, & notorie, quam in scriptis, quod non intendebat, nec intendit præfatum sacrum generalem Concilium Constantiense, quod vocabat congregationem Constantiensem, quod tamen fuit & est ex tot obedientiis, tot regnis, & provinciis, ut præfertur, constitutum, & canonice convocatum, approbare; nec illius citationem quomodolibet exaudire, aut ei qualemcumque vigorem tribuere: quia, ut dicebat, dicta citatio est emanata a notorie nullam potestatem habentibus, immo ipsam congregationem, & quaecumque facta in ea, vel fienda, seu ordinata, vel ordinanda contra ipsum, pronunciavit, & declaravit, quantum in se fuit, nulla, & irrita ipso jure.

75. Item, quod idem dominus Benedictus indignatus de citatione prædicta, & contra ipsum sacrum Constantiense Concilium prosequens unionem Ecclesiæ tam diuturnis & indefessis laboribus, quo ex fervore devotionis ad unionem Ecclesiæ sustinuit annis duobus, mensibus quinque, cum gravibus expensis, relictis propriis *c* laboribus, & tebus omnibus postpositis; dixit, asseruit, verbo *d* publica, & authentico, quod Ecclesia Dei erat apud eum; & quod existentes in Constantia sunt sine capitis assistentia, & velut membra præscissa a corpore; quæ sub clypeo vallæ multitudinis, & nomine generalis Synodi Dei Ecclesiam *e* dirumpunt, multisque modis perturbant. Subjungens falsum testimonium, dicens, quod a sanctis Apostolis est diffinitum, quod absque auctoritate Romani Pontificis non valeat generalis Synodus congregari.

76. Item, quod hoc sacrum generale Concilium, auctoritate Romani Pontificis, qui per multos multuque majorem partem Christianorum pro Romano & summo Pontifice habebatur notorie, videlicet per Joannem XXIII. sic in sua tam empla, ut dictum est, obedientia nuncupatum, & ad prosecutionem serenissimi domini Sigismundi Romanorum Regis, & inter Reges omnes summi, & præcipui castitie convocatum, approbantibus & eidem Concilio obediantibus aliis serenissimis Regibus, & regnis, Franciæ, Angliæ Arragoniæ, Siciliæ, Ungariæ, Navariæ, Poloniæ, Daciæ, Norvegiæ, Sveciæ, Dalmatiæ, Croatiæ, totaque Italia, Gallia, Germania, Anglia, Hibernia, & circumadjacentibus ceteris regionibus atque provinciis.

77. Item, dixit idem Petrus vocatus Benedictus contra dictam citationem, quod ipse non ait de crimine, seu fautoria schismatis diffamatus apud bonos & graves; sed sui & Ecclesiæ inimici, schismatici, & hæretici conantur contra veritatem notoriam ipsum de hujusmodi crimine & illius fautoria diffamare, quod videtur intelligere de isto sacro Concilio. Et hoc est notoriom.

78. Item, dicunt, & proponunt iidem promotores, prosecutores, & ministri, quod præmissa in proximo articulo contenta, & dictum per dominum Benedictum sic vocatum referuntur, & intelliguntur per eam, & necessario referri debent ad sacrum Constantiense Concilium; quomodo idem Benedictus sic vocatus illa dixit & asseruit, contra citationem a dicto sacro Concilio emanatam contra ipsum Benedictum; in qua citatione idem sacrum Concilium eumdem Petrum vocatum Benedictum asserit de schismate, & illius fautoria diffamatum, ut ex tenore litterarum citationis apparet. Quæ omnia prædicta cedunt in gravem contumeliam & injuriam dicti sacri Concilii. Et sic fuit, & est verum, publicum & notorium.

79. Item dicunt, & proponunt iidem promotores, & prosecutores, quod idem Petrus vocatus Benedictus contra dictam citationem opponens, dixit & asseruit verbo, & in scriptis authenticis, quod congregati in Constantia (sic enim vocat illos) non sunt generalis Synodus, nec universalem

Ec-

a MSS. ut est in via.
b MSS. post promissas.
c MS. sua, laribus.
d MS. publico.
Confer sess. XXV.
e MS. dirsipiunt.

ANNO CHRISTI 1417.

in decretis, Matthæum Rodel in theologia professum, necnon Jacobum Meinardi, Joannem de Fabrica legum doctorem, Joannem de Bosco, & Bertrandum Episcopum Apamiarum personaliter apprehensos: ut & tanquam testes ad jurandum, de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati, super articulis ultimis *a* super hujusmodi causa oblatis, ad primam diem juridicam, qua eosdem dominos judices & commissarios Constantiæ in loco sessionis ad hoc specialiter electo, ad jura reddendum, hora tersiarum, pro tribunali sedere contigerit; videlicet ad diem præsentem, prout & quemadmodum iidem cursores ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixeront, & quilibet eorum dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter in mandatis.

a MSS. supra in hujusmodi.

Subsequentes adveniente hora septima, seu terciarum præsentis diei, discretus vir Goffridus *b* Durtensis Sedis Apostolicæ præfatæ cursor, retulit in judicio *c* dominis judicibus & commissariis præfatis Constantiæ, in loco sessionis solito, in Ecclesia majori, ad hoc specialiter electo ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti Magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam, heri quamdam citationis papyri schedulam, sigillis reverendissimi patris domini Guillelmi Cardinalis sancti Marci, & Marcelli de Navers commissariorum, munitam & signatam, valvis, seu portis Ecclesiæ majoris Constantiensis publice affixisse; eamque inibi debitæ execucioni, ut moris est, demandasse infra Missarum solemnia, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se superius habuisse, & recepisse specialiter in mandatis.

b MSS. Dorsten.
c MSS. coram dominis judicibus.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit judicio coram dominis judicibus & commissariis præfatis, adhuc prout ubi supra, ad jura reddendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus nomine procuratoris quo supra; & quasdam citationum, unam videlicet pergameni a dominis commissariis prædicti emanatam, de eorumque voluntate & mandato in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam, & ab intra signatam, sigilloque & ipsius audientiæ a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque debite executa; & aliam papyri schedulam in valvis Ecclesiæ majoris Constantiensis debitæ executioni demandatam, facto, realiter, & in scriptis intrascriptorum senorum repræsentavit, *d* citatorum in eis contentorum non comparentium, neque testes in hujusmodi causa *e* produci, & jurare videre, nec interrogatoria pro eorumdem testium producendorum examinatione dare eorantium, contumaciam accusavit; ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam ad abundantiorem cautelam eosdem citatos ad valvas Ecclesiæ prædictæ per aliquos dominos ex commissariis prædictis, ut moris est, vocari ad actus præsentes per dominos commissarios & judices præfatos, debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati, ad dicti magistri Henrici promotoris instantiam, venerabiles viros dominos Henricus Flechel, & Petrum Nardi, sacri palatii Apostolici causarum auditores collegas suos ad vocandum dictos citatos ad valvas Ecclesiæ prædictæ, una cum notariis & cursoribus, ut moris est, & fuit ab antiquo, deputandum duxerunt, & deputaverunt.

d MSS. citatorumque.
e MSS. produci, recipi, & jurare.

Qui quidem domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi deputati, una cum præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, & discreto viro *f* Gaufrido Durstensi, Sedis Apostolicæ cursore, locum audientiæ suæ exeuntes ad valvas prædictæ Ecclesiæ accesserunt: ubi per organum dicti Gaufridi cursoris prædictos citatos tribus vicibus vocaverunt in hunc modum: Est hic Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus? Compareat hic coram dominis Commissariis Synodi Constantiensis, ad videndum recipi, jurare, & admitti nonnullos testes, ad perhibendum testimonium veritati super articulis & capitulis per ipsam Synodum datis necnon ad dandum interrogatoria ad hodie & cras per totam diem, & sic de singulis diebus in antea, hora & loco prædictis. Qui quidem trina vocatione, ut præfertur, facta, nemineque comparente, nec respondente, præfati domini deputati, nomine suo & collegarum suorum a nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, super præmissis fieri petierunt unum, vel plura, publicum, vel publica instrumenta. Præsentibus ibidem honestis viris dominis Nicolao *g* Hetaeupleta Canonico Coloniensi, Henrico Hocvatel & Hermanno Bothen, litterarum sacræ pœnitentiariæ procuratoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

f MSS. Gottfrido Dorsten.
g MSS. Hexeplath.

Deinde dictis dominis deputatis una cum aliis supradictis ad locum audientiæ, & ad collegas suos redeuntibus, ipse Henricus Flechel, nomine deputatorum, & Gaufridus cursor, dictam vocationem, ut præmissum est, factam, neminemque ibi comparuisse, nec respondisse, ut præfertur, retulerunt dominis Commissariis præfatis, & retulit quilibet eorum. Qua quidem relatione facta, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, adhuc præsens, & judicialiter comparens, præfatorum citatorum non comparentium iterato contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari petiit, & in eorum contumaciam supradictos testes omnes, exceptis dominis Petro *h* Canton, & Rodulpho licentiatis in decretis præsentes, & comparentes, ut & tamquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis prædictis exhibuit, & produxit; quos recipi, & ad juramdum admitti, necnon interrogari per dominos judices commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius, & usque ad horam debitam sufficienter expectatos, reputarunt merito, prout erant, exigente justitia, contumaces; & in eorum contumaciam supradictos testes præsentes & comparentes, ut, & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super articulis supradictis admittendos duxerunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum commissariorum, & judicum, & in eorum manibus aliqui, scilicet prælati tactis pectoralibus propriis, alii non prælati tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliis, juraverunt, & quilibet eorum juravit, se velle dicere, & deponere puram, meram, & omnimodam veritatem, quam sciverint, & quilibet eorum sciverit, in hujusmodi causa super articulis sæpefatis veritatem, prece, pretio, ira, odio, timore, favore, amore, rancore, & omni mala machinatione in præmissis postpositis & semotis.

h MSS. Cantham.

Quo facto idem magister Henricus de Piro promotor & procurator, adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, prædictorum dominorum Petri *i* Canthim, & Rodolphi, testium citatorum non comparentium, nec testimonium veritati in hac causa perhibere curantium, contumaciam accusavit; ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam eosdem moneri mandare sub pœna excommunicationis ad idem, per aliquem Sedis Apostolicæ cursorem, ad tertium peremptorium terminum competentem per dominos judices & commissarios præfatos cum debita instantia postulavit. Et tunc domini commissarii præfati dictos dominos Petrum, & Rodolphum, non comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius & usque ad horam debitam sufficienter expectatos reputarunt merito, prout erant, quoad actum, & terminum hujusmodi, exigente justitia, contumaces; & in eorum contumaciam per petitam promotoris instantiam, & petentes decreverunt, atque concesserunt, eamque prout petita exstitit ad primam diem juridicam proxime futuram, qua eosdem commissarios in loco suo solito mane hora tertiarum pro tribunali ad jura reddendum sedere contigerit, per quemcumque Sedis Apostolicæ cursorem, qui super hoc requisitus fuerit, peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt.

i MSS. Cantham.

Iis sic,

ANNO CHRISTI 1417.

Iis sic, ut præfertur, peractis, magistro Henrico de Piro promotore & procuratore prædicto instante, & petente, domini judices & commissarii præfati, reverendis patribus & dominis Roberto Episcopo Sarisberiensi, & Hermanno *a* Duvergu Apostolicæ Sedis protonotario collegis suis, ab illustrissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Ungariæ, *&c.* rege, reverendisque patribus domini Joanne Archiepiscopo *b* Regensi, & Ottone Bono dictæ Sedis protonotario testibus citandis, ut solitum reciperent juramentum, committendum duxerunt & commiserunt.

a MSS. *Duvrech.*

b MSS. *Argen. & Ottono.*

Subsequenter dominis commissariis credentibus, solum præfatis Roberto Episcopo Sarisberiensi, & Hermanno Dvvergh remanentibus, accesserunt locum audientiæ solitum serenissimus princeps dominus rex, & Otto Bonus præfati: & se fore citatos ad perhibendum testimonium veritati in hujusmodi causa per certum Apostolicæ sedis cursorem dixerunt, & allegarunt, ideo ad satisfaciendum citationi, & parendum mandatis, ibi venissent, & se commissariis præsentarent. Tunc domini Robertus Episcopus Sarisberiensis, & Hermannus Dvvecch præfati juxta commissionem eis suprafactam, a dictis dominis rege, & Ottone Bono ad sancta Dei Evangelia de dicendo in hujusmodi causa veritatem super articulis sæpefatis in hac causa productis solitum receperunt juramentum:

Tenores vero dictarum citationum papyri, & pergamani schedularum, unde supra fit mentio, sequuntur.

Mandant domini judices, & commissarii per sacrosanctam & generalem Synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati; citari peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ, ut moris est, & citans dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos, sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus hodie hora septima, vel circa, ante meridiem, qua ipsos dominos judices, vel duos ex eis in Ecclesia Constantiensi in loco sessionis publicæ pro tribunali sedere contingerit, compareant in judicio legitime coram eis ad videndum & audiendum produci, recipi, jurare, & admitti testes super articulis & capitulis productis, & admissis, aliaque probationis genera producendos, & producenda per totam diem hodiernam, ac alios dies, & horas competentes, & opportunas; necnon ad dandum interrogatoria hodie, & cras per totam diem, & successive, pro aliis testibus adducendis, diebus quibus admissi fuerint, & sequentibus, si quæ dare voluerint, pro examinatione testium eorumdem, in causa & causis, in quibus contra eumdem dominum Petrum Benedictum nuncupatum dicta sancta Synodus intendit procedere, & procedit; alioquin in causa & causis hujusmodi ulterius, prout justum fuerit, procederetur, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstantibus.

Datum Constantiæ, die XXVI. mensis Aprilis, anno a Nativitate Domini MCCCCXVII. indictione decima.

Citatio in valvis ad idem.

Nos judices & commissarii per sacrosanctam generalem Synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati, peremptorie in valvis Ecclesiæ Constantiensis citari mandamus, & tenore præsentium citamus dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios, & singulos, sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus die Lunæ proxime futura, qua nos, vel duo ex nobis in Ecclesia Constantiensi prædicta in loco sessionis publicæ hora septima de mane pro tribunali sedere contigerit, compareant in judicio legitime coram nobis, ad videndum & audiendum produci, recipi, jurare, & admitti testes super articulis & capitulis, productis, exhibitis, & admissis, aliaque probationum genera per illam diem, ac alios dies, & horas competentes, & opportunas; necnon ad dandum interrogatoria dicta die Lunæ, & die sequenti, & successive pro aliis testibus admittendis, diebus quibus admissi fuerint, & sequentibus, si quæ dare, & exhibere voluerint pro examinatione testium eorumdem in causa & causis, in quibus contra eumdem Petrum Benedictum XIII. nuncupatum dicta sancta Synodus Constantiensis procedere intendit, & procedit: alioquin in causa & causis hujusmodi ulterius, prout justum fuerit, procedetur, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstantibus. Hanc vero nostram citationem valvis, seu portis dictæ Ecclesiæ duximus affigendam, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt, in quibus nostram citationem modo præmisso decernimus publicandam, ne privati sic citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentem citationis schedulam exinde fieri fecimus, sigillorumque reverendiss. in Christo patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S.R.E. Cardinalis, & egregii utriusque juris doctoris domini Michaelis Navers fecimus impressione communiri.

Datum Constantiæ, die *c* vigesima quarta mensis Aprilis, anno a Nativitate Domini MCCCCXVII. indictione decima.

c Al. mss. XXV.

Gumbertus Fabri notarius,
M. Bolosonis notarius.

Anno & indictione, quibus supra, die vero Jovis sexta mensis Maii, constitutus coram dominis judicibus & commissariis prælatis Constantiæ in palatio Episcopali, in aula majori, hora vesperarum, vel quasi, ad infrascripta specialiter congregatis, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio, quo supra, & nonnullas positiones, & articulos additionales, *d* probationum materiam hujusmodi causæ, scilicet schismatis & hæresis, realiter & in scriptis infrascripti tenoris obtulit & produxit, *e* quos ad probandum in prædicta sancta Synodo infra quindecim dies proxime, & immediate sequentes admittendos duxerunt & admiserunt.

d MSS. *probationes materiarum.*

e Lege ex mss. *quos ad probandos se ad dictam sanctam Synodum admittere dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati supradictas positiones & articulos additionales ad probandum in prædicta, &c.*

Quibus articulis sic admissis, discretus vir Jacobus Meinardi, sedis Apostolicæ cursor, retulit dominis judicibus & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra congregatis, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam, hodie mane peremptorie citasse, unum testem, videlicet reverendum in christo patrem & dominum, dominum Episcopum Auriensem in hospitio suo personaliter repertum, ut & tanquam testem ad jurandum de perhibendo testimonium, in hujusmodi causa veritati, super articulis tam additionalibus quam principalibus, in hujusmodi causa datis, ad horam vesperarum præsentem, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis præfatis adhuc, prout ubi supra, ad jura reddendum existentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, & supradictum testem ad jurandum de perhibendo testimonium veritati, in hujusmodi causa super articulis supradictis exhibuit & produxit; quem recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit.

Quem quidem testem præsentem & comparentem domini judices & commissarii prælati, ut & tanquam testem ad jurandum de perhibendo in hujusmodi causa testimonium veritati super articulis sæpe dictis admittendum duxerunt & admiserunt. Qui dum admissus fuerat, statim ad mandatum dictorum dominorum judicum & commissariorum, & in eorum manibus tactis per eum pectoralibus suis propriis ad sancta Dei evangelia juravit, se velle dicere & deponere puram, meram, & omnimodam, quam sciverit in hujusmodi causa veritatem, super articulis supradictis, preces, pretio, ira, odio, timore, favore, amore, rancore, ac omni

ANNO CHRISTI 1417.

ni male machinatione, in præmissis postpositis pe nitus, atque semotis. Cujus quidem testia examen domini judices & commissarii præfati reverendissimo in Chisto patri & domino, domino Joanni patriarchæ Antiochæno, & venerabili viro domino Guillalmo Polchri-nepotis eorum collegis commiseaunt fideliter faciendum.

Demum magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, supralatum dominum Petrum de Luna, omnesque alios sua interesse putantes ulterius citari, mandari, ad producendum, & produci videndum omnia & singula jura, instrumenta, acta, litteras, scripturas, & munimenta, aliaque quæcumque probationum genera, necnon produci, recipi, videndum recipi, & jurare admitti teste tam super dictis positionibus, & articulis addicionalibus, quam recognitione signorum, sigillorum, & manuum notariorum, juribus & munimentis productis appositorum, & appensorum per audientiam publicam litterarum contradictarum Apostolicarum, necnon in valvis Ecclesiæ majoris Constantiensis, per dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postulavit. Quam quidem citationem domini judices & commissarii præfati prælibato magistro Henrico de Piro promotori instanti & petenti decreverunt, atque concesserunt, eamque prout petita extitit, ad diem Lunæ proximo futuram, qua eosdem dominos judices & commissarios Constantiæ in loco sessionis solito ad hoc specialiter electo & deputato, mane hora tertiarum ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit, per audientiam litterarum contradictarum, ad valvas seu portas præfatas peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt.

Addunt prosecutores & ministri deputati per sacrum generale Constantiense Concilium in causa inquisitionis motæ contra dominum Petrum de Luna Benedictum XIII. eorum Sacro Concilio articulis dudum per eos datis in dicta causa: dicuntque, & proponunt, & probare intendunt articulos qui sequuntur.

Primo, quod dudum anno Domini MCCCCVIII. cum dictus dominus Petrus, vocatus, ut præmittitur, Benedictus, & Angelus tunc dictus Gregorius XII. pro unione Ecclesiæ, & cessione mutuo facienda debuissent ex eorum promissionibus convenire; ipseque dominus Benedictus fuerit & fuisset, ut esset tunc in Portu-Veneris; dominus vero nuncupatus Gregorius esset & fuisset in Luca, ipsi domini nunquam convenerunt, torque difficultates fecerunt in securitatibus sibi præstandis, quod finaliter de dictis locis recesserunt infecto negotio: & dictus Petrus ex una parte ad Perpinianum se transtulit; ille vero Senas. Et hoc fuit, & est verum, atque notorium.

2. Item quod propter illorum recessum, & discessum domini Cardinales utriusque obedientiæ, seu major pars illorum dimiserunt dictos dominos Benedictum & Gregorium, & se invicem univerunt & tractarunt de modis unionis prosequendæ.

3. Item, quod inter se convenerunt & concordarunt, quod in defectu illorum duorum contendentium de papatu, ipsi domini Cardinales convocarent Concilium generale, prout & quantum in eis fuit, convocarunt ad civitatem Pisarum ad prosequendum & agendum unionem Ecclesiæ.

4. Item, quod domini Cardinales de obedientia dicti domini vocati Benedicti, eumdem dictum Benedictum, ad dictum sic vocatum Concilium, & ad civitatem Pisarum per suas litteras, & nuncium convocarunt, invitaverunt, & exhortati fuerunt, quatenus ibidem certo tempore compareret ipse, vel per alium, ad prosequendum Ecclesiæ unionem per viam mutuæ cessionis dictorum dominorum contendentium, & alias prout melius fieri posset & deberet; cum protestatione quod si non veniret, ipsi ad hoc procederent, quantum cum Deo possunt, cum dicto Concilio.

5. Item, quod similiter Cardinales de obedientia dicti domini vocati Gregorii eumdem Gregorium convocerunt, invitarunt, & exhortati sunt ad locum & tempus eosdem, & ad præmissa per se, vel alium faciendum.

6. Item, & quod in dicto loco Pisarum tempore constituto convenerunt dicti Cardinales utriusque obedientiæ, seu major pars illorum, convenitque magna multitudo prælatorum & Doctorum, atque personarum Ecclesiasticarum, necnon legatorum Regum & principum utriusque obedientiæ, fuitque ibidem magna congregatio, quam vocarunt Concilium generale utriusque obedientiæ.

7. Item, & quod in dicta congregatione fuerunt multi tractatus habiti, & factæ plures deliberationes pro unione Ecclesiæ consequenda.

8. Item, quod dictus dominus Petrus vocatus, ut præmittitur, Benedictus ad dictam congregationem vocatus, invitatus, & exhortatus venire noluit: immo expresse recusavit, neque ulterius unionem Ecclesiæ prosequi; sed de ipsa quidquam agere omnino neglexit: & dimisit sic Ecclesiam Dei in divisione, & schismate inveterato: quod non caret scrupulo schismaticæ pravitatis, immo schismaticus videtur censendus.

9. Item, quod novissime postquam idem Petrus, dictus, ut præfertur, Benedictus, fuit auctoritate hujus Concilii personaliter citatus in causa præsenti, inter cetera sua responsa dixit & asseruit, verbo & in scriptis pertinaciter, quod verum est, & erat, quod ad effectum unionis consequendæ obtulit, seu promisit se renunciaturum papatui, altero cum ipso de papatu contendente cedente, mortuo, vel ejecto; tamen dicta oblatio, seu promissio, ipsum non adstringit, nec obligat ad cedendum papatui, etiamsi alii contendentes cesserint, aut ejecti fuerint, ubi verisimiliter ex cessione, quæ per ipsum fieret, vera unio non sequeretur Ecclesiæ, quod non caret scrupulo hæreticæ pravitatis; immo hoc sic asserere hæreticum est.

Die Lunæ, decima supradicti mensis Maji, discretus vir Franciscus de Madiolano, Sedis Apostolicæ cursor retulit dominis judicibus & Commissariis præfatis, Constantiæ in Ecclesia majori, in loco sessionis solito ad jura reddendum in hujusmodi causa specialiter deputato pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam die sabbati proxime præterita infra Missarum solemnia quamdam citationem, sigillis reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi sancti Marci Cardinalis, & egregii utriusque juris doctoris domini Michaelis Navara, commissariorum præfatorum, sigillatam, valvis majoris Ecclesiæ Constantiensis publice affixisse, eamque inibi debitæ executioni, ut moris est demandasse, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se super hoc habuisse & recepisse specialiter in mandatis. Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus & commissariis præfatis, adhuc prout supra, ad jura reddendum in loco solito pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine quo supra; & quasdam citationes, unam videlicet pergameni a dominis commissariis præfatis emanatam, de quo eorum voluntate & mandato in audientia publica prædicta positam, lectam, & ab intra signatam, sigilloque ipsius audientiæ a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque inibi debite executam, & aliam papyri schedulam in valvis seu portis Ecclesiæ majoris Constantiensis debitæ executioni demandatam facto, realiter, & in scriptis infrascriptorum tenorum repræsentavit; citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque jura & instrumenta, acta, litteras, scripturas, munimenta, aliaque probationis genera producere, & produci videre, neque testes super recognitione signorum, sigillorumque, & manuum notariorum dictis juribus appositorum, & appensorum produci, recipi, & jurare admitti videre non curantium, a contumaciam ex abundanti; eosdemque per aliquos de dominis commissariis præfatis ad valvas dictæ Ecclesiæ majoris vocari mandaret, seu ad vocationem hujusmodi deputari per dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postu-

a Lege ex mss. contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam ex abundanti, &c.

ANNO CHRISTI 1417.

postulavis. Et tanc domini judices & commisariI præfati ad vocandum dictos eitatos ad valvas supradictas, ad præfati magistri Henrici de Piro promotoris Instantiam, venerabiles & circumspectos viros dominos Hauricum Flechel, & Petrum Nardi, sacri palatii Apostolici causarum auditores collegas suos deputandos dumerunt & deputarunt.

Qui quidem domini sic deputati una nobiscum præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, ac discreto viro Francisco de Mediolano Sedis Apostolicæ cursore locum audientiæ præsentis causæ exeuntes, ad valvas Ecclesiæ majoris accesserunt; & ibidem per organum dicti Francisci cursoris supradictos citatos trina vice vocaverunt in hunc, qui sequitur modum: „Est hic Petrus, da Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo? Compareas coram dominis commissariis sacrosanctæ Synodi, ad producendum, & produci videndum omnia & singula jura, acta, litteras, scripturas, instrumenta, munimanta, aliaque probationum genera; necnon videndum produci, recipi, jurare, & admitti nonnullos testes super recogitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum dictis juribus appositorum & appensorum in causa & causis Inquisitionis contra dominum Petrum de Luna pendentibus coram eisdem.

Qua quidem vocatione trina, ut prædicitur, facta, nemineque responsum dante, præfati domini deputati, & magister Henricus de Piro promotor, super præmissis a nobis præsensis causæ notariis, atque scribis, sibi unum, vel plura, & tot, quot sufficient sibi fieri, & confici publica instrumenta. Præsentibus honestis viris Frederico de a Alnhon canonico Xantensi, Coloniensis diœcesis, & Henrico Hucyatel, & Hermanno Boten, litterarum sacræ pœnitentiariæ procuratoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

Deinde dicti domini deputati una cum aliis prædictis ad locum audientiæ, & suos collegas redeuntes, dominus Petrus Nardi auditor, nomine deputatorum, primo; & Franciscus cursor, prælati, secundo, de præmissa vocatione, & non responsione, ut prætactum est, retulerunt collegis suis, & commissariis, & resolit quilibet eorum. Qua itaque relatione facta, dominus Henricus de Piro promotor & procurator præfatus adhue ibidem præsens, & judicaliter comparens, dictos citatos non comparentes iterato reputari petiit contumaces; & in eorum contumaciam propositionum & articulorum b super hujusmodi causa oblatorum probatione, quoddam instrumentum certi contractus inter tunc Cardinales factum publicum, per multos & diversos notarios publicos, & manibus propriis multorum dominorum S. R. E. & tunc in ille obedientia omnium, ut prima facie apparuit, subscriptum obtulit, atque dedit, cujus tenor infra de verbo ad verbum est insertus; & etiam quoddam aliud responsionis Petri de Luna, alias Benedicti XIII. a sibi obedientibus nuncupati instrumentum facto & in scriptis produxit, prout supra apud acta præsentis causæ exstitit registratum. Deinde discretus vir Theobaldus Sedis Apostolicæ cursor, retulit in judicio dominis judicibus & commissariis præfatis, ad hoc, prout ubi supra, ad jura reddendum in loco solito & consueto pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se, ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris Instantiam, statim & incontinenti peremptorie citasse plures testes, videlicet venerabiles viros dominum Barontum de Pistorio, Clementem Bogiarum, Henricum Reinet, Paulum Bitti, Joannem c Erimolt clericum Coloniensis diœcesis, & Petrum Margal secretarium Regis Arragonum, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum, jurium productorum, & producendorum, ad statim, videlicet ad horam tertiarum præsentem, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus; & commissariis dixit se superius habuisse & recepisse in mandatis specialiter.

Post cujus cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus & Commissariis præfatis adhuc, prout ubi supra, ad jura reddendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor prædictus, quo supra nomine: & in similem contumaciam prædictos testes citatos præsentes & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati, super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum, jurium & munimentorum productorum in hac causa, & producendorum, exhibuit & produxit: quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari, & examinari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos non comparentes neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius & usque ad horam debitam sufficienter expectatos, reputarunt merito, prout erant quoad actum & terminum hujusmodi, exigente justitia, contumaces, & in eorum contumaciam suprafatos testes præsentes & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati, super recognitione signorum, sigillorum, & manuum notariorum admittendum duxerunt & admiserunt.

Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum judicum & Commissariorum, & in eorum manibus, tactis per eos & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis, corporaliter præstito juramento, ostensis atque visis per eos & eorum quolibet signis & manibus instrumentorum contractus in conclavi factorum, & responsione Petri de Luna supradictorum; & per dominos judices & Commissarios præfatos interrogati, & quilibet interrogatus dixerunt omnes præter Petrum Margal testem prædictum signa, & manus notariorum, ac etiam dominorum Cardinalium primum instrumentum contractus bene agnoscere, & esse illorum quorum esse dicuntur; ipse vero Petrus Margal signum & manum notarii instrumenti responsionis prædicti bene agnoscere, & esse cujus esse dicitur. Dixeruntque etiam notarios fore legales, & ad illos, ut ad tales, communem hominum fieri recursum. Quo facto domini judices & Commissarii præfati, prælibato magistro Henrico de Piro promotore instante, instrumentum contractus in conclavi facti primum pro approbato, signaque & manus notariorum ejusdem pro recognitis habuerunt, & haberi voluerunt. Secundum vero instrumentum responsionis tanquam approbatum per unum testem haberi voluerunt.

Subsequenter idem magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio, quo supra adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, exponendo dixit, nonnulla acta, instrumenta, & munimenta, litteras, & processus fore & esse penes dictum dominum Petrum Margal, Regis Arragonum secretarium, necnon certum aliud registrum per dominum Petrum de d Julhia hic dimissum, quæ fuerunt protocollata & authenticata alias, quando serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ Rex, ac dictæ sanctæ Synodi Ambaxiatores & aliorum Regum & principum, fuerunt in Perpiniano apud dominum Petrum de Luna, & in aliis illis partibus, super petitionibus, requisitionibus, responsionibus, & aliis tractatibus hic inde ibidem habitis & factis apud quosdam alios, quæ ad probationem in hujusmodi causa faciendam valde sunt necessaria, & sine quibus timet suam & dictæ sanctæ Synodi intentionem posse frustrari. Quare dictum Petrum Margal, & alios prædictos ad tradendum hujusmodi jura, processus, registra, & instrumenta sub forma authentica, quod eis fides valeat adhiberi, compelli per dominos judices & Commissarios præfatos debita cum instantia postulavit.

Et tunc domini judices & Commissarii præfati prælibato domino Petro Margal præsenti, et sub pœna excommunicationis omnia & singula jura, instrumenta, registra, processus, & munimenta causa hujusmodi tangentia, & penes eum existentia, præfatis dominis Commissariis traderet ad statim,

a MS. Arnheim.

b MSS. supra in hujusmodi

c Al. Ensoyt

d MS. Trisbia.

ANNO CHRISTI 1417.

tim, mandandum duxerunt & mandarunt. Quo namque mandato sic facto, prælatus dominus Petrus Margal quemdam processum, sive magnum registrum super requisitionibus, petitionibus, & responsionibus supradictis factum, & compositum, ad manus dictorum dominorum Commissariorum, facto, realiter, & in scriptis præsentavit; dicens, & asserens dicta acta in ipso registro conscripta nondum fore authenticata. Deinde domini judices & Commissarii memorati videntes hujusmodi registrum nondum authenticatum, præfato domino Petro Margal hujusmodi registrum, & scripta in ipso authenticari, & ipsum ad diem crastinum in loco, & hora præsentibus, vel similibus ipsis dominis judicibus repræsentaret, duxerunt mandandum & mandarunt: de quo ipse dominus Petrus Margal contentus recessit. Deinde *a* honestus vir quemdam alium processum conscriptum, & authenticatum per manum honesti viri domini Petri de *b* Julhia, cameræ Apostolicæ notarii, facto, realiter, & in scriptis obtulit & produxit. Qua productione facta, magister Henricus de Piro procurator & promotor prædictus, supradictam N. & Joannem du Ermoit testes præsentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati super recognitione signi & manus dicti processus, scilicet Petri de Julhia exhiboit & produxit: quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinati per dominos judices & Commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & Commissarii præfati dictos testes præsentes & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hujusmodi causa super recognitione admittendos duxerunt & admiserunt. Qui dum admissi fuerant, statim ad mandatum dictorum Commissariorum, & in eorum manibus, tactis per eos & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Evangelia corporali præstito juramento, visis & ostensis signo & manu dicti processus, & per dominos judices & Commissarios prædictos interrogari, dixerant se illa bene cognoscere, & esse dicti Petri de *c* Julhia, ipsamque Petrum fore notarium legalem, & ad eum, ut ad talem, communem hominum fieri recursum; & tunc dicto magistro Henrico de Piro promotore instante & petente, domini Commissarii memorati hujusmodi processum ultimum, & signa & manus notarii ejusdem habuerunt pro recognitis. Postremo domini judices & Commissarii præfati videntes processum per Petrum Margal supradictum in hac causa productum propter brevitatem temporis non posse per eumdem authenticari; quare terminum præsentis diei per totum hodiernum & crastinum diem, & ad omnes eorumdem dierum horas, duxerunt prorogandum. Et nihilominus super hujusmodi continuatione & prorogatione intimationem in valvis Ecclesiæ majoris Constantiensis ad modum citationis in hujusmodi causa fieri consuetæ & per dominos Commissarios decretorum prædictos fieri voluerunt, atque mandarunt. Præsentibus ibidem venerabilibus patribus dominis Cardinali sancti Marci, aliisque fide dignis testibus, ad præmisse vocatis & rogatis.

a MS. Honorabilis.
b MS. Trilbia.
c MS. Trilbia.

Tenores vero dictarum citationum, schedularum, necnon instrumenti contractus publici, unde supra fit mentio, sequuntur, & sunt tales:

MAndant reverendissimi patres & domini, domini judices & Commissarii per sacrosanctam generalem Synodum ad infrascripta deputati, in audientia publica litterarum contradictarum Sedis Apostolicæ citari Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos, sua conjunctim vel divisim interesse putantes; quatenus die Lunæ proxime futura, mane hora septima, compareant coram eis Constantiæ in Ecclesia majori, & in loco sessionis, ad producendum quidquid producere voluerint, necnon ad videndum & audiendum produci, recipi, & admitti nonnulla instrumenta, documenta & munimenta, aliaque probationum genera; necnon recipi, & jurare testes super recognitione signorum & sigillorum, ac manuum notarium *d* eidem instrumentis: alioquin ad præmisse omnia & singula procedetur, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstantibus.

d MS. in eisdem.

Datum Constantiæ, die septima mensis Maji, anno Domini *MCCCCXVII.* Indictione decima.

Citatio in valvis ad idem.

Nos judices & Commissarii per sacrosanctam generalem Synodum Constantiensem ad infrascripta specialiter deputati, peremptorie in valvis Ecclesiæ Constantiensis citari mandamus tenore præsentium dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos, sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus die Lunæ proxime futura in Ecclesia Constantiensi prædicta, in loco sessionis publicæ, mane hora septima, compareant in judicio legitime coram nobis, ad producendum quidquid producere voluerint; necnon ad videndum & audiendum produci & admitti nonnulla instrumenta, documenta & munimenta, aliaque probationum genera; ac recipi, & jurare testes, tam super principali, quam super recognitione signorum & sigillorum, ac manuum notariorum ejusdem instrumentis & munimentis appensorum & appositorum, in causa & causis pendentibus coram dicta sancta Synodo & nobis, contra eumdem Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum, ac in causa & causis hujusmodi ulterius, prout justum fuerit, procedendum, dictorum citatorum absentia, seu contumacia, si non comparuerint, non obstantibus. Hanc vero nostram citationem valvis seu portis dictæ Ecclesiæ duximus affigendam, quæ præsentem nostram citationem suo quasi sonoro præconio & patulo judicio publicabunt, in quibus nostram citationem modo præmisso decrevimus publicandum, ne prænominati sic citati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentem citationis schedulam exinde fieri, sigillorumque reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. Cardinalis, & egregii viri utriusque juris Doctoris domini Michaelis Nevers, fecimus impressionibus communiri.

Datum Constantiæ, die sexta mensis Maji, anno a Nativitate Domini *MCCCCXVII.* indictione decima.

Cinus de Lombardis) notarii.
M. Bolosoois)

Instrumentum contractus in conclavi factum per Henricum de Piro datum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

ANno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi *MCCCCXVI.* indictione decimaquarta, die Martis vigesimatertia mensis Novembris in die sancti Clementis, Apostolica Sede vacante, per obitum felicis recordationis domini Innocentii Papæ septimi, congregati, ad invicem collegialiter coadunati, pro futura electione summi Pontificis celebranda, infrascripti reverendissimi in Christo patres & domini, domini Angelus Ostiensis Florentinus, Henricus Tusculanus Neapolitanus, Antonius Prænestinus Aquilejensis Episcopi, Angelus tituli sanctæ Potentianæ Laudensis, Conradus tituli sancti Chrysogoni Militensis, Angelus tituli sancti Marci Constantinopolitanus, Jordanus tituli sancti Martini in Montibus Ursinis, Joannes tituli sanctæ Crucis in Jerusalem Ravennas, & Antonius tituli sanctæ Praxedis Tudertinensis presbyteri; Raynaldus sancti Viti in Macello de Brancaciis, Landulphus sancti Nicolai in carcere Tulliano Barensis, Otto sancti Georgii ad velum aureum de Columna, Petrus sancti Angeli, & Joannes sanctorum Cosmæ & Damiani Leodiensis vulgariter nuncupati, diaconi S. R. E. Cardinales, in communi capella sacri palatii Apostolici, Romæ apud sanctum Petrum, intra conclave consuetum, quam pro loco ad infrascripta idoneo elegerunt, ac etiam deputarunt, in præsentia mei Clementis, & aliorum notariorum, & testium infrascriptorum, con-

ANNO CHRISTI 1417.

siderantes Christianæ religionis infamiam, detrimenta, & graves fidelium molestias, ac pericula, quæ catenus emerserunt, & emergere verisimiliter est censendum, nisi salubriori remedio in tempore divina favente clementia, cujus res agitur, occuratur ex pestifero & damnabili schismate, quod tantis (prob dolor!) temporibus in scissura Christianæ fidelitatis, gravissima perduravit, & durat, nec piam provisionem, alias pro ejusdem schismatis remotione per eos factam, affectum aliquem produxisse; ac intendentes ad remedia fortiora non quid juris pro parte eorum justitia suadet, quod jus verisimum est plena veritata fulcitum; sed quid pro integratione & unitate Christianorum ex malitia temporis de facto, etsi non de jure expediat eligentes, & in speculam eorum considerationem extollentes, quanti possit esse discriminis, si dilatio in electione summi Pontificis fiat, temporum malignitate pensata: universaliter singuli, & singulariter universi, unanimiter & concorditer nemine discrepante, ex certa scientia convenerunt, voverunt Deo, & ejus matri Virgini gloriosæ, ac sanctis Apostolis Petro & Paulo, totique cœlesti curiæ juraverunt, ad invicem unus alteri & e converso se obligandi solemniter promiserunt; Quod si quis eorum assumptus erit ad apicem summi Apostolatus, pro integratione unitatis Christianorum renunciabit, & cedet prætenso juri suo *a* & papatui, sive decedat, dummodo anticardinales effectualiter velint ut cum eodem sacro collegio, & ipsis, consequatur juste canonica electio unici summi Romani Pontificis; Ac etiam promittentes se facturos, omni dolo & frauda, ac maligna interpretatione cessantibus, pro posse. Quod si quis ex dominis absentibus, vel de extra collegium per eos assumatur in Papam, eamdem faciat obligationem, ac quod infra mensem a die suæ inthronisationis *b* intimandum, per suas extensas Apostolicas litteras Regi Romanorum, antipapæ, ejus prætenso collegio, Regi Franciæ, & omnibus aliis Regibus illustribus, principibus, prælatis, & aliis universitatibus & comunitatibus Christianitatis, secundum videre præfatorum dominorum de collegio præmissa omnia indicabit; & ea se offeret impleturum, & paratum ad cessionem modo prædicto, & ad omnem aliam viam rationabilem, per quam præfatum schisma tollatur; & unionis subsequatur integritas in Ecclesia Christianorum. Et quod super omnibus supradictis ultra præmissa suos solemnes destinabit oratores infra tres menses a die inthronisationis prædictæ computandos, illis, quibus de consilio præfatorum dominorum sacri collegii sui videbitur, & ipsis Ambaxiatoribus fideliter imponet, cum consilio eorumdem dominorum, de locis decentibus eligandis ab utraque parte, eisdem potestatem planariam dabit de loco convenienti, & habili, & decenti; ac etiam promittet similiter, ut præfertur, quod pendente tractatu hujusmodi effectualiter & realiter ex utraque parte, non creabit nec faciet aliquem Cardinalem, nisi causa coæquandi numerum sui sacri collegii cum numero prætensi collegii anticardinalium prædictorum; nisi ex defectu steterit adversæ partis, quod unionis præfatæ conclusio infra annum a fine dictorum trium mensium computandum non fuerit subsecuta. Quo casu eidem liceat Cardinales eligere ac creare prout pro stato sanctæ matris Ecclesiæ eidem videbitur convenire. Et hoc de non creando Cardinales, nisi modo prædicto in forma congrua insinuabit antipapæ, & suo prætenso collegio supradictis, ut ipsi similiter sic; necnon quod omnia præmissa inchoata & inchoanda meditabit, prosequetur, & fine debito terminabit. Nihil de contingentibus, necessariis, vel quomodolibet opportunis omittendo, quantum in eo fuerit. Quodque statim post ejus electionem, & ante ipsius publicationem omnia & singula supradicta confirmabit, approbabit authentico modo; & de novo similem promissionem faciet in omnibus, & per omnia coram dictis dominis de collegio testibus, & notariis; & subscriptionem faciet manu propria *c* instrumentis, prout infra de Cardinalibus continetur; & consimilem hujusmodi ratificationem, approbationem, votum, & promissionem effectualiter faciet in primo consistorio publico, vel generali, quod post coronationem suam ad hæc modo consueto, & congruo tempore celebrabit.

Insuper præfati domini Cardinales voverunt, juraverunt, & ad invicem promiserunt, quod per suas litteras infra mensem a die inthronizationis prædictæ collegialiter intimabunt de electione facta, necnon de voluntate & promissione, quoad unionem prosequendam, & omnia supradicta præfatis dominis, prout & sicut facere tenetur, qui erit electus: ac etiam inchoata mediabunt, prosequentur, & finient, quantum in eis erit; nihil de contingentibus, necessariis, opportunis quomodolibet seu utilibus omittendo. Quæ omnia & singula promiserunt inter se ad invicem & vicissim, ut supra attendere, observare, facere, exequi, & effectualiter adimplere bona, & sincera fide, omni dolo, & fraude cessantibus. Et sic quilibet ipsorum juravit, corporaliter manu tactis sacrosanctis evangeliis coram eis præsentialiter positis, observare, adimplere, ac exequi, prout superius continetur. Quodque a prædictis promissionibus voto, & obligatione ac juramenti protestatione, & ejus observatione, omnibusque aliis & singulis supradictis, nullus eorum absolutionem petat, seu impetrabit per se, vel alios, & impetratis, & impetrandis utetur, & sibi concessam nullatenus acceptabit, nec data potestate per ipsum alteri faciet se absolvi, seu etiam secum in aliquo dispensari, sed vult perpetuo dicto vinculo remanere obligatus. Et nihilominus ad majorem certitudinem & firmitatem præmissorum, quilibet ex dominis de collegio supradicto teneatur se subscribere manu propria omnibus & singulis instrumentis conficiendis exinde: quorum instrumentorum quilibet ex ipsis dominis de collegio unum vel plura habere valeat pro ejus arbitrio voluntatis. Acta in capella prædicta præsentibus venerabilibus & circumspectis viris dominis Francisco de Duce Apostolicæ cameræ clerico, Jacobo de Calvis, & Petro Sacco canonicis basilicæ Principis Apostolorum de urbe; Joannello Caracciolo litterarum Apostolicarum scriptore, Nicolao Blasii Narniensi, Antonello Surracha, & Joanne Carazolo litterarum sacræ pœnitentiariæ scriptoribus; Laurentio *d* Turmibacca sanctæ Mariæ in Transtiberim, Nicolao da Leonibus sanctorum Cosmæ & Damiani de urbe, Joanne Prento juniore, sanctæ Crucis in Jerusalem, Ecclesiarum, canonicis; Andrea *e* de Cancellariis de Sicilia, Galeato de Ricaldis de Florantia, Lesio domino Gabacii de Mordulis, de Neapoli, domicellis; presbytero Paulo Petri de Famenii, da Roma, Materoo clerico Wormiensis diœcesis, Francisco Paulucii clerico Perusino, Petro Surimunt clerico Trajectensi, & Salvato *f* Lilli cive Romano, testibus ad præmissa specialiter vocatis & rogatis,

Subscriptiones notariorum,

Et ergo Clemens de Boargilis Cumanus, litterarum Apostolicarum scriptor, publicus imperiali auctoritate notarius, quia præmissis omnibus & singulis dum sic, ut præfertur, agerentur & fierent per præfatos reverendissimos dominos Cardinales, una cum supradictis testibus & infrascriptis notariis præsens fui, ideoque hoc præsens publicum instrumentum confeci, publicavi, authenticavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nominis meis solitis & consuetis signavi rogatus, & requisitus, in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum,

Et ego Barontus Phillippi de Pistoria, litterarum Apostolicarum scriptor & abbreviator, ac publicus Apostolica auctoritate notarius, præsens interfui omnibus & singulis supradictis, cum aliis notariis, rogatus tradidi & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Et ego Stephanus *g* Gerii Boni de Prato, dicti sacri collegii clericus, & publicus Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, præsens interfui omnibus & singulis supradictis, cum

alis

a Lege ex mss. & papatui, pure, libenter, & simpliciter: & si quando Antipapa qui est, & qui pro tempore fuerit, similiter renunciabit, & cedet prætenso juri suo, & papatui, sive decedat, &c.

b Al. numerandum.

c Ms. in instrumentis.

d Al. ms. Turinbacche.

e Mss. de Cavalleriis.

f al. Lolli.

g Mss. Gerii.

ANNO CHRISTI 1417.

alliis notariis, rogatus tradidi & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Et ego Garalacus Buc de Esch, clericus Coloniensis diœcesis, litterarumque Apostolicarum scriptor, ac publicus Apostolica auctoritate notarius, præsens interfui omnibus & singulis prædictis, cum aliis notariis, tradidi, & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Et ego Joannellus Bramorcius, basilicæ Principis Apostolorum de urbe clericus, capellæ domini Papæ, publicus auctoritate Apostolica notarius, præsens interfui omnibus & singulis supradictis, cum aliis notariis rogatus, tradidi, & confeci instrumentum, & me manu propria subscripsi.

Et ego Francus dictus Hosfleger de Buscoducis, Leodiensis diœcesis, Apostolica & imperiali auctoritatibus notarius, præsens interfui omnibus & singulis supradictis, cum aliis notariis, rogatus tradidi, & confeci instrumentum, & me propria manu subscripsi.

Subscriptiones dominorum Cardinalium.

Ego Angelus, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Florentinus, sicut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Henricus, Episcopus Tusculanus, Cardinalis Neapolitanus, sicut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Antonius, Episcopus Prænestinus, Cardinalis Aquilejensis, sicut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Et ego Angelus, tituli sanctæ Potentiæ presbyter Cardinalis, Laudensis, sicut præfertur, vovi, juravi, & promisi, & in testimonium omnium & singulorum præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Conradus, tituli sancti a Grisogoni presbyter Cardinalis Militensis, sicut præmittitur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Angelus, tituli sancti Marci presbyter Cardinalis Constantinopolitanus, sicut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum manu propria subscripsi.

Ego Jordanus, tituli sancti Martini in Montibus presbyter Cardinalis de Ursinis, sicut præfertur, vovi, promisi, & juravi, & in testimonium præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Joannes, tituli sanctæ Crucis in Jerusalem presbyter Cardinalis Ravennas, sicut præfertur, vovi, promisi & juravi, ac in testimonium præmissorum me manu propria subscripsi.

Ego Antonius, tituli sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis Tudertinus, sicut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Raynaldus, sancti Viti in Macello diaconus Cardinalis, sicut præfertur, promisi, vovi & juravi, ac in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Landolphus, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis Barrensis, sicut præfertur, promisi, juravi & vovi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Oddo sancti Georgii ad velum aureum diaconus Cardinalis, sicut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Petrus, sancti Angeli in foro Piscium diaconus Cardinalis sancti Angeli, sicut præfertur, vovi, promisi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Et ego Joannes, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus Cardinalis Leodiensis, sicut præfertur, promisi, vovi & juravi, & in testimonium præmissorum me propria manu subscripsi.

Ego Gregorius XII. hodie ultima die Novembris MCCCCVI. assumptus in Romanum Pontificem, omnia supradicta, sicut præmittitur, voveo, promitto & confirmo.

Die Martis undecima supradicti mensis Maji, discretus vir Lancelaos Joannis Sedis Apostolicæ cursor, retulit dominis judicibus, & commissariis memoratis Constantiæ in Ecclesia majori, & loco sessionis solito ad hoc concorditer electo, mane hora tertiarum, vel septima, ad jura reddendum pro continuatione termini pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam, hodie mane quamdam intimationem prorogationis termini hesterni in hujusmodi causa factæ, papyri schedulam, ac citationem, sigillis reverendissimi in Christo patris domini Gullielmi sancti Marci S. R. E. Cardinalis, & egregii doctoris Michaelis Navers sigillatam, valvis seu portis Ecclesiæ majoris affixisse, eamque ibidem debitæ executioni demandasse, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se superius habuisse & recepisse specialiter in mandatis.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram judicibus & commissariis præfatis adhuc prout ubi supra, ad jura reddendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedentibus magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, ad dictam intimationem prorogationis termini hesterni, & citationis schedulam a dominis judicibus emanatam, & de eorum voluntate & mandato in valvis Ecclesiæ majoris prædictæ legitime executam, facto, realiter, & in scriptis infrascripti tenoris repræsentavit, citatorumque in ea contentorum, nec testes ulterius super recognitione sigillorum, signorum, & manuum notariorum produci, recipi & & jurare, neque jura, litteras, scripturas, & munimenta ulterius producere, aut produci videre curantium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari; & in eorum contumaciam instrumentum responsionis Petri de Luna Benedicti XIII. in sua obedientia nuncupati supra in hujusmodi causa productum repetiit, & prout est supra productum, reproduxit.

Deinde venerabilis vir Petrus Margal, secretarius Regis Arragonum præfatus, processum per eum heri ostensum, tunc non authenticatum, ad manus dictorum dominorum judicum & commissariorum facto, realiter, & in scriptis tradidit, atque dedit.

Subsequenter magister Henricus de Piro, promotor & procurator præfatus, adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, tam dictum processum per dominum Petrum Margal, quam alium per Petrum b Julhia subscriptos, & in hac causa productos in quantum pro se & pro re sua facerent reproduxit, qui præsentibus processibus existunt connexi & alligati: Et nihilominus nonnullos testes per eum nominandos, & in hujusmodi causa necessario producendos, tam super recognitione, quam tota causa citari mandari ad perhibendum testimonium veritati, per certum Sedis Apostolicæ cursorem, ad certum peremptorium terminum competentem, per dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postulavit. Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi dici termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius exspectatos, reputarunt merito, prout erant, quoad actum & terminum hujusmodi exigente justitia contumaces. Et in eorum contumaciam præfatam citationem prælibato magistro Henrico promotori & procuratori instanti & petenti decreverunt, atque concesserunt: eamque prout petita extitit, ad statim, videlicet ad horam causarum præteritam, per discretum virum Jacobum Meynardi Sedis Apostolicæ cursorem præsentem, audientem, & ut asseruit intelligentem, peremptorie fieri voluerunt, atque mandarunt. Qui quidem cursor hujusmodi citationis mandato in se sponte suscepto mox iens, & paulo

post

a Pro, Chrysogoni.

b Ms. Triubia.

post rediens, resultit in judicio dominis judicibus & commissariis, adhuc prout ubi supra ad reddendum jura pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis, atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris instantiam, statim & incontinenti peremptorie citasse nonnullos testes: videlicet honestos viros Andream Heyst diœcesis Dertusensis, & Antonium Alboin Viennensis diœcesis clericos, super recognitione signorum & manuum notariorum; necnon dominos fratrem Michaelem *a* Merseri præceptorem domus *b* Maela ordinis Cisterciensis, & militiæ de Calatrava Cæsariæ Augustensis diœcesis, & Petrum *c* Canthen ducis Burgundiæ Ambaxiatores, et & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium veritati in hujusmodi causa, super positionibus & articulis, supra in hujusmodi causa datis, ad horam eausorum præsentem, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se superius habuisse & recepisse specialiter in mandatis.

a Al. Mengde.
b Al. Maria
c Al. Cantho.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus & commissariis præfatis, prout ubi supra, *&c.* pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro procurator prædictus, & nomine procuratorio quo supra: & in similem contumaciam prædictos testes præcitatos & comparentes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati exhibuit & produxit: quos recipi, & ad jurandum admitti, necnon interrogari & examinari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit.

Et tunc domini judices & commissarii præfati dictos citatos iterum reputantes contumaces, justitia exigente in eorum contumaciam supradictos testes, ut & tanquam testes ad jurandum de perhibendo testimonium in hujusmodi causa veritati, admittendos duxerunt & admiserunt. Qui dum admissi fuerunt, statim ad mandatum dictorum dominorum judicum, & commissariorum, & in eorum manibus, tactis per eos & eorum quemlibet scripturis sacrosanctis ac sancta Dei evangelia, ipsi frater Michael præceptor, & Petrus *d* Canthon juraverunt, & quilibet eorum juravit, se velle dicere & deponere puram, meram, & omnimodam, quam sciverint, & quilibet eorum sciverit, in hujusmodi causa veritatem, super articulis supra in hac causa oblatis, prece, pretio, ira, odio, timore, favore, amore, rancore, & omni mala machinatione in præmissis postpositis penitus & remotis. Quorum testium examen domini judices & commissarii præfati duobus ex eis, quibus eis videbitur, reservarunt committendam. Ipsi autem Andreas & Antonius similiter tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia corporali præstito juramento, visis per eos primitus signis & manibus notariorum jurium supradictorum, & interrogati per dominos judices & commissarios præfatos, & quilibet interrogatus, dixerunt bene se cognoscere signa & manus Raymundi Petri Morgal, & Petri de *e* Julbia notariorum, instrumento responsionis, & registris supradictis apposita & inscripta; ipsosque notarios fore legales, & ad eos, ut ad tales, communem hominum fieri recursum. Quo facto domini judices & commissarii præfati dicto magistro Henrico de Piro promotore instante & petente, hujusmodi instrumentum & registra habuerunt pro approbatis, eorumque signa & manus notariorum pro recognitis.

d MS. Canfino.
e MS. Trilbio.

Postremo domini commissarii præfati videntes eorum auctoritatem, & potestatem in commissione per dictam sanctam Synodum eis traditam & datam non esse forte sufficientem ad dictorum testium publicandam: Quare de unanimi consensu omnium eorumdem commissariorum ad omnia *f* malevolentia in futurum obstruenda ora, decreverunt & ordinaverunt die crastina, quæ erit Mercurii duodecima dicti mensis Maji, loco & hora solitis pro publicatione dictorum testium, & attestationem fieri debere sessionem publicam & generalem.

f MS. malevolentium

Textus vero dictæ intimationis prorogationis termini schedulæ, unde supra fit mentio, sequitur:

NOs judices & commissarii, per sacrosanctam Synodum generalem Constantiensem in hac parte specialiter deputati, in valvis Ecclesiæ Constantiensis domino Petro de Luna Benedicto XIII, in sua obedientia nuncupato, omnibusque aliis & singulis, sua communiter vel divisim interesse putantibus, tenore præsentium intimamus, insinuamus, & notificamus, quod terminum hodiernum, ad quem dictum Petrum de Luna, & ceteros præfatos citari fecimus & citamus, videlicet ad producendum quidquid producere vellent; necnon ad videndum testes tam super principali, quam super recognitione signorum, sigillorum, ac manuum notariorum, eisdem instrumentis & munimentis appositorum & appensorum, in causa & causis pendentibus coram sancta Synodo, & nobis; contra eumdem dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. nuncupatum, ac in causa & causis hujusmodi, prout justum fuerit, procedendum, prout in nostris citatoriis inde confectis latius continetur. Quibusdam ex iis expeditis, ob multiplicationem tunc agendorum continuavimus, & continuamus per præsentes ad diem crastinam, quæ erit duodecima mensis infrascripti, in Ecclesia Constantiensi prædicta, & loco publicæ sessionis mane hora septima ante meridiem. Ad quos etiam diem & horam dominum Petrum de Luna, & alios supradictos peremptorie citamus, ad præmissa perfici videndum, & alias procedendum. Hanc vero nostram citationem, insinuationem, notificationem, & citationis schedulam valvis seu portis dictæ Ecclesiæ duximus affigendam modo præmisso, decrevimus publicari; ne prænominati de præmissis aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentem schedulam exinde fieri, sigillorumque reverendissimi in Christo patris & domini Guillielmi tituli sancti Marci S. R. E. Cardinalis, & egregii viri juris utriusque doctoris, domini Michaelis Navers, fecimus impressione communiri.

Datum Constantiæ, die decima mensis Maji, anno a Nativitate Domini MCCCCXVII. indictione decima.

SESSIO XXXIII.

ANno & indictione quibus supra, die vero Mercurii XII. mensis Maji, fuit celebrata sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi. In qua reverendissimus pater dominus Nicolaus Archiepiscopus Gneznensis Missam celebravit. Fuitque præsidens huic sessioni reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, vicecancellarius, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Et interer at hujusmodi sessioni serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ Rex, indutus vestimentis imperialibus, coronam in capite habens, adstantibus sibi reverendissimis in Christo patribus & dominis, domino Angelo Prænestino, & Jordano Albanensi, Episcopis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus; illustrissimis principibus Rudolpho Saxoniæ in ensa, Ludovico Bavariæ ducibus in pomo, & Friderico marchione Brandeburgensi in sceptro, & habitibus consuetis sibi servientibus. Demum lectis litaniis una cum aliis devotis orationibus, ut moris est, ascenderunt ambonem deputati & commissarii in causa hæresis, &c. contra Petrum de Luna, in qua reverendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis fecit relationem, dicens in effectu, quod ipsi commissarii processissent in causa, ad ea quæ eis fuissent commissa: quia primo ipsum Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nominatum, ad dandum & dari videndum articulos vocassent, & deinde certos articulos per procuratores causæ oblatos recepissent, eosque ad probandum admisissent: testesque octo & triginta, Cardinales Archiepiscopos, Episcopos, prælatos, doctores, & alios super eisdem recepissent, jurareque fecissent, ac eos diligenter examinassent. Insuper dicto Petro de Luna

En prima editione.

ANNO CHRISTI 1417.

eo sic sufficienter vocato, nonnulla jura per procuratores producta in modum probationis recepissent, eaque probari fecissent, & probata esse decrevissent: & hæc omnia & alia per eos in hac causa acta, in actis redigi fecissent, prout in registro in hac causa per nos fieri mandato plenius continentur; offerentes se plenius & explicite magis relaturos, quando Synodus duxerit mandandum. Relatione autem hujusmodi facta, accusabatur contumacia Petri de Luna, non videntis aperiri dicta testium in hujusmodi causa productorum: & in contumacia petebatur iterum in valvis majoris Ecclesiæ vocari, & ad vocandum aliquos deputari. Atque extunc reverendissimus pater dominus Joannes Ostiensis hujusmodi sessioni præsidens, nomine Synodi deputavit reverendissimos patres & dominos, ad vocandum præfatum Petrum de Luna: videlicet Odonem de Comitibus, Cardinalem; Viennensem Archiepiscopum, B *Feltrensem Tridentinensem & Lichfeldensem Episcopos, & Antonium Tanal Generalem ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, Thomam a Poltea & Jacobum Rhodini, Sedis Apostolicæ pretonotarios, unum præsentis causæ scribis, & Franciscum de Mediolano sanctæ Apostolicæ Sedis cursorem. Qui deputati vocarunt & citarunt præfatum Benedictum per cursorem antedictum, in hunc modum: Et hic „ Petrus de Luna, Benedictus decimustertius in sua „ obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui com- „ pareat pro eo, ad videndum aperiri dicta testium, &c. Deinde dictis deputatis de valvis revertentibus, dominus Lucidus Cardinalis de Comitibus nomine condeputatorum retulit, ipsam vocationem per cursorem antedictum trina vice fuisse factam, neminemque ibi comparuisse, aut aliquod verbum respondisse. Quo facto, & iterum petita publicari dicta testium, &* C *decerni terminum ad dicendum contra dicta hujusmodi, reverendus pater & dominus, dominus Stephanus Episcopus Dolensis legebat quamdam decreti papyri schedulam tenoris subsequentis;*

a Mſ. Job. con.

Decretum de publicatione attestationum, & citatione ad contra objiciendum.

HÆc sacrosancta generalis Synodus, Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum, vocatum legitime & non comparentem, reputat contumacem, & in illius contumaciam testes, attestationes, & dicta testium in præfati causa inquisitionis mota & pendente contra eumdem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium a nonnullis nuncupatum, productorum & examinatorum, publicat, ac pro publicatis habet; & decernit eidem Petro de Luna Benedicto copiam dictarum attestationum, & totius præsentis processus fieri: & assignat eidem Petro de Luna, Benedicto (ut præmittitur) vocato, terminum peremptorium, ad diem sabbati proximum, mane hora septima, in præsenti Ecclesia, & loco superiori prope altare sessionis, ad dicendum, objiciendum & proponendum coram commissariis nuper ad testes recipiendos & examinandos, & cetera per eamdem Synodum deputatis, quidquid dicere, objicere vel proponere voluerit contra testes in hac causa productos, & eorum dicta; necnon contra instrumenta, registra, & alia quæcumque producta, & in tota ipsa causa & singulis ejus discursibus: & ad hoc ipsum peremptorie citat, præfatisque commissariis & eorum majori parti, ceterisque etiam minime impeditis, ad audiendum & re- E *cipiendum omnia, quidquid dicere, objicere & proponere voluerit, & super illis cognoscendum, atque omnia & singula faciendum, quæ ad causam & processum hujusmodi pertineat & pertinebunt, usque ad sententiam definitivam exclusive, ac super eorum dependentibus, emergentibus & connexis, dat eadem sancta Synodus plenam & liberam potestatem. Protestatur autem eadem sancta Synodus, quod per hoc processum, aut alium quemcumque in futurum faciendum in hujusmodi causa, a forma processus super notoriis, quam sufficit servare de jure, recedere non intendit.*

Qua itaque decreti schedula lecta, per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Joannem Episcopum Ostiensem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem & vicecancellarium, hujusmodi sessioni præsidentem, nomine Synodi fuit responsum, Placet.

ANNO CHRISTI 1417.

Ex collectione Barberiniana, & Mſ. duobus Germanicis

Fuit celebrata sessio XXXIII. cum solemnitatibus solitis, & intererat Rex Romanorum imperialibus habitibus indutus.

DIe Mercurii duodecima mensis Maji, hora octava ante meridiem, Constantiæ in Ecclesia majori in loco solito fuit dictæ Synodi sessio generalis solemniter tenta & celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Nicolaus Archiepiscopus Gneznensis Missam celebravit. Intererat hujusmodi sessioni serenissimus prin- B ceps dominus dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. Rex, vestimentis imperialibus indutus, coronam in capite habens, adstantibus sibi reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Angelo Prænestino, & Jordano Albanensi Episcopis S. R. E. Cardinalibus, illustrissimis principibus Rudolpho Saxoniæ in ense, Ludovico Bavariæ ducibus in pomo, & Frederico marchione Brandeburgi in sceptro, in habitibus consuetis, sibi servientibus. Hac namque Missa finita, reverendissimi reverendique patres & domini, domini S. R. E. Cardinales præsentes, Archiepiscopi, &c. mitras capitibus imponentes, &c. Deinde orationibus, litania, evangelio, &c. devotissime peractis, domini commissarii in hujusmodi causa deputati prædicti ambonem publicationis solitum decretorum & negotiorum hujusmodi sanctæ Synodi ascenderunt: C in quo reverendissimus pater & dominus, dominus Guillelmus sancti Marci S. R. E. Cardinalis de consensu & unanimi voluntate suorum collegarum relationem fecit in effectu de præsenti causa in hunc modum. Quod ipsi commissarii prædicti juxta commissionem a sacrosancta Synodo eis traditam processissent ad ea, quæ eis fuissent commissa; quia primo Petrum de Luna Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum ad dandum & dari videndum positiones & articulos vocassent, & vocari fecissent; deinde per promotores & procuratores hujusmodi causæ certis articulis oblatis & datis recipiendis, eosdem ad probandum admisissent: testesque triginta octo tam Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, prælatos, doctores, & alios superstites recepissent, juratosque fecissent, ac eos diligenter examinassent. Insuper dicto Petro de Luna D sic sufficienter vocato, nonnulla jura, videlicet instrumenta, & registra coram eis per promotores & procuratores prædictos producta in modum probationis recepissent, signaque, & subscriptiones notariorum dictis instrumentis, & registris apposita probari fecissent, & probata esse decrevissent. Et hæc omnia, aliaque per eos in hac causa gesta in actis redigi fecissent, & super illis registrum fieri per notarios præsentis causæ, & scribas prædictos confici decrevissent, quod esset apud notarios supradictos; & illud registrum iidem domini commissarii per eosdem notarios huic sanctæ Synodo referunt, quemadmodum in ipso registro plenius continetur. Offerentes se plenius explicare magis voluturi, quando ipsis ipsa Synodus duxerit mandandum.

Qua quidem relatione facta, discretus vir N. Sedis Apostolicæ cursor, retulit huic sanctæ Syno- E do, & commissariis supradictis, adhuc prout ubi supra, in loco sessionis, & sessione publice congregatis, & nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, se de ipsorum dominorum commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam, heri infra Missarum solemnia quamdam citationem, sigillis reverendissimi in Christo patris & domini Guillelmi, tituli sancti Marci S. R. E. Cardinalis, & egregii doctoris Michaelis Navers, sigillatam, Ecclesiæ majoris Constantiensis valvis seu ostiis affixisse, ipsamque ibidem debitæ executioni demandasse, ut moris est, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis commissariis dixit se sæpius habuisse in mandatis,

Post

ANNO CHRISTI 1417.

Post cujus quidem cursoris relationem surgentes in sessione prædicta magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, promotores & procuratores dictæ sanctæ Synodi & hujus causæ, & quasdam citationes, unam videlicet pergameni a dictis dominis judicibus & commissariis emanatam, de eorumque voluntate & mandato in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam, ab intra signatam, sigilloque ipsius audientiæ ad hoc specialiter deputato a tergo, ut moris est, sigillatam, aliasque inibi debitæ executioni, aliasque papyri schedulas in valvis majoris Ecclesiæ Constantiensis executioni debitæ demandatas facto, realiter, & in scriptis infrascripti tenoris repræsentavit; citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque dictorum testium in hujusmodi causa productorum, & totius registri præsentis causæ decerni, neque terminum ad dicendum contra eosdem sibi assignari videre curantium contumaciam accusavit: ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam eosdem in valvis Ecclesiæ majoris vocari, & ad vocandum eosdem certos deputari & assignari per dictam sanctam Synodum debita cum instantia postulavit.

Et tunc de mandato reverendissimi patris domini Joannis, Episcopi Ostiensis, vicecancellarii S. R. E. Cardinalis, & hujus sessionis præsidentis, nomine hujus sanctæ Synodi facto, reverendissimi reverendique patres domini, domini Otto de Columna, Lucidus de Comitibus S. R. E. Cardinales; Viannensis Archiepiscopus; *a* Velbensis, Tridentinus, Lichveldensis Episcopi: & Antonius *b* Cazal, Generalis ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, Thomas *c* Poiten, & Jacobus Rodini Sedis Apostolicæ protonarii una nobiscum præsentis causæ notariis & scribis, & discreto viro Francisco de Mediolano dictæ Sedis cursore, locum sessionis solitam exeuntes, ad valvas dictæ majoris Ecclesiæ accesserunt: in quibus valvis existentes, supradictos citatos tribus vicibus per organum dicti Francisci cursoris vocaverunt in hunc modum: Est hic Petrus de Luna, Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat ad videndum aperiri & publicari testium dicta & attestationes super articulis examinatorum, & copiam eorumdem, ac aliorum productorum jurium decerni, terminumque ad dicendum contra personas, & eorum dicta, ac jura alia producta, competenter assignari in causa & causis schismatis & hæresis contra eumdem dominum Petrum de Luna motis? Hujusmodi trina vocatione facta, nemine comparente, nec respondente, hujusmodi deputati, & magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, promotores & procuratores sibi super præmissis a nobis præsentis causæ notariis atque scribis, unum vel plura, publicum seu publica fieri petierunt instrumenta. Præsentibus ibidem discretis viris magistris Petro *d* Gop, Henrico Hucvatei, litterarum sacræ pœnitentiariæ procuratoribus, & Michaele de Pisis litterarum Apostolicarum scriptore, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Deinde dictis dominis deputatis, una cum aliis supradictis ad locum sessionis, & loca eorum solita revertentibus, dominus Lucidus Cardinalis de Comitibus prædictus, nomine condeputatorum, & eorum consensu, retulit ipsam vocationem per organum dicti Francisci de Mediolano cursoris trina vice, ut præfertur, factam, neminemque ibi comparuisse, nec verbum aliquod respondisse. Quo facto magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis promotores & procuratores, dictos citatos iterum contumaces reputari, & eorum contumaciam dicta testium, sive attestationes in hujusmodi causa examinatorum aperiri & publicari, copiamque earumdem, necnon jurium aliorum productorum & totius processus hujusmodi sibi decerni, terminumque ad dicendum, & excipiendum quidquid dicere, & excipere voluerint contra personas, & eorum dicta producta alia competentia, eisdem citatis deputari, & assignari per dictam sanctam Synodum debita cum instantia postularunt. Et tunc reverendus pater dominus Stephanus Episcopus Dolensis de mandato hujus sanctæ Synodi sibi super hoc facto ambonem publicationis solitum ascendens, prædictam quamdam decreti papyri schedulam publice, alta & intelligibili voce, de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor inferius est insertus in hæc verba.

a MS. Velbrensis.
b MS. Traval.
c MS. Tolson.
d MS. Crop.

Decretum per dominum Episcopum Dolensem lectum.

HÆc sacrosancta generalis Synodus, *&c.* Qua itaque decreti schedula lecta, per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Joannem Episcopum Ostiensem, & Vicecancellarium S. R. E. Cardinalem, ac hujusmodi sessioni præsidentem, nomine hujusmodi sanctæ Synodi fuit responsum, *Placet*.

Ut jam supra in hac sessione xxxvi. ex prima editione.

Super quibus omnibus & singulis præmissis magistri Henricus de Piro, & Joannes de Scribanis, promotores prædicti, quo supra nomine, a dominis protonotariis, & hujusmodi causæ notariis & scribis, sibi unum, vel plura, & tot, quot fuerint necessaria, fieri petierunt publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Joanne Episcopo Ostiensi, & vicecancellario, Angelo Prænestino, & Jordano Albanensi Episcopis; Gabriele Senensi, Francisco Venetiarum, Almano Pisano, Angelo Veronensi, Guillelmo sancti Marci, Thoma Tricaricensi, Antonio de Chalanco, Simone Rhemensi, Ottone de Columna, Lucido de Comitibus, & Petro Fuxi S. R. E. Cardinalibus, serenissimoque, & illustribus principibus dominis, dominis Sigismundo Romanorum & Ungariæ Rege, Rudolpho Saxoniæ, & Ludovico Bavariæ ducibus, ac Frederico Marchione Brandeburgensi, necnon Regum, principum, nobilium, prælatorum communitatum, universitatum studiorum, ac aliorum Ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Tenores vero dictarum citationum, schedularum, unde supra fit mentio, sequuntur tales.

MAndant reverendissimi patres, domini judices & Commissarii, per sacrum generale Concilium Constantiense ad infrascripta deputati, citari peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum, & citant Petrum de Luna, Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, & omnes alios sua interesse credentes, quatenus hodie compareant, in Ecclesia Constantiensi, in loco publicæ sessionis, mane hora septima, ad videndum & audiendum attestationes, & dicta testium in causa inquisitionis contra ipsum pendente productorum, aperiri, & publicari; necnon copiam earumdem attestationum sibi decerni, ac etiam terminum ad dicendum contra hujusmodi testium dicta, & personas, & cetera munimenta, instrumenta, & probationum genera in hac causa producta, quidquid verbo, vel in scriptis objicere, opponere, & allegare voluerint, præfigi, & assignari; alioquin in hac causa ad præmissa & ulteriora procedetur, prout fuerit rationis; dictorum citatorum contumacia non obstante. Datum Constantiæ, die duodecima mensis Maji; anno a Nativitate Domini *MCCCCXVII.* indictione decima.

Nos judices & commissarii per sacrum generale Constantiense Concilium ad infrascripta deputati, per hæc in valvis Ecclesiæ Constantiensis, citari mandamus publice, & tenore præsentium citamus Petrum de Luna, Benedictum XIII in sua obedientia nuncupatum, & omnes & singulos sua interesse credentes, quatenus die Mercurii proxime futuro compareant in dicta Ecclesia Constantiensi, in loco sessionis, mane hora septima, ad videndum attestationes & dicta testium in causa inquisitionis *a* contra....pendente producta, aperiri & publicari: necnon copiam earumdem attestationum sibi decerni; ac etiam terminum ad dicendum contra hujusmodi dicta testium, & personas, & cetera munimenta, instrumenta & probationum genera in hac causa producta, quidquid verbo, vel in scriptis dicere, objicere, proponere, vel allegare voluerint, præfigi & assignari. Alioquin in hac causa ad præmis-

a MS. contra ipsum pendente.

missa & ulteriora procedetur, prout fuerit rationis, dicti citati contumacia in aliquo non obstante.

Datum die Martis, undecima mensis Maji, anno Nativitate Domini MCCCCXVII. indictione decima.

Fuit vocatus Petrus de Luna in valvis.

DIe vero Sabbati, quinta decima supradicti mensis Maji, comparuit in judicio coram judicibus & commissariis memoratis, Constantiæ, in Ecclesia majori, in loco sessionis solitæ, ad hoc specialiter deputato, mane hora septima, vel tertiarum, ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, & domini Petri de Luna, Benedicti in sua obedientia nuncupati non comparentis, neque quidquam verbo, vel in scriptis contra personas testium & eorum dicta, et jura alia, & munimenta supra in hujusmodi causa producta dicere, sive excipere curantis, contumaciam accusavit; ipsumque contumacem reputari, & in ejus contumaciam eumdem in valvis Ecclesiæ, ut moris est, vocari, & ad vocandum eumdem aliquos ex commissariis deputari ad majorem validationem processus per dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postulavit.

Et tunc domini judices, & commissarii præfati ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris instantiam ad vocandum in valvis, ut moris est, venerabiles, & circumspectos viros dominos Nicolaum VVordis utriusque juris, & Henricum Flechel decretorum doctores sacri palatii causarum auditores collegas suos deputarunt, & ordinarunt. Qui quidem dominus Nicolaus VVordis, & Henricus Flechel deputati, una cum notariis præsentis causæ, & scribis prædictis, necnon discreto viro Jacobo de Sabaudia, Sedis Apostolicæ cursore, a loco audientiæ & sessionis exeuntes, ad valvas Ecclesiæ majoris accesserunt: ubi dictum Petrum de Luna, per organum præfati Jacobi Cursoris, juxta commissionem eis desuper factam, publice, & alta voce vocaverunt tribus vicibus successive in hunc „ modum: Est hic Benedictus XIII. in sua obedien„ tia nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui com„ pareat coram dominis commissariis ad dicendum, „ objiciendum, & proponendo quidquid dicere, „ objicere, vel proponere voluerint contra testes „ & eorum dicta alias examinatos, instrumenta, „ registra, jura, acta, actitata, quæcumque alia „ probationum genera in hujusmodi causa produ„ cta in causa Inquisitionis contra dictum Petrum „ de Luna coram eisdem commissariis pendente? „ alioquin contra eum procedetur ulterius, ipsius „ contumacia in aliquo non obstante.

Quæ vocatione trina vice facta, nemineque respondente, domini deputati prædicti, ac magister Henricus de Piro promotor, quo supra nomine, super præmissis a nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, sibi unum, vel plura, publicum seu publica fieri petierunt instrumenta. Præsentibus ibidem venerabilibus viris dominis Joanne Crevel præposito sancti Ludgerii Monasteriensis, Joanne a Scade de Lochen, & Frederico Stanchaymer, sacri palatii Apostolici causarum notariis, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis. Deinde dominis deputatis prædictis, una cum aliis supra nominatis, ad locum audientiæ, & collegas suos revertentes, & reversi, eidem per organum dicti domini Jacobi cursoris retulerunt vocationem, ut præfertur, in valvis, seu portis Ecclesiæ majoris prædictæ factam, ut moris est, & fuit; neminemque ibi verbum aliquod super præmissis, & præsentis termini observatione pro dicto domino Petro de Luna respondisse.

a MS. Schade de Lochen.

Relatione hujusmodi facta, Henricus de Piro promotor & procurator prædictus adhuc ibidem præsens, & judicialiter comparens, dicti domini Petri de Luna non comparentis iterato contumacem reputari, & in ejus contumaciam sibi viam excipiendi, sive objiciendi ulterius contra personas testium, & eorum dicta, ac jura, acta, instrumenta, & munimenta supra in hujusmodi causa producta præcludi, per dominos commissarios præfatos debite cum instantia postulavit.

Et tunc domini commissarii præfati dictum dominum Petrum de Luna non comparentem, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacientem, licet sufficienter exspectatum, reputarunt merito, prout erat, quoad actum & terminum hujusmodi, exigente justitia, contumacem, & in ejus contumaciam matura deliberatione præhabita, visisque dicti Petri de Luna contumaciis, de unanimi consensu interloquendo, verbo dumtaxat pronunciarunt, declararunt, & decreverunt, prælibato domino Petro de Luna, Benedicto XIII. nuncupato, abhinc in antea viam objiciendi, & excipiendi contra personas testium, & eorum dicta productorum in hac causa, juraque, instrumenta, acta, actitata, registra, & alia probationum genera exhibita & producta, fore præcludendam, & præcluserunt. Præsentibus ibidem honestis viris magistris Joanne Crevelt & Frederico Stantbeymer prædictis, & Ludulpho Rohring notario cameræ Apostolicæ, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Die Veneris, vigesima prima supradicti mensis Maji, reverendissimi, reverendique patres, & domini, ac venerabiles & circumspecti viri, Guilelmus tituli sancti Marci Cardinalis, Joannes electus Patriarcha Constantinopolitanus, Robertus Sarisberiensis, Stephanus Dolensis Episcopi, Hermanus Dvverch Sedis Apostolicæ protonotarius, Jacobus electus Pennensis, Michael Navers, Joannes de Lydena, & Petrus Nardi, majorem partem commissariorum prædictorum facientes, suis collegis absentibus, Constantiæ in Ecclesia majori in loco sessionis solito, ad hoc specialiter deputato, mane hora septima, sive tertiarum, ad jura reddendum pro tribunali sedentes, volentes evitare, & aufugere cavillationem, & verba inutilia, quæ forsan facta sunt, seu in posterum fieri possent, & etiam propter brevitatem termini peremptorii domino Petro de Luna Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato, ad dicendum, objiciendum, & proponendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, excipere, & proponere volebat contra jura, acta, litteras, scripturas, instrumenta, registra, & munimenta, necnon personas testium, & eorum dicta in hujusmodi causa super articulis examinatorum, & productorum præfixi, & assignati, & jam elapsi: idcirco ad majorem, & superabundantiorem cautelam, eumdem dominum Petrum de Luna, in sua obedientia Benedictum XIII. nuncupatum, ad idem secundo citari, ad diem Martis proxime futuram, quæ erit vigesima quinta mensis præsentis, qua eosdem dominos commissarios, vel majorem partem ex eis, Constantiæ in Ecclesia majori, in loco sessionis solito, ad hoc specialiter deputato, mane hora septima, pro tribunali sedere contigerit, per evidentiam publicam litterarum contradictarum Romanæ curiæ, necnon in valvis Ecclesiæ majoris prædictæ peremptorio voluerunt atque mandarunt.

Cursor retulit affixisse citationem in valvis Ecclesiæ majoris.

DIE Martis vigesima quinta supradicti mensis Maji discretus vir Jacobus de Sabaudia Sedis Apostolicæ cursor, retulit in judicio reverendissimis reverendisque in Christo patribus, ac venerabilibus & circumspectis viris dominis Guillelmo tituli sancti Marci S. R. E. Cardinali, Joanni Patriarchæ Antiocheno, Joanni electo Patriarchæ Constantinopolitano, Roberto Sarisberiensi, Stephano Dolensi, & Joanni Licfeldensi Episcopis, Michaeli Navers, Joanni de Lydona, Hermanno Dvverch, Henrico Flechel, Petro Nardi, & Joanni Velita judicibus, & commissariis præfatis, aliis suis collegis in hac parte legitime absentibus, Constantiæ in Ecclesia majori, in loco sessionis ad hoc specialiter deputato, mane hora septima, ad jura reddendum pro tribunali sedentibus, & nobis præsentis causæ notariis atque scribis præscriptis, se de ipsorum dominorum judicum & commissariorum mandato sibi super hoc, ut asseruit, facto, & ad supradicti magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris instantiam, die Veneris proxime præterita, quamdam citationem, sigillis re-

ANNO CHRISTI 1417.

verendissimi patris domini Guillelmi S. R. E. Cardinalis, & Michaelis Navers præfatorum sigillatam, valvis seu portis Ecclesiæ majoris supradictæ affixisse, eamque debitæ executioni, ut moris est, demandasse, prout & quemadmodum idem cursor ab eisdem dominis judicibus & commissariis dixit se superius habuisse & recepisse specialiter in mandatis.

Post cujus quidem cursoris relationem comparuit in judicio coram dominis judicibus & commissariis prælatis, adhuc prout ubi supra ad jura reddendum in loco suo solito & consueto pro tribunali sedentibus, magister Henricus de Piro procurator & promotor prædictus, nomine quo supra promotorio, proponens qualiter supradicto domino Petro de Luna, Benedicto XIII. in sua obedientia nuncupato, certus peremptorius terminus ad dicendum & opponendum quidquid in verbo & in scriptis dicere

B

& opponere volebat contra registra, acta, litteras, scripturas, instrumenta, & munimenta, testiumque in hujusmodi causa productorum, & examinatorum personas & dicta, fuisset præfixus, & modo elapsus; in quo termino servando contumax, justitia exigente, fuisset reputatus. Et nihilominus ad majorem cautelam, & ad obstruendum ora multorum, in hac parte forte obloqui conantium, domini judices & commissarii prælati, seu major ipsorum pars, eumdem dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, ad consimilem actum de novo & secundo citari mandarunt, & fecerunt ad diem & horam præsentes. Quapropter idem magister Henricus de Piro promotor, quo supra nomine, quamdam citationum, unam videlicet audientiæ pergameni, a præfatis dominis commissariis, seu eorum majori parte ema-

C

natam, de eorumque voluntate & mandato in audientia publica litterarum contradictarum Romanæ curiæ positam, lectam, ab intra signatam, sigilloque ipsius audientiæ ad hujusmodi citationes sigillandas specialiter deputato a tergo, ut moris est, sigillatam, aliaque inibi debitæ executioni demandata; ac aliam papyri schedulam, in valvis majoris Ecclesiæ prædictæ executam, facto, realiter, & in scriptis infrascripti tenoris repræsentavit; citatorumque in eis contentorum non comparentium, neque in hujusmodi termino satisfacere curantium contumaciam accusavit; ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam ulterius in valvis Ecclesiæ prædictæ majoris vocari, ac ad eos vocandum aliquos de commissariis, ut moris est, deputari per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Et tunc do-

D

mini judices & commissarii memorati ad vocandum supra dictos citatos, ad valvas Ecclesiæ præfatæ, ut moris est, venerabiles & circumspectos viros dominos Henricum Flechel, & Petrum Nardi, sacri palatii Apostolici causarum auditores, collegas suos, deputandos duxerunt, & deputarunt. Qui quidem domini Henricus Flechel, & Petrus Nardi deputati, onus hujusmodi vocationis sponte assumentes, locumque sessionis præfatum una cum discretis viris Friderico Resa, & Jacobo de Sabaudia, Sedis Apostolicæ cursoribus, nobisque præsentis causæ notariis atque scribis prædictis exeuntes, ad valvas Ecclesiæ majoris prædictæ accesserunt: ibique sæpefatos citatos, per organum præfati Jacobi cursoris, tribus vicibus successive, publice, alta, & intelligibili voce vocaverunt, & requisierant in effectu in hunc modum: Est hic

E

Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo qui compareat, in Ecclesia Constantiensi in loco sessionis solito ad dicendum, & opponendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, & opponere voluerit contra nonnulla registra, jura, & munimenta, testes, & eorum dicta productos, & examinatos in causa inquisitionis, coram Synodo & judicibus pendente?

Qua vocatione, ut præfertur, facta, nemineque comparente, nec respondente, domini deputati supradicti a nobis præsentis causæ notariis atque scribis prædictis super præmissis sibi fieri petierunt unum vel plura, publicum, seu publica instrumenta, præsentibus ibidem discretis viris magistris Ulrico VVernheri, Henrico Hucvatel, Joanne de Bosco, sacræ

A pœnitentiariæ litterarum procuratoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

His sic peractis, domini deputati prædicti, una cum aliis supra nominatis, ad locum audientiæ hujusmodi causæ, & sessionis solitum revertentes, & reversi, dominus Petrus Nardi prædictus, suo & ipsius collegæ nominibus primo, & deinde præfatus Jacobus de Sabaudia, Sedis Apostolicæ cursor, secundo hujusmodi vocationem ad valvas præfatæ Ecclesiæ factam, neminemque comparuisse, nec respondisse, ut præmissum est, dominis judicibus & Commissariis memoratis retulerunt, & retulit quilibet eorum. Quibus quidem relationibus, ut præfertur, factis, magister Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo supra, dictos citatos iterato contumaces reputari, & in eorum contumaciam ulterius contra eos juxta exigentiam & qualitatem causæ procedi, per dominos judices & commissarios præfatos, debita cum instantia postulavit.

Et tunc domini judices & commissarii præfati, dictos citatos non comparentes, neque hujusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantes, licet diutius, & usque ad horam debitam sufficienter expectatos, reputarunt merito, prout erant, quoad actum & terminum hujusmodi, exigente justitia, contumaces; & in eorum contumaciam, ad præfati magistri Henrici de Piro promotoris instantiam, ulterius contra eos juxta exigentiam causæ & qualitatem procedendum decreverunt. Præsentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino, domino Branda S. R. E. Cardinale Placentino vulgariter nuncupato, & providis viris VVillelmo Brilleti, in Romana curia procuratore, Yvone Loyer, sacri palatii Apostolici causarum notario, & Francisco de Hispania, servienti armorum palatii Apostolici, aliisque pluribus. Testibus fide dignis, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenores vero dictarum citationum audientiæ pergameni, & in valvis papyri schedularum, unde supra fit mentio, sequuntur tales.

MAndant reverendissimi patres, domini judices & commissarii, per sacrosanctam & generalem Synodum Constantiensem in hac parte specialiter deputati, citari peremptorie in audientia publica litterarum contradictarum, ut moris est, & citant ex superabundanti, & ad omnem malitiam convincendam, dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos, sua conjunctim vel divisim interesse putantes, quatenus die Martis proxima futura, mane hora septima, compareant in Ecclesia Constantiensi, in loco publicæ sessionis prope altare ejusdem sessionis, ad dicendum & excipiendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, vel excipere voluerint contra nonnulla munimenta, registra, testes & eorum dicta, & attestationes in causa & causis coram dicta Synodo, & eisdem judicibus, contra ipsum dominum Petrum de Luna pendente productos, & producta, ac super tota causa hujusmodi, & in eadem ulterius, prout visum fuerit, procedi videndum, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante.

Datum Constantiæ, die vigesima prima mensis Maii, anno a Nativitate Domini *MCCCCXVII.* indictione decima.

Citatio in valvis ad idem.

Nos judices & commissarii, per sacrosanctam, generalem Synodum Constantiensem in hac parte specialiter deputati, in valvis Ecclesiæ Constantiensis ex abundanti, & ad omnem malitiam convincendam, peremptorie citari mandamus, & præsentium tenore citamus dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. in sua obedientia nuncupatum, omnesque alios & singulos, sua interesse putantes, quatenus die Martis proxima futura, mane hora septima, compareant in dicta Constantiensi Ecclesia, in loco publicæ sessionis, ad dicendum, & excipiendum quidquid verbo, vel in scriptis dicere, seu excipere voluerint contra

non-

ANNO CHRISTI 1417.

nonnulla munimenta, registra, testes & eorum attestationes, in causis & causis coram dicta Synodo, & nobis, contra ipsum dominum Petrum pendente productos, & producta, ac super tota causa hujusmodi prædicta, & in eadem ulterius, prout justum fuerit, procedi videndum. Hoc vero nostræ citationis mandatum valvis seu portis dictæ Ecclesiæ duximus affigendum, modoque præmisso decrevimus publicandum, ne prænominati sic citati aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare. In cujus rei testimonium præsentes nostras litteras exinde fieri, sigillorumque reverendissimi in Christo patris & domini, domini Guillelmi tituli sancti Marci S. R. E. Cardinalis, & egregii viri utriusque juris doctoris domini, domini Michaelis Navers, fecimus impressione communiri.

Datum Constantiæ, die Veneris vigesima prima mensis Maji, anno a nativitate Domini MCCCCXVII. indictione decima. Protestamus nihilominus nos judices & commissarii prælibati, quod per actum hujusmodi a processu notarii secedere non intendimus quovis modo.

a *Gumpertus Fabri* } *notarii.*
Antonius de Casadaval }

DIE Jovis, vigesima septima prædicti mensis Maji, Constantiæ, in palatio Episcopali, hora tertiarum, vel quasi, omnes Commissarii, & judices memorati, domino Francisco Cardinale Florentino dumtaxat excepto, pro expeditione causæ præcedentis congregati, venerabilibus & circumspectis viris dominis Michaeli Navera, Petro Nardi, & Joanne VVellis conjunctim collegis suis præsentibus, & sponte acceptantibus examinationem registri, sive processus in causa præsenti habiti, & visitationem, depositionem testium, & reductionem eorumdem ad certum b summarie legendum, & explicandum per ipsos commissarios præfatos in publica sessione toti Concilio, committendum duxerunt, & commiserunt, juxta potestatem, & commissionem eis in præsenti causa in publica sessione per dictum sacrum generale Constantiense Concilium attributam.

Anno, & indictione quibus supra, die vero Martis, prima mensis Junii, constitutus Constantiæ in palatio Episcopali, mane hora tertiarum, vel quasi, coram reverendissimo reverendisque patribus ac venerabilibus, & circumspectis viris dominis, dominis Guillelmo Cardinale sancti Marci, Joanne electo Patriarcha Constantinopolitano, Roberto Sarisberiensi, Stephano Dolensi Episcopis, Hermanno Dwerch Sedis Apostolicæ protonotario, Michaele Navera, Jacobo electo Pennensi, abbate Cluniacensi, Guillelmo Pulchrinepotis, Nicolao VVordis, Petro Nardi, & Joanne VVellis commissariis & judicibus præfatis, aliis eorum collegis absentibus, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine procuratorio quo supra, factaque relatione primitus per præfatum dominum Michaelem Navera, unum de commissariis prædictis, super toto processu in præsenti causa habito, ac depositionibus testium in eadem præsenti causa examinatorum ipsis commissariis præfatis corrigendo, emendando articulum octuagesimum tertium supra inter articulos datum incipiens, *Item & hoc sacrum Concilium*, &c. tollit in eodem articulo hæc verba, scilicet (*Arragonum*, *& Navarræ*) & loco illorum in fine ipsius articuli addit hæc verba sequentia, videlicet: *Quodque c sequenter secundum capitula conventa in Narbona inter Reges & principes obedientiæ dicti domini Petri de Luna, Benedicti appellati, fuit per dictam obedientiam convocatum istud Concilium, quatenus ad eos pertinebat; & postea Reges Arragonum, & Navarræ præfato Concilio ex utraque conventione se univerunt, & incorporarunt, unum simul Concilium facientes, & centra. Et sic fuit, & est verum, publicum, & notorium.*

Quo quidem articulo sic, ut præfertur, emendato & correcto, idem magister Henricus de Piro promotor & procurator adhuc præsens dictum articulum, seque & partem suam ad probandum in Romana curia in civitate Constantiæ, ac extra admitti per dominos judices & commissarios præfatos debita cum instantia postulavit. Quem quidem articulum sic correctum & emendatum domini judices & commissarii memorati, instante magistro Henrico de Piro promotore & procuratore ad probandum in Romana curia, & civitate Constantiæ dumtaxat infra decem dies proxime, & immediate sequentes, admittendum duxerunt, & admiserunt; retenta sibi nihilominus potestate plenaria eumdem admittendi extra Romanam curiam, & civitatem Constantiæ, si sibi in posterum visum fuerit expedire.

a MS. Gumpertus Fabri, notarius, Antonius de Casadaval, notarius, pro natione Hispanica.

b MS. summarium.

c MS. concomitter.

SESSIO XXXIV.

DIE sabbati quinta mensis Junii, anno a Nativitate Domini millesimo quadrigentesimo decimoseptimo, indictione decima, fuit sessio generalis per sanctam Synodum Constantiensem in majori Ecclesia Constantiæ solemniter celebrata: in qua reverendus pater dominus Thomas d Senonensis Episcopus Missam de tempore celebravit. Præfedit autem reverendissimus dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis & vicecancellarius. Et dictis demum litaniis & orationibus consuetis, cum Evangelio secundum Lucam. Homo quidem fecit cœnam magnam, *domini commissarii in causa contra Petrum de Luna ascenderunt ambonem: & reverendissimus pater dominus Guillelmus Cardinalis tituli sancti Marci, de suorum collegarum consensu sibi assistentium, pro themate assumens*, Tempus est ut veniat judicium a domo Dei, *&c. quod perpulcre deducens, processum per ipsum & suos collegas contra Petrum de Luna, a quibusdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, juxta commissionem eis desuper factam, habitum, integre narravit & recitavit, una cum probationibus articulorum simpliciter in hujusmodi causa productis. Et facta dicta relatione, reverendi patres domini Dolensis & Lichfeldensis Episcopi respondendo articulos legerunt: videlicet summam probationum scriptam super quolibet articulo, dicendo post lecturam articuli: Iste articulus de veritate & notorietate probatur per tot testes & tales: declarando dignitates & gradus testium. Et his peractis, reverendus pater & dominus Episcopus Concordiensis legebat quoddam decretum, cujus tenor sequitur:*

Hæc sacrosancta Synodus, audita relatione processus & probationum & aliorum actorum in causa inquisitionis pendente coram eadem sancta Synodo contra Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium a nonnullis nuncupatum, super ferenda sententia & aliis in causa hujusmodi finaliter deliberabit: potestatem autem alias concessam commissariis in dicta causa, præterquam ad citandum eumdem Petrum de Luna ad audiendum sententiam per eamdem Synodum ferendam, non intendit revocare; super qua citatione atque sententia nullam dictos commissarios vult habere potestatem. Super præmissis dominus Joannes Episcopus Ostiensis hujusmodi sessioni præsidens nomine Synodi respondit, Placet.

Ex collectione Barberiniana.

Die sabbati, quinta supradicti mensis Junii, fuit dictæ sacrosanctæ Synodi Constantiensis sessio generalis, Constantiæ, in Ecclesia majori, in loco solito & consueto, mane hora septima post mediam noctem, tenta, & solemniter celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Thomas Episcopus e Cirienensis Missam de tempore devote celebravit. Quaquidem Missa sic decantata, reverendissimi, reverendique patres & domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se cappis pluvialibus induerunt. Subsequenter litaniis, & orationibus consuetis, cum Evangelio secundum Lucam: *In illo tempore: Dixit Jesus parabolam hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam*, &c. cum collectis devote lectis, & peractis; domini commissarii hujusmodi causæ memorati, ambonem publicationis ordinatorum dictæ sanctæ Synodi ascenderunt: in quo existentes, reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Guillelmus Cardinalis sancti Marci, de consensu & expressa voluntate suorum collegarum sibi assi-

d In prima editione. In prima editione Cenomensis. Hujus nominis Senonensis nec ullus tunc fuit Thomas Senonensis.

Luc. 14.

1. Petr. 4. 17. ubi Vulgata editio habet, incipiat.

e MS. Cinomensis.

ANNO CHRISTI 1417.

stentium, pro themate assumens, *Tempus est ut veniat judicium de domo Dei, &c.* A quod pulcre deducens, processum per ipsum & suos collegas contra Petrum de Luna, a quibusdam Benedictum XIII nuncupatum, juxta commissionem eis a dicta sancta Synodo desuper factam, habitum integre narravit, & recitavit, una cum probationibus articulorum similiter in hujusmodi causa productorum. Deinde hujusmodi relatione facta, reverendi patres domini Dolensis, & Lichfeldensis Episcopi de mandato dictæ sanctæ Synodi, videlicet Episcopus Dolensis articulos in hunc modum, scilicet. *Ad multiplices, &c. In primis, &c.* Et dominus Lechfeldensis respondens, legerunt probationem in hunc modum. *Prima pars, &c.* prout & quemadmodum in quibusdam papyri foliis inferius apud acta præ- B sentis causæ registratis plenius continetur.

His sic peractis, reverendus pater dominus Episcopus Concordiensis, de mandato sacrosanctæ Synodi ambonem prædictum ascendens, quoddam decretum hujus Synodi, publice, alta & intelligibili voce perlegit, cujus tenor inferius apud acta extat registratus. Super quibus omnibus & singulis præmissis, & præsertim super decreto ei supra lecta, dominus Joannes Episcopus Ostiensis, S. R. E. Cardinalis, & vicecancellarius, ac hujusmodi sessionis præsidens, nomine dictæ sanctæ Synodi respondit, *Placet*. Deinde magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, quo supra nomine, sibi super præmissis, a prothonotariis & notariis ipsius sanctæ Synodi, unum vel plura, publicum vel publica petiit instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis patribus, & dominis, dominis Joanne C Ostiensi, Laudensi, de Ursinis, Bononiensi, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, Cholanco, Fuxi, Saluciarum, de Brancacciis, de Flisco, de Columna, de Comitibus, S. R. E. Cardinalibus prædictis; & illustribus principibus dominis Friderico marchione Brandeburgensi, & Henrico Bavariæ duce, regumque, ducum, principum, prælatorum, communitatum, & universitatum Ambaxiatoribus, aliisque Christianis in numero copioso.

SESIO XXXV.

Unio Ambaxiatorum domini Regis Castellæ & Legionis.

DIE *Veneris decimaoctava mensis Junii supradicti, sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi fuit solemniter celebrata: cui interfuit serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. Rex, cum insigniis regalibus, & multis principibus & nobilibus sibi adsistentibus & sibi servientibus. Et ante istius sessionis officium, sive orationes solitas & consuetas, prælati pluvialibus induti, mitras capitibus imposuerunt. Consequenter reverendi patres & domini, nobiles & strenui viri serenissimi principis domini Joannis Regis Castellæ & Legionis Ambaxiatores, & cum eis Petrus de Lamburga de Polonia, ambonem ascenderunt: ac ipsi Ambaxiatores tria in effectu facere pro præsenti ses-* E *sione proposuerunt: videlicet primo Concilium Constantiense convocare: secundo, præsenti congregationi in Constantia se unire: tertio, subjectionem obedientiæ factam in Narbona juxta capitula ibidem concordata approbare. Et deinde Petrus de Lamburga legit quoddam procuratorium Regis Castellæ. Quo lecto, frater Ludovicus de Valle Oleti, unus de Ambaxiatoribus dicti Regis, de consensu suorum coambaxiatorum legit quamdam schedulam convocationis, una cum bulla Concilii convocatoria, domino Regi Castellæ prædicto per Synodum missa, juxta capitula concordata Narbonæ, cujus schedulæ convocationis tenor talis est:*

Schedulam convocationis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.

NOS *Didacus Conchensis Episcopus, & Ferdinandus Petri de Avala* [1] *major præfectus Guispuzcoæ, serenissimi domini Regis Castellæ consiliarii, Joannes Episcopus Pacensis, Martinus Ferdinandi domicellorum præses, Ferdinandus Martini de* [1] *Davalos Segobiensis, Didacus Ferdinandi Palentinensis, Ecclesiarum decani, decretorum Doctores, frater Ludovicus de Valle Oleti ordinis Prædicatorum, in Theologia magister Parisiensis, Joannes Ferdinandi de Kupsflore decretorum Doctor, oratores & procu-* B *ratores præfati serenissimi domini Joannis Regis Castellæ & Legionis, ac serenissimæ dominæ reginæ Castellæ matris & tutricis ejusdem, regnorumque gubernatricis,* [2] *& omnium quorum interest, & interesse potest. Ad pacem & unionem sanctæ matris Ecclesiæ puris ac sinceris affectibus anhelantes, volentesque & intendentes adimplere conventionem in Narbona initam inter serenissimum principem & dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ Regem semper Augustum, ac reverendos patres procuratores, nuncios & legatos præsentis congregationis Constantiensis ex una, & oratores ac procuratores serenissimi principis domini Ferdinandi claræ memoriæ Arragonum & Siciliæ Regis, tam suo proprio nomine, quam tutorio & tutoris nomine præfati serenissimi domini Regis Navarræ, necnon illustris principis Joannis comitis Fuxi ex alia patribus, præ-* C *sentamus nos in hoc loco coram paternitatibus vestris, offerentes nos ad exsequendam dictam conventionem, ac omnia & singula in ea contenta. Et similiter nunc attendentes, quod in primo capitulo dictæ conventionis continetur, quod convocatio dictarum obedientiarum fiat per prælatos, cæterosque viros ecclesiasticos hujus congregationis per litteras directas ad Reges, principes, prælatos, ac alias personas de obedientia dicti domini Benedicti sic nuncupati. Quod vice versa præfati domini Reges, principes, prælati, & aliæ personæ dictæ obedientiæ domini Benedicti sic nuncupati, debeant vos præfatos dominos prælatos & cæteros de congregatione præsenti per suos Ambaxiatores aut litteras hic in Constantia convocare. Et attento etiam, quod litteræ convocatoriæ pro par-* D *te vestra domino nostro Regi Castellæ jam præsentatæ fuerunt, quas etiam ipse omnibus prælatis & aliis personis, quibus dirigebantur, intimari fecit modo debito, prout per instrumenta inde confecta patebit, cum fuerit opportunum, volumus & nos satisfacere dicto capitulo, cujus tenor quantum ad litteras convocatorias quæ in eis continentur, talis est:*

„ *Miseratione divina Episcopi, Presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, prælati & ceteri in Constantia provinciæ Moguntiensis in Christi nomine congregati, illustri principi, prout superius continetur, &c. Qua ad finem lecta, idem frater Ludovicus legit, ut sequitur: Cui quidem capitulo satisfacere volentes, convocamus vos omnes prælatos, & ceteros dominos de hac Congregatione, juxta tenorem dicti capituli.*

Sessione xxxi.

His sic lectis reverendissimus pater dominus Bartholomæus, Archiepiscopus Mediolanensis, [3] *ascendens in ambonem, legit in hæc verba:*

Schedula acceptationis convocationis.

Nos miseratione divina Episcopi, Presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, prælati, & ceteri hic congregati, dictam convocationem acceptamus, & offerimus nos paratos sine dilatione quacumque ad procedendum ad ulteriora.

Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenus ad unionem faciendam nobiscum pro-

[1] *Ms.* Davalos. [2] *Hic supplendum ex ms.* hic præsentes & personaliter constituti, nomine præfatorum serenissimorum dominorum Regis & Reginæ Castellæ, & omnium, *&c.*
[3] *Ms.* etiam ascendens, de mandato dictæ sanctæ Synodi sibi super hoc facto, publice, alta & intelligibili voce, schedulam acceptationis dictæ convocationis per Ambaxiatores Regis Castellæ prædicti, ut præfertur, factæ, legit in hæc verba:

procedatis junta tenorem tertii capituli convocationis prædictæ, quæ talis est. Tertio, quod præfatis de obedientia dicti domini Benedicti decimitertii per quosdam, &c. ut superius continentur; cujus tamen totam tenorem legebant. Et expost frater Ludovicus de Valle Oleti a *præfatus, quo ad secundum principale, quamdam unionis schedulam legebat in hac verba:*

Schedula unionis.

Nos oratores & procuratores prætacti, dictis nominibus unimus nos vobis juxta tenorem capituli Narbonensis prædicti, approbantes & laudantes omnia quæ post unionem a Arragonensem contra dominum Benedictum agitata sunt & processa pridem, eodem modo, ac si per hanc unionem nostram ab hac sancta Synodo nobis interessentibus facta foret. Qua unione facta, præfatus dominus Archiepiscopus Mediolanensis legebat in hunc modum.

a Mf. Arragonum.

Schedula acceptationis unionis.

Nos prælati & cæteri congregati ut supra, dictam unionem b *nostram acceptamus, profitentes vos vice & nomine præfati serenissimi domini Regis Castellæ per omnia debitis modo & forma ac tempore contentis in dicto capitulo tertio satisfecisse, & e converso nos vobis oratoribus & procuratoribus prædictis nominibus juxta tenorem ejusdem capituli unimus.*

b Mf. vestram.

Quibus sic factis, reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis & vicecancellarius nomine totius Synodi respondit per verbum, Placet.

Subsequenter oratores & procuratores illustrissimi domini Infantis Henrici, ac ordinis sacræ militiæ sancti Jacobi de Spata generalis magistri, ambonem ascendentes, omniaque & singula facta & acta per dominos Ambasiatores & oratores Regis Castellæ prædictos approbantes & laudantes, convocationem fecerunt simili modo, ut ipsius Regis Castellæ Ambasiatores; & similiter se huic congregationi unierant, prout super istis convocatione & unione frater Joannes de sancto Jacobo, ordinis Minorum, unus de Ambasiatoribus prædictis, de suorum coambasiatorum consensu quamdam papyri schedulam legebat sub hujusmodi tenore.

Schedula convocationis Infantis Henrici.

Nos Vitalis de Seto miles commendator de Caravagna, frater Joannes de sancto Jacobo sacræ paginæ professor, Garsias de c *Vergera miles, Joannes Alphonsi, decretorum baccalaureus, procuratores & oratores illustrissimi domini Infantis Henrici, ac ordinis sacræ militiæ sancti Jacobi de Spata generalis magistri, simili modo convocamus vos omnes prælatos & cæteros dominos de hac congregatione, juxta tenorem dicti capituli. Deinde idem frater Joannes legit, ut sequitur:*

c Mf. Vergua.

Schedula unionis ejusdem.

Nos oratores supradicti, dicto nomine, unimus nos vobis juxta tenorem capituli prædicti. Super quibus omnibus & singulis promotores Concilii petierunt instrumentum & instrumenta: & depost fuit cantatum, Te Deum laudamus. *Quo finito, reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis ad præsidendum ivit, & officium sessionis solitum solemniter incipiebatur. Et lectis litaniis, aliisque consuetis, præfatus Archiepiscopus Mediolanensis una cum Ambaxiatoribus Regis Castellæ ambonem ascendit, & legit schedulam sequentem, legendo etiam illa capitula concordata Narbonæ, de quibus supra fecit hos mentionem, quæ superius inserta fuerunt, ubi agebatur de confirmatione eorum.*

Confirmatio capitulorum.

Sacrosancta generalis Constantiensis Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, viso & considerato capitulo secundo ex capitulis Narbonensibus, inter carissimum Ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum & Hungariæ Regem illustrem, & dilectos ipsius Ecclesiæ filios, promotores & nuncios dictæ Synodi ex una, & procuratores ac oratores carissimorum dictæ Ecclesiæ filiorum dominorum, Ferdinandi claræ memoriæ Arragonum & Siciliæ Regis, tam suo proprio nomine, quam tutorio & tutoris nomine, Joannis Castellæ & Legionis; necnon oratores Navarræ Regum, & illustrium & dilectorum ejusdem Ecclesiæ filiorum Fuxi & Armoniaci comitum, partibus ex altera, concordatis: cujus quidem secundi capituli tenor sequitur sub his verbis: Secundo, quatenus dictæ conventionis, *&c. volens in omnibus observare dictum capitulum, promittit, ratum habet, servat specialiter, confirmat, & de novo firmat, & statuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo plenius continetur. Viso etiam quarto capitulo incipiente:* Quarto, quod per dictum uniendum Concilium, *&c. abolet, tollit & irritat quoscumque processus, sententias, decreta, ordinationes, statuta & pœnas, &c. ut in dicto capitulo continetur, usque ubi,* & quod statuatur. *Item statuit, quod nunquam de cætero ratione vel occasione dicti schismatis aut adhæsionis dicti domini Benedicti, & sui prædecessoris domini Clementis, possit contra dictos dominos Reges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti quomodolibet procedi in judicio, vel extra, ut in fine dicti capituli continetur. Viso etiam quinto dictorum capitulorum incipiente:* Quinto, quod per dictum formandum Concilium, *&c. approbat, laudat, firmat, & meliori modo quo fieri potest, plenissime confirmat omnes & singulas concessiones, dispensationes & gratias factas per dominum Benedictum prædictum quibusvis personis suæ obedientiæ de quibusvis dignitatibus, &c. ut in dicto capitulo continetur. Viso etiam undecimo dictorum capitulorum incipiente.* Undecimo, quod dictus dominus Rex Romanorum, &c. *& attento quod dicitur ibi;* & quod in prima sessione, &c. dicta sancta Synodus facit, concedit, statuit & ordinat in omnibus & per omnia, *prout in dicto capitulo continetur. Quibus sic lectis & completis, reverendi patres Jacobus Rhodini Sedis Apostolicæ protonotarius, & Joannes litterarum Apostolicarum corrector, tenens librum Evangeliorum a parte dextra; & a parte sinistra dominus Thomas* d *Polten dictæ Sedis protonotarius, & venerabilis dominus Jacobus* e *Mercsim sacri palatii Apostolici, causarum auditor, tenentes libros sanctorum Evangeliorum, accesserunt ad dominos in hac sessione præsentes, recipientes ab eis juramenta. Et primo serenissimus dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ Rex, consequenter vero & domini Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, cæterique prælati & Ambasiatores, omnia & singula capitula Narbonæ concordata in omnibus & per omnia observare juraverunt, & quilibet eorum juravit, ac ea, quantum in eis fuit, receperunt.*

Supra, sess. xx.

Supra, sess. xx.

Supra, sess. xx.

d Mf. Polton.

e al. Moressins.

Quibus juramentis sic præstitis, Henricus de Piro promotor, nomine præfati serenissimi principis domini Sigismundi surgens, publice dixit & inquisivit: Si aliquis esset in prædicta sessione, qui haberet mandatum sufficiens illustris principis comitis Armeniaci, quod illud exhiberet. Cancellarius autem studii Parisiensis surgens dixit, Ambasiatores Christianissimi Regis Francorum certa habuisse scripta, quod dictus dominus comes sequi vellet vestigia prædicti domini Regis. Tunc dictus dominus Henricus nomine quo supra dixit: Ex quo non apparet mandatum sufficiens pro ipso domino comite, nullo modo per juramentum supra per eum præstitum, ad observationem dictorum capitulorum in Narbona concordatorum, quo ad præfatum dominum comitem Armeniaci, vellet arctari, publice & solemniter fuit protestatus.

His

a *In mss.* Ambaxiatos, nomine & consensu suorum coambaxiatorum prædictorum, quoad secundum principale agendum, quamdam schedulam unionis publice, alta & intelligibili voce, de verbo ad verbum perlegit sub his verbis;

ANNO CHRISTI 1417.

Hic autem sic peractis, præfatus Archiepiscopus Mediolanensis legit quamdam papyri schedulam temporis subsequentis.

„ *Item, domini Cardinales, Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi, & alii prælati Ambaxiatores dominorum Regum & Principum, & alii in dicto Concilio existentes, & singulares personæ, & tanquam personæ suffultæ ad hoc sufficienti potestate, jurent, prout sufficienter in dicto undecimo capitulo continetur. Quæ prædicta omnia & singula intelligantur & locum habeant, retento tenore omnium & singulorum capitulorum prædictorum Narbonæ concordatorum; quibus & eorum singulis dicta Synodus stare intendit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere.*

Ad quæ omnia & singula dominus Episcopus Ostiensis vicecancellarius & hujus sessionis præsidens præfatus, nomine totius Concilii respondit per verbum, Placet.

Subsequenter dominus & frater Ludovicus de Valle Oleti prædictus, existens in ambone, legit schedulam sequentem.

Schedula approbationis capitulorum Narbonæ factæ per oratores Regis Castellæ.

NOs Didacus Conchensis Episcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala major præfectus Guipuscoæ, serenissimi domini Regis Castellæ consiliarius, Joannes Episcopus Tacensis, Martinus Ferdinandi a domicellorum præses, Ferdinandus Martini de Cluvales Segobiensis, & Didacus Ferdinandi Palentinensis, Ecclesiarum decani, decretorum doctores, frater Lodovicus de Valle Oleti ordinis prædicatorum in theologia magister Parisiensis, Joannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctor, oratores & procuratores serenissimi domini Joannis Castellæ Regis ac Legionis, ac serenissimæ dominæ Reginæ matris & tutricis ejusdem regnorum gubernatricis, hic præsentes & personaliter constituti, dictis nominibus quibus validius & efficacius possumus, jure videlicet, forma, modo, via, causa melioribus, omnia & singula decreta, statuta, protestationes per sacrosanctam & generalem Synodum Constantiensem nunc facta & edita, & quæ nunc sint seriosius lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis & repetitis solemniter, vice & nomine Regis & Reginæ nostrorum præfatorum omnium regnorum & terrarum suarum acceptamus, approbamus, assentimus, & solemniter affirmamus. Et similiter sicut ipsa sancta Synodus protestata est, quod non b velit recedere a capitulis in dicta civitate Narbonensi concordatis, ita & nos dictis nominibus solemniter protestamur. Ad quæ tunc reverendissimus pater & dominus Episcopus Ostiensis, hujus sessionis præsidens, nomine totius Synodi respondit, Placet, *Et consequenter præfatus Archiepiscopus Mediolanensis legit decretum tenoris infrascripti.*

a Ms. Domicellorum.

b Ms. intenent.

Quod non obstantibus juramentis, licuit ab ejus obedientia recedere.

SAcrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata, pro bono unionis Ecclesiæ sacrosanctæ auctore Deo feliciter consummanda, considerans quod per carissimam Ecclesiæ filiam Catharinam Reginam illustrem, carissimi ipsius Ecclesiæ filii Joannis Regis Castellæ & Legionis matrem atque tutricem, regnorumque & terrarum illius gubernatricem, atque per nonnullos prælatos, barones & notabiles personas regnorum & terrarum Regis præfati, requisita & præstita fuerunt juramenta & promissiones de non recedendo ab obedientia domini Petri de Luna, Benedicti decimitertii a nonnullis sic nuncupati, sub certis formis, de quibus in actis & instrumentis inde confectis latius continetur: quæ quidem acta & instrumenta, & alias quascumque probationes prædictorum, præfata Synodus de ipsis plene certificata, vult hic habere pro sufficienter expressis: quodque hujusmodi juramenta & promissiones requisita & præstita fuerunt impedimentum præfatæ unionis, propter quæ & illa nulla & irrita esse censentur: statuit, decernit: atque declarat, præfata omnia juramenta, & promissiones, ac omnia & singula inde secuta fuisse & esse cassa, irrita & nulla, nulliusque efficaciæ, roboris vel momenti. Et nihilominus ad cautelam, quatenus de facto processerunt, ea relaxat & cassat, irritat, ac revocat, declarans præfatos (ut præmittitur) jurantes & promittentes ad observantiam prædictorum minime teneri & obligari.

Quo decreto lecto fuit per dictum dominum præsidentem nomine totius Synodi responsum per verbum, Placet. *Et depost præfatus frater Ludovicus legit, ut sequitur.*

ANNO CHRISTI 1417.

Schedula subtractionis obedientiæ confirmationis, per unum de Ambaxiatoribus Regis Castellæ lecta.

NOs Didacus, &c. Ambaxiatores & procuratores præfati, nomine procuratorio quo supra, confirmamus, & etiam approbamus subtractionem obedientiæ dudum factam in Perpiniano domino Papæ Benedicto decimotertio, per felicis memoriæ dominum Ferdinandum Arragonum & Siciliæ Regem, nomine serenissimi Regis Castellæ & Legionis domini nostri, & per suas litteras, sicut in eisdem latius continetur: etiam ex superabundanti cautela eam nomine quo supra de novo facimus, sicut in dictis litteris continetur, & alio meliori & firmiori modo, quo fieri potest & debet: de quo offerimus litteras præfati domini Regis & matris in valida & sufficienti forma daturos.

Deinde dominus Petrus de Grado, unus etiam de Ambaxiatoribus Regis Castellæ & Legionis prædictis, quamdam schedulam subtractionis obedientiæ c factam, in vulgari Castellano scriptam, publice legit. Et quia a multis non intelligebatur, præsentibus igitur non est inserta. Deinde frater Lodovicus præfatus solemniter fecit collationem: & facta collatione, pro complemento hujus sessionis reverendissimus pater dominus Joannes Patriarcha Antiochenus Missam de Spiritu Sancto celebravit.

c Supple ex ms. per præsentium dominum regem Castellæ in factam.

Ex Ms. Surii.

Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Joanne Ostiensi, de Ursinis, Bononiensi, Venetiarum, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentinensi, sancti Marci, de Chalanco, de Fuxo, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac illustrissimo Principe domino Sigismundo Romanorum & Hungariæ, &c. Rege præclaro, illustribusque principibus & dominis Friderico marchione Brandeburgensi, & Ludovico duce de Burga: necnon Regum, Principum, nobilium, prælatorum, communitatum, universitatum, studiorum Ambaxiatoribus, & aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

Unio Ambaxiatorum domini Regis Castellæ.

DIe Veneris, decima octava mensis Junii supradicti, fuit Constantiæ, provinciæ Moguntinæ, in Ecclesia majori in loco solito, hora sexta, vel circa post mediam noctem sacræ dictæ Synodi Constantiensis sessio publica tenta, & debitis solemnitatibus celebrata. Cui sessioni interfuit serenissimus & invictissimus Princeps & dominus, dominus Sigismundus divina clementia Romanorum & Hungariæ Rex Augustus, corona & habitu regali insignitus, multis principibus & nobilibus sibi adstantibus & servientibus: & ante illius sessionis officium, sive ordinationes solitas & consuetas, reverendissimi, reverendique patres, & domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique prælati, ad quos pertinuit, se cappis pluvialibus induentes, mitras capitibus imposuerunt. Quo facto reverendi patres nobiles, & strenui viri serenissimi Principis & domini, domini Joannis Dei gratia Castellæ & Legionis Ambaxiatores, in infrascripto procuratorio nominatim expressi, ambonem publicationis decretorum, & ordinatorum sacræ Synodi prædictæ solitum, & cum eis venerabilis vir Petrus de Lamburga de Polonia, in

jure

ANNO CHRISTI 1417.

jure canonico licentiatus, ascendarunt; ac ipsi procuratores, & Ambaxiatores prædicti tria in effectu facere pro præsenti sessione proposuerunt: videlicet primo Concilium Constantiense vocare; secundo congregationi præsenti in Constantia se unire; tertio subtractionem obedientiæ factam in Narbona juxta capitula ibidem concordata approbare. Primo & ante omnia mandatum suæ procurationis offerentes facto, & realiter, quod dictus dominus Petrus de Lamburga de mandato sanctę Synodi hujusmodi publice, alta & intelligibili voce de verbo ad verbum legit, & publicavit hujusmodi sub tenore:

Procuratorium Regis Castellæ.

Joannes Dei gratia Rex Castellæ & Legionis, universis, & singulis Christi fidelibus per has nostras præsentes procurationis, commissionis, & potestatis litteras, notum facimus, quod nos inter ceteras reipublicæ curas, quæ nostrum animum assiduis meditationibus *a* agunt, ad veram pacem, & indubitatam unionem sacrosanctæ matris Ecclesiæ, nostrorum progenitorum more, supremis affectibus aspirantes: cum jamdudum ad prosecutionem & in prosecutione pacis & unionis hujusmodi, velut pius & catholicus Ecclesiæ filius, per omnes vias & modos congruos & honestos, cum omni mentis sinceritate, & fidei puritate, Deum solum præ oculis gerentes, operam solicitam adhibuerimus indefesse; nunc tandem in dicta prosecutione tanto vigilantius, & devotius insistentes, quanto ad dictæ unionis assecutionem, divina favente clementia, materiæ dispositionem imminere conspicimus: de legalitate, fida, prudentia, & circumspectione dilectorum & fidelium naturalium nostrorum reverendi in Christo patris Didaci Conchensis Episcopi, consiliarii nostri, nobilisque & strenuissimi militis Ferdinandi, Petri de Ayala, nostri etiam consiliarii, & majoris præfecti Guipulliæ; atque reverendi in Christo patris Joannis Pacensis Episcopi, nobilisque & strenui militis *b* Fernandi, domicellorum nostrorum præsidis, ac eximie religionis viri fratris *c* Fernandi de Yllestis ordinis Minorum, quondam inclytæ memoriæ Regis Joannis avi nostri confessoris, nostrique consiliarii, necnon circumspectæ providentiæ virorum Fernandi Martini de Davalus decretorum doctoris, & Segobiensis Ecclesię Palantinę decani, nostręque auditoris, & Didaci Fernandi de Valleoleti decretorum doctoris Ecclesiæ Palentinæ decani, religiosique viri fratris Ludovici de Valloleti ordinis Prædicatorum in theologia licentiati, ac Joannis Fernandi de Rupeflore decretorum doctoris, præsentium exhibitorum, plenissime fidentes, ipsos omnes simul, & eorum quemlibet meliori modo, via, & forma, quibus de jura, & bona æquitate juxta rei hujus exigentiam possumus, & debemus, nostros solemnes Ambaxiatores, oratores, nuncios, & procuratores sufficientes, generales, & speciales facimus, constituimus, creamus, ordinamus, pariter & destinamus, videlicet ad eundem, proficiscandum, accedendum, & perveniendum ad civitatem Constantiæ provinciæ Moguntinæ, ibidemque & alibi ubicumque sequentia tractari, agitari, & celebrari contingat, vice, & nomine nostris, & pro nobis, regnisque & dominiis nostris, ac nomine omnium & singulorum, quorum interest vel interesse poterit in futurum, una cum ceteris Mundi nationibus, & aliis gentibus, & personis cujuscumque status, ordinis, præeminentiæ, gradus, dignitatis, & conditionis existant, quorum interest vel interesse poterit, inibi pro unione sanctæ matris Ecclesiæ congregatis, vel alibi, si contingat, vel expediat, congregandis, conveniendum; easque nationes, gentes, & personas ad dictum unionis negotium, & alia sequentia convocandum, seque ipsos, nomine, quo supra, eisdem conciliariter, vel alias uniendum, adunandum, & incorporandum, tandem schismatis exstirpandum, Ecclesiæ pacem & unionem prosequendum, dandum, procurandum, & assequendum; ipsius Ecclesiæ reformationem, tam in capite, quam in membris faciendum, ordinandum, & stabiliendum; hæreses, & errores extirpandum, evellendum, eliminandum, & ab Ecclesia Dei penitus auferendum; & super iis omnibus, & singulis eorumcum ceteris ab eis, & in eis, & eorum quolibet dependentibus, incidentibus, emergentibus, & connexis, ac aliis quibuscumque in præmissis, & circa præmissa, nos, regna, & dominia nostra quovis modo tangentibus, & concernentibus, inquantum nos attinet, vel attinere potest, tractandum, agendum, procedendum, faciendum, dicendum, petendum, concludendum, consentiendum, assentiendum, dissentiendum, contradicendum, protestandum, juramentum & juramenta quæcumque super iis necessaria & opportuna in animam nostram præstandum, omnia & singula, quæ veri & indubitati Ambaxiatores, oratores, nuncii, & procuratores sufficientes, generales & speciales, tractare, agere, facere, dicere, petere, concludere, concordare, consentire, assentire, dissentire, contradicere, protestari, jurare possent, & deberent, & quæ nosmet facere, dicere, & exercere modis premissis possemus, & deberemus, si presentes personaliter interessemus: etiam si talia sint, quæ mandatum exigant magis speciale, modis, viis, temporibus, & opportunitatibus, quibus eisdem nostris Ambaxiatoribus, vel eorum duabus partibus expedire videbitur faciendum, dicendum, procedendum, & exercendum: Promittentes in verbo regio quidquid per dictos Ambaxiatores, oratores, nuncios, & procuratores nostros vel duas eorum partes, actum, factum, processum, dictum, gestum, consensum, concordatum, assensum, dissensum, contradictum, protestatum, juratumve fuerit in præmissis & circa præmissa, & eorum singula, sive alias quomodolibet procuratum, firmiter, & immobiliter per nos tenere, & observare, & per regna, & dominia nostra teneri & observari facere cum effectu. Super quibus omnibus & singulis dilectum etiam nostrum prudentem virum Petrum Ferdinandi de la Guardia, archidiaconum de Gradu in Ecclesia Ovetensi, secretarium nostrum, una cum Ambaxiatoribus, & procuratoribus nostris trasmittimus; ut per eumdem cuncta in præmissis negotiis, & circa ea gesta, & gerenda in formam publicam, & authenticam redigant ad nostram informationem, & juris cuitione. In cujus rei testimonium has nostras præsentes litteras propriæ manus subscriptione serenissimæ & amantissimæ dominæ Reginæ Catherinæ genetricis & nutricis, regnorumque, & dominiorum nostrorum gubernatricis roboratas ab intra; necnon Archiepiscopi Toletani Hispaniarum primatis & majoris cancellarii Castellæ, nostri consiliarii, & aliorum baronum, militum, & doctorum nostrorum, etiam consiliorum subscriptionibus, ut moris est, a tergo munitas, sigillo nostro plumbeo impendente ad totius roboris firmitatem fecimus communiri.

Datum apud Vallemoleti, vigesima quarta die mensis Octobris, anno Domini MCCCCXVI.

Yo la Reyna.

Petrus archidiaconus de Grado.

A tergo hujus procuratorii, sive earum litterarum scriptum erat in hunc modum, qui sequitur:

Ego Archiepiscopus Toletanus: yo Condestabila. Yo Elmiratte. Yo Diego Lopez. Sanxi legum doctor. Yo Joan Roderici. Yo Johan de Velasco.

Schedula convocationis.

Est superius in hac ipsa sessione, ex editione prima, ubi & alia huc pertinentia.

Schedula unionis ejusdem.

NOs oratores supradicti, dicto nomine, nos vobis, juxta tenorem capituli prædicti.

Super quibus omnibus, & singulis præmissis magister Joannes de Scribanis procurator, & promotor prædictus, nomine quo supra, sibi a protonotariis atque notariis & scribis hujus sanctę Synodi unum, vel plura, publicum, seu publica ad futuram rei memoriam petiit fieri instrumenta.

Deinde domini Ambaxiatores Regis Castellæ præfati ambonem publicationis descenderunt, & immediate post Ambaxiatores Regis Franciæ se posuerunt, & fuit inceptum canticum *Te Deum laudamus, &c.* & alta voce finitum. Quo finito reve-

a MS. agunt.

b MS. Martini Ferdinandi.

c MS. Ferdinandi de Yllestis.

ANNO CHRISTI 1417.

reverendissimos in Christo pater & dominos, dominus Joannes miseratione divina Episcopus Ostiensis Cardinalis, & vicecancellarius ad præsidendum ivit ad locum solitum, & huic sessioni præsidebat, & officium sessionis solemniter incipiebatur. Deinde litaniis, Evangelio, collectis, & orationibus, ac solemnitatibus aliis ad officium sessionis requisitis, ut moris est, devotissime peractis: item reverendus pater & dominus Archiepiscopus Mediolanensis, & Ludovicus de Valleoleti Ambaxiator præfati serenissimi Regis Castellæ supradicti sæpe fatum ambonem publicationis ascenderunt, & de mandato hujus sanctæ Synodi dominus Archiepiscopus Mediolanensis quamdam schedulam publice, alta & intelligibi voce legit in hunc qui sequitur modum.

Confirmatio capitulorum. a

a Tit. supra in hac ipsa sessione, ex prima editione.

Quibus, sic lectis, & complete peractis, reverendi patres Jacobus Rodini Sedis Apostolicæ protonotarius, & Joannes litterarum Apostolicarum corrector, librum Evangeliorum recipientes, primo ad præfatum serenissimum principem dominum, dominum Sigismundum Romanorum & Hungariæ Regem, & deinde ad omnes dominos S. R. E. Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque prælatos, & Ambaxiatores singulos ad dexteram; & reverendus pater Thomas Polten etiam dictæ Sedis protonotarius, ac venerabilis vir dominus Jacobus Morestini, sacri palatii Apostolici causarum auditor, similiter librum Evangeliorum sacrosanctorum recipientes, ad dominos Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque prælatos, & Ambaxiatores singulos a latere sinistro præsentes accesserunt: & ab eis, & ab eorum quolibet, tactis per eorum aliquos pectoralibus propriis, & per alios sacrosanctis Dei Evangeliis, de observando omnia, & singula capitula in Narbona concordata in omnibus, & per omnia, quantum in eis esset, receperunt juramenta. Quibus juramentis sic, ut præfertur, receptis, magister Henricus de Piro nomine dicti invictissimi principis & domini, domini Sigismundi Romanorum, & Hungariæ Regis præsentis, & id fieri jubentis, surrexit, ac publica & expressa voce dixit, & inquisivit sic in effectu: Siquis esset in prædicta sessione, qui haberet mandatum sufficiens illustris principis domini comitis Armeniaci, quod ille surgeret, & illud produceret, & exhiberet. Qua inquisitione sic facta, dominus cancellarius studii Parisiensis similiter surgens, & publica respondit, quod domini Ambaxiatores Christianissimi domini Francorum Regis certa habuissent scripta, quod dictus dominus Comes Armeniaci sequi vellet vestigia Christianissimi Regis Francorum supradicti.

Deinde dominus magister Henricus de Piro surgens nomine invictissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ Regis præsentis, & jubentis, dixit, quod ipse dominus, &c. Rex præfatus, ex quo non appareret mandatum sufficiens pro dicto domino comite Armeniaci, nullo modo per juramentum supra per eum præstitum, ad observationem capitulorum in Narbona concordatorum præfatorum, quoad prædictum dominum comitem Armeniaci vellet arctari, publice & solemniter fuit protestatus:

His omnibus completis, dominus Archiepiscopus Mediolanensis præfatus adhuc in ambone existens, de mandato ejusdem sanctæ Synodi sibi facto, publice, alta, & intelligibili voce quamdam papyri schedulam de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor sequitur, & est talis:

Item, domini Cardinales, Patriarchæ, &c. ut *supra*.

SESSIO XXXVI.

Ex prima editione.

ANno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, die vero Jovis vigesimasecunda mensis Julii, fuit celebrata sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi. Pro cujus introductione reverendissimus pater Episcopus Atrebatensis Missam de Sancto Spiritu celebravit: præsidebatque in eadem sessione dominus reverendissimus A *Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius. Et lectis litaniis, aliisque devotis orationibus solitis, dominus Antonius Episcopus Concordiensis legit quamdam citationem contra Petrum de Luna factam, ad audiendum se privari, sententiam ferri, cujus tenor sequitur:*

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, venerabilibus fratribus Henrico Feltrensi, Stephano Dolensi, Joanni Parcensi, Jacobo b Placentino, & Patricio Cortagensi, Episcopis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

b In aliis MSS. duobus, Placentii.

FRustra judicium cognoscendo geritur, nisi quod cognitum est, judiciali calculo terminetur. Cum itaque eadem sancta Synodus de meritis causæ inquisitionis pendentis coram eadem sancta Synodo contra Petrum de Luna, a quibusdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, plene cognoverit, & in B *eadem causa ad omnes actus & terminos requisitos cite ? canonice processerit: decernit & mandat eadem sancta Synodus eumdem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (ut præmittitur) nuncupatum, citari publice in valvis Ecclesiæ Constantiensis alta & intelligibili voce, dum in eadem Ecclesia divina celebrantur officia, & cum affixione præsentium litterarum eisdem valvis, cum de præsenti audientia litterarum contradictarum minime teneatur; atque citat peremptorie & uno edicto peremptorio pro omnibus, ad diem Lunam vigesimamsextam hujus mensis Julii, ad comparendum in Ecclesia Constantiensi mane, hora qua dicta sancta Synodus sedebit, & sedere consuevit, ad audiendum jus & definitivam sententiam per eamdem Synodum proferri & pronunciari in causa prædicta. Quocirca paternitatibus vestris* C *eadem sancta Synodus mandat & committit, quatenus vos aut duo vestrum, vocatis ad hoc aliquibus ex notariis & scribis in dicta causa deputatis, vel aliis, præfatas citationis litteras in valvis ejusdem Ecclesiæ per alterum ex dictis notariis, vobis aut duobus vestrum præsentibus, publice alta voce & intelligibili legi faciatis: ac eumdem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (ut præmittitur) nuncupatum, in forma præmissa citari, litterasque præsentes eisdem valvis affigi: ita quod citatio hujusmodi veniat in publicam notitiam, & eidem sacræ Synodo tempore sessionis proxime futuræ de gestis per vos in præmissis faciatis relationem fidelem. Datum Constantiæ, præfata Synodo sedente in dicta Constantiensi Ecclesia, XI. Kal. Augusti, anno Nativitatis Dominicæ millesimo quadringentesimo decimoseptimo.* D

Lecta autem præscripta citatione, idem dominus Antonius adhuc in ambone existens, de mandato sanctæ Synodi dixit in effectu, Ne propter festum hodiernum, quod tamen in corpore juris minime reperitur, aliqui dubitarent præfatam diem feriatam esse, in præmissis supplet defectum, si intervenisset. Super hujusmodi lectis & propositis dominus Ostiensis hujusmodi sessionis præsidens nomine Concilii respondit per verbum, Placet.

Quibus sic factis, reverendi patres Stephanus Dolensis & Henricus Feltrensis Episcopi, una cum notariis præsentis causæ, ad tres januas majoris Ecclesiæ Constantiensis accesserunt, & in ipsarum qualibet supradictam citationem infra Missarum solemnia per Joannem c Gajardi præsentis causæ notarium alta voce legi fecerunt, dictumque Petrum de Luna, E *Benedictum XIII. a quibusdam nuncupatum, juxta tenorem citationis citarunt & citari fecerunt.*

c MS. Gimondi.

Lecta vero hujusmodi citatione (ut præmittitur) ipsi eamdem citationem per bullam triplicatam in qualibet dictarum portarum unam affigi per eumdem Joannem d Gajardi fecerunt, super quibus lectione & affixione ipsis commissariis petierunt fieri instrumentum ac instrumenta. Deinde venerabilis vir Petrus de Lamburga licentiatus decretorum, in ambone ad hoc ordinate existens, legit decretum sequentis tenoris.

d MS. Gimondi.

De-

ANNO CHRISTI 1417.

Decretum cassationis pœnarum factarum per Petrum de Luna, vigore cujusdam constitutionis pro Ambaxiatoribus Regis Castellæ.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, ex certis & justissimis causis ad hoc eamdem Synodum moventibus & inducentibus, annullat, irritat atque cassat, irritasque, nullas & cassas esse decernit atque declarat, omnes privationes sive pœnas, aut privationum sive pœnarum declarationes, per dominum Benedictum decimumtertium in sua obedientia nuncupatum, a die nona mensis a Novembris anni a Nativitate Domini millesimi quadringentesimi decimiquinti citra factas, promulgatas, fulminatas, seu pronuntiatas, tam virtute cujusdam prætensæ constitutionis per eumdem D. Benedictum dudum promulgatæ, sub data Massiliæ apud S. Victorem, 13. Kal. Junii, pontificatus sui anno 13. quæ incipit: Benedictus Episcopus servus servorum Dei, ad futuram & perpetuam rei memoriam. In dierum successus crescentes malitia sic videmus mundum, *&c. Quam ex quacumque alia causa, occasione, colore, aut ratione privationis sive pœnæ, aut declarationis prædictæ fuerint de beneficiis ecclesiasticis, dignitatibus, feudis, juribus, statibus, honoribus, sive de quibuscumque aliis rebus temporalibus sive spiritualibus, & de quibuscumque personis regularibus aut sæcularibus, regibus sive principibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum prælatis, magistris ordinum, communitatibus, congregationibus, collegiis, universitatibus, & quibuscumque aliis personis laicis, sive ecclesiasticis, omnesque alios processus excommunicationis aut interdicti, sive suspensionis, aut cujuscumque tenoris sententias super hujusmodi privationibus aut pœnis factos sive factas, promulgatos seu promulgatas, & omnia inde vel ob id secuta, unacum eadem constitutione; & eamdem tanquam contrariam & impeditivam unionis sanctæ matris Ecclesiæ, similimodo irritat atque cassat, & irritas sive irrita esse decernit atque declarat; etiamsi super præmissis vel aliquo præmissorum appareant quæcumque litteræ sive bullæ sub anteriori data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerint plenariæ executioni mandatæ. Et nihilo minus ad cautelam absolvit, & absolutos decernit, omnes & singulos supradictos, & quoscumque alios, a prædictis sententiis excommunicationis, suspensionis & interdicti, seu privationis, si quas virtute dictæ constitutionis, vel alias quovis modo ex supradictis causis & aliis in prædicta constitutione contentis, contraxerint: necnon omnes processus, tam super proprietate, quam possessione, privationes etiam beneficiorum quæ possidebant, & collationes de eisdem aliis factas, aut excommunicationis, suspensionis, vel quascumque alias sententias in, seu contra venerabiles fratres & dilectos Ecclesiæ filios Didacum Conchensem Episcopum, nobilem virum Ferdinandum Petri de Ayala militem, carissimi Ecclesiæ filii Joannis Regis Castellæ & Legionis consiliarios, Joannem Episcopum Pacensem, & Martinum Ferdinandi militem præpositum domicellorum dicti Regis Castellæ & Legionis, & religiosum virum fratrem Ferdinandum de Illescas ordinis Minorum, ejusdem Regis consiliarium, Ferdinandum Martini Segobiensis, & Didacum Ferdinandi Palentinensis, Ecclesiarum decanos & decretorum Doctores, fratrem Ludovicum de Valle Oleti in Theologia magistrum Parisiensem, & Joannem Ferdinandi de Rupe flore decretorum Doctorem, Ambaxiatores & procuratores præfati Regis Castellæ, & Petrum Ferdinandi archidiaconum de Grado, in Ecclesia Ovetensi, ipsius Regis secretarium, consanguineos & familiares eorum, a die prima mensis Aprilis anno Dom. millesimo quadringentesimo b decimoquinto citra factos & promulgatos irritat, cassat, irrita atq; cassa esse denunciat; statuit, & decernit Ambaxiatores prædictos, consanguineos, necnon eorum familiares, &c. perinde ad statum pristinum reducendos, ac si privationes, collationes, processus & aliæ sententiæ prædictæ minime fuissent latæ, factæ aut promulgatæ; etiam si super processibus, privationibus, aut collationibus vel sententiis prædictis aliquæ litteræ vel bullæ appareant sub anteriori data, quæ tamen ante diem dictam non fuerint in partibus A præsentatæ; & plenariæ executioni demandatæ. Eademque quoque sancta Synodus omnes provisiones, promotiones & translationes de quibuscumque Ecclesiis cathedralibus sive collegiatis, seu ad quascumque Ecclesias cathedrales sive collegiatas, & generaliter omnes concessiones beneficiorum seu dignitatum quarumcumque, etiam per privationem dominorum Cardinalium sanctæ Romanæ Ecclesiæ per præfatum dominum Benedictum sic (ut præmittitur) nuncupatum factas, aut morte, cessione, vel quovis alio modo vacantium, omnesque & singulas concessiones, gratias, & dispensationes, tam super matrimoniis contrahendis, quam etiam super beneficiis, & quibuscumque aliis, regibus, principibus aut prælatis, seu etiam quibuscumque aliis personis, communitatibus & collegiis, & generaliter omnia alia per eumdem dominum Benedictum sic nuncupatum, infra limi-B tes seu dominia aut terras præfati carissimi Ecclesiæ filii Joannis Regis Castellæ & Legionis subjectas aut subjecta, usque ad diem decimamoctavam mensis Junii tunc currentis acta, concessa & dispensata, quæ per præsens decretum non sunt aut fuerint cassata, cassave denunciata, & super quibus bullæ, seu quæcumque aliæ litteræ ante diem prædictum non fuerint confectæ, præsentatæ & executæ, pro bono quietis & pacis laudat, approbat & confirmat, atque approbata & laudata esse declarat: ita tamen, quod per approbationem seu confirmationem prædictas nullum præjudicium fiat carissimo Ecclesiæ filio Alphonso Arragonum Regi illustri, nec ipsius Regis matri, uxori aut fratribus, vel familiaribus, sive consiliariis alicujus eorum, nec contra eorum aliquem valeant in judicio vel extra præfata confirmatio vel approbatio allegari. Vult etiam eadem sancta Syno-C dus atque statuit, quod per præmissa carissimo Ecclesiæ filio Carolo Navarræ Regi, liberisve ejus, aut magistro, Hospitali & conventui Rhodi nullum præjudicium generetur: hoc tamen declarato & intellecto, quod si ab aliquibus prælaturis, magisteriis seu magistratibus, dignitatibus vel beneficiis quibuscumque durante schismate fuerint separata, vel alias disgregata aliqua membra, castra, villæ, seu alia bona, redditus, proventus vel emolumenta ac responsiones cameræ, vel alia jura quæcumque, de quibus fuerit aliquibus jam provisum, vel facta collatio vel infeudatio infra limites, dominia seu terras præfati carissimi Ecclesiæ filii Regis Castellæ supradicti consistentia, quæ prædicta ipsis prælaturis & magisteriis seu magistratibus, dignitatibus vel beneficiis, ut capiti restitui & redintegrari valeant per Concilium antedictum, & in quacumque parte præjudi-D caretur alicui de Cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dicta sancta Synodus providebit, ut melius expedire videbitur. Per præmissa autem sancta Synodus capitulis Narbonensibus non intendit in aliqua contravenire.* Quo decreto lecto dominus præsidens nomine Synodi respondit per verbum, Placet.

a In alio ms. Germanici.

En la'lectione nonde. *(?)*

b Ms. decimosexto.

Ex Ms. Surii.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, & eorum quolibet, magister Henricus de Piro promotor & procurator nomine quo supra, & venerabilis vir dominus Joannes de Rupeflore procurator nomine dominis Joannis Regis Castellæ & Legionis illustris prædicti, sibi a protonotariis atque scribis ipsius sanctæ Synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, & tot quot fuissent necessaria fie-E ri petierunt, & quilibet eorum petiit publicum seu publica instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Joanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, de Ursinis, Bononiensi, Venetiarum, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, c Placentino, de Fuxo, de Chalanco, Salutiarum, de Flisco, de Branckasiis, de Colamna, & Comitibus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac illustri principe domino Friderico marchione Brandeburgensi, necnon Regum, principum, prælatorum, nobilium, communitatum, universitatum studiorum & collegiorum Ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

c In ms. Placentino, sancti Mariæ, Remensi, de Fuxo, &c.

ANNO CHRISTI 1417.

Ex collectione Barberiniana, & duobus mss. Germanicis.

ANno, & Indictione quibus supra, die vero vigesima secunda mensis Julii fuit dictæ sanctæ Synodi Constantiensis generalis, in loco solito majoris Ecclesiæ Constantiæ, hora sexta post mediam noctem, vel circa, publica sessio sancta, ut moris est, & solemniter celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendus pater dominus Episcopus Atrebatensis Missam de Sancto Spiritu devote celebravit. Qua siquidem Missa finita, reverendissimi, reverendique patres & domini, domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, ceterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se cappis pluvialibus induerunt. Ac reverendissimus in Christo pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis, & vicecancellarius, huic sessioni præsedit. Deinde litanis, Evangelio, atque collectis, aliisque orationibus solitis devotissime lectis, & peractis, reverendus in Christo pater & dominus, Antonius Episcopus Concordiensis ambonem publicationis decretorum & ordinatorum hujus sanctæ Synodi solitum ascendit, & in eo de mandato hujus sanctæ Synodi speciali super hoc facto, publice alta & intelligibili voce quamdam citationem contra Petrum de Luna factam, ad videndum se privari, & alia seu videndum, prout in ipsa citatione plenius continetur, publicavit, & perlegit sub his verbis.

Citatio ad audiendam sententiam.

Sacrosancta, & generalis Synodus Constantiensis, &c. *habetur supra in hac sessione.*

Qua quidem citatione sic lecta idem reverendus pater dominus Antonius Concordiensis, adhuc in ambone exsistens, de mandato dictæ sanctæ synodi similiter sibi super hoc facto, dixit in effectu, ut propter festum hodiernum, quod tamen in corpore juris minime reperitur, aliqui dubitarent præsentem diem feriatam fore, tunc ipsa sancta Synodus prædicta omnem in præmissis supplet defectum, si intervenisset. Super quibus omnibus lectis & propositis, prædictus reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes Episcopus Ostiensis, S. R. E. Cardinalis, & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsidens prælatus, nomine hujus sanctæ Synodi respondit, *Placet.* De & super quibus omnibus & singulis, & eorum quolibet, magister Henricus de Piro dictæ sanctæ synodi promotor & procurator, nomine quo supra, a protonotariis, notariis, & scribis ejusdem synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, publicum seu publica, fieri petiit instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis reverendique patribus dominis Joanne Ostiensi Episcopo Laudensi, Jordano de Ursinis, Bononiensi, Venetiarum, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, Remensi, sancti Marci, de Fuxo, de Chalanco, Salutiarum, de Flisco, de Brancaciis, de Columna, de Comitibus, S. R. E. Cardinalibus; Antiocheno, & Constantinopolitano Patriarchis: ac illustri principe & domino, domino Frederico marchione Brandeburgensi, aliisque regum, ducum, principum, nobilium, prælatorum, communitatum, universitatum studiorum Ambaxiatoribus, ac Christi fidelibus in numero copioso.

Qua quidem sessione sic peracta, statim reverendi patres & domini, Stephanus Dolensis, & Henricus Feltrensis, Episcopi, mandatum & commissionem de citando prædictum sponte assumentes, una cum præsentis causæ notariis atque scribis prædictis, ad tres januas Ecclesiæ majoris Constantiensis accesserunt, & in ipsarum qualibet prædictam citationem infra Missarum solemnia, per magistrum Joannem Gujardi etiam præsentis causæ notarium & scribam, publice alta & intelligibili voce legi fecerunt, dictumque dominum Petrum de Luna, Benedictum XIII. a quibusdam nominatum, juxta tenorem ipsum citationis citarunt, & citari fecerunt. Deinde ipsa citatione, ut præfertur, lecta, ipsi eamdem citationis bullam triplicatam in qualibet dictarum portarum sive valvarum unam affigi per eumdem magistrum Joannem a Gujardi mandarunt, & fecerunt. Super quibus lectione, & affixione, ac aliis præmissis, ipsi domini commissarii, necnon magister Joannes de Scribanis dictæ Synodi promotor, quo supra nomine, sibi fieri petierunt a nobis præsentis causæ notariis & scribis, publicum & publica instrumenta. Præsentibus ibidem honestis viris dominis Bernardo de b Phorbea vicario Burdegalensi, Joanne c Busfaudi litterarum Apostolicarum scriptore, aliisque pluribus fide dignis testibus, ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

ANNO CHRISTI 1417.

a MS. Germanici.

b MS. Plancha.

c MS. Brusfandi.

Subsequenter Missarum solemniis dicti præsentis finitis, Nos Joannes d de Aral, & Joannes Gujardi præsentis causæ notarii, & scribæ prædicti, in præsentia testium infrascriptorum, hujusmodi citationis bullam sic, ut præfertur, portis supradictis affixam, & eatenus, de ipsis portis seu valvis amovimus, & ad nos duximus recipiendum, & recepimus, juxta super hoc nobis factum mandatum. Super quibus executione, amotione, & receptione, præfatus magister Joannes de Scribanis promotor, quo supra nomine, sibi fieri petiit unum, vel plura, publicum seu publica instrumenta. Præsentibus ibidem honestis viris Bernardo de Plancha, vicario domini Episcopi Burdegalensis, & Joanne a Brulandi litterarum Apostolicarum scriptore, aliisque quampluribus fide dignis testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

d MS. de Arel, & mox Planchi.

e MS. Brusfandi.

SESSIO XXXVII.

Ex prima editione.

D*Ie Lunæ vigesimasexta supradicti mensis Julii: Constantiæ in Ecclesia majori loco solito fuit publica sessio solemniter celebrata, pro cujus introductione reverendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis presbyter Missam de Spiritu sancto devotissime celebravit. Sessioni autem interfuit serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariæ, &c. Rex, cum insigniis regalibus & suis nobilibus in eisdem sibi servientibus. Præsidebatque sessioni hujusmodi pontificalibus insignitus reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius. Lectis deinde litaniis aliisque orationibus consuetis, sermoneque, cujus thema erat,* Justum judicium judicate, *per reverendum patrem dominum electum in patriarcham Constantinopolitanum facto, contumacia fuit accusata Petri de Luna non comparentis, neque diffinitivam sententiam f audientis. Et inde fiebat relatio executionis citationis in ultima sessione decretæ per dominum Henricum Feltrensem Episcopum, unum de commissariis deputatis pro executione citationis hujusmodi. Facta autem relatione, ac iterum contumacia ipsius dicti Petri de Luna accusata, reverendissimi patres domini de Comitibus & de Fuxo Cardinales, per sanctam Synodum ad hoc specialiter deputati, de ejusdem Synodi mandato una cum protonotariis, & præsentis causæ notariis, & Joanne Snepper Sedis Apostolicæ cursore, locum sessionis exeuntes, accesserunt ad valvas Ecclesiæ, & ibidem per organum cursoris prædicti præfatum Petrum de Luna trina voce vocarunt, dicendo: „ Est „ hic Petrus de Luna, ab aliquibus Benedictus de„ cimustertius nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui „ compareat coram sancta Synodo ad audiendum in „ scriptis ferri sententiam definitivam in causa schi„ smatis & hæresis contra eum motæ? Ipse autem nec aliquis pro eo comparuit ibidem, aut respondit, de quo fecerunt relationem. Facta autem relatione hujusmodi, iterum accusabatur contumacia ipsius Petri de Luna, per magistrum Henricum promotorem Concilii, instantissime postulando, ipsum reputari contumacem. Et tunc dominus Stephanus Episcopus Dolensis quoddam decretum, sive quamdum schedulum legit in hæc verba:*

„ Hæc sacrosancta Synodus Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium a nonnullis nuncupatum „ legitime citatum, vocatum, non comparentem, de„ clarat & reputat contumacem, decernitque in ejus „ absentia Dei repleta præsentia, fore in præsenti „ causa inquisitionis contra eum coram eadem pen„ dente, per eumdem Synodum ad definitivam sen„ tentiam procedendum.

Joan. 7.

f Forte, promulgans audire curantis, ut infra.

Ista

ANNO CHRISTI 1417.

Ista schedula sic lecta, reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis hujusmodi sessionis præsidens, nomine ipsius Synodi per verbum, Placet, *respondit. Et extunc reverendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci presbyter Cardinalis quamdam definitivæ sententiæ schedulam legit hujusmodi sub tenore.*

Sententia contra Benedictum Papam decimumtertium in sua obedientia nuncupatum.

Psalm. 18. *DE vultu ejus hoc judicium prodeat, qui sedet*
in throno, & ex cujus ore procedit gladius bis
Apoc. 21. *acutus; cujus statera justa est, & æqua sunt pondera;*
Ibid. 19. *qui venturus est judicare vivos & mortuos Domini*
nostri Jesu Christi, Amen. Justus est Dominus,
Levit. 19. & justitias dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.
Psalm. 10. Vultus quidem Domini super facientes mala, ut
Ibid. 33. perdat de terra memoriam eorum. Pereat, *inquit*
Psalm. 108. *sanctus Propheta*, memoriam illius, qui non est recordatus facere misericordiam, & qui persecutus est hominem inopem & mendicum: *quanto magis pereat illius, qui omnes homines & Ecclesiam universalem persecutus est & perturbavit, Petri de Luna, Benedicti decimitertii a nonnullis nuncupati, memoria? Qui quantum in Ecclesiam Dei & universum populum Christianum peccaverit, schisma & unionem Ecclesiæ fovens, nutriens atque continuans: quantis, quamque frequentibus, devotis & humilibus Regum, principum, & prælatorum precibus, exhortationibus & requisitionibus caritative juxta doctrinam evangelicam admonitus fuerit, ut pacem daret Ecclesiæ, & illius sanaret vulnera, ac ejus partes divisas in unam compaginem & corpus unum reficeret, quemadmodum ipse juraverat, & diu fuit in sua potestate, quas tamen caritative corripientes nullatenus voluit exaudire: quot sint postmodum testes adhibiti quibus etiam minime exauditis, necesse fuit secundum prædictam Christi evangelicam doctrinam dicere Ecclesiæ: quam quia etiam non audivit, habendus sit tanquam ethnicus & publicanus: capitula in causa inquisitionis fidei & schismatis coram præsenti sancta Synodo generali super præmissis & aliis contra eum edita, ac eorum veritas & notorietas, declarant manifeste. Super quibus rite ac canonice processo, & omnibus rite actis & diligenter inspectis, habitaque super illis deliberatione matura, eadem sancta Synodus generalis universalem Ecclesiam repræsentans, in dicta inquisitionis causa pro tribunali sedens, pronunciat, decernit & declarat per hanc definitivam sententiam in his scriptis, eundem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (ut præmittitur) nuncupatum, fuisse & esse perjurum, universalis Ecclesiæ scandalizatorem, fautorem & nutritorem inveterati schismatis & inveteratæ scissuræ & divisionis Ecclesiæ sanctæ Dei, pacis & unionis ejusdem Ecclesiæ impeditorem & turbatorem, schismaticum & hæreticum, ac a fide devium, & articuli fidei*, Unam sanctam catholicam Ecclesiam, *violatorem pertinacem, cum scandalo Ecclesiæ Dei incorrigibilem, notorium & manifestum, ac omni titulo, gradu, honore & dignitate se reddidisse indignum, a Deo ejectum & præcisum, & omni jure eidem in papatu & Romano Pontifici ac Romanæ Ecclesiæ quomodolibet competente, ipso jure privatum & ab Ecclesia catholica tanquam membrum aridum præcisum. Ipsumque Petrum, quatenus de facto papatum secundum se tenet, eadem sancta Synodus papatu & summo ecclesiæ Romanæ pontificio, omnique titulo, gradu, honore, dignitate, beneficiis & officiis quibuscumque ad omnem cautelam privat, deponit & abjicit, eidemque inhibet, ne deinceps pro Papa aut Romano & summo Pontifice se gerat. Omnesque Christicolas ab ejus obedientia & omni debito obedientiæ ipsius atque juramentis & obligationibus eidem quomodolibet præstitis absolvit, & absolutos esse declarat, ac omnibus & singulis Christi fidelibus inhibet sub pœna fautoriæ schismatis & hæresis atque privationis omnium beneficiorum, dignitatum & honorum Ecclesiasticorum & mundanorum, & aliis pœnis juris, etiam si Episcopalis & patriarchalis, cardinalatus, regalis sit dignitatis, aut imperialis; quibus, si contra hanc inhibitionem fecerint, sint auctoritate hujus decreti ac sententiæ ipso facto privati, & alias juris incurrant pœnas; ne eidem Petro de Luna schismatico & hæretico incorrigibili, notorio, declarato & deposito, tanquam Papæ obediant, pareant, vel intendant, aut eum quovis modo contra præmissa sustineant, vel receptent, sibique præstent auxilium, Consilium vel favorem. Declarat insuper & decernit omnes & singulas inhibitiones, omnesque processus & sententias, constitutiones & censuras, & alia quæcumque, per ipsum facta, facienda & facta, quæ possent præmissis obviare, irritos, irritas, irrita atque irritat, revocat & annullat: ceterisque pœnis, quas in præmissis casibus jura statuant, semper salvis.*

Hac schedula sive sententia lecta, prædictus Stephanus Episcopus Dolensis ex parte ipsius Synodi dixit in effectu: Quamvis in processu causæ hujusmodi nullus posset defectus allegari, tamen sancta Synodus prædicta ad superabundantem cautelam omnes supplet defectus, si qui intervenissent. Ad quæ omnia & singula dominus præsidens nomine totius Concilii respondit, Placet.

Ex collectione Barberiana, & duobus mss. Germanicis.

DIe Lunæ vigesima sexta supradicti mensis Julii, Constantiæ in Ecclesia majori, in loco solito, hora horologii sexta, vel circa, post mediam noctem, fuit hujus sanctæ Synodi generalis Constantiensis publica sessio solemniter debita cum devotione tenta & celebrata. Pro cujus introductione fuit per reverendissimum patrem dominum Guillelmum, tituli sancti Marci presbyterum S. R. E. Cardinalem, Missa de Sancto Spiritu devotissime celebrata: ipsique sessioni interfuit serenissimus & invictissimus princeps, dominus Sigismundus divina providentia Romanorum, & Ungariæ, &c. Rex semper augustus, corona & habitu regali insignitus, servientibus sibi illustribus principibus dominis, Frederico Marchione Brandeburgensi in sceptro, comite de Anhalt in corona, Bartoldo de Ursinis in gladio, Ludovico de Ottingen, De Comitibus in pomo.

Subsequenter Missa successive finita, reverendissimi, reverendique patres & domini, domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, ceterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se vestibus, sive cappis pluvialibus induerunt: reverendissimusque pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. prædictæ Cardinalis, & vicecancellarius, pontificalibus insignitus, huic sessioni præsidebat. Deinde litaniis cum collectis, orationibus, & aliis devotionibus consuetis, peractis, sermoneque cujus thema erat, *Justum judicium judicate*, &c. per reverendum patrem dominum Joannem Patriarcham Constantinopolitanum finito: in medio surgens magister Henricus de Piro, promotor & procurator prædictus, quo supra nomine, & domini Petri de Luna Benedicti XIII. a quibusdam nuncupati non comparentis, neque sententiam diffinitivam in hujusmodi causa proferri & promulgari audire curantis, contumaciam accusavit, ipsumque contumacem reputari, relationemque de executione citationis in ultima sessione decretæ fieri mandari per sanctam Synodum suprafatam, instanter postulavit. Et tunc reverendus pater dominus Henricus Feltrensis Episcopus, & alii secum pro executione citationis prædictæ commissarii deputati, ambonem publicationis decretorum & ordinationum hujus Synodi solitum ascenderunt: præmittentes quomodo ipsi essent ad exequendam sæpefactam citationem commissarii per ipsam Sanctam Synodum deputati; jam de mandato ejusdem Synodi per organum dicti reverendi patris domini Episcopi Feltrensis, ipsius citationis executionem in scriptis retulerunt: lecta nihilominus primitus ipsa citatione de verbo ad verbum, prout superius apud acta causæ præteritis exstitit registrata, prout in quadam relatione papyri schedula, quam dominus Episcopus Feltrensis, publice, alta & intelligibili voce, de verbo ad verbum perlegit, cujus tenor sequitur in hæc verba.

„ Reverendissimi patres. Reverendus pater &
„ dominus Dolensis, & ego Feltrensis, episcopi

„ per vestras reverendissimas paternitates deputati, die Jovis proxime præterita, quæ fuit dies vigesima secunda præsentis mensis Julii, post decretum citationis contra dominum Petrum de Luna, ad audiendum sententiam ad hodiernam diem, quæ est vigesima sexta dies dicti mensis in sessione publica tunc facta concessum, dum essent incepta divina officia accessimus, una cum pluribus protonotariis, & notariis, ad tres principales hujus Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis valvas, & in eis dictæ citationis litteras sub bulla plumbea hujus sacri Concilii confectas, per alterum de notariis prædictis, alta & intelligibili voce legi fecimus: & dictum dominum Petrum de Luna, juxta & secundum dictarum litterarum tenorem, citavimus: & deinde litteras ipsas eisdem valvis affigi, ipsasque sic affixas, donec divina officia essent celebrata, ibidem dimitti fecimus. De quibus tam nos, quam Joannes de Scribanis promotor hujus sacri Concilii, petivimus fieri publica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Hæc referimus eisdem reverendissimis paternitatibus.

Qua schedula, & relatione in scriptis lecta, & facta, nos præsentis causæ notarii, atque scribæ prædicti, hujusmodi executionem, sicut prædicitur, fore factam etiam verbo confirmamus, ipsam relationem per omnia approbantes.

His sic peractis, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, quo supra nomine, iterum dicti domini Petri de Luna, ab aliquibus Benedicti XIII. nuncupati non comparentis, neque sententiam ferri in hac causa audire curantis, contumaciam accusavit; ipsumque contumacem reputari, & in valvis Ecclesiæ præfatæ per certos commissarios vocari mandari, ut juris est, ad superabondantiorem cautela per sanctam Synodum præfatam instantius postulavit.

Ex tunc reverendissimi patres & domini, domini de Comitibus & de Flisco Cardinales, per sanctam Synodum ad hoc specialiter deputati, de ejusdem sanctæ Synodi mandato, una cum protonotariis, & præsentis causæ notariis, ac Joannes Suessionensi Sedis Apostolicæ cursore, locum sessionis solitum prædictum exeuntes, ad valvas Ecclesiæ præfatæ accesserunt, & ibidem per organum prælibati Joanois Suessionensis cursoris, publice & alta voce, tribus vicibus successive dictum Petrum de Luna, Benedictum XIII. ab aliquibus nuncupatum, vocarunt, in hæc verba, vel saltem in effectu similia: „ Est hic Petrus de Luna ab aliquibus Benedictus XIII. nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat coram dicta sancta Synodo ad audiendum in scriptis ferri sententiam diffinitivam in causa schismatis, & hæresis contra ipsum mota? Qua vocatione sic facta, nullus pro dicto domino Petro, nec ipse, comparuit, aut responsum dedit.

Super quibus omnibus, & singulis præmissis tam dicti domini deputati, quam magister Joannes de Scribanis promotor, quo supra nomine, sibi petierunt fieri unum vel plura, publicum vel publica instrumenta. Præsentibus ibidem honestis & discretis viris magistris Erasmo Angeli de Viterbio litterarum Apostolicarum scriptore, Joanne Herievelt sacræ penitentiariæ procuratore, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Deinde domini deputati supradicti, una cum aliis supradictis ad locum sessionis solitum, & eorum loca solita & consueta redeuntes, de suprascripta vocatione, ut præfertur, facta, dominus Cardinalis de Flisco de consensu sui collegæ, publice & alta voce fecit ipsi sanctæ Synodo relationem. Qua facta, iterum & tertio magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus, quo supra nomine, dictum Petrum de Luna, Benedictum XIII. ab aliquibus nuncupatum, contumacem reputari instantissime postulavit. Et tunc dominus Stephanus Episcopus Dolensis præfatus, supradictum publicationis ambonem ascendens, quoddam decretum, sive quamdam schedulam, de mandato ipsius sanctæ Synodi, publice & alta voce perlegit sub his verbis:

„ Hæc sacrosancta Synodus Petrum de Luna Be- A nedictum XIII. a nonnullis nuncupatum, legitime citatum, vocatum, non comparentem, declarat, & reputat contumacem, decernitque in ejus absentia, Dei repleta præsentia, fore in præsenti causa inquisitionis contra eum coram eadem pendente, per eamdem Synodum ad diffinitivam sententiam procedendum.

Ista schedula sic lecta, reverendissimus pater & dominus, dominus, Joannes Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis, & vicecancellarius, ac hujusmodi sessionis præsidens præfatus, nomine totius Synodi sive Concilii respondit, *Placet*.

Deinde magister Henricus de Piro promotor, nomine quo supra, sententiam diffinitivam in hac causa in scriptis ferri & pronunciari per ipsam sanctam Synodum prædictam, debita cum instantia postulavit. Et tunc reverendissimus pater, dominus Guillelmus tituli sancti Marci presbyter Cardinalis, adhuc in ambone publicationis existens, quamdam diffinitivæ sententiæ schedulam de simili mandato ipsius Synodi ipsi super hoc facto, publice alta & intelligibili voce perlegit hujusmodi sub tenore:

De vultu ejus hoc judicium prodeat, &c. *Ut supra pag.* 1141.

Tum hæc sequuntur.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, magister Henricus de Piro promotor præfatus, quo supra nomine, a protonotariis & notariis sanctæ Synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura fieri petiit instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus S. R. E. Cardinalibus omnibus pro tunc, domino Joanne Dominici Ragusino vulgariter nuncupato dumtaxat excepto, ac illustrissimo & illustribus principibus dominis, Sigismundo Romanorum, &c. Rege, Frederico Marchione Brandeburgensi, Bertoldo de Ursinis comite, ac Regum, principum, prælatorum, universitatum, communitatum Ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Tenor vero dictæ sententiæ sub bulla Concilii sequitur, & est talis.

SAcrosancta, & generalis Synodus Constantiensis, ad futuram rei memoriam. Convenientes in unum Spiritus Sancti gratia legitime congregati, unam sanctam catholicam & Apostolicam profitentes & repræsentantes Ecclesiam. Illam D psalmam nostræ professionis esse credimus, si quod illius paci, & unioni opponitur, reducere vel exstirpare valeamus. Sane Dominus Jesus Christus ejusdem caput Ecclesiæ regnans in cœlis, orbis terrarum imperium non relinquens, sicut illa una est, unus capitis, & sponsi solius indissolubilis Jesu Christi, ita inter ejus ministros præesse voluit unicum ejus vicarium, quem Papam appellamus, qui peteret inter ceteros principatum, beatum Petrum Apostolum, & ejus successores Romanos Pontifices, sui operis vicarios, & rectorem. Verum antiqui hostis invidia hanc in Ecclesiæ corpore, & in capite, & in membris ferre unionem non valens, etsi alias & pluries per divisiones & schismata hanc pro tempore resciderat unionem: iis tamen nostris novissimis temporibus adeo perniciosius per quadraginta pæne annos hanc ita divisit Ecclesiam, ut ipsum E corpus Ecclesiæ aliquando & diu in duas partes, & duo velut capita, aliquando in tres, & tria, si fas esset dicere, capita, monstruositate mirabili, sed profecto miserabili, deformatum exstitit & divisum. Ad cujus horrendi, exitialisque plus credito letiferam & abominabilem monstri deformitatem de pulcritudine corporis Ecclesiæ sponsæ Christi penitus exstirpandam, opem & auxilia efficaciter præbente carissimo Ecclesiæ filio Sigismundo Romanorum & Ungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Rege illustri, in hac sua Constantiensi civitate inter cetera, præcipue tamen ad hoc convenientes, ut præfertur, sublata primum duorum capitum, & obedientiarum suarum, Joannis XXIII. & Gregorii XII. in suis prædictis obedientiis nuncupatorum, divisione, & illis membris redactis in unum, cum tertium caput

Pe-

ANNO CHRISTI 1417.

Petrus de Luna Benedictus XIII. in sua obedientia nuncupatus cum obedientibus sibi reliquam partem facerent: cupientes omnia membra pariter in unum Ecclesiæ corpus uniri, quod tamen attenta hujus schismatis seu divisionis diuturnitate quadraginta fere annorum prædicta, ex quibus idem Petrus de Luna, tunc a sibi obedientibus Benedictus XIII. nuncupatus, viginti duobus annis & amplius, papatum secundum se & sibi obedientes tenuit, obstantibus etiam difficultatibus in jure & contrariis opinionibus partium prædictarum, atque factorum incertitudine, quorum iis temporibus humanitus haberi non poterat certitudo. Insuper quod aliæ partes, multoque majores eidem non obedientes, nunquam ad illius obedientiam potuissent aut possent verisimiliter adduci, perfici non erat in hominum potestate, præterquam per ipsius Petri obitum, cujus vitæ terminos Deus ipse constituit, aut illius renunciationem papatus, vel ejusdem a papatu dejectionem. Idcirco per viam renunciationis ab omnibus Christi fidelibus approbatam, ad quam communi fidelium assertione, attento statu Ecclesiæ, jam Petrus tenebatur jure divino pariter & humano, præfatam prosequi perficereque prius curavimus unionem. Cum igitur præfatus carissimus Ecclesiæ filius & advocatus, Sigismundus Romanorum Rex, & plures alii solemnes prælati, & doctores ad eumdem Petrum, regesque & principes suæ obedientiæ, ac ad regnum Arragonum fuerint destinati, fuitque idem Petrus per eumdem Sigismundum Romanorum Regem, qui pro fervore fidei & unionis Ecclesiæ ad partes personaliter dignatus est accedere, & per prædictos prælatos & doctores, destinatos cum eodem, ac per legatos carissimorum Ecclesiæ filiorum Regum Franciæ, & Angliæ, necnon per claræ memoriæ Ferdinandum Arragonum Regem, & per legatos Regum Castellæ, & Navarræ illustrium, atque dilectos Ecclesiæ filios nobiles viros comites Fuxi, & Armeniaci, de ipsius Petri obedientia tunc existentium, cum omni devotione & caritate rogatus, exhortatus, & requisitus pluries, & iteratis vicibus, præsertim ex parte dicti Arragonum Regis, prout etiam alias, & multoties, ex parte plurium Regum præfatorum fuerat solemniter rogatus & requisitus; quatenus attento quod totum pondus schismatis seu divisionis Ecclesiæ per suam renunciationem papatus, ad quod per præmissa, etiam vigore per eum dudum juramenti præstiti, tenebatur jure divino pariter & humano, & erat in sua potestate, quod facere penitus recusavit. Ea propter via rationis cessante, cum per præmissa, & alia plurima, de schismate & heresi suspectus merito haberetur; oportuit pro unione Ecclesiæ ad viam alteram, scilicet ipsius ejectionem, venire. Propter quæ juxta prius Narbonæ concordata inter Romanorum Regem & legatos præfatos ex una, ac prætatorum Regum Castellæ, Arragoniæ, & Navarræ, ac comitis Fuxi nuncios & procuratores ex alia partibus celebrata, in hac civitate Constantiensi mutua unione illius obedientiæ, & aliarum duarum, formatoque sic per unionem uno universali & indubitato Ecclesiæ sanctæ generali Concilio, idem Petrus in causam inquisitionis schismatis, & hæresis, ac super aliis, per citationem ipsius personalem tactus exstitit coram nobis, in citatione ad personam ipsius executioni mandata respondens; necnon in nonnullis suis scripturis & dictis plura temeraria, erronea contra fidem, & Ecclesiæ unitatem, in Ecclesiam Dei injuriosa & contumeliosa inseruit, & asseruit: prout hæc & alia in processu super iis agitato plenius & expressius continentur. Ipsoque legitime vocato super præmissis, & aliis editis contra ipsum capitulis inquisitionis, processuque; nihilominus ad uberioris cautelæ suffragium, rite & canonice, super illis, quæ etiam ut plurimum notoria exsistebant; factaque commissione nonnullis venerabilibus fratribus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus, magistris, & doctoribus, & aliis; ac per eosdem super ipsis editis capitulis, testibus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus, magistris, & doctoribus, & aliis omni exceptione majoribus rite receptis, juratis, & diligenter examinatis, nonnullisque instrumentis & scripturis productis, & per præfatos commissarios receptis: quamquam multa contenta in ipsis capitulis notoria, ut præfertur, exsisterent: eorumque testium attestationibus publicatis, ipsoque Petro ad dicendum & objiciendum in testes & eorum dicta, atque alia probationum genera, quidquid vellet, necnon ad singulos causæ actus, & novissime ad audiendum jus, & diffinitivam sententiam in causa hujusmodi, legitime vocato sufficienter expectato, non comparente, & per nos contumace reputato, servatis servandis, ac omnibus rite actis, habita super processu & causa hujusmodi, processimus in ejus absentia Dei repleta præsentia, & per nos lata fuit diffinitiva sententia, in forma sequenti: De vultu ejus hoc judicium prodeat, &c. *ut supra*.

ANNO CHRISTI 1417.

Lecta, & recitata fuit hæc nostra diffinitiva sententia per dilectissimum Ecclesiæ Dei filium Guillelmum tituli sancti Marci S. R. E. presbyterum Cardinalem, de mandato nostro, nobis pro tribunali in Ecclesia Constantiensi more solito sedentibus, septimo Kalendas Augusti, anno a Nativitate Domini MCCCCXVII, Apostolica Sede vacante.

Subscriptio protonotariorum.

Et ego Hermannus Dwerch inter decretorum doctores minimus, & Sedis Apostolicæ notarius, quia præmissæ sententiæ per ipsum sacrum Concilium promulgationi, & aliis præmissis, dum sic, ut præfertur, agerentur, & fierent, una cum aliis infrascriptis præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi: ideo præsentes signo & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus, & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et ego Joannes de Trembleio, decretorum doctor, Sedis Apostolicæ notarius, præmissis, dum sic fierent, & agerentur præsens fui; eaque, dum sic fierent & agerentur, fieri vidi & audivi, & ad præmissa rogatus, una cum dominis & collegis meis, me manu propria subscripsi, & sigillo meo manuali signavi in testimonium omnium præmissorum.

Et ego Jacobus Rodini de Janua, sanctæ Sedis Apostolicæ notarius, una cum aliis dominis & collegis meis per sacrum Constantiense Concilium deputatis, dum præfata omnia sic, ut præfertur, fierent & agerentur, præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi. Ideo signo meo consueto signavi, & manu propria me subscripsi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et ego Thomas a Polton supradictæ Sedis Apostolicæ notarius Anglicus, præmissis omnibus & singulis, una cum dominis & collegis meis supradictis præsens personaliter interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi. Ideo præsentes litteras per alium scriptas, signo & nomine meis consuetis signavi rogatus & requisitus, in fidem & testimonium omnium præmissorum. *Deo gratias.* a MS. Polton.

SESSIO XXXVIII.

Die Mercurii vigesima octava supradicti mensis Julii, Constantiæ in Ecclesia majori fuit sessio publica solemniter celebrata. Et reverendus pater dominus Nicolaus Assisinatensis Missam de beata Virgine Maria celebravit: reverendus vero pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsedit. Et litaniis & aliis orationibus & solemnitatibus solitis lectis atque peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lamberga legit quædam decreta tenoris subsequentis. Ex prima editione.

Decretum irritans pœnas latas contra Ambaxiatores infantis Henrici:

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata, ex certis & justissimis causis eamdem sanctam Synodum moventibus, Supra, sess. XXXVI.

ANNO CHRISTI 1417.

bus, nuper omnes processus tam super proprietate, quam possessione, privationes etiam beneficiorum quæ possidebant, & collationes alias de eisdem factas, aut excommunicationis, vel suspensionis, vel quascumque alias sententias, in, seu contra venerabiles fratres & dilectos Ecclesiæ filios Ambaxiatores & procuratores carissimi Ecclesiæ filii Joannis Regis Castellæ, consanguineos & familiares eorum, a die prima mensis Aprilis anni Domini millesimi quadringentesimi decimisexti citra factas, aut promulgatas, irritavit & cassavit, irritaque & cassa denunciavit: statuitque & decrevit, Ambaxiatores prædictos, consanguineos, vel familiares ipsorum, perinde ad statum pristinum reducendos, ac si privationes, collationes, processus & aliæ sententiæ prædictæ latæ aut promulgatæ minime fuissent; etiamsi super processibus, provisionibus, ac collationibus & sententiis prædictis aliquæ bullæ, sive litteræ appa- B reant sub anteriori data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerant in partibus præsentatæ, & plenariæ exsecutioni demandatæ. Volens itaque eadem sancta Synodus in similibus causis mota, dilectos Ecclesiæ filios Vitalem de Soto Commendatorem de Caravaqua, & fratrem Joannem de sancto Jacobo ordinis fratrum Minorum, in theologia magistrum, & Garsiam de Vergaja militem ordinis S. Jacobi de Spata, ac Joannem Alphonsi baccalaureum in decretis, Ambaxiatores & procuratores dilecti Ecclesiæ filii illustris Henrici, Infantis Arragoniæ, Sciciliæ, &c. ac dicti ordinis sancti Jacobi de Spata magistri, simili favore prosequi, ac eadem, quoad præmissa, prærogativa gaudere; statuum & decretum, irritationes & cassationes prædictas ad præfatos Ambaxiatores prædictorum Infantis Henrici & magistri, & ad consanguineos & familiares ipsorum C decrevit perinde extendi, ac si in supradicto decreta aut statuto fuissent una cum prædictis Ambaxiatoribus

a Mss. nominatim. Regis Castellæ ac specialiter a deputati.

Quo facto idem magister Petrus de Lamburga adhuc in loco, seu ambone publicationis prædicto existens, de simili mandato dictæ sanctæ Synodi super hoc facto quoddam aliud decretum alta & intelligibili voce de verbo ad verbum perlegit sub hujusmodi tenore.

Decretum revocationis vocum Ambaxiatoribus Regis Aragonum concessarum.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis.

CUm nuper in capitulis Narbonæ concordatis inter cetera cautum fuerit, quod non ordina- D rentur, statuerentur, vel fierent aliqua directe vel indirecte concernentia aut tangentia dominos Reges, principes, prælatos, & alios de obedientia Petri de Luna, olim Benedicti XIII. nuncupati, vel aliquem ipsorum; & post per hanc Synodum concessum fuerit Ambaxiatoribus & oratoribus carissimi Ecclesiæ filii Regis Arragonum, præsentibus tunc & aliis venturis, etiam per modum conventionis & pacti, quod dicti oratores in natione Hispanica hoc durante Concilio haberent vocem tantæ virtutis & auctoritatis, quantæ essent voces omnium prælatorum & Ecclesiasticarum personarum, regnorum & terrarum dicti Regis, quæ possidet citra & ultra mare, quæ ad generale Concilium sunt assuetæ vocari: cum protestatione tamen hinc inde facta, quod præmissa intelligerentur concessa sine præjudicio dictorum capitulorum, prout in decreto desuper confecto latius con- E tinetur. Verum cum Ambaxiatores carissimi Ecclesiæ filii Regis Portugalliæ illustris, publicæ concessioni hujusmodi se opposuerint, & cum de hujusmodi concessione tractaretur, & timeretur, quod advenientibus Ambaxiatoribus carissimi Ecclesiæ filii Regis Castellæ illustris, ipsi verisimiliter de hujusmodi concessione sive decreto turbarentur & conquererentur, prout jam super hoc gravem exposuere querelam; asserentes hujusmodi concessionis observantiam in eorum tendere læsionem ac suorum non modicum præjudicium, & fore contra capitula prædicta concordata: pendenteque hujusmodi tractatu, præfati Ambaxiatores Regis Aragonum sæpius in effectu dixerunt & asserverunt, quod alias Ambaxiatores Regis Castellæ redderent contentos, & cum eisdem super hoc bene concor- A darent, & contra eorum voluntates dictis vocibus uti nollent: propter hoc & rationabiles alias causas, attento etiam quod ex hac quæstione agenda in hac Synodo differri & impediri possent, prout hactenus nonnulla bonam unionis Ecclesiæ concernentia retardata & dilata fuerunt: eademque sancta Synodus volens in omnibus & per omnia eisdem capitulis inhærere, & unumquemque in sua justitia conservare, pro bono pacis & concordiæ partium prædictarum ac nationis Hispanicæ & suppositorum ejusdem, ex certa scientia decernit & declarat, quod Ambaxiatores Regis Arragonum prædictis vocibus prælatorum & aliorum absentium, quod ad Concilium consueverunt evocari, quæ eisdem concessæ fuerant, extra Hispaniam (ut profertur) uti nullo modo possint, nec debeant in natione Hispanica supradicta: sed quod singulæ Ambaxiatæ regum Castellæ, Aragoniæ, B Portugalliæ & Navarræ, habeant & repræsentent in natione prædicta voces omnium prælatorum & aliorum absentium, qui consueverant ad Concilium evocari solum, & regnorum duntaxat & dominiorum suorum quæ habent in Hispanica natione.

Quo lecto decreto, Sperans-in-Deo, unus de Ambaxiatoribus Regis Arragonum, in medio surgens, dictamque decretum in nationibus non fuisse positum allegans, de nullitate ipsius decreti fuit protestatus; & exposuit nationum quatuor præsidentes expresse dixerunt & retulerunt, hujusmodi decretum in nationibus fore lectum, & ipsis nationibus placuisse ut legeretur. Et tunc reverendissimus pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis hujusmodi sessionis præsidens, nomine totius Synodi super omnibus præmissis, Placet, respondit.

Ex eadem collectione Barberiniana, & Ms. Brunsvic.

Die Mercurii, vigesima octava supradicti mensis Julii, Constantiæ, in majori Ecclesia, in loco solito, hora horologii sexta, vel quasi, ante meridiem, fuit tenta dictæ sanctæ Synodi sessio publica, & solemnissime celebrata. Pro cujus sessionis introductione, reverendus pater dominus Nicolaus Assisinatensis Missam de beata Virgine gloriosa devote celebravit. Et Missa finita reverendissimi, reverendique patres, & domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique, ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes, se cappis pluvialibus induerunt, reverendissimusque in Christo pater & dominus dominus Joannes, &c. Episcopus Ostiensis, &c. pontificalibus indutus hu- D jusmodi sessioni præsedit. Deinde litaniis, evangelio, &c. lectis & peractis, venerabilis vir Petrus de b Lamburga ambonem publicationis ascendens de mandato dictæ sanctæ Synodi sibi super hoc facto, quoddam decretum publice, alta, & intelligibili voce, ac de verbo ad verbum perlegit sub his verbis.

b Mss. Lymburga.

Decretum irritans pœnas, &c.

Ut supra in hac sessione.

Adjunguntur commissarii in causa Argentinensi.

SAcrosancta & generalis Synodus Constantiensis pridem constituit, ordinavit, & deputavit certos commissarios, videlicet reverendissimos patres dominos Angelum Veronensem, & Bacanda Placentinum S. R. E. Cardinales sic vulgariter nun- E cupatos; necnon Joannem Patriarcham Constantinopolitanum, Martinum Aprutinum, Joannem Gebennensem, Jacobum Placentiem, Patricium Corcagensem Episcopos, Richardum Derham sanctæ Sedis Apostolicæ protonotarium, Thomam de c Omelina, & Nicolaum VVordis sacri palatii Apostolici causarum auditorem, in causa Argentinensi inter dilectum Ecclesiæ filium VVillelmum electum Argentinensem, Fredericum de Buscantatorem Argentinensem & eorum litis consortes ex una, & Hugelmannum de Vinstegen decanum, Fredericum de Zolre canonicum, & capitulum ejusdem Ecclesiæ, ac Paulinum Barphennieq, Michaelem d Melburge magistros civium, consules, & proconsules, ac communitatem civitatis Argentinensis, & eorum ab utraque parte complices, & adhærentes conjunctim & di-

c al. Amelia.

d al. Melburge.

ANNO CHRISTI 1417.

& divisim; parte ex altera, de & super captivatione, violentia, dilapidatione, & aliis tunc expressis, tam ex officio, quam alterutrius partis instantia parte ex altera motis; *a* & cœpit, jamqui. bus ad nonnullos actus per eosdem commissarios est processum, prout in commissione eis facta, & processu habito plenius continetur: Eadem sancta Synodus certis ex causis, præfatis judicibus commissariis & deputatis aggregat, & adjungit, deputat, & constituit conjudices dilectos Ecclesiæ filios, Michaelem de Navers utriusque, & Joannem de Lydena legum Doctores, cum potestate resumendi causam, in eo statu, in quo est, & pendet coram ipsis, statum *b* ipsum habentes pro sufficienter expresso: continuandique, procedendi, cognoscendi, decidendi, & audiendi cum prædictis prius datis, & deputatis judicibus, & commissariis, omniaque ulterius faciendi, juxta formam commissionis pri- B mis commissariis judicibus & deputatis factæ, se potestate consimili; ita quod valeant, & roboris firmamentum obtineant facta per majorem partem ex eis, etiam cum potestate in hujusmodi causa quamcumque sententiam interlocutoriam, etiam vim diffinitivæ habentem proferendi, processus necessarios decernendi, declarandi, aggravandi, & reaggravandi, ac invocandi ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis; reservato tantummodo sacræ Synodo calculo finalis, & principalis distinctivæ sententiæ in sessione publica super indemnitatis Ecclesiæ Argentinensis, relatione processus prius facta, proferendi.

a Mss. *coepto.*

b Mss. *ipso.*

Subsequenter magister Petrus de Lamburga præfatus, adhuc in ambone publicationum prædicto existens, unum vel aliud decretum de mandato consimili ipsi sanctæ Synodi facto sibi publice, al- C ta, *&c.* ad verbum perlegit in hunc modum:

Decretum revocationis vocum, *&c.*

Ut supra in hac sessione, pag. 1147.

Quo decreto lecto, Sperans in-Deo unus de Ambaxiatoribus Regis Arragonum prædictis in medio surgens, dictumque decretum in nationibus non fore positum allegans, idem de nullitate ipsius decreti fuit protestatus. Et post reverendi patres, & domini Jacobus Turonensis Gallicanus, abbas monasterii Castridinani Italicæ, Petrus Dettinger Germanicæ, Bernardus de Plancha Anglicanæ nationum præsidentes expresse dixerunt, & retulerunt hujusmodi decretum in nationibus fore lectum, & ipsis nationibus placuisse, ut legeretur: & tunc reverendissimus pater dominus Joannes, *&c.* Episcopus Ostiensis vicecancellarius, & hujusmodi sessionis præsidens, nomine totius Synodi super omnibus præmissis respondit, *Pla-* D *cet.*

Super qua quidem decreti lectione, & aliis præmissis venerabilis, & circumspectus vir dominus Decanus Segobiensis ambasiator Regis Castellæ nomine ejusdem domini Regis a protonotariis, & notariis hujus sacri Concilii atque scribis prædictis, & dominus Augustinus de Pisis advocatus consistorialis nomine Archiepiscopi Pisani, similiter ad futuram rei memoriam petierunt, & quilibet eorum petiit unum, vel plura, publicum & publica instrumenta.

Deinde magister Henricus de Piro promotor, & procurator prædictus, nomine quo supra, a protonotariis, & notariis præfatis unum, vel plura, *&c.* petiit instrumenta.

Quibus sic peractis idem magister de Lamburga adhuc in loco publicationis, sive ambone prædicto E existens, quamdam bullam pro domino Episcopo Spoletano, non tamen de mandato Concilii publice, alta, *&c.* perlegit.

Qua lecta similiter pro Concilio non fuit responsum, *Placet.* Et quia de mandato Concilii non fuit lecta, ac etiam non Concilium, sed privatam personam respexit; ideo hic inseri est omissa. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis Joanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, Bononiensi, Venetiarum, Pisano, Veronensi, Tricaricensi, Placentino, sancti Marci, Remensi, Fuxi, de Brancaciis, de Flisco, de Comitibus, & Florentino S. R. E. Cardinalibus sic vulgariter nuncupatis: Necnon Regum, principum, nobilium, prælatorum, universitatum, collegiorum, A communitatum studiorum, & aliorum dominorum spiritualium, & secularium Ambasiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Die Veneris tertia mensis Septembris, in Ecclesia majori in loco solito, mane hora sexta, vel quasi, fuit dictæ sanctæ Synodi *c* sessio publica solemniter celebrata, prout & quemadmodum in processu contra Petrum de Luna:

c In ms. Lips. additur, *ideoque hic est omissa.*

Protestatio Cardinalium, contra reformationem electioni Pontificis præmittendum: die IX. Septembris, anno 1417.

Edidit D. a Schelstrate, ex mss. Romanis.

SAnctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, non volentes per infrascripta vel dicenda reformationem Ecclesiæ impedire quomodolibet vel differre, attendentes de præsenti Romanam Ecclesiam vacare, & apud omnes vacare censeri, cujus diuturna vacatio damnosa plurimum & periculosa exsistit, universumque populum Christianumque futurum summum Pontificem ingentibus desideriis exspectare: se paratos offerunt ad omnia facienda, quæ ipsis pro electione Romani Pontificis, sive de jure scripto, sive ex oblatione modi electionis per eos sacro Concilio facta, aut alias quocumque modo facienda incumbunt. Et dicunt, quod per eos non stat, neque stabit, quominus omnia illa debito tempore faciant. Et illa facerent, si nulla eis fuissent & essent, prout fuerunt & sunt opposita obstacula, propter quæ illa faciendi non habent liberam facultatem, prout de jure habere deberent. Et hæc di- C cunt & offerunt, ne quid eis negligentiæ vel defectus circa electionem prædictam valeat imputari, aut præjudicium generari. Rogant autem & exhortantur, quod ad reformationem prædictam taliter procedatur, quod prætextu illius negotium electionis non impediatur, aut diu differatur. Et hæc ego procurator dictorum reverendissimorum dominorum Cardinalium, & illorum nomine, vestris paternitatibus & dominationibus intimo, offero, exhortor, & rogo. Et hæc intimarem toti Concilio, si possem illud reperire congregatum.

Protestatio ex parte d trium nationum, ac etiam collegii Cardinalium: Die XI. Septembris.

d Italicæ, Gallicæ, & Hispanicæ, contra Germanicam.

Ex mss. Vaticanis, quas edidit D. a Schelstrate.

AUdite hæc omnes gentes, auribus percipite qui habitatis orbem, & attendat universa fidelium Ecclesia, quæ jam quadraginta annis in deserto schismatis & divisionis inter se sub diversis ducibus velut Ecclesiæ capitibus mansit afflicta: quæ cum in hoc sacro generali Concilio Constantiensi terram promissionis intrasse crederetur, & jam sublata capitum pluralitate monstruosa, membrisque corporis Ecclesiæ jam in unum reductis corpus ipsum Ecclesiæ per unius capitis assumptionem, unici videlicet Pastoris, & Vicarii Jesu Christi, perfecte integrari speret, & sponsam sponsi sui thalamum introire quietis & pacis, oblataque jam & aperta via plana per dominos S. R. E. Cardinales, per quam verus & indubitatus sponsus Ecclesiæ Christi Vicarius E haberi poterat; videlicet quod ad eligendum summum Pontificem aliqui de singulis nationibus cum Cardinalibus per sacrum Concilium deputarentur, quorum tamen numerus Cardinalium numerum non excederet, & alias prout in cedula oblata super hoc continentur; ecce jam sponsa lugente differtur, ecce novæ discordiæ, & ab illa via plana deviæ suscitantur. Licet enim illa via per dominos Cardinales omnibus in hoc sacro Concilio nationibus & congregationibus, quæ per nationes fiunt, oblata exstiterit; & tres nationes, Italiæ videlicet, Galliæ, & Hispaniæ, quæ faciunt multo majorem & saniorem partem & Concilii, & ultra dicti domini Cardinales illam acceptaverint; & justam, sanctam, & ad perfectam unionem Ecclesiæ efficacem reputaverint & reputent: ista tamen natio venerabilis

Ger-

ANNO CHRISTI 1417.

Germaniæ super hoc sæpius interpellata respondere noluit, immo respondere jam tribus mensibus distulit. Considerantes autem præfati S. R. E. Cardinales, qui præfatam viam obtulerunt, & dictæ tres Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ nationes; & attendentes Ecclesiam apud omnes vacare & jamdiu vacavisse; quamque sit periculosa, quamque damnosa Sedis Apostolicæ ac universalis Ecclesiæ prælens vacatio; ac quod præter communia & nota pericula, atque damna spiritualia, tamen majora & periculosiora his temporibus imminent; renovandi videlicet deterioris & pene insanabilis schismatis; cum vulnus iteratum tardius sanatur, eo maxime quod clerus & populus nonnullorum regnorum & provinciarum nondum solide & clare huic sacro Concilio adhæserint; sed ut communiter fertur, exspectans fiendæ electionis summi Pontificis eventum; ut si electus fuerit canonice, illi obediant, alias non. Necnon B etiam, quod quorumdam, qui eidem Concilio adhæserunt, propter rumores discordiarum, & quasi impressionum, quas in eodem Concilio fieri audiunt, fides jam de eodem Concilio dicitur vacillare. Ob quæ jam scriptum & relatum est a pluribus magnatibus, & aliis zelatoribus pacis & unionis Ecclesiæ, in Italia plurimum dubitari, ne in urbe Romana prætextu rumorum & dilationis prædictorum, aliquis pro summo Pontifice assumatur, cui forsan præmissis attentis tota Italia obediret. Attendendo etiam, quod durante vacatione hujusmodi Urbs Romana, & totum ejusdem Ecclesiæ patrimonium a tempore depositionis & renunciationis olim Joannis XXIII. per tyrannos occupantur, Vos præfatam venerabilem nationem Germaniæ, singulaque ejus supposita pluries & instanter exhortati sunt & requisiverunt, quatenus attentis prædi- C ctis periculis Ecclesiæ sanctæ Dei, velletis per vos vel deputatos vestros cum dictis tribus nationibus Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, & Cardinalibus super modo futuræ electionis, maxime de electoribus, tractare, regere, & convenire; ut super hoc per sacrum Concilium ordinato ad summi Pontificis electionem procederetur tempore opportuno; quod facere, & super hoc respondere jam multis diebus distulistis, & non fecistis; licet asseratis sine vestro consensu & ordinatione Concilii, super modo, forma, loco, tempore & materia, ad dictam electionem non posse procedi, obstantibus quibusdam hujus Concilii decretis, quibus nos Hispanica natio, etiamsi aliter valida existerent, non ligamur.

Et quia procedente tempore etiam præfata pericula atque damna semper augentur, & nostris foribus assistunt, nos deputati ex parte & nomine D trium nationum prædictarum, Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ, atque sacri dictorum dominorum Cardinalium collegii, & nostro, ac omnium his adhærere volentium de præsenti vel in futurum, vos nationem prædictam Germaniæ, & vestra singula supposita exhortamur, & requirimus, iterum ac tertio monemus, exhortantur, requirunt, & monent tres nationes & Cardinales prædicti, per viscera misericordiæ Jesu Christi, per aspersionem sui pretiosi sanguinis, cujus pretio hanc suam redemit Ecclesiam, quæ jam est in tantis periculis constituta, velitis per vos, vel deputatos, aut deputandos a vobis, cum aliis nationibus & Cardinalium collegio, vel cum deputatis aut deputandis ab illis de modo fiendæ electionis, & maxime de materia quantum ad electores, celeriter & sine moræ dispendio tractare, concurrere, convenire, E & concordare ad vitanda prædicta pericula, ut in santa concordia fiat electio, quod in ea concordet totus populus Christianus.

Protestamur autem nomine quo supra, & obtestamur, protestantur & obtestantur tres nationes & Cardinales prædicti Deum Patrem omnipotentem, Filium, & Spiritum Sanctum, omnes sanctos, ac virtutes cœlorum, invocantes super vos cœlum & terram. Quod si deinceps Ecclesiam ipsam sanctam Dei pro carentia summi Pontificis canonice eligendi, seu prætextu dilationis & moræ electionis ipsius, seu fiendæ ordinationis, modi electionis ejusdem, aut alias, detrimenta aut damna aliqua vel pericula, in spiritualibus vel temporalibus incurrat, nihil eisdem tribus nationibus, & A collegio Cardinalium, aut earum alteri, vel suppositis ipsorum & ipsarum, ac his consentientibus valeat imputari; sed super his sint & habeantur insontes: sed vobis nationi Germaniæ & vestris suppositis possit & debeat merito imputari. Cum si ante dictam provisionem Ecclesiæ de pastore, aut saltem modi electionis illius, suppositis hujus Concilii decretis, quibus omnia jura circa electionem summi Pontificis edita dicuntur esse suspensa: ex quo sequeretur Ecclesiam Dei esse sine capite, & sine lege, & ordinatione electionis summi Pontificis; hoc Concilium casu aliquo dissolveretur, prout jam multæ causæ timentur imminere; Ecclesia in periculo remaneret; quia vix unquam summus Pontifex indubitatus posset haberi: quia vix congregaretur, indubitatum Concilium deficiente capite, ad quod pertinet convocare.

Protestantur etiam de prosecutione legitima super damnis atque detrimentis prædictis, & aliis adversus illos, per quorum culpam contingerent; præsertim cum secundum plerium doctorum juris divini & humani opiniones, talis morosa dilatio procedendi in negotio electionis Papæ, præsertim ordinationis modi electionis ejusdem, sine causa rationabili, non careat scrupulo fautoriæ schismatis. Nullam autem omnino causam, immo nec occasionem habere videtur dicta natio & ejus supposita, differendi præmissa; nec ullam causam allegant, nisi quod ante electionem fiat reformatio: quæ causa nulla est; quoniam & fieri reformationem dictæ tres nationes & Cardinales volunt & cupiunt, prout jam ad hoc suos cum ceteris nationibus deputatos dederunt, qui ad hoc agunt; & illis agentibus potest etiam eodem tempore agi de modo electionis summi Pontificis, prout eidem nationi sæpe fuit expositum & petitum. Præterea si reformatio fienda est de deformatis; quæ major est & esse potest in corpore deformitas, quam carere capite, & acephalum esse? Illa igitur prior tanquam magis necessaria debet esse reformatio, quæ corpus ipsum ad caput reformet, & informet; & contrarium asserere vel facere, non videtur esse securum.

Allegant præterea, quod agere de modo electionis reformationem, esset contra decreta Concilii, & capitula Narbonæ concordata. Ista, salva dicentium reverentia, non sunt in re: nulla enim decreta contradicunt, immo volunt contrarium. In omnibus enim locis, ubi vel Concilium, vel dicta capitula de agendis in isto Concilio loquuntur, semper præponunt unionem: quæ unio non esset, nec dici potest perfecta, nisi Ecclesia unum caput ministeriale habeat, cui corpus Ecclesiæ uniatur. Duplex enim secundum sacros Doctores est unio Ecclesiæ; una membrorum inter se, quæ jam creditur esse facta a: altera membrorum ad caput, ut constituatur corpus integrum & perfectum: & ista non est facta: igitur & primo loco fienda. Præterea, si ex ordine litteræ capitulorum Narbonensium arguitur, proprium & principale capitulum aliorum capitulorum super ista materia, & quid & qualiter esset agendum in isto Concilio, ponit ordinem, quod agatur de ejectione Petri de Luna, de electione summi Pontificis, & de reformatione Ecclesiæ in capite & in membris; & ita electio præponitur. Præterea eadem ratione prius ageretur de reformatione membrorum, quam capitis, quia in eodem ordine ponuntur, quod usque ad annum, immo sine summo Pontifice nunquam esset factum, nec posse fieri videtur.

a In uno ms. hic additur : licet dubia per protesta remoneat,

Nec juvare potest dilationem, quod dicitur, serenissimum Romanorum Regem, & aliquos Cardinales, & prælatos alios, aut doctores aliarum nationum eidem nationi adhærere; cum ad præfatum serenissimum Romanorum Regem præmissa tractare aut differre non pertinet; cujus magis interest pro suo honore electionem summi Pontificis, quæ erit summa perfectio unionis, accelerari, quam tardari. Cardinales autem, atque prælati, & alii, si qui illi nationi in præfata dilatione adhærere dicuntur, certe non illi nationi, sed dicto domino regi adhærent, quem in suis votis sequuntur, & illi assentiunt, & tamen paucissimi sunt. De Cardinalibus enim sunt solum duo; qui licet in toto præsenti Cardinalium collegio sunt viginti quatuor, illi duo soli a ceteris, & tanto ac tam gravi collegio, in quo

sunt

ANNO CHRISTI 1417.

sunt tanti patres, si minus honeste, at magna eorum verecundia segregant: qui si partes tanti collegii esse merentur, videant ne turpes dici possint, quæ suo non congruunt universo. Ceteri autem prælati, & alii de tribus nationibus, qui adhærere dicuntur, non illi nationi adhærent; sed, ut præmittitur, dicto domino Regi, & in rebus Ecclesiasticis & spiritualibus Regem ipsum & ejus vota, relictis prælatis & personis ecclesiasticis, pro suæ voluntatis libito sequuntur, & assentiunt illi. Attento autem modo agendi in isto Concilio per nationes, & quod unusquisque stati in sua natione in ea super propositis dicturus sententiam, singulariter & præsumptuose incedentes se inhoneste a suis segregent nationibus; nec debent alibi ullam vocem vel auctoritatem habere; immo e dictis duabus nationibus, de quibus nec membra nec partes sunt, repelli. Nulla igitur causa subest differendi tractatum super modo futuræ electionis; qui si per prædictam venerabilem nationem ulterius plus debito differatur, protestamur nomine dictarum trium nationum, & collegii Cardinalium, & protestantur eædem nationes & collegium de providendo Ecclesiæ Dei per remedia opportuna, maxime cum præter collegium Cardinalium, ad quod de jure scripto magis pertinet electionis prædictæ materia, dictæ nationes tres, & multo magis cum dicto Cardinalium collegio, multo majorem partem & saniorem hujus sacri Concilii faciunt, & majorem partem universalis Ecclesiæ repræsentant.

Quænam hanc protestationem consecuta sint.

Ex iisdem mss. Vatican.

Ea præmissis congregationibus, lectura, & propositione, Rex & natio Germanica plurimum turbati fuerunt. Credebat enim Rex, quod in illa congregatione, a multa multoque duriora fierent, quia credebat quod illæ duæ nationes & Cardinales vellent recedere, & plura alia quæ numquam cogitaverant, facere. Item fuit relatum Regi & nationi Germanicæ, quod in illa scriptura, lectura, & propositione fuerant vocati heretici & schismatici, de quo nihil erat: quamquam pluras dicant, quod cum ille Patriarcha Antiochenus & alii recederent de Ecclesia & congregatione, unus dixit, Recedant hæretici. Ex his multa machinamenta facta sunt; & fuit secrete mandatum, & dictum pluribus Cardinalibus per suos amicos, quod Rex habebat armatum, & disposuerat capere principales cardinales, & alios, & creditur esse verum. Recesserunt autem legati Castellæ & Navarræ, aliquot doctores qui remanserunt; sed nulli ex illis potuerunt transire ultra unum milliare, prohibiti per Regem ultra transire.

a In ms. cod. additur, & lectura de die sabbati.

Post plura alia in eisdem gestis sequitur. His diebus magnus terror & turbatio erat in Concilio: fama enim erat communis, & multi scientes de consiliis Regis & adhærentium sibi, dixerunt amicis, quod Rex proponebat, & deliberaverat aliquando capere omnes Cardinales; & postea restrinxit ad Sex; & consequenter posuit octo alios prælatos; & illi erant de notabilioribus, proscripti ut decederent ad diversa loca. Sed Cardinales & alii, de quorum etiam proscriptione dicebatur, constantes steterunt, nec obmiserunt loqui & prosequi quæ justa eis videbatur. Causa autem odii Regis in eos dicebatur, quod Rex volebat habere Papam ad voluntatem suam, & illis stantibus non poterat.

Et post alia: Patriarca Antiochenus, Archiepiscopus Mediolanensis, Episcopus Ariensis, & duo Cardinales, Bononiensis, & Senensis, & alii de Gallia & Italia, qui adhæserant Regi, dimiserunt regem & Rex dimisit eos: & sunt reversi ad suas nationes, & obtulerunt Cardinalibus esse cum eis, qui fuerant hostes eorum. Antiochenus autem multum visus est adhærere Cardinalibus: & in congregationibus deputatorum ingerebat se non deputatus nec requisitus; tentavit restitui nationi suæ Gallicanæ: sed nullus audebat proponere in natione, ne contra eum clamaretur.

Rex autem, qui pro concordia Cardinalium credebatur velle accelerare materiam electionis, iterum retrocessit, & recepit materiam reformationis, & semper fuit in Concilio magna controversia. Quatuor enim nationes, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, & Angliæ, quæ ad mandatum Regis Angliæ dimisic in illa materia Regem Romanorum & collegium Cardinalium, insistebant accelerationi electionis; Rex & natio Germaniæ, quod reformatio præcederet. Et tandem dicta natio petivit assecurationem, & cautionem per decretum irritans, quod post electionem Papæ fieret reformatio ante coronationem Papæ & administrationem aliquam. Postea fuerunt factæ diversæ formæ decreti ad hoc. Tandem fuit dictum, quod Papa electus ligari non potest. Et semper agebatur per deputatos Cardinalium & nationum omnium de concordando articulo reformationis. Sed pauci & via poterant concordari: una natio volebat uno modo, alia alio: & diu fuit laboratum, & parum actum.

His pendentibus venerunt nova, quod Episcopus Vinctoniensis in Anglia, patruus Regis Angliæ, erat in Ulma, ad duas dietas de Constantia, & quod ibat in Jerusalem; & fuit per Anglicos significatum Cardinalibus; & persuasum, quod multum afficiebatur unioni Ecclesiæ: & quod scriberent sibi, quod veniret Constantiam; quod faceret cum Rege Romanorum quidquid vellet; quod fecerunt. Rex etiam scripsit, & ivit ad illum Episcopus Lichefeldensis, & adduxit eum Constantiam in habitu peregrini cum cruce; & sic intravit, & stetit in Constantia pluribus diebus; & iverunt sibi obviam Rex & tres Cardinales. Tractatum est per Cardinales & deputatos omnium nationum, paucos tamen, cum Rege, per medium illius Vinctoniensis; & finaliter deventum ad hoc, quod, daretur per decretum Concilii in forma infrascripti cautio de fienda reformatione post electionem Papæ, & expedirentur capitula reformationis concordata per omnes nationes, & darentur deputati ad ordinandum modum electionis. Forma autem cautionis & decreti prædictorum talis est:

Sacrosancta, &c. *Ipsum est primum decretum sessionis 40. inferius suo loco edendum.*

Protestatio nationis Germanicæ, facta in Concilio, contra electionem Papæ, reformationi præmittendam.

Ex ms. Berolinensi.

Reverendissimi patres & domini. Multoties ac iteratis vicibus per hos dies ad dandum deputator tractatus electionis futuri summi Pontificis, præfestine & ordine quodam præpostero, prout quosdam vestros prædecessores similiter accelerasse compertum est, vestræ paternitates satis importune, ut videtur, salva in omnibus tanti fastigii reverentia debita & condigna, requisierunt inter ceteras orbis nationes, in religione Christiana & divini cultus, ut spectat, Deo devotam, patientem, & humilem nationem Germanicam, per Dei gratiam non magis impotentem, sed præter imperialem monarchiam, octo regna inclyta, ducatus, marchionatus, & alios principatus, potentatus, & comitatus latissimos & potentissimos, dominiaque & communia proxima, inconfracta viribus, parante Domino, continentem; ex retardata mora multa etiam excogitata pericula, guerrarum, pestis & famis, allegando. Ex quibus quidem de nobis, ut fama referente cognovimus, asserere videntur, eamdem nationem Ecclesiasticæ unionis impeditricem: immo, sicut quorumdam scripta videntur innuere, fautoria hæresis quondam Joannis VVicleff & Joannis Huss maculatam. Quas quidem injurias & calumnias, absque facti veritate inductas, propter bonum pacis & servandæ concordiæ, hactenus magis voluit dicta natio patienter tolerare, quam quod impatienter exurgens in laboribus propriis de fraterna turbatione & turbatis securitate & quiete vellet per cetera orbi regna notari quovis modo.

Nobis admodum suspecta fidei, nec digna satis videtur Germanica gravitate, pietate, ac severitate sententia ista, sanctam Sedem.

Non credant paternitates vestræ reverendissimæ, quod ipsa natio suæ famæ præclaræ, quin immo propriæ salutis oblita, non vellet toto conatu unionem & pacem Ecclesiasticam quærere: quæsitam & in-

ANNO CHRISTI 1417.

vanram firmiſſimis, in quantum poſſet, fundamentis ſtabilire. Nee eſt aut erit aſſerſix, nec umquam intravit ejus mantem hujuſmodi bæſeſeos infeſtio, ut Eccleſiam ſine ſummo Pontificis debita hierarchiaari putet, aut utilem ejus vacarionem diutius protelatam. Quam tamen non præſidente Concilio periculoſiorem fore putat. Et forſan magis periculoſum jam fuiſſe per bieanium, quo hoc ſacrum Concilium adverſarios plures quam nunc habet & habuit, regea & regna, qui & quæ de Dei gratia cum eodam nunc concurrunt in uniſare veræ pacia contra leviora nunc pericula imminantia, eamdem vacationam exiſtimat. Et tamen iſtius biennalis vacationis tempore non oportuit electionis futuræ tractatui tam ardenter incumbere, dictamque nationem tam importuoe requirere. Quoniam, ut nunc, magis videbatur neceſſarium, alia præſia & perfecta unioni utilia præparare. In **B** quibus ſi dicta natio cum ſereniſſimo Romanorum, Ungariæ, &c. Rege ſemper Auguſto, quid minus debito aut negligenter præ ceteris egerit, judicet is qui pariter omnia novit. Et in eo claræ & puræ conſcientiæ teſtimonium abſque fallariona poterit invocare.

Et quia plagam ſchiſmatis ſive diviſionis Eccleſiæ præcedens deformatio meruit; ideo pro futuris ſchiſmaribus, quæ ix alectionibus ſummorum Pontificum oriri timentur, evitandis, omnium agendorum ſumme neceſſarium, proxima parte reſtans, eſt reformatio capitis & curiæ Papalis: cui & neceſſario electio futura habet inoiri, & ex ea legibus ſanctiſſimis ſtabiliri. Quam præambulam reformationem ſummus illa Pontifex in cruce moriens, Eccleſiamque militantem, ex parte vicarii capitis tunc vacanram, dimittens, deformaris omnibus ele- **C** ctis Apoſtolis, antequam cæli clavigero, ſed lapſum ſaum lacrymanti & converſo, reliquos, ut creditur, confirmanti, paſcendas oves committeret tanquam Papæ, multis argumentis refotmarotiis per dies plures exemplo a cariſſimo practicavit, ut mundatum paſtorem præficiendum cum ovili præmundaret.

a Forte, clariſſimo.

A quo quidem tempore naſcentia Eccleſiæ, per ipſum probatiſſimam Petrum, Apoſtolorum principem, reliquoſque Apoſtolos, & eorum ſucceſſores, ſanctiſſimos & devotiſſimos paſtorea, non pecuniarum, ſed animarum, ſic hierarchicata & recta per mille & ducenros annos, immo & quamdiu cœleſtia plus quam carnalia ſapuerunt, legitur, & majorum traditione comprobatur. In qua ſummi Pontifices, ſaluberrima & directiva omnium aliarum Eccleſiarum ſubditarum, viam conderent, virtutea plantarent, corrigerent viria, erranres dirigerent, **D** oppreſſos defenderent pauperes, & ſingulas deformata reformaseut. Pro quibus exſequendis, ſicut in eis crevit devota religio, ita temporali ſubſidio magnificentiſſimo fuerant prædotati; nec non Chriſtianorum Imperatorum, Regum, & principum donationibus ſufficienter exaltati. Quin & ſuis finibus contenti, diſtincta ſubditarum Eccleſiarum jura nequaquam invadenda, quin immo ea contra adverſas poteſtares defendenda putarunt.

Sed, ut dolentiſſime refertur, da poſt a centum quinquaginta fere annis circa, nonnulli ſummi Pontifices, ipſorumque aſſeſſores, cum ſua curia Romana, carnalitati dediti, inebriati delicris, & ſic ad deteriora prolapſi, paulatim in ſuo ſalutari deficientes, cœleſtia deſerentes, ad purequa ſpiritualium diſpoſitionem & animarum ſalutem nullatenus, ſed ad ea quæſtus & lucri pecuniarum va- **E** nstiva fuerunt, intendentes, aliarum Eccleſiarum jura omnibus ingeniis & cautelis invaſerant: nunc generales, nunc ſpeciales, aut aliis modis excogitatas reſervationem Eccleſiaram, monaſteriorum, & dignirarum, necnon minorum & majoram eccleſiaſticorum beneficiorum, in averſionem ſacratiſſimarum electionum, poſtulationum, & diſpoſitionum aliarum, fundatiſſimis juribus multiplicitet ſtatutarum, faciendo: Commendis in ſuppreſſionem divini cultus, fraudem fundatorum, ac deſolationem ac exterminationem piorum locorum, concedendo: collationes omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, tam majorum, quam minorum, per nimiam multiplicationem & collationem gratiarum exſpectativarum, & ſuarum datarum anticipatarum, antelatarum, caſſatarum, renovatarum, & interpoſitarum, immo interdum pro ignotiſſimis, licet non omnino pauperibus, ſed ignaris aut malæ vitæ, motu proprio ſignatarum, ſibi & ſuæ curiæ totaliter uſurpando: Annatas, ſive ſervitia communia, majora & minora, de Eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, officiis & beneficiis, præſertim eo tempore, dum miſerandæ vacationis & viduationis inſtant incommoda, inhumaniter extorquendo: ſpolia mortuorum, quæ ſucceſſoribus conſervari, aut in pios uſus ſecundum teſtatoris voluntatem converti deberent, auferendo: omnia ſibi judicia in quibuſcumque cauſis, immo & profanis, indifferenter attrahendo: lites per diverſas commiſſiones & cavillationes, cum maximo Eccleſiarum & perſonarum diſpendio protrahendo: in foroque pœnitentiali, quod horrendius eſt quam ſimo- **B** niacæ pravitatis vitium, ubi non in remedium animarum, ſed ſub colore apprecandarum chartatam, crimina delinquentium, aut gratiæ diſpenſationum, præciſe ſecundum qualitatem ſuam, ut res profanæ, taxantur, abuſiones manifeſte nefandas committendo: Indulgentias inconſuetas pro pecunia largiendo: clericos vagos & profugos indifferenter pro pecunia ad ſacros ordines admittendo: & demum tantum aurum congregando, ut quidam ex eis ſuos parentes, fratres, ſorores, & conſanguineos ditando, etiam uſque ad faſtigia principatuum terrenorum eos contenderunt exaltare.

Ex quibus, & ſpecialiter propter non continuationem ſacrorum Conciliorum reformativorum in præmiſſis, avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus, ambitio eccleſiaſticarum dignitatum, hæreſis, & ſimonia, & periculoſiſſima ſchiſmata, quæ quarum- **C** dam diverſarum & forſan adverſarum nationum Cardinales, affecti carnaliter, inchoaverant, & inchoata nutriverunt, faſtuſque & pompæ ſurrexerunt, & creverunt in clero. Ita ut ex his ſtudia litteratorum & litteratos defeciſſe, eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum & beneficiorum ædificia ſolemnia corruiſſe, & immobilia bona inculta permanſiſſe, pretioſaque mobilia diſtracta, ſolos pecunioſos, nummularios, quoſdam expulſor de templo, leves & vagabundos, ignaros, vitioſos, & minus idoneos, ſpretis vitia moribus & corpore gravibus, litteratis, devotis, & ſanctis, nedum promotos, ſed & in templo Dei, velut ex inviſtiſſima ſucceſſione, prælatos fuiſſe; ſibique de taxis abuſibus feciſſe licenriam, cernens populus laicalis, velut ſcandalizatus ex his, eccleſiaſticum ſtatum, quem ab olim devoto cultu reverebatur, **D** nunc tanquam amplius tiguiſſet, levipendat, ut & illum apud aliquos magis antichriſtianum quam Chriſtianum fore patet.

Idcirco, reverendiſſimi patres, natio prædicta cautelam accipiens ex eventibus præteritorum, quibus etiam in Piſis juratam & promiſſam de futuro reformationem, etiam poſt duas electiones nedum impeditam, ſed ad pejorem & nefandiorem priori ſtatu dilapſam, tanquam decepta conſiderat; volenſque ratiom inordinationem antichriſtianam, & flagitiorum abominabilium, & forſan amplius quam ſchiſmatis nunc exterminati, horrendam & peſſimorum morum deformitates, ſecundum ſanam conſcientiam & ſacros canones nullatenus tolerandas, ex ovili Dominico tanquam infectivam putredinem, antequam Paſtor Apoſtolicos mundatus, ſanctus, & juſtus, & per mundatos, ſanctos, & **E** juſtos eligatur, præmundare, & domum Dei ab ſæveteratis, fœtidis, mundandis maculis expiare, materiam pro introducenda forma diſponere, & pro ſequenda ſanitate corporis antidora ſalutaria præparare: licet diatius per alios impedita, maturius tamen deliberata, deſiderat omnes prædictas deformitates taliter auferri ac tolli, ut Eccleſia ſancta Dei ad inſtar illius regiminibus ſalutaris, quo ipſa ante dictos centum & quinquaginta annos, & ſecundum ſacros canones antiquorum Patrum & ſanctorum doctorum, feliciter recta fuerat, in præmiſſis amplius gubernetur: ſublatis ſtatutis ſeu decretis prædictis inordinarionibus, ac in favorem quoad hęc curię Romanę promulgatis. Adjiciens, foro ſalubrius & tolerabilius, ſacro præſidente Concilio, Romanam pro certo tempore vacare Eccleſiam, quam

quod

quod illotis manibus, hoc est, membris capiti vicinioribus, compaginetur ipsum caput, aut cranium etiam contrectetur, & spurcitia manuum coinquinetur, vel unguibus non præcisis vulneretur. Et clarius prius loquendo, expedire videtur omnino, pontificalem Cathedram prius diligenter purgari, & Romanam Ecclesiam decoris moribus illustrari, quam futurum præsulem, etiamsi sanctissimus eligatur, virtutem vestimenta, in istis abusionibus sedendo, commaculare, picem pravæ consuetudinis tangere; aut quo vadat, palpitando in tenebris, ignorare: ut mox Papa electus, sanctis armatus legibus & stipatus agminibus, contra importunas quaslibet instantias valeat se tueri.

Vos reverendissimos patres, sub debito vestræ professionis, pœna & intimationis divini judicii, primo, secundo, & tertio, requirens & exhortans, instanter, instantius, & instantissime, quatenus dictæ nationi Germanicæ in præmissis coaptantes, ad reformationem præmissorum & aliorum Romanæ curiæ inordinatorum, taliter & tam efficaciter cum ea procedere velitis: et aptatis capitulis effectualibus, omnium prædictorum reformatio in publica sessione concludi, consequenter ad tractatum electionis, qui tunc facilior erit; & ad ipsam electionem, cujus fictionem effugiet spiritus disciplinæ præconceptus, secundum hujus sacri concilii decretum procedi valeat: Et quod eainde unicus, reformatus, summus, & indubitatus Pontifex, consequenter cum sacro Concilio inferiora membra reformaturus, rite præficiatur, & perfecta stabilisque unio subsequatur.

Insuper quoque protestatur hæc dicta natio Germanica coram Deo, tota curia celesti, universali Ecclesia, & vobis; quod nisi feceritis præmissa modo & ordine supradictis, quod non per eam, sed per vos stat, stetit, & stabit, quo minus sponsa Christi, sancta mater Ecclesia, suo sponso inconvulsa, aut in stabili unitate, sine schismatum, inordinationum, simoniarum prædictarum, & errorum inclusione solita, purior & immaculata reformetur, & reformata ad perfectam reducatur unitatem.

Intendit & singula præmissa omnibus regibus, prælatis, principibus & universis Christicolis demandare & scribere; & sibi nihilominus de salubri, in quantum cum Deo poterit, cum sibi assistentibus, remedio providere.

Quamvis autem præmissis aliqualiter responsa videantur prætensis quibusdam monitibus, requisitionibus, atque protestationibus, in quadam a schedula, quæ incipit, *Audits*, &c. contentis, & nonnullis aliis, per reverendissimos patres die sabbati præterita lectis & propositis: quæ tamen non decuit, nec oportuit ita fieri, sed melius & honestius potuissetis supersedere, saltem donec dictæ, ac aliarum inclytarum, videlicet Hispanicæ & Anglicanæ nationis, venerabiles nuncios, vos pio in hoc studio intercipere cupientes, audissetis: nihilominus dictæ schedulæ, & per vos propositis dicta die sabbati, quantum hæc proposuerant, dicta natio per singula respondere curabit.

a *Paulo ante pro ... edita, pag. 1417.*

Ex ms. Romana edidit D. a Schelstrate, ut supra, pag. 1153.

Rex qui pro concordia Cardinalium, credebatur velle accelerare materiam electionis, iterum retrocessit, & recepit materiam reformationis. Et semper fuit in Concilio magna controversia. Quatuor enim nationes, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, & Angliæ, quæ ad mandatum Regis Angliæ dimisit in illa materia Regem Romanorum, & collegium Cardinalium, insistebant accelerationi electionis. Rex & natio Germanica, quod reformatio præcederet.

Congregatio habita inter sessiones XXXVIII. & XXXIX.

In qua dantur commissarii super concordia nationis Hispanicæ facienda.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

ANno & Indictione, quibus supra, die vero Jovis vigesima tertia mensis Septembris fuit congregatio generalis Constantiensis in Ecclesia majori, & in loco sessionis, hora tertiarum prædicta pro sessionibus tenendis specialiter deputata. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus, dominis Joanne Episcopo Ostiensi Cardinale Vivariensi, Angelo Episcopo Prænestino Cardinale Laudensi, Petro Hispano, Jordano Episcopo Albanensi Cardinale, Ursino Francisco Venetiarum, Antonio Aquilejensi, Angelo Veronensi, Branda Placentino, VVilielmo sancti Marci, Petro de Fuxis Presbyteris, Amedeo Saluciarum, Oddone de Columna, & Lucido de Comite diaconis Cardinalibus, ceterisque illustrissimorum principum Romanorum, Franciæ, Angliæ, Castellæ, Arragoniæ, Portugalliæ, Cypri, Neapolitanorum, Daciæ, Sveciæ, Norvegiæ, & Poloniæ, Regum ambaxiatoribus, caterisque in multitudine numerosa: ubi sine solemnitate officium Missæ, & litaniarum in sessionibus fieri solitis, de mandato congregationis, sive Synodi, atque Concilii Constantiensis, venerabilis vir dominus Petrus de Polonia, alias de Lamburga, &c. ascendit ambonem Synodi: & ibidem quamdam commissionem in schedula papyrea, cujus tenor inferius est insertus, legebat: in qua schedula, sive commissione committitur judicibus in dicta schedula contentis, ut causam motam sive movendam inter venerabiles viros dominos Ambaxiatores Regis Castellæ ex una parte, & Ambaxiatores Arragonum, de & super pluralitate vocum absentium prælatorum de Trinacriæ & Sardiniæ regnis per dominos Ambaxiatores Regis Arragonum habenda, prout ipsis ambaxiatoribus Arragonum alias in eorum unione plenarie fuit concessum, & committit, prout in dicta commissione continetur. Quæ quidem commissio fuit approbata per Synodum, per organum domini vicecancellarii Episcopi Ostiensis per verbum, *Placet*.

Tenor vero dictæ commissionis sequitur, & est talis.

SAcrosancta generalis Synodus Constantiensis, venerabilibus fratribus Jordano Episcopo Albanensi, Francisco sanctæ Crucis in Jerusalem S. R. E. Cardinalibus, Joanni Lubecensi, Sanctio Oloronensi, Patricio Corragensi, Petro Olorensi, Joanni Bajocensi Episcopis, dilectis Ecclesiæ filiis, Gaspari abbati monasterii sancti Heremi Perusinæ diœcesis, & Thomæ de Berengar sanctæ Sedis Apostolicæ capellano, & sacri palatii Apostolici Cardinali auditori, salutem & Dei omnipotentis benedictionem. Cum venerabili nationi Hispaniæ in eadem Synodo exsistenti, inter venerabiles fratres Episcopos, & dilectos Ecclesiæ filios nobiles, & Doctores legatos Regis & Reginæ Castellæ, & Legionis, ac Navarræ illustrium & alios de dictis regnis ex una parte; necnon nobiles, doctores, & alios legatos Regum Arragonum, & Siciliæ, ac Portogalliæ illustrium aliosque de dictis regnis in eadem Synodo, & natione exsistentes parte ex altera, nonnullæ controversiæ sint exortæ; præsertim super præsidentia in illa natione, & aliis rebus, quæ possent perfectioni unionis Ecclesiæ, ceterisque in eadem Synodo agendis non modicum impedimentum afferre: ut qui pacem, & concordiam universalis Ecclesiæ quærimus, id in pace, & concordia agere valeamus; vobis committimus, & mandamus, quatenus vos, aut major pars vestrum, vocatis partibus, controversias, & quæstiones præfatas, præsentes & futuras inter easdem partes, usque ad electionem summi Pontificis, sive ad instantiam partium, vel ex officio mero, summarie, & de plano, sine strepitu, & figu-

ANNO CHRISTI 1417.

ra judicii, oppositione remota judicio vel concordia terminetis, æquitatem sequentes potius quam rigorem; vobisque ad omnia, & singula præmissa faciendum, & quæ ad ea necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna cum dependentibus, emergentibus, & a connexis concedimus plenitudinem potestatis.

a MS. quæ-nis.

SESSIO XXXIX.

In prima editione,

ANno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, die vero Sabbati, nona mensis Octobris, Constantiæ in Ecclesia majori, in loco solito, fuit tenta & celebrata sessio publica, in qua reverendissimus pater dominus Archiepiscopus Viennensis Missam de Spiritu Sancto celebravit: reverendissimus vero pater & dominus, dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius, hujusmodi sessioni præsedit, Lectisque litaniis & aliis devotis orationibus legi solitis, cum Evangelio secundum Lucam: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est: *reverendissimus pater dominus Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis ambonem ascendit, legit & publicavit decreta quæ sequuntur.*

De Conciliis generalibus, & provisione erga futura schismata.

Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici cultura est præcipua: quæ vepres, spinas & tribulos hæresum & errorum & schismatum exstirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem ubertimæ fertilitatis adducit. Illorum vero neglectus præmissa disseminat atque fovet: hæc præteritorum temporum recordatio & præsentium consideratio ante oculos nostros ponunt. Propter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus & ordinamus, ut amodo Concilia generalia celebrentur: ita quod primum a fine hujus Concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis Concilii in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur, in locis quæ summus Pontifex per mensem ante finem cujuslibet Concilii, approbante & consentiente Concilio, vel in ejus defectum, ipsum Concilium deputare & assignare teneatur; ut sic per quamdam continuationem semper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam exspectetur: quem terminum liceat summo Pontifici de fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio ob emergentes forte casus abbreviare: sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando Concilio deputatum absque evidenti necessitate non mutet. Sed si forte casus aliquis occurreret, quo necessarium videretur, ipsum locum mutari, puta obsidionis, guerrarum, pestis, aut similis, tunc liceat summo Pontifici de prædictorum fratrum suorum, aut duarum partium ipsorum consensu atque subscriptione, alium locum prius deputato loco viciniorem & aptum, sub eadem tamen natione, subrogare: nisi idem vel simile impedimentum per totam istam nationem vigeret, tunc ad aliquem alium viciniorem locum alterius nationis aptum hujusmodi Concilium poterit convocari: ad quem prælati, & alii qui ad Concilium solent convocari, accedere teneantur, ac si a principio locus ille fuisset deputatus. Quam tamen loci mutationem, vel termini abbreviationem per annum ante præfixum terminum teneatur summus Pontifex legitime & solemniter publicare & intimare, ut ad ipsum Concilium celebrandum prædicti possint statuto termine convenire.

Provisio adversus schismata futura.

Si vero (quod absit) in futurum schisma oriri contingeret, ita quod duo vel plures pro summis Pontificibus se gererent, a die qua ipsi duo vel plures insignia Pontificatus publice assumpserint, seu ministrare cœperint, intelligatur ipso jure terminus Concilii tunc forte ultra annum pendens, ad annum proximum abbreviatus. Ad quod omnes prælati & ceteri qui ad Concilium ire tenentur, sub pœnis juris & aliis per Concilium imponendis, absque alia vocatione conveniant; necnon Imperator, ceterique Reges & principes vel personaliter vel per solemnes nuncios, tanquam ad commune incendium extinguendum per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi omnes exhortati, concurrant: & quilibet ipsorum pro Romano Pontifice se gerentium, infra mensem a die qua scientiam habere potuit, alium vel alios assumpsisse papatus insignia, vel in papatu administrasse, teneatur sub interminatione maledictionis æternæ & amissione juris, si quod forte sibi quæsitum esset in papatu, quam ipso facto incurrat, & ultra hoc ad quaslibet dignitates active & passive sit inhabilis, Concilium ipsum ad terminum anni prædictum in loco deputato prius indicere & publicare ad celebrandum, & per suas litteras competitori vel competitoribus, ipsum vel ipsos provocando ad causam, & ceteris prælatis ac principibus, quantum in eo fuerit, intimare; nec non termino præfixo sub pœnis prædictis ad Concilii locum personaliter se transferre, nec inde discedere, donec per Concilium causa schismatis plenarie sit finita: hoc adjuncto, quod nullus ipsorum contendentium de papatu in ipso Concilio ut Papa præsideat; quinimmo ut tanto liberius & citius Ecclesia unico & indubitato pastore gaudeat, sint ipsi omnes de papatu contendentes, postquam ipsum Concilium inceptum fuerit, auctoritate hujus Synodi ipso jure ab administratione suspensi: nec eis, aut eorum alteri, donec causa ipsa per Concilium terminata fuerit, quomodolibet a quoquam sub pœna fautoriæ schismatis obediatur. Quod si forte electionem Romani Pontificis per metum (qui caderet in constantem virum) seu impressionem de cetero fieri contingat, ipsum decernimus nullius efficaciæ vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu prædicto cessante, ratificari, vel approbari: non tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem procedere, nisi illo sic electus forte renunciet, vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa fuerit judicatum. Et si procedunt, nulla sit electio ipso jure: sintque secundo eligentes & electus (si ipse papatui se ingesserit) omni dignitate & statu etiam Cardinalatus & Pontificali ipso jure privati, & inhabiles de cetero ad eosdem, ac etiam ad papalem. Nec etiam in aliquo eidem secundo electo, ut Papæ, sub pœna fautoriæ schismatis obediatur quoquo modo: & eo casu Concilium de electione Papæ provideat illa vice: sed liceat, immo teneantur electores omnes, aut major pars ipsorum, quam citius sine personarum periculo poterunt, (etiam si periculum omnium bonorum immineat) transferre se ad locum tutum, & metum prædictum allegare coram notariis publicis & notabilibus personis ac multitudine in loco insigni: ita tamen, quod allegantes metum hujusmodi habeant in ipsius metus allegatione exprimere speciem & qualitatem dicti metus, & jurare solemniter, quod metus taliter allegatus sit verus, & credunt se ipsum posse probare, & quod per malitiam seu calumniam, hujusmodi metum non proponunt, nec ultra proximum futurum Concilium ullo modo possit differri allegatio dicti metus. Teneantur insuper postquam se transtulerint, & metum allegaverint, modo prædicto provocare sic electum ad Concilium quod Concilium si ultra annum pendeat a die provocationis hujusmodi, intelligatur ad annum, ut supra, ipso jure terminus breviatus. Et nihilo minus electus ipse sub pœnis prædictis, & Cardinales provocantes sub pœna amissionis Cardinalatus & omnium beneficiorum suorum, quam ipso facto incurrant, infra mensem a die provocationis Concilium ipsum (ut supradicitur) indicere & publicare, & quam citius poterunt intimare: ac Cardinales ipsi, ceterique electores ad locum Concilii tempore convocati personaliter se transferre, & usque ad finem causæ exspectare. Teneantur quoque prælati, ceterique ut supra, ad convocationem Cardinalium tantum, si forte sic electus convocare cessaret, accedere: qui sic electus in Concilio ipso non præsideat, quinimmo sit a termino incipiendi Concilii ipso jure ab omni administratione papatus suspensus, nec sibi a quoquam sub pœna fautoriæ schismatis quomodolibet obediatur. Quod si infra annum ante diem indicti Concilii contingant supradicti casus: videlicet quod plures gerant se pro Papa, vel quod unus per metum vel impressionem eligatur: censeantur ipso jure tam se gerentes pro Papa, quam electus per metum seu impressionem, & Cardinales ad dictum Concilium provocati: teneanturque in ipso Concilio compa-

rere

ANNO CHRISTI 1417.

vere personaliter, causam exponere, & judicium Concilii expectare. Sed si dictis casibus occurrentibus, contingat forte casus aliquis, quo necessarium sit locum Concilii mutare, ut obsidionis, guerræ aut pestis, vel similis, teneantur nihilo minus tam omnes supradicti, quam omnes prælati, ceterique qui ad Concilium ire teneantur, ad locum proximiorem (ut præmittitur) qui sit habilis ad Concilium, convenire. Possitque major pars prælatorum, qui infra mensem ad locum certum declinaverint, illum sibi & aliis pro loco Concilii deputare. Concilium autem (ut præfertur) convocatum & congregatum, de hujusmodi schismatis causa cognoscens, & in contumacia electorum seu gerentium se pro Papa, vel Cardinalium (si forte venire neglexerint) litem dirimat, atque causam definiat: ac culpabiles in schismate procurando seu nutriendo, vel in administrando seu obediendo, & administrantibus favendo, seu contra intercedictum superius eligendo, vel calumniose allegando metum, etiam ultra prædictas pœnas, cujuscumque status, gradus aut præeminentiæ exsistant, ecclesiasticæ, vel mundanæ, sic puniat, ut vindictæ rigor luceat ceteris in exemplum. Ut autem metus seu impressionis molestia in electione Papæ eo formidolosius evitetur, quo toti Christianitati lamentabilius eorum incensiosen factio perpetratur: ultra prædicta duximus specialiter statuendum, quod si quis hujusmodi metum vel impressionem aut violentiam electoribus ipsis aut alicui ipsorum in electione Papæ intulerit, seu fecerit, aut fieri procuraverit, vel factum ratum habuerit, aut in hoc consilium dederit vel favorem, facientes scienter receptaverit, vel defensaverit, aut negligens in exsecutione pœnarum inferius comminatarum exstiterit, cujuscumque status, gradus aut præeminentiæ fuerit, etiam si imperiali, regali, Pontificali, vel alia quavis ecclesiastica aut sæculari præfulgeat dignitate, illas pœnas ipso facto incurrat, quæ in constitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi, quæ incipit, Felicis, continentur, illisque effectualiter puniatur. Civitas vero (quod absit) etiam si urbs Romana fuerit, seu alia quævis universitas, quæ tali facienti auxilium vel consilium dederit, aut favorem, vel infra mensem saltem taliter delinquentem (prout tanti facinoris enormitas exegerit & facultas ei adfuerit) non duxerit puniendum, eo ipso ecclesiastico subjaceat interdicto. Et nihilo minus præter dictam urbem Pontificali (ut supra) sit dignitate privatas, non obstantibus privilegiis quibuscumque. Volumus insuper, quod in fine cujuslibet generalis Concilii hoc decretum solemniter publicetur, necnon quandocumque & ubicumque Romani Pontificis electio imminebit facienda, ante ingressum conclavis legatur, & publice intimetur.

Forma de professione Papæ facienda.

Quanto Romanus Pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate, tanto clarioribus ipsum decet fulciri fidei vinculis, & Sacramentorum ecclesiasticorum observandis ritibus illigari. Ea propter, ut in futurum Romanis Pontificibus in suæ creationis primordiis & singulari splendore luceat plena fides, statuimus & ordinamus, quod deinceps quilibet in Romanum Pontificem eligendus, antequam sua electio publicetur, coram suis electoribus publice confessionem & professionem faciat infrascriptam.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

ANno a Nativitate Domini millesimo, &c. ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo, cujus Ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & beato Petro Apostolorum principi corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere, & tenere sanctam fidem Catholicam, secundum traditiones Apostolorum, generalium Conciliorum & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo Conciliorum universalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, quarti Chalcedonensis, quinti & sexti Constantinopolitanorum, septimi item Nicæni, octavi quoque Constantinopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis & Viennensis generalium etiam Conciliorum. Et illam fidem usque ad unum apicem immutilatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defensare & prædicare, ritum quoque pariter Sacramentorum ecclesiasticorum Catholicæ Ecclesiæ traditum, omnimode prosequi & observare. Hanc autem professionem & confessionem meam per notarium scriniarium S. R. E. me jubente scriptam, propria manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo pura mente & devota conscientia super tali altari, &c. sinceriter offero in præsentia talium, &c. Datum, &c.

Ne prælati transferantur inviti.

Cum ex prælatorum translationibus Ecclesiæ ipsæ de quibus transferuntur, plerumque gravibus in spiritualibus & temporalibus subjaceant dispendiis & jacturis; prælati quoque nonnumquam jura & libertates Ecclesiarum suarum translationis formidine non adeo soliciter ut alias prosequuntur; ne ad importunitatem quorumdam, quæ sua & non quæ Jesu Christi quærentium, Romanus Pontifex forsan ut homo factus nescius, in hujusmodi circumveniatur, aut alias leviter inclinetur, præsentibus statuimus & ordinamus, invitorum Episcoporum & superiorum translationes, absque magna & rationabili causa, quæ vocata parte cognita fuerit & decisa de consilio S. R. E. Cardinalium, vel majoris partis eorumdem, & cum subscriptione, de cetero fieri non debere. Inferiores vero, ut abbates, aliique perpetuo beneficiati, inviti absque justa & rationabili causa cognita amoveri seu privari non debeant. Adjicientes, quod in mutationibus abbatum subscriptio Cardinalium interveniat, sicut in Episcopis est præmissum; salvis constitutionibus, consuetudinibus & privilegiis Ecclesiarum; monasteriorum & ordinum quorumcumque. Philip. 2.

De spoliis & procurationibus.

Cum per papam facta reservatio & exsecutio & perceptio procurationum, ordinariis & aliis inferioribus prælatis debitarum ratione visitationis, necnon & spoliorum decedentium prælatorum, aliorumque clericorum, gravia Ecclesiis, monasteriis & aliis beneficiis, ecclesiasticisque personis afferant detrimenta: præsenti declaramus edicto, rationi fore consentaneum, & reipublicæ accommodum, tales per Papam reservationes, ac per collectores & alios auctoritate Apostolica deputatos sive deputandos, exactiones seu perceptiones de cetero nullo modo fieri seu attentari: quin immo Procurationes hujusmodi quorumcumque prælatorum, Cardinalium etiam, vel ipsius Papæ familiarium, officialium & aliorum quorumvis clericorum, in curia Romana vel extra, ubicumque & quandocumque decedentium, spolia seu bona eorum mortis tempore reperta, plene & libere pertineant illis, & per illos recipiantur, quibus alias, præfatis reservationibus, mandatis & exactionibus cessantibus, competerent & pertinere deberent. Prælatis etiam inferioribus & aliis hujusmodi, spoliorum exactiones præter & contra juris communis formam fieri interdicimus, constitutione felicis record. Bonifacii papæ octavi, quæ incipit. Præsenti, super hoc edita specialiter, in suo robore duratura.

Post hæc autem venerabilis vir magister Petrus de Lamburga legit decretum tenoris subsequentis:

Potestas definiendi possessorium causæ Episcopatus Cumanensis.

SAcrosancta & generalis Synodus Constantiensis universalem Dei Ecclesiam repræsentans, venerabilibus fratribus a Placensi, Pistoriensi, & Vaurensi Episcopis, quos alias ad audiendum causam & causas ac querelas ad nos devolutas seu deductas, & devolvendas seu deducendas, deputavimus, etiam Ecclesiarum cathedralium, usque ad definitivam sententiam exclusive, quem in causis ipsarum Ecclesiarum cathedralium nobis reservavimus: ut causam super possessorio judicio Ecclesiæ Cumanensis, & pertinentibus ad eamdem, inter venerabilem fratrem Antonium Episcopum Cumanensem agentem ex una, & dilectos Ecclesiæ filios canonicos & capitulum, & fratrem Franciscum de b Crinellis ordinis Minorum, prœle-

a Ms. Placentinensi.

b Ms. Capellis.

ANNO CHRISTI 1417.

A electo dictæ Ecclesiæ se gerentem defendentes partibus eu altera, quæ coram ipsis pendet indecisa: habentes statum causæ hujusmodi pro sufficienter expresso, ac non valentes diversis occupati negotiis finali decisioni ejusdem intendere finali sententia, vocatis secum aliquibus terminare valeant, plenariam concedimus facultatem. Quibus sic lectis, dominus Jo. Episcopus Ostiensis Cardinalis præsidens nomine totius Concilii respondit per verbum, Placet.

Ex Ms. Surii.

Super quibus omnibus & singulis præmissis & eorum quolibet, magister Joannes de Scribanis promotor & procurator prædictus, nomine quo supra & Xanthes advocatus nomine præfati domini fratris Antonii, petiit a protonotariis & notariis hujus sacri Concilii unum vel plura, publicum aut publica, instrumentum seu instrumenta, præsentibus reverendissimis dominis in Christo patribus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Ostiensi, Laudensi, de Ursinis, Bononiensi, Hispano, Episcopis; Venetiarum, Aquilejensi, Senensi, Placentino, Veronensi, Tricaricensi, Pisano, sancti Marci, de Chalanco, Remensi, de Fuxo, presbyteris, de Flisco, de Brancaciis, de Columna, & de Comitibus, diaconis Cardinalibus; nec non egregiis viris dominis Augustino de Pisis, Dominico de Ponte, Ardecino de Novario sacri consistorii advocato, & Luca de Flisco milite Januensi, aliisque dominorum Regum, principum ac prælatorum Ambaxiatoribus, & aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex collectione Barberiniana.

Die vero sabbati nona mensis Octobris Constantiæ in Ecclesia majori in loco solito, hora octava, vel quasi, ante meridiem fuit tenta dictæ sacrosanctæ Synodi sessio publica, & solemnissime celebrata: in qua reverendissimus pater, & dominus dominus Archiepiscopus Viennensis Missam de sancto Spiritu magna cum devotione celebravit: Præsentibus reverendissimis in Christo patribus, dominis Joanne Ostiensi, Laudensi, Ursinensi, Bononiensi, Hispano, Episcopis, Venetiarum, Aquilejensi, Senensi, Placentino, Veronensi, Tricaricensi, Pisano, S. Marci, de Chalanco, Remensi, de Fuxo presbyteris, de Flisco, de Brancaciis, de Columna, de Comitibus, diaconis Cardinalibus. Hujusmodi Missa finita, reverendissimi, reverendique patres, & domini Cardinales præfati, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique ad quos pertinuit, mitras capitibus imponentes se pontificalibus induerunt, præfatusque reverendissimus in Christo pater & dominus Joannes Ostiensis Cardinalis, & vicecancellarius hujusmodi sessioni præsedit. Deinde litaniis, & evangelio secundum Lucam, *In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes sicut & Pater vester misericors est* & ac aliis orationibus, & solemnitatibus solitis lectis, & peractis, reverendissimus in Christo pater dominus Archiepiscopus Mediolanensis ambonem publicationis ascendens de mandato sanctæ Synodi sibi super hoc facto, decreta, quæ sequuntur, publice, alte, *&c.* ad verbum legit, sub his verbis.

De Conciliis generalibus, &c. *ut supra, pag.* 1159.

SESSIO XL.

Ex prima editione.

Die sabbati trigesima supradicti mensis Octobris, fuit celebrata generalis sessio in majori Ecclesia Constantiensi. Pro cujus quidem sessionis introductione reverendissimus pater dominus Jordanus Episcopus Albanensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, de Ursinis vulgariter nuncupatus, Missam de Spiritu Sancto celebravit: reverendissimus vero dominus Joannes Episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & vicecancellarius, pontificalibus induens, hujusmodi sessioni præsidit. Lectisque litaniis & aliis orationibus in sessionibus legi solitis, reverendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci presbyter Cardinalis quædam decreta publice legit sub his verbis:

Ex collectione Barberiniana.

Die sabbati trigesima supradicti mensis Octobris, Constantiæ in majori Ecclesia in loco solito hora horologii sexta, vel quasi, ante meridiem, fuit tenta dictæ sacrosanctæ Synodi sessio publica, & solemnissime celebrata. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Jordanus miseratione divina Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis, Missam de Sancto Spiritu devote celebravit, & hujusmodi Missa finita, reverendissimi, reverendique patres & domini, domini S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, *&c.* ut supra in proxime.

Deinde litania cum Evangelio secundum Joannem. In illo tempore: Dixit Jesu discipulis suis: B Si manseritis in me, & verba mea, *&c.* reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Guillelmus tituli sancti Marci presbyter Cardinalis ambonem publicationis solitum ascendens de mandato sanctæ Synodi, *&c.* quædam decreta publice, alta, & intelligibili voce, et de verbo ad verbum perlegit sub his verbis:

Reformationes fiendæ, &c. *ut sequitur.*

Ex prima editione.

Reformationes fiendæ per Papam una cum Concilio, antequam Concilium dissolvatur.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, statuit & decernit, quod futu- C *rus Romanus pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro Concilio, vel deputandis per singulas nationes debeat reformare Ecclesiam in capite & in membris, & curiam Romanam, secundum æquitatem & bonum regimen Ecclesiæ, antequam hoc Concilium dissolvatur, super materiis articulorum alias per nationes in reformatorio oblatorum, quæ sequuntur,*

I. Primo, de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium.
II. Item, de reservationibus Sedis Apostolicæ.
III. Item, de annatis, communibus servitiis & minutis.
IV. Item de collationibus beneficiorum & gratiis exspectativis.
V. Item de confirmationibus electionum.
D VI. Item de causis in Romana curia tractandis, vel non.
VII. Item de appellationibus ad Romanam curiam.
VIII. Item de officiis cancellariæ & pœnitentiariæ.
IX. Item, de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis.
X. Item, de commendis.
XI. Item, de fructibus medii temporis.
XII. Item, de non alienandis bonis Romanæ Ecclesiæ.
XIII. Item, propter quæ & quomodo Papa possit corrigi & deponi.
XIV. Item, de exstirpatione simoniæ.
XV. Item de dispensationibus.
XVI. Item, de provisione Papæ & Cardinalium.
XVII. Item, de indulgentiis.
XVIII. Item, de decimis.

Ex prima Editione.

E *Hoc adjecto, quod facta per nationes deputatione prædicta, liceat aliis de licentia Papæ libere de propria remeare.*

Quod procedatur ad electionem Romani Pontificis, abjectio Cardinalium Petri de Luna non obstante.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, attendens ea quæ jamdudum Narbonæ pro unione Ecclesiæ de admittendis in eadem Synodo Cardinalibus obedientiæ Petri de Luna, olim Benedicti decimitertii in sua obedientia nuncupati, concordata fuerunt, quodque post notoriam ejectionem dicti Petri de Luna, præfati Cardinales dudum secundum eadem concordata ante ejectionem hujusmodi vocate

ti, infra tres menses & amplius die ejectionis prædictæ expectati non venerunt, statuit & decernit fore ad electionem Romani Pontificis juxta decernenda per eamdem Synodum, ejusdem Synodi auctoritate procedendum, ipsorum absentia non obstante: quos, si ante consummatam electionem futuri summi Pontificis venerint, & eidem Concilio adhæserint juxta dispositionem juris & decernenda per Concilium, una cum aliis ad electionem prædictam admittendos esse declarat.

De modo & forma eligendi Papam.

Ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, & ad pacem & unitatem universalis Ecclesiæ ac totius populi Christiani, ut electio futuri Romani & summi Pontificis proxime celebranda, firmiori auctoritate & plurium roboretur assensu; & ne attento statu Ecclesiæ super dicta electione, in posterum ulla retractio, ullusve scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequatur unio certa, vera, plenissima & perfecta fidelium: sacrosancta Synodus Constantiensis, communi utilitate pensata, de speciali & expresso consensu & voluntate concordi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in eadem Synodo personaliter existentium, & collegii eorumdem ac omnium nationum præsentis Concilii, ordinat, statuit & decernit, quod hac vice duntaxat ad eligendum Romanum & summum Pontificem, una cum Cardinalibus sex prælati, vel aliæ honorabiles personæ Ecclesiasticæ in sacris ordinibus constitutæ, de qualibet natione in eadem Synodo pro tunc existentes, quos seu quas qualibet ipsarum nationum pro se ad hoc infra decem dies duxerit eligendas, ipsis Cardinalibus adjungantur. Quibus omnibus eadem Synodus eligendi Romanum Pontificem secundum formam hic expressam (quatenus opus est) tribuit potestatem: videlicet, quod ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus Cardinalium in conclavi existentium, & a cujuslibet nationis duabus partibus eisdem Cardinalibus adjungendorum, & tunc adjunctorum, electus fuerint & receptus: quodque non valeat electio, nec electus pro summo Pontifice habeatur, nisi duæ partes cum Cardinalibus ad eligendum adjungendorum & tunc adjunctorum, consentiant & consenserint in Romanum Pontificem eligendum. Statuit insuper, ordinat & decernit, quod voces quorumcumque in electione hujusmodi emittenda sint nulla, nisi (ut præmittitur) duæ partes Cardinalium, & duæ partes cujuslibet nationis adjungendorum, & tunc adjunctorum prædictorum, præsentialiter seu per accessionem in unum concurrant. Hoc etiam adjecto, quod prælati & alii cum Cardinalibus ipsis ad electionem hujusmodi adjungendi, & tunc adjuncti, omnes & singulas constitutiones Apostolicas etiam pœnales circa electionem Romani Pontificis editas, atque consuetudines observari consuetas, quemadmodum ipsi Cardinales observare teneantur, & ad illorum observantiam astringantur. Teneantur insuper jurare & jurent dicti electores, & Cardinales, & alii, antequam ad electionem procedant, quod in hujusmodi electionis negotio intendant, quod eis imminebit (cum de creatione agitur vicarii Jesu Christi, successoris beati Petri, universalis rectoris Ecclesiæ, gregis Dominici directoris) puris & sinceris mentibus (& quantum credant publicæ utilitati universalis Ecclesiæ proficere omni cujuscumque nationis personæ vel alio inordinato affectu, odio, gratia vel favore abjectis) procedere: ut eo rum ministerio de utili & idoneo & universali Ecclesiæ pastore provideatur. Ordinat insuper, statuit & decernit eadem sancta Synodus, quod infra decem dies exnunc continuo numerandos, quos decem dies omnibus & singulis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus præsentibus & absentibus, & ceteris electoribus supradictis, attenta Romanæ Ecclesiæ notoria vacatione, ad intrandum conclave in hac civitate Constantiensi in majori domo communitatis ejusdem civitatis ad hoc jam ordinata, præfigit & assignat, præfati electores, Cardinales & alii supradicti, intrent ipsum conclave ad electionem hujusmodi celebrandam, ceteraque faciendum, observandum & prosequendum, quemadmodum in ceteris, præter præmissa de Cardinalibus & aliis in electione Romani Pontificis jura statuunt & decernunt. quæ omnia, præmissis observatis, vult eadem sancta Synodus in suo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, statuit ac decernit pro hac vice: & ad omnem scrupulum submovendum eadem sancta Synodus & singulos in eadem Synodo præsentes & venturos, qui eidem Synodo adhærebunt, ad omnes actus legitimos in eadem Synodo agendos active & passive (quatenus opus est) habilitat & habiles esse declarat, ceteris ejusdem Concilii decretis semper salvis, supplens omnes defectus (si qui forsan intervenerint) in præmissis: Apostolicis etiam & generalibus Conciliis editis, & aliis constitutionibus non obstantibus quibuscumque. Quibus decretis sic lectis, dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis hujusmodi sessionis præsidens, ipsius Synodi nomine respondit, Placet.

Ex ms. Surii.

Super quibus omnibus & singulis permissis & eorum quolibet, magister Henricus de Piro promotor & procurator prædictus, nomine quo supra, sibi a protonotariis, notariis & scribis ipsius sanctæ Synodi ad futuram rei memoriam, unum vel plura, ac tot quot fuerint necessaria fieri petiit, publicum seu publica; instrumentum seu instrumenta. Præsentibus reverendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Ostiensi, Laudensi, de Ursinis, Bononiensi, Hispano, Episcopis; Venetiarum, Aquilejensi, Senensi, Placentino, Veronensi, Tricaricensi, Pisano, sancti Marci, de Chalanco, Remensi, de Fuxo; presbyteri; de Flisco, de Brancaciis, de Columna & de Comitibus, diaconis Cardinalibus; ac illustri principe domino Friderico marchione Brandeburgensi, sancti Romani Imperii archicamerario, ac magnificis & generosis dominis Bertholdo de Ursinis, Ludovico de Otingen, & Euthero de Ravaretsburg, comitibus, aliisque Regum, principum, prælatorum, nobilium, communitatum, universitatum, studiorum & collegiorum Ambaxiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex eadem collectione Barberiniana.

Anno & indictione, quibus supra, die vero Lunæ octava mensis Novembris, Constantiæ in majori Ecclesia in loco solito, hora horologii septima, vel quasi, ante meridiem, fuit sexta dictæ sacrosanctæ Synodi sessio publica, & solemnissime celebrata. Pro cujus sessio introductione reverendissimus in Christo pater & dominus D. Guillelmus sancti Marci S. R. E presbyter Cardinalis Missam de Spiritu sancto, serenissimo & invictissimo principe domino Sigismundo Romanorum Rege prædicto cum suis insignis regalibus interessente, devote celebravit. Qua Missa finita, reverendissimus pater dominus Jacobus Episcopus Laudensis ambonem solitum ascendens solemnissimum sermonem ad Synodum sanctam fecit, pro cujus introductione sermonis accepit pro themate. *Eligite meliorem*. Reg. IV. Quod electores Romani Pontificis eligerent bonum Papam, & meliorem, pulcherrime persuadendo. Missaque, & sermone finitis reverendissimi, reverendique patres, domini, domini S. R. E. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique ad quos pertinuit, mitras, &c. ut supra in aliis. 4. Reg. 10. 3.

Deinde litaniis cum Evangelio secundum Joannem: *In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea servate*, &c. ac hymno *Veni Creator Spiritus*, cum orationibus, & solemnitatibus consuetis lectis, & peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lamburga licentiatus in decretis, apud dominum præsidentem stans; & de mandato supradictæ sanctæ Synodi super hoc facto, quamdam constitutionem felicis recordationis Clementis VI. super modo & forma tenendis super victualibus dominorum Cardinalium pro electione Romani Pontificis in conclavi existentium, alta &c. perlegit sub his verbis: *

* *Clemens, &c. ut infra: nam hæc pertinent ad sessionem XLI.*

SES-

SESSIO XLI.

DIE Lunæ octava mensis Novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, fuit tenta sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Missam de Spiritu Sancto, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum rege cum insigniis regalibus interveniente, devote celebravit. Et Missa finita, dominus Jacobus Episcopus Laudensis solemnem fecit sermonem ad Synodum, assumens pro themate, Eligite meliorem. *Reverendissimus vero pater dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, huic sessioni præsedit. Litaniis igitur lectis, aliisque in sessionibus legi solitis, cum Evangelio secundum Joannem,* Si diligitis me, mandata mea servate: *dominus Petrus de Lambuga licentiatus in decretis, stans in ambone solito, quamdam constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ sexti, & alia quæ sequuntur, legit hujusmodi sub tenore:*

Constitutio Clementis Papæ sexti super modo & forma tenendis super victualibus Cardinalium in conclavi exsistentium.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LIcet in constitutione a felicis recordationis Gregorio Papa decimo prædecessore nostro super electione Romani Pontificis edita in Concilio Lugdunensi, inter cetera caveatur expresse, quod si eumdem Pontificem in civitate, in qua cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes conveniant, & in eo singuli singulis tantummodo, nisi illi quibus ex patenti necessitate duo permittuntur haberi, contenti servientibus clericis vel laicis (prout elegerint) unum conclave, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi: & quod diebus certis, non facta provisione de pastore, deductis, panis, vinum & aqua tantum eisdem Cardinalibus, donec subsequatur provisio, ministretur: quia tamen, sicut frequenti multorum assertione & in Cardinalatu constitutorum percepimus, nonnulli ex Cardinalibus in observatione constitutionis ipsius graves alias nimium exstiterunt, multique ex ipsis duos in conclavi prædicto habuerunt servientes, non absque scrupulo conscientiæ propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet, Quibus ex patenti necessitate duo permittuntur haberi, *in dicta constitutione (ut præmittitur) contentorum: Nos providere super his cupientes, ex his & certis aliis causis rationabilibus, quæ nostrum ad id animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius, & etiam ad fratrum nostrorum supplicationem, in his providimus temperandum: auctoritate Apostolica statuentes, quod Cardinales, postquam conclave hujusmodi, seu clausuram, pro dicta celebranda electione intraverint, singuli duos servientes tantum clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac etiam singulis præter panem, vinum & aquam in prandio & in cœna dumtaxat unum ferculum seu missum carnium unius speciei tantummodo: aut piscium seu ovorum, cum una potagia de piscibus vel carnibus principaliter non confectis & decentibus salsamentis habere valeant, ultra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseum, fructus sive electuaria: ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum ferens, vel saporem. Nullus vero eorum de alterius ferculo vesci possit. Liceat etiam eis ex decentia honestatis habere in clausura hujusmodi, cum in lectis causa quiescendi vel dormiendi esse voluerint dumtaxat, intermedia seu velamina simplicium tantummodo cortinarum, prædictis & felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri & aliis constitutionibus Apostolicis contrariis, quibus per hoc in aliis derogare nolumus, non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avenione, octavo Idus Decembris, Pontificatus nostri anno decimo.*

Deinde idem dominus Petrus in eodem loco existens, de simili mandato capitula, quæ Cardinales & alii electores Romani Pontificis infra scripta observare, & custodes conclavis jurare facere observari tenentur, alta & intelligibili voce perlegit:

Capitula juranda per electores Romani Pontificis, & custodes conclavis.

ISti sunt, quæ Cardinales & alii electores Romani Pontificis in Concilio generali Constantiensi observare, & custodes jurare & facere observari tenentur, & ad quæ non ultra compelli possint per custodes conclavis.

Primo, quod infra decem dies a die jam lati per Concilium decreti intrent conclave, videlicet hodie Lunæ octava mensis Novembris infra occasum solis.

Secundo, quod quilibet non habeat ultra duos servientes clericos vel laicos, quos duxerit eligendos; & simpliciter permittantur duos habere per constitutionem Clementis sexti, licet in constitutione, Ubi majus, *non liceret habere duos, nisi ex patenti necessitate.*

Tertio, quod in conclavi simul inhabitent, nullo medio pariete vel alio velamine, nisi quando dormient vel quiescent: & tunc liceat habere intermedia seu velamina dumtaxat simplicium cortinarum, quæ cortinæ conceduntur per dictam constitutionem Clementis sexti.

Quarto ita claudatur conclave, reservato aditu ad secretam cameram, quod nullus, postquam inclusi fuerint, intrare valeat vel exire. Nullus ad eosdem electores aditus pateat, vel facultas secreto loquendi aliquid cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi de consensu omnium aliqui pro his quæ ad electionem pertineat, vocarentur.

Quinto, quod nulli liceat ad ipsos electores nuncium vel scripturam mittere.

Sexto, quod in ipso conclavi competens sit fenestra, per quam electoribus & servitoribus victu necessaria ministrentur, per quam tamen nulli patere possit accessus.

Septimo, quod in singulis diebus postquam conclave intraverint, præter panem, vinum & aquam in prandio unum dumtaxat ferculum carnium unius speciei tantum, aut piscium seu ovorum, cum una potagie de piscibus seu carnibus principaliter non confectis & decentibus salsamentis habere valeant, ultra carnes salitas & herbas crudas ac caseum, fructus seu electuaria: ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret, vel ad saporem. Et in istis cibis restringitur per Clementem sextum constitutio, Ubi majus, *pro tribus primis diebus, quibus nulla ciborum erat limitatio, & pro sequentibus moderatur.*

Octavo, quod est de mente constitutionis, Ubi majus, *per Clementinam,* Ne Romani, *quod nullus intrare compellitur conclave, nisi omnes, recusarent, quia tunc cogendi sunt.*

Nono, quod volentibus exire permittitur. Sed si omnes exirent, Papa non electo, reintrare compelluntur, nisi quos excusat infirmitas. Sed qui sine causa infirmitatis exiverit, amplius non admittitur, nisi omnes (ut præmittitur) exirent.

Decimo, quod exiens pro causa infirmitatis, ac etiam absentes, si supervenerint re integra, videlicet antequam de Papa sit provisum, admittantur in conclavi, in statu in quo erit electionis negotium.

Custodes conclavis jurent, quod præmissa omnia sine fraude & dolo inviolabiliter faciant observari, neque Cardinales & alios electores ultra præmissa coarctabunt, nec permittent, aut aliquatenus facient per alios coarctari. Item quod eadem die omnes custodes, & maxime qui addentur ultra illos quibus de jure competit, nominatim deputentur per Concilium, & jurent præmissa. Item videtur, quod si dominus Rex est præsens, debeat pro suæ majestatis reverentia, ab eo sedente in sede sua per duos Cardinales recipi juramentum.

No-

ANNO CHRISTI 1418.

Nomina Jurandorum.

Fridericus marchio Brandeburgensis, Guillelmus comes de Hennonberg, a Philippus magister Rhodi, b Bronorus de la Scala dominus Veronensis miles, Joannes Raimundi Floch comes de Cardona, Ferdinandus Petri de Ayala miles de Castella, Martinus Ferdinandi miles, Raimundus c Ayinmar miles, Bertholdus comes de Ursinis, Guntherus comes de Schwartzburg, Ludovicus comes de Ottingen, Humbertus de Sabaudia bastardus miles, Hugo comes de d Havvgheberg, Sancius miles, Stanislaus miles, ambassiatores regis Poloniæ. Quibus e omnibus sic lectis, venerabilis & egregius vir dominus Petrus f Clantiger decretorum doctor, omnibus & singulis personis supradictis præsentibus & intelligentibus, alta voce capitula supradicta per eos B *juranda de verbo ad verbum in Teutonico sermone ad intellectum exposuit. Quibus capitulis sic ad intellectum expositis, duo ex reverendissimis dominis cardinalibus (prout ordinatum fuerat) ad serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, in sede sua regia existentem, una cum libro evangeliorum & cruce sancta accesserunt. Ipseque dominus Sigismundus Romanorum rex, tactis cruce & evangelio prædictis, in manibus dictorum dominorum cardinalium prædicta capitula observare juravit. Quo juramento præstito, omnes & singuli prædicti singulatim ad pedes dicti domini præsidentis accesserunt, ibique tactis corporaliter & cruce & evangeliis, in manibus ejusdem præsidentis (ut præmittitur) dicta capitula firmiter observare juraverunt. Deinde reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis, & Ludovicus de Palude abbas Tre-* C *morchiensis pro collegio cardinalium, Pandulfus protonotarius de Albiano pro Italica, Theobaldus archiepiscopus Bisuntinensis pro Gallicana, Nicolaus episcopus Mersburgensis pro Germanica, Petrus episcopus Olorensis pro Anglicana, decanus Segobiensis pro Hispanica, nationibus; pro custodia conclavis deputati, in manibus, dicti præsidentis tactis cruce & evangeliis prædictis, ut præmittitur, juraverunt. Quibus juramentis sic, ut præmittitur, præstitis & receptis, reverendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis legit sequens decretum sub his verbis.*

a MS. Philibertus.
b MS. Brunorus.
c MS. Zaimar.
d MS. Hailgraberg.
e MS. nominibus.
f MS. Detinger.

Decretum de electoribus Romani Pontificis pro hac vice.

SAcrosancta generalis Synodus Constantiensis, ex- D *sequendo ejusdem Synodi ordinationem, decretum & statutum nuper edita super modo & forma electionis hac vice Romani Pontificis, ad eligendum eadem vice Romanum Pontificem, adjungit reverendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, ex eorum voluntate & consensu expressis, venerabiles Joannem patriarcham Constantinopolitanum, Joannem Rigensem Germanica, Guillermum Bituricensem Gallicana, Nicolaum Gnesnensem Germanica, Bartholomæum Mediolanensem Italica, Jacobum Turonensem Gallicana, archiepiscopos; Ricardum Londoniensem, Nicolaum Bathoniensem Anglicana: Didacum Conchensem, Joannem Pacensem Hispanica: Joannem Gebennensem Gallicana: Franciscum g Melfitensem, Henricum Feltrensem Italica: Nicolaum Aquensem Hispanica: Simonem Traguriensem Germanica: Joannem Lichfeldensem, Joannem Norvicensem Anglicana, episcopos: ac dilectos* E *ecclesiæ filios Jacobum Pennensem electum Italica, Robertum Cluniacensem Gallicana, Thomam sanctæ Mariæ Eboracensem Anglicana, monasteriorum abbates; Leonardum generalem ordinis Prædicatorum sacræ paginæ, Italica; Thomam decanum Eboracensem sedis Apostolicæ notarium, Anglicana; Pandulphum de Malatestis archidiaconum Bononiensem, Italica; VValterum Grassi priorem Rhodi decretorum, Gallicana; Philippum de Madalia archidiaconum, pœnitentiarium in ecclesia Barcinonensi, sacræ paginæ, Hispanica; Lambertum de Stipite priorem de* *Berckenyo, Gundisalvum Garsia archidiaconum de Brunesta decretorum, VValaschum Petri utriusque juris, Hispanica; Nicolaum de Dinckelspuel, Conradum de Susato sacræ paginæ doctores, Germanica, nationum prædictarum, in eodem Synodo existentium & nominatorum, & per easdem nationes quemlibet per se ad hoc electorum: præfatisque sic, ut præmittitur, electis & adjunctis, eligendi cum ipsis cardinalibus, de eorum voluntate & consensu expressis, Romanum & summum Pontificem secundum formam ordinationis & decreti præmissorum, tribuit potestatem, supplens omnem defectum, si quis forsan in electione prædictorum adjunctorum intervenerit. Quo decreto lecto, idem dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis continuavit sub his verbis:*

g MS. Melfensem.

ANNO CHRISTI 1417.

Decretum de non spoliando eligendum in Papatu.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, ad perpetuam rei memoriam.

OMnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id præsertim, ad quod cupiditatis & avaritiæ stimulis incitatur. Fiunt autem & factæ sunt leges, ut earum metu humana refrænetur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & refrænetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam evenisse comperimus, quod electo Romano Pontifice, nonnulli sub prætextu cujusdam abusivæ licentiæ, res & bona sic electi, quasi culmine divitiarum adepto, falso prætendentes occupanti concedi; nedum illius sic electi, immo aliquando nonnullorum, quos ele- C *ctos esse mendaciter confingunt, domos, res & bona illorum, necnon & aliquando bona cardinalium aut electorum Romani Pontificis, & aliorum in loco conclavis existentium, etiam violenter invadunt, recipiunt, occupant & transportant, lucrifacta existimantes: ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scandala, rapinæ, furta, & nonnunquam homicidia sequerentur. Nos igitur tam scelerata temeritatis & audaciæ vium præcludere, & hujusmodi periculis & scandalis obviare volentes, præfatum damnantes sceleratum abusum, talia fieri hoc edicto prohibemus; statuentes, quod quicumque, cujuscumque status aut conditionis existat, contra hoc præsumpserit attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel favorem præbere, præter pœnas quas in violentos raptores & occupatores hujusmodi, jura atque Apostolicæ & imperiales constitutiones statuunt,* D *eo ipso excommunicationis sententiam incurrat; a qua nisi per istam sanctam Synodum aut futurum Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo & satisfactione, absolvi nequeant, & omni officio, beneficio, privilegiis, ac dignitate ecclesiastica & mundana, feudisque & rebus aliis, si quæ, aut quas in Romana vel aliis ecclesiis obtinebit, sit privatus, & intestabilis active & passive existat: civitas vero quæ in præmissis culpabilis fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto: huic adjicientes sanctioni, ut domini temporales, rectoresque & officiales civitatis vel loci, ubi electionem Romani Pontificis contigerit celebrari, illa imminente, præmissa fieri sub gravioribus pœnis publice & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant observari, ceteris constitutionibus circa talia editis, in suo robore duraturis.*

E

Decretum annullationis protestationum, conventionum, necnon suspensionum causarum, & audientiæ litium.

SAcrosancta generalis Synodus Constantiensis, ut purius, sincerius & liberius ad electionem Romani Pontificis proxime celebrandam procedatur, omnes & singulas protestationes, quæ possunt puritati, sinceritati, libertati & efficaciæ electionis hujusmodi obviare, nec non conventiones, pactiones, promissiones, obligationes, juramenta, condicta & intendimenta circa materiam electionis hujusmodi factas & facta, fiendas & fienda, ex abundan-

ANNO CHRISTI 1417.

ti damnat, reprobat, annullat & exsecratur, prout etiam de jure sunt nulla: mandans sub obtestatione divini judicii, & sub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes vult & statuit eo ipso incurrere, & præcipiens, ne quis (si quis forsitan talia fecerit) illis utatur, aut illas, vel illa observet, cum plus Deo placeant talium transgressores, quam observatores: illosque ab illorum vel illarum observatione absolvit & liberat, ac liberos & absolutos esse declarat. Præterea ut ad tam necessarium & salubre electionis negotium attentius procedatur, audientiam, & omne causarum & litium exercitium in eadem sancta Synodo & illius auctoritate constitutum & constitutum, præter audientiam curiæ cameræ Apostolicæ usque ad assumtionem Romani Pontificis inclusive suspendit & prohibet, irritum decernens & inane, quidquid in contrarium fuerit attentatum. Quibus decretis, ac omnibus & singulis (ut præmittitur) lectis & perlectis, dominus præsidens totius Concilii nomine, per verbum, Placet, *respondit. Deinde vero de mandato sacræ Synodi idem reverendissimus dominus præsidens voluit habere decretum de securitate præsentis civitatis Constantiæ, alias statutum & ordinatum, pro lecto & repetito in eadem sessione.*

Super quibus omnibus & singulis præmissis magister Henricus de Piro procurator & promotor prædictus, nomine quo supra, sibi a protonotariis, notariis atque scribis ipsius sanctæ Synodi, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, ac tot quot fuerint necessaria, fieri petiit publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominus Joanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, de Ursinis, Bononiensi, episcopis; Venetiarum, Aquilejensi, Senensi, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, de Chalanco, Remensi, de Fuxo, presbyteris; de Branckasiis, de Flisco, de Comitibus, diaconis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & ceteris prædictis, aliisque regum, principum, prælatorum nobilium, communitatum, universitatum, studiorum & collegiorum ambassiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Introitus conclavis.

Eadem die hora tertia vel quasi post meridiem, reverendissimi, reverendique patres & domini sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, patriarcha Constantinopolitanus, archiepiscopi, episcopi, abbates, venerabilesque domini priores, decani, archidiaconi, doctores, ceterique electores prædicti, domini communitatis civitatis Constantiensis domum pro conclavi paratam, pro electione Romani Pontificis celebranda, more solito intraverunt.

Electio Papæ.

Die Jovis in festo sancti Martini episcopi, undecima supradicti mensis Novembris, reverendissimi, reverendique patres & domini sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, patriarcha, archiepiscopi, episcopi, abbates, aliique electores prædicti in conclavi prædicto exsistentes, reverendissimum in Christo patrem & dominum dominum Odonem de Columna, sancti Georgii ad velum aureum, diaconum cardinalem, de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum, concorditer in Romanum Pontificem elegerunt, qui Martinus Papa quintus nominari voluit. Et sic per serenissimum & invictissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, una cum sancta Synodo, apud prædictam ecclesiam majorem hujus civitatis Constantiensis maximis cum solemnitatibus & lætitia fuit inthronizatus.

Coronatio Papæ.

*Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Martini divina providentia Papa quinti anno primo, die Dominica vigesima prima supradicti mensis Novembris, idem sanctissimus dominus noster more solito & in coronationibus Romanorum Pontificum hactenus observari consueto, fuit apud ecclesiam Constantiensem honorifice coronatus, & demum per dominos sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, aliosque prælatos, ambassiatores, & Romanæ curiæ officiales in sacrosancta Synodo prædicta præsentes, necnon illustrissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem, &c. a dextero; & illustrissimum principem dominum Fridericum marchionem Brandeburgensem, sacri Romani imperii archicamerarium & electorem, a sinistra, lateribus ejusdem domini nostri Papæ per equifrenum in quo sedebat, una cum populosa multitudine processionaliter ab ecclesia Constantiensi prædicta usque ad monasterium sancti Augustini conductus, & per circuitum ad Constantiensem ecclesiam prædictam fuit solemnis-*B *sime reductus.*

SESSIO XLII.

Ex prima editione.

A*Nno Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione undecima, die vero Martis, vigesimaoctava mensis Decembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, domini Martini divina providentia Papa quinti anno primo, fuit sessio generalis in ecclesia majori Constantiæ, sanctissimo domino nostro Papa prædicto personaliter præsente ibidem & præsidente. In quam reverendissimus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis Missam de sanctis Innocentibus devote celebravit. Qua celebrata, reverendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, de mandato sanctissimi* C *domini nostri ac sanctæ Synodi prædictorum, in ambone solito, stans, quamdam bullam infrascripti tenoris publice legit.*

Ex collectione Barberiniana, & mss. uno Germanico.

Anno Domini MCDXVII. indictione undecima, die vero Martii vigesima octava mensis Decembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Martini divina providentia Papæ quinti anno primo, Constantiæ in ecclesia majori in loco solito supradicto, mane hora horologii sexta, vel quasi, fuit congregatio generalis prædictæ sacræ Synodi, sanctissimo domino nostro Papa prædicto personaliter ibidem præsente; in qua reverendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis Missam D de sanctis Innocentibus devote celebravit; qua celebrata, reverendissimus in Christo pater dominus, dominus Guillelmus tituli sancti Marci S. R. E. prædictæ presbyter cardinalis de mandato sanctissimi domini nostri, ac Synodi prædictorum ambonem publicationis decretorum ascendens, quamdam bullam infrascripti tenoris alta & intelligibili voce publice perlegit sub his verbis.

Ex prima editione.

Bulla liberationis factæ domino Imperatori de custodia olim Joannis vigesimitertii Papæ, & traditione domino nostro Papæ factis.

Martinus episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Sigismundo regi Romanorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. E

D*Udum præsens sacrum generale Concilium Constantiense personam Baltassaris Cossa, olim Joannis Papæ vigesimitertii in sua obedientia nuncupati, post illius a papatu per definitivam sententiam ejusdem Concilii canonicam depositionem, per eamdem sententiam ad standum & morandum in aliquo bono & honesto loco sub custodia a tuta nomine dicti sacri Concilii, quamdiu eidem sacro Concilio pro bono unionis ecclesiæ Dei videretur, condemnavit: quem hucusque fideliter & diligenter tam per te, quam per dilectum filium nobilem virum Ludovicum*

a Mſ. tuta, tua.

ANNO CHRISTI 1417.

cum ducem Bavariæ & comitem Palatinum Rheni, tuo nomine sub fide & tuta custodia, honeste & debite, tanquam unionis & pacis zelator & devotus conservasti.

Cum autem nuper nos & nonnullos nationum in eodem Concilio exsistentium deputatos, instanter & sæpe requisiveris, quatenus personam dicti Baltassaris prædictam de tua custodia recipere, teque & eumdem ducem de ejusdem Baltassaris prædicta custodia liberare & exonerare vellemus: Nos attendentes, quantis laboribus & studiis pacem & unionem ecclesiæ omnipotentis Dei nostri fueris prosecutus, satisque esse, quod tu onus dictæ custodiæ jam per biennium & pene per sex menses laboriose, quod pro magno habemus beneficio, subiisti; volentes te ac eumdem ducem, ut justum est, ab omni onere liberare; eodem sacro approbante Concilio, decernimus & ordinamus, personam eamdem dicti Baltassaris nobis aut deputandis a nobis fore tradendam & assignandam: decernentes & declarantes, ac volentes, eodem sacro approbante Concilio, per traditionem & assignationem hujusmodi deputandis a nobis, per te aut dictum ducem, vel alium seu alios tuo nomine faciendam, te ipso quod illas fieri continget, te & ducem eumdem ab omni onere, debito & obligatione dictæ custodiæ, & alias occasione illius contractis apud nos & idem sacrum Concilium ac ecclesiam universalem, esse ac perpetuo remanere liberos, solutos penitus & immunes. Si quis autem hanc paginam decreti, ordinationis, declarationis & voluntatis nostræ infringere præsumpserit, aut ei ausu temerario contraire, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

a Ms. quinto.

Datum Constantiæ in Concilio generali, a sexto Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Quo decreto lecto dominus Joannes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, totius Synodi nomine per verbum, Placet, *respondit.*

Super quibus omnibus & singulis egregius legum doctor dominus Augustinus de Pisis, sacri consistorii & fisci domini domini nostri Papæ advocatus; necnon magister Joannes de Scribanis & Henricus de Piro promotores & procuratores dicti sacri Concilii, nominibus quibus supra, sibi a protonotariis, notariis atque scribis dicti domini nostri Papæ & sacri Concilii, ad futuram rei memoriam, unum vel plura, seu tot quot essent necessaria, fieri petierunt, & quilibet ipsorum petiit instrumentum publicum, seu publica instrumenta, Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis Joanne Ostiensi, Laudensi, de Ursinis, Venetiarum, Pisano, Veronensi, Cameracensi, Tricaricensi, Placentino, de Chalanco, de Fuxo, de Comitibus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus; necnon regum, principum, prælatorum, nobilium, universitatum, studiorum, communitatum & collegiorum ambassiatoribus & nuntiis, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex. ms. Brunsvvic.

Anno, indictione, & Pontificatu, quibus supra, die lunæ, *xxiv.* mensis Januarii, fuit congregatio generalis facta ad mandatum domini nostri Papæ prædicti, in ecclesia majori, & loco sessionis prædicto, ad modum consistorii generalis. Præsentibus ibidem prædicto domino nostro Papa, & serenissimo principe Sigismundo, Romanorum & Ungariæ, &c. rege, super confirmatione ipsius domini nostri regis, & juramenti fidelitatis Romanæ ecclesiæ præstatione.

Ubi reverendus pater dominus Joannes episcopus Curiensi, fecit collationem nomine Imperatoris. Qua facta, dominus noster Papa mandavit sedere ad faciem Concilii. Ubi ipse dominus rex Romanorum venit. Et Papa auctoritate Apostolica confirmavit electionem factam de eo, & supplevit omnes defectus intervenientes in electione, si qui erant commissi.

Qua confirmatione facta, statim ipse dominus rex juravit fidelitatem ecclesiæ Romanæ servandam super cruce sancta: præsentibus ibidem dominis cardinalibus, ambassiatoribus regum, Franciæ, Angliæ, Hispaniæ, Arragoniæ, Navarræ, Cypri, Apuliæ, Norvvegiæ, Daciæ, Sveciæ, & Poloniæ, aliorumque principum, spiritualium & secularium, in numero copioso, pro testibus ad prædicta rogatis.

ANNO CHRISTI 1418.

SESSIO XLIII.

Ex primo editione.

Anno Domini millesimo quadringentesimo decimooctavo, indictione duodecima, die vero Lunæ, vigesimaprima mensis Martii Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri Martini divina providentia Papæ quinti anno primo, Constantiæ in ecclesia majori fuit tenta & celebrata ipsius sacrosanctæ & universalis Synodi Constantiensis sessio publica, sanctissimo domino nostro Papa prædicto præsidente. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis Missam de Spiritu sancto celebravit. Et juxta ritum solitum litaniis & aliis devotis orationibus dictis, idem reverendissimus pater dominus Guillelmus cardinalis nonnulla decreta, sive statuta per dominum nostrum Papam ac Synodum eosdem facta, publice perlegit sub his verbis.

De exemptionibus.

Martinus episcopus servus servorum Dei.

Attendentes, quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii Papæ undecimi prædecessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices, aut pro Romanis Pontificibus se gerentes, & in suis diversis obedientiis reputati, pro sua voluntate, aut b *per importunitatem petentium, nonnullas ecclesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca & personas a jurisdictionibus Ordinariorum tempore dicti Gregorii nullatenus exemptas, vel exempta, de novo a dictorum Ordinariorum jurisdictionibus exemerunt, in grave ipsorum ordinariorum præjudicium: Nos volentes hujusmodi præjudicio obviare, omnes exemptiones ecclesiarum cathedralium, monasteriorum, capitulorum, conventuum, prioratuum, beneficiorum, locorum, personarum quarumcumque, etiam si ex prædictis aliquod monasterium fuerit exemptum, & postea subjectum monasterio diversi habitus vel coloris, a tempore obitus dicti Gregorii undecimi, per quoscumque pro Romanis pontificibus se gerentes, (etiamsi per nos forsan approbata fuerint ex certa scientia, vel innovata parte non vocata,) de novo factas, quæ tamen ante exemptionem hujusmodi nulla exemptione gaudebant, sed simpliciter subjiciebantur* c *ordinariæ jurisdictioni, nullumque ante illud tempus habuerunt initium, exceptis etiam exemptionibus, quæ uni toti ordini & quæ ecclesiis, monasteriis, capitulis, conventibus, beneficiis sive locis, a prædicto tempore sub modo exemptionis aut conditione fundatis, aut contemplatione novæ fundationis, seu Universitatibus studiorum generalium, aut collegiis scholarium, aut per modum confirmationis, augmenti aut additionis facta fuerunt, aut concessa; aut super quibus præsentibus & auditis, quorum intererat, auctoritate competente ordinatum fuerit; seu in quibus ordinarii consenserint; (& omnes exemptiones perpetuas per inferiores a Papa factas,) sacro approbante Concilio revocamus, (etiam si super ipsis lis pendeat indecisa, ipsam penitus extinguentes,) ecclesias, monasteria, & alia loca prædicta in pristinam ordinariorum jurisdictionem* d *reducimus. Cæteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorii habitis vel concessis, nullum volumus per hoc præjudicium generari. Insuper non intendimus exemptiones de cætero facere, nisi causa cognita, & vocatis quorum interest,*

b Ms. Vindobon. pro importunitatem.

Quæ sunt inclusa parenthesi, non sunt in Vindob. ms.

c Vindob. ordinariorum.

Quæ sunt inclusa parenthesi, non sunt in Vind.

d Vind. reducentes.

De unionibus.

Martinus episcopus servus servorum Dei.

a *Uniones & incorporationes a tempore obitus Gregorii undecimi factas seu concessas, cum certa regula dari non possit, ad querelas eorum, quorum* b *interest, (nisi fuerint impetrantes beneficia sic unita,) si non ex rationabilibus causis & veris facta fuerint, licet Apostolica sedis auctoritas intervenerit, revocabimus justitia mediante.*

a Vind. Circa alias vero uniones, &c.

b Vind. interest. Et qua sunt inclusa parenthesi, non sunt in Vind.

De fructibus percipiendis.

Martinus &c.

Fructus & proventus ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum, vacationis tempore obvenientes, juris & consuetudinis vel privilegii dispositioni relinquimus, illosque nobis vel Apostolica camera prohibemus applicari.

De simonia.

Martinus, &c.

Multa contra simoniacam pravitatem ab olim facta sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter exstirpari. Nos volentes de cetero, ut possumus, attentius providere, sacro approbante Concilio declaramus, quod ordinati simoniace, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quævis provisiones simoniaca ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque deinceps facta, nulla sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam acquiratur; nec promoti confirmati, aut provisi faciant fructus suos; sed ad illorum restitutionem, tanquam inique ablata percipientes, teneantur. Statuentes insuper, quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si pontificali aut cardinalatus prafulgeant dignitate.

De dispensationibus.

Martinus, &c.

Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputamus absurdum, ut qui beneficia obtinent, recusent aut negligant officium exercere. Nos igitur, sacro approbante Concilio, omnes dispensationes a quibuscumque pro Romanis Pontificibus se gerentibus concessas quibuscumque electis, confirmatis, seu provisis ad ecclesias, monasteria, prioratus conventuales, decanatus, archidiaconatus, & alia quæcumque beneficia, quibus certus ordo debitus est vel annexus, ne munus consecrationis episcopi, sive c *benedictionem abbatis, aut ceteros debitos aut annexos ordines suscipiant, prater illas qua secundum formam constitutionis Bonifacii octavi, qua incipit*, Cum ex eo, *facta sunt, revocamus: statuentes, ut qui de prasenti illos vel illa obtinent, infra sex menses a die publicationis hujusmodi constitutionis nostra, & qui in posterum obtinebunt, infra terminum juris se faciant consecrari, aut benedici, seu ad alium debitum ordinem promoveri. Alioquin sint ipsis monasteriis, ecclesiis, dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis pro ipso jure privati, & aliis libere conferantur, aut provideatur de illis, ceteris constitutionibus circa hoc editis in suo robore duraturis.*

c Vind. benedictiones habentes.

Sexto decret. lib. 1, tit. 6. cap. 34.

De decimis & aliis oneribus ecclesiasticis.

Martinus, &c.

Præcipimus & mandamus, jura qua prohibent inferioribus a Papa decimas & alia onera ecclesiis & personis ecclesiasticis imponi, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa & utilitate, universalem ecclesiam concernente, & de Consilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium & pralatorum, quorum Consilium commode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel provincia, inconsultis pralatis ipsius regni vel provincia, & ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte, & eo casu per personas ecclesiasticas & auctoritate Apostolica duntaxat leventur.

De vita & honestate clericorum.

Martinus; &c.

Inter ceteros pralatorum & clericorum excessus hoc maxime inolevit, quod spreta in vestibus forma ecclesiastica honestatis, plurimi delectantur esse deformes, & cupiunt laicis conformari, quodque mente gerunt, habitu d *confitentur. Unde prater ceteras qua circa vestes, tonsuram & habitus clericorum, tam in formis quam in coloribus, atque comam seu capillos, vitamque & honestatem clericorum jura statuunt, & qua nimium collapsa sunt tam in secularibus quam in regularibus, sacro approbante Concilio innovamus, & pracipimus diligentius observari. Illum specialiter abusum, eodem approbante Concilio, decernimus penitus abolendum, quod in quibusdam partibus nonnulli clerici & persona ecclesiastica seculares & regulares, etiam (quod magis exsecramur) prælati ecclesiarum, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna sumptuosa superfluitate vestes, etiam fissas retro & in lateribus cum fodraturis ultra oram excedentibus etiam in fissuris deferunt, & cum talibus in ecclesiis cum superpelliciis ac aliis vestibus ad cultum & officium ecclesiasticum ordinatis, etiam intra ecclesias ipsas, in quibus beneficiati exsistunt, non verentur divinis officiis interesse. Hanc vestium deformitatem in quibuscumque personis ecclesiasticis reprobamus, ac usum talium inhibemus: contrarium autem facientes, ut transgressores canonum puniantur: specialiter statuentes, ut quicumque beneficiatus, aut officium in ecclesia gerens, in habitu hujusmodi divinis officiis prasumpserit interesse, pro qualibet vice a participatione proventuum ecclesiasticorum per mensem noverit se suspensum, fructusque illi fabrica illius ecclesia applicentur.*

d Forte, profitentur.

Martinus, &c.

Decernimus & declaramus, sacro approbante Concilio, per decreta, statuta & ordinata, tam lecta in prasenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus ejusdem Concilii, & qua in nostra cancellaria poni volumus, & litteras in forma publica sub sigillo vicecancellarii volentibus, litteras confici, atque tradi huic sacro Concilio, super articulis contentis in decreto super reformatione fienda, die sabbati trigesima mensis Octobris proxime prateriti promulgata, fuisse & esse jam satisfactum.

Quibus decretis ac statutis sic, ut pramittitur, lectis, reverendissimus pater dominus Joannes episcopus Ostiensis, sancta Romana ecclesia cardinalis & vicecancellarius, de voluntate nationum ac ipsius Synodi, & eorum nominibus (ut asseruit) „ respondit in hunc „ modum: De mandato nationum respondeo; quod „ placent nationibus decreta recitata, & cuilibet na„ tioni placet concordia cum ipsa per dominum no„ strum facta, & per pramissa fatentur dicto decre„ to jam esse satisfactum, non intendentes propter„ ea, quod concordata cum una natione, in aliquo „ alteri nationi afferant prajudicium.

Ex mss. Surii, & Lips.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, & eorum quolibet, magister Joannes de Scribanis promotor & procurator sacræ Synodi prædictæ, & fiscalis cameræ Apostolicæ, petiit sibi tam domini nostri Papæ quam Synodi prædictorum nominibus a protonotariis, notariis, atque

quo

ANNO CHRISTI 1418.

que scribis ejusdem Synodi fieri unum vel plura, pu- A blicum seu publica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis in Christo patribus & dominis, dominis Angelo Laudensi, Petro Hispano, episcopis, Antonio Bononiensi, Francisco Venetiarum, Antonio Aquileiensi, Branda Placentino, Antonio de Chalanco, Thoma Tricaricensi, Petro de Fuxo, presbyteris, Ludovico de Flisco, Raynaldo de Branckasiis; & Lucido de Comitibus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, necnon dominorum regum, principum, & universitatum ambassiatoribus, aliisque Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex collectione Barberiniana, & duobus Mss. Germanicis.

ANno MCCCCXVIII. & indictione XI. de quibus su- B pra, die vero Lunæ vigesima prima mensis Martii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Martini divina providentia Papæ quinti anno primo, Constantiæ in ecclesia majori in loco solito, hora horologii sexta, vel quasi, ante meridiem, fuit sacrosanctæ & universalis Synodi Constantiensis prædictæ, sanctissimo domino nostro Papa præsidente, solemniter more solito, sessio publica celebrata; pro cujus sessionis introductione, reverendissimus in Christo pater, & dominus, dominus Guillelmus tituli sancti Marci S.R.E. presbyter Cardinalis Missam de sancto Spiritu devotissime celebravit; hujusmodi quoque Missa finita, reverendissimi, reverendique patres & dominis S.R.E. cardinales, *&c.* mitras, *&c.* ut in aliis. Reverendissimus pater dominus Guillelmus cardinalis prædictus ambonem, *&c.* ascendit, & de mandato domini nostri Papæ ac Synodi prædictorum, sibi super hoc ut asseruit facto, nonnulla decreta seu statuta per do- C minum nostrum Papam, ac Synodum eosdem facta publice, alta, & intelligibili voce perlegit sub his verbis.

Ex mss. Card. Capranicæ & Vindobonensi,

I.

De numero, & qualitate dominorum cardinalium, & modo promotionis eorum.

STatuimus, ut deinceps numerus cardinalium S.R.E. adeo sit moderatus, quod nec sit gravis ecclesiæ: nec superflua numerositate vilescat; qui de omnibus partibus Christianitatis proportionabiliter; quantum fieri poterit, assumantur: ut notitia causarum, & negotiorum in ecclesia emergentium facilius habe- D si possit, & æqualitas regionum in honoribus ecclesiasticis observetur: sic tamen quod numerum 1 XXIII. non excedant, nisi pro honore nationum, quæ cardinales non habent, unus, vel duo, pro semel de consilio, & consensu Cardinalium assumendi viderentur. Sint autem viri in scientia, moribus, & rerum experientia excellentes; doctores in theologia, aut in jure canonico vel civili; præter admodum paucos, qui de stirpe regia, aut ducali, aut magni 2 principes oriundi existant, in quibus competens litteratura sufficiat: non fratres, aut nepotes ex fratre vel sorore alicujus cardinalis viventis; nec de uno ordine Mendicantium ultra unum; non corpore vitiati, aut alicujus criminis, vel infamiæ nota respersi: nec fiat eorum electio per auricularia vota solummodo, E sed etiam cum consilio Cardinalium collegialiter, sicut in 3 pronunciatione episcoporum fieri consuevit: qui modus etiam observetur quando aliqui ex cardinalibus in episcopum assumetur.

II.

De provisionibus ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, dignitatum, & aliorum beneficiorum.

Sanctissimus dominus noster Papa Martinus V. super provisionibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum quorumcumque, vult, & intendit; & mandat observari, quod exceptis ecclesiis, 4 monasteriis, & ceteris beneficiis reservatis in jure, & designatis in extravaganti, *Ad regimen*, 5 modificatum, quantum ad numerum 6 officiorum reducendum ad numerum consuetum. Item quoad 7 capellanos, quod beneficia eorum 8 non reservata, nisi sint magistri, vel doctores, vel licentiati in theologia, jure canonico vel civili; quorum dispositio ad Papam specialiter pertineat. In ecclesiis & monasteriis fiant electiones canonicæ. De monasteriis autem non exemptis, 9 quorum servitus suam taxationem decimæ vigesimæ, Italiam & Hispanos centum quinquaginta, in Italia vero, & Hispaniis sexaginta librarum Turonensium parvorum valorem annuum non excedant, fiant confirmationes aut provisiones per ordinarios secundum canonicas sanctiones. 10 De monasteriis non excedentibus summas prædictas, necnon cathedralibus ecclesiis, electiones ad sedem Apostolicam deferantur: quatenus ad tempus statutum in constitutione Nicolai III. quæ incipit; *Cupientes*, 11 *In sexto decret. l. 1. tit. 6. cap. 16.* præterea exspectat; quo transacto, si non fuerint præsentatæ, vel si præsentatæ minus canonicæ fuerint, Papa provideat. Si vero canonicæ fuerint, Papa eas confirmet; nisi ex causa rationabili & evidenti, & de fratrum consilio, de digniori & utiliori persona duxerit providendum: 12 provisi & confirmati per Papam nihilominus metropolitanum, & aliis præstent debita juramenta & alia consueta. De monasteriis monialium Papa non disponat, nisi sint exempta. Ad episcopales autem dignitates, 13 ut supra, nullus eligatur, nisi doctor, aut licentiatus, cum rigore examinis in theologia, aut jure canonico, vel civili. De ceteris vero dignitatibus, officiis, & beneficiis secularibus, & regularibus ultra reservationes prædictas duæ partes sint in dispositione Papæ, & tertia pars remaneat in dispositione Ordinariorum, ita quod duo prima cedent Papæ & tertium Ordinario: ita quod per quamcumque aliam reservationem, aut prærogativas non minuatur. Item beneficia vacantia per resignationem simplicem, vel ex causa permutationis 14 neutri parti computentur. Item nec vult, nec intendit gratias exspectativas dare, nisi ad unicum beneficium: nisi in Italia, & in Hispania, & in aliis partibus, ubi beneficia 15 sint exilia: neque ad dignitates majores post Pontificales in cathedralibus, neque ad principales in collegiatis, neque ad prioratus conventuales. Dignitates vero majores post Pontificales in cathedralibus, & principales in collegiatis, nullis nisi doctoribus, aut bacalauriis formatis in theologia, vel doctoribus, aut licentiatis in jure canonico, vel civili, conferri valeant; nec ad illas quis assumatur, nisi forte propter tenuitatem ipsorum infra mensem a die vacationis nullus inveniatur talis, qui 16 illam voluerit acceptare. Ceteris autem litteratis in prærogativis 17 litterarum providebitur. Item quod in parti data gratiarum exspectativarum ad earum collationem graduatus non graduato præferatur: & 18 in gradibus diœcesanus præferatur non diœcesano.

III.

1 Mss. Vindob. & Victor. *viginti quatuor*. 2 Mss. iidem, *principis*. 3 Ms. Vind. *promotione*. Victorin, *promotionibus*. 4 Ms. Vind. *monasteriis, dignitatibus, & ceteris*. 5 Ms. Vind. *modificata*. 6 Ms. Vind. *officialium*. 7 Vind. *capellarios honoris*. 8 Vind. *non sint reservata*. 9 Vind. *quorum fructus secundum taxam communem decima extra Italiam & Hispaniam*, &c. 10 Vind. *De monasteriis vero excedentibus*. 11 Vind. *Papa exspectet*. 12 Vind. *proviso quod confirmati & provisi .... metropolitanis & aliis*, &c. 13 Vind. & supra. 14 Vind. *neutra Papa computant*. 15 Vind. *sunt*. 16 Vind. *illa*. 17 Vind. *datarum*. 18 Vind. *in gradibus paribus*.

III.

Decretum,

Multorum temporum experientia docuit, quod dilationes eligendi, aut alias providendi ecclesiis, monasteriis vel aliis dignitatibus, quibus de Jure, vel consuetudine per electionem est providendum, quae a nostris praedecessoribus etiam in generalibus Conciliis statuuntur; tam praetextu vocationis absentium, quam alias, nimirum diuturnas damnationes, vexationes & onera gravia expensarum inducant: quibus providere volentes, sacro approbante concilio statuimus, ut deinceps vacantibus ecclesiis 1, ii, ad quos pertinebat eligere, a die notae vacationis 2 ab ecclesia; monasterio, sive loco per xx. dies 3 continue absentes exspectent: quibus elapsis, ii qui praesentes fuerint, absque alia vocatione absentium libere ad electionem procedant. 4 Si infra quadraginta dies a die notae vacationis praedictae non elegerint, locum habeant statuta super hoc in generali concilio: quae 5 & alia circa hoc edita volumus in suo robore permanere.

IV.

De Annatis rubrica.

Pro sustentatione summi Pontificis, & fratrum suorum S. R. E. cardinalium de ecclesiis, & monasteriis virorum dumtaxat, vacantibus, & vacaturis, solventur pro fructibus primi anni a die vacationis, summae pecuniarum in libris camerae Apostolicae taxatae, quae communia servitia nuncupantur. Si quae vero 6 male taxata sunt, juste 7 taxentur: & provideatur specialiter in gravatis regionibus, secundum qualitatem rerum, temporum & regionum, ne nimium 8 pergraventur: ad quod dabuntur commissarii, qui diligenter inquirant, & 9 taxent. Taxae autem praedictae pro media parte 10 infra annum: Et si infra annum bis vacaverit, semel tantum solvetur. Nec debitum hujusmodi in successorem in ecclesia, vel monasterio transeat. De ceteris autem dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis saecularibus, & regularibus quibuscumque, quae auctoritate sedis Apostolicae conferuntur, vel providebitur in eisdem, praeterquam vigore gratiarum exspectativarum, aut causa permutationis, solvetur valor fructuum, primi anni pro media parte infra sex menses a die 11 adeptae possessionis: & infra alios sex menses pro alia media parte: & debitum hujusmodi in successorem beneficio non transeat.

V.

De causis tractandis in Romana curia, vel extra.

Causae quae ad forum ecclesiasticum de jure, vel consuetudine non pertinent, per curiam Romanam non 12 accipientur, de illis cognoscendo in curia vel extra committendo, nisi de consensu partium: 13 qui non ad forum ecclesiasticum, ut praemittitur, pertinent, & de jure sunt per appellationem aut aliter ad Romanam curiam devolutae, aut de sua natura 14 tractandae, in ea tractentur. Ceterae committantur in partibus; nisi forte pro causae, 15 an personarum qualitate illas tractare in curia expediret, pro justitia consequenda, vel de partium consensu in curia tractarentur. Matrimoniales tamen causae in prima instantia, praeter appellationem, non committantur in curia, nisi 16 in casibus proxime dictis. Item ad refraenandum appellationes frustratorias, quae ante diffinitivas sententias interponuntur; ordina-

A mus, quod 17 injustae seu frivolae appellationes ab interlocutoria, vel gravamine, ultra condemnationem expensarum, damnorum & interesse, in decem 18 florenis, si appellatio interponatur in curia; & in viginti, si de partibus ad curiam parti appellatae condemnetur. Et quod super eadem 19 interlocutoria, vel gravamine, secundo appellare non liceat, nisi haberent vim diffinitivae.

VI.

De exemptionibus.

Attendentes quod a tempore obitus felicis recordat. Gregorii Papae XI. praedecessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices, aut pro Romanis Pontificibus se gerentes, & in suis diversis obedientiis reputati, pro sua voluntate, aut pro importunitate petentium, non- B nullas ecclesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca, & personas a jurisdictionibus ordinariorum tempore dicti Gregorii nullatenus exemptas, vel exempta, de novo 20 apud dictorum ordinariorum jurisdictionem exercuerunt, in grave ipsorum ordinariorum praejudicium. Nos volentes hujusmodi praejudicio obviare, omnes exemptiones ecclesiarum, monasteriorum, capitulorum, conventuum, praepositurarum, beneficiorum, locorum, & personarum quarumcumque, etiamsi ex praedictis aliquod monasterium fuerit exemptum, & postea subjectum monasterio diversi habitus, vel coloris, a tempore obitus dicti Gregorii XI. per quoscumque pro Romanis Pontificibus 21 se gerentibus, de novo factas; quae tamen ante exemptionem hujusmodi nul- C la exemptione gaudebant, sed simpliciter subjiciebantur 22 ordinariae jurisdictioni, nullumque ante illud tempus initium habuerunt; etiam exceptis exemptionibus, quae uni toti ordini, & quae ecclesiis, monasteriis, capitulis, conventibus, beneficiis, fundatoribus, sive Universitatibus studiorum generalium, aut per modum confirmationis, augmenti, aut additionis, factae fuerunt aut concessae: aut super quibus praesentibus & auditis quorum intererat, auctoritate competenti ordinatum fuerit: seu in quibus ordinarii consenserint; sacro approbante Concilio, revocamus: ecclesias, monasteria, & alia praedicta in pristinam 23 ordinariorum jurisdictionem reducentes. Ceteris autem exemptionibus ante obitum 24 dicti Gregorii XI. per eos qui pro summis Pontificibus in D eorum obedientiis reputati fuerunt, factas, seu concessas, quae effectum non sortitae fuerunt. Item omnes etiam quae effectum non sortitae fuerunt de perpetuis vicariis factas; & concessiones omnes juris patronatus, seu praesentandi, factas laicis ecclesiarum seu beneficiorum, quae non fundaverunt 25 seu dotaverunt. Circa alias vero uniones quae effectum jam sortitae fuerunt cum certa regula dari non possit, 26 & querelas eorum, quorum intererat, si non ex rationabilibus causis vel veris factae fuerint, licet Apostolicae sedis auctoritas supervenerit, revocabimus justitia mediante, vel aliter secundum juris exigentiam providebimus: 27 (vel si nationibus placet, fiat revocatio pro praesenti.)

E

VII.

De commendis.

Item, dominus noster Papa 28 ordinavit, quod in posterum monasteria, aut magni prioratus conventuales, habere consueti his temporibus ultra decem religiosos in conventu, & officia claustralia; dignitates majores post Pontificalem in cathedralibus, sive eccle-

1 Vind. addit, *monasteriis & dignitatibus praedictis*. 2 Vind. *in ecclesia*. 3 Vind. *continue exspectent*. 4 Vind. *Qui si*. 5 Vind. *& alia jura circa*, &c. 6 al. *excessive*. 7 Vind. *retaxentur*. 8 Vind. *praegraventur*. 9 Vind. *retaxent*. 10 Vind. *infra annum a die habitae possessionis solventur: & pro media parte alia infra sequentem annum. Et si bis in anno vacaverit*, &c. 11 Vind. *habita*. 12 Vind. *recipiantur*. 13 Vind. *qua vero ad forum*, &c. 14 Vind. *in illa tractanda, tractantur in ea*. 15 Vind. *aut personarum*; al. *&*. 16 Vind. *in causis*. 17 Vind. *injuste seu frivole appellantes*. 18 Vind. *florenos*. 19 Vind. *locutorio*. 20 Vind. *a dictorum ordinariorum jurisdictionibus exemerunt*.
21 Vind. *se gerentes*. 22 Vind. *Ordinariorum*. 23 Vind. non habet *ordinariorum*. 24 Vind. *dicti Gregorii habitis vel concessis, nullum volumus per hoc praejudicium generari. Revocamus etiam omnes uniones & incorporationes a tempore obitus Gregorii XI*. 25 Vind. *nec dotaverunt*. 26 Vind. *ad querelas*, & non *intererit*. 27 Quae sunt inclusa parenthesi, non sunt in Vindob. 28 Vind. *ordinat*.

ANNO CHRISTI 1418.

clesiæ parochiales, nulli prælato [1] etiam cardinali, dentur in commendam: Datæ autem & dati a quanquam commendatariis loco illorum [3] de æquivalenti providetur: post pacificam possessionem adeptam [4] illas dimittant. Una etiam ecclesia metropolitana uni cardinali, vel patriarchæ concedi poterit, provisionem aliam sufficientem non habenti.

VIII.

De fructibus medii temporis.

Item, sanctissimus dominus noster Papa fructus & proventus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum vacationis tempore obvenientes [5] (juris & consuetudinis, vel privilegii dispositioni) relinquit, illosque sibi, vel Apostolicæ cameræ prohibet applicari.

IX.

De non alienandis, & alienatis rebus ecclesiasticis.

Volentes [6] ecclesiarum indemnitatibus providere, omnes alienationes rerum immobilium & jurium, necnon concessionem vicariatuum, terrarum, civitatum & dominiorum Romanæ ecclesiæ, ultra quinquennium sine Concilii consensu, & subscriptione majoris partis cardinalium illius obedientiæ: necnon omnes alienationes rerum similium aliarum ecclesiasticarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum, sine consensu libero rectorum & ministrorum eorumdem per quoscumque pro Romanis Pontificibus se gerentes, a tempore felicis recordationis Gregorii XI. prædecessoris nostri, factas & concessas, sacro approbante Concilio penitus revocamus. Alienationes vero per prælatos, rectores [7] & ministros de rebus similibus ecclesiarum, vel monasteriorum, aut aliorum suorum beneficiorum, præter aut contra juris formam factas, nullas fuisse & esse declaramus, & etiam revocamus: res ipsas, aut terras, civitates atque dominia, ad jus & proprietatem ecclesiarum, monasteriorum & beneficiorum ipsorum reducentes. Volumus etiam, & intendimus, quod regimina terrarum, provinciarum, civitatum & dominiorum ecclesiæ Romanæ, quas pro tempore possidebit, nulli nisi Cardinali vel prælato ecclesiastico, & ultra quam in iis, quæ requirunt ministeria laicorum: sed nec vicariatus terrarum ecclesiæ Romanæ ultra triennium & de cardinalium consilio concedantur, vel etiam committantur. De ceteris autem alienationibus, si qui gravari se senserint, querelam exponant apud Apostolicam sedem; per quam, ut fieri poterit, providebitur de remedio competenti.

[8] X.

De simoniacis.

[9] Multæ per simoniacam pravitatem olim ab Joanne factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit exstirpari. Nos volentes, ut possumus, attentius providere, sacro approbante Concilio, declaramus quod ordinati simoniace ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes & quæ provisiones ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, seu ad illa, nulla sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam acquiratur; nec faciat fructus suos; sed ad illorum restitutionem tanquam inique ablatorum, percipientes teneantur. Statuentes insuper, quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etsi Pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate. Districtius inhibentes, juxta etiam antiqua statuta canonum, quod pro ordinibus, etiam clericali tonsura, ordinans nihil recipiat, cum ad id sint fructus ecclesiastici deputati. Quodque notarii pro litteris super ordinum prædictorum collatione pro prima clericali tonsura [10] unum, pro quatuor minoribus ordinibus unum, pro quolibet sacro ordine [11] similiter unum grossum de camera, quorum decem faciunt florenum de camera, recipiant. Quod si contra [12] fecerint, canonicis subjaceant institutis.

XI.

De dispensationibus.

Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputantes absurdum, ut qui beneficia obtinent, recusent aut negligant officium exercere. Nos igitur, sacro approbante Concilio, omnes dispensationes a quibuscumque pro Romanis Pontificibus se gerentibus concessas quibuscumque [13] clericis consecratis, seu provisis ad ecclesias, monasteria, prioratus conventuales, diaconatus, archidiaconatus, & alia quæcumque beneficia, quibus certus ordo debitus est, vel annexus, aut de illis, ne munus consecrationis episcopi, seu benedictionis habens, aut ceteros debitos aut annexos ordines suscipiant; præter [14] illos qui secundum formam cap. *Cum ex eo*, factæ sunt, revocamus: statuentes ut qui de præsenti illas vel illa obtinent, infra sex menses a die publicationis hujusmodi constitutionis nostræ, & quæ in posterum obtinebunt, infra annum a die possessionis adeptæ se faciant consecrari aut benedici, sive ad alium debitum ordinem promoveri; alioquin sint ipsis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis prædictis ipso jure privati, & aliis libere conferantur, aut provideatur de illis. Ceteris constitutionibus circa hoc editis, in suo robore duraturis.

XII.

Decretum.

Et quia multi episcopi, & eorum superiores, atque abbates, in quibus major debet esse solicitudo curæ [15] & Pontificalis officii, plerumque extra ecclesias, diœceses & monasteria commorantur, propter quod negligitur officium pastorale: eodem approbante Concilio, statuimus quod episcopi, & superiores hujusmodi in suis ecclesiis & diœcesibus, abbates autem in suis monasteriis personaliter resideant: a quibus si sex menses [16] continue absuerint, a perceptione fructuum [17] & proventum per biennium sint privati: qui fructus & proventus in utroque casu cathedralibus ecclesiarum, & conventibus monasteriorum applicentur. Si vero per biennium absuerint, ipsis ecclesiis, & monasteriis decernimus esse privandos: nullumque eis in aliquo casuum prædictorum cujusvis generalis studii, privilegium suffragetur, nec illis gaudeant quovis modo.

Ordinat dominus noster, quod ad ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus conventuales, aut parochia-

---

1 Vind. *etiam cathedrali, dentur*. 2 Vind. *quamprimum commend.* 3 Vind. *de æquitate*. 4 Vind. *illos*. 5 Quæ sunt inclusa parenthesi, non sunt in Vind. 6 Vind. non habet *ecclesiarum*. 7 Vind. *aut ministros*. 8 Hic inserendus est articulus respondens decimo tertio ex articulis Reformationis fiendæ per papam decretis supra in Sessione XL. scil. *Item, propter quæ & quomodo Papa possit corrigi & deponi*. Hunc articulum in Excerptis ex Codice Capranicensi non invenit Labbeus; eum tamen Schelstrate aliquoties notavit in actis p. 72. & 273. restituitque; & est ex Ms. Vindobonensi, ac Gothano: *Non videtur, prout nec visum fuit in pluribus Nationibus, circa hoc aliquid novum statui, vel decerni*. 9 Vind. *Multa contra simoniacam pravitatem ab olim facta sunt*, &c. 10 Vind. *non ultra unum*. 11 Vind. non habet, *similiter*. 12 Vind. *faciant*. 13 Vind. *electis, confirmatis, seu provisis*. 14 Vind. *illos qui*. 15 Vindob. *& officii pastoralis*. 16 Vind. *continuos*. 17 Vind. *& proventuum eorumdem per annum integrum: & si per annum absuerint, ab eorum fructuum & proventuum perceptione per biennium*, &c.

rochiales ecclesias super defectu ætatis ultra triennium nullatenus dispensetur; nisi forte in ecclesiis cathedralibus ex ardua & evidenti causa de Consilio cardinalium, seu majoris partis illorum, videretur aliter dispensandum.

Item, dominus noster in gravibus & arduis casibus sine Consilio cardinalium non intendit dispensare.

Extravag. Joan. XXII. tit. 3. cap. 1.

Circa beneficia incompatibilia obtinentes, in quibus multi reperiuntur excessus, constitutionem felicis recordationis Joannis XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit, *Exsecrabilis*, salva moderatione in eo quod in ea dicitur de uno curato beneficio cum non curato [1] compatibili, tamen licite retinendis; ad duo etiam curata, dummodo non sint duæ parochiales ecclesiæ, extendimus, sacro approbante Concilio, innovamus, atque contenta in illa secundum illius formam & tenorem de novo statuimus, & ordinamus; contenta in illa volentes diligentius observari.

XIII.

De provisione Papæ & cardinalium.

Romano Pontifici & S.R.E. cardinalibus pro illorum sustentatione rebus Romanæ ecclesiæ stantibus, ut sunt, non videtur aliter posse provideri, quam hucusque factum est: scilicet per beneficia, & communia servitia, quæ vacantiæ nuncupantur. Verum circa beneficiorum qualitatem taliter duximus providendum, quod nulli cardinali monasteriorum, prioratus conventualis, ultra numerum x. religiosorum secundum moderna tempora habere consuetus, nulla major dignitas post pontificalem in cathedralibus, aut parochialibus, etiam nullum officium claustrale, nullum xenodochium, hospitale, eleemosynaria, seu leprosaria in titulum vel administrationem conferantur. Et si quæ talia nunc obtinent, quam primum Papa loco illorum de alio æquivalenti providebit, illa dimittere teneantur, sicut superius de commendis est dictum. Proviso, quod nullus cardinalis de proventibus ecclesiasticis non habeat ultra valorem sex millium florenorum.

Statuimus quod singuli cardinales, monasteria, aut prioratus conventuales habentes ultra numerum XII. religiosorum secundum consuetudinem temporum modernorum, habeant in illis vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus religiosum. Poterunt tamen iidem cardinales ad regimen temporalium a [2] sub dicta vicaria alias personas substituere: & nitentur quantum poterunt per ecclesiasticas personas hoc agere. [3] Constitutus tamen ad regimen hujusmodi dictus vicarius sine consensu cardinalis non valeat removeri. In minoribus autem beneficiis constituant vicarium in spiritualibus: cetera per alias personas, & quantum poterunt, ut præmittitur, per ecclesiasticas hoc faciant. Nulli autem laico monasteria, aut beneficia hujusmodi locent, aut ad firmam, aut [4] arrendamentum dent. Teneantur etiam [5] illi tenere unum religiosum secundum moderna tempora consuetum; & maxime [6] qui erant antequam cardinales, quando illa beneficia, aut monasteria obtinerent: nisi postmodum fructus, & redditus eorum sine culpa cardinalium erunt adeo diminuti, quod ad sustentationem prioris & tot religiosorum non sufficerent. Superiores autem dictorum monasteriorum & prioratuum, quibus jus visitandi competit, illa poterunt visitare, & defectus caritative corrigere, & quæ in illis reparanda viderint, aut [7] relapsa maxime per culpam cardinalium, [8] vel eorum ministrorum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, illa gubernatoribus illorum injungant reparari, secundum facultatem monasteriorum, & beneficiorum hujusmodi: deducto, quantum abbas, & prior, si essent, secundum communem modum pro statu suo expenderent. Quod si in [9] perficiendis iis, quæ in præmissis injuncta fuerint, gubernatores prædicti fuerint negligentes; superiores ipsi tantum sedi Apostolicæ & cardinalium dignitati deferant, quod semel summo Pontifici & cardinalibus ipsis studeant intimare, qui super iis providere curabunt. Quod si non fecerint infra terminum competentem, superiores ipsi sua auctoritate provident, [10] secundum jura facere possunt, si per abbates, & religiosos dicta monasteria, vel prioratus obtinerentur, quocumque privilegio non obstante.

XIV.

De indulgentiis fiat decretum.

Cavebit dominus noster Papa in futurum nimiam indulgentiarum effusionem, ne vilescant; & in præteritum concessas ab obitu Gregorii XI. citra perpetuas; item quæ dicuntur de pœna & culpa, sive de plena remissione, concessas locis; item omnes concessas ad instar alterius indulgentiæ, revocat & annullat.

X V.

De decimis, & aliis oneribus ecclesiasticis.

Præcipimus & mandamus jura, quæ prohibent inferioribus a Papa decimas & alia onera ecclesiis & personis ecclesiasticis imponere, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponentur, quod & nostris successoribus indicamus non imponi generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa & utilitate universalem ecclesiam concernente, & de Consilio & consensu ac subscriptione fratrum, & prælatorum, quorum Consilium faciliter haberi poterit: nec specialiter in aliquo regno, vel provincia, inconsultis prælatis illius regni, vel provinciæ.

Ex ms. Parisiensi Bibliotheca S. Victoris.

Copia certarum Constitutionum, in Concilio generali Constantiensi factarum, quæ fuerunt præsentatæ in curia Parlamenti regii Parisiensis, per dominum Martinum episcopum Atrebatensem, anno Domini MCCCCXVIII. die x. Mensis Junii; sed non acceptata per eamdem curiam.

UNiversis & singulis, Joannes miseratione divina episcopus Hostiensis, S. R. E. cardinalis & vicecancellarius, salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. Si juxta laudabilem antiquorum sententiam & providum sapientum Consilium, dignum est ea quæ in majorum consultissima providentia in subjectorum gratiam & commoda geruntur, scripturæ testimonio redigere; dignum est per consequens & rationi consentaneum, ut adeo nota fiat ecclesiæ eorum veritas, quod inde nec desit pacificis opportuna provisio, nec usquequaque perversis sub ignorantia variandi supina facilitas relinquatur. Cum itaque nuper inter sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Martinum, divina providentia Papam V. & reverendos patres, prælatos, necnon egregios & circumspectos viros, ambassiatores, procuratores, doctores & magistros, ceterosque, venerabilem nationem Gallicanam in generali Concilio Constantiensi repræsentantes & facientes, nonnulla capitula concordata, & ab utraque parte sponte suscepta; necnon de dicti domini nostri Papæ mandato in libro cancellariæ sanctæ Romanæ ecclesiæ, in quo Romanorum Pontificum constitutiones & ordinationes solent conscribi, ad futuram rei certitudinem, nobis operam dante, prout ad nostrum spectat officium, die xv. mensis Aprilis, Ponti-

1 Vind. *incompatibili*. 2 Vind. *sub dicto vicario*. 3 Vind. *Constitutus*, & mox *revocare*. 4 Vind. *arradimentum*.
5 Vind. *in illis tenere numerum religiosorum*. 6 Vind. *quot erant, antequam cardinales ipsi illa*, &c.
7 Vind. *collapsa*. 8 Vind. *vel suorum*. 9 Vind. *conficiendis*. 10 Vind. *secundum jura & canonicas sanctiones: procedendo contra gubernatores ipsorum principales, &c. quemadmodum facere possent, si per*, &c.

tificatus domini nostri Papæ anno primo conscripta fuerunt; ac demum de simili mandato in audientia contradictarum, die secunda mensis Maii, anno quo supra, lecta & publicata: adjectoque quod sub nostrarum litterarum testimonio indigens quisque sibi testimonium sumere valeat, in toto, vel in ea parte, qua indigeret eorumdem; nos ad reverendi patris in Christo domini Martini episcopi Atrebatensis instantiam, capitula hujusmodi, sicut præfertur, concordata & sponte suscepta, ex integro ex libro prædicto de verbo ad verbum fideliter transcribi & præsentibus annotari fecimus, quorum tenor sequitur in hunc modum:

I. De numero & qualitate dominorum cardinalium.

Martinus &c. Statuimus, ut deinceps numerus cardinalium S. R. E. adeo sit moderatus, quod nec sit gravis ecclesiæ, nec superflua numerositate vilescat. Qui de omnibus partibus Christianitatis proportionaliter, quantum fieri poterit, assumentur: ut notitia causarum & negotiorum in ecclesia emergentium facilius haberi possit, & æqualitas regionum in honoribus ecclesiasticis observetur. Sic tamen quod numerum viginti quatuor non excedat, nisi pro honore nationum, quæ cardinales non habent, unus vel duo pro semel de consilio & assensu cardinalium assumendi viderentur. Sint autem viri in scientia, moribus, & rerum experientia excellentes, doctores in Theologia, aut in jure canonico, vel civili, præter admodum paucos, qui de stirpe regia, vel ducali, aut magni principis oriundi existant, in quibus competens litteratura sufficiat: non fratres aut nepotes ex fratre vel sorore alicujus cardinalis viventis: nec de uno Ordine Mendicantium, ultra unum: non corpore vitiati, aut alicujus criminis aut infamiæ nota respersi. Nec fiat eorum electio per auricularia vota solummodo, sed etiam cum consilio cardinalium collegialiter, sicut in promotionibus episcoporum fieri consuevit. Qui modus etiam observetur, quando aliquis ex cardinalibus in episcopum assumetur: nisi dominus noster pro utilitate ecclesiæ, & de consilio majoris partis cardinalium aliter usque ad duos pro semel duntaxat duxerit providendum. Die Lunæ XXI. Martii, anno Domini MCCCCXVIII. in sessione generali sacri concilii lecta & publicata, per organum domini cardinalis sancti Marci, in ambone.

II. De provisione ecclesiarum, monasteriorum, & reservationibus sedis Apostolicæ, ac collationibus beneficiorum, & gratiis exspectativis: necnon de confirmatione electionum.

Sanctissimus dominus noster Papa Martinus V. super provisionibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum quorumcumque, utetur reservationibus juris scripti & constitutionis, *Exsecrabilis*, & *Ad regimen*, modificatæ ut sequitur:

„ Ad regimen ecclesiæ generalis quamquam immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quod per nostræ diligentiæ studium ad quarumlibet ecclesiarum & monasteriorum regimina, & alia beneficia ecclesiastica juxta divinum beneplacitum & nostræ intentionis affectum viri assumantur idonei, qui prosint & præsint committendis eis ecclesiis, monasteriis, & beneficiis prælibatis. Præmissorum nempe consideratione inducti, & suadentibus nobis aliis rationabilibus causis nonnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, omnes patriarchales, archiepiscopales, episcopales ecclesias, monasteria, prioratus, dignitates, personatus & officia, necnon canonicatus & præbendas ac ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, sæcularia & regularia, quæcumque & qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueverint vel debuerint per electionem vel quemvis alium modum assumi; tunc apud sedem Apostolicam quocumque modo vacantia, & in posterum vacatura; necnon per depositionem, vel privationem, seu translationem, per nos seu auctoritate nostra factas, & in antea fiendas, ubilibet necnon ad quæ aliqui in concordia vel discordia electi vel postulati fuerint; quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio & admissa auctoritate nostra exstiterit, seu quorum electorum vel postulatorum, & in antea eligendorum vel postulandorum electionem cassari, vel postulationem repelli, aut renunciationem admitti per nos vel auctoritate nostra continget, apud sedem Apostolicam, vel alibi ubicumque, & etiam per obitum cardinalium ejusdem Romanæ vel officiorum dictæ sedis, quamdiu ipsa officia actualiter tenebant; videlicet vicecancellarii, camerarii, septem notariorum, auditorum litterarum contradictarum, & Apostolici palatii causarum auditorum, correctorum, centum & unius scriptorum litterarum Apostolicarum, & XXIV. pœnitentiariæ præfatæ sedis, & XXV. abbreviatorum sedis ejusdem; necnon verorum commensalium nostrorum, & aliorum XXV. capellanorum sedis ejusdem, in pictacio descriptorum; & etiam quorumcumque legatorum seu collectorum, ac in terris Romanæ ecclesiæ rectorum, & thesaurariorum, aut missorum hactenus deputatorum, seu deputandorum aut mittendorum, in posterum vacantia, & in antea vacatura; ubicumque dictos legatos vel collectores, seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis: necnon quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam curiam venientium, vel etiam recedentium ab eadem, si in locis a dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus jam forsan obierint, vel eos in antea transire de hac luce contigerit. Ac etiam simili modo quorumcumque curialium, peregrinationis, infirmitatis aut recreationis seu alia quacumque causa ad quævis loca secedentium, si antequam ad dictam curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia, ut præmittitur, non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat, jam forsan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoveri, nunc per obitum hujusmodi vacantia & in posterum vacatura: rursus monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas & ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, sæcularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcumque & qualiacumque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueverint seu debuerint per electionem seu quemvis alium modum assumi, quæ promoti per nos vel auctoritate nostra ad patriarchalium, archiepiscopalium vel episcopalium ecclesiarum, necnon monasteriorum regimen obtinebunt tempore promotionum de ipsis factarum, nunc quocumque modo vacantia seu in posterum vacatura. Necnon etiam quæ per assecutionem pacificam quorumcumque prioratuum, personatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum ecclesiasticarum ac beneficiorum aliorum, per nos sive auctoritate litterarum nostrarum immediate collatorum, seu conferendorum in posterum; præterquam si virtute gratiæ exspectativæ assecutio fiat, nunc vacantia & in antea vacatura: plena super præmissis omnibus & singulis cum fratribus nostris collatione præhabita, & matura deliberatione secuta, ordinationi, dispositioni, ac provisioni nostræ usque ad quinquennium, de ipsorum fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica reservamus. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super præmissis & quolibet eorumdem per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis, quatenus obsistere possent superius enarratis articulis, vel alicui seu aliquibus eorumdem, dicto quinquennio durante. Alias autem constitutiones & reservationes contrarias per nos factas seu in cancellaria servari mandatas revocantes. Nulli ergo hominum liceat, &c.

In ceteris vero ecclesiis & abbatiis fient electiones canonicæ. De abbatiis autem, sedi Apostolicæ non immediate subjectis, quarum fructus, secundum taxationem decimæ, CC. librarum Turonensium parvorum, in Italia vero & Hispania, LX. librarum Turonensium parvorum valorem annum non

excedunt, fiant confirmationes aut provisiones canonicæ per illos ad quos alias pertinet; nec communia nec minuta pro eis solventur servitia.

De abbatiis vero excedentibus summas prædictas, necnon cathedralibus ecclesiis, electiones ad sedem Apostolicam deferentur, quas ad tempus constitutum in constitutione Nicolai III. quæ incipit, *Cupientes*, Papa expectet. Quo facto, si non fuerint præsentatæ vel si præsentatæ, minus canonicæ fuerint, Papa provideat. Si vero canonicæ fuerint, Papa eas confirmet: nisi ex causa rationabili, & de fratrum consilio aliter duxerit providendum: proviso, quod confirmati & provisi per Papam, nihilominus metropolitanis & aliis præstent debita juramenta, & alia, ad quæ de jure vel consuetudine tenentur.

De ceteris autem beneficiis, salvis reservationibus jam dictis, majoribus dignitatibus post Pontificales in cathedralibus, & principalibus in collegiatis, & prioratibus, decanatibus seu præpositiuris conventualibus: jure ordinario provideatur per prælatos, & alios provisores inferiores, ad quos alias pertinet, nec computentur in turno seu vice eorum.

De aliis quibuscumque dignitatibus, officiis, & beneficiis medietas sit in dispositione Papæ, alia medietas in dispositione collatorum, patronorum, & constituentium ordinariorum, seu provisorum. Et alternatis vicibus unum cedat Apostolico, & aliud collatori, patrono, aut provisori. Ita quod per quamcumque aliam reservationem, seu affectationem, aut prærogativas, ultra prædictas, vel alias dispositiones Apostolicas, seu gratias exspectativas, non fiat collatori, patrono, vel provisori, præjudicium in dicta medietate.

Ubi autem in his quæ cadunt sub exspectativis non appareret aliquis exspectans, infra mensem legitime acceptans, & provisus, intra tres menses collatorem seu vicarium certificans, a die notæ vacationis in loco beneficii, is ad quem pertinet, conferat seu disponat, dispositioque medio facta tempore valeat, nec ei computetur in sua vice.

Item, beneficia vacantia per resignationem simplicem non cadent sub exspectativis. Et ista, & illa, quæ ex causa permutationis conferentur, neutri parti computentur. Quia circa qualitates graduatorum, nobiliumque, & litteratorum, ad effectum promotionis eorum ad dignitates, honores, & beneficia ecclesiastica, quorum suffragiis indigere noscitur ecclesia, nondum haberi potuit plenaria concordia; dominus noster cum deputandis ad hoc per nationes singulas, quantum fieri commode poterit, providebit.

III. De Annatis.

Sanctissimus dominus noster, pensatis guerrarum cladibus atque variis dispendiis, quibus, proh dolor! regnum Franciæ his temporibus concutitur: pio ei compatiens affectu, non vult nec intendit levari seu percipi ultra medietatem fructuum primi anni, seu communium & minutorum servitiorum, ecclesiarum, seu abbatiarum, quæ in ipso regno, & provincia Delphinatus in posterum vacabunt, usque ad quinquennium: Quam medietatem vult levari atque exsolvi pro media parte infra octo menses, a die habitæ possessionis pacificæ computandos: pro alia vero medietate infra alios octo menses subsequentes. Et idem vult & intendit observari circa jam promotos & assumptos a tempore assumptionis ejusdem. Nec debitum ejusmodi in successorem in ecclesia vel monasterio transeat. Si vero ecclesia vel bis in anno vacaverit, vel pluries; vult & ordinat, quod non solvatur nisi semel commune servitium, sed nec etiam minuta. De ceteris autem dignitatibus, personatibus, & beneficiis, sæcularibus & regularibus quibuscumque, quæ auctoritate sedis Apostolicæ conferentur; præterquam vigore gratiarum exspectativarum, aut causa permutationis, persolvatur taxa fructuum secundum moderationem extravagantis, *Susceptis regiminis*, domini Joannis Papæ XXII. pro medietate infra sex menses, a die possessionis pacificæ computandos, & pro medietate alia infra alios sex menses subsequentes. Et debitum hujusmodi ad successorem in beneficio non transeat. Nec aliquid solvatur de beneficio, quod valorem XXIV. florenorum non excedit. De monasteriis autem monialium nihil penitus solvatur.

Quæ omnia in præsenti capitulo contenta locum habeant pro tota natione Gallicana; excepta dumtaxat remissione communium & minutorum servitiorum. Debita temporis præteriti remittuntur pro medietate, solventibus aliam medietatem infra sex menses: quæ debita solvantur collectoribus in Galliis; qui tamen non habeant aliquam coercitionem nisi in Galliis, ubi dominus noster disponet.

Item, non intendit dominus noster, nec vult, quod gratiæ exspectativæ se extendant ullo modo ad officia claustralia, quorum fructus quatuor librarum Turonensium parvorum, oneribus supportatis, valorem annuum non excedunt; nec etiam ad hospitalia, xenodochia, eleemosynaria, vel leprosaria. Nec computentur in turno seu vice collatorum seu provisorum.

IV. De causis in Romana curia tractandis vel non.

Causæ quæ ad forum ecclesiasticum de jure vel consuetudine non pertinent, per curiam Romanam non recipientur, de illis cognoscendo in ipsa, vel extra committendo, nisi de consensu partium. Quæ vero ad forum ecclesiasticum, ut præmittitur, pertinent, & de jure sunt per appellationem aut aliter ad Romanam curiam legitime devolutæ, aut de sui natura in illa curia tractandæ, tractentur in illa. Ceteræ committantur in partibus: nisi forte pro causarum aut pro personarum qualitate illas tractare in curia expediret, pro justitia consequenda; vel de partium consensu, in curia tractentur. Matrimoniales tamen causæ in prima instantia, præterquam per appellationem, non committantur in curia, nisi in casibus proxime dictis.

Item, ad refrænandum frustratorias appellationes, quæ ante definitivas sententias interponuntur, ordinamus, quod injuste seu frivole appellans ab interlocutoria, ultra condemnationem expensarum, damnorum interesse in quindecim florenos, si appellatio interponatur in curia; & in viginti florenos, si de partibus ad curiam, parti a appellanti condemnetur: & quod super eadem interlocutoria vel gravamine secundo appellare non liceat, nisi haberent vim definitivæ.

a Supra, appellatæ.

V. De Commendis.

Ordinat idem dominus noster, quod in posterum monasteria, aut magni prioratus conventuales, quæ vel qui consueverunt habere octo religiosos in conventu, officia claustralia, dignitates majores post pontificales in cathedralibus, sive ecclesiæ parochiales, nulli prælato etiam cardinali dentur in titulum seu commendam. Nisi propter urgentem necessitatem, ad succurrendum capiti, scilicet ecclesiæ vel monasterii superiori, de membris Papa aliud censeret faciendum.

Item, de hospitalibus, xenodochiis, & leprosariis.
Item, de beneficiis non ascendentibus valorem quinquaginta florenorum, oneribus supportatis. Una autem ecclesia, etiam metropolitana, uni cardinali vel patriarchæ concedi poterit, provisionem aliam non habenti sufficientem. Ubi vero aliqui prælati essent expulsi sine culpa sua a prælaturis suis, vel adeo diminuti, quod non possent commode vivere, tunc Papa eis rationabiliter provideat.

VI. De Indulgentiis.

Circa articulum indulgentiarum, habita deliberatione matura, nihil intendimus circa ea immutare seu ordinare.

VII. De Dispensationibus.

Ordinat dominus noster, quod ad ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus conventuales, aut parochiales ecclesias, super defectu ætatis ultra triennium nullatenus dispensabit, nisi forte in ecclesiis cathedralibus ex ardua & evidenti causa, de consilio cardinalium seu majoris partis illorum, videretur aliter dispensandum.

Item,

ANNO CHRISTI 1418.

Item, dominus noster in gravibus & arduis causis sine consilio cardinalium non intendit dispensare.

Item, sanctissimus dominus noster & venerabilis natio Gallicana voluerunt & protestati sunt, quod per ordinationem & observantiam omnium & singulorum præmissorum nullum jus novum alicui eorum quæratur, aut præjudicium aliquod eis vel alteri ipsorum generetur. Ut auctoritate Apostolica & suprema potestate semper salvis & illibatis remanentibus, ipsa venerabilis natio sub Apostolica protestatione & paterno regimine sanctissimi domini nostri, immunitatibus atque privilegiis suis salvis, tranquillam agens vitam, liberius Deo possit famulari, semper parata ad devota obsequia sanctissimi domini nostri. Et quod tolerentur usque ad quinquennium proximum dumtaxat. Et cuilibet volenti habere capitula prædicta vel aliquod eorum, in forma authentica, & sub sigillo domini Vice cancellarii, dentur taliter, quod fidem facere possint in quocumque judicio & extra.

Hæc ita universitati vestræ tenore præsentium firmiter attestantes, easdem nostras præsentes litteras in eorum fidem & testimonium præfato domino episcopo Attrebatensi concessimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Datum & actum Constantiæ, provinciæ Moguntinæ, in domo habitationis nostræ, die octava mensis Maii, sub anno a Nativitae Domini MCCCCXVIII. & Pontificatus prædicti. Sign. *a* Bobeunius.

a vel Lobenius.

Ex ms. Cæsareis & Brunsvic.

Martini V. Papæ & Germanicæ nationis concordata in concilio Constantiensi.

Præfatio ac testimonium Joannis cardinalis & vicecancellarii.

Ex ms. Cæsareo.

EGo Joannes episcopus Ostiensis, S. R. E. cardinalis & vicecancellarius, infrascriptas constitutiones & statuta transvidi in cancellaria, de mandato domini nostri Martini Papæ V. die XV. mensis Aprilis, Pontificatus dicti domini nostri Papæ anno primo. Et in libro cancellariæ feci scribi de eodem mandato. Et justa ejusdem domini nostri mandatum sic observari mandavi. Et nihil extrahi ea feci & mandavi per notarium subscriptum, & in hanc publicam & authenticam formam redigi, inserendo ea de verbo ad verbum, prout in quaternis seu libris dictæ cancellariæ originaliter conscripta existunt. Ut in quocumque judicin & extra, tam in curia Romana, quam extra, fidem plenariam faciant, illisque stari debeat incommutabiliter, sicut propriis originalibus. Voluit insuper, mandavit, statuit, & ordinavit idem dominus noster Papa, quod omnia & singula hic subscripta, firmiter & immobiliter observentur. In quorum omnium testimonium sigillum meum cum notarii publice infrascripti subscriptione apponi feci & mandavi.

Alia præfatio, cum simili testimonio.

Ex ms. Brunsvic.

Universis & singulis Joannes, &c. *Ut proxime pro natione Gallicana.* Cum itaque nuper ioter .... venerabilem nationem Germanicam, &c. Nos ad N. instantiam, capitula hujusmodi, &c.

I. De numero & æqualitate cardinalium, & eorum creatione.

Statuimus, ut deinceps, &c. *ut supra, usque ad ea verba*, in episcopum assumetur.

II. De provisione ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, dignitatum, & aliorum beneficiorum.

Sanctissimux, &c. *ut supra, usque ad ea verba.* Nulli ergo hominum liceat, *&c. Deinde sequitur:*

In ecclesiis cathedralibus, & etiam in monasteriis Apostolicæ sedi immediate subjectis, fiant electiones canonicæ, quæ ad sedem Apostolicam deferantur. Quas etiam ad tempus constitutum io constitutione Nicolai III. &c. *usque ad ea verba*, de jure vel consuetudine tenentur.

In monasteriis autem, quæ non sunt immediate subjecta sedi Apostolicæ, necnon in aliis beneficiis regularibus, super quibus pro confirmatione seu pro-

A visione non consuevit haberi recursus ad sedem Apostolicam, non teneantur venire electi, seu illi quibus providendum est, ad curiam, ad habendam confirmationem seu provisionem. Nec etiam dicta beneficia regularia cadant in gratiis exspectativis.

Ubi autem io monasteriis ad curiam Romanam pro confirmatione venire vel mittere consueverunt, ibi Papa non aliter confirmet aut provideat, quam superius de ecclesiis cathedralibus est expressum.

De monasteriis monialium Papa non disponet, nisi sint exempta: & tunc per commissionem in partibus.

De ceteris dignitatibus & beneficiis quibuscumque, sæcularibus & regularibus, vacaturis ultra reservationes jam dictas; majoribus dignitatibus post pontificales in cathedralibus, & principalibus in collegiatis ecclesiis, exceptis: de quibus jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet r
B nec computentur in turno seu vice eorum.

Idem dominus noster ordinat, quod per quamcumque aliam reservationem, gratiam exspectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacumque verborum forma per eum aut ejus auctoritate factam vel faciendam, non velit, neque volebat, neque intendebat, nec intendit facere aut fieri, quo minus de media parte illarum & illorum, cum vacabunt, alternis vicibus libere disponatur per illos, ad quos collatio, provisio, præsentatin, electio aut alia quævis dispositio pertinebit, prout ad ipsos spectabit de consuetudine vel de jure. Ita quod, cum de una dignitate, personatu, officio, vel beneficio ea illis, ad electionem, provisionem, collationem, sen quamvis aliam dispositionem alicujus spectante, fuerit auctoritate Apostolica provisum, aut alias dispositum, ille ad cujus electionem vel quamvis dispositionem primo
C loco pertinebat, de alio immediate postea vacaturo provideat, aut disponat, prout ad eum pertinebat. Et ita consequenter de singulis hujusmodi dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis vacaturis, auctoritate ejusdem domini nostri Papæ, & aliorum prædictorum, alternatis vicibus disponatur. Reservationibus, aut aliis præmissis dispositionibus, auctoritate ejusdem domini nostri Papæ factis vel faciendis, non obstantibus quibuscumque.

Quoties vero aliquo vacante beneficio, cadente in vice & in gratia exspectativa, non apparuerit infra tres menses a die notæ vacationis in loco beneficii, quod aliqui de illo secundum prædictas ordinationes fuerit auctoritate Apostolica provisum; Ordinarius vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponat, nec sibi in sua vice computetur. Beneficia etiam, quæ per simplicem renuncitationem aut permutationem vacaverint, *b* neutra Papæ computentur.

b Suprà, majori parti.

Sanctissimus dominus noster Papa Martinus V. ad exaltationem fidei catholicæ, & spiritualem profectum populi Christiani, de consensu ac beneplacito nationis Germanicæ statuit, & ordinavit, ac decrevit, quod deinceps in metropolitanis & cathedralibus ec-
D clesiis nationis Germanicæ ejusdem, sexta pars canonicatuum & præbendarum sit pro doctoribus aut licentiatis in sacra pagina, vel altero jurium, vel in Theologia baccalaureis formatis, aut magistris in medicina, qui per biennium; seu magistris in artibus, qui per quinquennium post magisterium, in Theologia aut altero jurium studuerunt in studio generali. Sic videlicet, quod ubicumque non fuerit saltem sexta pars canonicorum præbendatorum, io metropolitana vel cathedrali ecclesia, taliter graduatorum, ibi quæcumque deinceps canonicatus & præbendæ vacaverint, quæcumque etiam Apostolica vel alia auctoritate, nonnisi taliter graduatis conferantur, quousque
E dicta sexta pars compleatur taliter graduatis: si tamen infra mensem, a tempore vacationis hujusmodi canonicatus & præbendæ numerandum, repertus fuerit taliter graduatus, & alias idoneus, qui per se vel per procuratorem voluerit acceptare. Quod postmodum continuetur, ut ad minimum dictus numerus sextæ partis canonicorum, taliter, ut præmittitur, graduatorum, io ipsis metropolitanis & cathedralibus ecclesiis habeatur.

Ubi autem soli consueverunt illustres, aut de co-

mitum vel Baronum genere, vel ex utroque genere militares in canonicos admitti: taliter graduati, qui acceptare voluerint, si taliter nobiles, ut præmittitur, fuerint, in illis ecclesiis, ceteris etiam nobilibus saltem usque ad dictum numerum præferantur.

Item, quod in aliis collegiatis ecclesiis ejusdem nationis, similiter sexta pars canonicatuum & præbendarum deinceps modo præmisso conferatur, sicut præmittitur, graduatis, aut saltem in medicina, aut in artibus, magistris vel licentiatis, aut in Theologia, vel altero jurium baccalaureis examinatis per rigorem, cum limitatione, modo & ordine supradicto.

Item, quod parochiales ecclesiæ habentes communi æstimatione, quæ secundum famam publicam, attendatur, duo millia communicantium, vel plures, deinceps non conferantur, etiam Apostolica vel quacumque alia auctoritate, nisi doctoribus vel licentiatis in sacra pagina, vel jure canonico, vel civili, & baccalaureis in Theologia formatis; si tamen infra mensem, a tempore vacationis numerandum, reperiatur taliter graduatus, qui per se vel per procuratorem voluerit acceptare. Decernendo irritum & inane, si secus in præmissis, tam circa canonicatus & præbendas, quam parochiales ecclesias, vel eorum aliquod, a quoquam, quavis etiam auctoritate Apostolica fuerit acceptatum. Salvis semper laudabilibus consuetudinibus & statutis ecclesiarum, quæ præmissis non adversantur. In contrarium autem facientibus non obstantibus quibuscumque.

Item, quatenus prædicta constitutio, seu ordinatio, pluribus prosit, & humanæ ambitioni frænum imponatur, ordinat, statuit, & decernit idem dominus noster Papa, quod vigore præsentis constitutionis seu ordinationis, nemo graduatorum possit ultra unum ecclesiasticum beneficium adipisci.

Item, vult quod in pari data ad eamdem collationem graduatus non graduato præferatur: prærogativis & diligentia non obstantibus quibuscumque.

Item, quod vicariæ ad certa chori officia in ecclesiis cathedralibus & collegiatis deputatæ, non conferantur etiam Apostolica auctoritate, nisi talibus, qui hujusmodi beneficia cantando, legendo, & alia sciverint & poterint personaliter adimplere.

III. De Annatis.

De ecclesiis & monasteriis virorum dumtaxat, vacantibus & vacaturis, solventur pro fructibus primi anni a die vacationis summæ pecuniarum, in libris cameræ Apostolicæ taxatæ, quæ communia servitia nuncupantur. Si quæ vero, &c. *ut supra tit. iv. de annatis, usque ad finem.*

De beneficiis vero, quæ valorem *xxiv.* florenorum de camera non excedunt, nihil solvatur. Debitis omnibus præteriti temporis, usque ad assumptionem domini nostri, communium servitiorum & annatarum, pro medietate relaxatis, solventibus aliam medietatem infra sex menses a die publicationis.

IV. De causis tractandis in Romana curia, nec ne.

Sanctissimus dominus noster Papa Martinus V. statuit, & ordinat, quod nullæ causæ in Romana curia committantur, nisi quæ de jure & natura causæ in Romana curia tractari debebunt. Et quod causæ quæ ad forum ecclesiasticum de jure vel consuetudine non pertinent, per Romanam curiam, etiam prætextu Cruce signationis laicorum, extra tempus passagii generalis, non recipiantur, de illis cognoscendo in curia, vel extra committendo, nisi de consensu partium. Quæ vero ad forum ecclesiasticum pertinent, & de jure sunt per appellationem aut alias ad Romanam curiam devolutæ, ac de sui natura in eadem tractandæ, tractentur in ea: Ceteræ committantur in partibus. Nisi forsan pro causæ & personarum qualitate, in commissione exprimenda, illas tractare in curia expediret, pro justitia consequenda; vel de partium consensu, in curia tractentur.

V. De Commendis.

Ordinat dominus noster Papa, &c. *ut supra, tit. vii. de commendis.*

VI. De simonia in foro conscientiæ providetur ut sequitur.

Ut autem, considerata malitia aliquorum temporum proxime præteritorum, quibus labes simoniaca tam in ordinibus, quam in beneficiis ecclesiasticis, tunc conferendis & percipiendis, ac religionibus ingrediendis, fuit heu nimium frequentata, læsis in hoc conscientiis, ad puriorem administrationem & perceptionem sacramentorum, salubriter consulatur: omnibus & singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, abbatissis, ceterisque prælatis, necnon clericis ac personis ecclesiasticis, religiosis ac sæcularibus utriusque sexus, ut quælibet earum infra tres menses post publicationem aut insinuationem præsentium, sibi aut in diœcesi, ubi domicilium habuerit, factam, aliquem in sacra pagina, vel in jure canonico doctorem aut licentiatum vel baccalaureum formatum, ubi talis commode poterit reperiri; vel ubi talis non reperitur, lectorem, seu alias intelligentem sacerdotem, discretum ac bona fama, curatum, vel non curatum, eligere valeat confessorem: qui infra prædictum tempus, quantocius commode fieri poterit, ejus confessione audita, ipsam personam confitentem, a suis peccatis, & a quibuscumque excommunicationum, suspensionum & interdicti, aliisque sententiis, censuris ac pœnis, quas forsan propter simoniam in ordine vel beneficio ecclesiastico, religionis ingressu, aut alias qualitercumque, active vel passive commissum, usque ad tempus publicationis prædictæ dignoscitur incurrisse, in foro conscientiæ dumtaxat absolvere; nec non secum super irregularitate super eo quod hujusmodi sententiis aut earum aliqua ligata forsan Missas vel alia divina officia celebrasse, aut se illis immiscuisse censebitur, usque ad tempus prædictum contracta, ipsaque propter præmissa aut eorum aliquod a suorum ordinis vel officii executione suspensa, quod in illis nihilominus ministrare, illa exercere beneficia adepta, vel statum in quo est retinere, & ad ulteriora promovere possit, in dicto foro valeat dispensare: ac eidem beneficia quæ obtinet, ob hoc forsitan vacantia vel vacatura, si & postquam dimiserit, reconferre, omnemque inhabilitatis, irregularitatis, necnon infamiæ maculam sive notam atque aliam labem, per eum occasione prædicta usque ad tempus prædictum contractam, in eodem foro totaliter abolere; fructus quoque beneficiorum ecclesiasticorum, quos indebite percepit, & quos percipere potuisset, aut quidquid occasione prædicta fuerit refundendum: dummodo persona ipsa, ad refusionem faciendam deducto, ne egeat in statu in quo tunc fuerit, aut alias absque nota vel scandalo sufficiens non fuerit, in dicto foro dimittere, ac eam de his quitare & liberare, tenore præsentium misericorditer indulgemus: Constitutionibus Apostolicis & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

VII. De non vitandis excommunicatis, antequam per judicem fuerint declarati & denunciati.

Insuper ad vitanda scandala & multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, omnibus Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra; prætextu cujuscumque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, a jure vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, ac interdictum ecclesiasticum observare. Nisi sententia vel censura hujusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, universitatem, ecclesiam, communitatem, aut locum certum, vel certa, a judice publicata vel denunciata specialiter & expresse: Constitutionibus Apostolicis & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscum-

ANNO CHRISTI 1418.

cumque: salvo, si quem pro sacrilegio & manuum injectione in clerum, sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari. Nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri, juxta canonicas sanctiones.

VIII. De Dispensationibus.

Ordinat etiam dominus noster, &c. *ut supra, tit. vii. de dispensationibus.*

IX. De provisione Papæ & cardinalium.

Romano Pontifici, &c. *ut supra tit. xiii. de provisione Papæ, &c.*

X. De Indulgentiis.

Cavebit dominus noster Papa in futurum nimiam indulgentiarum effusionem, ne vilescant. Et in præteritum concessas ab obitu Gregorii XI. ad instar alterius indulgentiæ, revocat & annullat.

XI. De horum concordatorum, Papæ Martini V. & nationis Germanicæ, valore.

Item, sanctissimus dominus noster Papa, & inclyta natio Germanorum consenserunt & protestati sunt, quod omnia & singula supradicta durare & tolerari debeant usque ad quinquennium dumtaxat, a data præsentium numerandum: Constitutionibus Apostolicis, regulis Cancellariæ factis & fiendis, & aliis in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Quodque per observantiam illorum nullum jus novum Romano Pontifici, aut alicui alteri ecclesiæ vel personæ, acquiratur, seu præjudicium generetur. Sed lapso dicto quinquennio, quælibet ecclesia & persona prædicta liberam facultatem habeat utendi quolibet jure suo, non obstantibus supradictis. Et quod capitula prædicta, & quodlibet eorum, dentur cuilibet ea habere volenti communiter seu divisim, in authentica forma, sub sigillo domini vicecancellarii, cum subscriptione notarii: sic quod fidem faciant exhibita ubicumque. Pro toto autem non solvantur ultra duodecim grossi Turonenses.

Ex ms. Cantabrigiensi.

Martini Papæ V. & nationis Anglicanæ concordata in Constantiensi Concilio conscripta.

UNiversis & singulis Joannes, &c. Cum itaque nuper inter .... venerabilem nationem Anglicanam &c. Nos igitur, ad venerabilis viri Roberti de Nevilli, canonici ecclesiæ Eboracensis, parochialis ecclesiæ de Spoffoord Rectoris, instantiam &c. *ut supra pro natione Gallicana, mutatis tantum, ut hic, nominibus.*

I. De numero & natione cardinalium.

In primis quod numerus cardinalium S. R. E. adeo sit moderatus, quod non sit gravis ecclesiæ, nec nimia numerositate vilescat. Qui indifferenter de omnibus regnis & provinciis totius christianitatis, & cum consensu & assensu collegii dominorum cardinalium, vel majoris partis eorum, eligantur & assumantur.

II. De Indulgentiis.

Item, quod cum occasione diversarum indulgentiarum, ac litterarum facultatum a sede Apostolica concessarum, ad absolvendum quoscumque visitantes, sive offerentes in certis locis, & quæstuararum quamplurimarum, quæ in Anglia plus solito nunc abundant: nonnulli peccandi audaciam frequenter assumant, ac contemptis suis propriis curatis, & ecclesiis suis parochialibus dimissis, ad ipsa loca spe indulgentiarum & confessionum accedunt, decimas, oblationes, & debita dictarum ecclesiarum parochialium subtrahunt, seu solvere differunt minus juste: committatur diœcesanis locorum, ad inquirendum super qualitate earum, cum potestate suspendendi omnino auctoritate Apostolica illas, quas invenerint scandalosas, & illas denunciandi Papæ, ut illas revocet, &c.

III. De appropriationibus, unionibus, incorporationibus, ecclesiarum, & vicariatuum.

Item. De cetero nullæ fiant appropriationes ecclesiarum parochialium motu proprio: sed committatur episcopis locorum ad inquirendum de veritate suggestionum. Et in eventum, quo per debitam & juridicam notionem constare poterit, quod causæ appropriationum desint, legitime procedatur ad appropriationem, prout fuerit juris illarum ordinariorum. Quæ jam sunt sortitæ effectum, nulla fiat, si ex revocatione sequi possit scandalum. Alias vero committatur, quod inquirant &c. Et quas invenerint fieri merito non debuisse, vocatis tunc ad hoc vocandis, cassent &c.

Item. Omnes uniones, incorporationes, approbationes, & consolidationes vacariarum perpetuarum in ecclesiis parochialibus, ex quibuscumque causis factæ a tempore schismatis, indistincte revocentur; & vicarii perpetui in iisdem per ordinarios locorum hac vice ordinentur & instituantur. Ac in singulis ecclesiis parochialibus sit unus vicarius perpetuus, qui curæ insistat animarum, bene & competenter dotatus, pro hospitalitate ibidem tenenda, & omnibus debitis supportandis: litteris Apostolicis & ordinariorum compositionibus, statutis, & consuetudinibus, ac aliis in contrarium factis, non obstantibus quibuscumque.

IV. De ornatu pontificali inferioribus prælatis non concedendo.

Item, omnia privilegia, citra obitum felicis recordationis Gregorii Papæ XI. concessa prælatis inferioribus, de utendo Pontificalibus, scilicet mitris, sandaliis, & hujusmodi ad dignitatem Pontificalem pertinentibus, revocentur. Quæ vero ante obitum ipsius Gregorii concessa fuerint, in suo robore permaneant & effectu.

V. De Dispensationibus.

Item, licet pluralitas beneficiorum canonibus exosa exsistat, aut super ea dispensationes jure hoc dictante fieri non debeant, nisi personis nobilibus & viris eximiæ liberalitatis: nunc tamen in curiis dominorum tam spiritualium quam temporalium tales dispensationes irrepserunt: præmissa, seu eis consimilia de cetero non fiant, sed in præmissis servetur concilium generale. Illæ tamen quæ sunt sortitæ effectum, in suo robore permaneant: nisi forte aliquæ fuerint & sint scandalosæ. De quibus fieri mandamus concessionem locorum ordinariis: & ordinarii certificent, & revocentur scandalosæ.

Item, quia modernis temporibus plus solito cum diversis personis, infra regnum & dominia prædicta, beneficia curata obtinentibus, per sedem Apostolicam contra jura communia dispensatum existit, ut per tres, quatuor, quinque, sex & septem annos vel ultra, aut in perpetuum beneficiati prædicti ipsa beneficia possidere & occupare valeant, sic ut ad ordines debitos interim ordinari minime teneantur, in grave scandalum ecclesiæ, &c. omnes dispensationes hujusmodi indistincte revocentur. Et beneficiati hujusmodi ordinationi juris communi in hac parte omnino subdantur. Si tamen beneficiati prædicti sint alias habiles ad hujusmodi ordines suscipiendos.

Item, quia propter dispensationes sedis Apostolicæ, nonnullis personis infra regnum & dominia prædicta, super non residentia, necnon archidiaconis ad visitandum per procuratores, factas, non solum animarum cura negligitur, sed etiam potestas episcopalis per impetrantes dispensationes hujusmodi contemnitur: nullæ dispensationes deinceps fiant absque causa ra-

ANNO CHRISTI 1418.

rationabili & legitima, in litteris dispensationum hujusmodi exprimenda. Concessæ autem absque causa rationabili sive legitima, revocentur: de quibus fiat commissio ordinariis.

Item, omnes litteræ facultatum concessæ religiosis quibuscumque, infra regnum & dominia prædicta, de obtinendo beneficia ecclesiastica, curata vel non curata, quæ non sunt sortitæ effectum, indistincte revocentur. Abstineatur de cetero ab hujusmodi litteris facultatum concedendis.

VI. De Anglis ad officia Romanæ curiæ assumendis.

Item, quod aliqui etiam de natione Anglicana, dummodo tamen sint idonei, ad singula officia curiæ Romanæ assumantur una cum aliis de ceteris nationibus indifferenter, &c.

Item, quod super omnibus & singulis præmissis dominus noster summus Pontifex mandet & fieri faciat prædictæ nationi Anglicanæ unam, vel plures, ac tot quot fuerint requisitæ, litteras suas bullatas, in bona forma ac gratis de mandato, ad perpetuam rei memoriam.

Hæc itaque universitati vestræ tenore præsentium firmiter attestantes, easdem nostras litteras præsentes, in horum fidem & testimonium, præfato Roberto Nevilli concessimus, nostri sigilli munimine roboratas. Datum Gebennis, in domo habitationis nostræ, sub anno a Nativitate Domini MCCCCXVIII. indictione XI. die vero XXI. mensis Julii, pontificatus præfati domini nostri Papæ anno primo.

SESSIO XLIV.

In prima editione.

ANno, indictione & ponficatu quibus supra, die tertia Martis decimanona mensis Aprilis, Constantiæ in ipsius ecclesia majori, sanctissimo domino nostro Papa Martino præsidente, more solito publica sessio solemniter celebrata fuit, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, &c. rege, insigniis regalibus induto: pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Nicolaus Assisinatensis Missam de Spiritu sancto celebravit. Et hujusmodi Missa finita, lectisque litaniis, & aliis orationibus legi consuetis, debite peractis, reverendissimus pater dominus Antonius sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, de Chalanco vulgariter nuncupatus, quoddam decretum sive statutum alta voce legit in hæc verba:

Decretum de loco futuri Concili proxime celebrandi.

Martinus episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

CUpientes ac volentes decreto hujus generalis Concilii satisfacere, inter alias disponenti, quod omnimodo generalia Concilia celebrentur in loco quem summus Pontifex per mensem ante finem hujus Concilii, approbante & consentiente Concilio, deputare & designare teneatur pro loco dicti proxime futuri Concilii celebrandi supradicti: eodem consentiente & approbante Concilio, civitatem Papiensem tenore præsentium deputamus & etiam assignamus, statuentes & etiam decernentes, quod prælati, & etiam alii qui ad generalia Concilia debent convocari, tempore prædicto civitatem ipsam Papiensem accedere teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ deputationis & etiam assignationis, statuti, decreti & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum & actum Constantiæ, in loco sessionis publicæ, decimotertio Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

Quo decreto lecto, dominus Episcopus Ostiensis cardinalis Vivariensis, nomine totius Synodi respondit, Placet. *Et subsequenter dominus Ardecinus de Novaria, ex parte serenissimi principis Sigismundi Ro-*

A *manorum regis ibidem præsentis, & ejus nomine, idem decretum approbavit & laudavit. Et subsequenter dominus Augustinus de Lante de Pisis legum doctor, sacri consistorii advocatus, nomine domini nostri Papæ dictum locum sive civitatem Papiensem approbavit, laudavit, & ad Concilium hujusmodi celebrandum habilem esse dixit.*

Ex mſ. Surii, & quatuor Germanicis.

Super quibus omnibus & singulis præmissis, domini Ardecinus & Augustinus præfati, nominibus quibus supra, necnon magister Joannes de Scribanis promotor & procurator sacri Concilii prædicti, & ejus nomine, a protonotariis, notariis atque scribis domini domini nostri Papæ, & ipsius sanctæ Synodi, unum vel plura fieri & confici petierunt, & quili-
B bet eorum petiit publica instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, Joanne Ostiensi, Laudensi, Hispano, Bononiensi, Aquilejensi, Senensi, Veronensi, Tricaricensi, de Fuxo, de Comitibus, & Venetiarum, juniore Joanne Constantinopolitano, Joanne Antiocheno patriarcha, ac regum, principum, prælatorum, nobilium, communitatum, universitatum, studiorum & collegiorum ambassiatoribus, ac aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa.

Ex mſ. Vindobon. Joannis Fabri episc.

Vigintiquatuor articuli, a patribus Concilii Constantiensis præscripti, ad reducendos ab Hussitica hæresi Bohemos.

1. Ut rex Bohemiæ juret, ecclesiam Romanam, &
C alias ecclesias suæ ditioni subjectas in suis libertatibus conservare, & confirmare: & non imponat molestias clero & religiosis per VVicleff vel Hussitas introductas.

2. Ut omnes magistri & sacerdotes, qui hæreses & errores dogmatizando vel prædicando in prædicto regno seminaverunt, & ceteros ibidem infecerunt, errores ipsius Joannis VVicleff & Joannis Huss, in hoc sacrosancto Concilio condemnatos, abjurent, & quos prædicaverunt vel dogmatisarunt, revocent; ac ipsam condemnationem doctrinæ & personarum publice in ambone approbent, & justam pronuncient.

3. Ut ii, qui in materia fidei non comparuerunt, nec comparere curaverunt, sed in sententiis sorduerunt, abjurent: & contra quos est processum ad annum vel plures, qui censuras non curaverunt potestatem clavium contemnentes, pœna condigna puniantur.

4. Ut ipsi sæculares, qui VVicleffistis & Hussitis adhæserunt, ipsos defenderunt & protexerunt, jurent eis amplius non adhærere, ac eos prosequi,
D nec eos amplius fovere, & gesta Concilii super condemnatione articulorum Joannis VVicleff & Joannis Huss, approbent & rata habeant. Et idem de condemnatione personarum.

5. Ut sæculares, qui clerum spoliaverunt, ad restituendum compellantur, quia peccatum non dimittitur &c. Et quod obligent se & jurent amplius libertatem ecclesiasticam non impedire.

6. Ut expulsi a beneficiis ad sua beneficia restituantur, & intrusi expellantur & puniantur.

7. Ut profani omnes ac singuli, sive in favore VViclephistarum, sive propter temporalia, puniantur,
E juxta legitimas sanctiones, ne contemptus clavium approbetur seu approbari videatur.

8. Ut omnes qui causam fidei in curia promoverunt, & extra, ad sua beneficia restituantur, & securitatem habeant in regno permanendi. Quod si facere recusaverint, & cum effectu non fecerint, signum est, quod non intendant reverti; cum illos ad reversionem inducentes, si veri essent pœnitentes tales, fovere deberent, & se errasse & seductos fateri.

9. Ut reliquiæ ablatæ, & alia ecclesiastica, & thesauri Pragenses, restituantur ex integro, & bona alia mobilia, sive reditus ejusdem ecclesiæ, vel aliis ecclesiis ablata vel ablati per regna Bohemiæ & Moraviæ,

10. Ut

10. Ut universitas Pragensis reformetur; & VVi-clephistæ qui eam destruxerunt, realiter puniantur & amoveantur. Quia alias universitate non reformata, & VViclephistis atque Hussitis in ea dominantibus, illi errores non cessabunt.

11. Ut hæresiarchæ principales, & doctores illius sectæ, ad curiam & sedem Apostolicam venire compellantur: & sunt hi: Joannes Jessenitz, Jacobellus de Misna, Simon de Tisna, Simon de Rokinsano, Christianus de Brochatiz, Joannes cardinalis, Zdenko de Loben præpositus omnium sanctorum, Zdislaus de Sniertitz, & Michael de Czisko.

12. Et omnes sæculares qui communicaverunt sub utraque specie, vel alios compulerunt, & præsertim post inhibitionem sacri Concilii, abjurent illam hæresim, & jurent illam communionem non promovere, sed pro posse impedire.

13. Ut presbyteri vel alii ordinati per dominum Hermannum suffraganeum archiepiscopi Pragensis, captum per dominum Zenkonem de VVartenberg, cum eis non dispensetur, sed ad sedem Apostolicam remittantur.

14. Ut tractatus Joannis VVicleph, translati in vulgare per Joannem Huss & Jacobellum, atque alii per ipsos in vulgare editi, in quibus errores suos posuerunt, omnes & singuli reponantur ad manus legati vel ordinarii, sub pœna excommunicationis, quia illis non ablatis errores non cessabunt.

15. Ut tractatus Joannis Hus hæretici, condemnatus in hoc sacro Concilio, sub pœna excommunicationis reponatur apud eosdem.

16. Ut omnes tractatus Jacobelli, sub compositione de utraque specie, & de Antichristo, in quo Papam vocat Antrichristum, reponantur & comburantur. Et similiter tractatus editus per ipsum, De remanentia panis post consecrationem in altari.

17. Ut omnes cantilenæ introductæ in præjudicium sacri Concilii & virorum catholicorum cujuscumque status, qui VVicleffistis obstiterunt & Hussitis; vel cantilenæ in commendationem Joannis Hus & Hieronymi hæreticorum condemnatorum: prohibeantur in omnibus civitatibus, villis, & oppidis, & quibuscumque mansionibus decantari, sub pœna gravissima.

18. Ut prohibeatur, ne passim per clerum sine missione ordinarii prædicetur verbum Dei, & sine auctoritate plebanorum. Quomodo enim prædicabunt nisi mittantur?

19. Ut ordinarii & alii prælati jurisdictionem habentes, in sua jurisdictione per quempiam sæcularem non impediantur, sub pœna excommunicationis. Si enim illa hæresis maledicta debet exterminari, oportet quod libere exerceatur contra spirituales & sæculares de hæresi vel erroribus suspectos, aut de fautoria personarum condemnatarum.

20. Ut mandetur omnibus & singulis de subdita obedientia sub pœna excommunicationis: quicumque aliquem Hussitam vel VVicIephistam, vel ipsorum doctrinam promoverit, vel personas cognoverit, & libros ipsos suspectos sciverit, diœcesano vel suis officialibus denunciet, qui contra eos ex officio procedat juxta canonicas sanctiones.

21. Ut colligatio, quam fecerunt sæculares cum sæcularibus & spiritualibus, in præjudicium sacri Concilii, sedis Apostolicæ, ac ecclesiæ Romanæ, in favorem istorum hæreticorum condemnatorum, Joannis Hus & Hieronymi, & prædictorum illius sectæ, sub pœnis gravissimis dissolvatur: de qua colligatione per litteras patet evidenter a sacro Concilio decretas.

22. Ut ritus & cærimoniæ religionis Christianæ circa cultum divinum, imagines venerationes reliquiarum, observentur, & talium transgressores puniantur.

23. Ut omnes & singuli, spirituales & sæculares, qui errores vel hæreses Joannis Huss & Joannis VVicleff, in sacro hoc Concilio Constantiensi condemnatos prædicant, dogmatizant vel defendunt; & personas Joannis Hus & Hieronymi catholicas & sanctas pronunciant vel tenent, & de hoc convicti fuerint, tanquam hæretici relapsi lapsi puniantur ad ignem.

24. Ut omnes sæculares per Ordinarios moniti & hortati, contra exorbitantias in prædictis, sub pœna fautoriæ hæresis, teneantur auxilium præbere & favorem.

Ex Collectione Barberiniana.

ANno, indictione, & Pontificatu, quibus supra, die vero Martis decima nona mensis Aprilis, Constantiæ in ecclesia majori in loco solito, hora septima ante meridiem, fuit sacrosanctæ & universalis Synodi Constantiensis prædictæ, sanctissimo domino nostro Papa Martino supradicto præsidente, more solito solemniter sessio publica celebrata, serenissimo & invictissimo principe & domino domino Sigismundo Romanorum, &c. rege, insigniis regalibus Romanorum regis induto interessente; pro cujus quidem sessionis introductione reverendus in Christo pater dominus Nicolaus episcopus Assisinatensis Missam de Spiritu Sancto devotissime celebravit. Qua quidem Missa finita, ac litaniis cum evangelio, &c. per reverendissimos reverendosque patres & dominos S. R. E. cardinales, &c. cappis pluvialibus, &c. ut supra reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Antonius tituli sanctæ Cæciliæ S. R. E. presbyter cardinalis de Chalanco vulgariter nuncupatus, de mandato ipsius domini nostri Papæ, atque Synodi, &c. ambonem, &c. ascendens, quoddam decretum seu statutum alta, &c. perlegit in hæc verba:

Decretum de loco futuri Concilii.

Quo quidem decreto sic ut præfertur lecto, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes miseratione divina episcopus Ostiensis S. R. E. cardinalis, & vicecancellarius, sacrosanctæ Synodi prædictæ nomine, ac ejusdem sibi super hoc, ut asseruit, facto mandato, respondit, *Placet*.

Subsequenter egregius doctor legum dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus, de mandato serenissimi principis & domini, domini Sigismundi Romanorum, &c. regis, eidem super hoc specialiter, ut asseruit, facto, necnon ipsius nomine præsentis & audientis dixit, quod idem dominus Sigismundus illam civitatem Papiensem approbabat, laudabat, & acceptabat; quia habilis & idonea exsistit pro futuro Concilio celebrando.

Consequenter egregius vir dominus Augustinus de Lante de Pisis legum doctor, sacri consistorii atque fisci advocatus, nomine domini nostri Papæ dictum locum seu civitatem Papiensem approbavit, laudavit, & ad Concilium hujusmodi celebrandum habilem esse dixit. Super quibus omnibus & singulis, &c.

SESSIO XLV. ET ULTIMA.

De dissolutione Concilii.

*Die Veneris, vigesimasecunda mensis supradicti Aprilis, fuit celebrata sessio generalis in majori Ecclesia Constantiensi, sanctissimo in Christo patre & domino, domino nostro Martino divina providentia Papa quinto in eadem præsidente, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, &c. rege, insignus imperialibus induto interessente. Pro cujus sessionis introductione reverendissimus pater dominus Antonius tituli sanctæ Susannæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, Aquilejensis vulgariter nuncupatus, Missam de Spiritu sancto devotissime celebravit. Qua finita, & litaniis cum solitis orationibus finitis & peractis, reverendissimus pater dominus * Umbaldus miseratione divina tituli sancti Viti in macello diaconus cardinalis, de mandato ipsius domini nostri totiusque sacri Concilii, prout asseruit, alta & intelligibili voce pronunciavit hæc verba, videlicet:*

In prima editione.

* Infra pag. 797. Tuibaldus.

Absolutio Concilii.

Domini, ite in pace. Et responsum fuit per adstantes: Amen. *Quo facto reverendus pater Joannes de a Podmutis episcopus Catanensis, frater ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ professor, de* man-

a Podiomutis.

ANNO CHRISTI 1418.

mandato domini nostri Papæ, & consensu sacri Concilii, ut asseruit, ambonem ascendit. Antequam autem ad talia se diverteret, seu procederet, ambasstatores serenissimi principis Uladislai Poloniæ regis, & illustrissimi principis domini Alexandri, alias VVitoldi magni ducis Lituaniæ, petierunt nomine dictorum dominorum quemdam libellum, & in eo contenta cujusdam fratris Joannis Falkemberg, notorie crudelissimos errores & hæreses (ut dixerunt) continentem, rite damnatum tanquam hæreticum per deputatos in causa fidei, at etiam per omnes nationes Concilii, ac per collegium cardinalium conclusum (prout dixerunt) constare publicis instrumentis, in sessione publica per sacrum Concilium damnari, seu publice damnatum pronunciari, antequam præsens concilium dissolveretur, sanctissimo domino nostro Papæ præfato humiliter supplicarunt: alioquin nomine quo supra protestabantur de gravamine & de appellando ad futurum Concilium. Quibus sic factis sanctissimus dominus noster Papa dixit respondendo ad prædicta, quod omnia & singula determinata, conclusa & decreta in materiis fidei per præsens Concilium conciliariter, tenere & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contraire quoquo modo. Ipsaque sic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, nec alio modo. Et illud idem iterato fecit dici per organum domini Augustini de Pisis fiscalis & sacri consistorii advocati prædicti, qui nomine Papæ a protonotariis & notariis ad scribendum acta Concilii ordinatis & deputatis petiit instrumenta publica fieri. Et extunc prælibatus dominus episcopus Catanensis fecit collationem solemnem, assumendo pro themate hæc verba, videlicet: Vos nunc tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. *Qua quidem facta collatione, reverendissimus pater dominus Antonius tituli sanctæ Ceciliæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, de Chalanco vulgariter nuncupatus, de mandato ipsius domini nostri Papæ & voluntate concilii (ut asseruit) quædam decreta publice legit hujus tenoris.*

Joan. 10.

Martinus episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Hoc etiam requirente præsente sacro Concilio, ex certis & rationabilibus ac justis causis ipsum Concilium absolvimus, omnibusque & singulis in eo exsistentibus ad propria remeandi, ipso approbante Concilio, licentiam impartimur. Item auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, & nostra, concedimus omnibus & singulis, qui D *in hoc sacro Concilio & causa ipsius interfuerunt, absolutionem plenariam semel in vita: ita quod quilibet de prædictis infra duos menses postquam ad ejus notitiam concessio hujusmodi pervenerit, posset dictum beneficium absolutionis assequi in forma: similem concessionem facimus in mortis articulo. Et intelligimus tam de dominis, quam de familiaribus eorumdem: sic tamen, quod a die notitia præsentium pro absolutione in vita jejunent per annum sexta feria, & pro absolutione in mortis articulo per alium annum, nisi legitime fuerint impediti, quo casu habeant alia pietatis opera peragere. Post secundum vero annum debeant etiam usque ad finem vitæ feria sexta jejunare, vel aliqua opera pietatis peragere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-* E *sumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.*

Datum & actum Constantiæ in loco sessionis publicæ dicti Concilii, decimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno primo.

Quibus decretis & statutis, & aliis, ut præmittitur, lectis & peractis, reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Joannes miseratione divina episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, Vivariensis vulgariter nuncupatus, nomine sacri Concilii prædicti, sicut asseruit, respondit, Placet. *Et per dominum Augustinum de Lante de Pisis, advocatum sacri consistorii, fiscique, & prædicti nomine Papæ & Concilii (ut asseruit) petitum est instrumenta publica fieri ad perpetuam rei memoriam a protonotariis sedis Apostolicæ, notariis ac scribis dicti sacri generalis Concilii.*

ANNO CHRISTI 1418.

Et collectione Barberiniana, & ms. Lipsiensi.

Sessio de dissolutione Concilii.

DIe Veneris vigesima secunda supradicti mensis Aprilis, Constantiæ in ecclesia majori in loco solito, mane hora septima, fuit sacrosanctæ & universalis Synodi prædictæ, sanctissimo in Christo patre & B domino, domino Martino divina providentia Papæ quinto præsidente, more solito solemniter sessio publica celebrata, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum, *&c.* rege insigniis imperialibus induto intercessente. Pro cujus quidem sessionis introductione reverendissimus, *&c.* dominus Antonius S. R. E. tituli sanctæ Susannæ presbyter cardinali Aquilegensis vulgariter nuncupatus, Missam de sancto Spiritu solemniter ac devotissime celebravit. Quæ finita reverendissimis, reverendisque, *&c.* se cappis pluvialibus, *&c.* ut supra; reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Ynibaldus miseratione divina sancti Viti in Macello S.R.E. diaconus cardinalis, de mandato domini nostri Papæ, totiusque sacri concilii, & consensu, prout asseruit, alta & intelligibili voce pronunciavit; hæc videlicet:

Domini, ite in pace. Et responsum fuit per ad- C stantes, *Amen.*

Quo facto, reverendus in Christo pater dominus Joannes de a Podiomicis episcopus Cathanensis frater ordinis Prædicatorum sacræ Theologiæ professor, de mandato ipsis domini nostri Papæ, & consensu dicti sacri Concilii, ut asseruit, ambonem publicationis decretorum, & statutorum solitum ascendit.

Antequam autem ad alia se diverteret, seu ad actus aliquos procederet, reverendi in Christo patres, nobiles, venerabilesque & circumspecti viri domini, & magistri Nicolaus archiepiscopus Geneznensis, Jacobus episcopus Plocensis, Petrus b Balestæ protonotarius Apostolicæ sedis, præpositus ecclesiæ Dominæ Mariæ c Lauricensis, Geneznensis diœcesis; Paulus VVladimiri canonicus, & custos ecclesiæ Cracoviensis, Joannes de d Tollistabo castellanus Calisiensis, & Zavissius Niger de e Carboso capitaneus Surciensis, mi- D lites, oratores, & ambassiatores serenissimi principis VVladislai Dei gratia Poloniæ regis, nec non illustrissimi principis domini Alexandri alias VVitoldi Magni ducis Lithuaniæ, per organum venerabilis & circumspecti viri, domini Gasparis de Perusio ad vocati sacri consistorii eidem domino nostro, & sacro Concilio, per modum supplicationis, & cum instantia & reverentia, qua decuit, exponi fecerunt nomine dominorum regis & ducis præfatorum, quatenus libellus cujusdam fratris Joannis Falckembergh notorie crudelissimas hæreses continens, per judices in causa fidei a sacro Constantiensi Concilio deputatos, rite, recte, cum omnique debita solemnitate, & maturitate, tanquam notorie hæreses continens, ut hæreticalis damnatus; necnon etiam per omnes nationes ejusdem Concilii, ac sacrum collegium reverendissimorum patrum dominorum S. R. E. cardinalium, dictum sacrum Concilium integrantium, & constituentium, conclusum, E & ordinatum, prout publicis & authenticis scripturis, sive instrumentis, per ipsum ibidem exhibitis, & ostensi, liquide apparet, quod idem libellus tanquam hæreses, & alia multa, & quasi infinita mala, & errores continens, in sessione publica per sacrum Concilium, cum hæresibus, & erroribus in eo contentis, & descriptis publice damnaretur, seu publice damnatus nunciaretur. Et propterea humiliter, & devote supplicabant oratores, & ambassiatores præfati, prædicto sanctissimo domino nostro Papæ, quatenus ante dissolutionem ejusdem Concilii dictus libellus cum hæresibus & erroribus in eo contentis, &

seri,

a Ms. Podiominis..... Cathanensis.
b Ms. Boleslao.
c Ms. Lacaviensis.
d Ms. Tollisabore.
e Ms. Szurbaso. al. Carbolo.

ANNO CHRISTI 1418.

scriptis in ipsa sessione publica tanquam hæreticalis hæresesque & errores continens damnaretur, seu damnatus nunciaretur: eum ad exstirpandam hæresim præfatum Concilium sacrosanctum esse inter cetera principaliter convocatum, & congregatum: alioquin nomine quo supra protestabantur de gravamine, & de appellando ad futurum Concilium, & de prosequendo appellationem & appellationes, interponendam & interponendas, loco sive locis, ac diebus, temporibus, & horis, de quibus ipsis dominis regi, ac duci, & eorum oratoribus, & procuratoribus, ac eorum cuilibet visum fuerit expedire; & multa alia dixit, petiit, & protestatus fuit, prout quemadmodum in quadam papyri schedula petitionem, protestationem & alia per ipsum requisita continente, quam in suis tenebat manibus, plenius continetur: cujus lecturam, & publicationem ipse nomine, quo supra, obtulit facere, aut per alium fieri facere.

Quibus sic propositis, protestatis, requisitis, & oblatis, præfatus sanctissimus dominus noster Papa, cum nonnulli alii multum dicerent, & tumultum facerent, imposito omnibus silentio, dixit, respondendo ad prædicta: „ Quod omnia, & singula determinata, „ conclusa, & decreta in materia fidei per præsens sacrum Concilium generale Constantiense conciliariter, „ tenere & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contravenire quoquo modo; ipsaque sic conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, „ nec alio modo. „ Et illud idem iterato fecit dici per organum venerabilis & circumspecti viri domini Augustini de Pisis fiscalis, & sacri consistorii advocati prædicti: qui de hoc a dominis Apostolicæ sedis protonotariis & notariis, ad conscribendum acta Concilii ordinatis & deputatis, ac aliis præsentibus, & eorum quolibet, petiit nomine dicti domini Papæ publicum seu publica instrumenta, per eos & eorum quemlibet conficienda ad futuram rei memoriam,

Et ex post venerabilis & circumspectus vir dominus Paulus Voladimi decretorum doctor, unus de ambasiatoribus ipsorum dominorum regis, & ducis, volens proponere, & adimplere, quæ per dictum dominum Gasparem de Perosio advocatum missa fuerant super libello præfato; ac etiam volens schedulam, de qua supra fit mentio, legere, & publicare, incepit loqui, & proponere. Et cum vellet legere, & publicare illam schedulam præfatam, fuit sibi per dictum dominum Augustinum de Lante de Pisis advocatum, de mandato domini nostri Papæ, ut idem dominus Augustinus asseruit, ibidem coram eodem domino nostro Papa stante impositum silentium sub pœna excommunicationis. Quo quidem silentio imposito, idem Paulus tacuit; & dictam scedulam notariis ad conscribendum acta ejusdem Concilii ordinatis & deputatis tradidit, & de omnibus, & singulis petiit, & instanter dictos dominos protonotarios, & notarios atque scribas, & eorum quemlibet requisivit cum insertione dictæ schedulæ sibi fieri & confici unum vel plura publica instrumenta.

Quibus quidem omnibus & singulis, ut præfertur, sigillatim peractis, præfatus dominus Episcopus Cathamensis fecit collationem solemnem, & pro themate collationis hujusmodi sumpsit hæc verba, videlicet, *Vos nunc tristitiam habetis; iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, Joan. xvi. cap.* Qua quidem facta collatione reverendissimus in Christo pater & dominus, dominus Antonius tituli sanctæ Cæciliæ, presbyter cardinalis de Chalanco vulgariter nuncupatus, de mandato ipsius domini nostri Papæ, ac de voluntate & consensu sacri Constantiensis Concilii generalis, ascendit ambonem supradictum: ibique de simili mandato, voluntate, seu consensu, ut asseruit, quædam decreta absolutionem sacri Concilii, & licentiam ad propria remeandi cuilibet impertitam, ac indulgentiam plenariam nonnullis in eisdem decretis contentis semel in vita, & etiam in mortis articulo continentia, publice, alta, & intelligibili voce perlegit, & publicavit in hæc verba, videlicet:

Martinus episcopus &c. ut supra, pag. 745.

Super quibus omnibus & singulis præmissis dominus Augustinus de Lante de Pisis advocatus prædictus, sanctissimi domini nostri Papæ, necnon, ut asseruit, sacri generalis Concilii Constantiensis nominibus, a dominis protonotariis sedis Apostolicæ, necnon notariis, atque scribis dicti sacri Concilii generalis, & eorum quolibet sibi fieri & confici petiit unum, vel plura, seu tot, quot sibi necessaria fuerint publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem reverendissimis ac reverendis in Christo patribus & dominis, dominis Joanne Ostiensi, Angelo Laudensi episcopo Prænestino, Antonio Portuensi episcopis, Francisco tituli sanctæ crucis in Jerusalem, Gabriele tituli sancti Clementis dicto Senensi, Thoma tituli sanctorum Joannis & Pauli, Branda tituli sancti Clementis dicto Placentino, Antonio tituli sanctæ Cæciliæ de Chalanco nuncupato, Petro de Fuxo presbyteris, Raynaldo de Brancaciis sancti Viti in Macello, Lucido sanctæ Mariæ in Cosmedin de Comitibus, & Petro sanctæ Mariæ in schola Græca de Venetiis vulgariter nuncupato, diaconis S. R. E. cardinalibus: Joanne Constantinopolitano, & Joanne Antiocheno patriarchis, aliisque dominorum regum, principum, prælatorum, & ducum, comitum, baronum, universitatum, ac studiorum ambassiatoribus, nunciis, & procuratoribus, & pluribus aliis Christi fidelibus in multitudine copiosa testibus ad præmissa, *&c.*

Tenor vero schedulæ papyri petitionis prædictæ, unde superius fit mentio, de verbo ad verbum sequitur:

Protestatio ambassiatorum regis Poloniæ.

NOs humiles oratores serenissimi principis & domini, domini regis Poloniæ, & potentis fratris ejus Alexandri, alias VVitoldi magni ducis Lithuaniæ, cum omni humilitate, & instantia, ac qua decet reverentia sanctitati vestræ supplicamus, quatenus sanctitas vestra libellum cujusdam fratris Joannis de *a* Falkemberg, tanquam hæreticum notorie crudelissimum, recte, & cum omni debita solemnitate, & maturitate damnatum; necnon etiam per omnes nationes & sacrum collegium reverendissimorum patrum dominorum cardinalium, sicut patet his publici solemnibus instrumentis; damnare, seu eumdem damnatum publice pronunciare dignetur, & exstirpando ipsam crudelissimam hæresim, se judicio omnium Christi fidelium, seu omnium Christicolarum nationum conformare. De quibus supplicatione & requisitione cum omni humilitate & reverentia factis, nos præfati serenissimis regis, & præpotenti fratris ejus oratores, omnium reverendissimorum patrum, & dominorum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, necnon ceterorum oratorum serenissimorum regum, & principum; & etiam reverendorum patrum, & dominorum sanctæ sedis Apostolicæ notariorum ceterorumque prælatorum, aliorumque notabilium virorum & publicorum notariorum, & tabellionum hic existentium authenticum testimonium scripto, & verbo, prout melius videbitur, expedire, petimus, & requirimus: ad nostrum oratorum excusationem: ne quovis loco & tempore nobis valeat negligentia adscribi, vel aliquo modo imputari coram Deo, sanctitate vestra, ac omnibus sub Christiano nomine militantibus: dicimus, proponimus, & protestamur, quod per nos non stetit, quominus principalis intentio, seu principale propositum hujus sacri Concilii Constantiensi, videlicet hæreses exstirpandi, propter quod est, Deo auctore, legitime congregatum, debitum sortiatur effectum: quominus ipsæ hæreses tam crudelissimæ, pro quibus exstirpandis hoc sacrum Concilium, quantum in eo fuit, effecit, debite exstirpentur; & quo minus injuriam detestandam Christianæ religioni, & eorum principibus ex ipso libello, seu tractatulo, & ejus protracta condemnatione, illam fuerimus, quantum in nobis est, prosecuti. De qua etiam protestatione, prosecutione, & requisitione eorumdem reverendissimorum patrum, & dominorum, regum, & principum, oratorum, protonotariorum, prælatorum, aliarumque spectabilium personarum, & ceterorum publicorum notariorum testimonium solemniter requirimus, & petimus.

Verum quia attento quod hoc sacratissimum generale *b* Concilium inter cetera pro hæresum exstirpatione exstitit convocatum; ob eam causam nos oratores præfati ex dictorum serenissimorum principum piissima & devotissima ad fidem catholicam intentione, hoc profecto libentissime venimus, utpote maxima cum aviditate

a MS. Falkenberg. It. mox, crudelissimas continentem hæreses, per judices Concilii, a sacro Constantiensi Concilio deputatos, rite, recte, &c.

b MS. Constantiense Concilium.

ANNO CHRISTI 1418.

tate errorum exstirpationem exposcentes, curavimus, ne qua in Dei ecclesia difformitas remaneret. Jo qua re, Deo primum, Christianæ religioni, & militanti ecclesiæ, ceteris, & dictis serenissimis principibus summe certe existimamus placuisse. Cum autem ex protractione damnationis præfati libelli, necnon adjutorum ejusdem, videamus [a] tam adversum fidem catholicam, quam ad hoc sacrum Concilium, cujus membra exsistimus, necnon sanctitatem vestram, quam omni devotione, & animorum sinceritate veneramur, scandala evenire; volentes potius Deo, quam homini satisfacere, & nostrum propositum, propter quod huc venimus, pro parte dictorum principum adimplere; in conspectu sanctitatis vestræ, & totius celeberrimi hujus cœtus protestamur, & [b] indicimus, nihil omisisse, quominus exstirparentur omnes hæreses, & errores nunc ecclesiam molestantes; potissime insurgentes ex prava intolerabilique dicti Joannis [c] Fallemberg doctrina per omnes judices fidei hujus sacri Concilii, perque nationes omnes, & reverendissimos patres dominos cardinales damnata, seu damnari declarata. Et etiam protestantes, & insinuantes, quod cum ad ipsos specialiter pertineat, honoremque statuum serenissimorum principum regis Poloniæ, & ducis [d] VVicoldi etiam defendere, & augere, qualiter ex negligentia intolerabili super præfata libelli in publica sessione condemnatione; attento quod idem Joannes specialiter in opprobrium & confusionem præfatorum principum, & eorum regnorum talia dogmatizare & prædicare non formidavit; multa, & gravia scandala sequi poterunt tam contra fidem catholicam, quam contra statum principum præfatorum, multis ex odio [e] & revocare eamdem doctrinam licet notorie diabolicam confoventibus. Quorum ne vestra sanctitas, totumque sacrum Concilium possit ex aliqua ignorantia excusari, hæc de novo ad ejusdem sanctitatis vestræ memoriam reducuntur. Petentibus & requirentibus dictis oratoribus super iis ab omnibus hic adstantibus unum vel plura confici publica instrumenta ad æternam rei memoriam. Necnon attento quod [f] hæc fidem catholicam tangit, & bonum universalis ecclesiæ, quæ spectat ad generalia Concilia decidere, & terminare: Ideo etiam cum omni debita reverentia & humilitate, in quantum ante dissolutionem hujus sacri Concilii debite non provideatur, juxta jam per nationes dicti sacri Concilii reverendissimosque dominos cardinales, & judices determinata, de appellando ad futurum proxime generale Concilium protestamur, &c.

[a] Mſ. tam ad verum.
[b] Mſ. indicamus.
[c] Mſ. Falkenberg.
[d] Mſ. VVitoldi.
[e] Mſ. & revocare.
[f] Mſ. hoc.

Bulla Martini V. contra errores VVicleff, &c.

Postremo vero pro finali conclusione sacri Constantiensis Concilii generalis hujusmodi surrexit egregius doctor legum dominus Ardecinus de Novaria sacri consistorii advocatus præfatus, qui de mandato, seu præcepto serenissimi domini Sigismundi Romanorum regis ibidem præsentis eidem super hoc specialiter, ut asseruit, facto, primo proposuit, explicando, quomodo civitas Constantiæ præsens concorditer & unanimiter fuerat pro loco generalis Concilii deputata; & explicatis laboribus, viarumque formidabilibus discriminibus, ac sumptuosis expensis per eumdem, in quibus constitutus erat factis, & habitis, pro desideratæ sanctæ matris ecclesiæ unionis prosecutione feliciter jam obtentæ, regratiando nomine regis prælibati reverendissimorum dominorum S. R. E. sacro collegio cardinalium, aliisque reverendis patribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac prælatis; necnon dominorum regum, principum, ducum, comitum, baronum, studiorum universitatum & communitatum ambassiatoribus, & nunciis quibuscumque, de perseverantia & prosecutione unionis prædictæ bona seu fideli; promittensque nomine præfati domini regis, eumdem in S. R. E. dictique domini nostri Papæ obedientia fideliter, & perpetuo permansurum: quam defensare & prosequi etiam contra quoscumque inobedientes per eumdem firmiter asserebat.

Quibus & aliis per eumdem dominum Ardecinum pulcre inductis, & compendiose propositis, venerabilis & egregius legum doctor dominus Augustinus de Lante de Pisis sacri consistorii, fiscique advocatus, nomine sanctissimi domini nostri Papæ, & sanctæ sedis Apostolicæ, de præmissis omnibus & singulis, ut præfertur, habitis & peractis, a dominis Apostolicæ sedis protonotariis dictique sacri generalis Concilii notariis, atque scribis, & ipsorum quolibet, unum, vel plura, seu tot, quod sibi necessaria fuerint confici & fieri petiit publica instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Præsentibus omnibus supradictis, &c.

Ex prima editione.

ERRORES JOANNIS VVICLEEF DE ANGLIA, & Joannis Hus de Bohemia, damnati in hoc sacro generali Constantiensi Concilio.

Martinus episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis & episcopis, ac Inquisitoribus hæreticæ pravitatis ubilibet constitutis, ad quos litteræ præsentes pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Inter cunctas pastoralis curæ solicitudines, quibus premimur incessanter, illa potissime fortius nos angit, ut hæreticis de finibus Christicolarum expulsis, suisque falsis doctrinis & erroribus perversis penitus, quantum nobis ex alto conceditur, exstirpatis, orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Christianus in ejusdem fidei sinceritate, qualibet obscurationis semoto velamine, immobilis & inviolatus persistat. Sane dudum plus quam omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominiis, præsertim in regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ, ac locis & districtibus illis vicinis, adversus fidei catholicæ dogmata, & sanctæ matris ecclesiæ traditiones, non solum contra unum, quinimmo contra plura fidei catholicæ dogmata insurrexerant quidam hæresiarchæ, circumcelliones, schismatici & seditiosi, Luciferina superbia & rabie lupina evecti, dæmoniorum fraudibus illusi, de vanitate in idipsum (licet forent de diversis mundi partibus oriundi) convenientes, & caudas colligates habentes, damnatæ videlicet memoriæ Joannes VVicleff de Anglia, Joannes Hus de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui utinam alios secum ad infidelitatis interitum non traxissent. Nam ubi hujusmodi pestilentes personæ perversa dogmata pertinaciter seminabant, in sua doctrina pestifera primordia prælati & alii judiciariæ potestatis regimina exercentes, tanquam canes muti non valentes latrare, nec ulciscentes cum Apostolo in promptu omnem inobedientiam hæresiarchas ipsos pestiferos & dolosos, eorum lupinam rabiem truculentam statim (ut adstricti fuerant) canonice coercere, eosque de domo Domini corporaliter ejicere non curarunt, sed sacrilegam, falsam, perniciosam ipsorum doctrinam per longas moras negligenter convalere permiserunt: populorum multitudo, illorum opinionibus falsis decepta, pro veris accepit, quæ diu mendaciter & perniciose ac damnabiliter seminaverunt, eisque credendo, a recta fide cecidit turba multa, & errore devio involvitur, proh dolor, paganorum adeo: quod per diversa illarum, eisdemque convicinarum partium climata, oves Christi catholicas hæresiarchæ ipsi successive infecerunt, & in stercore mendaciorum fecerunt putrescere. Quapropter generalis Constantiensis Synodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid faciet ecclesia medicina, salutem omnium materna caritate conquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? numquid contemnere, numquid desistere vel debet vel potest? certe non, secundum eumdem; immo utrisque sit necesse est molesta, quæ neutris est inimica. Nam & molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste cædendo; sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, (inquit Augustinus) ista mansuetudo potius falsa crudelitas est. Proinde Synodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque catholicæ fidei ac christianæ religionis conservationem, augmentum, & animarum salutem & præservationem, eosdem Joannem

2. Cor. 10.

Epist. 109. ad Faust.

Epist. 50. ad Bonif.

VVi-

ANNO CHRISTI 1418.

Wicleff, & Joannem Hus, & Hieronymum, qui inter cetera de sacro Eucharistiæ sacramento, & aliis sacramentis ecclesiæ & articulis fidei aliter quam sancta Romana ecclesia credit, & tenet, & prædicat, & docet, quamplurima temere & damnabiliter credere ac tenere, prædicare atque docere pertinaciter attentabant, velut hereticos & pertinaces ac obstinatos jam a communione fidelium separatos, de domo Dei corporaliter ejecit, & spiritualiter ejectos declaravit: & alia nonnulla circa præmissa utilia & salubria statuit & decrevit, per quæ alii qui causantibus hæresiarchis, eorumque falsis doctrinis hujusmodi spiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad semitas veritatis. Et quia (sicut dolenter accepimus) non solum in regno Bohemiæ & Marchionatus, dominiis & locis supradictis, verum etiam in quibusdam partibus & provinciis contiguis, seu vicinis eisdem, etiam nonnulli ex sectatoribus & sequacibus hæresum ac errorum hæresiarcharum prædictorum, timore divino & pudore humano prorsus abjectis, nec de ipsorum, & præsertim Joannis Hus & Hieronymi interitu miserabili sumentes conversionis & pœnitentiæ fructum; sed tanquam in profundum pressi peccatorum, Dominum Deum blasphemare non cessant, ducentes in irritum nomen ejus: quorum mentes pater mendacii sic damnabiliter excæcavit, ut prædictos libros, codices & opuscula hæreses & errores continentes seu continentia, dudum etiam per Synodum præfatam damnatos & damnata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, student, ac ex eis in sui & multorum simplicium periculum, nedum contra statata, decreta & ordinata in Synodo supradicta, sed etiam contra canonicas sanctiones dogmatizare præsumunt, in animarum periculum, ac puritatis fidei denigrationem & scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quod error cui non resistitur, approbari videtur, ac malis & perniciosis erroribus hujusmodi resistere, ac eos de medio Christi fidelium, & præsertim de supradictis Bohemiæ & Moraviæ dominiis & districtibus ac confinibus & vicinis eorum, ne amplius & latius se extendant, funditus evellere cupientes, discretioni vestræ, sacro approbante Concilio Constantiensi, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos archiepiscopi & episcopi ac electi, & quilibet vestrum per se, seu alium vel alios, quos graves & idoneas personas spiritualem jurisdictionem habentes esse volumus, omnes & singulos cujuscumque dignitatis, officii, præeminentiæ, status vel conditionis existant, & quibuscumque nominibus censeantur, qui de præexcelso, salutifero & supermirabili sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de baptismate, seu peccatorum confessione, pœnitentiæ pro peccatis injunctione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis, seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quam sacrosancta Romana ecclesia & universalis docet, prædicat & observat; aut articulos seu libros & doctrinas præfatorum hæresiarcharum Joannis VVicleff, & Joannis Hus, & Hieronymi, per eamdem Constantiensem Synodum cum suis auctoribus (ut prædicitur) damnatos & damnatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipsorum hæresiarcharum publice vel occulte pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare præsumpserint, eorumque receptatores, defensores & fautores quoslibet etiam, contemplatione prædictorum errorum; necnon credentes & adhærentes eisdem, tanquam hæreticos judicetis, & velut hæreticos sæculari curiæ relinquatis. Receptatores quoque, fautores & defensores hujusmodi pestiferarum personarum, quæ erroribus ipsis crediderint, nec favore aut contemplatione errorum ipsorum, sed forte carnalis amoris causa, vel occasione alia hujusmodi personas pestiferas receptaverint, præter pœnas ab utroque jure talibus inflictas, per judices competentes tanta severitate pœnarum in tam enormi scelere ultionem accipiant, quod cedat ceteris grassantibus in exemplum; ut quos Dei timor a malo non revocat, saltem coerceat severitas disciplinæ. Cum reliquis vero hujusmodi secta damnabili quomodolibet infectis, qui post competentem monitionem ac frequentem exhortationem, qua pie erga eos, spe correctionis & emendationis, ac ad melioris vitæ frugem conversionis, usum est, a prædictis erroribus & secta voluerint resipiscere, & ad gremium unitatemque sanctæ matris ecclesiæ, ac fidem catholicam, quæ sola salvare potest, sine qua nulli veræ salutis subsidium contingit, plene recognoscere & confiteri, justitiæ severitas (prout facti poposcerit qualitas) dulcore misericordiæ temperetur. Et nihilominus omnes Christianæ & catholicæ fidei professores, imperatorem, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, rectores, consules, proconsules, scabinos, communitates & universitates regnorum, provinciarum, civitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum hujusmodi, necnon ceteros jurisdictionem temporalem exercentes, juxta juris formam & exigentiam auctoritate Apostolica exhortando moneatis & requiratis, ut de regnis, provinciis, civitatibus, oppidis, castris, villis, terris & omnibus aliis locis ac dominiis supradictis, omnes & singulos hæreticos hujusmodi, secundum tenorem Lateranensis Concilii, quod incipit, Sicut ait, ad instar etiam irretitorum crimine usuracarum, quos publice vel manifeste per facti evidentiam cognoverint esse tales, tanquam oves morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quousque a nobis, seu vobis, vel aliis judicibus ecclesiasticis, vel inquisitoribus, fidem & communionem Romanæ ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis; nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larem fovere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis solatia cum Christi fidelibus habere permittant. Et si tales hæretici publici ac manifesti, licet nondum per ecclesiam declarati, in hoc tam gravi crimine decesserint, ecclesiastica careant sepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eisdem: bona tamen ipsorum a tempore commissi criminis secundum canonicas sanctiones confiscata non occupentur per illos, ad quos alias pertineret, donec per hujusmodi judices ecclesiasticos super hoc potestatem habentes sententia declaratoria super ipso hæresis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hæresi per judicem competentem ecclesiasticum inventi fuerint sola suspicione notati seu suspecti, nisi juxta considerationem & exigentiam suspicionis, qualitatemque personæ, ad arbitrium judicis hujusmodi propriam innocentiam congrua devotione monstraverint, in purgatione eis canonice indicta deficientes, & se canonice purgare non valentes, aut pro hujusmodi purgatione facienda, obstinatione damnabili jurare renuentes, tanquam hæretici condemnentur. Qui vero dictam innocentiam monstrare ex quadam negligentia seu desidia, & purgationem hujusmodi facere omiserint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur; ita quod si per annum in excommunicatione hujusmodi persisterint, extunc velut hæretici condemnentur. Si quis vero super aliquo sæpe dictæ pestiferæ doctrinæ hæresiarcharum prædictorum, vel aliquibus articulis dumtaxat scandalosis, temerariis, seditiosis, vel piarum aurium offensivis, culpabilis repertus fuerit, canonice puniatur. Si vero propter solam infamiam aut suspicionem dictorum articulorum, vel alicujus ipsorum, quis repertus fuerit suspectus, & in purgatione canonica propter hoc sibi indicta deficeret, pro convicto habeatur, & tanquam canonice convictus puniatur. Et insuper felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi prædecessoris nostri, quæ incipit, Ut inquisitionis negotium, renovantes, & etiam exsequentes, universas potestates & dominos temporales & judices antedictos, quibuscumque dignitatibus vel officiis seu nominibus censeantur, exhortando requirimus, & mandamus eisdem, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ac filii ecclesiæ nuncupari, & in Christi nomine gloriari, ita pro defensione fidei vobis archiepiscopis, episcopis & electis, ac inquisitoribus hæreticæ pravitatis, & aliis judicibus seu personis ecclesiasticis per vos ad hoc (ut præmittitur) deputandis, fidem & communionem sanctæ matris ecclesiæ tenentibus, pareant & intendant, præbeantque auxilium & favorem, in hæreticorum, necnon credentium, fautorum, receptatorum & defensorum ipsorum, investigatione, captione, custodia diligenti, cum ab eis-

Joan. 8.

Hebr. 11.

Lateran. Concil. sub Alexand. 3. cap. 27.

ANNO CHRISTI 1418.

eisdem fuerint requisiti, ut præfatas personas pestiferas alios secum perdere molientes, in potestatem seu carcerem per vos archiepiscopos, episcopos, electos & inquisitores prædictos aut deputandos a vobis, vel ad locum de quo vos vel ipsi mandabitis, infra eorumdem dominorum potestatem, rectorum, seu judicum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: ubi per viros catholicos a vobis archiepiscopis vel episcopis, electis seu inquisitoribus, seu deputandis personis hujusmodi, vel vestrum aliquo deputato, sub exacta & diligenti custodia, ne fugiant, ponendo eos, etiam compedibus & manicis ferreis teneant, donec eorum negotium per ecclesiæ judicium terminetur; & quod de hæresi a judice ecclesiastico competenti, qui fidem & communionem dictæ sanctæ Romanæ ecclesiæ teneat, condemneatur, præfati domini temporales, seu rectores, judices, vel eorum officiales, seu nuntii, sibi relictos, recipiant indilate, animadversione debita puniendos. Verum ne in præjudicium & scandalum præfatæ fidei orthodoxæ religionis Christianæ, prætextu ignorantiæ quemquam in hoc circumveniri, aut versutos homines sub frivolæ excusationis velamine in hac materia palliare contingat; & ut de convincendis seu cognoscendis hæreticis, receptatoribus, defensoribus, fautoribus, credentibus & adhærentibus, necnon de hæresi suspectis, & aliis hujusmodi perversa doctrina quomodolibet maculatis, plenior habeatur in futurum instructio, tam ad regnum Bohemiæ & convicinas illi, quam alias quaslibet partes, in quibus superstitiosa doctrina quomodolibet pullulaverit, articulos infrascriptos, sectam dictorum hæresiarcharum concernentes, pro directione dictæ fidei decernimus transmittendos, & eistum destinandos, super quibus vobis & aliis omnibus archiepiscopis, episcopis & electis ac commissariis & inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ precipimus & mandamus, ut quilibet earum infra limites & loca suæ jurisdictionis, necnon regno & marchionatu & locis eis vicinis predictis, etiam si loca ipsa extra jurisdictionem eamdem ultra duas dietas consistant, circa exstirpationem & correctionem errorum ac heresum, & hujusmodi secte pestifere, in favorem ipsius fidei orthodoxe diligenter invigilent: & omnes infamatos seu suspectos de tam pestifera labe sub confessati criminis, excommunicationis, suspensionis, interdicti, aut alia formidabili pœna canonica vel legali, prout, quando & quemadmodum eis videatur expedire, & facti inquireret qualitas, ad singulos hujusmodi articulos per juramentum corporaliter prestitum, tactis sacrosanctis evangeliis, seu sanctorum reliquiis, imagine Crucifixi, secundum quorumdam locorum observantium, juxta infrascripta interrogatoria ad quemlibet articulum convenientia, respondere compellant. Nos enim contra omnes & singulos archiepiscopos, episcopos, & electos, & inquisitores, qui super exstirpando suum territorium, districtum, seu locum, de talibus mulis & sceleratis hominibus, negligentes fuerint, seu remisse egerint, usque ad privationem, seu depositionem Pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus; aliosque illorum substituemus, qui pravitatem hereticam possint & valeant confundere; & ad alias pœnas contra tales a jure inflictas, & alios graviores, si expediat, infligendas, procedemus, procedique faciemus, juxta juris & facti exigentiam, ac hujusmodi culpe & criminis fœditatem. Tenores vero eorumdem articulorum, seu capitulorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur per ordinem in hec verba.

Supra, sess. VIII. pag. 179.

Et primo sequitur tenor articulorum Joannis Wicleff.

1. *Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis, remanent in sacramento altaris.*
2. *Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento.*
3. *Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.*
4. *Si episcopus vel sacerdos existit in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.*
5. *Non est fundatum in evangelio, quod Christus Missam ordinaverit.*
6. *Deus debet obedire diabolo.*
7. *Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.*
8. *Si Papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi forte a Cæsare.*
9. *Post Urbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Græcorum sub legibus propriis.*
10. *Contra scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.*
11. *Nullus prælatus debet aliquem excommunicare nisi prius sciat eum excommunicatum a Deo: & qui sic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.*
12. *Prælatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem, vel ad Concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.*
13. *Illi qui dimittunt prædicare, sive audire verbum Dei, propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in Dei judicio traditores Christi habebuntur.*
14. *Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, absque auctoritate sedis Apostolicæ, sive episcopi catholici.*
15. *Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.*
16. *Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, id est, ex habitu, non solum actu delinquentibus.*
17. *Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.*
18. *Decime sunt pure elemosyne: & possunt parochiani, propter peccata suorum prelatorum, ad libitum suum eas auferre.*
19. *Speciales orationes applicate uni persone per prelatos vel religiosos, non plus prosunt eidem, quam generales, ceteris paribus.*
20. *Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.*
21. *Si aliquis ingreditur religionem privatam qualemcumque, tam possessionatorum, quam Mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad observationem mandatorum Dei.*
22. *Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt.*
23. *Religiosi viventes in religionibus privatis non sunt de religione Christiana.*
24. *Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.*

Prima pars est scandalosa & presumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur: & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25. *Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus.*
26. *Oratio præsciti nulli valet.*
27. *Omnia de necessitate absoluta eveniunt.*
28. *Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reservantur Papæ & episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.*
29. *Universitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt ecclesiæ sicut diabolus.*
30. *Excommunicatio Papæ vel cujuscumque prælati non est timenda, quia est censura Antichristi.*
31. *Peccant fundantes claustra; & ingredientes sunt viri diabolici.*
32. *Ditare clerum, est contra regulam Christi.*
33. *Silvester Papa & Constantinus Imperator erraverunt ecclesiam dotando.*
34. *Omnes de ordine Mendicantium sunt heretici: & dantes eis eleemosynam sunt excommunicati.*
35. *Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad observanda divina præcepta, & per consequens ad perveniendum ad regnum cælorum, nisi apostataverint ab eisdem.*
36. *Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus*

ANNO CHRISTI 1418.

tibus sunt hæretici, eo quod possessiones habent: & consentientes eis, omnes videlicet domini sæculares & ceteri laici. A

37. *Ecclesia Romana est Synagoga satanæ, nec Papa est proximus & immediatus vicarius Christi & Apostolorum.*
38. *Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a fide Christi: & clerici sunt stulti, qui student eas.*
39. *Imperator & domini sæculares sunt seducti a diabolo, ut ecclesiam dotarent bonis temporalibus.*
40. *Electia Papæ a cardinalibus, a diabolo est introducta.*
41. *Non est de necessitate salutis, credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias.*

Error est, si per Romanam ecclesiam intelligat universalem ecclesiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias ecclesias particulares. B

42. *Fatuum est credere indulgentiis Papæ & episcoporum.*
43. *Juramenta illicita sunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia civilia.*
44. *Augustinus, Benedictus & Bernardus damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, quod habuerunt possessiones, & instituerunt & intraverunt religiones: & sic a Papa usque ad ultimum religiosum, omnes sunt hæretici.*
45. *Omnes religiones indifferenter introductæ sunt a diabolo.*

Tenor autem articulorum Joannis Hus sequitur, & est talis.

C

1. *Unica est sancta universalis ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas. Et infra sequitur: Universalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum unus est numerus omnium prædestinatorum.*
2. *Paulus numquam fuit membrum diaboli, licet fecit quosdam actus actibus ecclesiæ malignantium consimiles.*
3. *Præsciti non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars ejus finaliter excidet ab ea: eo quod prædestinationis charitas, quæ ipsam ligat, non excidet.*
4. *Duæ naturæ, divinitas & humanitas, sunt unus Christus.*
5. *Præscitus, etsi aliquando est in gratia secundum præsentem justitiam, tamen numquam est pars sanctæ ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum ecclesiæ, licet aliquando excidat a gratia adventitia, sed non a gratia prædestinationis.* D
6. *Sumendo ecclesiam pro convocatione prædestinatorum, sive fuerint in gratia, sive non secundum præsentem justitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei.*
7. *Petrus non est, nec fuit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.*
8. *Sacerdotes quomodolibet criminose viventes, sacerdotii polluunt potestatem: & sic, ut filii infideles, sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clavibus, officiis, censuris, moribus, cærimoniis & sacris rebus ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis, & ordinibus.*
9. *Papalis dignitas a Cæsare inolevit, & Papæ perfectio & institutio a Cæsaris potentia emanavit.*
10. *Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput ecclesiæ particularis: nec Romanus Pontifex est caput Romanæ ecclesiæ particularis.* E
11. *Non oportet credere, quod iste quicumque est Romanus Pontifex, sit caput cujuscumque particularis ecclesiæ sanctæ, nisi Deus eum prædestinaverit.*
12. *Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat a Deo procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicariatus requiritur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.*
13. *Papa non est verus & manifestus successor Apostolorum principis Petri, si vivit moribus contrariis Petro: & si quærit avaritiam, tunc est vicarius Judæ Scarioth. Et pari evidentia cardinales non sunt veri & manifesti successores collegii aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, servantes mandata & consilia Domini nostri Jesu Christi.*
14. *Doctores ponentes, quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, sæculari judicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc Pontifices, scribas & Pharisæos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus dicentes,* Nobis non licet interficere quemquam, *ipsum sæculari judicio tradiderunt; & quod tales sunt homicidæ graviores quam Pilatus.* Joan. 18.
15. *Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiæ, præter expressam auctoritatem scripturæ.*
16. *Divisio immediata humanorum operum est, quod sunt vel virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agit quidquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agit quidquam, tunc agit virtuose: quia sicut vitium quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit universaliter actus hominis vitiosi; sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi.*
17. *Sacerdotes Christi viventes secundum legem ejus, & habentes scripturæ notitiam, & effectum ad ædificandum populum, debent prædicare, non obstante pratensa excommunicatinoe. Et infra: Quod si Papa, vel aliquis prælatus mandat sacerdoti sic disposita, non prædicare, non debet subditus obedire.*
18. *Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit: & illud mandatum debet exsequi, prætensa excommunicatione non obstante.*
19. *Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis & interdicti, ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichristo. Signum autem evidens est, quod ab Antichristo tales procedunt censuræ, quas vocant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maxime usurpabit.*
20. *Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc ut Judas Apostolus est diabolus, fur & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis ecclesiæ, cum nec sit membrum ejus.*
21. *Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiæ, & quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti insolubiliter.*
22. *Papa vel prælatus malus & præscitus, est æquivoce pastor, & vere fur & latro.*
23. *Papa non debet dici sanctissimus, etiam secundum officium, quia alias rex deberet etiam dici sanctissimus secundum officium: & tortores & præcones dicerentur sancti, immo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius Dei.*
24. *Si Papa vivat Christo contrarie, etiam si ascenderet per ritum & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem a Deo principaliter factam. Nam Judas Scarioth rite & legitime est electus a Deo Christo Jesu ad episcopatum, & tamen ascendit aliunde in ovile ovium.*
25. *Condemnatio quadraginta quinque articulorum Joannis Wicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & male facta, & ficta est causa per eos allegata: videlicet ex eo, quod nullus eorum sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.*
26. *Non eo ipso quo electores, vel major pars eorum consenserit viva voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus successor vel vicarius Petri Apostoli, vel alterius Apostoli in officio ecclesiastico. unde sive electores bene, sive male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad pro-*

fectum

fectum ecclesiæ, habet a Deo ad hoc copiosiùs potestatem.

27. Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa ecclesia militante converfetur & conservetur.

28. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

29. Apostoli & fideles sacerdotes Domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile Papa usque ad diem judicii.

30. Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

Super præmissis autem articulis quilibet de eis suspectus, seu in eorum assertione deprehensus, juxta modum interrogetur infra scriptum.

In primis, utrum cognoverit Joannem Vvicleff de Anglia, Joannem Hus de Bohemia, Hieronymum de Praga, seu aliquem eorum: & unde habuerit eorum notitiam, & utrum cum eis, vel eorum aliquo, dum viverent, conversationem vel amicitiam habuerit.

Item, utrum sciens ipsos seu aliquem ipsorum excommunicatos, scienter participaverit cum illis, reputans & dicens talem participationem non esse peccatum.

Item, utrum post mortem eorum pro eisdem seu aliquo eorum oraverit, & publice vel occulte opera pietatis exercuerit, asserens eos fore beatos & salvos.

Item, utrum eos vel aliquem eorum sanctos reputaverit & dixerit, & eis venerationes velut sanctis exhibuerit.

Item, utrum credat, teneat & asserat, quod quodlibet Concilium generale, & etiam Constantiense universalem ecclesiam repræsentet.

Item, utrum credat, quod illud quod sacrum Concilium Constantiense, universalem ecclesiam repræsentans, approbavit & approbat in favorem fidei & ad salutem animarum, quod hoc est ab universis Christi fidelibus approbandum & tenendum: & quod condemnavit & condemnat esse fidei vel bonis moribus contrariam, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum & asserendum.

Item, utrum credat, quod condemnationes Joannis VVicleff, Joannis Hus, & Hieronymi de Praga, factæ de personis eorum, libris & documentis per sacrum generale Constantiense Concilium, fuerint rite & juste factæ, & a quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter asserendæ.

Item, utrum credat, teneat, asserat Joannem VVicleff de Anglia, Joannem Hus de Bohemia, & Hieronymum de Praga, fuisse hæreticos & pro hæreticis nominandos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuisse & esse perversos, propter quos & quas, & eorum pertinacias, per sacrum Concilium Constantiense pro hæreticis sunt condemnati.

Item, utrum habeat in sua potestate aliquos tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcumque alia scripta in quocumque idiomate per Joannem VVicleff, Joannem Hus, & Hieronymum hæreticos, seu eorum pseudodiscipulos & sequaces editos vel translatos, edita vel translata; quod illos vel illa ordinario loci, vel ejus commissario, seu inquisitori sub juramento præsentet.

Quod si apud se scripta hujusmodi se habere non cognoverit, sed alibi, quod juret illa circa suum ordinarium, vel alios supradictos infra certum terminum sibi præfigendum deponere.

Item, utrum sciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcumque alia scripta in quocumque idiomate composita sive translata, quod illum vel illos detegat vel manifestet pro purificatione fidei, sive executione justitiæ.

Item, specialiter litteratus interrogetur, utrum credat sententiam sacri Constantiensis Concilii super quadragintaquinque Joannis VVicleff, & Joannis Hus triginta articulis superius descriptis latam, fore veram & catholicam: scilicet, quod supradicti quadraginta quinque articuli Joannis VVicleff, & Joannis Hus triginta, non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie hæretici, a quidam erronei, alii temerarii & seditiosi, alii piarum aurium offensivi.

a Mss. addunt, alii blasphemi, alii periculosi.

Item, utrum credat & asserat, quod in nullo casu sit licitum jurare.

Item, utrum credat, quod ad mandatum judicis juramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamiæ faciendum, sit licitum.

Item, utrum credat, quod perjurium scienter commissum, ex quacumque causa vel occasione, pro conservatione vitæ corporalis propriæ vel alterius, etiam in favorem fidei, sit mortale peccatum.

Item, utrum credat, quod deliberato animo contemnens ritum ecclesiæ, cæremonias exorcismi & catechismi, aquæ baptismatis consecratæ, peccet mortaliter.

Item, utrum credat, quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis & vini non sit panis materialis & vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram Patris.

Item, utrum credat & asserat, quod facta consecratione per sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro Christi & sanguis & anima & deitas & totus Christus, ac idem corpus absolute & sub una qualibet illarum specierum singulariter.

Item, utrum credat, quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab ecclesia universali observata, & per sacrum Concilium Constantiæ approbata, sit servanda sic, quod non liceat eam reprobare, aut sine ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum præmissorum, tanquam hæretici vel sapientes hæresim, sint arcendi & puniendi.

Item, utrum credat, quod Christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis, vel extremæ unctionis, aut solemnizationis matrimonii, peccet mortaliter.

Item, utrum credat, quod Christianus ultra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non laico seu laicis quantumcumque bonis & devotis.

Item, utrum credat, quod sacerdos in casibus sibi permissis possit peccatorem confessum & contritum a peccatis absolvere, & sibi pœnitentiam injungere.

Item, utrum credat, quod malus sacerdos cum debita materia & forma, & cum intentione faciendi quod facit ecclesia, vere conficiat, vere absolvat, vere baptizet, & vere conferat alia sacramenta.

Item, utrum credat, quod beatus Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi & solvendi super terram.

Item, utrum credat, quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, ejus nomine proprio expresso, sit successor beati Petri, habens supremam auctoritatem in ecclesia Dei.

Item, utrum credat, auctoritatem jurisdictionis Papæ, archiepiscopi & episcopi in solvendo & ligando esse majorem auctoritate simplicis sacerdotis, etiam si curam animarum habeat.

Item, utrum credat, quod Papa omnibus Christianis vere contritis & confessis ex causa pia & justa possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, & ipsis manus suas porrigentibus adjutrices. Et,

Utrum credat, quod ex tali concessione visitantes, ecclesias ipsas & manus adjutrices eis porrigentes, hujusmodi indulgentias consequi possint.

Item, utrum credat, quod singuli episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum, hujusmodi indulgentias concedere possint.

Item, utrum credat & asserat, licitum esse, sanctorum reliquias & imagines a Christifidelibus venerari.

Item, utrum credat religiones ab ecclesia approbatas, a sanctis Patribus rite & rationabiliter introductas.

Item, utrum credat, quod Papa vel alius prælatus propriis nominibus Papæ pro tempore expressis, vel ipsorum vicarii, possint suum subditum ecclesiasticum sive sæcularem propter inobedientiam sive contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus.

Item, utrum credat, quod inobedientia sive contumacia excommunicatorum crescente, prælati vel eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem

aggra-

aggravandi & reaggravandi, interdictum ponendi, & brachium sæculare invocandi; & quod illis censuris per inferiores sit obediendum.

Item, utrum credat, quod Papa, vel alii prælati, & eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem sacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu ecclesiæ & administratione ecclesiasticorum sacramentorum suspendendi.

Item, utrum credat, quod liceat personis ecclesiasticis absque peccato hujus mundi habere possessiones & bona temporalia.

Item, utrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat; immo quod sic auferentes, tollentes & invadentes bona ipsa ecclesiastica, sint tanquam sacrilegi puniendi, etiam si male viverent personæ ecclesiasticæ, bona hujusmodi possidentes.

Item, utrum credat, quod hujusmodi ablatio & invasio cuicumque sacerdoti, etiam male viventi, temere vel violenter facta, vel illata, inducat sacrilegium.

Item, utrum credat, quod liceat laicis utriusque sexus, viris scilicet & mulieribus, libere prædicare verbum Dei.

Item, utrum credat, quod singulis sacerdotibus libere liceat prædicare verbum Dei, ubicumque, quandocumque & quibuscumque placuerit, etiam si non sint missi.

Item, utrum credat, quod omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publice corrigenda & exstirpanda.

Volumus insuper, ac statuimus & decernimus, quod si quis per secretam informationem per vos recipiendam, vel alias repertus fuerit infamatus, seu suspectus de quacumque specie hæresis pestifera secta, vel doctrina pestilentium Joannis VVicleff, Joannis Hus & Hieronymi de Praga hæresiarcharum prædictorum; aut de fovendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum viverent in humanis; vel ipsorum perfidos sequaces & pseudodiscipulos, aut ipsorum erroribus credendo, pro ipsis defunctis vel aliquo ipsorum post obitum orando, vel inter catholicos nominando & defendendo, vel ipsos ut sanctos colendo, prædicando vel adorando, vel alias circa eos suspecte agendo; citetur per vos seu alterum vestrum, personaliter coram vobis seu altero vestro compariturus, semotis procuratore & advocato, responsurus medio juramento per ipsum sic (ut prædictum est) corporaliter præstito, de plana & mera veritate dicenda super prædictis articulis, seu eorum singulis, vel aliis opportunis, secundum exigentiam casus & occurrentium circumstantiarum ad arbitrium vestrum, & prout vobis seu alteri vestrum videbitur expedire, vel alias contra eosdem ipsorum singulos, (prout præsentibus exprimitur, vel alias) canonice procedatis; necnon præsentes litteras, exclusis articulis & interrogatoriis superius positis atque omissis, in civitatibus, diœcesibus, terris & locis aliis, ubi tute fieri poterit, auctoritate nostra solemniter publicetis & publicari faciatis, omnes & singulos hæreticos hujusmodi, necnon sectatores ipsarum hæresum & errorum utriusque sexus, tenentes & etiam defendentes eosdem, aut hæreticis ipsis quomodo libet publice vel occulte in divinis vel alias participantes, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, reginali, ducali, aut alia quavis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate: necnon advocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos hujusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut credulitatis, sequela, fautoria, defensionis & receptationis hujusmodi defenderint, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festivis in præsentia populi nuntietis, & per alios nuntiari faciatis. Et nihilo minus contra eosdem omnes & singulos utriusque sexus, hujusmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores & receptatores & defensores eorumdem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipsorum, cujuscumque dignitatis, status, præeminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis (ut præfertur) existant, auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis: & eos quos per inquisitionem hujusmodi diffamatos, vel per confessionem eorum seu per facti evidentiam, vel alias, hujusmodi hæresis & erroris labe respersos reperietis, auctoritate prædicta etiam per excommunicationis, suspensionis & interdicti, necnon privationis dignitatum, personatuum & officiorum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum ac feudorum, quæ a quibuscumque ecclesiis, monasteriis ac aliis locis ecclesiasticis obtinent, ac etiam bonorum & dignitatum sæcularium, ac graduum scientiarum quarumcumque facultatum, & per alias pœnas, sententias & censuras ecclesiasticas, ac vias & modos, quos ad hoc expedire seu opportunos esse videritis etiam per captiones & incarcerationes personarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur, seu puniri jubentur aut solent juxta canonicas sanctiones. Similiter & clericos ipsos & ecclesiasticas personas, usque ad degradationem inclusive, si eorum culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis: necnon contra eosdem, ipsorum, laicorumque bona secundum canonicas sanctiones & legales, contra hæreticos & eorum sequaces editas, quibus eosdem sectatores sive sequaces subjacere decernimus, animose consurgatis juxta modum & formam supradictos. Et qui de præmissis hæresibus vel articulis, vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alii vero qui per testes seu propriam confessionem vel alias legitimas probationes convicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis, vel aliquo præmissorum, eosdem articulos & errores solemniter & publice revocare, abjurare, pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem (si delictum exegerit) subire cogantur: nec non quod errores & hæreses hujusmodi, cujuscumque generis vel speciei censeantur, de cetero verbo, nutu vel facto non fovebunt, seu alios ad credendum illis verbo vel de facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, aut alio quovis modo inducent, sufficientem & idoneam cautionem præstare teneantur. Quod si forsan eosdem articulos solemniter & publice revocare & abjurare, & pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetuam vel temporalem juxta vestræ discretionis arbitrium, sine dilatione subire, ac sufficientem cautionem, quod errores & hæreses ipsas de cetero non tenebunt, nec fovebunt, nec alios ad credendum vel verbo vel facto, publice & occulte, directe vel indirecte, vel quovis quæsito colore inducant præstare, seu aliquid præmissorum facere voluerint, ex tunc contra ipsos, juxta qualitatem errorum ac delictorum suorum (etiam si expediat) tanquam contra hæreticos aut hæretica labe respersos, auctoritate nostra juxta canonicas & legales sanctiones summarie & simpliciter, ac de plano sine strepitu & figura judicii, & etiam ex officio, appellatione, seu appellationibus quibuscumque cessantibus, procedatis, ac ipsos juxta easdem canonicas traditiones puniatis, etiam si opus fuerit, curiæ sæculari relinquendo: contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio ejusdem brachii sæcularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra civitatem & diœcesim suam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, seu ne judices a sede Apostolica deputati extra civitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive aliis vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diœcesum eorumdem trahere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali, quam aliis quibuscumque constitutionibus Romanorum Pontificum, tam a judicibus delegatis, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ possint in hac parte vestræ jurisdictioni aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu ultra vel extra loca ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & eorum personis, locis & ordinibus & nominibus propriis mentionem,

ANNO CHRISTI 1418.

nem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris exsistat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in vestris litteris habenda sit mentio specialis.

Datum Constantiæ, octavo Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno primo.

Ex Regesto authentico variorum Martini V. ejus bulla confirmatoria Actorum contra hæreses, inquit D. a Schelstrate, qui primus edidit, pag. 274.

Martinus &c. Ad perpetuam rei memoriam. In eminentis Apostolicæ dignitatis specula superna dispositione consilii constituti, inter solicitudines alias innumerabiles nostris humeris incumbentes, assidua cura revolvimus, & in votis nostris gerimus desideranter, ut fides catholica, quæ Christianæ religionis firmissimum est fundamentum, nostris prosperetur temporibus, ac a contagiosis hæreticorum dogmatibus, quibus illam quasi tenebrosi fumi caligine obscurare satagunt, conservetur; hæreticaque pravitas de finibus fidelium exstirpetur; ne innoxii & religione hujusmodi insigniti, hujusmodi dogmatibus, instigante etiam satore malorum operum, infici valeant & involvi. Sane cum dudum damnatæ memoriæ Joannes Hus de Bohemia, & Hieronymus de Praga hæresum quondam nefandæ memoriæ Joannis VVicleff de Anglia pertinacis hæretici reprobi sectatores, puritatem atque splendorem ipsius fidei, necnon immaculatam ecclesiam Domini nostri Jesu Christi sponsam vulpina calliditate per diversas doctrinas sacrilegas, atque errores multifarios partim inferius designatos obumbrare, ac regni Bohemiæ, & partium illi vicinarum incolas inficere, visque pestiferum virus inferre per tempus & tempora, nequiter in suarum, necnon incolarum prædictorum, ac aliorum animarum periculum, & scandalum plurimorum molirentur, Baldassar tunc Joannes XXIII. in sua obedientia, de qua partes illæ fuerant, nuncupatus, volens, prout suo incumbebat officio, hujusmodi doctrinas & errores a mundi limitibus evellere & penitus exstirpare, habitis primitus & præcedendibus diversis tam auctoritate Apostolica, quam nonnullorum archiepiscoporum in suis Conciliis & locis, insignibus super iis processibus in Concilio per eum tunc Romæ celebrato, ad ulteriora procedens, libellos, volumina, tractatus, libros, sive opuscula ipsius Joannis VVicleff doctrinas & errores hujusmodi continentes, de quibus infra fit mentio, condemnavit; mandans illos & illa publice concremari: districtius etiam inhibendo, ne quis Christi nomine insignitus, aliquem, vel aliquos, seu aliqua ex dictis libellis, voluminibus, tractatibus, & libris sive opusculis legere, exponere, docere, vel tenere, aut illis quomodolibet uti vel illos nisi in ipsorum reprobationem allegare publice vel occulte auderet; ac universis ipsius Joannis VVicleff tunc defuncti memoriam, quominus de hæresi damnaretur, defendere volentibus tertium tunc expressum terminum assignavit; & etiam in generali Constantiensi Concilio ad nonnullos alios actus super præmissis processit: subsequentes vero, postquam ipse Baldassar tunc Joannes XXIII. dicta obedientia præesse desierat, ad audientiam præfati Constantiensis Concilii crebris clamoribus deducto, quod supradictus Joannes VVicleff diversos, & inter alios Dialogum, & Trialogum per ipsum nominatos libros, atque opuscula & volumina composuerat; in quibus inter cetera quadraginta quinque damnabiles inseruerat & dogmatizaverat erroneos articulos, prout Joannes Hus & Hieronymus supradicti, nonnullorum potentum, etiam sequacium dictorum errorum, protectione suffulti legerent, & etiam dogmatizarent, simplicibus primo bonum vinum ponentes, paulatim fel draconis in calice Babylonis, persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis contra ipsius catholicæ fidei veritatem procaciter instillando; ac ignorantes Dei justitiam, & propriam gloriam inaniter quærentes statuere: molliendo super oleum sermones suos, quibus tanquam jaculis corda vulnerabant infirmorum, linguas suas acuendo, ut immaculatos interimerent in occulto; ex quibus multa scandala atque damna & animarum pericula in Bohemiæ supradicto & Angliæ regnis sunt secuta: prædictum Constantiense Concilium, quia per diligentem inquisitionem super hoc de ejus mandato factam, præmissa & plura alia reperit fore vera atque notoria; idcirco prædictos per eumdem Baldassarem tunc Joannem XXIII. ut præfertur, habitos processus approbando, eosdem quadraginta quinque articulos, ac Dialogum ac Trialogum prædictos, & quoscumque alios libros, tractatus & opuscula, per eumdem Joannem VVicleff conceptos atque factos reprobavit; necnon illos & illa, ac memoriam ipsius Joannis VVicleff damnavit; ipsum fuisse & esse notorium & pertinacem hæreticum ac in hæresi decessisse, nihilominus declarando: nonnullorum quoque temerariam assertionem, adstruere præsumentium Eucharistiæ sacramentum sub utroque scilicet panis & vini specie a fidelibus ipsis sumendum, similiter reprobavit. Et deinde postquam nutu Dei, cujus incomprehensibilia sunt judicia, Joannes Hus, a etiam a nonnullis murmure gerebatur, aliquorum potentum sæcularium salvo conductu suffultus personaliter venerat, ac Hieronymus præfatus adductus fuerat, ne consummarentur peccata illorum, ad Constantiense Concilium: supradictum usque Concilium ipsum, quia ex fama publica ad eos devenerat, Joannem Hus & Hieronymum prædictos præfatis erroribus esse implicatos, ipsos carcerali custodiæ successive mancipari, & ibidem tamdiu teneri fecerat, quousque super præmissis veritas clareret. Tandem cum de prædictis essent sententialiter convicti, præfatum Constantiense Concilium triginta erroneos articulos dicti Joannis Hus, necnon quemdam libellum per ipsum compositum, & per eum De ecclesia *intitulatum, qui etiam inferius describitur, similiter reprobavit: ac eumdem Joannem Hus presbyterum prius caritative monitum, ut errores ipsius prædictos, prout de jure facere tenebatur, solemniter & publice abjuraret & revocaret; ipso tamen in sua pertinacia damnabiliter persistente, a suis ordinibus degradatum, nudatum quoque & privatum omni privilegio clericali, de crimine hæresis condemnavit; & nihilominus quod ex quovis salvo conductu per quemcumque sæcularem principem concesso nullum fidei catholicæ vel jurisdictioni ecclesiasticæ præjudicium generaretur, declaravit: & subsequenter dictum Concilium præfatum Hieronymum laicum, magistrum in artibus, in hæresim errorum suorum, quos prius similiter caritativis monitis in Concilio supradicto publice abjuraverat & revocaverat, prout infra continetur, velut canis ad vomitum reproba temeritate relapsum, etiam de crimine hæresis condemnavit. Verum quia non sine displicentia grandi nuper ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli Joannis Hus & Hieronymi prædictorum, quos sæcularis potestas propter eorum demerita & peccata, ignis incendio justitia exigente consumpsit, reprobi sequaces & asseclæ in profundum malorum descendentes, fidelium animas damnabiliter sauciantes, adhuc prædictas hæreses sequi ac dogmatizare, non sine divini numinis offensa, & b opprobrium fidei supradictæ conantur, in hujusmodi animarum periculum & scandalum plurimorum; & nimis grave exsisteret ad exterminationem pravitatis prædictæ non agere, quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit; ideo ad Dei gloriam & ejusdem fidei augmentum, prout ex decreto nobis commissi officii incumbit, sectam detestabilem, & præmissos ipsius exsecrandos errores, ne propagentur ulterius, & corda fidelium corrumpant, exstirpare, errantesque hujusmodi in viam veritatis reducere, ac animas eorum Deo sua nobis cooperante gratia lucrifacere totis conatibus affectantes; præmissa omnia & singula, necnon ea quorum tenores inferius describuntur & annotantur, ad publicam notionem cunctorum fidelium præsentium & memoriam futurorum deduci volumus per præsentes, ne quisquam affectatam seu quamvis aliam valeat ignorantiam prætendere, seu qualibet allegare; sed potius certitudinaliter de iis quæ pro exstirpatione hujusmodi hæresum & errorum tam Joannis VVicleff, quam Joannis Hus & Hieronymi prædictorum, hactenus gesta fuerunt, informentur; & in primis siquidem sequuntur teno-*

Bulla Martini V. contra errores VVicleff, &c.

a Forte, in jam ... murmura.

b Forte, opprobrio.

ANNO CHRISTI 1418.

tenores litterarum præfati Balthassaris tunc Joannis XXIII. A super condemnatione librorum & opusculorum Joannis VVicleff, per eundem Balthassarem tunc Joannem XXIII. in Concilio per eum Romæ celebrato facta; quarum videlicet condemnationis hujusmodi gratiosæ tenor est talis:

„ Joannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In generali Concilio inter omnes Apostolicæ sedis instantias &c. a Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, damnationis, reprobationis, jussionis, inhibitionis, statuti, monitionis, & assignationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, IV. Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno tertio.

a Est superius edita tomo VII.

Aliarum vero scilicet exsecutoriarum, de quibus supra proxime sit mentio, litterarum tenor talis est.

„ Joannes episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus, universis archiepiscopis, & episcopis, ac dilectis filiis electis, Abbatibus, Prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum & monasteriorum prælatis, ac inquisitoribus hæreticæ pravitatis, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. Nuper in generali Concilio, quod adhuc in basilica principis Apostolorum de Urbe, pro reformatione & confirmatione prosperi status universalis ecclesiæ celebratur, eodem approbante Concilio, quosdam libellos vel tractatus quondam Joannis VVicleff, seu per ipsum editos, inscriptos, & intitulatos, damnavimus & reprobavimus, & alia fecimus, prout plenius continetur in nostris inde C confectis litteris, quarum tenor sequitur in hæc verba:

„ Joannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In generali Concilio inter omnes Apostolicæ sedis instantias, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, IV. Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno tertio.

Ipsa est, quam supra diximus editam esse tomo VII. a qua propterea hic describenda supersedemus.

„ Cum autem ad nostrum non sine displicentia grandi fide digna relatione pervenerit auditum, quod in nonnullis regnis & provinciis plerique clerici & laici eosdem libellos & tractatus, seu eorum copias aut transcripta, tam in latino quam vulgari idiomatibus compositos penes se retineant, & errores hæreticales dicti Joannis VVicleff in eis descriptos damnabiliter teneant, approbent, & defendant: ipsorumque clericorum aliqui in derogationem catholicæ fidei, & eorum periculum animarum in sermonibus publicis in ecclesiis, quidam vero ipsorum etiam in scholis eos legere usque D dogmatizare, necnon adstruere etiam publice non formident; non attendentes quod secundum canonicas sanctiones pertinaciter tenentes hæreses & errores devios a fide præfata & a determinatione sacrorum generalium Conciliorum, & doctorum per ecclesiam approbatorum, & etiam tenentibus ipsis in præfatis erroribus faventes aut quomodolibet consentientes, seu ipsis quomodolibet publice vel occulte participantes, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiamsi regali vel Pontificali aut alia quavis præfulgeant dignitate, ipso facto sunt excommunicati, & majori anathemate laqueati, a quo nisi per summum Pontificem, præterquam in mortis articulo, & suos recognoscendo errores, & eosdem publice abjurando, possint absolvi: Nos, ne per hujusmodi clericorum & laicorum ac eorum hæreseos labem & gestus & E actus detestabiles ovile contingat Dominicum in eisdem regnis & provinciis infirmari, infici, vel dispergi, sed totius populi Christiani illarum partium animarum saluti totius providere super præmissis pastorali sollicitudine cupientes; discretioni vestræ per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ab eisdem regnis & provinciis, illis videlicet in quibus ecclesiæ & vestræ dignitates exsistunt, ac in ultimis locis insignibus, ubi commode & tute fieri poterit, vos & quilibet vestrum in solidum, per vos vel alium seu alios, præsentes litteras auctoritate nostra solemniter publicetis & publicare faciatis, ac omnes & singulos hujusmodi errores pertinaciter tenentes & defendentes, seu ipsis quomodolibet publice vel occulte participantes, excommuni-

A catos majori anathemate publice nuncietis & nunciare faciatis: & contra eosdem omnes & singulos clericos & laicos utriusque sexus, hujusmodi errores tenentes, approbantes, & defendentes, dogmatizantes seu adstruentes, ac fautores, receptatores, & defensores eorumdem, seu ipsis quomodolibet publice vel occulte in divinis vel aliis loco quocumque participantes, exemptos, & non exemptos, ac quemlibet ipsorum, de quibus vobis constiterit, etiam cujuscumque gradus, ordinis, status, seu dignitatis vel conditionis exsistant, super erroribus ipsis auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis: & eos, quos per inquisitionem hujusmodi, aut per confessionem eorum, seu per facti evidentiam, vel alia hujusmodi hæresis vel erroris labe respersos repereritis, auctoritate prædicta, etiam per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, B necnon privationis dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum, aliorumque ecclesiasticorum ac feudorum, quæ a quibuscumque ecclesiis seu monasteriis aut aliis locis ecclesiasticis obtinent, necnon bonorum & dignitatum sæcularium, & graduum scientiarum quarumcumque facultatum, & per alias pœnas, sententias, censuras, ac vias, & modos quoscumque, quos ad hoc quomodolibet expedire seu opportunos esse videritis, etiam per captiones & incarcerationes personarum, & alias per pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur seu puniri solent juxta canonicas sanctiones, etiam clericos ipsos & ecclesiasticas personas usque ad degradationem inclusive, si eorum pertinacia seu rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & corrigi faciatis, & debite ac diligenter puniatis & puniri faciatis: ipsosque ad tradendum & exhibendum vobis codices sive libros eorum, etiam in vulgari compositos, ut præfertur, in quibus dictos libellos seu tractatus forsan habent inscriptos, & abjurandum perpetue, etiam solemniter & publice ipsos errores per prædictas censuras compellatis: & eosdem libellos, quos vobis forsan tradi contigerit, etiam in detestationem tanti criminis in aspectu populi, clero illius loci, in quo illud fieri contigerit, per vos ad id primitus convocato, etiam comburi publice faciatis: & nihilominus universis & singulis utriusque sexus hominibus, etiamsi, ut præmittitur, regali vel Pontificali, aut alia quacumque spirituali vel temporali præfulgeant dignitate, ubilibet constituti, inhibendo, ne ipsi aut aliquis ipsorum, dictos errores sive libellos aut tractatus, per nos, ut præmittitur, damnatos & etiam reprobatos, vel contenta in eis, seu aliqua ipsorum, utpote a catholicis mentibus respuenda, tenere deinceps audeant, vel audeat, seu defensare D quomodolibet vel docere; & alias contra prædictos tam clericos quam laicos & ipsorum laicorum filios, de quibus potest haberi verisimilis suspicio, contra eos super prædictis omnibus juxta formam canonum procedere cum omni diligentia studeatis; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus tam fel. recordationis Bonifacii PP. VIII. prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra civitatem suam & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, seu ne judices a sede Apostolica deputati extra civitatem & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam diætam a fine diœ- E cesis eorumdem trahere præsumat, & de duabus diætis in Concilio generali; b quod aliis quibuscumque constitutionibus a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de judicibus delegatis, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ possent in hac parte nostræ jurisdictioni aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare: seu aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut ultra vel extra certa loca ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem; &

b Forte, quam.

ANNO CHRISTI 1418.

" *qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel spe-* A " *ciali cujuscumque tenoris exsistat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, nostræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Datum Romæ apud sanctum Petrum, xv. Id. Febr. Pontificatus nostri anno tertio.*

Sequuntur deinde in bulla Martini V. Decreta quinque Concilii Constantiensis, iisdem verbis superius edita, quæ idcirco, quoniam sunt prolixiora, hic prætermittimus. Primum est, damnatio xlv. articulorum Wiclefi, incipitque, *Fidem catholicam*: est in sessione viii. Alterum de communione sub una specie: & incipit, *Quia in nonnullis Mundi partibus*: est in sessione xiii. Tertium, damnatio est xxx. articulorum Joannis Hus; & sic incipit: *Quia teste veritate*: est in sessione xv. Quartum, de salvo conductu hæreticis dato, & incipit, *Præsens sancta Synodus*. Exstat in sessione xix. Quintum denique, condemnatio est Hieronymi de Praga, incipitque sic: *In nomine Domini, amen. Christus Deus*. Est in sessione xxi. Atque huic decreto statim subjungitur:

A *Nos igitur declarationes, decreta, diffinitiones, reprobationes, mandata, inhibitiones, statuta, necnon condemnationes & sententias suprascripta rata habentes & grata, illaque auctoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium confirmantes, & præsentis scripti patrocinio communientes, supplentes quoque omnes defectus, si qui forsan propter solemnitates juris in procedendo non servatas intervenerint in eisdem. Volumus etiam & eadem auctoritate decernimus, quod declarationes diffinitiones, reprobationes, mandata, inhibitiones, statuta, necnon condemnationes & sententiæ præinsertæ, plenam vim, plenumque robur, & vigorem per omnia habeant, & ad ea ut ubilibet probanda hæ nostræ litteræ plene sufficiant, quandocumque & ubicumque eas sive in judicio vel alibi exhiberi contigerit, vel ostendi. Nulli ergo &c. nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis,* B *communitionis, suppletionis, voluntatis & constitutionis, infringere. Si quis &c. Datum Constantiæ, octavo Kal. Martii, anno primo.*

CONFIRMATIO CONSTITUTIONUM

FRIDERICI SECUNDI, ET CAROLINÆ,

Cum multis adjectionibus per Concilium Constantiense in decimanona sessione, quibus libertati ecclesiasticæ plurimum favetur, & ob id adjiciendam præfato operi constituimus, ut ex illa, quantum deferendum sit ecclesiæ, quisque agnoscat.

a Forte, in speculum se commiserationis.

En editione Parisiensi anni 1505.

SAcrosancta Synodus Constantiensis a *in speculum suæ considerationis extollens, quam gravissima dispendia ecclesiæ, monasteria, hospitalia, xenodochia, & ultrapia loca ac personæ ecclesiasticæ sic tempore guerrarum & lugubris schismatis, proh dolor! causante malitia & ambitione mentium humanarum, ad tanta diversis coloribus, modis & titulis inhibentium improbe, hactenus pertulerint, maxime a tempore felicis recordationis Urbani Papæ sexti inclusive citra, ac perferant incessanter, in talliis, collectis, exactionibus; occupationibus, invasionibus, detentionibus, distractionibus, concessionibus, venditionibus, infeudationibus, emphyteoticis & aliis locationibus, donationibus, dimembrationibus, dationibus, permutationibus, & aliis variis & diversis alienationibus regnorum, provinciarum, comitatuum, dominiorum, territoriorum, districtuum, civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum, bonorum, jurium etiam spiritualium, ac jurisdictionum ad Romanam & ecclesias alias, monasteria, hospitalia, xenodochia, & pia loca, ac personas hujusmodi communiter vel divisim spectantium, aliisque gravaminibus hactenus a dicto tempore citra, & per ipsum tempus, seu ipso tempore usque in præsentem diem, præter seu contra dispositionem juris scripti quomodocumque & qualitercumque impositis, illatis, factis seu præsumptis, aut attentatis: ac intendens, & cupiens circa reformationem immunitatis ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, ac recuperationem bonorum & jurium suorum diligenter intendere; quamvis dudum contra sæculares potestates, necnon consules civitatum, ac alios, qui ecclesias & viros ecclesiasticos talliis, collectis & exactionibus aliis aggravare nitebantur, in Lateranensi Concilio immunitati ecclesiæ provisum fuit, per quod hujusmodi præsumptio sub anathematis districtione prohibita fuit; & illius fautores & transgressores excommunicationi subjacere præcepit hujusmodi Concilium, donec satisfactionem earumdem impenderent competenter; ac etiam constitutiones & sententiæ, quæ a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatæ, inanes & irritæ haberentur, nullo tempore valituræ. Et ut nullus vano in hoc decipiretur errore, ut infra tempus sui regiminis hujusmodi anathema sustineat, quasi post illud non esset ad satisfactionem debitam compellendus, decretum fuit in eodem Concilio, & ipsum qui satisfacere recusaret, & successorem illius, nisi satisfaceret infra mensem, manere debere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum etiam succedere debeat in onere, qui substituitur in honore. Et licet etiam ita fuerit legibus pro libertate & immunitate ecclesiastica, sive ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, multa salubria &* C *favorabilia statuta facerint, dudum felicis recordationis Honorius Papa tertius attente considerans, quod quondam Fridericus secundus olim Romanorum Imperator, tunc sub obedientia & devotione sanctæ Romanæ ecclesiæ persistentes, ad laudem ejusdem ecclesiæ & sacri decus Romani imperii, cupiens, ut expurgatis quorumdam erroribus, & iniquis statutis penitus destitutis, de cetero ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete, & secura libertate gauderent: ac pie & juste attendens, quod quorumdam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta sua confingere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticam libertatem, edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irritata annunciari, & omnia statuta & consuetudines * contra civitates loca, potestates vel consules, aut quæcum-* D *que aliæ personæ contra libertatem ecclesiæ & ecclesiasticas personas hujusmodi edere aut conservare tentaverint contra canonicas & imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post hujusmodi legis publicationem penitus aboleri facerent: & si de cetero talia attentarent, illa ipso jure decrevit esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos: necnon locum ubi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille marcarum auri fisco imperiali præceperat subjacere: potestates vero, consules, statutarii & scriptores statutorum prædictorum, necnon consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memoratas judicarent, extunc essent ipso jure infames, quorum sententias & actus legitimos statuerat aliqualiter non tenere: quodque si per annum præfatarum constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum suum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis nihilominus aliis pœnis contra* E *tales in generali Concilio promulgatis. Et insuper voluerat tunc idem imperator, quod nulla communitas vel publica persona seu privata collectas seu exactiones, angarios vel parangarias, ecclesiis vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis hujusmodi imponeret, aut invadere ecclesiastica bona præsumeret: quod si secus faceret, & requisita ab ecclesia vel imperio hujusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno imperiali subjaceret, quod sine satisfactione nullatenus remitteretur. Statuerat insuper, quod quæcumque communitas, vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret, ipso jure banno imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ob ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinaverat, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel civili ad judicium sæculare præsumeret trahere*

* *pro contra, videtur legendum, quæ*

Concil. Later. sub Innoc. III. cap. 19.

bere contra canonicas sanctiones, & contra constitutiones imperiales: quod si secus fieret, actor a suo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret extunc judicandi auctoritate privatus: quodque judices temporales, qui clericis & personis ecclesiasticis justitiam denegare præsumerent, tertio requisiti, suam jurisdictionem amitterent, prout dicta imperiali edictali constitutione plenius continetur. Dictusque Honorius constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, qui tunc erant, auctoritate Apostolica approbans & confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari: necnon statutarios & scriptores prædictos, excommunicatos eadem auctoritate nunciari.

Et deinde ad evidentiam divæ memoriæ Caroli quarti etiam Romanorum imperatoris semper Augusti deducto, quod nonnullæ sæculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet duces, marchiones, comites, & alii domini temporales, necnon consules civitatum, oppidorum, villarum & locorum rectores, in eorumdem provinciis, Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto, contra personas ecclesiasticas & ecclesiarum libertates, & harum privilegia, condiderant, illisque de facto & publice utebantur contra canonicas & legitimas sanctiones: utpote quod nulla bona temporalia in vim & potestatem ecclesiasticam transferantur, & ne clerici in sacris constituti ad agendum & testificandum in civilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admitterentur; quodque excommunicati laici & publice denunciati in foro civili minime repellerentur. Et insuper cum prædicti domini temporales, consules & rectores per sæcularem potestatem res ac bona clericorum occuparent, arrestarent, & oblationem Christi fidelibus minuerent atque restringerent; exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones ecclesiarum & personarum earumdem devastarent incendiis & rapinis; contractus inter clericos & laicos factos legitimos, ac libros civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum prædictorum inscribere & sigillare recusarent; donataque & legata ad fabricas ecclesiarum structuras, contra dictorum & præfatorum voluntatem, & aliorum quorum intererat, contra justitiam usurpare præsumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis ecclesiæ, rebus clericorum, quæ non causa negotiationis, sed pro eorum propriis usibus per eorum terras & dominia ducebant, & duci faciebant, teloneum exigere & recipere non verebantur; & confugientes atque currentes ad ecclesias & earum cœmeteria, inde extrahere contra canonicas & imperiales sanctiones præsumpserant: idem Carolus Imperator tanquam Christianissimus princeps, volens & in præmissis providere de remedio salutari, etiam de quorumdam principum, ducum, comitum, baronum, fideliumque aliorum consilio, auctoritate imperiali quæcumque statuta & consuetudines prædictas, tanquam per canonicas & civiles sanctiones expresse reprobata, cassavit, irritavit & annullavit, ac cassa & irrita, nulliusque roboris esse voluit penitus & momenti: præcipiens sub indignatione banni imperialis universis & singulis principibus ac dominis temporalibus, consulibus, potestatibus, & aliis in officiis publicis constitutis, quatenus extunc ipsorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium ecclesiasticæ libertatis edita fuerant, omnia revocarent & de luce tollerent: quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias ferrent, aut eisdem in judicio, vel extra judicium quomodolibet pro & contra ecclesiasticam libertatem poterentur. Pronunciavitque insuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicumque laicus, cujuscumque status, gradus aut conditionis existeret, ausu sacrilego & propria temeritatis audacia sacerdotem vel clericum sæcularem vel religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes & facientes scienter receptaret, vel eis favorem præstaret, præter pœnas a sacris canonibus, imperialibus & legalibus sanctionibus in tales promulgatas, eo ipso redderetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita vel con- A *silia nobilium admitteretur quovis modo. Hortans insuper in Domino & requirens ecclesiasticos prælatos, in illis partibus, in quibus committerentur talia constitutos, ut legem imperialem hujusmodi per eorum ecclesias & Synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suas in hac parte valeant malitias excusare, prout in edictali lege prædicta plenius continetur. Quia non tantum in provinciis & regnis, quæ Romanum profitentur imperium, sed fere modernis temporibus ubique in toto Christiano orbe neglectis hujusmodi Lateranensis Concilii constitutionibus, imperialibus ac sacris sanctionibus quibuscumque, ab impiorum malitia adversus ecclesias & clericos nulla reverentia, nullo Dei timore, nulloque animarum interitu pensatis, eorumdem temere audacia crevit insolenter. Igitur auctoritate Dei omnipotentis prædicta omnia innovat, statuit &* B *confirmat, perpetuisque futuris temporibus ab omnibus Christi fidelibus ubilibet in omnibus & per omnia, juxta ipsarum constitutionum tenores, sub bannis aliisque pœnis & censuris supra in eisdem comprehensis inviolabiliter observandis.*

Ceterum in eodem Lateranensi Concilio statutum & ordinatum fuit, quod episcopus sive ordinarius cum consensu sui cleri, ad relevandas communes utilitates & necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, absque ulla coercitione possit ecclesiasticas personas compellere ad aliqua subsidia laicis conferenda, prius Romano Pontifice consulto: & hac sumpta occasione, laici in quampluribus partibus, minis vel terroribus, seu aliquibus aliis modis aut coloribus diversis ducunt, ut tallias, collectas, subsidia, impositiones, vel alia quævis onera, quocumque vocabulo seu nomine nuncupentur, ecclesiis vel clericis imponant, aut imponi consentiant, C *vel permittant, cum facultate interdum per ipsosmet laicos aut alios exigendi. Ex quo constitutio Lateranensis, quæ ob pietatem laicorum fuit ordinata, in impietatem & grave damnum & jacturam ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum vertitur. Ideo dicta sancta Synodus hoc perpetuo statuit & ordinat, quod nulla persona sæcularis cujuscumque dignitatis aut status & conditionis existat, etiam si imperiali, regali vel quacumque præfulgeat dignitate, sub prætextu consensus episcopi, clero tallias, impositiones & onera vel subsidia imponat, exigat vel recipiat, nisi prius Romano Pontifice consulto, sub pœnis, bannis & censuris eisdem.*

Conc. Later. sub Alex. III. c. 19. & sub Innoc. III. cap. 64.

Idem per omnia, Romano Pontifice dictas tallias vel collectas imponente, vel imponi mandante, consensu episcopi vel cleri non accedente; episcopi vero, qui contra prædictum Concilium Lateranense vel hanc constitu- D *tionem imponendo vel imponi consentiendo, vel exigendo consenserint, eis ingressus ecclesiæ ipso facto sit tamdiu interdictus, donec læsis ecclesiis & clericis ac ecclesiasticis personis plenariam fecerint satisfactionem. Prælati quoque qui contra sacrorum canonum dispositionem, & contra constitutionem Bonifacii octavi, quæ incipit, Vas electionis, visitando, vel caritativum subsidium, necnon tallias & collectas imponendo, ecclesiasticas personas quocumque modo gravant, ipso facto ab omni administratione temporalium & spiritualium (etiam si in Pontificali vel alia dignitate existant) sint privati, aliis quidem pœnis in jure expressis in suo robore permansuris.*

Item, considerans, quod nonnulli summi Pontifices ex captata opportunitate nonnullorum regum, dominorum, comitum, & aliarum quarumvis personarum tempora- E *lium, aut ad ipsorum benevolentiam captandam, vel alio spiritu ducti, concesserunt & licentiam dederunt eisdem tallias, collectas, subsidia, impositiones, datias, pedagia, aut alia quævis onera hujusmodi imponendi vel exigendi ab ecclesiis clero vel ecclesiasticis personis in eorumdem dominio vel districtu aut alibi constitutis & commorantibus, alias ad tempus, alias ad certam summam, sub diversis modis, formis vel conditionibus, in confectis litteris Apostolicis vel aliis hujusmodi licentiæ comprehensis, idcirco omnes & singulas concessiones & licentias hujusmodi, etiam si de plenitudine potestatis Romanorum Pontificum aut Apostolicæ sedis, quovis modo & quibusdam personis sub quibuscumque verborum te-*

moribus concessas, revocat, cassat, annullat & irritat. Dictisque dominis, comitibus & aliis, ut supra expressis, mandat & jubet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis, bannis & censuris, necnon in triplum restitutionibus supra expressis, quas incurrent ipso facto, quod ab inde in antea dictis concessionibus, licentiis, aliqua & aliquibus ex ipsis nullo modo per se vel alium aut alios, directe vel indirecte, palam, publice vel occulte, imponendo vel exigendo, quoquo modo utantur: quinimmo privilegia, concessiones & scripturas hujusmodi super dictis concessionibus & licentiis confectas de luce aboleri faciant.

Item, eadem auctoritate statuit, ordinat, decernit & declarat, quod regna, provinciæ, comitatus, dominia, territoria, civitates, districtus, terræ, villæ, castra, fortalitia, possessiones, ædificia, grangiæ & quævis alia bona, res, jura, jurisdictiones, actiones reales & personales, spirituales & temporales, ac patronatus & pertinentiæ eorumdem, & ecclesiarum cathedralium diœceses, quæ Romanæ seu patriarchalibus, metropolitanis, cathedralibus, abbatialibus & quibusvis aliis collegiatis sæcularibus vel regularibus ecclesiis, monasteriis, prioratibus, mensisque cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegiis seu conventibus, hospitalibus, xenodochiis, & quibusvis aliis piis locis, alicui vel aliquibus ex ipsis temeritate vel audacia, dolo, vi vel fraude, quomodocumque & qualitercumque per quasvis personas ecclesiasticas vel laicales, capitula, collegia, dominos, comitatus & universitates, etiam si imperiali, regali, cardinalatu, pontificali, vel alia quavis ecclesiastica vel laicali præeminentia & dignitate præfulgerent, a tempore felicis recordationis Gregorii XI. inclusive citra (post cujus quidem Gregorii decessum schisma præsens, proh dolor, in Dei ecclesia ortum habuit) quavis occasione, seu colore quæsito fuerint invasa, occupata, usurpata, capta, seu detenta, hujusmodi ecclesiis, monasteriis, prioratibus, mensisque cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegiis, seu conventibus, hospitalibus, & xenodochiis & piis locis, videlicet illi & illis, cujus, quorum vel quarum tempus & in tempore invasionis, occupationis, usurpationis, captionis seu detentionis hujusmodi erant & nunc sunt; dummodo tempore invasionis, occupationis, usurpationis, seu detentionis prædictæ, vel prius, possessiones, ecclesias, monasteria, prioratus, mensas cathedrales & abbatiales, capitula, conventus, hospitalia, xenodochia & pia loca, aut per aliquod ex ipsis, coram aliquo de executoribus, sive conservatoribus, de quibus infra fit mentio, probetur infra tempus quadrimestre a die probationis prædictæ continue currendum, vel si fama de dicta possessione, aut facta invasione, occupatione, usurpatione, captione, seu detentione hujusmodi erit in diœcesi ecclesiæ, monasterii, prioratus, mensarum cathedralium, abbatialium, capituli, collegii, conventus, hospitalis, xenodochii, vel pii loci hujusmodi, similiter infra simile quadrimestre continuandum a die legitimæ citationis, monitionis seu requisitionis personaliter factæ; vel si possessoris copia commode haberi, aut bene tute ac legitime citari non possit, tunc & eo casu moneri & requiri valeat per edictum in aliquo loco diœcesis, vel ipsi diœcesi propinquo, ubi invasor, occupator, usurpator, captor, seu detentor habitare conjecturat, ad habitandum vacua & expedita, plenarie, realiter & cum effectu, omni cessante excusatione & exceptione, restituantur, reddantur & redintegrentur, ac pacifice dimittantur, sub pœnis, bannis & censuris, & sub aliis ut supra, & sub triplicata restitutione, & sub infamia & occupatione & juris amissione superius nominatis: quas negligentes, inobedientes, transgressores, rebelles, & contrafacientes incurrent ipso facto, a quibus pœnis & censuris & aliis prædictis non possint absolvi, nisi prius factis (ut præfertur) plenis & integris restitutionibus. Et nihilo minus ex abundanti cautela ipsa sancta Synodus ex certa scientia prædicta bona, regna, civitates & cetera ut supra, illis quibus erant (ut præfertur) restituit, reddit & redintegrat per præsentes. Et insuper liceat prælatis, capitulis, conventibus & rectoribus ecclesiarum, monasteriorum & locorum hujusmodi, quorum talia regna, bona, & cetera erant, & nunc sunt, eorumque successoribus, aut eorum procuratoribus & syndicis, auctoritate propria, alienjus consensu vel licentia minime requisita, possessionem illorum intrare, capere aut detinere libere & impune: constitutionibus & privilegiis Apostolicis & imperialibus, & aliis quarumvis personarum, nequaquam obstantibus. Rursus, quia contractus celebrari, necnon concessiones super regnis, provinciis, civitatibus, castris, villis, & aliis bonis supra expressis, vitio non purgato, verisimiliter ad vexationes redimendas facti vel factæ præsumerentur: eapropter ipsa sancta Synodus ex certa scientia omnes & singulas concessiones, donationes, venditiones, alienationes, pignorationes, divisiones, separationes, dimembrationes, distractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declarationes, revocationes, infeudationes, reinfeudationes, pacta, provisiones, promissiones, sententias & alios contractus quosque, etiam si juramentis fuerint convalidata & convalidati, etiam per viam aut modum cujusque contractus, etiam in illis contenta, sub quacumque verborum conceptione appareant, post invasiones, occupationes, usurpationes, captiones vel detentiones regnorum, provinciarum, civitatum, & aliorum alicujus vel aliquorum bonorum hujusmodi, & ante eorumdem bonorum plenariam restitutionem, de, in, pro, aut super eisdem alicui vel aliquibus ex regnis, & aliis bonis hujusmodi, vel ipsorum aut eorum aliquibus juribus, jurisdictionibus, actionibus & pertinentiis realibus & personalibus atque mixtis, spiritualibus & temporalibus quibuscumque, quibusvis dominis, dominiis, comitatibus, universitatibus, capitulis, collegiis, patriarchalibus, vel aliis ecclesiis quibusvis, sive eorum mensis, aut aliis personis quibuscumque ecclesiasticis vel laicalibus, etiam si imperiali, regali, Pontificali, vel alia ecclesiastica & temporali præfulgeant dignitate, quavis occasione, a dicto tempore Gregorii inclusive citra, quomodocumque & qualitercumque factis & concessis, faciendis, concedendis per Romanos Pontifices motu proprio ex certa scientia de plenitudine potestatis, cum omnium defectuum supplemento, ac de & cum consensu & consilio S.R.E. cardinalium, sive per modum, aut viam contractuum quorumcumque, vel alias & quavis auctoritate, etiam Apostolica, imperiali, regali, legatorum, nunciorum aut vicariorum sedis Apostolicæ, sive ordinaris, legata vel delegata, etiam si factum & concessum fuerit per illas personas, aut de & cum consensu illarum, ad quas in talibus de jure & de consuetudine facere, concedere & consentire pertinuerit, nullas & nullos, nulliusque juris, efficaciæ, firmitatis, roboris & momenti, atque viribus evacuatos & evacuatas fuisse & esse decrevit & declaravit. Et nihilominus ex abundanti cautela, ipsas & ipsos revocat, cassat, abolet, irritat & annullat, ac viribus evacuat: ipsaque regna & provincias, civitates & alia bona cum juribus & omnibus aliis supradictis, tenore præsentium illius, quorum vel quarum (ut præfertur) erant & sunt, reddit, restituit & redintegrat. Statuens quoque & præcipiens, decernens & declarans, ipsa omnia & singula reddenda, restituenda & redintegranda, quibus (ut præfertur) erant & sunt, vacua & expedita plenarie, realiter & cum effectu, omni cessante excusatione, infra dictum quadrimestre, sub eisdem pœnis, bannis & censuris, & aliis, quas incurrent ipso facto, & a quibus non possint absolvi, nisi ut supra continetur: aliis tamen juris remediis pro prædictis executioni demandandis in suo robore permansuris. Et nihilo minus liceat prælatis & aliis, quorum talia bona (ut præfertur) erant & sunt, possessiones intrare, & cetera, ut supra continetur.

Item, dicta sancta Synodus eadem auctoritate ex certa scientia decernit & declarat omnes, & singulas concessiones, donationes, obligationes, venditiones, extenuationes, pignorationes, divisiones, separationes, dimembrationes, distractiones, permutationes, obligationes, declarationes, revocationes, infeudationes, reinfeudationes, ac censuum, fructuum, seu responsionum aliarum, quocumque nomine seu vocabulo nuncupentur, extenuationem, extinctionem, pacta, promissionem, provisiones, sententias & alios contractus quoscumque, etiamsi juramentis fuerint convalidatæ & convalidati, etiam per viam aut modum cujuscumque contractus, & in illis contenta, sub quacumque

vero

ANNO CHRISTI 1418.

verborum conceptione appereant, quibusvis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, eorumque ecclesiis cathedralibus sive antiquis, sive post dictum schisma erectis, aut eorum mensis, capitulisque, collegiis, comitatibus, seu universitatibus & personis, etiam imperialis, regalis, reginalis, Pontificalis, cardinalatus, aut cujusvis ecclesiasticæ vel mundanæ fuerint dignitatis, præeminentiæ, status vel conditionis, de, in, pro aut super regnis, provinciis, comitatibus, dominiis, territoriis, civitatibus, districtibus, terris, villis, castris, fortalitiis, possessionibus, ædificiis, grangiis, & quibusvis aliis bonis, rebus ac pertinentiis suis, juribusque, jurisdictionibus & actionibus realibus & personalibus atque mixtis, cathedraliumque ecclesiarum diœcesibus, ac patronatuum juribus, & quibusvis aliis tam spiritualibus quam temporalibus sine aliquo vel aliquibus prædictorum ad Romanam, patriarchales, metropolitanas, cathedrales, abbatiales, & quasvis alias collegiatas & non collegiatas, regulares & sæculares ecclesias, monasteria, prioratus, mensasque ipsarum ecclesiarum, capitula seu conventus eorum, aliquos vel aliquas ex ipsis factas & factos, præter vel contra dispositionem juris scripti, a dicto tempore Urbani Papæ VI. inclusive citra, quomodocumque & qualitercumque, usque in præsentem diem, sub quibusvis titulis, juribus, actionibus, causis, modis, conditionibus, viis sive formis, & quavis occasione, etiam motu proprio, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, ac cum suppletione omnium defectuum, etiam de & cum consilio & consensu sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, sive per viam aut modum contractuum quorumcumque vel alias & auctoritate quacumque, etiam Apostolica, imperiali, regali, reginali, legatorum, nunciorum aut vicariorum sedis Apostolicæ, sive ordinaria, delegata vel subdelegata, vel quacumque alia, quam si factum & concessum fuerit per illas personas, aut de & cum consensu illarum, ad quas in talibus de jure & consuetudine facere, concedere & consentire pertinuerit; fuisse & esse ipso jure nullos & nullas, ac nullius efficaciæ, roboris & momenti, viribusque evacuatos & evacuatas; & perinde censeri & haberi, sub & cum modificationibus infra scriptis, ac si facti & factæ non fuissent. Concessionesque, donationes, & cetera hujusmodi, & alias quasvis, quæ cum detrimento vel læsione ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, capitulorum, conventuum, locorum seu personarum alicujus vel aliquarum hujusmodi factæ a dicto tempore Urbani Papæ VI. citra, ex certa scientia & auctoritate prædicta hac edictali constitutione, sub & cum supra & infra dictis modificationibus revocat, cassat, irritat & annullat; & nihilo minus, ad abundantiorem cautelam tollit & penitus viribus evacuat: dictaque regna, loca, territoria, districtus, jura, jurisdictiones, &c. ac bona hujusmodi ad jus & proprietatem ecclesiarum, monasteriorum, locorum, mensarum, capitulorum, conventuum & personarum hujusmodi, ad quæ seu quas spectabant & nunc spectant & pertinent, sub & cum supra & infra scriptis modificationibus restituit, reddit & reincorporat penitus per præsentes. Quorum omnium possessionem vacuam, liberam, expeditam nihilo minus illi qui talia bona tenuerint & tunc tenebant, debeant ac etiam teneantur infra dictum quadrimestre a die probationis vel citationis, monitionis seu requisitionis ut supra fiendæ, libere, totaliter & cum effectu vacua & expedita relaxasse & dimisisse ecclesiis, mensis, monasteriis, hospitalibus, locis, & aliis personis hujusmodi ad quas ante concessiones prædictas spectabant & pertinebant, & nunc spectant & pertinent, seu spectare & pertinere possunt, sub pœnis, bannis & censuris, & aliis ut supra, quas incurrent ipso facto, & a quibus absolvi non possint, nisi prius satisfecerint & restituerint, ut supra continetur. Et nihilo minus liceat prælatis, capitulis, conventibus ac rectoribus ecclesiarum, monasteriorum & aliorum locorum hujusmodi, quorum talia bona fuerunt, & nunc sunt, eorumque successoribus & syndicis auctoritate propria, alicujus consensu vel licentia minime requisitis, cautione tamen prius præstita, ut inferius denotatur, possessionem illorum intrare, capere & recipere libere & impune: non obstantibus constitutionibus, privilegiis sedis Apostolicæ ejus auctoritate concessis, factis, concedendis & faciendis, ac impetrationibus sub quacumque verborum expressione & tenoribus concessis; & etiam si de ipsorum tenoribus expediret facere mentionem specialem de verbo ad verbum, in totum vel in partem: quarum & quorum omnium ipsa sancta Synodus hic pro expressis, lectis & insertis haberi vult & decernit: necnon præscriptionibus, consuetudinibus & aliis contrariis & repugnantibus, aut quovis modo huic constitutioni de cetero nequaquam obstantibus quibuscumque.

Prædicta quoque, quæ de declarationibus ac revocationibus hujusmodi dicta sunt, non vindicant sibi locum in infeudationibus, reinfeudationibus, concessionibus & locationibus quibusvis perpetuis, solitis ante dictum tempus domini Gregorii Papæ XI. fieri & dari in feudum, revisendum vicariatum, aut emphyteosim, & regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, villis, locis, territoriis, districtibus & aliis bonis seu juribus hujusmodi, aliquo vel aliquibus eorumdem, dummodo utile dominium eorumdem per pacificam tenutam corporalis possessionis ante hujusmodi infeudationem, reinfeudationem, concessionem, non fuerit cum directo dominio incorporatum & solidatum, ac etiam quod canon & census antiquitus ante tempus domini Gregorii Papæ XI. pro illis præstari & dari soliti, consueti seu admissi, si qui præstabantur, debite persolvant. Nec etiam locum habeant in venditionibus bonorum, justa pretia apparabunt & probabuntur, conventuum & aliorum hujusmodi, quorum (ut præfertur) erant dumtaxat, versa esse in permutationibus factis, versis in evidentem utilitatem ecclesiarum, monasteriorum & aliorum hujusmodi. Nec locum sibi vindicent in concessionibus per Romanos Pontifices pro dotatione in totum vel in partem, ac pro alia quavis subventione aliquarum ecclesiarum cathedralium & aliarum indigentium quarumcumque civitatum factis de aliquibus ecclesiis inferioribus & bonis earum: dummodo hujusmodi civitates ab antiquo & ante dictum schisma habuerint famam, titulum & nomen civitatis; & dummodo etiam hujusmodi concessu non fuerint alicujus ecclesiæ cathedralis, sed ab abbatialibus inferiorum ecclesiarum. Nec etiam sibi sortiantur effectum in venditionibus, & aliis alienationibus bonorum, hospitalium, xenodochiorum & aliorum piorum locorum quorumlibet, quæ hospitalia, xenodochia, & pia loca, ut sunt, ad Sancta sanctorum, sancti Spiritus in Saxia de Urbe, beatæ Mariæ Novæ de Florentia, de Scala, de Seminis, ac de Misericordia, de Paradiso, & similia, pro sustentatione pauperum & hospitalitate conservanda consueverunt ab antiquo bona eorum vendere, aut taliter alienare, locare, aut usumfructum concedere secundum eorum statuta seu laudabiles & antiquas consuetudines pacifice hactenus observatas: privilegiis etiam antiquitus a Romanis Pontificibus quibusvis religiosorum ordinibus bonorum & rerum hujusmodi indultis, ac etiam suis consuetudinibus in talibus ab antiquo observatis, in suo robore permansuris. Nec etiam in vicariatibus, gubernationibus & ministrationibus, seu locationibus aut feudis provinciarum, terrarum, castrorum, locorum, seu bonorum hujusmodi ad tempus novem annorum, vel ab inde infra dumtaxat duraturis: prædictis tamen modificationibus non se ad prædicta invasa, occupata, usurpata, capta seu (ut præfertur) detenta aliqualiter extendentibus. Ceterum decrevit præfata sancta Synodus eadem auctoritate, quod quicumque ex justis & rationabilibus causis probaverit legitime se, de, aut super regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, locis, vel bonis hujusmodi, vel eorum aliquo, pro pretiis persolutis, vel ex causa depositi, sive mutui, aut alias ex justis causis recipere debere a Romana seu aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, vel locis ipsis, seu eorum aliquo, aut ea prælatis, seu rectoribus eorumdem, occasione dumtaxat ecclesiarum, hospitalium seu locorum præfatorum, ad quæ ipsa bona pertinuissent vel pertinerent, aliquas florenorum seu pecuniarum summas, aut res alias; ac illas versas esse in utilitatem evidentem ecclesiarum seu monasteriorum aut locorum hujusmodi, quod facta eorum loci ordinario deductione, aut defalcatione fructuum aut proventuum perceptorum arbitrio dicti ordinarii loci, sive rerum &

ANNO CHRISTI 1418.

bonorum de quibus ageretur, super quo ipsius ordinarii conscientiam oneraverit & oneras; non obstantibus quibuscumque conventionibus, seu pactis initis, vel adjectis, etiam auctoritate Apostolica, vel alia quomodolibet roboratis, ac juramento vallatis, maxime quoad probandum pretia, res vel pecunias, versa esse in evidentem utilitatem, vel quorum talia bona fuissent, seu ut fructus in sortem computare quis minime teneretur, aut quod faceret fructus suos, seu aliis contrariis & aliter disponentibus quovis modo, ecclesia, seu monasterium, hospitale vel locus hujusmodi residuum, quod declaratur ad restituendum illi qui solvisset, aut ejus hæredibus, seu jus vel causam aut titulum suum habentibus, infra annum a die talis declarationis continue computandum, vel ad hujusmodi bona obligata usque ad satisfactionem, ut infra declaratur, ipsis creditoribus restituendum, pro dicto residuo declarato; eo ipso prælatus, capitulum, conventus ac rectores talis ecclesiæ, monasterii, hospitalis vel loci, cujus vel quorum (ut præfertur) ipsa bona erant, sub pœna excommunicationis sint adstricti. Et nihilo minus pro securitate creditorum super satisfactione hujusmodi, nullus ex prælatis & aliis supradictis possit aut debeat per se aut per alium possessionem talium bonorum intrare, capere vel retinere, nisi idonea cautione prius per ipsos præstita coram loci ordinario, ipsius vel ipsorum creditorum, & hujusmodi ordinario recusante, eorum loci ordinario debitoris de eo quod ab ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, vel locis aliis, seu personis supradictis ratione declarationis hujusmodi tenerentur habere creditores ipsi infra dictum annum persolvendo: bona quoque talibus vendita, pignorata, seu aliter obligata, alienata, vel ut supra concessa, illis usque ad satisfactionem specialiter obligata remaneant & existant. Si autem infra dictum annum satisfactio quantitatis declaratæ facta non fuerit, (ut præmittitur) prævii tribus protestationibus, diversis diebus per creditores, seu eorum procuratores factis, prælatis capitulis, conventibus aut rectoribus hujusmodi super dicta satisfactione, saltem infra mensem a die primæ protestationis facienda: tunc lapso dicto mense liceat hujusmodi creditoribus, aut hæredibus, jus vel causam, seu titulum habentibus ab illis, per se vel procuratores suos auctoritate propria possessionem bonorum hujusmodi intrare, capere, ac illa tenere & possidere, fructusque & emolumenta ex illis percipere. Deducendo tamen de sorte ipsius debiti quousque eidem fuerit de quantitate hujusmodi debiti, ut præfertur, declarata integraliter satisfactum: ita tamen proviso circa præmissa & quodlibet prædictorum, quod pro debito Romanæ vel alterius cathedralis vel inferioris ecclesiæ, hospitalis, aut pii loci, prælatus, rector, sive alia persona hujusmodi, nisi solitum pro sua ecclesia, hospitali, & pio loco, in cujus evidentem utilitatem dumtaxat probabiliter, ut præfertur, pretium & valorem versum esse fidejubere, vel alias cautionem de debitis declaratis, vel alias minime præstare teneatur, nec hujusmodi bona pro aliis debitis quoquo modo remaneant obligata: nec etiam de ipsis restitutio & redintegratio, ut supra est declaratum, quovis modo valeat nec debeat retardari. Ceterum, quia lex salubris præteritis intendit & futuris casibus providere, decernit ipsa S. Synodus eadem auctoritate, quod de cetero præmissis & infrascriptis nulla feudatio, locatio, donatio, venditio, permutatio, pignoratio, obligatio, sive quævis alienatio, aut declaratio, de aut super regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris, locis, juribus ac jurisdictionibus, seu bonis prædictis, aut aliquo eorumdem, auctoritatibus hujusmodi, seu earum aliqua, vel alias sine expressa deliberatione Concilii generalis, vel saltem provincialis, cum evidenti tamen utilitate ecclesiæ, & pii loci hujusmodi fieri possit, vel debeat, quovis colore quæsito, seu jam facta confirmari, extendi vel prorogari, aut de novo concedi quovis modo. Salvo, quod locationes usque ad prædictum tempus novem annorum, vel ab inde infra, & non ultra, tam Apostolica quam ordinaria auctoritate valeant celebrari, cum dicta præstatione tamen census soliti sive rationabilis. Ita tamen, quod fiant cum evidenti utilitate hujusmodi, tam per Romanum Pontificem, quam per prælatos & rectores secundum juris scripti formam, etiam infeudationes, emphyteoticæque concessiones, occupationes & revocationes de bonis feudalibus ac emphyteoticis ante dictum tempus Gregorii XI. infeudari solitis, ad ecclesias, monasteria, hospitalia, vel pia loca hujusmodi quomodolibet devolutis & devolvendis in posterum, cum modificationibus infrascriptis pro censu & canone solitis, aut adauctis ante præfatum tempus Gregorii XI., & non de aliis, aut aliter alio modo possint etiam fieri concessiones vicariatuum, gubernationum & administrationum, regnorum, provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum, locorum præfatæ ecclesiæ Romanæ, quæ ante hujusmodi tempus concedi in vicariatus seu administrationem per Romanam ecclesiam consueverunt per Romanos Pontifices ad tempora novem annorum, & ab inde infra, & non ultra, cum responsionibus, canonibus & censibus consuetis, melioratis seu adauctis ante tempus præfatum: hoc addito, declarato ac reservato, quod vicariis non solventibus eidem Romanæ ecclesiæ censum ac canonem debitum in terminis appositis, vel saltem infra mensem post lapsum terminum, eo ipso absque aliqua declaratione ad censum & canonem duplicatos persolvendos præfatæ Romanæ ecclesiæ teneantur ac adstricti sint. Et si primum & duplicatum censum seu canonem prædictos infra alium mensem sequentem non solverint, ipso facto sententias, banna & pœnas hujusmodi incurrent. Si autem infra semestre a lapsu primi termini præfati solutionem hujusmodi non fecerint de censu & canone, ut præfertur, ipso jure cadant ab omni possessione vicariatus, gubernationis & administrationis hujusmodi, & concessa ad liberam ordinationem Romani Pontificis & Romanæ ecclesiæ præfatæ devolvantur, & devoluta ipso facto intelligantur esse, & sint, cum omni verum integritate & causa. Et illud idem intelligatur servari, & fiat in & de vicariis, gubernationibus & administrationibus provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum & aliorum quorumvis, ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium & locorum aliorum prædictorum, & cujuslibet eorumdem. Præmissa quoque extendantur ad solutionem feudorum, bonorum emphyteoticorum, & aliorum locatorum responsiones quovis titulo, tam ad Romanam, quam ad alias ecclesias, monasteria & loca alia suprascripta, communiter vel divisim, prout de censibus & canonibus vicariatuum prædictorum superius continetur. Districtius nihilo minus inhibens, ne qua prorogatio, seu nova concessio vicariatuum, gubernationum seu administrationum hujusmodi de regnis, provinciis, civitatibus, terris, castris & locis dictæ Romanæ ecclesiæ fieri possit aut debeat, nisi de consilio, & assensu Romanorum Pontificum & dominorum collegii sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, eorum scrutatis votis, vel saltem per duas partes dicti collegii in concordia, & non nisi pro evidenti causa, statu & honore ecclesiæ præfatæ: ita tamen, quod debeant ipsi cardinales in litteris Apostolicis vel contractibus desuper factis, una cum Romano Pontifice propriis manibus se subscribere, adinstar antiquorum privilegiorum Apostolicorum in perpetuum. Et si aliter, secus, seu alio modo in præmissis & infrascriptis omnibus & contentis in præsenti capitulo, vel circa ea facta, seu declarata etiam motu proprio, & de cardinalium consilio seu consensu, seu alias, & Apostolica vel quavis alia auctoritate, non teneant ipso jure, & nullum jus contrahentibus vel recipientibus aliter acquiratur. Et nihilominus vicarii ipsi, gubernatores & administratores, & alii recipientes, quovis nomine nuncupentur, vel titulo, vel modo, etiam si sponte concederentur, vel alias contrarium facientes, ipsum processus, banna, sententias & pœnas ipso facto se noverint incurrisse: concessionibus, constitutionibus, privilegiis Apostolicis, ac aliis quarumcumque personarum, necnon consuetudinibus & aliis quibusvis in contrarium facientibus, nequaquam obstantibus. Hoc sane intellecto, quod modificationes ipsæ suprascriptæ, & ipsarum aliqua, aliis qui tenent & tenuerunt regna, provincias, civitates, terras, castra, sive alia bona, ut in alio infrascripto capitulo continetur, scilicet, invasa, occupata, capta, seu (ut præfertur) detenta, non valeant in aliquo suffragari: quin immo ad plenarie restituendum, reddendum, & ad alia faciendum (ut in eodem capitulo continetur) protinus sint adstricti.

Ex

ANNO CHRISTI 1418.

Ex eodem Concilio Constantiensi, quando solvenda sit, sive deneganda decima.

Cum paterna pietas filiis hominum providere debeat, licet in casu necessitatis urgentis valeat vicissitudo laudabilis, declarat sancta Synodus non licere Romano Pontifici indictiones sive exactiones quascumque super ecclesiam vel ecclesiasticas personas imponere per modum decimæ, vel alio quovis modo. Si vero cum necessitas acciderit Papæ, qua esset eidem debite subveniendum, vocato generali Concilio, secundum quod expediens videbitur & utile, secundum decretum Concilii provideatur eidem.

ANNO CHRISTI 1418.

MODUS OBSERVANDUS IN PUBLICA SESSIONE

Conciliorum generalium, practicatus & observatus in Concilio generali Constantiensi.

Ex primo editione.

PRimo, *in loco ubi tenetur sessio, celebrabitur Missa solemnis de Spiritu sancto quocumque tempore per cardinales, vel alium prælatum ad hoc deputatum. Qua Missa durante, omnes prælati suis habitibus consuetis sunt induti, & sedent in loco dictæ sessionis secundum suas dignitates & prærogativas. Prædicta autem Missa finita, omnes prælati in eadem sessione existentes induunt se pluvialibus, & habent mitras albas, solo præsidente vel celebrante in Concilio excepto, qui habet mitram auriphrygiatam & gemmatam ac notabiliter ornatam. Qui quidem præsidens vel celebrans, associatis diacono & subdiacono, ac aliis multis in habitibus ecclesiasticis, sedet in cathedra in medio chori, habens dorsum ad altare, & vultum ad alios prælatos. Prælatis igitur sic indutis & ornatis, cantores cantant antiphonam:* Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos, Domine. *Versus*: Salvum me fac, Domine, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. *Qua antiphona cantata, diaconus clamat alta voce:* Orate. *Quo dicto, omnes prælati flectunt genua, & per aliquod intervallum orant sub silentio secundum devotiones suas. Et postquam in illa oratione per aliquod competens intervallum steterint, idem diaconus iterum clamat alta voce:* Erigite vos. *Et tunc omnibus prælatis surgentibus & stantibus, ipse præsidens vel celebrans etiam erectus, hanc dicit orationem alta voce;*

Oremus.

Adsumus, Domine sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem * immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, adesto nobiscum, dignare illabi cordibus nostris; doce nos quid agamus, quo gradiamur; ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante, tibi in omnibus complacere valeamus. Esto a salus, suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & ejus Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summe diligis æquitatem: ut sinistrum nos non ignorantiæ trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat; sed junge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, & in nullo deviemus a vero: quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. *Amen.*

* *Immensitate.*

b Tomi I. p. 0. legitur, *humanitates* & qq. alia.

a *solus.* ms.

Prædicta vero oratione finita, cantores Concilii incipiunt antiphonam: Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum, *&c. ut supra. Qua antiphona cantata, omnes, ut præmissum est, flexis genibus orant. Et facto parvo intervallo, diaconus iterum dicit alta voce:* Erigite vos. *Tunc omnibus erectis, præsidens vel celebrans dicit iterum hanc orationem.*

Oremus.

Mentibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde: quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic a te in nullo dissentiat voluntas nostra: sed semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita exsequamur in factis. Per Dominum, *&c.*

Quibus sic peractis, omnes flectant genua, & diaconus & subdiaconus, vel alii duo ad hoc deputati, ante altare stantes, incipiant litaniam, cantoribus & aliis respondentibus. Et quando venitur ad illum locum, Ut domnum Apostolicum; *præsidens vel celebrans, qui cum aliis stabat flexis genibus, surgit: & vertens se ad congregationem, & dando benedictionem, cantando ter dicit*: Ut hanc sanctam Synodum & omnes gradus ecclesiasticos benedicere, regere & conservare digneris: *cantoribus respondentibus qualibet vice prædicta,* Te rogamus, audi nos. *Completa vero litania, præsidens vel celebrans dicit:* Oremus. *Quo dicto, diaconus dicit:* Flectamus genua. *Et subdiaconus dicit*: Levate. *Deinde celebrans dicit hanc orationem*: Da, quæsumus, ecclesiæ tuæ, misericors Deus, ut Spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum, *&c.*

His vero completis, diaconus habens librum super pulpitum inter altare & celebrantem dispositum, accensis duobus cereis circa ipsum pulpitum, incipit evangelium, Vos estis sal terræ: *vel quod ad legendum sibi est ordinatum. Quo evangelio perlecto, celebrans primo facit collationem, exhortando omnes & singulos ad sollicitam meditationem & curam Dei, & super omnibus causis, propter quas sacrosancta Synodus est congregata. Deinde flexis genibus, incipit alta voce hymnum*: Veni creator Spiritus: *quem hymnum cantant alternatim existentes in sessione cum cantoribus. Quo hymno solemniter & devote decantato, quo clerici induti superpelliciis & adstantes præsidenti, dicunt versiculum*: Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. *Et cantores respondent*: Et renovabis faciem terræ. *Postea celebrans dicit hanc orationem.* *Psal. 103.*

Oremus.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Postmodum duo prædicti clerici, vel diaconus, vel subdiaconus, dicunt: Benedicamus Domino. *Et adstantes respondent;* Deo gratias.

His autem omnibus completis, idem præsidens, vel celebrans, & omnes alii prælati sedent, & ponunt mitras in capitibus suis. Et tunc unus prælatorum ad hoc deputatus legit decreta in illa sessione expedienda. Et in eodem ambone cum dicto prælato legente ipsa decreta erant præsidentes nationum tempore Concilii Constantiensis, & respondebat quilibet præsidens, Placet, *pro natione sua. Præsidens vero generalis in dicta sessione respondebat etiam,* Placet, *etiam pro sacro Concilio & collegio generali. Decretis vero perlectis, & responso Placet, & dicto,* Te Deum laudamus, *cum oratione de Spiritu sancto, omnes depositis pluvialibus & mitris, resumunt habitus suos consuetos, & recedunt.*

EX PRIMA EDITIONE,

Quæ exhibet exemplar compilationis Actorum Constantiensium jussu Synodi Basileensis confectum.

Nos igitur præinserta gesta ac decreta, ne cujusvis impugnationis jaculis subjaceant tempore procedente, auctoritate universalis ecclesiæ volumus, statuimus ac decernimus & mandamus, quatenus præfatis decretis & gestis superius insertis, in judiciis & extra ubicumque producta exhibitaque fuerint, vel ostensa, in omnibus & per omnia stetur, ac fides plenaria adhibeatur, perinde ac si bulla ejusdem Constantiensis Synodi bullata forent, nec ad illorum probationem aliud adminiculum quomodolibet requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra voluntatis, statuti, decreti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursurum. Datum Basileæ, pridie Nonas Februarii, anno a Nativitate Domini MCDXLII.

Subscripta gesta & decreta sacri Concilii Constantiensis, a concordatis cum volumine & tenore sub bulla sacri Concilii Basileensis plumbea bullatis, & manibus propriis dictorum dominorum deputatorum subscriptis, facta collatione per me Michaelem Galteri notarium ipsius sacri Concilii Basileensis, redacta in nonaginta octo chartis seu foliis, præsenti in numero hujusmodi computato.

Ego Joannes Huober ex Inderdorff, quam alias Villam bassam vocant, Brixnensis diœcesis, artium liberalium magister, & sacræ Theologiæ baccalaureus, sessiones & decreta sacrosancti magni & generalis Concilii Constantiensis præscripta, ab exemplari authentico collationato, & bulla plumbea pendente in chordula sericei roborato, in uno missionis Spiritus sancti in specie columbæ, in altero vero lateribus horum verborum, Sacrosancta generalis Synodus Basileensis, sculpturas supra in principio depictas continente, & præfata chordula sericea per omnes chartas inferioris marginis transeunte, manu propria descripsi atque consummavi, decimo Kalendas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Concordant sessiones & decreta suprascripta sacri generalis Concilii Constantiensis cum exemplari, de pergameno, bulla plumbea sacræ generalis Synodi Basileensis, modo, forma, & notario, quibus supra, bullato, & auscultato, facta una cum præfato magistro Joanne suprascriptorum scriptore collatione diligenti, per me Matthiam Strinbach clericum Eichstetensis diœceseos, publicum sacra Apostolica auctoritate notarium, subscriptum, rogatum, & requisitum, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum, redacta in centum viginti tribus foliis, præsenti in numero computato: quod protestor manu & signeto solito meis propriis.

[Margin note: *a* Forte, concordant. Editio alia hujus Concilii Constantiensis facta Hagenoæ anno 1500. non ad ipsummet autographum Basileense exacta est; sed ad exemplar sive apographum Joannis Huoberi, quod ipsum ex altero exemplari Michaelis Galteri exceptum hic dicitur, anno 1490. ad fidem vero asserendam exemplari Huoberi, additum est testimonium notarii Strinbachii.]

IN

ᵃIN CONCILIUM ᵇ CONSTANTIENSE

ᶜ œcumenicum, ᵈ ex parte approbatum, ᵉ ducentorum quinquaginta episcoporum causa ᶠ schismatis tollendi celebratum ᵍ annis domini MCDXIV. MCDXV. MCDXVI. MCDXVII. MCDXVIII.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quis concilium indixerit.

a *COncilium.*) Hanc synodum a Joanne XXI. vulgo XXIII. inchoatam, atque a Gregorio XII. qui verus & legitimus pontifex erat, approbatam & confirmatam esse, acta concilii manifeste attestantur. Qua occasione autem indicta, & Constantiæ celebrata fuerit, Gobelinus Cosmodromius cap. 92. ætatis sextæ refert his verbis: *Interea Joannes Papa concilium generale in urbe celebrare decrevit, quod Alexander prædecessor ejus in tertio anno post concilium Pisanum supradictum decreverat celebrandum. Sed prælatis non venientibus in copia quam rerum poscebat gravitas, illud concilium non sortiebatur effectum. Cumque illis temporibus nonnunquam litteræ apostolicæ, in quibus de Urbano, Bonifacio, Innocentio, Gregorio, Clemente vel Benedicto per tempora schismatis præteriti super papatu contendentibus supradictis fuit mentio facienda, statutum fuit, ut nullus eorum in dictis litteris papa simpliciter, sed cum hac determinatione, in sua obedientia, nominaretur.* Et paulo infra de loco & tempore indicti concilii subjungens ait: *Et tunc in mense Decembri concilium in Calendis Novembris deinde proxime venturis indixit: locum tamen concilii non determinavit. Quapropter duos cardinales ad regem Romanorum tunc in Italia moram trahentem, ad concordandum de loco destinavit, qui simul in civitatem Constantiensem consenserunt. Et post hoc papa & rex in Laudensi civitate convenientes, locum eumdem pro concilio generali celebrando approbarunt.* Hæc Gobelinus prædicto loco.

Constantia.

b *Constantiense.*) Sic dictum a Constantia, quæ est urbs Germaniæ sub diœcesi Moguntinensi, sita ad lacum Podamicum, vulgo *Bodensee* dictum, ad Rheni eam partem, quæ Helvetios respicit. A Constantio imperatoris Constantini magni patre, vel a Constantio II. Constantini magni filio mœnis cincta, indeque nomen sumpsisse putatur. *Hæc Hadrianus in suo Theatro urbium.*

Oecumenicum.

c *OEcumenicum.*) Quod propter materiam schismatis tollendi universam ecclesiam concernentem indictum fuerit, cuique quatuor patriarchæ cum archiepiscopis & episcopis infinito accedendis interfuerunt, œcumenicum fuisse concilium nulli dubium esse debet.

An & quo modo sit approbatum.

d *Ex parte approbatum.*) Quoad ea nimirum, quæ ibidem ad fidem pertinentia contra Wicleffum, Hussum, Matthæum Dresdensem & Hieronymum Pragensem decreta & promulgata leguntur, ut decemus infra sessione 45. & ultima. Quæ vero de auctoritate concilii supra pontificem constituerunt, sententia Florentini & Lateranensis conciliorum plane rejecta sunt.

Inchoatio concilii.

e *Ducentorum quinquaginta episcoporum.*) De numero episcoporum, aliisque nonnullis qui Concilio interfuerunt, ita Cochlæus lib. 1. historiæ Hussitarum: *Anno dom. 1414. inchoatum fuit concilium istud, veniente Constantiam primum Jordano cardinale, Ostiensi episcopo, pridie Idus Augusti. Quem e Bononia secutus Joannes papa XXIII. 5. Calendas Novembris Constantiam magna celebritate ingressus est, in festo Apostolorum Simonis & Judæ, cum cardinalibus novem: ut juxta tenorem bullæ convocationis concilii prima die Novembris sacra synodus auctoritate apostolica inciperet de negotiis fidei & ecclesiæ tractare. Sigismundus rex in vigilia nativitatis Christi Uberlingam veniens cum conjuge sua, per lacum Constantiensem navigio properavit inde ad civitatem, ut interesset missarum solemniis. Sub mediam igitur noctem Constantiam ingressus, primam missam celebrante papa, ipse diaconi habitum induens, legit evangelium alta voce:* Exiit edictum a Cæsare Augusto. *Nec multo post advenerunt alii quoque principes & prælati, in tanta sane frequentia, ut aliquando triginta millia equorum uno eodemque tempore Constantiæ fuisse tradantur.*

Numerus episcoporum.

Luc. 2.

Ingens celebritas concilii.

Adfuerunt namque patriarchæ 4. cardinales 29. archiepiscopi 47. episcopi 160. Et cum hic abbatum, præpositorum, priorum, & omnis generis clericorum ingens numerus. Sæcularium præterea principum, comitum, baronum, nobilium, & aliorum maxima multitudo. Unus enim Ludovicus comes Palatinus Rheni, & dux Bavariæ, cum 400. archiepiscopus vero Moguntinus cum 600. equis advenisse legitur. Rex Sigismundus patriæ misertus & cleri catholici in Bohemia, per fratrem Wenceslaum effecit, ut Jo. Hus sub salvo conductu & fide publica ipsius Sigismundi regis Constantiam in Concilium mitteretur. Hus itaque in Concilio citatus (ut ait Albertus Krantz.) non detrectavit venire. Non enim arbitrabatur, se suis auditoribus & clientibus

Albertus Krantz in Vandal. l. 10. c. 23.

A *satisfacere posse, si judicium recusaret ecclesiæ. Postquam vero Constantiæ coram synodo comparuit, dati sunt ei commissarii a concilio (jam enim propter unionem in ecclesia constituendam papatui renunciaverat Joannes XXIII. publice in ecclesia coram rege ac tota patrum synodo) in sessione sexta, quatuor in theologia magistri, archiepiscopus Ragusinus, pro natione Italica: episcopus* * *Flebbiensis, pro natione Germanica: magister Ursinus Talvenda, pro natione Gallicana, & magister Gulielmus Corne, pro natione Anglicana: ut causam ejus examinarent, & in illa procederent usque ad definitivam sententiam inclusive.*

Commissarii a concilio dati in causa Hus.

* *Leodiensis*

f *Causa schismatis tollendi.*) Ob causam tollendi schismatis hanc synodum præcipue indictam fuisse patet ex actis concilii, atque ex iis quæ ex Gobelino & Cochlæo supra recitavi. Non fuisse hanc synodum ob Hussitarum hæresim principaliter indictam, Cochlæus initio libri 2. historiæ Hussit. his verbis testatur, probat & demonstrat: *Non fuit* B *Concilium Constantiense principaliter ob eam hæresim vel indictum vel celebratum. Hæresis enim illa satis superque confutata & condemnata jam olim fuerat in multis conciliis contra Berengarium celebratis. Deinde in diversis conciliis & Romanorum pontificum decretis, ac sanctorum patrum determinationibus, habitis & promulgatis contra barbariem & hypocrisim indoctæ fecis & colluviei Waldensium, Leonistarum, Dulcinistarum, Albigensium, &c. Denique ipsius Wicleffi dogmata quamplurima fuerant jam sæpe damnata publice, tum in Anglia per Concilium provinciale, & per determinationem clarissimæ universitatis Oxoniensis, in qua ferunt ducentos sexaginta articulos ejus doctrinæ damnatos fuisse: tum Romæ in Concilio generali sub Joanne papa XXIII. & Parisiis per almam facultatem theologicam, atque etiam Pragæ nominatim quadraginta quinque articuli, & quidem multis modis ac severis eorumdem dogmatum prohibitionibus & publicis interdictis, per almam* C *universitatem Pragensem generaliter uno omnium nationum consensu, per totam nationem Bohemicam specialiter, per facultatem theologicam solemniter atque etiam per regem, per proceres & per senatum in prætorio majoris urbis Pragensis, acriter & cum terribili prohibitionis severitate. Quid ergo opus erat, novum propter antiquitus damnatos & nuper publice prædicatos articulos indicere concilium? maxime, cum Hus & complices sui dicerent contemptim, conciliorum decreta humanas esse constitutiones & traditiones, de quibus dicat salvator Matt. 15.* Quare & vos transgredimini mandata Dei, propter traditiones vestras? *Non fuit igitur præcipua indicendi concilii causa, hæresis & factio Bohemorum, ex Wicleffi doctrina exorta, utpote per tot retro sæcula longe lateque nota ac prædamnata, atque etiam ab ipsismet Bohemis ante paucos annos præjudicata publice, tum in scholis, tum in prætorio. Vicit tamen pater Sigismundi Romanorum & Hungariæ regis in-* D *stantia & persuasio, petentis atque orantis, ut in concilio jam congregato Bohemorum saluti consulerent, si paucos eorum seductores, & heresiarchas, scripturis & rationibus convictos, in tam celebri doctissimorum hominum conventu, ad revocandos errores, & ad ecclesiæ veritatem pristinam agnoscendam inducerent. Erat enim memor & pietatis paternæ, qua sic auxerat in Bohemia Dei cultum; & querelarum Sbinconis archiepiscopi, qui pro conservanda patria religione opem ejus paulo ante imploraverat, Wenceslao fratre per ignaviam cuncta negligente. Ceterum præcipua indicendi concilii causa fuit, gravis ecclesiæ universalis perturbatio, per schisma dedecorosum & abominabile, quod triginta annis pias fidelium mentes male vexaverat, dum cardinalium discordia plures eodem tempore personas in romanos pontifices eligeret. Eo enim tres dicebantur papa a diversis. Longo suo tempore duraverat schisma, dum alius Romæ, alius Avenione crearetur a cardinalibus papa. Ad quod* E *ab ecclesia tollendum scandalum, cardinales Pisanum indixerunt concilium, ut inter Benedictum XIII. & Gregorium XII. discernerent, uter eorum verus & legitimus esset Petri successor. Utroque autem contumaciter absente, creatus ab eis fuit Alexander V. quo intra annum defuncto Bononiæ, electus fuit Joannes XXIII. Cui adhæserunt ambo fratres Wenceslaus & Sigismundus reges, hic Hungariæ, ille Bohemiæ, uterque insuper regis Romanorum titulum gerens. Quamvis enim Wenceslaus depositus esset per electores, tamen quoad vixit, regem Romanorum & Bohemiæ se scripsit. Pro eo igitur tollendo schismate, Sigismundus* Re-

Vide acta concilii Constant. sess. 1.

Petitio Sigismundi imp.

Schisma grave ac diuturnum.

Romanorum & Hungariæ rex, nondum factus imperator, paternæ pietatis æmulator, maximos subiit labores & sumptus itinerum. Ejus enim rei gratia peragravit primo Italiam, deinde Gallias, Hispaniasque & Angliam. In Italia sane a Joanne XXIII. obtinuit, ut concilium indiceret Constantiæ celebrandum, in quo postea effecit, ut rejectis omnibus tribus qui papæ auctoritatem sibi arrogabant, unus legitime in Concilio crearetur papa, Otho cardinalis de Columna, dictus Martinus V. Qua de re sic habet in vita Sigismundi Baptista Egnatius. Illud autem nulla unquam ætas oblivîscatur, quod triennium magnam Europæ partem ipse peragrarit, dum principes Christianos ac pontifices adit, quo schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur. Nec alterius principis opera magis emicuit in vera pietate vindicanda. Unde & ex actis illius concilii facile constat, longe plus fuisse negotii tum patribus tum principibus in tollendo schismate, quam in confutanda Bohemorum hæresi, quæ totiet confutata fuerat prius. Quippe inter XLV. sessiones ejus concilii (quod triennio duravit) quinque tantum reperiuntur, in quibus de hæresi illa tractatum fuisse legitur. Etenim in sexta commissa legitur causa Joannis Hus quatuor theologiæ magistris, & citatur Hieronymus de Praga. In octava damnati leguntur articuli Joannis VViclif jam pridem defuncti. In decimaquinta damnatus & combustus legitur Joannes Hus. In decimanona tractatur revocatio Hieronymi de Praga. In vicesimaprima [...]atum condemnatio. Cetera omnes sessiones illius concilii a[...]as pertractaverunt materias.

Actorum synodalium compendiosa relatio. Qua ratione autem schisma diuturnum ab ecclesia profligatum, Hussoarumque hæreses, crematis auctoribus earum, condemnatæ fuerint, ex actis concilii, aliisve probatis scriptoribus more nostro summatim describam.

Sessio I. Prima sessio quæ post accessum Joannis papæ ad quintam Novembris indicta, sed propter emergentes causas dilata fuerat, habita est decimasexta Novembris anno 1414. in qua post lectionem bullam convocati concilii, notarii, scribæ, aliique ministri synodales deputati & constituti fuerunt; monitusque ad resignandum & cedendum papatu Joannes, se id facturum ultro spopondit.

Sessio II. Secunda sessio habita fuit 1415. die Martis tertia Martii, indictione octava ejusdem pontificatus, in qua lectis solemnitatibus quæ in sessionibus observari deberent, Joannes papa jurato promisit se propter bonum pacis pontificatui promptissime renunciaturum, si idem Gregorius duodecimus & Benedictus decimus tertius antipapa facere non recusarent. Quod cum fecisset, atque imperator magnas gratias egisset, magno omnium gaudio sacer patrum consessus secundus finem accepit.

Sessio III. Tertia sessio habita fuit vicesimasexta mensis supradicti, in qua Florentinus cardinalis, præmissa quadam adhortatiuncula ad episcopos habita de personis in judicando non accipiendis, juxta deliberationem sanctæ synodi promulgavit, hanc synodum legitime convocatam, & Constantiæ inchoatam usque ad extirpationem schismatis, nequaquam a pontifice dissolvi, vel alio transferri posse aut debere: quodque prælatis citra causam justam a concilio discedere non liceat.

Sessio IV. Quarta sessione trigesima Martii ejusdem anni habita, declaratur, concilii auctoritatem pontificia superiorem esse; ipsique papæ prohibetur, ne personas hic congregatas transferat vel avocet: simulque annullantur omnes processus & censuræ, quas pontifex concilio adhærentibus intentaverat. Insuper decretum fuit, ut tres judices de qualibet natione eligantur, qui abeuntium causas dijudicent: & ut pro bono pacis facilius obtinendæ nulli cardinales novi creentur. Joannes qui interea Constantia discesserat, per litteras in publico patrum consessu lectas & ad imperatorem directas nunciavit, se nullo metu, sed tantum aeris intemperie coactum Constantia discessisse, suæque promissioni adhuc inhærere.

Sessio V. Quinta sessio habita fuit die Sabbati sexta Aprilis ejusdem anni, in qua repetitis & approbatis constitutionibus quinque præcedentium sessionum promulgatis, declaratum & approbatum est, Joannem illicite Constantia discessisse, tenerique eumdem sub pœna depositionis adimplere, quod de resignando pontificatu promiserat: quodque recusans Constantiam redire, corporalibus pœnis & vinculis innodari possit ac debeat. Post hæc confirmata est sententia concilii Romani in

De adventu Hus, vide Cochlæum. Joannem Wicklefum ejusque libros & pronunciata. In causa autem Joannis Hus constituti sunt quatuor judices commissarii, qui assumptis secum theologiæ canonumque sacrorum peritissimis viris, dogmata illius discutiant, & processum contra eumdem dirigant, deque singulis actis postea synodum informent. Post hæc rogatu synodi in se recepit rex Sigismundus, quod pontificem in Schaffhausen sub tutela Friderici Austriaci degentem, volentem, nolentem, ad concilium reducere velit.

Sessio VI. Sexta sessio habita fuit præside Joanne Ostiensi episcopo, in qua de mandato concilii episcopus Atrebatensis duos articulos edidit. Et primo quidem declaravit, procuratorium super renunciatione papatus faciendæ esse bonum pro unione ecclesiæ. Secundo declaravit, prædictum dominum Joannem papam vicesimum tertium teneri dare & facere dictum procuratorium ad cedendum papatui pro bono unionis ecclesiæ, juxta formam schedulæ per ipsum oblatæ: constituitque juncta synodus diversarum nationum legatos, qui taliter a concilio constituti requirunt papam, ut veniat ad concilium, afferantque ipsi securitates debitas, quatenus vel ad urbem Constantiam, vel ad villam Ulmæ, vel ad villam Ravenspurg, vel ad civitatem Basileensem accedat, juretque, unum de dictis locis eligere infra duos dies, nec ab eo ubique consensu concilii discedere. Insuper quoque decreverunt, quod supersederi debeat a processu contra papam, donec habeatur responsio: & si præmissa adimpleverit, cessabitur a citatione. Inhibuit quoque sancta synodus, ne quis ullo modo contra quemcumque in civitate Constantiensi famosos libellos sub pœna carceris conficiat. Mandat ulterius, litteras & missivas informatorias rerum in concilio gestarum omnibus nationibus communicari. Post hæc recitatæ sunt duæ epistolæ: quarum alteram universitas Parisiensis ad suos legatos; alteram ejusdem academiæ rector ad episcopos Italiæ transmisit. Ad extremum decreta est citatio contra Hieronymum Pragensem. Plura Gobelinus habet.

Septima sessio celebrata fuit anno 1415. die Jovis 2. Maji, in qua Henricus de Piro concilii promotor allegans contumaciam Hieronymi Pragensis citati & non comparentis, contra eum ulteriora decerni petivit & impetravit. Accusata deinceps Joannis papæ fuga & contumaci absentia, eumdem citari, necnon quia mali ulcujus alleganti & prætendenti, salvum conductum concedi obtinuit. Sessio VII.

Octava sessio habita fuit quarta Maji anni ejusdem, in qua post reproductam citationem contra sectarios VVicleffi emanatam, lecta fuit sententia damnationis articulorum quadraginta quinque. VVicleffum hæreticum fuisse, adeoque ossa ejusdem exhumari & ab ecclesiæ sepultura efferri, nec non libros ejusdem comburi debere, publico decreto est definitum. Cumque hac eadem sessione Fridericus dux Austriæ in gratiam Sigismundi regis recipi optaret, rex vero ob juramentum præstitum de illo nunquam in gratiam recipiendo, petitioni illius non acquiesceret, synodali sententia definitum fuit, regem allegato juramento non obligari, eoque non obstante posse ac debere pœnitentem Austriacum in gradum recipere. Qua definitione prævia, rex Sigismundus Friderico Austriaco veniam concessit sub istis conditionibus, ut Joannem papam ad concilium reduceret, se suaque dominia regiæ majestati subjiceret, seque nihil unquam simile deinceps admissurum esse promitteret. Accepit conditiones oblatas, publico instrumento conceptas, & sigillo suo munitas, Fridericus dux Austriæ. Sessio VIII.

Sessione IX. quæ habita fuit decimatertia Maji, procuratores concilii citationis contra Joannem papam factæ executionem reproduxerunt, accusatque ejus contumacia, petierunt commissarios deputari, coram quibus in hac causa testes produci & examinari possent. His peractis, Franciscus cardinalis Florentinus bullam pontificiam recitavit, qua Joannes papa Petrum Cameracensem & Guillelmum sancti Marci presbyteros procuratores constituit. Cumque illi oblatum munus ex parte recusassent, & Henricus de Piro promotor concilii dixisset, in causa hac personali & curiali procuratorem admittendum non esse, tandem mandatum fuit duobus cardinalibus & quinque prælatis, ut eumdem viva voce extra portam urbis citarent. Qua re peracta, lecta est epistola universitatis Parisiensis, qua se concilio commendatam exoptat. Sessio IX.

Sessione X. quæ sub præsidio Joannis patriarchæ Antiocheni celebrata fuit decimaquarta Maji, anno 1415. ad instantiam Henrici de Piro promotoris concilii citationem præcedenti die contra Joannem papam ad suspensionem usque procedi petentis, requisitus est iterum extra portas pontifex Joannes cum suis fautoribus. Cumque facta citationis executione nemo compareret, instante prædicto promotore concilii Henrico declaratus est contumax; examinatisque testibus super simoniæ, sacrilegii, aliisque quæ illi objiciebantur criminibus, communi omnium suffragio lata & publice recitata est contra eum sententia, qua ab omni administratione & functione ecclesiastica suspensus fuit. Sessio X.

Sessione XI. quæ celebrata fuit decimaquinta Maji, anno 1415. promotores concilii plus minus sexaginta crimina articulatim congesta una cum designatione testium desuper examinandorum, contra Joannem papam exhibuerunt. Quos cum decreto synodali Joannes papa ad respondendum sibi insinuatos accepisset, respondit, se neque articulos sibi objectos negare, neque dicta testium impugnare; sed potius se totum synodali judicio & definitivæ sententiæ subjicere: oblatam initio papatus cessionem voluntariam iterum nunc offerre; synodum Constantiæ legitime congregatam errare non posse, libenter profiteri & agnoscere, adeoque plane obtemperaturum sententiæ, qualemcumque patres concilii protulerint & promulgarint; saltem hoc se rogare dixit, ut quam posset fieri primum, copiam ejus sententiæ assequeretur. Sessio XI.

Sessio XII. habita est vicesima nona Maji; in qua reproductis iis quæ Joannes papa deputatis a synodo commissariis super objectis criminibus responderat, ad instantiam promotorum concilii lata est contra eum sententia definitiva, qua ille pontificatu deponitur, omnesque Christi fideles ab ejusdem obedientia absolvuntur. Post latam sententiam constitutum fuit, ne quisquam ex tribus schismaticis pontificibus de novo eligeretur. Sententiam sibi per quosdam a concilio deputatos intimatam Joannes quondam pontifex approbavit, atque realiter & cum effectu cedendo papatui obtemperavit. Sessio XII.

Sessione XIII. anno domini 1415. die Sabbati decimaquinta Junii celebrata, post consuetas preces habitas, promotores concilii allegarunt, reperiri inter sacerdotes Petrum Dresdensem & Jacobellum Misnensem Joannis Hus socios, (ita Cochlæus) qui laicis non jejunis post cœnam eucharistiam sub Sessio XIII.

utra-

utraque specie porrectam distribuebant, simulque contra antiquissimam ecclesiæ consuetudinem publice docebant, cuilibet etiam laico in participatione, sumptione & communione hujus sacramenti utramque speciem panis & vini necessario distribuendam esse. Quæ cum ecclesiæ constitutionibus & consuetudinibus repugnarent, eorum petitione ex quatuor nationibus diversis constituti sunt cognitores judices, qui habita desuper deliberatione communi voto & suffragio patrum concilii, erroneam & hæreticam doctrinam de eucharistia extra sacrificium sub utraque specie necessario sumenda damnaverunt, simulque sacerdotibus omnibus inhibuerunt, ne sub pœna excommunicationis ulli homini utramque speciem panis & vini communicent.

Sessio XIV. Sessione XIV. quæ habita fuit die Jovis quarta Julii Joannes Dominicus cardinalis sancti Sixti, & Carolus de Malatesta, a Gregorio XII. ad id constituti, auctoritate ejusdem Gregorii congregatum ob causam tollendi schismatis synodalem patrum consessum approbarunt. Cumque judicio patrum intellexissent, magis expedire, ut Gregorius papatum resignet prius, quam hac de causa Benedictus antipapa sollicitetur, pacis conciliandæ gratia, pontificatum quem ille legitima electione acceperat, resignavit. Resignatione ista per synodum acceptata, patres concilii cardinales utriusque obedientiæ univerunt, atque processus litem intentatos, cassos atque irritos reddiderunt. De electione autem novi pontificis constituerunt, ne cardinales citra consensum Concilii hac in re aliquid moliantur, neque tamen ultra tinem concilii electio differatur. Insuper etiam declararunt, acta & gesta Gregorii duodecimi rata servari debere, utpote qui legitime electus, solius pacis gratia pontificatui ultro cessit. Et quamquam dignus judicaretur, qui denuo post factam resignationem eligeretur: tamen ad majoris schismatis periculum evitandum, illud intermittendum esse sunt protestati.

Sessio XV. Sessione XV. sexta Julii habita, Joannes Hus de hæresi accusatus & convictus, ex carcere in consessum patrum introductus, altoque sedili, ut ab omnibus videri posset, constitutus fuit. Cumque sub pœna excommunicationis & incarcerationis patres concilii singulis silentium indixissent, Henricus de Piro concilii promotor & procurator, Hussiticam doctrinam articulatim conrestatam producens, petiit, eamdem tamquam pravam & hæreticam una cum auctore condemnari, ejusque libros igni adjudicari & concremari. Qua petitione prævia, post longam inquisitionem damnatis prædictis hæresibus, combustisque perniciosis codicibus, degradatus est auctor hæreticus, nolensque resipiscere, justo judicio per rogum & incendium e vivis est sublatus. Circumstantias rei gestæ apud acta concilii neq aquam extantes plures describit Cochl. lib. 2. histor. Hussit.

Sessio XVI. Sessio XVI. habita est undecima Julii, eaque constituti sunt procuratores, qui Benedictum antipapam requirant, acceptisque de resignatione Gregorii duodecimi, & depositione Joannis vicesimitertii, instrumentis vel eorum copiis, eumdem facilius inducant. Potestas citandi eos qui clam se a Concilio subduxerunt, judicibus deputatis conceditur; & ad instantiam Henrici de Piro contra turbatores, prædones & spoliatores personarum quæ Concilio interfuerant, processus decernuntur.

Sess. XVII. Sessione XVII. die decimaquinta Julii celebrata, rex Sigismundus ad regem Aragonum pro inducendo ad resignandum Benedicto decimotertio antipapa schismatico profecturus, non tantum plurimis precibus & orationibus Deo commendatus, est dimissus, statuta pœna excommunicationis in eum, qui pia de causa abeuntem impediret. Contra vero quadraginta dierum indulgentiæ concessæ sunt ei, qui pro felici reditu ejusdem regis singulis Dominicis diebus unam orationem dominicam cum salutatione angelica sub processione hac de causa etiam celebranda marei. Angelus de Corario quondam Gregorius duodecimus, non tantum in numerum cardinalium est relatus, verum etiam perpetuus legatus a latere in provincia marchiæ Anconitanæ est constitutus.

Sess. XVIII. Sessione XVIII. decimaseptima Augusti, editis quibusdam Synodalibus constitutionibus, quatuor judicibus supra nominatis delegata est potestas judicandi exclusive usque ad sententiam definitivam omnes causas quæ ad Concilium devolvebantur, quodque corruptores epistolarum Synodalium instar eorum qui bullas apostolicas corrumpunt, putari debeant.

Sess. XIX. Sessio XIX. celebrata est vicesimatertia Septembris, in qua Hieronymus de Praga de hæresi accusatus & convictus, edita fidei professione hæresim suam abjuravit. Franciscanis indultum est, quod teneantur provinciales approbare, quem fratres communi vel potiore suffragio vicarium sive guardianum sibi elegerunt. Insuper declaratum est a Synodo, non obligari patres Concilii per salvumconductum a sæculari potestate hæreticis concessum, eosque pertinacites in hæresi permanentes justo judicio puniendi potestatem habere. Sitne

Vide Molanum & Sanderum. hæreticis servanda vel deneganda fides (ut afferunt novatores nostri temporis) nihil hic est definitum. Inquisitio hæreticorum duobus cardinalibus est mandata, simulque est definitum, eos qui Concilio interessent, omnes beneficiorum fructus juste acquirere.

Sessio XX. Sessione XX. die vicesimaprima Novembris celebrata, ad instantiam Gregorii Tridentini episcopi, contra Fridericum Austriæ ducem propter invasa bona & jura ecclesiæ Tridentinæ decretum & executum est monitorium, approbataque sunt duodecim capita Narbonensia, quæ ad extirpationem schismatis Sigismundus, legatique Constantiensis Concilii, una cum legatis Benedicti decimitertii Narbonæ constituerant. Quorum primo statuitur, quo forma Concilium convocari, vel potius de novo intimari debeat. Secundo, quod in eo tantum agendum sit de schismate exstirpando, paceque ecclesiæ ineunda. Tertio, quod statim cum corpore ecclesiæ uniri debeant, qui Benedicto adhæserunt. Quarto, quod omnes processus Benedicti sectatoribus & fautoribus intentati annullari debeant. Quinto, ut confirmentur gratiæ per Benedictum quibusvis personis. Sexto, ut cardinales ad electionem novi pontificis tamquam veri & legitimi admittantur. Septimo, officiales Romæ per eumdem Benedictum constituti non rejiciantur aut deponantur. Octavo, electio alterius pontificis non aliter quam per Concilium fiat. Nono, utrimque constitutum fuit, ut si forsitan ejusdem tituli duo cardinales constitui essent, utergue quoad vixerit honorifice tractetur & habeatur. Decimo, ut Benedicto, ejusve sectatoribus ad Concilium venire volentibus, de salvo conductu utrimque itinere per regem & sæculares principes provideatur. Undecimo, ut rex Sigismundus, omnesque episcopi ea quæ utrimque concordata sunt, juramento firment. Duodecimo, ne denegentur instrumenta pactorum, quisquis ea habere voluerit. Quæ duodecim pacis & concordiæ ineundæ capitula, dum post regem omnes episcopi & legati juramento confirmassent, finita est sessio vicesima.

Sessio XXI. quæ habita est anno domini 1416. die trigesima Maji, Hieronymus Pragensis, post recantatam emissæ professionis fidei palinodiam, de hæresi est condemnatus: traditusque post solitam declarationem potestati sæculari, combustus fuit. Qua ratione vero illud acciderit, pluribus idem refert Cochl. lib. 3. histor. Hussit. Sess. XXI.

Sessione XXII. decimaquinta Octobris celebrata, legati regis Aragonum ad consessum Synodalem intromissi, decretoque patrum debite locati, eas quas de convocando juxta initam concordiam Concilio, suppresso nomine Benedicti antipapa, ejus fautores episcopi ad regem Sigismundum scripserant epistolas, recitari procurarunt. Quibus ex ambone recitatis, constitutione Synodali legatis regis Aragonum, Castellæ, Portugalliæ & Navarræ ex gratia & singulari duntaxat privilegio pro hac vice tantum est concessum, ut habeant suffragium tanta auctoritatis, quantum omnium episcoporum suarum provinciarum valeret. Post hæc impleta sunt ea quæ in capitulis Narbonensibus supra sessione vicesima relatis concordata fuerant. Sess. XXII.

Sessione XXIII. anno domini 1416. quinta Novembris celebrata, constituti sunt duodecim judices commissarii, qui vel omnes, vel pro majore parte congregati potestatem habeant decernendi & dijudicandi, qua ratione contra Petrum de Luna, sive Benedictum antipapam, usque ad perfectam schismatis extirpationem procedatur. Sess. XXIII.

Sessio XXIV. habita est vicesima Novembris prædicti anni, eaque per commissarios supra commemoratos decreta, lecta & approbata est citatio contra Petrum de Luna emanata. Sess. XXIV.

Sessione XXV. quæ habita est decimaquarta Decembris, comes de Fuxo per procuratores ad id constitutos, ad Concilii unionem est receptus eo modo quo rex Arragoniæ. Eadem sessione administratio Olomensis ecclesiæ, quæ per obitum Wenceslai patriarchæ Antiocheni vacabat, decreto Synodali commendata est Joanni episcopo Lutomuslensi, usque ad novi pontificis electionem. Sess. XXV.

Sessione XXVI. vicesimaquarta Decembris, ad unionem Concilii per suos ad hoc deputatos legatos & procuratores receptus est rex Navarræ eo modo quo rex Aragonum. Ne vero diversorum legatorum consessus Concilio aliquid turbatum afferret, optimo consilio patres constituerunt, nullum præjudicium cujusquam dignitatibus & honoribus præjudicari debere; quomodocumque legati regum ac principum in Concilio præsentes federent. Sess. XXVI.

Sessione XXVII. anno domini 1417. die vicesima Februarii celebrata, facta est relatio executi monitorii nuper contra Fridericum Austriæ ducem, ad instantiam Tridentinensis ecclesiæ contra ipsum emanati: accusataque ejus contumacia, ad ulteriora est processum. Sess. XXVII.

Sessione XXVIII. tertia die Martii, post ulteriores citationes Friderici reproductas, ejusque contumaciam gravissime accusatam, excommunicatus est Fridericus dux Austriæ, donec jura Tridentinensis ecclesiæ invasa, eidem essent restituta. Sess. XXVIII.

Sessione XXIX. octava Martii prædicto anno celebrata, in causa contra Petrum de Luna constituti sunt procuratores & notarii. Cumque semel atque iterum citatus idem Petrus de Luna non compareret, judicio Synodali contumax est declaratus, atque ulteriores contra eum citationes decretæ fuerant. Sess. XXIX.

Sessione XXX. decima Martii habita, nuncii & oratores Concilii, qui fuerant a Concilio deputati, de executione citationis contra Petrum de Luna, quem in castro Paniscolæ in propria persona convenerant, relationem fecerunt: approbatumque est factum regis Aragonum, qui se ab obedientia pseudopontificis Benedicti subtraxerat. Sess. XXX.

Sessione XXXI. Martii vigesimaprima, ad instantiam episcopi Astensis ecclesiæ, decretum & ex ambone promulgatum est monitorium contra Philippum comitem Virtutum, qui prædictum episcopum vi armata, manuque sacrilega captum carceribus mancipaverat. Bajonensis ecclesiæ, quæ tempore Sess. XXXI.

pore schismatis duos episcopos, alterum a Joanne vicesimo-tertio, alterum a Benedicto decimotertio constitutum haberet, sancta Synodus inhibuit, ne in locum defuncti Petri, qui fuerat de obedientia Joannis vicesimitertii, alium per electionem subrogat, utique Guillelmo, quem Benedictus decimus tertius nominaverat, deinceps obtemperet.

Seff. XXXII. Sessione XXXII. prima Aprilis post accusatam contumaciam Petri de Luna, novissime citatus est viva voce pontifex schismaticus. Cumque nemo ejus nomine compareret, mandata est causæ discussio judicibus commissariis, qui habita potestate eumdem peremptorie citandi, testesque examinandi, usque ad sententiam contra eum procedant.

Seff. XXXIII. Sessione XXXIII. judices commissarii retulerunt, quod prævia citatione debita, articulos quosdam contra Petrum de Luna oblatos recepissent, eosque probari fecissent; sed nemo ejus nomine ad effectum videndi ista comparuerit. Publicatis itaque testium dictis, communicataque illi testimoniorum actorumque aliorum copia, terminum contradicendi peremptorium illi praefixerunt.

Seff. XXXIV. Sessione XXXIV. quinta Junii, facta est relatio actorum in causa Petri de Luna. Quæ vero sententia in eum ferri ac pronunciari deberet, doctorum consultationi usque ad subsequentem sessionem est relictum.

Seff. XXXV. Sessione XXXV. Joannes rex Castellæ per suos legatos ad id speciali mandato constitutos, juxta capitula Narbonensia supra recensita, una cum Concilio unionem & concordiam iniit.

Seff. XXXVI. Sessione XXXVI. die vicesimasecunda Julii decreta, lecta & promulgata est citatio Petri de Luna, ad audiendum sententiam privationis & depositionis auctoritate Concilii proxima sessione promulgandam. Qua peracta; eadem Synodus legatos regis Castellæ a censuris ecclesiasticis absolvit, quibus eos Petrus de Luna innodaverat.

Seff. XXXVII. Sessione XXXVII. vicesimasexta mensis Julii, post reproductas binas Petri de Luna citationes, petitâ & accusatam eumdem contumaciam, ad petitionem promotoris Concilii lata est in eum sententia definitiva, qua ille pontificatu deponitur, omnesque fideles ab ejusdem obedientia absolvuntur.

Seff. XXXVIII. Sessione XXXVIII. absolutio legatis regis Castellæ concessa, ad Henricum infantem aliosque nonnullos extenditur, datumque legatis regis Arragoniæ privilegium de suffragio sua auctoritate, quam supra commemoravi, iterum revocatur.

Seff. XXXIX. Sessione XXXIX. pro evitandis futuris schismatibus constitutum est, ut a fine hujus Concilii quinto anno; post illud, A septimo; & deinceps decimo quoque anno generalia Concilia celebrentur: quodque pontifex locum celebrandi Concilii ante finem illius quod habetur, designare debeat, eumque citra justam causam mutare non debeat. Eadem sessione præscripta est certa formula professionis fidei & juramenti, quod recens electus pontifex emittere & profiteri debet.

Sessione XL. quæ trigesima Octobris celebrata fuit, constitutum fuit, quod futurus pontifex ecclesiam in moribus reformare, numerum cardinalium supplere & redintegrare, aliaque præcipue ad reservationes, annatas, collationes & confirmationes beneficiorum, extirpationem simoniæ, dispensationes, indulgentias & decimas concernentia corrigere teneatur: quodque non obstante absentia cardinalium Petri de Luna, ad electionem novi pontificis procedi debeat. Seff. XL.

Sessione XLI. quæ habita est octava Novembris anno 1417. post promulgatam formam a cardinalibus in conclavi existentibus super electione pontificis observandam, & Clemente sexto ante hæc tempora constitutam; post emissa juramenta quæ ejusdem decreto præstare tenentur cardinales, una cum B triginta aliis a quatuor nationibus ad id deputatis conclave ingressi, Martinum V. elegerunt. Seff. XLI.

Sessione XLII. die vicesimaoctava Decembris, lecta & approbata est quædam bulla Martini papæ vulgo V. qua Sigismundum regem a custodia Balthassaris de Cosea, quondam Joannis vicesimitertii, prout ille petierat, liberare, victumque ad se transmitti volebat. Seff. XLII.

Sessione XLIII. anno domini 1418. die vicesimaprima Martii celebrata, Martinus papa constitutiones nonnullas edidit, quibus ecclesiam, prout constitutum fuerat, in iis quæ ad simoniam, dispensationes, fructuum & decimarum perceptiones, vitam honestatemque clericorum pertinent, emendavit & reformavit. Seff. XLIII.

Sessione XLIV. pro futuri post quinquennium (prout supra statutum fuit) œcumenici Concilii celebratione, designata est civitas Papiensis. Seff. XLIV.

Sessio XLV. & ultima habita est anno domini 1418. die Veneris vicesimasecunda mensis Aprilis, qua cum pontifex omnia & singula decreta Synodalia materiam fidei concernentia approbasset, eaque firma fide teneri ac doceri præcepisset, omnibus & singulis ibidem existentibus suffragio C totius Concilii, abeundi licentiam concessit. Seff. XLV.

g *Anno domini*.) Quo tempore Synodus inchoata & finita fuerit, prima & ultima sessione patet. Quando autem indicta fuerit, supra verbo, *Concilium*, ex Gobelino & Ciaconio prolixius enarrevi.

Finis Tomi Vicesimiseptimi.